

SANCTI PATRIS NOSTRI  
**BASILII,**  
CESAREÆ CAPPADOCIÆ  
ARCHIEPISCOPI,  
**OPERA OMNIA**

QUÆ EXSTANT,

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,  
ad MSS. codices Gallicanos, Vaticanos, Florentinos & Anglicos, necnon ad antiquiores editiones castigata, multis aucta: criticis Præfationibus, nova sancti Doctoris Vira & copiosissimis Indicibus locupletata.

*EDITIO POSTREMA VENETA LATINA  
Juxta novissimam Interpretationem Parisiensem editam*

**A DOMNO JULIANO GARNIER,**

PRESBYTERO, ET MONACHO BENEDICTINO,  
e Congregatione S. Mauri,



**TOMUS TERTIUS.**



**VENETIIS, MDCCLI**

TYPIS GASPARIS GIRARDI.

*SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.*

DEPARTMENT OF AGRICULTURE

INVESTIGATION

OF THE

PRODUCTION

AND

MARKETING

OF THE

WHEAT

INDUSTRY

IN

INDIA

1931-32

BY

W. G. B. ...

...

...

...

...



# PRÆFATIO

IN QUA DE PLURIBUS REBUS AD DOCTRINAM  
S. Basilii pertinentibus disseritur.

I. **T**ERTIO hoc volumine continetur præclarissima antiquitatis monumenta, S. Basilii liber de Spiritu sancto, ejusque epistolæ. Magna sane cujuslibet operis commendatio, nomen S. Basilii; neque enim quidquam ab illo ingenio profectum, quod medium & tolerabile videri possit. Sed libri de Spiritu sancto eo majus prætium, quod cum Basilius & longo usu in hæresibus vincendis exercitatus suscepit, & summo studio, ut in tempore magnis doctrinæ præfidiis indigente, invicta animi fortitudine, ut adversus potentes hæreticos, elucubravit. In epistolis S. Basilii vetus disciplina præclaris institutis & canonibus illustratur, historia ecclesiastica ditatur uberi & copiosa rerum gestarum segete, formantur mores optimis præceptis &, quod præcepta longe superat, depictis sine arte eximiis S. Basilii virtutibus. Neque etiam spernenda quæ in appendicem conjecta sunt, viginti quatuor orationes a Symeone Logotheta ex S. Basilii verbis & sententiis constructæ, & liber de Virginitate auctorem habens episcopum S. Basilio æqualem vel certe supparem.

Sed quo pluris fiunt hæc monumenta, eo magis verendum ne longior mora pluribus displicuerit; & quia octo annorum intervallo prodit hoc volumen, minus curæ habuisse publicum commodum videamur. Non tamen negligentia, sed necessariæ causæ moras attulerunt. Nam eruditus sodalis, qui edendorum sancti Basilii operum curam suscepit, jam gravi ægitudine correptus erat, cum secundum volumen in lucem edidit. Defunctum hoc labore cupiditas bene de re ecclesiastica & litteraria merendi incitavit, ut tertium tomum repugnante valetudine pararet. Sed languidos conatus ingravescens morbus abrupit, vixque dimidium interpretationis suæ retrataverat, appositis e Tillemontio historicis Notis, quas abjecto scribendæ S. Basilii vitæ consilio necessarias ducebat; vix, inquam, hæc navaverat, cum vires penitus defecerunt, ac tandem piam & laudabilem vitam pretiosa in conspectu Domini morte conclusit anno 1725. die 3. Junii. Ad desiderium, quod illius virtutum ornamenta omnium nostrum animis incusserunt, illud accessit molestiæ, ut opus ab eruditis expectatum, quodque multi ære suo jamdudum emerant, non tamen cito eorum manibus & judiciis committi posset. Jam enim quisque intelligit quantum laboris & operæ impendendum fuerit, non quidem in evolvendis codicibus MSS. (collati enim cum editis fuerant diligenti manu, excepto tamen Harlæano, qui cum Mediceo & Coisliniano maximum exstitit præsidium) sed in aliis rebus, quæ ad accuratam editionem necessariæ sunt, præsertim in disponendis ordine chronologico epistolis, in concinnanda S. Basilii Vita, ejusque explananda doctrina, id quod jam nobis, misso longiori exordio, aggrediendum est.

## §. I.

I. S. Basilius minus commode interpretatur illud synodi Nicænae, ex alia essentia aut hypostasi. II. Sed merito negat unam in tribus personis hypostasim a synodo admiffam. Ipsi etiam trium hypostasium defensores saepe hypostasim pro essentia sumunt. III. Novitas unius hypostasis. IV. Tres hypostases apud scriptores Nicæna synodo antiquiores. V. Quid synodus Nicæna senserit ex S. Alexandro & S. Athanasio spectatur. VI. Occidentalium sententia de hypostasi. Quo sensu eadem vox usurpata in secularibus scholis.

S. Basilius minus commode interpretatur illud synodi Nicænae, ex alia essentia aut hypostasi.  
Lib. 4. de Trin. cap. 1.

I. Sanctus Basilius, ut erat acerrimus trium hypostasium defensor, dare noluit adversariis suis, vocem hypostasis eodem sensu ac essentiam a synodo Nicæna usurpata fuisse. Refellit Basilius interpretationem Petavii, eamque hoc argumento impugnat, quod qui isti synodo interfuere patres aliqui, aut paulo certe postea floruerunt, tum collecti aliis in synodis, tum seorsim singuli ὑπόστασιν pro οὐσία, sumserunt: quod nunquam fecissent, si contrarium apud Nicæam ante fecissent. Duo continentur hac Petavii sententia, quæ nobis distinguenda sunt, quamvis ipse non distinguat: nam non solum ὑπόστασιν pro οὐσία sumtam a Nicænis patribus hoc loco fuisse, sed etiam unam in tribus personis hypostasim ab hac synodo & ab aliis quos citat patribus admiffam contendit. Examinandum ergo nobis est an Basilius in utroque reprehendendus sit, & quod hypostasim in fide Nicæna idem valere ac essentiam, & quod unam in tribus personis hypostasim a synodo admiffam fuisse negaverit.

Locus ex quo ambigendi nata materia, legitur in fidei formula ab Eustathio, postulante Basilio, subscripta, quæ est epistola 125. olim 78. inter Basilianas. Ibi Sabelliani his synodi verbis abuti dicuntur, εἰάν τις λέγῃ ἢ ἑτέρας οὐσίας ἢ ὑποστάσεις τῶν υἱῶν, ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. Si vero quispiam dixerit ex alia essentia aut hypostasi Filium esse, eum anathemate ferit catholica & apostolica Ecclesia. Deinde additur, οὐ γὰρ ταῦτόν εἶπον ἐκεῖ οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν. εἰ γὰρ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐδήλων ἔνοιαν αἱ φωναί, τίς χρεια ἦν ἐκατέρων; ἀλλὰ δῆλον ὅτι, ὡς τῶν μὲν ἀρρομμένων τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τῷ πατρὶ, οὗ δὲ λεγόντων, ὅτε ἐκ τῆς οὐσίας, ἀλλ' ἢ ἄλλης τινὸς ὑποστάσεως, οὕτως ἀμφοτέρω, ὡς ἀλλότεια τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ φρονήματός, ἀπηγόρευσαν. ἐπεὶ ὅπουγε τὸ εἰρησὶ ἐδήλων φρόνημα, εἶπον ἐκ τῆς οὐσίας τῷ πατρὶ τὸν υἱόν· ἐκέπαι προσθέντες καὶ τὸ, ἐκ τῆς ὑποστάσεως. Non enim idem dixerunt illic essentiam & hypostasim. Etenim si una & eadem notio subiecta vocibus; quid opus erat utraque? Sed perspicuum est, aliis quidem (Filium) ex Patris essentia esse negantibus, aliis vero neque ex essentia esse, sed ex aliqua alia hypostasi dicentibus, illos ita demum utramque opinionem tanquam a sententia ecclesiastica alienam rejecisse. Nam ubi suam ipsorum declarabant sententiam, dixerunt ex essentia Patris Filium, non amplius adjicientes illud, ex hypostasi.

Non facile est statuere, quosnam hæreticos Basilius, ob Filii originem ex alia quam Patris hypostasi deductam, a synodo notatos dicat. Videtur vel Valentinianos dicere, ut existimat Petavii, qui ex collatitia velut stipe ab Æonibus conflatum esse Jesum assererent: vel generatim Gnosticos, qui Christum non mundi creatoris, sed ignoti cujusdam Dei Filium esse fingebant. Legendum putat Combefisus, ut est in uno codice MS. ὅτι ἢ οὐσίας, aliis ex essentia illum quidem esse, sed ex alia hypostasi dicentibus. Sed hæc emendandi ratio nec lucem affert, nec difficultatem minuit. Equidem non invitum concedam Petavio nihil omnino de ejusmodi hæreticis pronuntiasse synodum, nec satis firmo argumento Basilius niti, dum his vocibus, ex alia essentia aut hypostasi, duas res significari pertendit. Nihil enim vetat eandem sententiam diversis verbis confirmari: neque hæc in symbolo Nicæno damnata propositio, Erat aliquando, quando non erat, dissimilis est sequenti, Non erat antequam nasceretur. Videtur ergo idem evenisse Basilio, quod interdum optimam sententiam tuentibus evenit, ut in iis solvendis quæ adversarii objiciunt, minus commode versentur. Difficile enim est non fateri his verbis, ex alia hypostasi, essentiam designari. Sed levissimus hic Basilius nævus est, nec causæ summam attingit, quæ tota vertebatur hoc cardine, utrum synodus Nicæna unam in tribus personis hypostasim admiffisset. Etiam si Basilius unius testimonii explicationem longius repetat, etiam si concedere adversariis nolit, quod incolumi sua causa concedere poterat; in eo certe synodi mentem accuratissime perspexit, quod tres hypostases ab ea sublatas negaverit. Atque id quidem nobis paulo accuratius examinandum est, ac demonstrandum Nicænam synodum, etsi hypostasim pro essentia hoc loco sum-

sumsit, non idcirco unam in tribus personis hypostasim admisisse : tres autem hypostasies semper in Oriente, saltem a Noeti temporibus, summo consensu viguisse. Petavio assentiuntur alii theologi, in primis Thomassinus, qui in libro tertio de Incarnatione Verbi cap. I. contendit, *non nisi senescente quarto Ecclesiae saeculo hypostasis nomen ab usia seu essentia discriminatum esse*, idque allatis synodi Nicanae & Athanasii testimoniis efficere conatur.

II. Fucum doctissimis viris fecit hypostasis voci subjecta interdum essentiae significatio; & quoties vident apud antiquos scriptores hypostasim hoc sensu usurpari, inde concludunt unam his scriptoribus hypostasim placere. At plurimum peccat hæc rationis conclusio. Nam trium hypostasium acerrimus defensor Basilius sæpe hypostasim hoc sensu accipit. Ait in libro de Spiritu sancto cap. 16. p. 33. Spiritum sanctum gratiam suam conferre angelis, *εις τὸν ἀπαρτισμὸν ἢ συμπλήρωσιν τῆς ὑπόστασεως αὐτῶν*, in hoc ut perficiatur compleaturque illorum substantia. Non potest hoc loco ὑπόστασις aliter accipi ac οὐσία. Hinc in eodem capite p. 32. sanctitas dicitur esse extra substantiam angelorum, *ἔξωθεν τῆς οὐσίας*, quia sanctitatem accipiunt a Spiritu sancto, nec eam a sua ipsorum essentia habent. Similiter lib. 5. adversus Eunom. p. 321. omnis substantia justorum a Spiritu sanctificari dicitur : *πάντα ὑπόστασις δικαίων... ἡγίασαι*. In libro secundo p. 252. totam Patris naturam ait in Filio imprimi velut in sigillo : aut quemadmodum artium substantia ex docentibus in discipulos tota transit, *ὅποια τῶν τεχνῶν ἢ ὑπόστασις ἐκ τῶν διδασκόντων ὅλη τοῖς μαθητευομένοις ἐγγινομένη*.

Sed merito negat unam in tribus personis hypostasim a synodo admittam. Ipsi etiam trium hypostasium defensores sæpe hypostasim pro essentia sumunt.

Gregorius Nazianzenus, cujus summa exstitit cum Basilio in tribus hypostasis defendendis consensio, divinam essentiam hypostasis nomine designat in orat. 34. p. 542. ubi de Deo & de iis quæ circa Deum prædicantur, sic loquitur : *τί γὰρ ὄντι αὐτῷ κατὰ τὴν φύσιν ἢ τὴν ὑπόστασιν, ὑπάρχει τὸ μὴ ἀρχὴν ἔχειν μηδὲ ἡλίσσασθαι, μηδὲ περατῆσθαι, ἀλλὰ ὅλον τὸ εἶναι περιλαμβάνειν, λείπεται προσφιλοσοφῆν τε ἢ προσεξετάζειν*. *Quid enim secundum naturam & hypostasim existenti, conveniat ei nec principium habere, nec a se unquam desciscere, nec sine ullo terminari, sed totum esse complecti, id præterea philosophandum & inquirendum relinquitur*.

Cyrillus Hierosolymitanus, quem cum S. Meletio & aliis trium hypostasium defensoribus conjunctissimum fuisse constat, interdum hypostasis nomine substantiam intelligit. Sic enim loquitur in Cat. 6. num. 5. *ἀκαταληπτός ἐστιν ἡ ὑπόστασις ἢ θεία, comprehendῆ non potest substantia divina*, & Cat. 16. de Spiritu loquens ait, *φύσιν δὲ ἢ ὑπόστασιν μὴ πολυπραγμονεῖ. Naturam aut substantiam ne curiose investigates*.

Sic etiam Epiphanius interdum ὑπόστασιν pro οὐσία sumit, velut cum ait hæres. 74. n. 4. *μία θεότης τῆς αὐτῆς δυνάμεως, τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως, Una divinitas, ejusdem virtutis, ejusdem hypostasis*. Idem tamen sentiebat, *τρῆς ἀναγκαῖον εἶναι τὰς ὑποστάσεις ὁμολογεῖν, necesse esse tres hypostasies confiteri*, idque conceptis verbis Basilio scripserat, qui hanc illius doctrinam plurimum laudat in epist. 258. Quare vitio non caret Epiphanius contextus in Ancorato n. 6. ubi sic legitur. *εἰάν γὰρ εἴπῃς τὸ ὁμοῦσιον, ἔλυτας Σαβελλίᾳ τὴν δυνάμιν. ὅτι γὰρ ὁμοῦσιον, μιᾶς ὑποστάσεως ἐστὶ δηλωτικόν*. Ad dendam esse negationem ac legendum ἢ μιᾶς vidit ipse Petavio, qui sic interpretatur : *Usurpando consubstantialis vocabulo Sabellii robur infringis. Non enim consubstantialis vox singularem hypostasim significat*.

Ruunt ergo argumenta Petavii, & ex allatis exemplis perspicitur hypostasim interdum pro οὐσία sumi posse, quamvis tres hypostasies admittantur; ac proinde Nicænos patres, etiamsi hypostasim pro οὐσία sumserint, non idcirco unam in tribus personis hypostasim decrevisse. Neque hujus rei longe petenda explicatio. Quamvis enim essentia sit id quod commune est tribus personis, hypostasis vero id quod proprium; sæpe tamen essentiae nomine hypostasis comprehenditur, ac vicissim ipsa hypostasis essentiam comprehendit. Dum enim essentia sive natura consideratur, quatenus conjuncta est cum personalibus proprietatibus, sive cum hypostasi, tunc eodem sensu usurpatur ac persona sive hypostasis : unde S. Alexander Alexandrinus, cujus verba mox referemus, Patrem & Filium *duas hypostasi naturas vocat*. Sic etiam hypostasis, dum consideratur quatenus cum essentia conjuncta est, interdum pro essentiam sumitur. Quemadmodum ergo sancti patres, etsi interdum essentiam sumunt pro hypostasi, sive persona, non idcirco tres essentias admittunt; ita ex eo quod hypostasim nonnumquam sumant pro essentia, non sequitur unam ab illis hypostasim admitti.

III. Sed jam longius nobis promovenda Basilio defensio : hætenus enim probatum, immerito affingi synodo Nicanae unam hypostasim : nunc probandum tres

Hovitas unius hypostasis.

hypo-

hypostasēs semper in Oriente usurpatas summo consensu fuisse, saltem a Sabellii & Noeti tempore; nec ullos habuisse adversarios, præter Antiochenos nonnullos, quos Latini hac voce ob linguæ suæ inopiam offensi in sententiam suam traxerunt.

Ipsa illa controversia, quæ de hypostasibus exorta est, eximio nobis argumento perpetuam Orientis doctrinam demonstrat. Discimus enim ex Gregorio Nazianzeno tres hypostasēs, antequam hæc prodiret dissensio, ecclesiæ Orientalis usu, nemine repugnante, contritas fuisse. Sic enim loquitur S. Gregorius in orat. 21. p. 395. τῆς γὰρ μιᾶς οὐσίας, καὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων λεγομένων μὲν ὑφ' ἡμῶν εὐσεβῶς· τὸ μὲν γὰρ τὴν φύσιν δηλοῖ τῆς θεότητος, τὸ δὲ τὰς τῶν τριῶν ιδιότητας, νοημένων δὲ καὶ παρὰ τοῖς Ἰταλοῖς ὁμοίως, ἀλλ' οὐ δυναμένοις διὰ σερότητα τῆς παρ' αὐτοῖς γλώττης καὶ ὀνομάτων πενίαν, διελεῖν ἀπὸ τῆς οὐσίας τὴν ὑπόστασιν, καὶ διὰ τῆτο ἀντεισαγοῦσθαι τὰ πρόσωπα· ἵνα μὴ τρεῖς οὐσίαι παραδειχθῶσι, τί γίνεται; ὡς λίαν γελοῖον ἢ ἐλεεινόν. πίσειως ἔδοξε διαφορὰ, ἢ περὶ τὸν ἦχον μικρολογία. Nam cum essentia una, & tres hypostasēs a nobis pie dicerentur, (quod alterum divinitatis naturam, alterum trium personarum proprietates declararet) atque eodem quidem modo apud Romanos intelligerentur, cæterum ob linguæ illius angustiam & verborum inopiam, hypostasim ab essentia distinguere non possent, eoque factum esset, ut ne tres substantias admittere viderentur, personarum vocabulum inducerent, quid tandem contigit? Res profecto ridicula, vel potius miseranda. Diversæ fidei speciem præbuit levis illa & jejuna de vocum sono altercatio.

Habemus ergo totius dissensionis originem, & initium unius hypostasēs. Antequam Latinis in interpretanda hypostasēs voce molestiam faceretur linguæ inopia, nulla erat apud Græcos ea de re controversia, nulla varietas; ac proinde non solum Nicæni patres, sed & quotquot hypostasēs vocabulo ad efferendum dogma usi sunt, non unam hypostasim, sed tres hypostasēs dixerunt. Gregorii testimonium confirmat Acacius Berænsis, qui sic loquitur apud Cyrillum Alexandrinum, epist. 13. *Beatus Paulinus, inquit, tres hypostasēs aperte dicere recusabat, quamvis eadem virtute & veritate sentiret ac prædicaret. Sequutus est autem piissimos Occidentis episcopos, propterea quod angustior est lingua Romana, quam ut secundum græcam nostram præstet tres hypostasēs dicere queat.*

Illud etiam novitatem unius hypostasēs demonstrare possit, quod cum epistolæ Sardinensis synodi adjuncta a nonnullis fuisset quædam fidei confessio, in qua una hypostasēs, ut apostolica doctrina, tradebatur, hanc fidei confessionum Alexandrina synodus, ut spuriam rejecit, ac Antiochenos hortata est, ut eam nec legi nec proferri paterentur. Eusebius Vercellensis in subscribendo eam ne proferendam quidem esse pronuntiat.

Athanas.  
epist. ad An-  
tiochenos.

Tres hypo-  
stasēs apud  
scriptores  
Nicæna sy-  
nodo anti-  
quiores.

IV. Sed præcipuum nobis argumentum suppeditant scriptorum ecclesiasticorum testimonia, tum eorum qui ante concilium Nicænum floruerunt, tum eorum qui synodo interfuerunt, aut post eam scripsere. Nullus sane proferri potest, qui unam in tribus personis hypostasim dixerit: quotquot autem in explicando Trinitatis mysterio hypostasēs voce usi sunt, tres hypostasēs summo consensu numerant.

Origines tom. 2. in Joannem p. 56. sic contra Sabellianos pronuntiat; ἡμεῖς μὲν τριγυε τρεῖς ὑποστάσεις πεθεόμενοι τυγχάνειν τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱόν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. Nos autem persuasum habemus tres esse hypostasēs, Patrem & Filium & Spiritum sanctum. Refellit in libro 8. contra Celsum pag. 386. eosdem hæreticos, qui Patrem & Filium duas esse hypostasēs negabant; ipse vero duas hypostasēs res esse asseverat; ὄντα δύο τῆ ὑπόστασι πράγματα.

S. Basilius in libro de Spiritu sancto cap. 29. num. 72. citat illud Dionysii Alexandrini: εἰ τῶ τρεῖς εἶναι τὰς ὑποστάσεις, μεμελεισμένας εἶναι λέγουσι, τρεῖς εἰσὶ καὶ μὴ θέλωσιν· ἢ τὴν θεῖαν τελεῖδα παντελῶς ἀνελέτωσαν. Si eo quod tres sunt hypostasēs, divisas esse dicunt, tres sunt etiam si nolint: aut divinam Triadem prorsus tollant.

Tres ergo hypostasēs admittit Dionysius Alexandrinus, sed eos refellit, qui ex eo quod tres sint, divisas esse contendebant, quasi non una esset in tribus essentia. Atque id quidem accurate observandum, ut perspiciamus quam immerito Dionysium

a. l. 1. de  
Trin. cap. 1.  
b. l. 1. de  
Fide p. 290.

Romanum cum Alexandrino pugnare existiment duo eximii scriptores, Petavius & Pet. Coustant. Uterque enim unam hypostasim asseri contendit a Dionysio Romano in hoc testimonio apud Athanas. l. de decret. Nic. n. 26. p. 231. Θεὸς δ' αὖ εἰκότως λέγοιμι καὶ πρὸς διαίρησιν καὶ κατὰ μέρος καὶ ἀναίρησιν τὸ σεμνότερον κήρυγμα τῆ ἐκκλησίας τῷ Θεῷ, καὶ μοναρχίαν εἰς τρεῖς δυνάμεις τινὰς καὶ μεμελεισμένας ὑποστάσεις καὶ θεότητας τρεῖς. Jam veto, inquit, æquum fuerit adversus illos disputare, qui augustissimam Dei Ecclesiæ prædicationem, monarchiam in tres quasdam virtutes ac separatas hypostasēs tresque divinitates dividunt, discindunt, destruuntque. Nulla sane inter utrumque Dionysium sententiæ varietas: uterque hypostasēs divisas vituperat: neque una hypostasēs Romano affingi potest,

cum

cum idem prorsus dicat ac Alexandrinus. Sed potius ex eo quod tres hypostases divisas refellat, non obscura conclusio est nihil eum reprehensurum fuisse, si una in tribus hypostasibus essentia fuisset admessa. Nullus ergo scriptor ante Nicænam synodum proferri potest, qui unam in tribus personis hypostasim docuerit.

V. Quid senserint Nicæni patres ex duobus locupletissimis testibus perspicere potest, S. Alexandro Alexandrino & S. Athanasio. Primus sic loquitur in epist. ad Alexandrum Constantinopolitanum apud Theodoret. l. 1. Hist. eccl. c. 4. p. 15. *ὁὖν ἔστὶ τὸ, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἑσμῖν· ὅπερ φησὶν ὁ κύριος, οὐ πατέρα ἑαυτὸν ἀναγοράων, οὐδὲ τὰς τῆς ὑποστάσεως δύο φύσεις μίαν εἶναι σαφηνίζων &c.* Cujusmodi est illud: Ego & Pater unum sumus. Quod quidem Dominus dicit, non quo seipsum Patrem renuntiet, nec quo duas hypostasi naturas, ( hoc est, duas hypostases ) unam esse demonstrat &c. Alibi explicabitur, cur S. Alexander duas hypostasi naturas dicat. Nunc satis est monere, cum hac loquendi ratione usum esse, quia naturam, quæ una prorsus est numero, ut conjunctam cum personalibus proprietatibus in unaquaque persona considerabat.

Quid synodus Nicæna senserit ex S. Alexandro & S. Athanasio spectatur.

Non discedit ab optimi decessoris & magistri vestigiis Athanasius, qui sub finem libri, quem de verbis Domini scripsit, *Omnia mihi tradita sunt &c.* Sic loquitur: *τὸ γὰρ τρίτον τὰ τίμια ζωὰ ταῦτα προσφέρειν τὴν δοξολογίαν, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος λέγοντα, τὰς τρεῖς ὑποστάσεις πλείας δεικνύοντα ἑσίν.* Dum ter veneranda illa animalia glorificationem proferunt, Sanctus, Sanctus, Sanctus, tres hypostases perfectas ostendunt.

Et in libro *περὶ τῆς εἰσαρκου ἐπιφανείας τοῦ Θεοῦ λόγου· μία γὰρ ἡ θεότης καὶ εἰς Θεὸς εἰς τρισὶν ὑποστάσεσιν.* Una enim deitas & unus Deus in tribus hypostasibus. Hypostasis

pag. 108.

eodem sensu sumitur in libro, *Quod unus est Christus.* Postremum hoc opus abjudicant nonnulli Athanasio, de secundo non deest omnino dubitandi locus. At primum a nemine in dubium revocatur; si tamen excipias Tillemontium qui fatetur se hac una re detineri, quominus hoc opus certissime attribuat Athanasio, quod illud de tribus hypostasibus testimonium pugnare videatur cum tribus aliis Athanasii locis, in quibus sanctus pater hypostasim pro essentia sumit, nempe in epistola ad Afros, in libro de synodis, & in quarta adversus Arianos oratione. Sed etiamsi demus his in locis, quæ Petavius argumenti loco protulit, hypostasim idem esse ac essentiam; certe non ait Athanasius unam esse in tribus personis hypostasim, sed idem facit, quod ab acerrimis trium hypostasium defensoribus factum demonstravimus. Sed tamen si excipias librum de synodis ubi ait Basilium Ancyranum *confiteri se Patris essentia esse & non ex alia hypostasi Filium, καὶ μὴ ἔξ ἑτέρας ὑποστάσεως,* in aliis duobus testimoniis ad personam ipsam hypostasis revocari potest. Sic enim loquitur in epist. ad Afros. *ἡ δὲ ὑπόστασις οὐσία ἐστὶ, καὶ ἕδεν ἄλλα σημαυόμενον ἔχει, ἢ αὐτὸ τὸ ὄν.*

*ὅπερ Ἱερουμίας ὑπαρξὶν ὀνομάζει λέγων· καὶ ἐκ ἠκουσαν φωνὴν ὑπαρξέως ἢ γὰρ ὑπόστασις καὶ ἡ οὐσία, ὑπαρξὶς ἑσίν· ἑσὶ γὰρ καὶ ὑπάρχει.* Hypostasis autem substantia est, neque aliam habet significationem, quam hoc ipsum quod est: quod Hieremias vocat ὑπαρξὶν seu existentiam dicens: Et non audierunt vocem existentie mee. Nam Hypostasis & substantia, idipsum est quod ὑπαρξὶς seu existentia. Est enim & existit. Et in orat. quarta in Arianos: *ὡσπερ δὲ μία ἀρχὴ καὶ κατὰ τῶν εἰς Θεὸς, οὗτος ἢ τῶ ὄντι καὶ ἀληθῶς καὶ ὄντως οὐσα οὐσία καὶ ὑπόστασις, μία ἑσὶν ἢ λέγουσα, ἐγὼ εἰμι ὁ ὢν καὶ οὐ δύο ἵνα μὴ δύο ἀρχαί.* Porro quemadmodum unum est principium & proinde unus Deus, ita quæ verissime est essentia & hypostasis, una est quæ dicit, Ego sum qui sum, non autem due, ne scilicet duo sint principia.

pag. 894.

Hierem. 9.

pag. 617.

In primo testimonio mirifice consentit Athanasius cum aliis patribus Græcis, qui hypostasis nomen opposuere hæreticis Verbum & Spiritum sanctum existere negantibus, & idcirco tres hypostases defenderunt. In altero Patrem manifeste designat, & deitatis unitatem ex eo probat, quod solus Pater principium sit, a quo due aliæ personæ.

Atque etiamsi Athanasius in aliis operibus unam hypostasim admisisset; nihil id detrudere posset de testimonio, quod eruimus ex libro in illud, *Omnia mihi tradita sunt.* Scriptus enim hic libellus ante mortem Eusebii Nicomediensis, id est, ante annum 342. Nondum tunc percrebuerant de hypostasi controversiæ; nec causa iuberat ulla, cur Athanasius eam loquendi rationem fugeret, qua non solum Alexander, sed etiam Origenes & Dionysius Alexandrinus usi fuerant. Quamobrem etiamsi Athanasium arcta cum Latinis & Antiochenis conjunctio ad professionem unius hypostasis adduxisset, non idcirco priora illius scripta in dubium venire deberent. Sed tamen asseverare licet nusquam eum unam in tribus personis hypostasim ponere; imo ex quarta illius adversus Arianos oratione duo proferam testimonia, in quibus hypostasim eodem prorsus sensu, ac Origenes & S. Alexander, usurpat. Sic igitur loquitur n. 25. p. 636. *μαίνεται μὲν ἔν Αρειῶν ἔξ ἐκ ὄντων εἶναι λέγων τὸν ἴον, καὶ ἢ ἴον,*

πότε,

ποτε, ὅτε δὲ ἦν. μάλιστα δὲ καὶ Σαβέλλι<sup>ο</sup> λέγων τὸν πατέρα εἶναι ἰὸν, καὶ ἑμπάλιν τὸν ἰὸν εἶναι πατέρα, ὑποτάσσει μὲν ἓν, ὀνόματι δὲ δύο. *Quocirca insanit profecto Arius, cum ait Filium ex nihilo esse, fuisseque aliquando cum non esset. Insanit pariter Sabellius, cum Patrem Filium esse, & Filium Patrem esse docet, unum quidem hypostasi, sed nomine duos.* Et sub finem ejusdem orationis: τὸ τρίτον λεγόμενον ὑπὸ τῆς μακαρίου Πέτρου, ὁρῶν, καὶ εὐλακρινῆ τῶν θεότητων τῆς μονογενῆς κηρύσσει, οὐ τῶν ὑποτάσσειν χωρίζων τῆς Θεοῦ λόγου ἀπὸ τῆς ἐκ Μαρίας ἀνθρώπου. *Rectum est igitur quod ait beatus Petrus, qui veram Unigeniti prædicat divinitatem, nec Dei Verbi hypostasim disjungit ab homine ex Maria assumto.* In hoc postremo testimonio hypostasis multo aptius ad personam quam ad substantiam revocatur. In primo autem contendit Petavius non personam, sed id tantum quod re vera existit, intelligendum esse. At negare non potest unam hypostasim rejici. Porro tres hypostases non alio consilio sancti Patres defenderunt, nisi ut Filium & Spiritum non efficientias quasdam ac nomine tenus personas esse, sed Filium vere ut Filium, Spiritum sanctum vere ut Spiritum existere probarent. In eandem prorsus sententiam loquitur Athanasius, dum Patrem & Filium hypostasi unum dici non patitur. In quo consentit cum decessore suo, qui duas in Patre & Filio hypostases agnoscit; consentit cum Basilio, qui unum hypostasi Deum a Sabellio prædicari docet; epist. 214. n. 3. Unum addam Athanasii locum, in quo manifeste tres hypostases, ut supra Dionysius uterque, admittit. οὕτε τρεῖς ὑποτάσεις, inquit in Expos. fid. nu. 2. μεμειρισμένας καθ' ἑαυτὰς, ὡς περ σωματοφυῶς ἐπ' ἀνθρώπων, ἐστὶ λογισασθαι. *Neque tres hypostases per seipsas divisas, ut in hominibus pro natura corporum accidit, fas est in Deo cogitare.*

rom. 1. pag. 109.

petre 2.6.12.

Post concilium multo uberiores habemus testium copiam: nam si singulos sæculi quarti scriptores Græcos enumeremus, totidem erunt trium hypostasium defensores, quibus etiam adjungendum est concilium primum C. P. sive œcumenicum secundum. Docet enim hæc synodus in epistola ad Damasum unam esse Patris & Filii & Spiritus sancti essentiam, καὶ τρεῖς τελείας ὑποτάσεις, ἢ γινώσκων τρεῖς τελείους προσώπους, in tribus perfectis hypostasibus, sive tribus perfectis personis. Non utar auctoritate Gelasii Cyziceni, qui in Actis Nicæni concilii Hosium inducit ex mandato ac Decreto totius synodi respondentem ac τελεῖα ὑποτάσεων prædicantem. Nemo est enim qui multum hujus scriptoris testimonio tribuat. At sequentibus sæculis summum fatetur Petavius consensum existisse Græcorum in tribus hypostasibus prædicandis.

Occidentium sententia hæc hypostasi.

VI. Ipsi Occidentales eandem loquendi rationem libenter ad usus suos adsciverunt, postquam subsistentiæ voce inventa difficultas omnis evanuit. Atque id quidem sæculo quinto contigit. Sed tamen longe antea videntur perspexisse tres hypostases percommode græco sermone usurpari. Id colligitur ex epistola 214. Basilii num. 4. ubi sic loquitur: περὶ δὲ τῆς, ὅτι ὑποτάσις καὶ οὐσία ἢ ταῦτόν ἐστι, καὶ αὐτοὶ ὡς νομίζω, ὑπεστημημένοι οἱ ἀπὸ τῆς δύσεως ἀδελφοί, καὶ οἷς τὸ σεῖν τῆς ἑαυτῶν γλώττης ὑφ' ἑαυτῶν, τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα τῆς Ἑλλάδι φωνῆ παραδεδωκασιν· ἵνα, εἰ τις ἐστὶ διαφορὰ τῆς οὐσίας, σωζοῖτο αὐτῆ καὶ τῆς εὐκλειῆς καὶ ἀσυγχύτου διαστάσεως τῶν ὀνομάτων. *Quod autem hypostasis & essentia idem non sunt, id & ipsi, ut puto, subindicarunt Occidentales fratres, dum linguæ suæ angustias subveriti, essentia nomen lingua græca tradiderunt, ut si qua esset sententia discrepantia, illa ipsa servaretur in clara & minime confusa nominum diversitate.*

Quinetiam ipse Damasus tres hypostases videtur admisisse. Nam in epistola ad Paulinum prædicat unum Deum in tribus hypostasibus, Θεὸν ἓνα καὶ τρεῖς ὑποτάσεις. Spuria videntur hæc postrema verba doctissimo epistolarum Pontificum Rom. editori, propterea quod desunt in exemplaribus latinis. Sed tamen confirmari possent Flaviani testimonio, qui Paulinum coram Magistro militum sic alloquitur apud Theodoretum l. 5. c. 3. p. 201. εἰ τὴν Δαμάσῳ, ὦ φιλότις, κοινωρίαν ἀπαύξη, ἐπίδειξον ἡμῖν σαφῶς τὴν τῶν δογμάτων συγγένειαν. ἐκεῖν<sup>ο</sup> γὰρ μίαν τῆς τελεῖδ<sup>ο</sup> οὐσίαν ὁμολογῶν, τὰς τρεῖς ὑποτάσεις διαρρήδην κηρύττει. σὺ δὲ ἀντικρὶς τῶν ὑποτάσεων ἀναίρεῖς τῶν τελεῖδ<sup>α</sup>. *Si Damasus communionem amplecteris, o amice, doctrinæ nobis manifestam similitudinem ostende. Nam ille quidem unam eandemque Trinitatis substantiam confitens, tres hypostases discrete prædicat. Tu contra, Trinitatem tollis hypostasew.* Ex his patet Damasum sui cum Græcis consensus aliquod monumentum edidisse, quod in Oriente notum omnibus & testatum esset: Nam nihil prorsus respondere potuit Paulinus, teste Theodoro. Nullum autem videtur aptius proferri posse monumentum, in quo id præstiterit Damasus, quam epistola ad Paulinum. Objicit Petavius synodi Romanæ epistolam sub eodem Damaso, in qua una hypostasis & essentia docetur.



cetur . Sed hypostasis vocem merito deesse in exemplaribus latinis probavimus. In Notis in fine hujus Tomi in Epist. 93.

Videor mihi ex his posse concludere neminem prorsus existisse inter catholico-Quo sensu eadem vox usurpata in secularibus scholis.cos Orientales, qui unam in tribus personis hypostasim admitteret, præter Paulinum Antiochenum ejusque amicos . Neque etiam dicere verebor tres hypostases immerito a S. Hieronymo, ut loquendi rationem sua sponte non accuratam vituperari. *Tota secularium litterarum schola*, inquit in epistola ad Damasum Papam, *nihil aliud hypostasim nisi usam novit: & quisquam, rogo, ore sacrilego tres substantias prædicabit?* Etsi abundabat eruditione S. Hieronymus; videntur tamen hac in re opiniones anticipatae ei illuisse . Nam Budæus & post eum Henricus Stephanus observant sæpe apud antiquos scriptores hypostasim de iis dici quæ vere existunt, & iis opponi, quæ specie tantum aut cogitandi ratione. Unde Budæus in Commentaria profert hunc Aristotelis locum de mundo: *συληβδην δὲ τῶν ἐν αἰεὶ φαντασμάτων τὰ μὲν εἰσι κατ' ἔμφρασιν, τὰ δὲ καθ' ὑπόστασιν. Ad summam eorum, quæ in aere apparent, alia specie tenus existunt, alia habent etiam hypostasim.* Addit etiam illud Themistii in Phyl. 2. *ἂ μὴδὲ τῷ λόγῳ χωρεῖσθαι, ταῦτα καὶ ὑπόστασι χωρεῖσθαι. Quæ ne ratione quidem separari possunt, ea etiam hypostasi separant.* Cum ergo hypostasis opponatur iis quæ sola ratione aut specie tantum existunt; merito sancti patres, ut Patrem vere esse patrem; Filium vere esse filium, Spiritum vere esse spiritum ostenderent, tres hypostases prædicarunt contra Sabellium & Noetum, qui cum tres quidem personas dicerent, teste Basilio epist. 214. n. 3. sed hoc personæ nomen ad metaphoricos sensus detorquerent; aliquid eis opponi debuit, quod pariter eludere non possent. At nihil ad eam rem aptius, nihil significantius hypostasis voce. Unde Sabellius unum prorsus hypostasi Deum esse contendebat, ut ibidem testatur Basilius.

§. II.

I. Videtur S. Basilius prima specie pugnare cum S. Athanasio & S. Gregorio in tribus hypostasibus defendendis. II. Non tamen discedit a debita animi moderatione, Quo sensu banc questionem magni momenti esse duxit. Quo sensu cum defensoribus unius hypostasis communionem ineundam negavit.

I. Quamvis S. Basilius in defendendis tribus hypostasibus traditionem Ecclesiæ sequutus sit; forte tamen a nonnullis eo nomine accusabitur, quod nimio abruptus studio a temperamenti in synodo Alexandrina præscriptis discesserit. Cum enim audivisset anno 375. Paulinum acceptis Roma perhonorificis litteris vehementer efferri, ejusque amicos cum ecclesia S. Meletii conjungi velle, ac operam dare ut Terentium in partes suas traherent; statim scripsit ad hunc Comitum, ut ejus animum præoccuparet, aut si qua eum opinione adversarii præoccupassent, penitus convelleret. In hac autem epistola sic suam de hypostasibus sententiam exponit: *οὐ μὲν τοι τὰς γε ἕνεκεν δυνάμεδά ποτε ἑαυτὸς πείσται, ἢ Μελετίον ἀγνοῆσαι, ἢ τῆς ὑπ' αὐτὸν ἐκκλησίας ἐπιλαθέσθαι, ἢ τὰ ζητήματα, ὑπὲρ ὧν Ἰε ἀρχῆς ἢ διάστασις γέγονε, μικρὰ ἠγήσασθαι, καὶ ὀλίγην ἔχειν διαφορὰν νομίσαι πρὸς τὸν τῆς Ἀσσεβείας σκοπὸν. ἐγὼ γὰρ, ἔκ ὅπως εἰ ἐπιστολήν τις ἀνδρώπων δεξάμενος, ἐπ' αὐτῇ τῇ μέγα φρονεῖ, τὰς ἕνεκεν ὑποσταλῆναι ποτε καταδέξομαι· ἀλλ' οὐδ' ἂν Ἰε αὐτῷ ἠκη τῶν ἑρανῶν, μὴ σοιχῆ δὲ τῷ ὑγιαίνοντι λόγῳ τῆς πίσεως, δύναμαι αὐτὸν κοινῶν ἠγήσασθαι ἢ ἀγίων.* *Non idcirco tamen mihi ipse umquam persuadere possim, ut aut Meletium ignorem, aut ecclesiæ cui præest obliviscar, aut quæstiones, de quibus ab initio nata diffensio, exiles putem, & parvi ad pietatis propositum momenti. Ego enim non solum, si quis ob acceptam ab hominibus epistolam efferatur, non idcirco abstrahi me umquam & subduci patiar: sed neque, si ex ipsis missa sit cælis, nec sanam ille profiteatur fidei doctrinam, possum illum sanctorum communionis participem existimare.* Cur autem de hac quæstione & de Paulino sic sentiat, hanc affert rationem, quod Paulinus, dum unam hypostasim, tres personas perfectas admittit, in hoc a Sabellio non discedat, qui pariter unam hypostasim & tres personas admiserat. Quare contendit Basilius conjunctionem cum ejusmodi hominibus unam hypostasim profitentibus, sine gravissimis incommodis iniri non posse. *τίς δ' ἂν γένοιτο τῆς διαβολῆς ταύτης χαλεπωτέρα, καὶ μᾶλλον δυναμένη τοὺς πολλοὺς διασπαλεῦσαι, ἢ εἰ φανείσθαι τινεὶ Ἰε ἡμῶν πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος μίαν ὑπόστασιν λέγοντις.* *Quenam autem hac calumnia gravior esse possit, & ad multos*  
S. Basilius Oper. Tom. III. b com-

Videtur S. Basilius prima specie pugnare cum Athanasio & Gregorio in tribus hypostasibus defendendis.

Ep. 214 n. 2.

commovendos aptior, quam si qui ex nobis videantur Patris & Filii & Spiritus sancti unam hypostasim dicere? In eandem sententiam sic alloquitur Epiphanium in epistola 258. *ἱκανῶς δέ μιν καὶ κένο τὴν ψυχὴν παρεκάλεσε, τὸ προσεθεῖν παρὰ τῆς σῆς ἀκλειβείας τοῖς λοιποῖς καλῶς καὶ ἀκλειβῶς θεολογηθεῖσι· τὸ τρεῖς ἀναγκασίον εἶναι τὰς ὑποστάσεις ὁμολογεῖν, ὥστε τῷτο καὶ οἱ κατὰ Ἀντιόχειαν ἀδελφοὶ διδασκασθῶσαν παρὰ σὺ, πάντως δὲ πρὸς καὶ ἐδιδάχθησαν. οὐ γὰρ ἂν εἴλετο δηλοῦναι τῆς πρὸς αὐτὸς κοινωνίαν, μὴ τῷτο αὐτῷ μάλιστα τὸ μέρος ἀσφαλίσαιμεν.* Valde auctem meum illud etiam animum recreavit, quod diligentia tua ceteris præclare & accurate tractatis adjecit, necesse esse tres hypostasies confiteri. Quapropter fratres Antiocheni hoc etiam a te edoceantur; profecto autem jam edocti sunt. Nam sine dubio eorum amplexus non esses communionem, nisi maxime tibi de hoc capite cautum esset.

Or. 21. pag. 396.

Videntur hæc prima specie pugnare cum Gregorii Nazianzeni de hac quaestione judicio, & summa Athanasii in sedanda discordia animi moderatione. Hæc enim controversia videtur Gregorio res prorsus ridicula vel miseranda ὡς λίαν γελῶν ἢ ἐλαίων, levis & jejuna de vocum sono altercatio, ἢ πρὸς τὸν ἦχον μικρολογία. Plenis manibus Athanasium laudat, qui utraque parte leniter & benigne accita, verborumque sententia diligenter & accurate perpensa, posteaquam concordēs reperit, nec, quantum ad doctrinam, ullo modo inter se dissidentes, ita negotium transigit, ut nominum usum concedens rebus eos constringeret. Num igitur Basilius cum Gregorio & Athanasio pugnat, ac permagni ad pietatem momenti esse censet, quod isti levissimi esse momenti ducebant? Num necessarium confiteri esse statuit, quod cujusque arbitrio relinquebant; & quibus nullam prorsus molestiam volebant exhiberi, eos ad communionem negat admitti oportere?

Non tamen discedit a debita animi moderatione.

II. Ut S. Patris sententia perspicatur, observandum est 1. cum accuratissime servare, quod præcipue ab Alexandrina synodo sancitum fuerat, ut neutra pars alteri hæresis aut erroris notam inureret. Hoc maxime ridiculum vel potius miserandum Gregorio videbatur, quod de fide controversia esse videretur levis & jejuna de vocum sono altercatio; quod objiceretur Sabellianismus ob tres personas & Arianismus ob tres hypostasies; quod eo tandem res adducta esset, ut periculum esset, ne orbis terrarum fines una cum syllabis abrumperentur. Nihil ejusmodi commissum a Basilio, qui in hac ipsa ad Terentium epistola adversarios suos domesticos fidei appellat, eosque simplicitate magis, quam malitia ad Sabellianorum loquendi similitudinem accedere fatetur, & in pluribus aliis locis eorum fidei testimonium tribuit, ut in epist. 156. n. 1. ubi eos, qui Antiochiæ inter se dissident sententia divisos esse negat. Hinc etiam in epistola 258. n. 3. fratres Antiochenos vocat eos qui a Paulini partibus stabant, precatur ut ecclesiam Antiochenam, quæ in doctrina consentit, aliquando conjunctam videre contingat, nec jam ipsa contra se recta fides scissa sit.

Locus Hieronymi explicatur.

Non erat ergo Basilius ex vehementi illo hominum genere, de quibus Hieronymus in epistola ad Damasum papam sic loquitur: *Interrogemus, inquit, quid tres hypostasies posse arbitrentur intelligi. Tres personas subsistentes ajunt: respondemus nos ita credere. Non sufficit sensus, ipsum nomen efflagitant: quia nescio quid veneni in syllabis latet. Clamamus, si quis tres hypostasies, ut tria enypostata, hoc est tres subsistentes personas non confitetur, anathema sit. Et quia vocabula non ediscimus, heretici judicamur.* Deerat sane ejusmodi hominibus eximia illa virtus, quæ in omnibus Basilio dictis & factis elucebat, lenitas & animi moderatio. Suspiciatur tamen Tillemontius Hieronymum non sibi constare in his narrandis. Nam cum vehementes illi trium hypostasium defensores, inquit eruditus scriptor, nihil aliud peterent ab Hieronymo, nisi ut tres hypostasies confiteretur; quomodo non eos placasset trium hypostasium confessione? Deinde vero postquam tres hypostasies confessum se esse narravit; cur statim addit, *Et quia vocabula non ediscimus?* Videntur hæc pugnantia Tillemontio. Sed minus animadvertit doctissimus criticus Hieronymum hoc loco non tres hypostasies confiteri, sed medium se esse velle inter utrasque partes. Non enim dicit, si quis tres hypostasies non confitetur, anathema sit. Sed is est sensus illius verborum; si quis tres hypostasies confitendo, non ut tres personas subsistentes, sed ut tres substantias confitetur, anathema sit. Id patet ex his quæ sequuntur. *Si quis autem hypostasim usiam intelligens, non in tribus personis unam hypostasim dicit, alienus a Christo est.* Secum ergo non pugnat Hieronymus, sed neutram loquendi rationem amplectens, quidquid utrique poterat inesse vitii, id prorsus rejiciebat, nec tamen placare poterat morosos illos adversarios.

tom. 12. p. 40.

2. Neque etiam reprehendus Basilius, quod exortam de hypostasibus controversiam magni esse momenti duxerit, neque in hoc pugnat cum synodo Alexandrina. Etsi enim hæc quæstio tanti esse non debebat, ut inter catholicos idem sentientes pax diffiliret; erat tamen satis magni momenti, si spectetur hæreticorum ad accusandam Ecclesiam ingenium proclive. Cum enim catholicis Sabellianismum affingere non desinerent, campum illis ad calumnias aperuisset unius hypostasis ad exemplum Sabellii confessio. Quare cum Epiphano assentitur, necesse esse tres hypostasiles confiteri; nequaquam id necessarium esse putat, ut catholicus aliquis habeatur, sed ut locus Arianorum calumniis non detur, addo etiam, ut servetur accepta a majoribus traditio.

3. Cum tanto animi ardore in id incumbit Basilius, ne unius hypostasis defensores cum ecclesia Meletii jungantur, seque adduci posse negat, ut Paulinum communionis sanctorum participem agnoscat; diligenter expendendum quid ei propositum fuerit. Non enim id agebatur, ut schismati Antiocheno finis imponeretur, & ad legitimum pastorem S. Meletium oves redirent. Si tanti commodi spes affulisset; certo scio Basilium omnia paci & caritati post habiturum fuisse, ac libenter suscepturum Paulini plebem & clerum, etiamsi unam hypostasim admitterent. Sed Paulini amicorum consilia omnia eo spectabant, ut Paulinus, excluso S. Meletio, solus Antiochiæ præfesset. Hinc Basilius in eadem epist. 214. nu. i. adduci se posse negat, *ut aut Meletium ignores, aut ecclesiam cui præest Meletius obliviscatur*. Non immerito ergo communionem cum Paulino ineundam negabat; quippe cum iniri non posset, quin Meletius rejiceretur, qui solus Antiochiæ legitimus erat episcopus. Eadem de causa Basilius leuiter reprehendit in Epiphano initam cum Paulini ecclesia communionem: non quod unius hypostasis defensores excommunicandos & ab Ecclesia ejciendos duceret: sed Epiphani constantiam requirebat, qui cum tres hypostasiles necesse esse confiteri censeret, cum hominibus unam hypostasim profitentibus communicaverat, spreta & rejecta Meletii communionem, fecit eadem defendendi Meletii necessitas, ut unius hypostasis professio, quæ magno aliquo commodo compensata, levis visa esset, cum maximis in Meletium injuriis conjuncta, permagni esse momenti videretur. Neque etiam ab Arianorum calumniis valde metuendum fuisset, si una hypostasis, veluti nævus quidam tolerabilis & ignoscendus, veniam apud catholicos habuisset: sed si summum honorem ac celebritatem adepta esset, ac magna Meletii ecclesia pusillo Paulini conventui fuisset adjuncta, velut si flumen rivulo adjungatur; tunc Arianis patuisset latissimus ad calumniandum campus.

Quo sensu Basilius cum defensoribus unius hypostasis communicandum negavit.

ep. 258, n. 3.

### §. III.

I. *Vituperatus a nonnullis S. Basilius, quod Dei titulum Spiritui sancto non semper tribuerit.* II. *Hoc temperamento usus est, ut infirmis consuleret & ecclesiam suam hæreticorum furori subtraheret.* III. *Neutrum prorsus vituperandum.* IV. *Objecta solvantur.* V. *Basilius semper idem sentiens non semper eodem modo in hæreticis refellendis versatur.*

I. Nunc aliud reprehensionis genus, longe diversum superiori propulsandum a S. Basilio. Quod enim interdum de sancto Spiritu sic disserit, ut nomen Dei non tribuat, id & nonnullis olim indignationem movit, nec desunt hodie qui Basilii hac in re fortitudinem animi & constantiam requirant, Prodiit paucis abhinc annis opusculum quoddam, in quo de Basilii facto disseritur. Basilium reprehendit auctor opusculi, non tamen sine debita tanto doctore reverentia, quod animi moderationem & lenitatem longius produxerit. Existimat illius consilium non modo eos exitus non habuisset, quos sibi proponebat, ut placarentur Pneumatomachi, & reducerentur infirmi, sed etiam locum dedisse occultis hæreticis, qualis erat Eustathius Sebastenus, sese cum Basilio jungendi; pluribus autem displicuisse non solum monachis, sed etiam episcopis ac ipsi S. Meletio. Negat idem scriptor certo constare an S. Athanasio probata fuerit Basilii agendi ratio: variam ea de re censeret fuisse Gregorii Nazianzeni sententiam: ac ipsum etiam Basilium, cum videret se rem præclarissimam non facere, in gratiæ loco hoc petiisse a Spiritu sancto ejusque divinitatis defensoribus; postea autem hoc temperamentum missum fecisse, quo numquam usus est in defendendo consubstantiali. Nemo fere est qui tot rationum momentis undique exquisitis & comportatis, non prima specie ma-

Vituperatus a nonnullis S. Basilio, quod Dei titulum Spiritui sancto non semper tribuerit.

nus dandas esse putet, Sed si singula vestigentur accuratius, aliud profus feretur de S. Basilio iudicium.

Hoc temperamento usus est, ut infirmis confuleret, & ecclesiam suam hæreticorum furori subtraheret.

II. Duabus potissimum de causis S. Doctor Dei voce interdum in prædicanda S. Spiritus divinitate abstinuit. Prima erat, ut infirmis confuleret: altera ut furentibus hæreticis locum præriperet perturbandæ & vastandæ Cappadociæ.

Cum Tarsensis ecclesia in Ariænorum manus incidisset, catholici presbyteri cum episcopo hæretico communicare volebant, ac seorsim, ut in pluribus aliis ecclesiis factum est, plebem suam regebant. Sed inter eos exorta dissensio, ac Cyriaco presbytero, cuius fides in suspicionem venerat, alii presbyteri condiciones nonnullas ferebant, quibus ille assentiri volebat. Consultus Basilius duas ea de re epistolas scripsit, alteram ad presbyteros Tarsenses, alteram ad ipsum Cyriacum. Demonstrat presbyteris in eo statu res Ecclesiæ versari, ut nihil antiquius esse debeat, quam membra divulsa coniungere. *Fieri autem conjunctio, inquit, si velimus, quibus in rebus animas non ledimus, in his nos ad infirmiores accommodare. Cum igitur ora multa in Spiritum sanctum aperta sint, ac linguæ multæ ad jaciendas in illum blasphemias sint exacute; rogamus vos, ut quantum in vobis est, ad parvum numerum blasphemantes redigatis; & qui Spiritum sanctum creaturam esse non dicunt, eos recipiatis in communionem, ut blasphemii relinquuntur soli, ac vel pudore suffusi ad veritatem redeant, vel si in peccato manent, auctoritate careant ob paucitatem. Nihil igitur amplius exposcamus; sed volentibus nobiscum coniungi fratribus fidem Nicænam proponamus: ac si ei assentiuntur, illud quoque exigamus, Spiritum sanctum creaturam dici non oportere, & eos qui dicunt, recipi ab ipsis in communionem non debere. Nihil autem præter hæc exposcendum esse censeo.* Ipsum autem Cyriacum hortatur, ut fidem Nicænam profiteatur, nec ullam in ea vocem rejiciat, ac præterea Spiritum sanctum creaturam dici non debere, nec cum iis qui dicunt, communicandum esse declaret. Non probabat ergo Basilius hæc legem Cyriaco imponi, ut Dei nomen Spiritui sancto tribueret, modo rem hoc nomine significatam confiteretur.

Quod autem observari voluit ad sanandos & reducendos infirmiores, id ipse observavit, ut pravorum hæreticorum insidias ecclesia Cæsariensis effugeret. Res a S. Gregorio Nazianzeno sic narratur or. 20. p. 364. οἰκονομεῖν δὲ τὰς λόγους ἐν κρίσει, τῶν ἀναγκαιῶν ἐνόμιζε, τῷ θεῷ Δαβὶδ περὶ τῆς συμβέλλω χρώμεν, ἢ μικρὸν ἔσθαι τὸν τῷ πολέμῳ κερὸν διαφέρειν, ἢ πλὴν τῆς αἰρετικῶν δυναστείας, ἕως ὅ τῆς ἐλευθερίας ἐπιλάβοι κερὸς, ἢ δὴ τῇ γλώσσῃ πλὴν παρρησίαν. οἱ μὲν ἐζητεῖν λαβεῖσθαι γυμνῆς τῆς περὶ τῷ πνεύματος φωνῆς, ὡς εἶη Θεός (ὅπερ ὄν ἀληθὲς, ἀσεβὲς ἐκείνοις ὑπελαμβάνετο, ἢ τῷ κακῷ προσάτη τῆς ἀσεβείας) ἵνα τὸν μὲν τῆς πόλεως μετὰ τῆς θεολογίας γλώσσῃς ὑπεροείσωσιν, αὐτοὶ δὲ καταχόμενοι τῷ ἐκκλησίαν, καὶ τῆς ἐαυτῶν κακίας ὀρμητικῆον ποιησάμενοι, εἰπεῦθεν τὸ λειπόμενον ἅπαν, ὡς ἐκ τινὸς ἀκροπόλεως καταδράμωσιν. ὁ δὲ ἐν ἄλλαις μὲν φωναῖς γραφικῆς ἢ μαρτυρίας ἀναμφιλέκτοις ταυτὸν δυναμένας, ἢ ταῖς τῆς συλλογισμῶν ἀνάγκαις οὕτως ἤρχε τὰς ἀντιλέγοντας, ὡς μὴ ἀντιβαίνειν ἔχειν, ἀλλ' οἰκείας συνδέσθαι φωναῖς, ἢ περὶ δὴ ἢ μεγίστη λόγου δύναμις ἢ σωῆσις. δηλώσει δὲ ἢ ὁ λόγος ὅν περὶ τῆς σωῆγραφε κινῶν πλὴν γραφίδα, ὡς ἐκ πυξίδος τῷ πνεύματος. πλὴν δὲ κερὸν φωνῶν τῆς ὑπερετίθετο παρὰ τε τῷ πνεύματος αὐτῷ, ἢ τῆς γνησίω τῆς σωματικῶν χάρις αὐτῶν τῇ οἰκονομίᾳ μὴ δυχεραίνειν, μηδὲ μιᾶς ἀντεχομένης φωνῆς, τὸ πᾶν ἀπολέσαι δι' ἀπλησίαν τῷ κερῷ παρασυρτίσθαι τῆς εὐσεβείας. αὐτοῖς μὲν γὰρ οὐδεμίαν εἶναι ζημίαν ὑπαλαττομένων μικρὸν τῶν λέξεων, ἢ φωναῖς ἄλλαις τὸ ἴσον διδασκομένοις. εἰ δὲ γὰρ ἐν ῥήμασιν ἡμῶν εἶναι πλὴν σωτηρίαν μᾶλλον, ἢ πράγμασι. μηδὲ γὰρ τὸ Ἰσραὴλ ἐθνὸς ἀποβαλεῖν ἂν, εἰ πλὴν ἠλειμμένῃ φωνῶν ἀντὶ τῆς Χειροῦ πρὸς ὀλίγον ἐπιζητῶντες, ἢ εἶναι μετ' ἡμῶν τᾶπτεσθαι. τῷ δὲ κοινῷ μεγίστην ἂν βλάβην γενέσθαι, τῆς ἐκκλησίας καταχευθείσης. *Cæterum sermones cum iudicio disponere, de Davidis consilio & sententia necessarium esse iudicabat, ac belli tempus, & hæreticorum principatum aliquantisper tolerare, quoad libertatis tempus successisset, linguæque libertatem ac licentiam attulisset. Illi enim nudam & apertam vocem de Spiritu sancto, quod Deus esset, arripere studebant, (quod quidem tametsi verum erat, impium tamen illis, atque improbo impietatis antistiti videbatur) ut eum quidem cum theologica lingua civitate pellerent, ipsi autem Ecclesiam occuparent, eamque sceleris sui propugnaculum efficerent, atque hinc deinde, velut ex arce quadam, id omne, quod reliquum erat, popularentur. At ille in aliis quidem vocibus & Scriptura petitis, testimoniisque minime dubiis eandem vim habentibus, necessariisque argumentis, adversarios ita comprimebat, ut nullo modo repugnare ac contra niti possent: sed, quæ maxima sermonis virtus & prudentia est, propriis vocibus constringerentur, quemadmodum is liber, quem hoc argumento edidit, perspicue ostendet, in quo calamum quasi ex Spiritus pyxide movet,*

Sed

*Sed tamen propriam vocem interim usurpare differebat, tum ab ipsomet Spiritu, tum a sinceris ipsius propugnatoribus in gratiae loco hoc petens, ne hoc suo consilio offenderentur; nec committerent, ut dum unam voculam mordicus retinere conarentur, propter inexplebilem cupiditatem omnia perderent, convulsa nimirum turbulento tempore ac distracta pietate. Ipsos enim nihil ex eo incommodi ac detrimenti accepturos, si vocabula paulum immutarentur, modo aliis verbis eadem docerentur (neque enim salutem nostram in verbis potius, quam in rebus consistere: quippe cum ne Judæi quidem rejiciendi sint, si ad aliquod tempus pro Christo vocem uncti sibi concedi postulantes, in nostrum numerum atque ordinem adscribi velint) at Reip. non posse majorem perniciem ac pestem afferri, quam si ecclesia ab hæreticis occuparetur. In hac Basilii agendi ratione, sive infirmis consulat, sive hæreticorum furori ecclesiam suam objicere caveat, haud equidem video quid reprehendi possit.*

III. Quod spectat ad lenitatem in infirmos adhibitam; 1. nihil illa catholico dogmati, nihil usitato ad exprimendum dogma sermoni nocebat. Tutum erat dogma cum Nicænae fidei professione, tum iis quæ huic formulæ Basiliius adjicienda ducebat. Quinetiam tota illa accommodatio eo spectabat, ut quamplurimi ad confitendam in Ecclesia divinitatem sancti Spiritus allicerentur: nec sane consentaneum erat, ut cum hæretici libenter in sua communione retinerent eos etiam qui hæretice non sentiebant, catholici a sua removerent eos qui catholice sentiebant. Neque etiam de catholici sermonis auctoritate quidquam detrahebatur. Etsi enim infirmis concedebatur, ut Spiritum S. non appellarent Deum, non tamen concedebatur, ut hanc vocem damnarent, nec idcirco illam alii catholici usurpare & prædicare desinebant. Quare spes erat infirmos, dum quotidie in Ecclesia Spiritum sanctum Deum appellari audiunt, atque huic voci aures suas assuefaciunt, brevi inanem illum scrupulum deposituros. Atque hæc maxime spes Basilium fovebat. *Enimvero persuasum mihi est, inquit, diuturniore inter nos consuetudine ac mutua citra contentionem exercitatione, si quid etiam amplius adjiciendum sit exemplandi causa, daturum id Dominum, qui ipsum diligentibus omnia cooperatur in bonum.*

2. Non animadvertunt ii, quibus hæc agendi ratio non placet, magnum esse discrimen inter ea quæ hæreticis ignave & turpiter, & ea quæ infirmis benigna quadam accommodatione conceduntur. Hoc tantum petebat a Basilio Modestus Imperatoris nomine, ut unam vocem, nempe consubstantiale, e fidei symbolo tolli pateretur. At Basiliius ne unam quidem syllabam sacrorum dogmatum prodi, nihil prorsus addi aut demi, ac ne ipsum quidem formulæ ordinem mutari debere respondit. Idem tamen iis qui, cum catholice sentirent, nondum Nicænam formulam receperant, benignæ excusationis veniam non denegabat, saltem in episcopatus primordiis, ut perspicitur ex epist. 52. Aliud est enim infirmis unam aliquam vocem remittere: aliud hæreticorum artibus aut minis concedere, ut ea vox e catholici sermonis usu amandetur. Si concessum fuisset hæreticis ut consubstantiale deleretur, triumphum illi egissent ex Ecclesia, quæ non eos recepisse, sed ab eis recepta videretur; quod quidem numquam committendum esse merito docet Basiliius in epist. 266. At iisdem redeuntibus sine consubstantialis professione, non tamen sine professione fidei hac voce contentæ; numerum filiorum suorum augebat Ecclesia, incolumi prorsus Traditionis deposito.

3. Sententiæ suæ magnos adscriptores & imitatores habuit Basiliius. Præter Athanasium, qui Basilii factum probavit & defendit, ut modo videbimus, Basilium imitatur Gregorius Nazianzenus in oratione 44. pag. 710. ubi sic loquitur: *συμβῶμεν ἀλλήλοις πνευματικῶς· γενώμεθα φιλάδελφοι μᾶλλον ἢ φίλωται· δότε τῷ δυνάμει τῆς θεότητος, καὶ δώσωμεν ὑμῖν τῆς φωνῆς τῷ συγχώρησιν· ὁμολογήσατε τῷ φύτιν ὡς ἄλλαις φωναῖς, αἷς αἰδεῖσθε μᾶλλον· καὶ ὡς ἀσθενεῖς ὑμᾶς ἰατρεύσομεν, ἔστιν ἂν καὶ τῶν πρὸς ἡδονῇ παρακλέψαντες. αἰχρὸν μὲν γὰρ αἰχρὸν, καὶ ἰκανῶς ἄλογον, κατὰ ψυχὴν ἔρρωμένους, μικρολογεῖσθαι περὶ τὸν ἦχον, καὶ κρύπτειν τὸν θησαυρὸν, ὡσπερ ἄλλοις βασκαλιοντας, ἢ μὴ καὶ τῷ γλῶσσαν ἀγιάστῃτε δεδοικότε· αἰχρὸν δὲ ἡμῖν ὁ ἐγκαλῆμεν παθεῖν, καὶ μικρολογίαν καταγινώσκοντας, αὐτὸς μικρολογεῖσθαι περὶ τὰ γράμματα· μιᾶς θεότητος, ὡς οὗτοι, τῷ τελεῖν ὁμολογήσατε, εἰ δὲ βλέπετε μιᾶς φύσεως· καὶ τῷ Θεῷ φωνῇ παρὰ τῷ πνεύματι ὑμῖν αἰτήσομεν· δώσει γὰρ εὖ οἶδα, ὁ τὸ πρῶτον δὲ καὶ τὸ δεύτερον, καὶ μάρισα, εἰ δεηθῆτε εἰς πνευματικὴν, ἀλλὰ μὴ ἔνστασις διαβολικὴ τὸ μᾶς χόμενον· ἐτι σαφέστερον εἶπω καὶ σωπομώτερον, μήτε ὑμεῖς ἡμᾶς εὐθύνητε τῆς ὑψηλοτέρας φωνῆς· φύτω γὰρ ὑδὲ ἀναβάσεως· οὐτε ἡμεῖς τῷ ἐρικτῆν τέως ὑμῖν ἐγκαλῆσομεν, ἔω ἂν καὶ δι' ἄλλης ὁδῆ πρὸς τὸ αὐτὸ φέρησθε καταγωγίον· ἢ γὰρ νικῆσαι ζητοῦμεν, ἀλλὰ προσλαβεῖν ἀδελφός· ὡν τῷ χωρισμῷ ἀπαρασόμεθα.*

con-

Neutrūq  
vituperan-  
dum.

ep. 113.

ep. 113.

Nyss. 1. Eu.  
nom. 314.Theodor. 1.  
lib. 4. c. 18.  
Nyss. ibid.

controversiam transigamus : fraternæ potius caritatis studium , quam nostri amorem præ nobis feramus . Vim divinitatis ac potentiam nobis date , & nos vicissim divinitatis vocem vobis concedemus . Naturam aliis vocibus , quibus plus tribuitis , confiteamini : ac vos , ut infirmos curabimus , nonnulla vobis grata & jucunda suffurantes . Etenim turpe quidem illud est , turpe , inquam , ac perabsurdum , cum animo optime valeatis , circa vocis sonum jejunos & minutos vos præbere , ac thesaurum occultare , quasi aliis eum invidentes , aut metuentes , ne linguam quoque vestram sanctificetis : turpius autem nobis est eodam vitio teneri , quod vobis objicimus , atque , cum anxiam vestram de minutis rebus contentionem damnemus , litterarum tamen minutias anxie urgere . Trinitatem , o viri , unius deitatis esse fateamini , aut , si magis placet unius naturæ : atque hanc vocem , Deus , a Spiritu vobis postulabimus . Dabit enim profecto secundum , qui primum dedit , idque potissimum , si id de quo pugnatur , spiritualis quædam timiditas fuerit , ac non diabolica contentio . Atque , ut aperitius & compendiosius loquar , sic inter nos agamus , ut nec vos , sublimioris vocis ergo , nos in crimen vocetis ( nec enim invidia & reprehensione premi debet hujusmodi ascensus ) nec nos vicissim eam vocem , cujus modo capaces estis , vobis objiciemus : quamdiu alio itinere ad idem hospitium feremini . Non enim victoriam ambimus , sed , ut fratres , quarum separatione distorquemur , ad nos redeant , laboremus . Hæc Gregorius dicebat Constantinopoli : ejusque animi moderationem paulo post ipsa synodus Constantinopolitana judicii sui auctoritate comprobavit , quæ Dominum appellavit Spiritum sanctum , sed ut iis consuleret , quorum animis scrupulus , subabsurdus ille quidem , sed tamen ignoscendus infidebat , Dei vocem in symbolum inferendam esse non censuit .

Sed forte indulgentia in infirmos ipsa humanitatis specie placebit , at minus considerata , nimiumque remissa videbitur Basilii cum improbis hæreticis agendi ratio . Sed tamen si alterum probetur , alterum improbari non potest . Nam cum Arianis aditum in Cappadociam hoc temperamento intercluderet Basilius ; tunc , si umquam alias , plurimis infirmis consulebat , quos persecutio in maximum periculum conjecisset . Deinde vero non indigna res erat caritate Basilii , ne furentibus quidem hæreticis amplius quidquam proponere , quam quod omnino necessarium ad catholicum dogma judicabat ?

Illud autem in primis observandum est , nequaquam commisisse Basilium , ut Dei nomen Spiritui sancto in Ecclesia tribui desineret , sed sæpe illi hunc titulum & per se & per alterum seipsum ; Gregorium Nazianzenum , tribuisse . Id testatur Gregorius Nazianzenus qui his , quæ modo retulimus , statim addit : ἐπει ὅτι γε πάντος μάλλον ἤδει τὸ πνεῦμα Θεόν , δηλοῦν μὲν ἤξ ὧν καὶ δημοσίᾳ τῆτο πολλάκις ἐκήρυξεν , εἴ ποτε κηρὸς ἦν , καὶ ἰδίᾳ τοῖς ἐρωτῶσι προθύμως ἀνωμολόγησε . σαφές ἐρον δὲ πεποιήκεν ἐν τοῖς πρὸς ἐμὲ λόγοις , πρὸς ὃν οὐδὲν ἀπόρητον ἦν αὐτῷ περὶ τῶν κηρολογουμένων . μηδὲ ἀπλῶς τῆτο ἀποφηνάμεν , ἀλλὰ ὁ μηδέπω πρότερον πολλάκις πεποιήκεν , ἐπαρασάμεν ἑαυτῷ τὸ φηκωδέσατον , αὐτῷ τῷ πιδύματος ἐκπεσῆν , εἰ μὴ σέβοι τὸ πνεῦμα μετὰ πατρός καὶ ἰσοῦ ὡς ὁμοῦσιον καὶ ὁμότιμον . εἰ δὲ μέ τις δέξατο κοινωὸν ἐκείνῃ καὶ τοῖς τοιούτοις , ἤξαγορῶσω καὶ ἄλλοις τοῖς πολλοῖς τῶς ἀγνωσμένων , ὅτι τῷ κηρῷ γενοχωροῦντος ἡμᾶς , ἑαυτῷ μὲν τὴν οἰκονομίαν ἐπέτρεψεν , ἡμῖν δὲ τὴν παρρησίαν , οὐς οὐδεὶς ἐμελλε κῆνεν , εἰδὲ ἀποβάλλειν τῆς πασείδῃ ἀφανείᾳ τεπημῆνεις , ὡς ἤξ ἀμφοτέρων ἰχυρόν εἶναι τὸ καθὶ ἡμᾶς εὐαγγέλιον . Nam quod alioqui melius quam quivis alii , Spiritum sanctum Deum agnosceret , cum ex eo perspicue constat , quod & hoc sæpe de loco superiore , quoad per tempus licebat , prædicavit , & privatim apud eos , a quibus interrogabatur , baud cunctanter confessus est : tum vero in suis ad me sermonibus aperitius id demonstravit ( neque enim quidquam umquam , cum de his rebus mecum colloqueretur , animo rectum occultumque habuit ) non simpliciter hoc affirmans , sed , quod antea ipsi per rara acciderat , sibi rem omnium maxime horrendam imprecarus , nempe ut ab ipsa Spiritu excideret , nisi cum Patre & Filio Spiritum , ut consubstantialem & honore parem , veneraretur . Quod si quis me in tantis quoque rebus illius socium admiserit , aliquid , quod plerisque incognitum ante fuit , evulgabo . Nam cum tempus in summas angustias nos redigeret , hanc ipse rationem inibat , ut sibi quidem æconomiam , nobis autem , quos ob nominis obscuritatem nemo in judicium adducturus , patriaque ejecturus esset , loquendi libertatem committeret , Atque ita Evangelium nostrum firmum & validum erat , utriusque præsidio suffultrum .

Objecta  
objunguntur .

IV. Jam vero perfacile refelluntur , quæ eruditum opusculi auctorem detinuerunt , quominus sancti Basilii agendi rationem probaret . Quod ait consilium illius nec ad reducendos infirmos , nec ad placandos Pneumatomachos profuisse ; fateor me nescire ex quibus id fontibus hauserit . Quis enim ei dixit pacem inter presbyteros Tarsenses Basilii opera restituta non fuisse ? Quis ei dixit nullum exitum habuisse susce-  
ptos

ptos ab eo labores, ut quotquot catholice sentiebant, eos in unam consensionem ac communionem adduceret; cum præsertim in ep. 69. ad sanctum Athanasium, spem hujus consilii ad exitum perducendi præ se ferat: in alia autem ad eundem Athanasium aliquanto post scripta declarat, quidquid circa fidem sanum est in Cappadocia & vicinis locis vere ad eorum, qui idem sentiunt, communionem & unitatem pro-<sup>ep. 82.</sup>pendere; Quod spectat ad Pneumatomachos; semper illi quidem bellum inexpiabile cum Basilio gessere; sed tamen certa & explorata res est, gravissimas eum procel-  
las a Cappadocia propulsasse, non solum magnis præliis sustinendis, sed etiam pru-  
denti secessu, cum hæreticorum insidias anno 371. declinavit. Erant enim in insi-  
diis collocati, ut una voce ex ejus ore arrepta, impetum in ecclesiam facerent. Qua-  
re tot ac tanta prælia non certasset Basilius, nisi cauta & provida consilia præcessis-  
sent. Non tot fulsissent miracula, non Cappadociam Valens unam ex omnibus pro-  
vinciis eximiam habuisset, si Basilius non plus movisset ecclesiarum utilitas, quam  
calidiorum ingeniorum querelæ.

Non tutiori fundamento nititur quod ait idem scriptor, occultos hæreticos, qualis  
erat Eustathius, hac Basilius accommodatione & facilitate usos esse, ut sese cum eo  
conjungerent, ac gravissimis postea illum calumniis vexarent. Jamdudum conjunctis-  
sime cum Eustathio & amantissime vixerat Basilius, antequam hæc de Spiritu con-  
troversia prodiret. Non multo post exortam hanc controversiam, dissiluit eorum  
amicitia, propterea quod Basilius, etsi in probanda & periclitanda hominum sus-  
ceptorum fide morosus non erat, ita tamen in constringendo & firmissimis nodis tenen-  
do Eustathio cautus fuit, ut cum iste hæc vincula effugere non posset, odium & ira-  
cundiam in Basilius palam & aperte evomuerit. Basilius ergo lenitas in defendenda  
Spiritus divinitate nequaquam Eustathium cum eo conjunxit, sed potius summa in  
hoc dogmate ruendo constantia disjunxit,

Formula autem, cui subscripsit Eustathius, non solius Basilius, sed etiam Theodo-  
ti & Meletii opus est, & cum temperamento & accommodatione non careat, nec  
Spiritus sanctum appellet Deum; quis credat cum opusculi auctore, Basilius pro-  
pterea Theodoto & Meletio in offensioneque venisse, quod Dei nomen interdum Spi-  
ritui sancto non tribueret? Magnæ profecto existerent Theodoti Nicopolitani in Ba-  
silius injuriæ; sed illius morositatis causa, Basilius communio cum Eustathio, non  
vocis unius prætermisio. Metuit aliquandiu Basilius ne S. Meletio, in iis quæ ad  
Eustathium spectabant, parum æquo uteretur. Sed statim atque in Armeniam pro-  
fectus, consilii sui rationem sancto exuli exposuit, summam illius æquitatem exper-  
tus est. Quod autem egerat in defendenda Spiritus divinitate, numquam id ei aut  
apud sanctum Meletium, aut apud alium episcopum purgandi sui laborem attulit.

Auctor opusculi non solum adversarios affingit Basilio, qui nulli existerent; sed etiam  
quos habuit defensores, ab eo avellere conatur, S. Athanasium & S. Gregorium  
Nazianzenum: ac de altero quidem dubitat, an factum Basilius aliquando probaverit,  
alterum non semper probasse contendit. Equidem non video quid nobis relictum sit,  
quo nitamur in rebus criticis, si Basilio patrocinium eripiatur S. Athanasii. Exstant  
duæ illius epistolæ in Basilius perhonorificæ, altera ad Palladium, altera ad Joannem  
& Antiochum. In utraque Basilius defendit, accusatum a monachis Cæsariensibus,  
quod in dogmatis defensione remissius aliquid egisset. Unde Athanasius ait, *si sus-  
pectus esset Basilius in iis quæ ad veritatem spectant, laudabilem fore eorum contentionem.*  
Declarat eum *magis pro veritate certare, & eos qui doctrina egent, edocere.* Hortatur  
monachos, *ut respicientes ad propositum veritatis illius & œconomiam; glorificent Do-  
minum &c.* Quænam illa œconomia, quæ monachis Basilius accusandi materiam de-  
dit? quodnam dogma visus est remissius defendere? Nihil sane reperias præter quæ-  
sionem de Spiritu sancto. Huc accedit testimonium Gregorii Nazianzeni, cujus ex  
epistola 27. discimus Basilius, cum die festo S. Euphychii Deum non appellasset Spi-  
ritum sanctum, monachorum querelas in se concitasse. Res ergo & personæ con-  
gruunt. Ipsum etiam congruit tempus. Nam Basilius hac usus est œconomia, ac  
in has incurrit criminationes, antequam sanctus Athanasius e vita migrasset, nem-  
pe anno 371.

Quod spectat ad S. Gregorium Nazianzenum; tempus assignari posse non puto,  
quo factum amici probare desierit. Hanc enim illius animi moderationem, & viven-  
te ipso & mortuo, laudavit, nec laudavit solum, sed etiam imitatus est. Ubi pri-  
mum accusatus est in quodam convivio Basilius, exarsit in illius reprehensorem indi-  
gnatio Gregorii. Postquam venit Constantinopolim Gregorius, ut ibi catholicam fi-  
dem pene extinctam exsuscitaret, non solum in refellendis hæreticis acrem se & in-  
defel-

defessum præbuit, sed etiam in sanandis exemplo Basilii infirmis lenem & moderatum, ut declarat illius testimonium, quod ex oratione 44. deprecimus. Reverfus Constantinopoli orationem habuit in laudes Basilii, in qua inter alia illius præclare facta prudentem illam molestissimo tempore accommodationem recenset.

Temperamentum a Basilio adhibitum eo etiam nomine minus probatur, quod suum ipse consilium repudiaverit, nec quidquam simile in defendendo consubstantiali commiserit. Utrumque sua sponte refellitur. Nullum inconstantiae vestigium hac in re neque in operibus Basilii, neque apud Gregorium Nazianzenum, qui non tam multam operam in defendendo amico insumisset, si sui illum facti credidisset poenituisse. Ipsum etiam consubstantialiale infirmioribus animis condonavit Basilius ut supra diximus.

V. Atque ut tota illius in eiusmodi rebus agendi ratio perspiciatur, abs re non erit breviter exponere, quid ab hæreticis redeuntibus aut ab hominibus suspectis pro temporum varietate postulaverit. (a) Sanæ doctrinæ Basilius ab infantia ad extremum usque spiritum retinentissimus fuit: numquam in ejus cor ulli sermoni a sana doctrina alieno patuit aditus: nulla (b) illi sententiæ mutatio affingi poterat: sed tamen accepta a teneris doctrinæ semina fatetur ipse usu crevisse. In iis autem quæ usu & exercitatione illi accesserunt, numerari potest quædam in dignoscendis hæreticorum cavillationibus prudentia, quæ cum in horas mutari solerent, non uno & eodem modo caveri debuerunt. In ea rerum perturbatione, quam Arianorum de simili & dissimilitate induxerunt anno 360. nec simile nec dissimile placebat Basilio, sed identitatem naturæ & consubstantialitatis profitebatur. Postea rebus mutatis, cum jam ab Arianorum perfidia non tanta essent pericula, simile secundum essentiam suscipiebat Basilius, modo illud adderetur, *citra ullam differentiam*: secus vero, hanc vocem suspectam existimabat. Atque hæc quidem Basilius non sua causa statuebat, (ipse enim consubstantialitatis profitebatur) sed si qui suspecti essent, satis esse putabat ad eorum fidem purgandam, ut simili secundum essentiam adderent illud *citra ullam differentiam*. Ex quo illud etiam perspicitur potest, Basilium nemini necessitatem imposuisse consubstantialitatis profitendi. Neque id mirum videri debet. Nam cum epistolam nonam scriberet, ex qua hæc desumpsimus, communionem & amicitiam conjunctus erat cum Silvano Tarsensi, & pluribus aliis episcopis, qui etsi fidem Nicænam acerrime defenderent, nondum tamen consubstantialitatis vocem palam & aperte receperant. Notum est omnibus quanta lenitate Athanasius & Hilarius cum eiusmodi hominibus agendum censuerint,

Videntur consubstantialitatis nondum recepisse qui fidei confessionem e scripturis depromptam, ἑγγραφὸν ὁμολογίαν, a Basilio petierunt. Unde Basilius eorum consulens infirmitati promittit se non usurum *nomnibus illis & verbis, quæ ipsis litteris & syllabis non reperiuntur quidem in divina scriptura, sed tamen insitam scripturæ sententiam servant*. In fidei confessione, quam ad eos misit, consubstantialitatis non adhibuit: quod quidem Basilius cum metueret ne reprehenderetur, declarat idem sibi propositum non esse ac in aliis operibus; aliud enim esse hæreticos refellere, aliud sanam fidem simpliciter exponere.

Non deerant initio episcopatus Basilii, qui consubstantialitatis nondum recepissent. Hos Basilius partim vituperandos, partim venia dignos judicat. Sed eiusmodi homines perpauci videntur fuisse. Nam post concilium Tyanense plerique consubstantialitatis manus dederunt, exceptis triginta quatuor Asianis episcopis, quos minime mirum est communi consilio obstiterunt. Erat enim hæc regio sic emancipata errori, ut gratias Deo habendas existimet Basilius, *si qui omnino in Astano tractu, extra labem hæreticorum sint*. Sensim itaque evenit, ut ex iis qui catholice sentiebant vix quisquam consubstantialitatis non admitteret. Postquam autem grassari cœpit hæresis Pneumatomachorum; tum vero non modo nihil amplius detractum est de fide Nicæna, sed etiam aliquid visum est huic formulæ addendum. Basilius Cyriacum Tarsensem presbyterum hortatur, ut fidem Nicænam recipiat, nec ullam in ea vocem rejiciat; imo huic fidei addat *Spiritum S. dici creaturam non oportere, nec cum iis qui dicunt communicandum*. Non multo post Basilius, re cum S. Meletio & Theodoto deliberata, illud etiam Eustathio præscripsit, ut Spiritum S. itidem ut Patrem & Filium glorificaret: atque hanc glorificationem deinceps, ut rem necessario addendam synodo Nicænae, proposuit, ut perspicitur potest ex epistolis 175. & 258. n. 2. Nihil magis incendit Pneumatomachos, quam hæc Spiritus glorificatio cum Patre & Filio. Sed Basilius declarat (c) se nec gladii nec ignis metu usitatam constanti traditione glorificationem relicturum, Hoc tantum eis concedit, (d) ut quamvis præpositio *cum* aptior sit ad glorificationem

per-



perfolvendam, si tamen uti malint conjunctione &, ut in baptismo, id eis, nemine repugnante, liceat.

## §. IV.

I. Celeberrimum S. Basilii de processione Spiritus ex Filio testimonium refertur. II. Græcorum scriptura magnis incommodis laborat. III. Latinorum lectio apud cum Basilii doctrina, necessario cum ejus ratiocinatione coheret. IV. Latinorum causa codicum MSS. auctoritate defenditur.

I. Exstat initio libri tertii adversus Eunomium insignis locus, qui cum manifestum habeat de Spiritus ex Filio processione testimonium, si sine liturgiis ac sine additamentis legatur, gravissimæ Græcos inter & Latinos controversiæ materiam dedit. Defendit hoc catholicæ veritatis præsidium R. P. Ludovicus Vallee emeritus Theologiæ Professor ac bibliothecæ sanctæ Genovesæ præfectus in erudita dissertatione anno 1721, Parisiis edita apud Delaunay via Jacobæa. Nihil potius aut melius facere possunt, qui rem omnibus vestigiis indagare voluerit, quam si eximium illud opus accurate perlegant: quod quidem cum omni argumentorum genere ita cumulatum & illustratum sit, ut nec dubitandi nec addendi locum relinquat, cumque non incommode cum nostris S. Basilii voluminibus compingi possit; libenter sanè conticescerem. Sed quia celeberrimus Basilii locus in hac nova editione ita prodiit, ut in codicibus MSS, hac in urbe exstantibus legebatur, non ut aliorum codicum longe plurium longeque antiquiorum auctoritas, ac ipsius sententiæ series & junctura postulabant, operæ pretium est huic incommodo mederi, & ex memorata dissertatione in gratiam eorum, quibus ad ipsum fontem adire non vacat, nonnulla derivare.

Celeberrimum S. Basilii de processione Spiritus ex Filio testimonium refertur.

Ut facilius perspiciatur quid Græci, quid Latini in testimonio Basilii probent aut rejiciant, uncinis includemus quæ a Græcis addita Latini queruntur, asteriscis vero quæ a Latinis propugnata Græci averfantur.

Initio libri tertii proponit Basilii hanc Eunomii blasphemiam ita loquentis: *Cum autem hæc nobis de Unigenito sufficiant, consequens fuerit, ut jam de Paracleto quoque dicamus, non vulgi opiniones temerarias sequenti, sed sanctorum in omnibus doctrinam servantes: a quibus cum didicerimus eum dignitate & ordine tertium, tertium quoque natura esse credimus.*

Sic respondet Basilii: *Quod igitur non putet oportere in simplici ac nuda multorum fide permanere, sed artificiosis quibusdam ac captiosis rationibus veritatem rursus ad id quod sibi videtur, detrudere, satis ex iis quæ dixit, ostendit. Nam multorum opinione contempta, qua Spiritum sanctum glorificant, simulat tenere se sanctorum doctrinam: at eos qui eam ipsi tradiderunt, tacet, etiam nunc eadem faciens quæ, dum de Unigenito differeret, fecisse convictus est. Deinde dicit a sanctis quidem se didicisse, tertium esse ordine & dignitate Spiritum, a seipso autem credere, natura quoque tertium esse. Qui vero sint sancti illi, & in quibus scriptis hanc doctrinam ediderint, dicere non potest. Fuitne unquam homo sic audax in inducendis divinatorum dogmatum innovationibus? Cur enim necesse est, si dignitate ac ordine tertius est Spiritus, natura quoque tertium esse? Dignitate quidem secundum esse a Filio, \* ut qui esse ab illo habeat, & ab ipso accipiat, & annuntiet nobis & omnino ex illa causa pendeat \* tradit (fortasse) pietatis sermo. At natura tertia uti, neque ex sanctis Scripturis edocti sumus, neque ex Scriptura dictis consequutione ulla colligi potest.*

*Quemadmodum enim Filius ordine quidem secundus a Patre est, quoniam ab illo est, & dignitate, quia origo ejus & causa est, quatenus est illius pater, & quoniam per ipsum accessus aditusque est ad Deum & Patrem: non autem natura secundus, quoniam Deitas in utroque una est: ita profecto & Spiritus sanctus, etsi tum ordine tum dignitate secundus est a Filio, (ut hoc etiam omnino concedamus) tamen non jure sequi ut aliena sit natura, inde pater &c.*

Tum Basilii argumento ex angelis petito, quorum diversi ordines & dignitatis gradus, nec tamen diversa natura; sic concludit: *Sic profecto & Spiritus sanctus; etsi dignitate inferior est atque ordine, (ut ajunt) accepimus enim ipsum, (inquit) tertium a Patre & Filio numeratum; cum Dominus ipse in traditione salutis baptismatis tradiderit ordinem, bis verbis: (Euntes baptizate in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti;) at in quamdam naturam tertiam a Filio & Patre ejectum eum fuisse nusquam didicimus.*

Non difficile est animadvertere illud Græcis maxime molestum esse, quod Spiritus S. Basilii Oper. Tom. III,

S. a Filio esse habere dicitur: iisdem autem plurimum placere, quæcumque uncinis inclusa eo spectant, ut Basilius non asseveranter pronuntiare, sed velut hæsitans concedere videatur Spiritum ordine & dignitate minorem Filio esse. Vident enim, si id Basilius asseveret, inde sequi ut Spiritum ex Filio procedere crediderit. Sed hæc scriptura, quam Græci per fas & nefas defenderunt, longe alteri post habenda, sive interiora quædam indicia spectentur, ut consensus cum Basilii cæterorumque Patrum doctrina, & sententiæ ipsius series & continuatio; sive ex antiquorum codicum MSS. numero & auctoritate res dijudicetur. Utrumque argumentum breviter explanabimus, his qui, uberiolem hujus quæstionis cognitionem percipere volent, ad supradictam dissertationem dimissis.

Græcorum  
scriptura  
magnis in-  
commodis  
laborat.

II. inest fane magnum hoc vitium lectioni Græcorum, quod Basilius inducat de re omnibus testata, & ab ipso Basilio sæpe confirmata turpiter dubitantem. Quid enim absurdus, quam Filium Patre minorem ordine & dignitate asseverare, Spiritum Filio minorem ordine & dignitate dicere non audere? Hoc profecto non cadebat in Basilius, qui conceptis verbis docet in libro de Spiritu sancto cap. 17. eundem ordinem intercedere inter Spiritum ac Filium, ac inter Filium, & Patrem: *Ut se habet Filius ad Patrem, inquit, sic ad Filium Spiritus secundum verbi Dei ordinem in baptismo traditum.* Ridiculam ergo formidinem Basilio affingit illud, *fortasse*, ac illud, *ut hoc etiam omnino concedamus*, & infra, *ut ajunt*. Huic rationi non parum addit momenti quod ait Basilius Eunomium *etiam nunc eadem facere, quæ dum de Unigenito differeret, fecisse convictus est*; Indicat enim Basilius his verbis initium libri primi, ubi nudat artificia Eunomii, qui cum *piam traditionem, patrum fidem*, rejecta multitudinis opinione apposuisset, statim de suo impietatem & blasphemiam addebat. Sic ergo illum interrogat Basilius: *In hac fide ubinam scriptum est, credimus ingenerationem esse essentiam Dei universorum; aut, credimus Unigenitum essentia dissimilem esse Patri?* Demonstrat eum sic aperte loqui debuisse, non insidias lectoribus struere, & *opinionis suæ velut hamo ad mortem trahenti simplicitatem fidei, ceu escam quamdam circumdare, ut imperiti ad id quod apparet festinantes, incaute impietatis scelere transfigantur.* Cum ergo Eunomium Basilius disputare incipientem de Spiritu, eadem facere dicat, *quæ dum de Unigenito differeret, fecisse convictus est*; necesse est ut in utroque loco principia illa, quæ impietati mox efferendæ velut escam hamo prætendebat, nec dubia visa fuerint nec incerta Basilio.

In eo etiam secum aperte pugnat Basilius, si Græcorum scriptura recipiatur, quod postquam ab Eunomio auctores doctrinæ celari dixit, ipsum Eunomium hanc doctrinam ex Christi verbis repetere asserat. *Simulat se servare doctrinam sanctorum: at eos qui illam ipsi tradiderunt tacet*, & infra: *Accepimus enim ipsum, inquit, tertium a Patre & Filio numerari: cum Dominus ipse in traditione salutaris baptismatis tradiderit ordinem, his verbis: Euntes baptizate &c.* Licet ergo oculis ipsis cernere perfidas manus, quæ hunc locum corruerunt. Nihil enim magis repugnat, quam ut Eunomium Basilius auctores hujus doctrinæ tacuisse dicat, quem tamen eandem doctrinam Christi verbis acceptam fateatur retulisse. Delendum ergo illud, *inquit*, ac manifestum est non Eunomium hic loqui; sed Basilius, qui Eunomii verba non solet in suam orationem intexere, nisi postquam ea ordine suo retulit. At verba modo citata nusquam refert Basilius, ut Eunomii verba, nec profecto referre potuit.

Jam vero si hæc spuria sunt, sequitur genuina esse, quæ in lectione Græcorum desunt de processione Spiritus ex Filio. Eadem enim manu facinus utrumque commissum, nec alio consilio assuta dubitationis indicia, nisi ut minus miraremur Basilius, qui de Filio differens, accurate explicat, quo sensu minor sit ordine & dignitate, non idem etiam de Spiritu differentem fecisse. Erat enim hæc explicatio prorsus necessaria asseveranti Spiritum ordine & dignitate minorem esse Filio: dubitanti & hæsitanti minus necessariam Græci existimarunt.

Antequam veniam ad propugnatam a Latinis lectionem, libet aliud additamentum animadvertere in his verbis, *τινες δὲ οἱ ἅγιοι καὶ ἐν ποίοις λόγοις τὴν διδασκαλίαν ποιοῦνται, εἶπεν ἕκ ἑχεν.* *Qui vero sint sancti illi, & in quibus scriptis hanc doctrinam ediderint, dicere non potest.* Hæc verba *εἶπεν ἕκ ἑχεν dicere non potest*, quæ ex quatuor Regiis MSS. eruta sunt, in tribus autem aliis & in antiquis editionibus desunt, manifestum habent perfidiæ & corruptelæ indicium. Quis enim credat Basilius ita in Ecclesiastica traditione hospitem & peregrinum fuisse, ut cum ipse Filium ordine & dignitate minorem pronuntiet, illius doctrinæ, quæ de Spiritu idem tradit, auctores nullos ab Eunomio citari posse diceret? Sive Basilii sunt, quæ infra leguntur, *Cum Dominus ipse in traditione salutaris baptismatis tradiderit ordinem &c.* ipsum Dominum

agno-

agnoscit Basilius hujus doctrinæ auctorem, nedum auctores nullos proferri posse existimet. Sive Eunomio tribuenda hæc verba; non laborat auctorum doctrinæ suæ penuria, qui ipsum Dominum citat auctorem. Mendose ergo in hanc novam editionem irreperunt hæc verba: sed tamen non parum profunt ad demonstrandam Græcorum in hoc Basilii contextu adulterando audaciam.

Assentiri enim non possum erudito dissertationis Auctori, qui Basilium putat ad impiam Eunomii de tertia substantia sententiam respicere, dum ait, *Simulat se servare sanctorum doctrinam, at eos qui eam ipsi tradiderunt, tacet*. Distinguit enim accurate Basilius ea quæ Eunomius a sanctis se didicisse ajebat, nempe, *tertium esse ordine & dignitate Spiritum*, ab iis quæ se a seipso credere fatebatur, nempe, *natura quoque tertium esse*. Quod ergo addit Basilius, *Quinam autem sancti illi, & quibus in scriptis banc doctrinam edidit?* id prorsus immerito referretur ad ea quæ se Eunomius a seipso credere, non a sanctis accepisse ajebat. Quare cum eum sic interrogat Basilius: *Quinam autem sunt sancti illi, & quibus in scriptis banc doctrinam edidit?* non obscure declarat Eunomium callide reticuisse sanctorum testimonia ac præsertim Christi verba, ex quibus Spiritum sanctum ordine tertium esse colligitur, quia cum hæc verba Spiritus sancti divinitatem evidenter adstruant, si ea retulisset Eunomius, manifestior exstitisset eorum, quæ de suo statim addebat, impietas.

III. Scriptura, quam defendunt Latini, non solum apte & commode cum tota Basilii doctrina, sed etiam necessario cum illius ratiocinatione ejusque argumentis cohæret. Spiritum ex Patre & Filio procedere vel hoc unum testimonium demonstrare possit, quod sub finem libri 2. in Eunomium habemus. Nam cum Eunomius impie Filium creaturam Patris, Spiritum creaturam Filii vocaret; Basilius impietatem illius perhorrescit, quod creaturam diceret Spiritum sanctum: ac deinde illum sic arguit, quod Spiritus originem non Patri & Filio, sed soli Filio attribueret. *Illud vero, inquit, cui non patet, quod nulla Filii operatio a Patre divisa sit, nec quidquam sit in rerum natura, quod ad Filium pertineat, & a patre alienum sit, Omnia enim, inquit, mea tua sunt, & tua mea. Quomodo igitur Spiritus causam Unigenito soli attribuit, & ad ejus accusandam naturam illius creationem usurpat?* Luce clarius est Basilium inter & Eunomium convenisse, Spiritus originem Filio attribuendam, sed in eo controversiam exstitisse, quod Eunomius soli Filio attribueret, Basilius Patri & Filio. Sententiam suam Basilius non perfunctorie probat. Contendit duo fore principia, si Spiritus origo soli Filio tribuatur. Demonstrat eum non dirimendum esse a Patre, cum & apostolus conjuncte Spiritum Christi & Spiritum Dei Patris appellet; *ac Dominus Spiritum veritatis dicat, (est enim ipse Christus veritas) & de eo dicat: a Patre procedit*.

Latinorum lectio apte cum Basilii doctrina, necessario cum ejus ratiocinatione cohæret.

Neque etiam obscure perspicitur Basilii sententia ex his verbis epist. 52. n. 2. *Non enim quæ fratrum inter se cognationem habent, dicuntur consubstantialia, id quod quidam existimant, sed cum causa & id quod ex causa existentiam habet, ejusdem sunt naturæ, consubstantialia dicuntur*. Manifesta est & aperta conclusio, quam Theologi ex his verbis deducunt. Nam si ea tantum dici debent consubstantialia, quorum alterum ex altero originem habet; non potuit Spiritus tot locis apud Basilium consubstantialis filio dici, nisi eum ex Filio originem habere constaret. Equidem hoc testimonium, paulo aliter interpretatus sum ac Petavius; sed nihil de argumenti pondere decedit. In ea enim, quam infra afferam, interpretatione, negat Basilius ea tantum dicenda consubstantialia, quæ fraterna tenentur cognatione, ut nonnulli existimabant; sed tunc etiam hanc vocem congruere contendit, *cum causa & id quod ex causa existentiam habet, ejusdem sunt naturæ*. Ex quo patet Basilium inter & adversarios convenisse, Filium ex Patre, Spiritum ex Patre & Filio existentiam habere, ejusdemque esse naturæ, sed isti quamquam erant catholici, nec Filium Patri, nec Spiritum Patri & Filio consubstantialem dicere volebant, quia videbatur eis illa vox minus convenire, *cum causa & id quod ex causa existentiam habet, ejusdem sunt naturæ*.

In eadem epistola Basilius sanctum & inviolabilem esse contendit ordinem personarum, quem in Evangelio didicimus a Domino dicente: *Euntes baptizate in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*. Idem docet in ep. 125. n. 3. Qualis sit ille ordo personarum, perspicimus ex lib. 1. in Eunomium, ubi sic loquitur: *Nos autem, inquit, secundum relationem causarum ad ea, quæ ex ipsis sunt, Patrem Filio præponi dicimus*. Idem autem de S. Spiritu dicendum demonstrant hæc verba ex cap. 17. libri de Spiritu sancto jam citata: *Ut se habet Filius ad Patrem, sic ad Filium Spiritus &c.* Atque hæc relatio fusius explicatur in cap. 18. ejusdem libri.

(a) tom. 1.  
pag. 161.

His addi possunt nonnulla ex quinto in Eunomium libro, qui liber etiam si Basilii non sit, ei tamen a Græcis adjudicatur, ac totus ex ejus sententiis compositus est. Ibi legimus Spiritum esse (a) *Verbum Filii, imaginem Filii, Spiritum Filii, procedere ex Deo per Filium*. Nec omittenda illa quæstio, *Cur & Spiritus Filius Filii non dicitur?* Quæ quidem perabsurda fuit, si ex Filio Spiritus non procedit.

Quod si umquam Basilii Spiritum a Filio procedere docuit; tum maxime hujus depromendæ doctrinæ necessarium existit tempus, cum illum Filio minorem ordine & dignitate esse, in suscepta adversus subtiles hæreticos disputatione pronuntiavit. Nam qui de Filio obiter agens, eum ordine & dignitate minorem Patre non ausus est dicere, nisi statim causam adderet, quia a Patre est, & Pater ejus origo; quanto magis hæc illi cautio adhibenda fuit, cum Spiritum sanctum, de quo data opera differebat, Filio minorem ordine & dignitate diceret? Quinetiam manca erit vel potius absurda Basilii ratiocinatio, nisi Spiritum Filio minorem esse ordine & dignitate, quia a Filio esse habet, si minus dixerit, saltem cogitaverit & crediderit. Huc enim tota rediret hæc ratiocinatio: Quemadmodum Filius qui a Patre esse habet, ordine & dignitate minor est Patre, non tamen natura; sic Spiritus, qui a Filio esse non habet, ordine & dignitate minor est Filio, non natura. Quo quid absurdius fingi potest? Necessè est ergo ut causa, cur Spiritus ordine & dignitate tertius sit, si minus a Basilio verbis expressa, saltem illius animo obversata sit. Sed hujus causæ, ut jam dixi, conceptis verbis efferendæ necessitatem imponebat Eunomii perfidia, qui hoc principium in alienissimos sensus rapiebat, & Spiritum natura tertium esse inde colligebat. Unde Basilii in libro de Spiritu S. cap. 6. Filium negat inferiorem dignitate, ac prorsus æqualem esse contendit.

Latinorum  
causa codi-  
cum MSS.  
auctoritate  
defenditur.

IV, Ad tot & tanta rationum momenta, quæ etiam sine codicibus MSS. valerent, accedit codicum MSS. auctoritas, non eorum quidem, qui nunc in bibliothecis nostris exstant, sed eorum quos olim existisse certissimis monumentis cognoscimus. Hugo Etherianus sæculi duodecimi scriptor, qui tres libros ad Latinorum defensionem Alexandro tertio nuncupavit anno 1177. citat in secundo libro cap. 19. illud Basilii de Spiritu dictum, *a Filio esse habens*. In libro tertio cap. 12. sensum magis quam verba refert. At in cap. 13. ejusdem libri locum integrum refert sine additamentis dubitationem Basilio affingentibus, non vero sine insigni illa sententia, quæ Spiritum a Filio esse habere declarat. Atque hæc Etherianus laudat, ut minime dubia minimeque controversa. Nec Nicetas Maronienensis, qui Etherianum eodem sæculo oppugnavit, ullam huic testimonio suspicionem falsi injicere conatus est, ut discimus tum ex Bessarione, qui se hoc testimonium in libro Nicetæ vidisse (b) testatur; tum maxime ex Leone Allatio, qui hoc testimonium a Niceta, ut integrum, susceptum fuisse (c) asseverat. Neque etiam codicibus, quibus sæculo duodecimo utebatur Euthymius Zigabenus, inerant spuria additamenta. Is enim in Panoplia testatur Basilium non dubitasse, *an Spiritus sanctus esset ordine & dignitate posterior Filio*.

(b) ep. ad  
Alex. La-  
scarum.  
(c) Enechi-  
sid. c. 20.

Sæculo decimo tertio prodire cœperunt nonnulli codices, in quibus deerat testimonium Græcis incommodum, additamenta cum illis facientia non deerant. Sed velim laudatam dissertationem evolvant, qui scire avent, quomodo Beccus, ejusque duo comites & Archidiaconi, Constantinus Meliteniotes, & Georgius Metochita hos codices & recentes esse & perpauca & ab aliis longe antiquioribus ubique terrarum dispersis refelli ostenderint. Eandem causam strenue defenderunt sæculo decimo quarto duo alii inter Græcos doctissimi scriptores, Demetrius Cydonius & Manuel Calécas. In Concilio autem Florentino sex prolatis codicibus, unus tantum papyraceus Græcis favit, quinque alii Latinis; quorum codicum quatuor in membranis scripti erant. Cum autem in eodem concilio Marcus Ephesius dictitasset, se scire libros esse apud Constantinopolim supra mille, in quibus Græcorum lectio contineretur; mendacium illius oculis suis ac manibus comprehendit Bessarion, qui Constantinopolim reversus, ut ipse testatur in epist. ad Alexium Lascarum, omnibus inspectis bibliothecis lectionem Græcis incommodam nullo prorsus in codice recenti ac post diffensionem scripto reperit; at in aliis non paucioribus ac longe antiquioribus reperit. Imprimis autem memorabile est quod de duobus codicibus in monasterio Christi Salvatoris Pantepoptæ a se inventis narrat; quorum in altero antiquissimo & membranceo veritas violata fuerat, spatio vacuo adhuc facinus testante: in altero autem Papyreo & ante annos trecentos scripto perfusa erat atramento tota illa pars, quæ Spiritum ex Filio tamquam ex causa docet dependere.

Ejusmodi codices etiam si in bibliothecis Græcorum nulli jam exstarent, nihil tamen de

de eorum auctoritate decederet; quippe cum certissimis historiarum monumentis & testimoniis memorentur, quæ nullo prorsus facinore deleri, nullo furto abscondi possunt. Neque etiam ambiguum esse possit, utri codices potiores sint existimandi, antiqui an recentes: scripti ante exortam de Spiritu sancto controversiam, antequam Græcorum interesset quidquam in contextu Basilii attentare, an quos postea iidem Græci in ipso contentione æstu protulere, cum nihil ad causæ suæ defensionem non audent. Quare eorum, qui S. Basilii operibus in lucem edendis præfuerunt, videtur in eo requirenda diligentia, quod nulla prorsus editio, si tamen excipias Trapezuntii latinam interpretationem, eximium de Spiritus sancti processione testimonium in avitam sedem restituerit, ac naves de industria injectos expunxerit.

## §. V.

I. *Utrum S. Basilii ea tantum consubstantialia crediderit, quorum alterum ex altero originem habet.* II. *Utrum mundum temporis momento creatum crediderit.*

I. Jam observavimus argumentum non leve processionis Spiritus Sancti ex Filio reperiri in epistola 52. S. Basilii ad Canonicas. Sed quia idem ille locus negotium successit doctissimis Theologis; aliquid operæ insumendum in eo explicando. Videtur enim ea sola existimare consubstantialia, quorum unum ab altero originem accepit. Sic autem loquitur pag. 79. n. 2. Epist. LII. tom. 3. *ὅτι γὰρ τὰ ἀδελφὰ ἀλλήλοις ὁμοῖα λέγεται, ὅπερ τινὲς ὑπελήφασιν· ἀλλ' ὅταν καὶ τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἐκ τῶν αἰτίων πῶς ὑπαρξίαν ἔχον, τῆς αὐτῆς ὑπαρχῆς φύσεως, ὁμοῖα λέγεται.* Non enim quæ fratrum inter se rationem habent, dicuntur consubstantialia, id quod quidam existimant; sed cum causa *ὅτι id quod ex causa existentiam habet, ejusdem sunt naturæ, consubstantialia dicuntur.* Basilii verba sic explicat Petavius cum Caleca, Bessarione & Demetrio Cydone, ut illum ea proprie consubstantialia dicere existimet, quæ originis habitudine junguntur, cætera vero minus proprie, ut Petrus & Paulus. Sed si S. Patris verba expendantur accuratius, non videtur hoc loco id negare, quod ipse conceptis verbis asseverat in epist. 38. homines esse inter se consubstantiales; sed eos tantum refellit, qui consubstantialis notionem rebus inter se fraterna cognatione junctis ita proprie attribuebant, ut divinis aptari non possent.

1. Fatetur Basilii consubstantialis notionem, qualis exponebatur ab adversariis, locum aliquem habere in ære & conflatis ex ære numismatibus. Ibi enim est substantia quædam anterior, quæ in multa dividitur. 2. Examinandum est quinam refellantur his verbis: *Non enim quæ fratrum inter se rationem habent, consubstantialia dicuntur, id quod quidam existimant.* Non eos sane refellit, qui Petrum & Paulum consubstantiales esse dicebant ob naturæ similitudinem, ac inde concludebant Patrem & Filium, utpote lumen & lumen, esse consubstantiales. His tantum adversatur, qui consubstantiale rejiciebant. Sed quid in eis reprehendit? Nihil aliud profecto, nisi quod consubstantiale iis tantum attribuerent, quæ fraternam habent cognationem. Hanc enim arripiebant causam, cur a personis divinis, ut fraternam cognationem, ita etiam consubstantiale excluderent. Quare non erat cur Basilii in contrarium vitium curreret, & quod adversarii negabant sine fraterna cognatione posse consistere, id cum ea conciliari non posse diceret. Satis erat ostendere, non ea tantum dici consubstantialia, quæ fraternam habent cognationem: *sed cum causa ὅτι id quod ex causa existentiam habet, ejusdem sunt naturæ, tunc recte dici consubstantialia.* 3. Non leviter prætereunda hæc verba; *id quod quidam existimant.* Ex his enim patet non communem a Basilio opinionem refelli, quam ipse alibi profitetur, ut modo observavimus, sed singulare nonnullorum hominum commentum, qui putabant *consubstantialis voce exhiberi notionem substantiæ, ὅτι eorum quæ ex substantia, adeo ut divisa substantia appellationem consubstantialis conciliet iis in quæ divisa est.*

II. S. Basilii mentem minus calluerunt, qui cum in opere sex dierum explicando sic versari existimarunt, ut mundum temporis momento cum suo ornatu creatum a Deo doceat. Omnibus certe Moyſis vestigiis accuratissime insistit. Quærit homil. 2. n. 1. pag. 7. in tom. 1. cur terra dicatur incomposita, idem vero de cælo non dicatur, Terram ideo incompositam dici statuit, quia nondum plantas, arbores & flores protulerat. At ipsum cælum incompositum fuisse contendit. *Hæc eadem, inquit, ὅτι de cælo dixerimus, nondum illud excultum fuisse, nec proprium recepisse ornatum; utpote quod nondum sole nec luna splenderet, neque æstorum chorus*

Utrum S. Basilii ea tantum consubstantialia crediderit, quorum alterum ex altero originem habet.

de Trin. lib. 7. cap. 4.

Utrum mundum temporis momento creatum crediderit.

coro-

coronaretur. Nondum enim isthac condita erant. Quare a veritate non aberraveris, si cælum incompositum dicas. Invisibilem autem terram appellavit ob duas causas: vel quod nondum esset illius spectator homo: vel quod demersa innatantibus super ipsius superficiem aquis videri non posset. Nondum enim erant aquæ in suas stationes congregatæ, quas postea aggregatas Deus maria appellavit.

Hæc profecto nihil redolent ex subtili illa opinione, quæ mundum cum suo ornatu temporis puncto prodiisse censet. Idem perspicitur ex num. 3. ejusdem homiliæ pag. 8. & ex homil. 5. n. 5. pag. 23. Occurrit in homil. 4. n. 4. huic quæstioni: Si aqua erat super terram, cava omnia quæ nunc pelagus continent, referta erant. Quo igitur colligendæ erant aquæ, concavis jam occupatis? Sic respondet: Ad hæc respondimus tunc & receptacula fuisse præparata, cum aquam oportuit in unam secerni congregationem. Neque enim erat illud quod est extra Gades mare &c.

His addere non pigebit, quæ Basilii de creatione solis peracute observat. Sic loquitur homil. 4. n. 5. pag. 19. ἵνα μὴ τῷ ἡλίῳ τὴν τῆ ἀναξήραειν τὴν γλῶ ἀίτιαν προσδῶμεν, πρεσβυτέρων τῆς τῆ ἡλίου γενέσεως τῶν ξηράτηα τῆς γῆς ὁ δημιουργὸς παρεσχίασεν. Ne soli ariditatis terræ causam attribueremus, antiquiorem solis generatione ariditatem terræ opifex effecit. Et homil. 6. n. 2. pag. 27. Cælum & terra præcesserant: post hæc creata lux fuerat: dies & nox discretæ fuerant: item firmamentum, & arida delectio. Terra propriis germinibus erat referta: quandoquidem & innumera protulerat herbarum genera, & omnimodis plantarum speciebus exuberabat. Necdum tamen erat sol, neque luna: ne lucis auctorem & patrem appellarent solem, neve rerum e terra nascentium opificem qui Deum ignorant existimarent.

Jam vero perfacile est exponere quo sensu Basilii mundum temporis momento productum dixerit. Testimonium quod objicitur, exstat homil. 1. n. 6. ubi sic loquitur. ἢ τὰχα διὰ τὸ ἀκαταίῳν κ' ἄχρονον τῆς δημιουργίας εἶρηται τὸ, ὅτι ἀρχὴ ἐποίησεν, ἐπειδὴ ἀμέρις τι κ' ἀδιάστατον ἢ ἀρχὴ. ὡς γὰρ ἢ ἀρχὴ τῆς ἀδὲ ἔπω ὁδὸς, κ' ἢ ἀρχὴ τῆς οἰκίας ἐκ αἰκία, οὕτω κ' ἢ τῆ χρόνου ἀρχὴ οὕτω χρόνον, ἀλλ' οὐδὲ μέρῳ αὐτῆ τὸ ἐλάχιον... ἵνα τίνω διδάχῶμεν ὁμοῦ τῆ βουλήσει τῆ Θεοῦ ἀχρόως σιωυφεσάναι τὸν κόσμον, εἶρηται τὸ, ὅτι ἀρχὴ ἐποίησεν ὅπερ ἔτεροι τῆ ἱερμνὰ τῆ, σαφέστερον τὸν νῦν ἐκιδόντες, εἰρήκασιν: ὅτι κεφαλῶν ἐποίησεν ὁ Θεὸς, τῆς τῆ ἀθρόως κ' ὅτι ὀλίγα. Aut fortasse ob factam in momento & citra tempus creationem, dictum est: In principio fecit: quandoquidem partium & divisionis expers principium. Quemadmodum enim principium via nondum est via, & domus principium, nequaquam domus est: Sic & temporis principium nondum tempus est, imo neque pars ipsius minima... Igitur ut mundum voluntate Dei citra ullam temporis moram simul substituisse edoceamur, dictum est: In principio fecit. Quod ipsum interpretes alii, sententiam dilucidius reddentes, dixerunt: In capitulo fecit Deus, hoc est, subito & brevi. Sed ex his verbis nihil aliud colligi potest, nisi id quod Christiani omnes semper tenuerunt, omnia temporis momento e nihilo educta, nec quidquam Dei restituisse voluntati. Hinc idem docet Basilii de iis quæ sigillatim ad mundi ornatum prodire, Sic enim de terræ germinibus loquitur homil. 5. n. 5. pag. 23. In minimo etiam temporis puncto a germinatione exorsa terra, ut conditoris leges servaret, per omnem accretionis speciem progrediens, confestim germina deduxit ad perfectionem.

## §. VI.

- I. Traditionis auctoritas defensa a sancto Basilio adversus Eunomium & Pneumatomachos.
- II. Valde etiam studiosus existit catholici sermonis defendendi. Quid de conciliis sentiat.
- III. Cur adversarios ad Scripturam provocat.
- IV. Quo sensu omnia Scripturis confirmanda, nihil Scripturis addendum dixit.
- V. Qua sensu auditores probare debere quæ a magistris dicuntur.

Traditionis  
auctoritas  
defensa a S.  
Basilio ad-  
versus Eu-  
nomium &  
Pneumato-  
machos.

M: dul.  
Theol. part.  
\*

I. Non interest eorum, qui sectas ab Ecclesia dissidentes defendunt, in his argumentis, quæ ad Ecclesiæ & Traditionis ei commissæ auctoritatem spectant, sese venditare. Cum enim eventui unius pugnæ sua omnia committunt, semelque hac in re victis nihil superest ad causæ defensionem; tum vero eò facilius in hoc dogmate quam in aliis vincuntur, quod ne erroris quidem novitate molestiam facessunt, sed omnium hæreticorum, qui umquam existere, vestigiis insistent. Ausus est tamen Scultetus ad acerrimum Traditionis defensorem Basilium provocare, nec timide aut verecunde versatur in illius testimoniis colligendis. Sed ut Sculteti temeritas in promptu omnibus sit; paucis exponenda S. doctoris sententia: quamquam Ecclesiæ Traditionem non magis eruditis scriptis, quam rebus fortiter gestis defendit, Non segnis sane & indili-

gens

gens opera illius in explicandis Scripturis : sed idem acerrimus existit Traditionis defensor. Probe enim sciebat verbum Dei non solum scripto ab Apostolis, sed etiam viva voce traditum Ecclesie fuisse; & quod Ecclesia in omnibus sæculis constanter docuit, id non aliunde quam ab Apostolis acceptum esse, neque ab eo, quod scripserunt Apostoli, divelli posse, nisi aliud scripto Apostoli, aliud viva voce docuisse fingantur. Hujus sententiae præclarum reliquit testimonium in libro primo adversus Eunomium, qui cum in doctrina divinitus revelata eadem ac in rebus philosophicis licentiam peteret, ac in Catholicos jocaretur, quasi *ex multitudine verum a falso discernent, majori parti tributa palma, ac priorum agmini concessa victoria, aures posterioribus obturarent*; sic a sancto doctore refellitur: *Quid dicis? Palmam ne deus antiquioribus? ne revereamur multitudinem Christianorum, neque eorum qui nunc sunt, neque eorum qui fuerunt, ex quo prædicatum est Evangelium? Ne reputemus dignitatem eorum, qui donis spiritualibus cujuscumque generis claruerunt; quibus omnibus inimicam & adversam hanc viam impietatis recens excogitasti: sed clausis prorsus animæ oculis, & sancti cujuslibet viri memoria e mente depulsa, unusquisque cor nostrum otiosum ac purgatum captationibus ac sophismatis tuis subdamus? Ambigi non potest utrum imitatae sint recentēs sectæ, Basilium an Eunomium: utrum cum Basilio sanctorum Patrum auctoritatem, ac multitudinem Christianorum omnium, tum eorum qui nunc sunt, tum eorum qui ab Ecclesie ortu existerunt, reveritæ sint; an cum Eunomio tantam auctoritatem trices & cavillationibus exagitaverint.*

Non minoris momenti videntur esse quæ sequuntur. *Magna profecto, inquit, foret tua potentia, si quæ multiplici suo artificio diabolus consequutus non est, ea tibi solo imperio assequi contingeret: si videlicet persuasum ac inductum tuo traditionem quæ per præteritum omne tempus apud tot sanctos obtinuit, impio vestro commento postponeremus.* Ex his perspicimus omnia diaboli artificia in suscitandis hæresibus, eo spectasse, ut apostolicam prædicationem, quam Ecclesia veluti sacrum depositum custodit, penitus convelleret; sed ejus conatus irritos fuisse. Qui ergo *traditionem per præteritum omne tempus apud tot sanctos prædicatam impugnarunt, hi non Spiritum sanctum in Scripturis interpretandis ducem habuerunt, sed diaboli ad evertendam Ecclesiam emissarii fuere, Hinc hæresum originem ex contemptu sanctorum Patrum repetit Basilius in commentario in Esaiam. Nonnulli sunt, inquit, qui cum Patres & tradi-* pag. 113.  
tom. 1.

*ta ab eis dogmata fastidiant, ipsi hæresum cupiunt esse auctores.* Si qua sane dogmata sine Traditione defendi possent propter apertissima Scripturæ testimonia; id potissimum de Filii ac Spiritus sancti divinitate statui deberet. Nullo tamen in dogmate acrius defensa Traditio. Quam necessarium sit hoc Ecclesie præsidium, pluribus locis declarat Basilius. *At ne separet, inquit in homil. 24. a Patre & Filio Spiritum sanctum, absterreat te Traditio. Sic Dominus docuit, prædicare Apostoli, Patres conservare, confirmare Martyres.*

Sed præcipue in libro de Spiritu sancto omnes ingenii vires in defendenda catholici dogmatis traditione profundit. *Id quod impugnatur fides est, inquit, isque scopus est communis omnibus adversariis & sanæ doctrinæ inimicis; ut soliditatem fidei in Christum concutiant, apostolicam traditionem solo æquatam abolendo. Ea propter, sicut solent qui bonæ fidei debitores sunt, probationes e Scriptura clamore exigunt, Patrum testimonium, quod scriptum non est, velut nullius momenti rejicientes.* Et cap. 27. *Ex asser-* cap. 10. pag. 11. tom. 3.

*vatis in Ecclesia dogmatibus & prædicationibus, alia quidem habemus e doctrina scripto prodita, alia vero nobis in mysterio tradita recepimus ex traditione Apostolorum; quorum utraque vim eandem habent ad pietatem; nec iis quisquam contradicit; nullus certe, qui vel tenui experientia noverit quæ sint Ecclesie instituta. Nam si consuetudines, quæ scripto proditæ non sunt, tamquam haud multum habentes momenti aggrediamur rejicere, imprudentes Evangelium in ipsis rebus præcipuis lædemus, imo potius prædicationem ad nudum nomen contrahemus.* Cur ad Traditionem confugiendum sit, ut doctrina Ecclesie percipiatur, hanc etiam affert rationem, quod non solum omnia Scripturis consignata non fuerint, sed etiam ipsa Scriptura obscuritate quadam involvatur. *Est autem silentii species etiam obscuritas, qua utitur Scriptura, intellectu difficilem reddens dogmatum sententiam idque ad legentium utilitatem.* pag. 27.

Speravit Scultetus hæc eludi posse, si hanc partem libri de Spiritu sancto, ex qua postremum testimonium depromimus, non Basilii foetum esse, sed manus alienæ facinus; aut saltem Basilium hoc loco non de præcipuis fidei capitibus, sed de ritualibus traditionibus, quarum alia nullius momenti, alia ex hominum memoria in ipsa ecclesia Romana pridem deletæ, differere responderet.

Primum illud commentum, quod perfidæ manus suspiciones in librum de Spiritu san-

sancto injicere conatur, sic jam ab omnibus exploratum est, ut nova opera non sit re-  
fellendum. Quod autem spectat ad alteram Sculteti responsionem; verum illud qui-  
dem est Basilium hoc loco nonnulla commemorare quæ ad essentiam sacramentorum  
non pertinent: sed non idcirco minus exploratum est ejus principium, nempe utra-  
que eandem vim ad pietatem habere, & quæ Scripturis prodita sunt, & quæ rece-  
pimus ex traditione Apostolorum. Nam illa etiam, quæ ad essentiam sacramento-  
rum non pertinent, par habent momentum, sive Scripturis, sive traditione Apo-  
stolorum contineantur: pariter enim immutari possent, quemadmodum ritus mer-  
gendi in aquam, qui in Scripturis memoratur ac ipsa baptismi voce significatur,  
quia tamen ad essentiam baptismi non pertinet, immutatus est ab Ecclesia, Fru-  
stra ergo S. Basilium exagitat Scultetus, quasi in hoc Basilii loco regula cum ex-  
emplis & exempla cum regula pugnent. Non enim id dicit Basilium Evangelium  
in præcipuis partibus lædi, & prædicationem ad nudum nomen redigi, si ritus non-  
nulli immutentur ab Ecclesia: sed ex contemptu Traditionis hoc gravissimum incom-  
modum consequi docet, ut nihil prorsus in Ecclesiæ cultu & doctrina superfit inte-  
grum, sed ipsa Eucharistiæ consecratio, Confirmationis sacramentum, ipsa etiam  
fidei professio in Patrem & Filium & Spiritum sanctum evertantur. Hujus sententiæ  
veritatem demonstrant exemplo suo recentes sectæ, quæ Traditione semel rejecta,  
non solum pios Ecclesiæ ritus, sed etiam Eucharistiæ consecrationem, qualis a Ba-  
silio describitur, ac sacramentum Confirmationis sustulerunt, & prædicationem Evan-  
gelii ita ad nudum nomen redegerunt, ut tota religio cujusque arbitrio & libidi-  
ni permessa sit, ac ne ipsa quidem Trinitatis doctrina adversus Unitarios defendi  
possit.

Velde etiam  
studiosus  
exhibet ca-  
tholici fer-  
monis de-  
fendendi.

112. 113.

II. Testis est etiam locuples Basilium, quanto animi ardore defendi debeat usi-  
tatum in Ecclesia ad dogma exprimendum sermo. Nam cum pati non possent  
Pneumatomachi Spiritum sanctum una cum Patre & Filio glorificari; demonstrat  
hanc glorificandi rationem & apud antiquos Patres usitatam esse & in toto Oc-  
cidente & in Oriente vigere. Deinde sic loquitur: *Qui sit igitur, ut ego sim  
innovator, & recentiorum verborum architectus? cum totas nationes, civitates, &  
consuetudinem omni hominum memoria vetustiore, insuper & viros Ecclesiæ colu-  
mnas, omni scientia ac virtute Spiritus claros, duces ac patronos hujus vocis exhibeam?  
Ob hæc hostilis illa acies adversus nos commota est, omnisque civitas, vicus  
& omnes extremi fines pleni sunt nos calumniantium vocibus. Molesta quidem hæc  
ac lugenda cordibus quærentium pacem: verum quoniam est magna patientia mer-  
ces, toleratas pro fide afflictiones sequutura, præter hæc & gladius splendescat, &  
securis acuatur, & ignis ardeat Babybonico illa vehementius, & omnia suppliciorum  
instrumenta in nos moveantur; quod ad me quidem attinet, nihil arbitror formida-  
bilis, quam non formidare minas, quas Dominus in Spiritum blasphemias jacenti-  
bus intentavit. Igitur apud cordatos homines ad purgationem mei sufficiunt hæc quæ  
dicta sunt, quod recipimus vocem adeo gratam ac familiarem sanctis, insuper &  
tam diutino usu confirmatam. Nam ex quo tempore est annuntiatum Evangelium  
usque ad præsens, ostenditur in ecclesiis usitatam fuisse: & quod est omnium ma-  
ximum, pium ac religiosum sensum habere demonstratur.*

Quid de  
conciliis  
sentiat.  
(a) epist.  
114.  
(b) Niss. 1.  
Eunom. p.  
165. tom. 1.  
Theodoret.  
lib. 4. c. 18.

Non minus enituit Basilii studium & animi ardor in defendenda conciliorum  
auctoritate. Hinc declarat (a) *recentes decem & octo patres, non sine Spiritus sancti  
afflatu loquutos esse.* (b) Quamvis ergo ab eo non peteretur, ut a synodi fide &  
sententia discederet, sed tantum ut unam vocem illius auctoritate consecratam  
Imperatori cederet; nec exilii, nec tormentorum minis, nec, quod sancto epis-  
copo gravius esse debebat, luporum gregi imminentium metu adduci potuit, ut  
hoc nefas admitteret.

Cur adver-  
sarios ad  
Scripturam  
provocat.  
(c) 7. 3.

III. Objicit Scultetus illud Basilii ex epist. 189. (c) *Criminantur, inquit, quod  
unam bonitatem, & unam potentiam & unam divinitatem dicamus. Neque id extra ve-  
ritatem: dicimus enim. Sed criminando objiciunt, non sic suam habere consuetudi-  
nem, nec Scripturam assentiri. Quid igitur ad hoc quoque nos? Non putamus æquum  
esse, ut vigentem apud ipsos consuetudinem, rectæ doctrinæ legem & normam ducamus.  
Etenim si valet ad rectæ doctrinæ demonstrationem consuetudo, licet & nobis  
profecto usitatum apud nos morem apponere. Quod si hunc illi rejiciunt, neque no-  
bis prorsus illos sequi necesse. Itaque Scriptura divinitus inspirata nobis sit arbitra;  
& apud quos inventa fuerint dogmata divinis verbis consona, ad eos accedet omni-  
no veritatis suffragium. Ex his concludit Scultetus soli Scripturæ judicium a Basilio  
ac arbitrium attribui controversiarum,*



Sæpe alias hunc locum Basilii decantavere Protestantes; sed tamen quid eis profit non video. Nam 1º. etiamsi Basilius Pneumatomachis vere & ex animo concessisset controversiæ, quam cum eis habebat, iudicium ex sola Scriptura petendum; quid hoc faceret cum Protestantibus? Consuetudini Cæsariensi unam in personis divinis bonitatem, unam potentiam prædicanti contrariam ecclesiæ suæ consuetudinem opponerent Pneumatomachi: in hac consuetudinum varietate, quid mirum si ad Scripturam provocat Basilius? At Protestantes, cum novum religionis genus condiderunt, non habuere consuetudinem aut traditionem, quam constanti Ecclesiæ traditioni opponerent. Uti ergo non possunt auctoritate Basilii, qui Traditionem non rejicit, sed quia inesse fingebatur in ecclesiarum consuetudinibus varietas, ad Scripturam confugit.

2º. Hæc Traditionis varietas, merum est commentum Pneumatomachorum. Solebant enim ut novum exagitare, quidquid illorum evertibat hæresim. Hinc consuetudinem glorificandi cum Patre & Filio Spiritus, quam Basilius in omnibus ecclesiis vigere & semper viguisse demonstrat, (a) novam esse & ab Ecclesia minime probatam distabant. Quinetiam in hac ipsa epistola 189. postquam ecclesiæ suæ consuetudinem objecere, statim vanitatem & mendacium confitentur, ac unam in personis divinis deitatem non improbant, modo ad Spiritum sanctum non extendatur. *Sed apertius, inquit Basilius, orationis suæ nudant propositum: Patri quidem convenire, ut Deus sit, ac Filium similiter divinitatis nomine honorari assentientes, Spiritum vero, qui una cum Patre & Filio numeratur, divinitatis notione minime comprehendendi, sed a Patre ad Filium usque terminata divinitatis potentia, naturam Spiritus a divina gloria secerni.*

3º. Quo tempore Basilius ad Eustathium archiatrum hæc scripsit epistolam, consilium suscepit, Amphilocho rogatu, scribendi adversus Pneumatomachos libri de Spiritu sancto: & cum in hoc opere Traditionem tam acriter defendat, nemo illam in epistola rejectam suspicari possit. Præterea cum provocat ad Scripturas Basilius, non, ut Protestantes, earum interpretationem cujusque arbitrio permittit. Ne ipsi quidem Pneumatomachi hæc sibi licentiam arrogabant. Quamvis enim sub Valente plurimum possent; quia tamen in Ecclesia dominari & plebem suam facere volebant, cogebantur ut plurimum sese ad usitatas in Ecclesia interpretationes Scripturæ accommodare. Hinc anno 371. cum Basilius malo animo observarent, de Spiritus sancti divinitate differentem patienter audierunt; & cum Spiritum nominatum Deum non appellasset, belli ei inferendi causam arripere non valuerunt, Anno autem 374. hoc tantum in eo reprehenderunt, quod Spiritum cum Patre & Filio glorificaret: cætera non ausi sunt improbare.

IV. Utitur etiam Sculterus Regula morali sancti Basilii 26. cap. 1. ubi sic habetur: *Quod verbum omne aut res testimonio divina Scriptura obfirmanda sunt ad integram persuasionem bonorum & ad malorum verecundiam. Et Reg. 80. cap. 22. ubi statuit proprium esse fidelis nihil, ex his quæ scripta sunt rejicere, audere aut quidquam his addere. Etenim, inquit Basilius, si omne quod non est ex fide peccatum est, ut ait Apostolus, fides autem ex auditu est, auditus autem per verbum Dei, omne quod est extra divinam Scripturam, cum ex fide non sit, peccatum est. Idem Sculterus nonnulla alia colligit loca, in quibus similiter sancitur, ne quid addatur aut detrahatur sacræ Scripturæ. Quæ autem non sunt scripta, ea pro liberis habenda concludit ex his verbis: *Quoniam alia in sancta Scriptura per Domini mandatum declarata sunt, alia silentio prætermissa; de iis quidem quæ scripta sunt, nulli omnino licet aut aliquid facere eorum quæ verita sunt, aut aliquid omittere eorum quæ iussa sunt ... de iis vero quæ silentio prætermissa sunt, regulam nobis tradidit Apostolus Paulus, cum dixit: Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Nemo quod suum est quærat: sed quod alterius, unusquisque. Quare necesse omnino est aut Deo ex ejus mandato subjici, aut aliis propter mandatum illius.**

Inutilis sane Sculteti labor in ejusmodi testimoniis colligendis. In primo Basilius auctor est, ut in adhortando & increpando adhibeantur Scripturæ testimonia: Deinde ait in sequenti capite, *iis etiam quæ in natura aut consuetudine viva nota sunt, utendum esse ad confirmationem eorum quæ fiunt aut dicuntur.* Quis inde sequi suspicetur, penes Scripturam solam arbitrium esse & normam dirimendarum controversiarum, nec verbi divini, quod ab Apostolis viva voce prædicatum tota Ecclesia custodit, habendam esse rationem.

Cum verat Basilius ne quid addatur Scripturæ aut detrahatur; nequaquam excludit Traditionem. Docet enim adhibenda esse in refellendis hæreticis ea nomi-

(a) 1<sup>st</sup>. de Spir. c. 1. n. 3 & c. 27. n. 65. c. 29. n. 75.

n. 4.

Reg. or. 20. p. 364.

Lib. de Spir. cap. 1. n. 3. Quo sensu omnia Scripturis confirmanda, nihil Scripturis addendum dicit.

Reg. brev.

pag. 130.  
131.

na & verba, quæ ipsis quidem litteris & syllabis in Scriptura divina non reperiuntur, sed tamen eam quam præfert Scriptura sententiam servant. Quæ vero præter dictionis novitatem novum etiam sensum & peregrinum nobis exhibent, quæque non inveniuntur usurpata a sanctis, ea uti peregrina & a pia fide aliena averfari se declarat. Traditionem ergo Basilius non dissociat a Scriptura, sed quæ Traditione nituntur, & a sanctis usurpata sunt, ea negat peregrina & a fide aliena, etiamsi nominatim non legantur in Scripturis. Hinc in testimonio, quod depromptum est ex Reg. mor. 80. verbum divinum, sive scriptum sit, sive voce prædicatum nullo habet discrimine. Probat enim quidquid extra Scripturam est peccatum esse, quia peccatum est quidquid non est ex fide, fides autem ex auditu, verbi videlicet divini sive prædicati, sive scripti. In libro secundo adversus Eunomium idem præceptum inculcat, ne quid addatur aut detrahatur iis quæ a Spiritu sancto tradita sunt; ac nominatim Scripturæ & Traditionis meminit. Proinde oportet, inquit, eum, qui Christi iudicium ob oculos habet, novitque quam periculosum sit quidpiam subtrahere, aut addere iis, quæ a Spiritu tradita sunt, non conari quidquam a seipso innovare, sed in iis quæ prius a sanctis nuntiata sunt, acquiescere. Quod igitur nec communis consuetudo, nec Scripturarum usus admisit; id audere, nonne summa dementia est?

pag. 130.  
131.

Magnæ indiligentiæ arguitur Scultetus ex testimonio, quod e Reg. 1. brev. defumfit. His enim verbis, quæ silentio prætermissa sunt non ea intelligit Basilius de quibus nihil in Scriptura legitur, sed de quibus nihil nominatim præscribitur aut vetatur; quales erant cibi simulacris immolati. Perspicua res est ex verbis Pauli quæ citat Basilius.

Quo sensu  
auditores  
probare  
debere quæ  
a magistris  
dicuntur.

V. Non omittendum est aliud testimonium ab eodem Sculteto objectum, ex Regula morali 72. cap. 1. ubi hæc leguntur: Quod debeant auditores qui in Scripturis eruditi sunt, explorare ac probare ea quæ a magistris dicuntur: & quæ quidem consona sunt Scripturis suscipere: quæ vero aliena, rejicere, eosque qui in ejusmodi doctrinis perseverant, vehementius averfari.

Non imprudens Scultetus hæc verba resecurit, qui in Scripturis eruditi sunt, τὰς παραδειγματικὰς τὰς γραφὰς. Ex his enim manifesta conclusio est Scripturam non omnibus proponi, ut unicam fidei regulam, nec omnibus claram & perspicuam esse in iis quæ ad fidem pertinent. Hinc Basilius in capite sequenti iis, qui non multum in Scripturis versati sunt, præcipit ut bonos ac malos pastores a fructibus eorum dignoscant. Quinetiam ne primis quidem concedit, ut Scripturam arbitrio suo interpretentur, & prout quisque sibi videbitur a Spiritu sancto edoctus. Sed eam Scripturæ interpretationem intelligit, quæ Ecclesiæ auctoritate & constanti Traditionis consensu nititur. Ipse enim hac potissimum via Arianas novitates evitaverat. Nam cum edoctus fuisset ab avia Macrina, quæ ei tradebat beatissimi Gregorii verba, quæcumque ad ipsam memoriæ continuatione servata pervenerant; postquam e patria in exteris provincias profectus est, si quos inveniebat secundum traditam pietatis regulam ambulantes, eos & patrum loco habebat, & animæ suæ duces sequebatur. Sic veritatem ab hæresi, pastores a lupis dignoscebat, non propriis suis Scripturæ studiis innitendo, sed eam constanter retinendo, quæ S. Gregorius Neocæsariensis ante exortam hæresim Arianam tota Ecclesia probante & applaudente prædicaverat.

sp. 204. n. 6.

Suppeditat nobis ecclesia Neocæsariensis argumenta quædam, quæ hic videntur non omittenda. Musonius, qui hanc ecclesiam rexit difficillimis temporibus, sic solebat admonere, cum concionaretur: (a) Cavete canes, cavete operarios malos. (b) Quomodo autem hos canes arcebat a grege? Erat ille vir novitatis inimicus, ostendens in seipso priscam Ecclesiæ speciem, ad veterem statum, veluti ad sacram quamdam imaginem, ecclesiæ sibi commissæ formam effingens, ita ut qui cum eo vixerunt, una cum iis qui ante ducentos annos & amplius luminarium instar resplenderant, vixisse sibi videantur. Adeo nihil de suo, nec ullum recentioris mentis inventum vir ille promebat: sed secundum Moysis benedictionem perferre noverat ex cordis sui arcanis, bonis scilicet thesauris, vetera veterum, & vetera ante faciem novorum.

(a) sp. 28.

(b) pag. 32.

pag. ibid.

Quanta fuerit talis institutionis utilitas inde demonstrat Basilius, quod soli Neocæsarienses, vel certe cum paucis admodum in tanta rerum tempestate ac procella tranquillam vitam Musonio gubernante egerint. Non enim eos attingit ventorum hæreticorum æstus, submersiones importans & naufragia animabus facile mutabilibus.

Muso.

Musonii sedi Atarbius, non fidei ac virtuti successit; cumque hæresim Arianae contrariam conaretur inducere; Basilius in tanta animarum pernicie silere non potuit, ac Neocæsarienses pluribus litteris admonuit, ut ab hoc sibi magistro caverent. Sic eos compellat in epist. 210. *Fidei everfio*, inquit, *apud vos excogitatur inimica apostolicis & evangelicis doctrinis, inimica traditioni Gregorii vere magni, & eorum, qui ei successerunt usque ad beatum Musonium, cujus profecto documenta etiamnum in vestris auribus resonant. Nam Sabellii malum, olim quidem exortum, sed traditione magni illius viri extinctum conantur nunc isti renovare, qui dum timent ne arguantur, somnia in nos fingunt,*

§. VII.

- I. S. Basilius conceptis verbis docet Christum adesse præsentem in Eucharistia. II. Requirit ut illud, Hoc est corpus meum, non minus certo credamus quam illud, Verbum caro factum est. III. Insignis locus a Scultero depravatus explicatur. IV. Basilius sententia confirmatur ex precibus Liturgiæ.

I. Sive Basilio adscribantur libri de Baptismo, five non; certe sub ejus nomine citari ac laudari possunt, cum toti ex ejus sententiis ac verbis compositi sint. In libro secundo quæritur cap. 2. *An is qui ob pravam conscientiam, aut immunditiam, aut inquinamentum purus corde non est, citra periculum possit sacrificare.* Quæstioni apponitur responsum, ducta comparatione ex his quæ in sacerdotibus veteris legis requirebantur. Tum de sacerdotibus novæ legis sic statuitur. *ὁ δὲ κρείττον λέγων μείζον τῆς ἱερῆς ὡδὲ, παιδεύει ἡμᾶς, ὅτι ποσῶτον ἀτελεβέστερός ἐστιν ὁ πολυῶν ἱερατεῖαν τὸ σῶμα τῆς κρείττης τῆς δόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ εἰς ὁσμὴν εὐωδίας, ὅσον τὸ σῶμα τῆς μονογενῆς ἰσὺς τῆς Θεοῦ ὑπερέχει κειῶν καὶ ταύρων ἐκ ἐκ συγκρίσεως, ἀσύγκριτος γὰρ ἡ ὑπεροχή.* Dominus autem cum dicit: *Templo majus hic est, nos docet tanto magis impium esse eum, qui audet sacrificare corpus Domini, qui dedit pro nobis seipsum Deo oblationem & hostiam in odorem suavitatis, quanto corpus unigeniti Filii Dei excellentius est arietibus ac tauris: quod dictum sit sine comparatione, incomparabilis enim est excellentia.* Sic etiam in capite tertio ex pœna iis in lege imposita, qui sancta immundi tangere audebant, demonstratur, quantum sit scelus corpore Domini indigne vesci. *ὅτι γὰρ πλείον τῆς ἱεροῦ ὡδὲ κατὰ τὴν τῆς κρείττου φωνῆν, ποσῶτον δεινότερον καὶ φοβερότερον τὸ ἐμολυσμῶ ψυχῆς πολυῆσαι ἀψασθαι τῆς σῶματ' τῆς κρείττης, παρὰ τὸ ἀψασθαι κειῶν ἢ ταύρων, τῆς ἀποστόλου εἰπόντος ὡς ὁ ἀν' ἐστὶν &c.* Quanto enim plus templo illic est, juxta Domini vocem, tanto gravius est & formidabilius in animæ inquinamento audere tangere corpus Christi, quam arietes aut tauros tangere; cum Apostolus dicat: Itaque quicumque manducaverit &c. Nihil sane in his exstat testimoniis, quod eludi vel detorqueri possit. Sacrificatur & consecratur corpus Christi: Christus præsens adest in altari, *Templo major hic est*: Illud discrimen statuitur inter antiquæ & novæ legis sacrificia, quod in primis vituli & tauri occisi fuerint, in nostris corpus Christi offeratur: discrimen sane commentitium; si sacrificium novæ legis corpus absentis Christi repræsentet; quippe cum idem præstiterint sacrificia veteris legis; idque eo aptius & significantius, quo cædes alicujus animalis aptior ad mortem Christi repræsentandam, quam res inanimæ, panis & vinum.

Sanctus Basilius conceptis verbis docet Christum adesse præsentem in Eucharistia.

Matth. 12. 6.

1. Cor. 11. 27.

Eadem sententia paucioribus verbis statuitur in Regulis brevioribus. Si quis autem, inquit Basilius Interrog. 309. *cum in immunditia sit, accedat ad Sancta; etiam ex veteri Testamento terribile illius discimus judicium. Quod si amplius templo hic est, nos utique modo magis formidando docebit Apostolus, qui dixit: Qui manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit.*

II. Basilius inter ea, quæ certo credere debemus etiam si repugnet natura, Eucharistiam numerat. Hanc enim in Moralium libro habemus regulam: (a) *ὅτι οὐ δεῖ διακρίνεσθαι, καὶ διακρίνειν ἐπὶ τοῖς ὑπὸ τῆς κρείττης λεγομένοις, ἀλλὰ πεπληροφορηθῆναι πάν ῥήματα Θεοῦ ἀληθῆς εἶναι καὶ δυνατὸν, καὶ ἡ φύσις μάχηται: εἰ ταῦτα γὰρ καὶ ὁ ἀγὼν τῆς πίστεως. Quod non oportet ambigere & dubitare de iis quæ a Domino dicuntur: sed persuaderi omne Dei verbum, verum esse ac possibile, etsi natura repugnat, Hic enim firmum est fidei certamen.* Ad hanc regulam comprobandam inter alia refert illud: (b) *Litigabant ergo Judæi ad invicem, dicentes: Quomodo hic potest nobis dare carnem ad manducandum? Dixit ergo eis: Amen amen dico vobis: nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.*

Requirit ut illud, Hoc est Corpus meum, non minus certo credamus quam illud, Verbum caro factum est. (a) Moral. Reg. 8. p. 129. tom. 2. (b) Joan. 6. 53.

Pluribus in locis pertractat Basilius de optima communicandi ratione, quam in eo positam esse docet, ut cum certo credamus Christum pro nobis crucifixum esse, ejusque carnem & sanguinem nobis apponi, hac illius passionis recordatione ad eum amandum accendamus. Sic in regula breviori 172. hæc instituitur quaestio, ποταπῶ φόβῳ, ἢ ποία πληροφορία, ἢ ποία διαθήκη μεταλάβωμεν τῷ σώματι, καὶ τῷ αἵματι τῷ Χριστοῦ. *Quali cum timore, aut qua animi persuasione, aut quo affectu participes simus corporis & sanguinis Christi.* Argumento est ejusmodi interrogatio magnum aliquod agi mysterium, quod tremorem incutere debeat, magnamque fidem ac sanctitatem postulet.

Interrogationi hæc subjicitur responsio. τὸν μὲν φόβον διδάσκει ἡμᾶς ὁ ἀπόστολος, λέγων· ὁ ἐσθίων καὶ πίνων ἀνάξιος, κέσμα ἑαυτοῦ ἐσθίει καὶ πίνει· τὴν δὲ πληροφορίαν ἐμποιεῖ ἡ πίστις τῶν ῥημάτων τῷ κυρίῳ εἰπόντι· τὸτο ἐστὶ τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον· τὸτο ποιῆτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. *Timorem quidem docet nos Apostolus, cum ait: Qui manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit: persuasionem autem efficit fides verborum Domini, qui dixit: Hoc est corpus meum quod pro vobis traditur: hoc facite in meam commemorationem. Item ex fide testimonii Joannis, qui memorata prius Verbi gloria, posthac Incarnationis modum induxit, his verbis: Verbum caro factum est &c. Idem quoniam Apostolus scripsit: Qui cum in forma Dei esset &c.*

Nemo est, qui hæc legens non facile perspiciat, 1. Christi verba, *Hoc est corpus meum*, ut firmissima fide credenda, a Basilio proponi. 2. Non minus certo credenda esse, quam sequentia, *Verbum caro factum est, &c. Qui cum in forma Dei esset &c.* Utraque enim testimonia, tum quæ ad Eucharistiam, tum quæ ad Incarnationem spectant, eodem prorsus modo proponuntur, ut verbis quidem clara & aperta, sed mysterii magnitudine difficilia: ita ut explicatione non indigeant ad lucem verbis afferendam, sed fide ad res credendas. Nec quisquam est profecto, qui si prima conetur eludere, secunda non eodem modo prodat eludenda.

Postquam Basilius exposuit quo timore & qua animi persuasione communicandum sit; tertiæ interrogationis parti, quo affectu accedendum sit ad hoc mysterium, sic satisfacit: *Cum igitur animus his & talibus verbis fidem adhibens, gloriæ majestatem didicerit, humilitatisque & obedientiæ magnitudinem admiratus fuerit, quod talis ac tantus ad mortem usque Patri obtemperarit vitæ nostræ causa, eum arbitror ita affici, ut simul Deum & Patrem diligat, qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, simul unigenitum ejus Filium, qui obediit usque ad mortem pro nostra redemptione & salute.* Addit eum, qui sic affectus & præparatus est, adimplere illud Pauli: *Caritas enim Christi urget nos &c.* Sic autem affici & præparari debere concludit, quisquis panis & poculi sit particeps.

Eadem doctrina statuitur in Regulis moralibus & in libro 1. de Baptismo. Sic enim in Regula 21. cap. 2. legimus: *Quod qui accedit ad communionem non considerata hac ratione secundum quam corporis & sanguinis Christi participatio datur, is nullam ex ea utilitatem capiat: & quod qui indigne assumit condemnatus sit.* Et cap. 3. *Qua ratione manducandum sit corpus Domini & sanguis bibendus in commemorationem obedientiæ Domini usque ad mortem, ut qui vivunt non jam sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.* Similiter in libro 1. de Baptismo cap. 3. postquam eadem Scripturæ testimonia retulit, ac in libro Moralium, nempe ex 6. Joannis, *Amen, amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii hominis &c.* & ex Matthæo & Paulo institutionem Eucharistiæ, referentibus; tum vero sic concludit: *Quid igitur utilitatis habent hæc verba? Ut edentes & bibentes, semper memores simus ejus, qui pro nobis mortuus est & resurrexit; sicque discamus necessario servare coram Deo & Christo ipsius traditum ab Apostolo dogma, qui dicit: Caritas Christi urget nos &c.* judicantes hoc quod si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est; ut qui vivunt, non amplius sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Nihil verbis opus est, ut in his locis eandem prorsus sententiam ac in Regulis brevioribus constitui pateat. Res per se clara & manifesta. Quemadmodum enim in Regulis brevioribus hic animi affectus ad communionem requiritur, ut ex persuasionem, quam animis nostris verba Christi, *Hoc est corpus meum*, imprimere debent, item ex verbis Joannis, *Verbum caro factum est*, & Pauli, *Qui cum in forma Dei esset &c.* ad eum amandum, qui pro nobis mortuus est accendamus; ita in libris Moralium & de Baptismo eadem prorsus communicandi ratio in commemorationem passionis Domini præcipitur.

Perab.

Perabsurde ergo Scultetus secum facere putat illud Basili: *Quid igitur utilitatis habent hæc verba? Ut edentes & bibentes, semper memores ejus simus, qui &c.* Nam 1. modus ille communicandi in commemorationem Domini reperitur, ut jam diximus, ex fide & persuasione, quam in animis nostris efficere debent verba Christi, *Hæc est corpus meum*, & alia testimonia, quibus ejus divinitas & incarnatio ac passio continentur. 2. Non dicit manducationem corporis Domini & potum ejus sanguinis in commemoratione ipsius passionis positam esse. Sed illud corpus sic manducari, & sanguinem sic bibi debere, ut commemorationem illius passionis celebremus. 3. Eos etiam qui indigne communicant, corpus & sanguinem Domini sumere in commemorationem passionis illius, sed non in seipsis hanc memoriam exprimere docet: *Qui enim edit & bibit, inquit, videlicet ad indelebilem memoriam Jesu Christi Domini nostri, qui pro nobis mortuus est & resurrexit, rationem vero memoriae obedientis Domini usque ad mortem, juxta doctrinam Apostoli non adimplet, qui, ut dictum est, ait, Caritas Christi urget nos &c. is nihil capit utilitatis.*

Quæ sequuntur, à Combesilio ut duriora & severiora reprehenduntur. *Præterea sibi ipse accersit qui ejusmodi est judicium quoque Apostoli dicentis: Qui manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. Et enim horrendum judicium est non modo ei, qui in carnis ac spiritus inquinamento indigne accedit ad Sancta, cum enim accedit, reus fit corporis & sanguinis Domini, sed etiam ei qui otiose inutiliterque edit ac bibit.* Hæc prorsus immerito vituperantur: Is enim otiose inutiliterque edere dicitur, qui sine caritate edit; idque patet cum ex superioribus verbis, tum ex ratione, quam addit Basilius, cur ejusmodi hominem horrendum judicium maneat: *quod, inquit, non per memoriam Jesu Christi Domini nostri, qui pro nobis mortuus est & resurrexit, servat quod dictum est: Caritas Christi urget nos &c.*

III. Alio utitur Basili testimonio Scultetus, quod sic refert: *Carnem & sanguinem totam suam mysticam conversationem in carne & doctrinam Evangelii vocavit Christus.* Unde concludit Scultetus *neminem alium hanc carnem edere, hunc sanguinem bibere, quam qui fidei corde ista omnia sibi applicavit.*

Sed Sculteti in hoc testimonio referendo non laudabilior fides, quam in explicando peritia. Sic enim hunc locum legimus in epist. 8. n. 4. ubi Basilius objecti ab Arianis hujus testimonii, *Ego vivo propter Patrem*, solutionem affert. *δύναται δὲ καὶ ζῶν λέγειν, ἢν ζῆ ὁ Χεῖρός, τὸν λόγον τῆ Θεῦ ἔχων ἐν ἑαυτῷ. καὶ ὅτι τὸ πρῶτον ἐστὶ τὸ διηλούμενον, ἐκ τῆ ἐπιφερομένης εἰσόμεθα. καὶ τρώγων με, φησὶ, ζήτεται δὲ ἐμέ. τρώγομεν γὰρ αὐτῆ πλὴν σάρκα, καὶ πίνομεν αὐτῆ τὸ αἷμα, κοινωνοὶ γινόμενοι διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως καὶ τῆς αἰσθητῆς ζωῆς, τῆ λόγου καὶ τῆς σοφίας. σάρκα γὰρ καὶ αἷμα, πάσων αἰσθητῶν πλὴν μουσικῆν ἐπιδημίαν ὠνόμασε, καὶ τὴν ἐκ πρακτικῆς καὶ φυσικῆς καὶ θεολογικῆς συνεισῶσαν διδασκαλίαν ἐδήλωσε, δι' ἧς τρέφεται ψυχὴ, καὶ πρὸς τὴν τῶν ὄντων τέως θεωρίαν παρασκευάζεται. Ποῦς αὐτὴν & vitam dicere, quam vivit Christus, Verbum Dei habens in seipso. Atque id ipsum esse, quod significatur, ex his quæ sequuntur videbitur.* Et qui manducat me, *inquit, vivit propter me. Edimus enim ipsius carnem, & bibimus ipsius sanguinem, participes facti, per incarnationem & sensibilem vitam, Verbi & sapientia. Carnem enim & sanguinem, totam suam mysticam in carne conversationem vocavit, & doctrinam ex practica & naturali & theologica notione constantem declaravit: per quam & nutritur anima, & ad eorum quæ sunt contemplationem interim præparatur.*

Comparat ergo Basilius vitam, quam sacra humanitas cum Verbo hypostatice conjuncta vivit, cum vita, quam ex Eucharistia ducimus. In utroque autem catholicum dogma mirifice commendat, & dum nos Christi carnem edere & illius sanguinem bibere dicit, & dum vitæ genus, quam ex illius carne & sanguine percipimus, exponit. Illud certe conceptis verbis declarat nos ita carnem Christi edere, ejusque sanguinem bibere, ut simul participes fiamus Verbi & sapientia, quia carnis & sanguinis nominibus tota Christi persona, tota illius in carne mystica conversatio, sive mysticus adventus, designatur. Sed si carnem & sanguinem Christi non re, sed sola fide sumeremus, absurdum dictu esset nos per hanc carnem & sanguinem participes fieri Verbi & sapientia. Tunc enim & caro & Verbum eodem modo sumerentur, nempe fidei beneficio, Deinde vero cur monet Christi carne & sanguine totum Christi mysticum in carne adventum, sive totam illius personam designari; cur, inquam, id monet, nisi ut nobis non inanimam carnem, non a divinitate separatam apponi demonstraret? Sed si hæc caro sola fide percipitur, quis metuendi locus ne inanima sit, aut a divinitate separata? Sic etiam Basilius, ut simili-

Insignis locus a Sculteto depravatus explicatur. p. 25. 230

Joan. 6. 58.

militudinem demonstret inter eam vitam, quam ex Eucharistia ducimus, & eam, quam sacra humanitas cum Verbo hypostatice conjuncta vivit, hanc vitam ad animam pertinere admonet. At inutilis prorsus admonitio, si carnem & sanguinem non ore, sed sola mente percipimus: perabsurda etiam tota comparatio, si cum humanitas Christi cum Verbo hypostatice conjuncta sit, nos sola mente cum illius carne & sanguine jungimur.

Basilii sententia confirmatur ex precibus liturgiæ.

pag. 27. n. 66. rom. 3.

rom. 2. pag. 234.

IV. His addi debent quæ in libro de Spiritu sancto leguntur, non Basilii solum, sed etiam omnium Christianorum fidem exhibentia. τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τῶ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας καὶ τῆ ποτηρίου τῆς ἀλογίας, τίς ἢ ἀγίων ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπεν; οὐ γὰρ δὴ τέτοις ἀρκούμεθα, ὧν ὁ ἀπόστολος ἢ τὸ εὐαγγέλιον ἐπεμήνηθη, ἀλλὰ καὶ προλέγομεν καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα, ὡς μεγάλῳ ἔχοντε πρὸς τὸ μυστήριον τῶ ἰχθῦν, ἐκ τῆς ἀγράφου διδασκαλίας παραλαβόντες. Invocationis verba, inquit, cum conficitur panis Eucharistia & poculum benedictionis, quis sanctorum in scripto nobis reliquit? Nec enim bis contenti sumus, quæ commemorat Apostolus aut Evangelium, verum alia quoque ante & post dicimus, tamquam multum habentia momenti ad mysterium, quæ ex traditione non scripta accepimus. Nemo negaverit indicari a Basilio has preces, quæ in liturgia ipsi attributa leguntur: εἰλεῖν τὸ πνεῦμα σου τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμᾶς τὰς δούλους σου, καὶ ἐπὶ τὰ προκειμένα σου δῶρα ταῦτα, καὶ ἀγιάσαι καὶ ἀναδείξει αἷγια ἅγια, καὶ ποιῆσαι τὸν μὲν ἄρτον τῶτον γίνεσθαι εἰς τὸ ἅγιον σῶμα αὐτοῦ τῆς κυρίας δὲ καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ἄρεσιν ἀμαρτιῶν, καὶ εἰς ζωὴν τῶ αἰώνιον τοῖς Ἰεσὺ αὐτῆ μεταλαμβάνοντι. τὸ δὲ ποτήριον τῶτον, τὸ τίμιον αἷμα τὸ τῆς κληνῆς διαθήκης αὐτοῦ τῆς κυρίας δὲ καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ &c. Ut veniat Spiritus sanctus tuus super nos, servos tuos, & super proposita hæc dona tua, sanctificetque & efficiat ea sancta sanctorum, Et faciat panem quidem istum, fieri corpus sanctum ipsius Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, in remissionem peccatorum & vitam æternam, ex illo participantibus: & calicem hunc, preciosum sanguinem novi Testamenti, ipsius Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi &c. Unde autem ejusmodi preces in omnibus ecclesiis, nisi ex certissima fide, qua Christiani omnes panem & vinum mutari in corpus & sanguinem Christi credebant? Cui enim id precari in mentem venisset; quis has preces, tamquam multum habentes momenti ad mysterium addidisset verbis evangelicis, si Ecclesiæ propositum non erat mutationem impetrare?

§. VIII.

I. S. Basilii testimonia de peccatorum confessione. II. Invidia & alia ejusmodi peccata confessionis legi subjecta. III. De peccato Originali. IV. De Christi gratia.

S. Basilii testimonia de peccatorum confessione.

pag. 73. rom. 1.

quest. 229.

rom. 15. 1.

Exech. 33. 11.

Luc. 3. 9.

bid. 9. 9.

I. Longius, quam mihi propositum est, tempus extraherem, si in omnibus colligendis immorarer, quæcumque ex S. Basilii operibus ad dogmata confirmanda erui possunt. Quare hanc finiemus pertractationem appositis de peccatorum confessione, de peccato originali & de Christi gratia testimoniis. Confessionem peccatorum necessariam esse ad veniam a Deo consequendam docet Basilius in homil. in Psalm. 32. Vult tui misereri iudex, inquit, sequere miserationum suarum facere participem; si modo post peccatum repererit te humilem, contritum, prava opera multum deplorantem, ac ea quæ clam facta sunt ovulgantem citra pudorem, rogantem fratres tibi ut sint adjumento ad accipiendam medelam. In Regulis brevioribus hæc instituitur quæstio: Utrum oporteat veritas actiones citra verecundiam omnibus detegere, an aliquibus dumtaxat; & quinam hi sint: sic respondet S. Basilius: servanda est ratio eadem in peccatorum confessione, quæ in detegendis corporis morbis adhibetur. Quemadmodum igitur corporis morbos non omnibus patefaciunt homines, neque quibusvis, sed iis qui eorum curandorum periti sunt: ita fieri quoque debet peccatorum confessio, coram iis, qui curare hæc possint, prout scriptum est: Vos qui fortes estis, infirmitates debiliū portate: hoc est, cura ac diligentia vestra tollite. Similis est quæstio 288. Qui vult confiteri peccata sua, debetne confiteri omnibus & quibuslibet, an certis quibusdam? Sic respondet Basilius: Consilium benignitatis Dei in peccantibus manifestum est, juxta id quod scriptum est: Non volo mortem peccatoris, sicut ut convertatur ipse, & vivat. Quoniam igitur pœnitentiæ modus debet peccato congruere, ac etiam opus est fructibus dignis pœnitentiæ, juxta hanc sententiam, Facite fructus dignos pœnitentiæ, ut ne fructuum penuria locum habeant ea quæ subsecuntur minæ. Nam, inquit, omnis arbor non faciens fructum bonum, exciditur,

ditur, & in ignem mittitur; peccata iis confiteri necesse est, quibus mysteriorum Dei concredita dispensatio est. Sic enim *O* qui olim poenitentiam egerunt, coram sanctis fecisse comperiuntur. Scriptum est enim, in Evangelio quidem, quod peccata sua Joanni Baptistæ confitebantur; in Actis vero, Apostolis ipsis, a quibus etiam baptizantur cuncti. Vide commentarium in Esaiam p. 292. tom. 1.

Negat Scultetus ex his locis specialem peccatorum enumerationem aut confessionis necessitatem erui posse. Sed eludendi locum non relinquit petitem ex corporeis morbis exemplum, tum etiam quod ait Basilius poenitentiae imponendæ modum peccato congruere debere. Quomodo enim morbus animi curabitur, si peccatorum numerus & graves circumstantiæ celentur? Aut quomodo poena peccatorum numero & magnitudini congruet, nisi singula peccata & circumstantiæ aperiuntur? Illud autem, τῆς ἐπισκοπῆς ὁ τρόπος, reddi debet, poenitentiae imponendæ modus, vel poenae modus: minime vero, conversionis modus. Hanc enim in sententiam usurpari solet ea vox in ejusmodi locis: cujus rei multa suppetunt apud Basilium exempla, ut in ep. 73. Frustra ergo Scultetus confitendi necessitatem, de qua in quæst. 288. agitur, in eo positam esse contendit, quod, si quis confiteri velit peccata, quamvis necesse id non sit, is non aliis confiteri debeat, quam iis quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei. Si confessio cujusque arbitrio permessa esset, nec ulla esset confitendi necessitas; fatius multo ac tutius foret apud prudentes ac pietate insignes viros peccata confiteri, quam apud presbyteros, qui non semper prudentia & ac pietate excellunt. Quare Basilius, cum ait necesse esse peccata iis confiteri, quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei, simul & confessionem peccati necessariam esse, & poenitentiam inter sacramenta numerandam esse demonstrat.

Mitto aliam cavillationem Sculteti, qui memoratas a S. Basilio peccatorum confessiones ante Baptismum, nec præscriptas fuisse, nec singulorum peccatorum enumerationem habuisse objicit. At minime probat his exemplis uti non debuisse Basilium, ut ad præscriptam a Christo omnium peccatorum confessionem hortaretur, & a pravo pudore avocaret.

Utitur etiam Scultetus Regula breviorē 110. in qua præcipitur, ut virgines per præfectam, sive seniore[m] suam presbytero confiteantur. Sed hoc vitium superiorum editionum in hac novissima emendatum est, nec quidquam aliud præcipit Basilius, nisi ut adsit decori causa præfecta virginum, dum sorores confitentur presbytero. Idem antea præscripserat in Reg. 108. ut præfectus, absente præfecta, cum sororibus de rebus ad fidei ædificationem pertinentibus non loquatur. Sed ne peccatorum confessio excipi debere videretur, huic rei occurrendum esse duxit.

Hanc Basilii doctrinam confirmant tres illius epistolæ canonicæ, quæ dum varias peccatorum species & gradus accurate persequuntur, quam arte servatum fuerit confitendi præceptum demonstrant; quantaque exstiterit episcoporum in peccatis pro merito puniendis diligentia. Mulieres adulteræ, vel sponte confessæ, vel convictæ, non percurrerant varios poenitentiae gradus, sed inter Consistentes tempus explebant. Cautio enim erat ne in periculum mortis conjicerentur, si peccatum vulgaretur. Sed si nullum erat confitendi & puniendi peccati præceptum, cur non illa etiam remittebatur inter Consistentes poenitentia, quæ periculo prorsus non carebat. Cur furti (a) convictus duplo gravio[re]m poenam sustinebat, quam sponte confessus? Nemo prorsus ab hac lege confitentorum peccatorum immunis. (b) Presbyteri & Diaconi, qui se labiis tenuis peccasse confitebantur, excidebant gradu suo: ac ne illis quidem communio cum presbyteris aut Diaconis relinquebatur, si quid amplius peccasse deprehenderentur.

II. In his canonibus avaritiæ, invidiæ & aliis ejusmodi vitiis nullæ nominatim constituuntur poenæ. Sed non idcirco putandum est confessionis legi subjecta non fuisse. Nam Basilius in Regulis brevioribus, postquam (c) statuit peccata iis solis confitenda esse, quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei, hanc quæstionem instituit: (d) ὁ μετανοήσας ἐπὶ ἀμαρτήματι καὶ πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ ἁμαρτήματα ποιεῖ; Qui poenitentiam egit peccati, ac rursus in idem labitur peccatum, quid faciet? Declarat Basilius ejusmodi homines idcirco relabi, quia radicem peccati non tollunt: ac profert exempli loco invidiam & jurgium, quæ ex radice amoris gloriæ pullulant. Unde sic concludit: Si quis igitur ubi se ipse semel condemnaverit invidia aut jurgii in eadem rursus incidat; noverit se ex primaria invidia aut jurgii causa, gloriæ studio in intimis laborare.

Ejus.

Ejusmodi ergo peccata sacerdotum prudentiæ curanda permittebantur : sed non idcirco confessionis legi subtrahebantur , Atque id confirmare possumus testimonio Gregorii Nysseni , qui cum in epistola canonica queratur , quod de nonnullis peccatis , qualia sunt convicia , (a) maledicta , (b) usura & alienarum rerum sub negotii prætextu raptus , conditi a patribus canones non fuerint , nec tantum sibi auctoritatis assumat , ut ejusmodi constituat canones ; hæc tamen peccata confessioni subjecta esse manifeste indicat , ac summo studio a sacerdotibus curanda . Sic enim loquitur de illo inter negotiandum alienæ rei raptu (c) ὁ δὲ δι' ὑφαιρέσεως λαμβανούσης σφετερίζομεν τὸ ἀλλότριον , εἴτε δι' ἑξαγορεύσεως τὸ πλημμέλημα αὐτῷ τῷ ἱερεὶ φανερώσας , τῇ περὶ τὸ ἐναντίον τῷ πάθῳ ἀποδῆναι θεραπεύσει τὴν ἀβρῶσιαν : λέγω δὲ διὰ τῶν τὰ προσόντα παρέχων τοῖς πένησιν , ἵνα τῷ προέσθαι ἂ ἔχει , φανερὸς γένηται καθάρων τῆς κατὰ πλεονεξίαν νόσου . εἰ δὲ μηδὲν ἔχει , μόνον δὲ τὸ σῶμα ἔχει , κελδεὶ ἢ ἀπόσολῃ : διὰ τῆς σωματικῆς κόπης τὸ τοῖσιν ἑξιδάσθαι πάθῳ . *Qui autem latenti ablatione sibi rem alienam usurpat , ac deinde per confessionem peccatum suum sacerdoti aperit , per contrarium vitio studium aegritudinem curabit : dico autem , largiendq̄ , quæ habet , pauperibus , ut dum quæ habet profundis , se ab avaritiæ morbo liberum aperte ostendat . Sin autem nihil aliud præterquam solum corpus habeat , jubet Apostolus per laborem corporalem ei morbo mederi .* Similia habet Basilius de usuris , quas qui accepit , eum a sacerdotio non excludit , modo injustum lucrum in pauperes insumat & ab avaritiæ morbo liberum se exhibeat .

III. Peccatum , quod ex primo omnes parente traximus , sic prædicat Basilius , ut facile pateat nihil aliud S. Augustinum contra Pelagianos defendisse , nisi quod perpetua Ecclesiæ prædicatione constabat . *Exsolvet* , inquit Basilius homil. in famem pag. 70. *peccatum primigenium , cibariorum largitione . Quemadmodum enim Adam improbo esu peccatum transmisit : Sic nos insidiantem escam abolemus , si fratris necessitatem famemque curamus .* Et in Psalm. 29. *Pulcher quidem eram , inquit , secundum naturam , sed languidus , propterea quod ex serpentis insidiis peccato mortuus eram ,* (d) Alibi vocat serpentem peccati auctorem . Ibidem : (e) *Propter condemnationem in nos ob peccatum prolatam terra dicimur , nos qui a Deo audivimus : Terra es & in terram ibis .* Et in Psalm. 33. (f) *Quandoquidem ii , qui ideo creati erant ut Domina servirent , sub inimici servitute detinebantur ; illorum animas pretiosq̄ suo sanguine redimet .*

Sæpe alias Basilius de peccato primorum parentum loquitur , ut de culpa nequaquam Adami & Evæ propria , sed ad eorum posteros pertinente . *Adamus* , inquit in homil. Quod Deus non est auctor malorum , *secedendo a Deo mortem conscivit sibiipsi , juxta id quod scriptum est : Ecce qui elongant se a te peribunt . Sic non creavit Deus mortem , sed nos nobisipsis ex prava mente eam accersivimus .* Non omitendum est insigne testimonium ex ep. 261. n. 2. ubi sic loquitur Basilius : *Itaque si Domini in carne adventus non fuit , non dedit redemptor pro nobis pretium mortis , nec per seipsum mortis regnum rescuit , Si enim aliud esset , quod mortis imperia subjectum erat , aliud quod assumtum a Domina ; non desisset mors ea quæ sua sunt , operari , nec lucrum nostrum facta fuissent deserta carnis passiones : non interemisset peccatum in carne : non in Christo vivificati fuisset , qui eramus in Adamo mortui , non resartum fuisset , quod collapsum erat : non instauratum , quod confractum : non conjunctum Deo , quod serpentis fraude fuerat abalienatum .* In libro 1. de Baptismo hæc leguntur : *Illud igitur , denuo , arbitror prioris generationis , quæ in peccatorum sordibus facta est , emendationem ostendere , cum Job dicat : Nemo purus est a sordibus , ne si unus quidem dies sit vita ejus ; & David luceat , ac dicat : In iniquitatibus conceptus sum , & in peccatis concepit me mater mea , & Apostolus ita confestetur : Omnes enim peccaverunt , & egent gloria Dei : justificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem quæ est in Christo Jesu , quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius . Quapropter etiam peccatorum venia datur credentibus , Domino ipso dicente : Hic est sanguis meus novi Testamenti , qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum : quemadmodum Apostolus rursus testatur , dicens : Secundum beneplacitum voluntatis suæ , in laudem gloriæ gratiæ suæ , in qua gratificavit nos in dilecto , in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus , remissionem peccatorum , secundum divitias gratiæ ejus , de qua nobis impartivit ubertim ; ut quemadmodum statua contrita ac confracta , amissa regis forma eximia , denuo conformatur a sapiente artifice ac bono opifice , gloriam operis sui resarciante , atque pristino splendori restituitur : sic etiam nos ob præcepti transgressionem male affecti , velut scriptum est ,*

Homo



Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, <sup>Psalm. 48. 13.</sup>  
& similis factus est illis, ad pristinam imaginis Dei gloriam revocemur.

IV. Sic affectum hominem indigere, ut cum Dei gratia præveniat, & novam <sup>De Christi gratia.</sup> ei creationem impertiat, mirifice pluribus locis demonstrat Basilius, cujus testimonia nonnulla hic apponemus. Unde vero facultas mihi, inquit in Psalm. 29. <sup>p. 68. tom. 2.</sup>  
*te exaltandi: Quoniam tu me præveniens suscepisti. Perspicue dixit, suscepisti me, pro sublevasti me, & superiorem insurgentibus in me effecisti. Veluti si quis puerum quempiam natandi imperitum manu suscipiens, cum aquis altiorem sustineat. Qui igitur, opitulante Deo, a casu exsurgit, is grati animi significatione per bona opera exaltationem Deo pollicetur. Aut velut si quis debilem quempiam luctatorem suffulciens, ab imminente lapsu liberet, ac colluctante reddat superiorem: illi quidem victoria præbet occasionem, huic vero conceptam de lapsu alterius latitiam adimit. Vide ejusdem homilix n. 3. p. 68. tom. 1. & n. 5. p. 70. & aliam homiliam in Psalmum 44. n. 4. & Reg. moral. 55. & in Esaiam p. 321. Et in homilia de humilitate: Nihil unde gloriari queas, relictum est tibi, o homo... Quid igitur, dic quæso, te ipse quasi de tuis ipsius bonis effers, cum deberes pro acceptis donis gratiam largitori habere? Quid enim habes quod non accepisti? Quod si etiam accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Non tu Deum cognovisti per tuam justitiam: sed Deus cognovit te propter suam bonitatem. Cum cognoveritis Deum, inquit, quin potius cogniti sitis a Deo. Non tu apprehendisti Christum per virtutem, sed Christus te per suum adventum apprehendit. Insequor, inquit, si etiam apprehendam, in quo & apprehensus sum a Christo. Non vos me elegistis, inquit Dominus, sed ego elegi vos. An quoniam honore affectus es, gloriaris & misericordiam occasionem arripis superbiendi? Et tunc cognoscas teipsum, quis sis, velut Adam ejectus e paradiso, velut Saul desertus a Spiritu Dei, velut Israel a radice sancta resectus. Fide, inquit, stas: noli altum sapere; sed time. Judicium sequitur gratiam; & quomodo davis usus fueris, expendit judex. In his quæ sequuntur perseverantiæ donum commendatur: Quod si ne hoc quidem, intelligis fuisse te gratiam consequutum, aut si præ nimia stupiditate tuam ipsius virtutem existimas gratiam esse, non es beato Petro apostolo præstantior. Nec enim Dominum amore majori prosequi poteris, quam qui ita vehementer dilexit ut etiam voluerit pro ipso mori. Sed quoniam animo elatiore loquutus est, cum dixit: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego tamen numquam scandalizabor, timiditati humana traditus est, ceciditque in infirmitatem, lapsu erudiendus ad metum atque ad cautionem, edocendusque infirmis parcere & debilibus, quod & suam cognovit infirmitatem, & perspicue intellexit quod quemadmodum cum in pelago mergeretur, per Christi dexteram erutus est, ita in scandali procella ob incredulitatem in pereundi periculum veniens, Christi virtute servatus sit. In Psalm. 33. n. 2. Neque enim in potentia hominis, neque in sapientia, sed in Dei gratia salus est. Vide homiliam in Psalm. 7. ad hæc verba: Et diriges justum. Sic loquitur in homilia in Psalm. 32. num. 5. Atque etiam multum est discriminis in peccatis ac recte factis: hæc enim lenæ vendita, vi in peccato est, illa vero ab initio heram bonam nata, in virginitate educata est. Cur hæc affecta beneficio sit: illa vero condemnata: & quid sit unicuique horum a iudice retribuendum; quibus omnibus tibi in mentem venientibus, cogita Dei judicia abyssos esse, nec a quolibet facile comprehendendi posse, quod in divinis thesauris conclusa sunt. Sed & credenti data promissio est a Deo, videlicet, dabo tibi thesauros absconditos & invisibiles. Postquam igitur ea cognitione quæ est facie ad faciem, digni habitus fuerimus, etiam eas quæ in Dei thesauris sunt abyssos intuebimur. Quod si ea quæ in Scriptura de utribus dicta sunt, collegeris, propheticæ sententiæ intelligentiam magis assequeris. Et num. 7. Et quoniam multi sunt vocati, pauci vero electi, beatum dicit non vocatum, sed electum. Beatus namque quem elegit. Quæ autem beatitudinis causa? Expectata bonorum æternorum hereditas... Salvus autem fit non quisvis, sed reliquæ solum secundum electionem gratiæ. Vide homil. in Psalmum 114. num. 5. pag. 109.*

Satis patet ex his quæ attulimus quantum eniteat divina potentia in humani cordis conversione. Sed præterea in eandem sententiam nonnulla referenda. Subjiciamur ergo Deo, inquit, quod salutare ab ipso est. Quid autem sit salutare, explicat. Non nuda quædam est operatio, aliquam nobis beneficentiam afferens, qua ab infirmitate liberemur, bonaque corporis habitudine utamur. Sed quid est salutare? Etenim ipse Deus meus, & Salvator meus, susceptor meus, non movebor multum. Filius qui ex Deo est, Deus noster est. Idem etiam Salvator est generis hu-

mani, debilitatem nostram fulciens, ac commotionem ex tentationibus animis nostris advenientem corrigens. Vide homil. in Psalm. 32. n. 3. p. 72. & in Psalm. 33. n. 4. p. 79. & homil. de fide p. 72. Reg. Moral. 55. cap. 1.

Divinitatem Filii demonstrat Basilius ex summo illius in humanas mentes imperio. *Petra dicitur*, inquit in libro de Spiritu sancto c. 8. p. 8. tom. 3. eo quod validum sit & inconcussum & quavis arce firmissimum propugnaculum fidelibus. Et pag. ibid. Omnia autem facit contactu virtutis, ac voluntate bonitatis operans. Pascit, illuminat, alit, deducit, medetur, erigit. Quæ non sunt, facit ut sint, condita conservat. Hoc modo bona ex Deo per Filium ad nos perveniunt, majore celeritate in singulis operantem, quam ullus sermo exprimere valeat. Neque enim fulgura, neque lucis per aerem tam velox discursus est, non oculorum celeres ictus, non ipsius intellectus nostri motus: sed horum quodque magis vincitur divinæ operationis celeritate, quam animantia quæ sunt a quod nos maxime segnia, non dicam volatiliam, neque ventorum, neque cælestium orbium impetu, sed ipsius mentis nostræ motu superantur. Nam quo tandem temporis spatio egeat, qui portat omnia verbo virtutis suæ, quique nec corporaliter operatur, neque manuum opera ad creandum opus habet, sed eorum quæ sunt naturam habet voluntate non coacta obsequentem.


Nulla alio argumento libentius utitur ad divinitatem sancti Spiritus demonstrandam. Neque enim fieri potest, inquit, ut Filium quis adoret nisi in sancto Spiritu, aut ut Patrem invocet nisi in adoptionis Spiritu. Vide cap. 13. & epist. 38. num. 4. Demonstrat in cap. 15. ejusdem libri Spiritum sanctum a Patre & Filio disjungi non posse, siquidem in baptismo vim vivificantem immittit, a morte peccati renovans animas nostras in pristinam vitam; ac vitam nostram operatur. Et cap. 19. p. 21. Sive quis creationem accipiat de extinctorum reviviscencia; an non magna Spiritus operatio, qui nobis suppeditat vitam ex resurrectione, & ad spiritualem illam vitam animas nostras adaptat? Sive creatio dicatur esse eorum, qui hic per peccatum lapsi sunt, in meliorem statum mutatio (nam ita quoque nonnumquam usurpatur juxta 2. Cor. 5. 17. Scripturæ consuetudinem, velut cum Paulus dicit, Si qua in Christo nova creatura) renovatio quæ hic fit, & a vita terrestri ac turbulenti affectibus obnoxia ad cælestem conversationem transmutatio, quæ fit in nobis per Spiritum, ad summam admirationem deducit animos nostros. Similiter in epist. 8. n. 11. Tria creationis genera in Scriptura nominata invenimus, Unum quidem ac primum, ex nihilo productionem: secundum vero, ex pejore in melius immutationem; tertium, resurrectionem mortuorum. In his reperies Spiritum sanctum una cum Patre & Filio operantem. Sæpe alias cordis conversio vocatur nova creatio, ut in Psalm. 32. pag. 75. tom. 1. & in homilia: Quod Deus non est auctor malorum p. 40. & lib. 5. adversus Eunomium p. 159. & comment. in Esaiam p. 224.

Quantum fiduciæ in divina gratia poneret Basilius ex his perspicere potest, quæ de conciliandis Antiochenæ ecclesiæ dissensionibus loquitur in epist. 66. p. 87. tom. 3. Hæc vero conciliare, inquit, & ad unius corporis harmoniam redigere, illius est solius, qui & siccis ossibus, ut ad nervos & carnem denuo redeant, non enarrabili sua potestate largitur Dominus autem omnino magna per eos, qui se digni sunt, efficit. Et in epist. 203. Non enim ignoratis, nos palam omnibus propositos, veluti scopulos in mari prominentes, furorem fluctuum hæreticorum excipere; eosque dum circa nos franguntur, ea quæ retro nos sunt, non alluere. Illud autem, nos, cum dico, non ad humanas refero vires, sed ad Dei gratiam, qui in hominum imbecillitate potentiam suam declarat, quemadmodum ait Propheta ex persona Domini dicens: Hier. 5. 22. An me non timebitis, qui arenam mari terminum posui? Nam omnium infirmissima ac vilissima re, arena, ingens ac grave pelagus constrinxit Omnipotens. Similia habes in homilia in Psalm. 32. p. 75. tom. 1. Cum igitur audieris quempiam magna minitantem, jactantemque se tibi omnis generis ærumnas, damna, aut plagas, aut mortem illaturum, respice ad Dominum gentium consilia dissipantem, & populorum cogitationes p. 76. reprobantem. Et postea n. 9. Neque igitur rex ex armis sufficiens ad salutem auxiliium habet, neque fortis vir sibi ad omnia sufficere potest. Imbecillitas enim & infirmitas sunt omnia simul humana, si cum vera potentia comparentur. Propterea Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia. Et ex ore infantium & lactentium perfecit laudem, ut destruat inimicum & ultorem. Nam divina gratia in infantibus ac rudibus operans, maxime resplendit. Præclarissimum est initium epist. 161. ad Amphilochem, Benedictus Deus, qui sibi placentes in singulis ætatibus eligit, electionisque secernit vasa, & his utitur ad ministerium sanctorum: qui nunc etiam te, cum fugeres, ut tunc dixisti, non nos, sed vocationem quam per nos futuram suspi-

1. Cor. 1. 27.  
Psalm. 8. 3.

*suspiciabaris, inevitabilibus gratiæ retibus illigavit, ac in mediam Pisidiam deduxit ut homines Domino capias, & ex profundo pertrahas ad lucem, quos cepit diabolus, ut suam ipsius faciant voluntatem.*

Agmen claudet insigne testimonium, quod e S. Basilii Liturgia depromptum Petrus diaconus citat in libro de Incarnatione & gratia cap. 8. *Hinc etiam, inquit, beatus Basilius Casariensis episcopus in oratione sacri altaris, quam peno univrsus frequentat Oriens, inter cetera, Dona, inquit, Domine, virtutem & tutamentum, malos quæsumus bonos facito, bonos in bonitate conserva, omnia enim potes & non est qui contradicat tibi: cum enim volueris salvas, & nullus resistit voluntati tuæ. Ecce quam breviter, quamque doctor egregius olim huic controversiæ finem posuit, docens per hanc precem non a seipsis, sed a Deo malos homines bonos fieri, nec sua virtute, sed divini gratiæ adjutorio in ipsa bonitate perseverare.*



## INDEX CAPITUM QUÆ IN PRÆFATIONE CONTINENTUR.

- § I. I. **S**anctus Basilius minus commode interpretatur illud synodi Nicanae, ex alia essentia aut hypostasi. II. Sed merito negat unam in tribus personis hypostasim a synodo admissam. Ipsi etiam trium hypostasum defensores sæpe hypostasim pro essentia sumunt. III. Novitas unius hypostasis. IV. Tres hypostases apud scriptores Nicana synodo antiquiores. V. Quid synodus Nicana senserit ex S. Alexandro & S. Athanasio spectatur. VI. Occidentaliū sententia de hypostasi. Quo sensu eadem vox usurpata in secularibus scholis, pag. iv.
- § II. I. Videtur sanctus Basilius prima specie pugnare cum S. Athanasio & S. Gregorio in tribus hypostasibus defendendis. II. Non tamen discedit a debita animi moderatione. Quo sensu hanc questionem magni momenti esse duxit. Quo sensu cum defensoribus unius hypostasis communionem incundam negavit, p. ix.
- § III. I. Viruperatus a nonnullis sanctus Basilius, quod Dei titulum Spiritui sancto non semper tribuerit, II. Hoc temperamento usus est, ut infirmis consuleret & ecclesiam suam hæreticorum furori subtraheret. III. Neutrū prorsus vituperandum. IV. Obiecta solvuntur, V. Basilius semper idem sentiens non semper eodem modo in hæreticis refellendis versatur, p. xi.
- § IV. I. Celeberrimum S. Basili de processione Spiritus ex Filio testimonium refertur. II. Græcorum scriptura magnis incommodis laborat. III. Latinorum lectio apte cum Basili doctrina, necessario cum ejus ratiocinatione coheret. IV. Latinorum causa codicum MSS. auctoritate defenditur, pag. xvij.
- I. Utrum S. Basilius ea tantum consubstantialia crediderit, quorum alterum ex altero originem habet. II. Utrum mundum temporis momento creatum crediderit, pag. xxj.
- I. Traditionis auctoritas defensa a sancto Basilio adversus Eunomium & Pneumatomachos. II. Valde etiam studiosus existit catholici sermonis defendendi. Quid de conciliis sentiat. III. Cur adversarios ad Scripturam provocat. IV. Quo sensu omnia Scripturis confirmanda, nihil Scripturis addendum dixit. V. Quo sensu auditores probare debere, quæ a magistris dicuntur, p. xxij.
- I. S. Basilius conceptis verbis docet Christum adesse præsentem in Eucharistia. II. Requirit ut illud, Hoc est corpus meum, non minus certo credamus quam illud, Verbum caro factum est. III. Insignis locus a Scultero depravatus explicatur. IV. Basili sententia confirmatur ex precibus Liturgie, p. xxvij.
- I. S. Basili testimonio de peccatorum confessione. II. Invidia & alia ejusmodi peccata confessionis legi subjecta. III. De peccato Originali, IV. De Christi gratia, pag. xxx.

# V I T A

## S. BASILII MAGNI

### ARCHIEPISCOPI CÆSARIENSIS.



PROPOSITUM mihi est in hac pertractatione quid gesserit & scripserit S. Basilius, observato quam accuratissime potero temporum ordine exponere. Ordinis enim in rebus gestis enarrandis tanta virtus est, ut non solum facilius animo percipiantur, dum suum quæque locum decenter tenent; sed etiam pretii plurimum accedat, aut decedat, prout apte secusve collocantur. Permulta sunt, quorum consilii ratio penitus latebit, si a suo divellantur tempore: alia laudem longe exiliorem, nonnulla etiam difficiliorem habebunt excusationem. Quinetiam recte facta vim & naturam amittunt, ac virtutes nonnumquam invertuntur, si quis eventus loco non suo narretur. Caritas Basilius, qui patrimonium & initio monastici instituti, & decem post annis, gravi urgente fame, distribuit, magnus esse nævus videtur in severo paupertatis legislatore, eumque arguere, quod non statim se omnibus rebus nudaverit. Sed si matrem Emmeliam grassante illa fame obiisse demonstratur; accepta illius morte hæreditas, ut mos erat temporum illorum, & statim in pauperes effusa, promptum Basilius ad omnia projicienda animum declarat.

Hoc unum de multis exemplum affero, ut neminem deterreat legendi & investigandi labor. Suscepta enim hujus vitæ scribendæ ratio, propterea quod in obscuris rebus explicandis sæpe versatur, non tanta voluptate in legendo retinet, quanta libera & sine salebris fluens narratio. Non tamen, ut equidem opinor, officient obscuræ difficileque quæstiones, in quibus interdum morabimur, quominus germana Basilius effigies ante oculos depicta versetur. Uniquique in promptu erit eximia illa pietas, tot naturæ dona, tot doctrinæ ornamenta in latebris recondens: summa caritas ne in solitudine quidem discedens ab augendis Ecclesiæ utilitatibus, in sacerdotio autem inter perpetuos & graves morbos non uni ecclesiæ, sed pluribus aliis regendis, imo pacificandis totius orbis ecclesiis intenta: animus in amplissimo gradu & summa famæ celebritate demississimus, in defendendo episcopatus jure magnus & sublimis, in colendis amicitiis omni humanitate expolitus, facilis ad deponendam offensionem, semperque ad placandos homines non amicos paratissimus: in propriis contumeliis summa lenitas & mansuetudo, teterrimas calumnias & ipsos per totum orbem famosos libellos silentio per tres annos perferens: in defendendis autem Christi injuriis animi fortitudo & constantia, quam non exilii, non mortis pericula, non ullius potestatis metus a veritate palam & aperte prædicanda deteruerunt.

#### C A P U T I.

I. S. Basilius Cæsareæ nascitur. II. Idque circa annum 329. III. De illius avis. IV. De patre Basilio & matre Emmelia. V. Basilius sub avia Macrina ac deinde sub patre puerilis institutio. VI. Cæsaream Cappadocum mittitur ad studia litterarum, idque multis rationum momentis probatur.

S. Basilius  
Cæsareæ  
nascitur.  
(a) Naz. ep.  
6.  
(b) or. 20. p.  
328.

I. S. Basilium Cæsareæ in Cappadocia natum esse discimus maxime ex Gregorio Nazianzeno, qui eum nominatim (a) Cappadocem appellat, seque & Basilium (b) dicit, cum ex eadem patria in diversas regiones discendi causa abiissent, rursus Athenis velut ex composito coivisse. Ipse Basilius non obscure declarat natum se esse Cæsareæ in homilia in Gordium Martyrem, n. 2. Patriam suam in epistolis 76. & 96. appellat Cappadociam. Sed tamen hujus nominis honorem ipsi etiam Ponto desert. Illius pater Basilius, etsi sæpe in Cappadociam veniebat, præcipuum tamen in Ponto domicilium collocaverat; siquidem Macrina moriens ait apud Greg. Nyss. patris sui famam extra Pontum diffusam non fuisse, satisque illi fuisse in patria decus assequi.

S. Basilius Oper. Tom. III.

A Basilius frater Gregorius patriam agnoscit Pontum, ibid. p. 182. Narrat Basilius in epist. 51. se cum multis in patria Deum timentibus insolabiliter doluisse, quod Dianius formulæ Constantinopoli allatæ subscripsisset: patriam appellans Ponti solitudinem in qua tunc delitescerat. Cumque aliquando sese ex hac solitudine ad Gregorium Nazianzenum contulisset & apud eum moraretur; sui illum fratres *amicitiam & patriam commemorantes*, veluti profugum quemdam revocare conati sunt. Præpositum quemdam pagorum in Ponto appellat patriæ præpositum, in epist. 87.

Hæc testimonia in speciem pugnantia si inter se conferantur, plus equidem Gregorio Nazianzeno tribuam, qui Basilium Cappadocem appellat,

Vit. S. Macr.  
192.

lat, antequam ulla ei necessitudo cum Cappadocia intercederet, præter eam quam natura conflaverat. Nondum enim episcopus erat aut presbyter. Litteris quidem Cæsareæ operam dederat; sed id tanti non erat, cur Cappadox diceretur: aliæ enim urbes pari jure Basilium sibi vendicassent. Aliud ergo causæ non videtur existisse cur Cappadox diceretur, nisi quod Cæsareæ in lucem editus fuerat. At facilius est explicare, cur Pontum patriam appellet Basilium quamvis natus in hac regione non fuisset. Hæc enim patria parentis & avorum; ibi pater domicilium habuerat; ibi nati fuerant Basilii fratres: ibi nutrice traditus alendus: ibi prima illius & pietatis & litterarum tirocinia: ibi dilecta solitudo, in quam se receperat. Tot ergo nominibus huic loco obstrictus, non immerito illum instar patriæ habebat. Sic Gregorius Nyssenus locum, in quo quadraginta Martyres passi fuerant, patriam suam esse dicit, quia patrum suorum patria erat, tom. 3. p. 500. Idem in oratione in S. Theodorum p. 585. Amaseam illius patriam vocat, quia, *martyris*, inquit, *patria locus est passionis*. Quinetiam ipse Basilium Armeniam appellat patriam in epist. 223. n. 3. ubi ait se ex variis peregrinationibus redeuntem invenisse in patria nonnullos, qui vitam monasticam profitebantur; quibus verbis Eustathium Sebastenum designat. Mirum autem non est Basilium Cæsareæ natum esse, quamvis ipsius pater præcipue in Ponto domicilium habuerit. Amplè enim possessiones, quas in Cappadocia habebat, sæpe illum Cæsaream traxerunt & diu in hac urbe detinuerunt; adeo ut illius & Emmeliæ præclare facta Gregorius inter Pontum & Cappadociam divisa fuisse testetur.

Naz. ep. 20. p. 322. a.

Idque circa annum 329.

Naz. ep. 33.

Naz. de vita sua. p. 9. a.

II. Natus est Basilium circa annum 329. idque factis quadrat cum illius litterarum studiis, quæ anno 355. exeunte absoluta fuerant. Non enim patitur eximia illius ingenii acies, quæ mature disciplinis liberalibus cœpit excoli, ut eum, cum rediit Athenis, annos natum fuisse plusquam viginti septem existimemus. Sed alia subest longe gravior ratio. Junior aliquanto fuit Gregorio Nazianzeno, qui cum in lucem patre episcopo editus sit, citius nasci non potuit anno 328. quo ipsius pater ordinatus est, utpote mortuus anno 373. exeunte aut ineunte 374. emeritis in episcopatu quadraginta quinque annis. Jam vero Gregorium in episcopatu patris natum esse, etsi mirum id & prorsus insolitum videtur, nec cum legibus ecclesiasticis valde consonum, clare tamen perspicitur ex his Gregorii ad filium verbis.

Ἐπεὶ ποσόντων ἐκμυρίτωνος βίον Ὀσους διήλθε θυσίων ἐμοὶ χόρος.

Nondum tot annos vita percurrit tua,

Quos mi in sacris sunt jam peracti vicissimis.

Frustra Gregorii ortus ad primos episcopatus menses referatur. Ne sic quidem difficultas minuetur; cum Cæsarium fratrem Gregorius habuerit natu minorem. Baronius exaggerationem in verbis Gregorii suspicatur; sed sine ulla prorsus ratione. Papebrochius pro θυσίων legendum conjicit ἐτησίων aut δὲ τῶν ἐμοὶ χρόνος. Sed satius est cum Tillemontio fateri legem ecclesiasticam de continentia episcoporum nondum in omnibus omnino ecclesis viguisse, quam apertissimum locum ejusmodi conjecturis attentare. Probabilior esset difficultatis solvendæ ratio, si Gregorius, qui anno 325. baptizatus est, & inter sacerdotium ac baptisma, aliquod temporis spatium interposuit, in presbyteri gradudici posset aliquan-

Adi ministrasse, & ad hanc dignitatem anno 327. pervenisse. Sed hujus rei nullum existat vestigium. Plura vide apud Tillemontium, not. 4. in Greg. Naz. Basilium ergo qui aliquanto post Gregorium in lucem editus est, circa annum 329. natus videtur; & cum senem se esse dicit anno 374. id non tam illius annis tribuendum, quam perpetuæ cuidam infirmitati, quæ ab ineunte ætate incœpit, ac postea poenitentiz & sacerdotii laboribus & novis supervenientibus morbis sic accrevit, ut in ipso ætatis robore senex videretur, ac dentibus careret annos natus, 46.

ep. 162.

ep. 232.

III. Paternum genus Basilium e Ponto, ut testatur Gregorius Nazianzenus, maternum ex Cappadocia ducebat. Quamquam Gregorius Nyssenus, cum quadraginta Martyres in eo loco laudaret, ubi passi fuerant, id est, Sebastiz in Armenia, hanc majorum suorum patriam esse asseverat, sive quia inde in Pontum aut Cappadociam transferant, sive quia olim Sebastia Cappadociæ attributa erat.

De illius avis. or. 20. p. 318.

Erat autem utrumque illud genus militaribus, Palatinis, & municipalibus dignitatibus insigne, ac divitiis & opibus, & excelsis thronis ac eloquentiz fama clarum; sed pietate ac religionis studio, & rebus pro Christo fortiter gestis longe clarius. Nam maternus Basilii avus vita & bonis pro Christo spoliatus ab imperatore fuerat.

Ibid.

Avi autem paterni erant illi quidem ad omnia pro Christo perferenda paratissimi; sed cum meminissent Gregorium Neocæsariensem in persecutione Decii (retinebat enim Macrina illius documenta, quæcumque ad ipsam memoriz serie pervenerant) & fugisse & ad fugam alios adhortatum esse; receperunt se in quamdam Ponticorum montium sylvam, paucis adhibitis fugæ conscis & victus ministris. In hoc exilio septem annos & aliquanto amplius sub dio vixerunt, pluviis, algoribus & frigoribus expositi, ab omnibus vitæ commodis, ab amicis & omni hominum societate remoti. Sed Christus in eorum solatium concessa olim Israelitis miracula renovavit. Quodam enim die subit eos lautioris mensæ desiderium; nam diuturnitas temporis fastidium attulerat necessariorum ciborum. At nequaquam missitaverunt, ut Israelitæ; sed a Deo, summa illius potentiz fiducia, suaviolem cibum postularunt, vel ex avibus in ære volitantibus, vel e feris, quæ in montibus errabant. Vix loquuti erant, cum eorum pedibus accidit obsequium sponte oblatum, cervi miræ magnitudinis, repente e tumulis apparentes, ac innuentibus sese dedentes, ex quibus quantum voluntas ferebat detinuerunt, quod supererat in sylvas ad aliud convivium dimiserunt. Ex his Gregorii Nazianzeni verbis perspicitur non unius diei cibum hoc miraculo provisum eis fuisse; sed ad septem exilii annos minus commode miraculum extendit Papebrochius.

Nyff. vit. S. Macr. tom. 2. p. 191.

Basil. ep. 204. n. 6.

Naz. or. 20. p. 320.

Hæc autem contigisse narrat Gregorius in atrocissima omnium maximeque horrenda Maximini persecutione, qui cum post plures alios, qui paulo ante fuerant, ingruisset, laudem eis humanitatis sua crudelitate conciliavit. His coloribus clare depingitur Maximinus secundus, minime vero, ut Papebrochius opinatus est, Maximinus primus, cujus persecutio nec omnium crudelissima existit, nec per septem annos; nec alias persecutiones proxime subsequuta est; præcesserat enim pax viginti quinque annorum. Sed cum Maximinus secundus non regnaverit in Ponto & Asia minore, nisi anno 311. post mortem

ad an. 304. tem Galerii; Baronius & Tillemontius existimant hoc miraculum regnante illo in Ægypto & Syria contigisse, ac proavos Basilii anno 304. secessisse, & usque ad annum 311. delituisse. Ex his autem larebris prodeuntes anno 311. post data a Galerio in gratiam christianorum edicta, graviora deinceps videntur subiisse certamina. Ait enim Gregorius Nazianzenus eos ad dimicandum alacriores factos esse hoc miraculo, quod eis hunc in usum a Deo concessum fuerat. Hinc etiam eos recenset inter fortissimos athletas, qui cum pene usque ad mortem decertassent, victoriz suæ superstites fuerunt. Nyssenensis vero conceptis verbis (a) ait Macrinam in confitendo Christo tempore persecutionis decertasse, (b) ejusque & mariti bona ob Christi confessionem fuisse publicata.

(a) *Vit. Macr. pag. 178.*  
(b) *p. 191.*

Hanc dimicationem existimat Tillemontius vel sub Maximino collocandam esse, qui persecutionem redintegravit anno 311. paucis post Galerii mortem mensibus, vel sub Licinio qui persecutus est Ecclesiam anno 320. ac maxime in Ponto crudelitatem suam exercuit. Quo nomine appellatus fuerit paternus ille avus Basilii, nescimus. Aviaz nomen Macrinæ fuit, quæ cum Basilium infantem informaverit & instituerit, videtur usque ad annum 340. vixisse.

De patre Basilio & matre Emmelia. *Nyff. vit. Macr. p. 392.*

*Naz. or. 20. p. 322.*

IV. Horum filius Basilus, nostri Basilii pater, eximias virtutes cum magnis eruditionis & eloquentiæ ornamentis conjunxit. Inclauit enim in foro, & eloquentiam summa celebritate in Ponto docuit. Sed morum sanctitate clarior existit, ita ut primas ei in hoc genere solus filius Basilus eripuisse videretur. Hujus fides miracula impetravit, ut modo videbimus. Is in matrimonium duxit parem generis & virtutum splendore feminam, Emmeliam, quæ id inter mulieres fuit, quod Basilus filius inter viros, teste Nazianzeno. Hæc libenter matrimonio virginatatem prætulisset. Sed & patre, quem Imperator vita & bonis spoliaverat, & matre in ipso ætatis flore orbata, ut vitaret pericula ob summam venustatem imminenti (plurimi enim illius nuptias ambibant, nonnulli etiam raptum meditari videbantur) ad matrimonii portum confugit, ac viro morum gravitate spectato vitam suam custodiendam commisit. In hoc matrimonio, quod non minus virtutis, quam corporum erat, enituit pauperum alendorum & hospitum excipiendorum studium, animæ purgatio per continentiam, bonorum portio Deo consecrata, quæ res paucis tunc exemplis cognita erat, quia sub Imperatoribus ethnicis tutæ non fuisset ecclesiis prædiorum possessio. Hæc autem in ecclesias & pauperes liberalitas nequaquam eorum divitias comminuit, sed potius fide adeo multiplicavit, ut amplissimas in tribus provinciis possessiones haberent. Quod eo mirabilius est, quod Emmeliæ patris, Basilii parentum bona publicata fuerant. Quinetiam eorum refamiliarum in novem partes pro filiorum numero divisa, singulæ partes paternas opes superarunt.

*Ibid.*

*Nyff. vit. Macr. 186.*

a *Ibid. 181.*  
b *191.*

Sed præcipua Basilii & Emmeliæ gloria, proles existit. Decem liberos susceperunt, quorum tres episcopi summa sanctitatis & doctrinæ laude floruerunt. Unus aliquis ex his liberis videtur admodum infans mortuus: siquidem obeunte marito Emmelia quatuor filiorum & quinque filiarum (a) mater erat, eorumque bona (b) in novem partes divisa sunt. Omnium natu maxima

*S. Basilii Oper. Tom. III.*

fuit S. Macrina. Primus filiorum S. Basilus, secundus Naucrarius de quo infra nonnulla dicentur, tertius S. Gregorius Nyssenensis. Omnium postremus fuit S. Petrus Sebastenus qui statim atque in lucem editus est, patrem amisit. Quatuor filias honorifice collocaverat S. Emmelia, paulo antequam Basilus Athenis rediret. Harum ex aliqua progenitæ fuerunt illæ Basilii sororis filiæ, quas Gaudentius Cæsariensi monasterio præfuisse testatur. Inter consanguineos Basilii eminet in primis patruus ejus Gregorius in Cappadocia episcopus, qui cum ipsi ac fratribus parentis loco existisset, postea cum pluribus aliis Cappadociæ episcopis ejus ordinationi intercessit.

*Ibid. 181.*

*Homi. 17.*

Cognatos Basilus habuit Atarbium Neocæsariensem, (a) Soranum Scythici limitis ducem, & (b) Pœmenium, quem Saralensi ecclesiæ episcopum dedit, Palladium, quam tum ob egregios mores, tum ob consanguinitatem in matris loco reverebatur, ut ipse testatur in epist. 137.

a *ep. 155. & 165.*  
b *ep. 102.*

Basilii tubavia Macrina ac

deinde in b

patre pueris institutio.

a *Nyff. de Basil. p. 292.*

b *Ibid.*

V. His ortus parentibus Basilus, (c) quem Gregorius frater cum Samuele in eo comparat, quod ut ille matris ita iste patris precibus a Deo concessus fuerit. Eadem patris fide ex lethali morbo (d) infans ereptus est; cum Christus patri in somnis visus dixisset, ut olim regulo Capharnaïtæ, *Vade, filius tuus vivit.* Reguli fidem amittens Basilus filium incolumem recepit. Non in

Cappadocia nutritus Basilus, sed in quodam pago, quem parentes in Ponto possidebant. Regendæ infantiz Basilii curam suscepit ornatissima femina, avia Macrina, ac teneræ menti sanæ doctrinæ femina mandavit, quæ nulla umquam temporum vicissitudine immutata, sed aucta semper & exculca præclarissimos fructus extulerunt. Permagnum intererat sic institui Basilium, non solum ut veritatem mature combiberet, sed etiam ut calumniis inimicorum occurreret. Quidquid enim a sanctissima illa muliere acceperat, a Gregorio Neocæsariensi accepisse videbatur, quem illa sic colebat, ut omnia illius verba, quæcumque ad ipsam serie memoriæ pervenerant, accurate retineret. His se Basilus ab ea imbutum fuisse testatur in epist. 204. & hoc telo repellit injustas fidei suæ criminationes. Sic etiam in epist. 223. & in præmio Moralium. Hæresis Ariana, quæ tunc grassabatur, curam injiciebat catholicis parentibus, ut mature filiorum animos communirent.

*ep. 37. & 210. n. 1.*

*ep. 204. n. 6.*

Eo autem mirabilius Basilii in his percipiendis documentis acumen & in retinendis constantia, quod sub avia ultra teneram infantiam non fuit. Nam ubi primum litteris ediscendis idoneus fuit, ex aviaz manibus ad patris disciplinam transiit, qui rhetoricam magna celebritate in Ponto docebat, neque hoc munus in pago, ubi educatus Basilus, gerere potuit, sed in magna aliqua urbe, atque, ut verisimile est, Neocæsareæ. Basilium aliquandiu Neocæsareæ vixisse argumento est, quod se magistros mysteriorum & patres spirituales habuisse dicit, *Gregorium, summum illum virum & quotquot post eum sedi episcopali succedentes, alius post alium velut stella quædam exorientes, hisdem vestigiis insisterunt.* Inter hos Gregorii successores numerat haud dubie Musonium, præstantissimum virum, cui longe dissimilis Atarbium successerat. Porro ceteros quidem episcopos Neocæsarienses avia narrante cognovit Basilus; at Musonium per se ipse puer videtur audivisse. Is enim cum mortuus sit anno 368. aut 369. non admodum senex, docere non potuit

*Naz. or. 20. p. 322. & 328. Nyff. vit. Macr. 192.*

*ep. 204. n. 2.*

tuit Macrinam, quæ in alia diœcesi degebat non multo post annum 330. nempe in illo pago, ubi Basilium educavit.

ep. 223. n. 3.

Naz. or. 20. p. 322.

Translatus Neocæsaream Basilium invenit in Emmelia matre alteram Macrinam. Nam ab ea quoque catholicam doctrinam accepisse se gloriatur. Ipse etiam pater operam suam adjugebat uxori in instituendo ad pietatem filio; sed illius animum liberalibus disciplinis imbuere proprium suum munus esse decebat, vir utraque laude in Ponto excellens, & pietate & eloquentia, Sub tanto magistro mirifice profecit Basilium; sed cum eum nullius rei expertem esse oporteret, ut ait Gregorius Nazianzenus, in alias provincias mittitur, ut velut apes ex variis floribus, sic ipse ex variis magistris utilissima quæque perciperet. Hinc eum Cæsarea, ac deinde Constantinopolis & tandem Athenæ habuerunt.

Cæsaream Cappadocum mittitur ad studia litterarum, idque multis rationum momentis probatur,

VI. Sed utra Basilium habuerit Cæsarea, quæ sita est in Cappadocia, an quæ in Palæstina; magna sententiarum varietate ambigitur, Multis partibus videtur præferenda eorum opinio, qui Basilium Cæsareæ in Cappadocia litteris operam dedisse volunt, 1. Basilium optat in epist. 64. ut Hesychius, quicum se multis rebus ab initio conjunctum fuisse dicit, aliquando ad antiquos utriusque lares se conferat. Antiquum illud Basilii & Hesychii domicilium aliud esse non potest quam Cæsarea, unde scribebat Basilium, nec aliud tempus assignari potest, quo sese Cæsareæ noverint, nisi cum uterque litteris operam daret.

or. 20. p. 326.

2. Narrat Gregorius Nazianzenus se & Basilium, veluti fluxum quemdam fluminis, ex eodem patriæ fonte in diversas regiones doctrinæ cupiditate disseos, rursus, velut ex composito, Deo videlicet ita impellente, Athenis coivisse. Uterque ergo in Cappadocia conjunctus fuerat, uterque inde in varias regiones profectus, non alter e Ponto, alter e Cappadocia. Atque id confirmatur tum Gregorii presbyteri testimonio, qui Gregorium Nazianzenum utramque Cæsaream studiorum causa petiisse testatur; tum ipsius etiam Gregorii Nazianzeni, qui Basilium sibi plenus Athenis cognitum fuisse dicit, cum antea ignotus non fuisset, Sese autem alibi non videntur novisse, quam in Cappadocia.

p. 326.

3. Scribit Basilium in epist. 51. se a prima ætate nutritum fuisse in amore Dianii episcopi Cæsariensis, & considerasse quam esset ille vir aspectu venerabilis, & postquam adfuit ratio, illum etiam ex interioribus bonis cognovisse, illiusque delectatum consuetudine. *ἐκ πρώτης ἡλικίας συνετρέφην τῷ περὶ αὐτὸν φίλτρῳ... ἐπεὶ δὲ μοι λογὸν ἢ ὁ λόγος παρῆν, τότε δὴ ἢ ἀπὸ τῶν τῆς ψυχῆς ἀγαθῶν αὐτὸν ἐπεγίνωσκον καὶ ἔχραρον αὐτῷ τῇ συνουσίᾳ.* Ex his colligo Basilium Cæsareæ adolescentem pluribus annis commoratum fuisse, ibique satis diu educatum, ut posset se in amando Dianio & consideranda illius oris majestate nutritum dicere. Tillemontius, ut hunc locum explicet, Basilium conjicit admodum infantem Cæsaream a parentibus nonnumquam portatum fuisse. Sed hujus conjecturæ, quæ sua sponte parum congruit infantæ, nullum profert argumentum doctissimus scriptor: atque etiam si proferret, num se in amando & vidento Dianio nutritum posset dicere, quem nonnumquam infans vidisset? Nec Tillemontio favent hæc verba, a prima ætate: optime enim referuntur ad adolescentiam. Nam & quæ sequun-

tur, postquam adfuit ratio, delectabar illius consuetudine non de adolescentia, sed de virili ætate accipi debent, neque enim adolescens Basilium in Dianii consuetudinem admittit, sed postquam rediit Athenis. Virilem ætatem similiter designat in epist. 223. ubi se aliam ex alia doctrinam *ἐν τῇ τῷ λόγῳ συμπληρώσει*, cum adolevit ratio, non mutasse, sed accepta ab avia & matre principia retinuisse declarat.

4. Idem efficitur ex ipsis Gregorii verbis, quibus post Billium & Baronium Tillemontius Cæsaream in Palæstina indicari arbitratur. Sic igitur Gregorius in oratione, quam de Basilii laudibus habuit Cæsareæ. *Cæsaream, ut scholarum urbis illius particeps esset, contendit, hanc inquam illustrem civitatem, & nostram: (nam meorum quoque studiorum dux & magistra existit) quæ non minus litterarum atque doctrinæ, quam urbium quibus præcellit & dominatur, metropolis: quam si quis doctrinæ palma spoliaverit, rem omnium pulcherrimam, ipsique maxime propriam eripuerit. Nam cum aliæ civitates aliis ornamentis, vel antiquis, vel novis gloriantur, prout, opinor, vel historis, vel rebus quibusdam visendis ornate sunt: hanc contra, ut arma vel tragedias nota quadam atque insignia, sic litterarum gloria nobilitat, illustremque reddit. Nihil est his in verbis quod non Cæsareæ Cappadocum optime congruat; nonnulla in alteram Cæsaream inepte profertur ac inurbane dicta essent, Satis apte Gregorius urbem, in qua loquebatur & voce & manu designans dicebat, Hanc inquam illustrem civitatem. Non putat Tillemontius hanc Cæsaream a studiis litterarum, ut a præcipuo urbis ornamento, laudari debuisse. Sed ut omittam Eusebium, qui Cappadociæ præsules doctrina inter alios enituisse testatur, ipse Basilium Gregorii testimonio suum adjungit, & litteris, inter patriæ ornamenta, palmam dat. Sic enim de illo statu loquitur, in quem divisione Cappadociæ redigebatur. *Speῖακὺλον φοδίσσιμον φαῖνα ἐστὶν, inquit, quæ prius tum de litteratis viris, tum de aliis bonis, quibus opulentæ urbes abundant, gloriabatur. Similiter in epist. 74. litterarum studia, inter ea, quæ civitati nomen & famam pepererant, præcipue commemorat. Qua autem erat urbanitate Gregorius; num potuit, Cæsareæ nomine pronuntiato, auditores admonere, non eam Cæsaream, in qua orationem habebat, sed illustrem illam in Palæstina civitatem a se designari? Numquam eum tam inurbane, tamque pingui minerva loquutum credam. Quæ sequuntur de litterarum studiis, non minus inornata & illepidæ essent, si ad Cæsaream Palæstinæ referrentur; cum Cæsarienses, quos alloquebatur Gregorius, hanc laudem, ut jam dixi, aliis civitatibus non concederent.**

Vir. Conf. cap. 43.

ep. 76.

n. 5.

Non omittendum quod addit Gregorius: *Jam quæ sequuntur, si exponant qui & cum apud se erudierunt & fructum ex ipsius eruditione ceperunt, quantus videlicet magistris, quantus aequalibus esset &c.* Non superest ambigendi locus utris Cæsariensibus hæc narranda Gregorius relinquat; iis qui longe remoti erant, neque ex Basilii eruditione majorem quam aliæ civitates utilitatem ceperant, an iis quos alloquebatur Gregorius, quique & Basilii studiorum poterant meminisse, & illius doctrina per tot annos imbuti fuerant. Cum igitur his verbis Cæsarea Cappadocum designaretur; immerito quærit Tillemontius, cur Gre-



Gregorius, qui Cæsarem perorabat, Basilium in Apolinam cum rhetorica Constantinopoli iungere co-  
pisse. hanc urbem conceptis verbis venisse non dicat; cur non eam designet, nisi ejusmodi notis, quæ saltem ei cum altera Cæsarea communes sint.

Sed idem doctissimus scriptor hoc potissimum argumento nititur, quod Gregorius, postquam Cæsaream suam esse dixit, statim addat ideo suam esse, quia ibi litteris operam dederat: *Hanc inquam illustrem civitatem, & nostram; nam meorum quoque studiorum dux & magistra existit.* Negat Tillemontius hæc convenire in Cæsaream Cappadociæ; quam Gregorius suam aliis de causis vocare poterat, imprimis, quia eam provinciæ suæ metropolim agnoscebat; quod cum omnibus notum esset, suam dicere debuit, nulla addita ratione, ut in aliis locis facit.

Quod instar incommodi objicit Tillemontius, id argumenti loco adhibere possumus, quamvis illum in interpretatione hujus loci sequamur. Nam cum Cæsaream Gregorius ob disciplinas, quas ibi perceperat, non solum ob metropolitica jura suam diceret; rationem addere debuit, cur eam singulari modo suam diceret. Alioqui nemo non existimasset eum ad metropolis jura respicere. Itaque etsi hunc locum intelligimus, ut intelligit Tillemontius; nihil vetat de Cæsarea Cappadociæ intelligi? Verum Gregorii verba sic accipi possent in Billii interpretatione, ut illud *nostram* referatur ad metropolim hoc modo, *nostram non minus litterarum atque doctrinæ, quam urbium, quibus præcellit & dominatur metropolim.* Siq̄ interpretando restituitur patriæ suæ Basilii; nec illius in litteris institutionis partes ulla Cæsarea altera retinet. Fateor tamen mihi non arridere hanc interpretandi rationem, quæ non quadrat cum græco contextu. Illud enim τῆς ἐκ τῆς πόλεως non refertur ad vocem *ἡμετέρας*, quæ pluribus aliis interjectis præcedit. Præterea Cæsaream Gregorius doctrinæ metropolim vocat, non quia ibi litteris operam dederat, sed quia in hac urbe litteræ florebat.

## CAPUT II.

I. S. Basilus e Cappadocia Constantinopolim mittitur. II. Inde Athenas venit. III. Conjungitur amicitia cum Gregorio Nazianzeno. IV. Eorum studia & magistri & discipuli. V. Scribit Basilus Apolinario. Quo anno Athenas reliquit.

S. Basilus e Cappadocia Constantinopolim mittitur.

or. 20. p. 325.

I. Nemini cedebat Basilus corporis pulchritudine & robore ac proceritate, antequam illum pœnitentiæ labores debilitassent; sed eum ab ejusmodi ornamentis laudare noluit Gregorius. Libentius enarrat illius in virtute ac litteris progressus. Cum esset Cæsareæ carus erat æqualibus & magistris, ac brevi tempore magno in pretio apud plebeios & primores civitatis: rhetor inter rhetores etiam ante rhetoricam exhedram, philosophus inter philosophos etiam ante philosophiæ decreta, & quod maximum est, christianis sacerdos ante sacerdotium. Ad hæc omnes illum mirabantur. Præcipuum illius studium non erant litteræ, sed Philosophia christiana, ad quam litteras referebat.

Inde Constantinopolim mittitur, quæ civitas rhetoribus ac philosophis præstantissimis florebat, inquit Gregorius; cujus ex testimonio & ex superioribus verbis, *philosophus etiam ante philosophiæ decreta*, perspicimus Basilium in urbe Cæsariensi philosophiæ operam non dedisse, sed hanc disci-

plinam cum rhetorica Constantinopoli iungere co-

pisse. Si genuinæ sunt scriptæ Basilium inter & Libanium litteræ, dubium non est quin hunc sophistam Basilium Constantinopoli studiorum socium habuerit aut magistrum. Commemorat Libanius (a) amicitiam communemque scholas, sibi que ait (b) Basilium adolescentem admirationi fuisse; tum quod temperantia cum senibus certaret, idque in urbe voluptatibus disfluente, tum quod magnam disciplinarum partem jam tum esset consequutus. Sed cum Libanius, qui anno 314. natus est, mature inter sophistas nomen habuerit, non videtur Basilii multo junioris fuisse condiscipulus.

Quamobrem si tanta fuit inter utrumque necessitudo, quanta ex his epistolis perspicitur; necesse est ut eum Basilium audierit Constantinopoli. Sed cum hæ litteræ non levibus, ut infra videbitur, suspicionibus laborent, non libenter crediderim quidquid illarum nititur auctoritate, nisi aliis testimoniis confirmetur. (a) Socrates quidem & (b) Sozomenus narrant Basilium una cum Gregorio operam Antiochiæ Libanio dedisse. At eorum manifestus est error, cum neuter Antiochiam studiorum causa iverit; nec dubitant eruditi viri, quin hos scriptores nominis similitudine deceperit Basilium S. Joannis Chryostomi amicus, quem dum confundunt cum Cæsariensi, Gregorium ei adjunxerunt. Non video ergo quibus monumentis statui possit Basilium Constantinopoli operam dedisse Libanio. Ne ipsum quidem tempus aptissime quadraret, si Libanius, ut videtur Tillemontio, ab anno 346. usque ad 351. docuisset Nicomediæ. Nam intra hoc tempus videntur collocanda Basilii studia Constantinopolitana. Sed cum Libanius Constantinopoli pulsus fuerit a Limenio, qui præfectus urbi fuit a pridie Idus Julias 347. usque ad 6. April. 349. fieri potuit, ut, eo docente, Basilium Constantinopolim anno 346. aut 347. veniret, eumque, ut inter sophistas celeberrimum, audiret.

Cum brevi (a) tempore Basilium in hac urbe maximas laudes in rhetoriæ ac philosophiæ disciplinis adeptus esset, tandem Athenas petiit, quæ domicilium & sedes litterarum habebantur. Illius adventum fama nuntiavit, summamque expectationem omnibus movit, præcipue vero Gregorio Nazianzeno, qui paulo ante in hanc urbem sese contulerat, ac Basilium Cæsareæ cognoverat. Mos erat Athenis, ut adolescentes, dum scholæ suæ numerum augere & sui quisque sophistæ æra ampliare cupiunt, præoccuparent urbes, vias, montium cacumina, campos, solitudines, omnes denique Atticæ ac reliquæ Græciæ partes atque ipsos etiam incolas, quorum maximam partem in sua studia scindebant. Ut quisque autem juvenum Athenas veniebat, statim eum vel vi vel sponte suam facere conabantur. Is primum apud eorum aliquem, qui priores eum ceperant, hospitio excipiebatur, sive amicus esset, sive propinquus, sive civis, sive ex eorum numero, qui mercedis loco sophistis hanc augendi eorum lucri curam perolvebant. Deinde convitiis a quolibet lacebatur, & per forum ad balneum cum pompa deducebatur. Aquis enim spatiis inter se distincti, bini eum antecedeant. Postquam autem propius accesserant, tum vero quasi furore correpti saltabant, & maximo clamore sublato sistere jubebant, nec fas esse ingredi: simulque pulsatis januis juvenem terrebant, ac tandem aditu concesso in libertatem asserebant, ac deinceps sodalium numero adscribebatur. Gregorius, qui

Ba.

Basilium reverebatur, morum gravitatem & fermonum prudentiam videns, iis qui illum non noverant persuasit, ut idem de illo sentirent. Itaque solus fere ex omnibus advenis communem legem effugit.

Conjunctur  
amicitia cum  
Gregorio  
Nazianzeno.

III. Amicitia Gregorium inter & Basilium igniculi inde emicuerunt, ac paulo post in magnam faciem novo Gregorii beneficio creverunt. Nam cum Armenii quidam, olim Basilii sub ipsius patre condiscipuli, illius laudes invidis oculis aspicerent, eumque suis argumentationum tricis capere tentarent; Gregorius, qui gloria Athenarum cupidus erat, veritus ne quid civitas dedecoris acciperet, si novus accola antiquiores superaret, primo Armeniis opem ferebat; at ubi perfidum illorum consilium perspexit, totum se ad Basilium vertit, eoque adjuvante Armenii penitus fusi. Inde Armeniorum iræ & inimicitia in Gregorium, ut suum & urbis proditorem. Basilium autem Athenarum fastidium cepit, quia cum magna omnia sibi de hac urbe finisset, minorem expectatione reperiebat. Itaque parum sibi beatus videbatur quod venisset, & inanem felicitatem Athenas vocabat. Tum Gregorius illius mœrorem consiliis suis absterfit, eique persuasit nec hominum mores brevi tempore, nec doctrinam & eruditionem leviter degustando, sed diu multumque probando & periclitando dijudicari. Sic inter eos magis ac magis devinciebatur amicitia dandis & accipiendis benevolentia significationibus.

Postquam autem sibi invicem apernere consilium amplectendæ philosophiæ, tum vero contubernales & convivores fuere, ac tanta fuit animorum & in litteris & in virtutibus excolendis consensus, ut una utrique anima inesse videretur, duo corpora ferens. Par erat studium adipiscendæ doctrinæ, sed aberat invidia. Certabant non uter primas haberet, sed uter alteri concederet. Uterque laudes alterius suas ducebat. Unum utrique opus & studium virtus erat; uterque alteri norma erat & regula vivendi, & quid rectum necne sit discernendi. Neque ex sodalibus in suam consuetudinem adsciscabant, nisi qui castissimi & pacatissimi essent. Duæ illis notæ erant viæ, altera ad sacras artes Christianorum, altera ad scholas ducens: festa, theatra, celebres conventus & convivia libenter aliis relinquebant. Nihil majori ducebant laudi, quam ut Christiani essent & nominarentur: & in ea urbe, quæ simulacris ac simulacrorum laudatoribus & patronis abundabat, non modo nulla prorsus aura superstitionis afflati sunt, sed etiam fraude oculis suis visa ac perspecta, illic demones maxime contemserunt, ubi maxime colebantur. Eximia Basilii & Gregorii conjunctio conflaverat circa eos veluti quoddam amicorum idem sentientium sodalium, cujus dux & præceptor Basilii. Non dubium quin ejusdem agminis dux alter existerit Gregorius, quamvis de se ipse taceat. Inde evenit, ut egregium illud par amicorum non in Græciam solum, sed etiam extra Græciam celebraretur, & cum eorum magistri famam Athenarum adæquarent, ipsi quoque, ubicumque noti erant magistri, in hominum ore versarentur & Orestis ac Pyladi longe ab omnibus præferrentur.

Eorum studia & magistri & condiscipuli.

\* p. 333.

IV. His præditus erat moribus Basilii, qui etiam sine doctrina laudem habuissent; sed ad hos mores & (a) egregiam indolem tanta accessit doctrinæ copia, ut nemo cum eo comparandus esset, sive in rhetorica; sive in grammati-

ca, quæ linguam ad græcissimum format, historias colligit, metris præest, & carminibus leges præscribit; sive in omnibus philosophiæ partibus. Ne geometriam quidem & Astronomiam ac Arithmeticam neglexerat, sed iis relictis, quæ ad pietatem prodesse non poterant, tantum sibi ex his disciplinis sumserat; quantum satis erat, ut ab his, qui sese in hoc genere venditabant, exagitari non posset. Medicinam autem videtur adprime calluisse, propterea quod hanc illi ætem perpetui morbi & necessariam fecerant, & ad facilius percipiendam profuerant.

Himerium & Prohæresium Athenis audierunt Basilii & Gregorius, sophistas celeberrimos. Ex Basilii litteris cognoscimus eum a teneris amicitia conjunctum fuisse cum (a) Helychio, & Terentio, cum (b) Sophronio officiorum magistro & (c) Eusebio quodam episcopo. Cæsareæ eandem domum habuit ac ille Helychius. Cum Eusebio omnia ei communia fuerunt. Sed qua in urbe simul vixerint, prorsus nescimus. Celso Libanii discipulo persuasit Basilii ut secum Athenas veniret, si tamen Libanii ad Basilium litteris adhibenda fides.

Julianum Peræquorem Gregorius Nazianzenus socium habuit studiorum: quod forte eum Basilii commune fuit. Ac non dubium quin utrique Athenis cognitus fuerit Julianus Imperator: perspicua res est ex Gregorii testimoniis, nec necesse est ut confirmetur Basilii ad Julianum aut Juliani ad Basilium epistolæ auctoritate. Carum sibi ab adolescentia fuisse Basilium declarat (a) Julianus. Sed mirum cur Basilii sacras se cum Juliano (b) litteras didicisse testetur. Utrum id Athenis factum dicemus? At tunc profanis studiis operam dabant. Utrum in Capadocia? Tempus quidem quadrat. Nam circa annum 345. quo tempore Basilii videtur fuisse Cæsareæ, Julianus in castellum prope Cæsaream deductus fuit, ubi cum Gallo fratre sex annos traduxit. Sed cum ibi inclusus ab omni æquilibrium consuetudine removeretur, copia non erat ut eum Basilii videret. Verum his Basilii ad Julianum & Juliani ad Basilium litteris non multum tribui debet.

V. Videtur Athenis scripta Basilii ad Apolinarium epistola, quæ etsi a laico ad laicum scribebatur, nec quidquam habebat, nisi amicam salutationem, elapsis tamen annis viginti ab Eustathio adulterata, & ad invidiam Basilii creandam magno sonitu jactata est. Basilii in epistola 223. n. 4. quæ scripta est anno 375. exeunte, scripsisse se dicit Apolinario ante annos viginti & amplius. Ibidem iterum occurrente hujus rei mentione viginti tantum anni numerantur. In epistola autem 226. n. 4. ante annos viginti hoc a se factum confitetur. At in epistola 224. n. 2. legimus ante annos viginti quinque *πρὸ δέ ἑτῶν*, sed legendum puto ut in aliis locis *ante annos viginti*. Proclive enim fuit librariis litteram, quæ sequentem vocem incipiebat, cum illo conjungere, sicque numerum viginti quinque annorum effingere. Si ergo anno 375. exeunte jam exacti erant anni viginti, ex quo Basilii scripserat Apolinario, hanc epistolam scribere non potuit nisi Athenis, anno scilicet 354. exeunte, at ineunte 355.

Quot annos Cæsareæ Basilii traduxerit, quot Constantinopoli; quo Athenas anno petierit, difficile est conjicere. Videtur Cæsaream missus, cum jam optimum magistrum amisisset patrem: neque enim eo vivo ac summa celebritate rhetoricam docente, ad alias scholas, saltem tam cito,

Socras. l. 4. c. 26. & Nazianzeno. l. 6. c. 17.

a ep. 64. b ep. 272. c ep. 271.

ep. 336.

or. 9. p. 158.

or. 4. p. 121. 122. 132.

a ep. 40.

b ep. 41.

Julian. ep. ad Athen.

Scribit Basilii Apolinario.

ep. 224. n. 2. ep. 226. n. 4.

Quo anno Athenas reliquit.

cito, missus fuisset. Id autem probabile est contigisse circa annum 342. aut 343. Nam Petrum, qui paulo ante mortem patris in lucem editus est, presbyterum ordinavit Basilius in primordiis episcopatus, ut infra videbimus. Cum autem leges ecclesiasticæ, quarum erat servantissimus Basilius, annos triginta ad presbyteri gradum requirerent; hanc ætatem habere debuit Petrus in primordiis episcopatus S. Basilii, id est, circa annum 372. aut 373. ac proinde ortus Petri, mors patris, Basilii Cæsaream profectio ad annum 342. aut 343. referenda, Quot autem annos fuerit Cæsareæ, id, ut jam dixi, nullo exstat vestigio. Idem dici potest de studiis Constantinopolitanis. Quod autem spectat ad Athenas, eo Basilius venisse putat Tillemontius anno 351. quia Gregorius qui paulo ante Basilius in hanc urbem advenit, imberbem se venisse declarat ac proinde annos natum circiter 22. Certior reditus ex hac urbe: non enim citius contigit anno 355. exeunte, aut ineunte 356. siquidem ibi vidit Basilius Julianum, qui in hanc urbem venit jam media parte anni 355. elapsa. Neque etiam ferius; quia spatium inter studia litterarum & sacerdotium nimis contrahi non patitur rerum Basilii gestarum multitudo.

*Carm. de vita p. 2. d.*

CAPUT III.

- I. S. Basilius in patriam redit & scenam mundi aliquid tribuit.
- II. Probabile est eum post reditum baptizatum fuisse.
- III. Naucrattus illius frater moritur.
- IV. Vitam monasticam Basilius amplectitur, & Orientis ac Aegypti monasteria invisit.
- V. Alexandria morbo detentus scribit Eustabio.
- VI. Secedit in Pontum, frustra illum retrahente Gregorio.

*S. Basilius in patriam redit & scenam mundi aliquid tribuit. or. 20. p. 334.*

I. Basilius igitur & Gregorius, ubi doctrinæ mercibus navem suam onustam viderunt, redire in patriam statuerunt, ut iocita sanctoris instituti consilia perficerent. Aderat discessus dies: sed quia longe molestissimum esse solebat Athenas & sodales relinquere; tum cum vale dicerent, circumstat eos sodalium & æqualium, ac magistrorum etiam nonnullorum chorus, ac precibus & querelis, hortando, & vim faciendo illorum reditum intercludere conantur. Ac Basilius quidem hæc claustra perripit, & abeundi veniam impetravit, quamvis non sine maxima dimicatione. At Gregorius victus est partim amicorum precibus & lacrymis, partim etiam illum prodente Basilio ( sic enim ipse Basilius incusat ) & operam retrahentibus navante. Invitus ergo Athenis remansit Gregorius, sed cum diu ab animæ suæ dimidio divelli non posset, ac parentum & patriæ desiderio ictus esset, non multo post Athenis clam se subduxit & in patriam remeavit.

*epist. 1.*

Rediit summa celeritate Basilius: Constantinopolim, velut Ulysses sirenum cantus, præterit: admirationem illius commovit Asia, sed magnis itineribus Cæsaream contendentem morari non potuit. Perhonorifice a Cæsariensibus exceptus, scenæ mundi aliquid tribuit invitus, sive quod rhetoricam docuerit Cæsareæ, quod munus illum magnifice exercuisse, Gregorium vero magnificentius contemisse narrat Rufinus: sive quod, ut de se ipse testatur Gregorius, poscentibus civibus, ut comportatas ab exteris regionibus opes depromeret, ingenii sui specimina denegare non potuerit. Illum certe patria velut

*lib. 11. c. 9.*

alterum conditorem & conservatorem, teste Gregorio, complexa est. Non minus ei honoris habuit Neocæsarea, quæ legatos ad eum ex senatu misit, ut juventutis curam susciperet. Quintetiam, cum in hanc urbem venisset, omnes eum circumsteterunt, nihil non deferentes, nihil non pollicentes: sed eum retinere non potuerunt. Videatur hæc contigisse, vel cum Basilius Athenis redux, in Ponto visendæ matris causa moratus est, ( vix enim dubium quin hoc officium tunc patri præstiterit ) vel cum docendi apud Cæsarienses munere solutus, spem iniecit Neocæsariensibus sui alliciendi.

*p. 334.*

*ep. 210. n. 2.*

Sed mundi vinculis constringi se non passus est; ac cito ab honoribus fastidio & satietate alienatus. Qua in re plurimum illum adjuvit Macrina soror, quæ cum illum vidisset nimis magnifice de eloquentia sentire, ac dignitates omnes floccifacere, & fastu quodam supra homines potestate claros efferrî, celeriter ad asceticam vitam, quam ipsa profitebatur, attraxit. Hæc discimus ex Gregorio Nysseno, cujus verba etiam græce referenda. Sic enim loquitur in vita S. Macrinæ. λαβῶσα παύσα αὐτὸν ὑπερφυῖς ἐπιημίον τῆ περὶ τοῦ λόγου προσημίαι, ἡ πάντα περιφρονῶσα τοῦ ἀξιώματι, ἡ ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ δυναστείᾳ λαμπρῶν ἐπιημίον τῶ ὄγκῳ, τοσῶτα τῆσθε κηκῶν πρὸς τὸν τῆς φιλοσοφίας σκοπὸν ἐπ. αὐτῆσθε.

*p. 181.*

Videtur huic testimonio aliqua esse exaggeratio. Nam testatur Gregorius Nazianzenus se & Basilius scenæ mundi aliquid tribuisse, non ostentationis studio, ( ab hoc enim vitio alienos sese fuisse ) sed ut plurimorum desiderio perfuntorie satisfacerent. Lenienda ergo aliqua interpretatione verba Gregorii Nysseni; nec putandum tanto fastu elatum fuisse Basilius, sed forte, dum eloquentiæ suæ specimina civibus exhibet, plausibus interdum delectari visum esse; unde metus iniectus forori, ne his laqueis artius irretitus, deinceps se expedire non posset. Præterea nec ipsa Macrina auctor fuit Basilio, ut asceticam vitam amplecteretur, sed tantum hortari potuit, ut consilium perficeret, quod dudum intendebat, atque, ut dicitur, currentem incitare.

*or. 20. p. 334. & vit. p. 5.*

II. (a) Narrat Basilius quomodo effuso in pauperes patrimonio totum se Deo consecraverit. Idem de se narrat (b) Gregorius; sed neuter baptismi mentionem facit, quamvis constet Gregorium baptizatum fuisse, postquam rediit Athenis. De Basilio hoc tantum certo scimus, ejus baptismum dilatum fuisse, saltem usque ad illud tempus, quo Cæsaream missus est. Utrum autem etiam usque ad reditum ex Græcia, id non ita exploratum est: sed tamen libenter crediderim eum circa annum 357. mysteriis iniciatum fuisse. Nam Gregorius, qui catechumenus erat Athenis, sic suum cum Basilio omnium rerum consensum describit, ut nusquam illum a se discernat, sed ambo ad ecclesiam ivisse simul & redivisse, ambo sacris concionibus, non mysteriis interfuisse videantur. Sic enim loquitur. *Duc nobis via notæ erant, altera prima & præstantior, altera secunda, & inferioris pretii; illa nempe, quæ ad sacras nostras domos, eosque, qui illic erant doctores ferebat; hæc autem, quæ ad externos præceptores.*

*Probabile est eum post reditum baptizatum fuisse. a ep. 223. n. 2. b Naz. de vit. p. 5.*

*or. 20. p. 331.*

In eadem oratione de rebus post reditum a Basilio gestis loquens, sic eum ad sacrum presbyterorum ordinem pervenisse dicit, ut illum divina benignitas non subito ad hunc gradum subeberet, nec simul eum & ablueret & sapientia instrueret ( ἂν δὲ ὁ μὲν τε πλῆματα ἡ σοφίασθε ) quemadmodum plerosque eorum qui nunc antistitum munus appetunt:

*p. 335.*

*sunt: verum ordine & spiritualis progressionis lege, hoc eum honore afficeret:* Hoc verbo *πλόνια* baptismus manifeste designatur. Quamobrem cum Gregorius de iis loquatur, quæ Basilium Athenis reversus gessit, eumque dicat non statim baptismum & presbyterum factum fuisse; nec obscura nec difficilis conclusio est eum baptismum, postquam Athenis rediit, initiatum fuisse. Præterea sic observat Gregorius intervallum, quod inter Basilii baptismum & sacerdotium exstitit; sic eos carpit qui a baptismum ad sacerdotium affiliunt, ut laudi apponat Basilio, quod non ejusmodi homines imitatus sit, cum potuisset imitari. At qui infans aut adolescens baptizatus est, an laudem meretur ob sacerdotium non statim appetitum?

*lib. de Spiritu sancto. cap. 29. n. 71.*

Basilium baptizavit Dianus Cæsariensis. Testatur enim se a viro, qui diu in ministerio Dei vixit, baptizatum fuisse & ecclesie ministerio admotum. Soli Dianio hæc signa congruunt. Nam cum is ab anno saltem 341. quo interfuit concilio Antiocheno usque ad annum 362. ecclesiam Cæsariensem rexerit; nec ejus successor Eusebius Basilium baptizare potuit, nec eum decessor Hermogenes lectorem instituere, qui cum Athenis versaretur, laicus ad laicum scripsit Apollinarium. Inde autem confirmatur quod de Basilii baptismum diximus. Perspicitur enim ejus baptismum dilatum fuisse a parentibus. Alia autem differendi causa esse non potuit, nisi ut tam eximium donum adolescentie naufragiis non exponerent. At eadem causa multo gravior exstitit, cum Constantinopolim & Athenas missus est: quibus in urbibus perpetua innocentie & fidei pericula imminabant.

Quod si Basilii baptismum usque ad reditum ex litterarum studiis dilatus fuit, vix dubium est quin tum demum baptizatus fuerit, cum sese a mundi scena abstraxit. Cum enim præparandus animus fuit ad tantum mysterium, tum vero ipse Basilium declarat in epist. 223. se intimos pietatis sensus concipere, & quidquid fordium ex profanis studiis & hominum improborum consuetudine conceperat, excutere cœpisse, cum sua omnia pauperibus distribuere, ac in solitudinem sese recipere statuit.

*Ibid.*

Lector ab eodem Dianio institutus est Basilium, non multo post baptismum. Utrum autem id evenerit statim post baptismum, an post reditum ex itineribus, quæ ab eo suscepta modo narrabimus, id equidem non mihi videor posse statuere.

*Naucratius illius frater moritur. a Nyss. vit. Macr. p. 182.*

III. (a) Circa illud tempus amisit Basilium fratrem Naucratium, tristi quodam casu sublatum. Is post Basilium natus maximus, mira quadam indole, & corporis venustate ac viribus & celeritate, & eximia ad omnia habilitate cæteris præstabat. Sed cum annum assequutus esset vigesimum secundum, ac publica eloquentie suæ specimina dedisset cum summa audientium admiratione, subiit illum divinæ gratiæ dono fastidium mundi, ac omnibus rebus suis projectis, vel potius Deo dicatis, ad solitariam ac pauperem vitam magno animi ardore accurrit. Sequutus est illum unus ex famulis, Chrysaphius nomine, qui eum diligebat, ac ejusdem vite studio tenebatur. Secessit propter Iridem fluvium in collem quemdam denso nemore consitum, & dorso præcelsi montis reconditum. Ibi ab urbium tumultu & militiæ ac fori occupationibus remotus quibusdam solitariis senibus se tradidit, quibus inopia & morbo laborantibus vicium quæri-

Atabat manuum suarum industriis. Com enim quodlibet venationis genus non læve exerceret, pisces senibus captabat. In quo quidem & caritatis officio fungebatur, & juventutem his laboribus domabat: nec interim a colenda matre discedebat, ejusque mandatis exhauriendis, si quid illa præciperet. Jam quintum annum in hoc instituto traducebat, cum ingentem matrem ac toti familie luctum attulit. Subito enim e vita rapitur, non morbo correptus, non ex insidiis interemptus, sed quodam die cum ad piscandum profectus esset, mortuus una cum Chrysaphio domum reportatur. Tam tristi nuntio ad S. Emmeliam, quæ trium dierum itinere distabat, allato, mulier alias fortissima concidit exanimis. At tum maxime enituit virtus S. Macriæ, quæ non solum invictam se a dolore præstitit; sed etiam matrem e profundo mœroris constantia sua revocavit. Si Naucratius anno 330. ut satis probabile est, in lucem est editus; ejus mors circa annum 357. collocanda; quippe cum anno ætatis vigesimo secundo secesserit; quinque annos traduxerit in solitudine.

IV. Eo affluentior & uberior fuit in Basilio gratia baptismi, quod simul seasceticæ vitæ consecravit, & omnibus statuit nudare bonis, ut Christum totus indueret. Promiserat ei Gregorius Athenis se cum eo in eandem solitudinem recessurum; sed cum amicitie legem debitæ parentibus pietati posthabere Gregorius cogere; destitutus hoc præsidio (a) Basilium, monasteria Orientis & Aegypti invisere statuit, ut perfecta virtutum exempla ad imitandum haberet. Narrat ipse se (b) innumeris laboribus in Syriam pervenisse, ac inde in Aegyptum longo & difficili itinere profectum esse. Vidit sanctissimos viros Alexandriæ & in reliqua Aegypto, ac in Palestina & Cælesyria & Mesopotamia: miratus est eorum in laboribus perseverandis animi fortitudinem & in orando constantiam: obstupuit, cum eos videret somnum superare, nec ulla naturali necessitate inflecti, sed in fame & siti, in frigore & nuditate indomitum animi robur servare, & tamquam aliena in carne vivere. Sed quantum illum juvabat hæc sanctitatis exemplaria respicere, tantum ei mœroris attulerunt dissensiones, quæ his temporibus, ut cum maxime, fervebant. Videbat episcopos ipsos inter se digladiari, & Ecclesiam Dei crudeliter dilacerare, ac ejus gregem obturbare. Sed cum ejus animo sana fides a teneris fuisset inculcata, nulla illum erroris aura perflavit, seque ipse testatur, in peregrinationibus, quas vir factus terra marique suscepit, si quos inveniret secundum traditam pietatis regulam ambulantes, eos & patrum loco habuisse, & duces animæ suæ sequutum esse. Non vidit Alexandriæ magnum Athanasium. Significat enim in epist. 80. numquam sibi hanc felicitatem obtigisse. Præterea Athanasium scimus Alexandria excessisse anno 356. Sed dum Syriam peragravit Basilium, videre potuit S. Eusebium Samosatensem, quocum & ante episcopatum suum & in episcopatu arctissima amicitia conjunctus fuit. Neminem sane video, quem libentius inter eos numerem, quos se Basilium patrum loco habuisse, & animæ suæ duces sequutum esse dicit.

V. Basilium Alexandriæ morbus detinuit, ac metum attulit ne in patriam hieme redire non posset. Dum autem in hac moratur urbe, allata sunt ei litteræ Eustathii, philosophi cujusdam ethnici, quem Athenis rediens visurum se in Capadocia speraverat, sed quæsitum invenire non potuit. Postea morbi obstiterunt, quominus cum

*Vitam monasticam Basilium amplectitur, & Orientis ac Aegypti monasteria invisit. Naz. ep. 5.*

*a Naz. or. 20. p. 334.*

*b ep. 1.*

*ep. 223. n. 2.*

*Proam. moral. Tom. 2. pag. 114.*

*ep. 204. n. 6.*

*Alexandriæ morbo detentus scribit Eustathio. ep. 1.*

eum viferet. Neque etiam cum eo abeunte in Orientem proficisci potuit. Postquam in Syriam venit Basilium, audiit philosophum inde abiisse in Aegyptum. Illuc etiam se contulit, ac ne illic quidem optatum philosophi congressum assequi potuit. Is enim ad Persas & extremos barbaros abierat. Tandem ab eo litteras accepit Alexandriae, ex quibus illum in patriam rediisse cognovit. Scripsit ad eum Basilium ex eadem urbe epistolam leporibus refertam, in qua se Athenas reliquisse, ut Eustathium videret, ac eodem consilio in Orientem peregrinatum esse fingit; & cum eum tot in locis quaesitum non reperisset, dubitasse an non fato aut fortuna omnia regantur. Haec inquam, ab eo peracute finguntur, nec proinde nimium stricte accipi debent. Nam quod se Athenis discessisse ait, ut philosophum videret, urbanissima est amici desiderii significatio, non quod aliud discedendi consilium non habuerit. Dubitatio autem illa, qua se agitatum fuisse dicit, non alio spectat nisi, ut ethico philosopho veram de providentia sententiam facilius insinuet. Hanc epistolam omnium primam collocavimus, utpote scriptam anno 357. inter Basilii peregrinationes. Quod metuebat Basilium, dum esset Alexandriae, ne se morbus in patriam hieme redire non sineret; id argumento est eum de celeri ac prompto reditu cogitasse cum haec scriberet, ac proinde jam monasteria Palaeestinae, Caesariensis & Mesopotamiae visitasse. Sed cum saepe ejusmodi morbis laboraverit, nec idcirco suos intermiserit labores; verisimile non est eum tandiu Alexandriae detentum fuisse. Reversus autem in patriam, cum totus arderet ea imitandi studio, quae in remotis regionibus viderat, nullam videtur moram interposuisse, sed statim perfecisse consilium, quod dudum extenderat, ut sua omnia pauperibus distribueret ac sese in solitudinem reciperet.

VI. Locum elegit secessui idoneum, montem quemdam ad ripas Iridis fluvii, qui (a) ex Armenia ortus Pontum irrigat, & in Euxinum pontum delabatur. Ad alteram fluvii ripam sita erat villa, in qua Basilium apud aviam Macrinam educatus fuerat. Hac in villa, quae paterna hereditas erat familiae S. Basilii, & post mortem (b) S. Emmelae S. Gregorio Nysseno cessit, constructum erat monasterium a virgine Macrina, in quo fratrem suum (c) Petrum, a teneris ad omnem virtutem finxit, & sacrarum litterarum cognitione imbuit. Remotus non erat hic pagus ab urbe Neocaesarea, unde Basilii in hunc locum adventu anno 375. terror injectus Neocaesariensibus, quasi Basilium in eorum urbem ingredi pararet. Non tamen subiectus erat Neocaesareae, sed Iborae, exiguae civitati non procul distanti, cujus episcopus Araxius S. Maerinz iusta persolvit una cum S. Gregorio Nysseno, qui eum vocat locorum illorum episcopum. Hunc pagum *Annesos* vocatum fuisse perspicimus ex Basilii epist. 3. in qua loquitur de quodam agro *ex illis*, inquit *qui nobiscum Annesos commorantur*. Haec autem de pago trans Iridem sito accipi debere inde perspicitur, quod Basilii solitudo ab omni prorsus hominum consuetudine remota esset.

Voluerat primo Basilium in Tiberinam sese recipere. Est autem Tiberina regio quaedam Cappadociae, in qua situs est Arianzus Gregorii natale solum. Num igitur cogitas, inquit in epist. 14. quo ego periculi stultus venerim, cum sedem huiusmodi Tiberina orbis terrarum barbaro commutare perstiterim? Videtur spes cum S. Basilii Oper. Tom III.

A Gregorio vivendi praecipuum fuisse commodum, quod sibi Basilium praeferebat aliis locis Tiberina proponeret. Sed ipsius mater & soror, quarum intererat eum non tam longe secedere, huic consilio, ut verisimile est, obstiterunt, ac orando & instando perfecere, ut illum attraherent in locum solo flumine ab earum monasterio distitum.

Postquam degendi cum Gregorio spes evanuit, dolorem suum Basilium non corde preffit, sed violatam ab amico promissorum fidem questus est. Non habemus epistolam, in qua haec scribebat; sed exstat Gregorii responsio, qui obiectum crimen non inficiando repellit, sed pietatis parentibus debite commemoratione deprecatur: ac litis dirimendae causa hoc temperamentum proponit, ut partim ad se Basilium, partim ipse ad Basilium ventitet.

Aliam amissimus Basilii epistolam, in qua jobabatur in Tiberinam. Vicissim cum Gregorius pedurbanis in Caesaream ubi natus erat, & in Pontum, quo secedebat, disteris remordet: Ponti tenebras exagitat, ubi solem ad certum modum accipi dicit; Quod spectat ad Caesaream, pro luto objicit cauponas, & quidquid urbesturpe & incommodum ferunt. Vocat Basilium luti expertem virum, & summis pedibus incedentem, pennatum ac pendulum, ut quamvis sit Cappadox, Cappadociam fugiat. Ex quibus verbis colligo Basilium nondum secessisse, cum haec scriberet Gregorius, sed tamen jam statuisse Cappadociam fugere & in Pontum se recipere.

(a) Basilium omnibus rebus ita sese nudaverat, ut nihil haberet praeter corpus & necessaria corporis integumenta. (b) Cilicio corpus tegebat, sed noctu tantum, ut oculos hominum vitaret. Nemo tanta (c) inedia exstitit. Erat illi, inquit (d) Nazianzenus, *tunica una, & pallium unum, & stratus humi lectulus & illuvies, & vigilia (illa ejus decora & ornamenta) & suavissima coena & obsonium, panis & sal, novum inquam illud condimentum, & potio sobria & uberrima, quam nobis nihil laborantibus fontes profundunt. Ex quibus, immo cum quibus, morbi ac morborum curationes promanarunt: quod commune utriusque nostrum fludum fuit.*

Testatur etiam Nyssenus Basilium parcissimi cibi fuisse, & cum carne sua non aliter, quam cum servo fugitivo inexorabilem dominum egisse. Quanto sanctitatis in anima & corpore servandae studio teneretur, perspicui potest ex his Cassiani verbis: *Fertur S. Basilii, inquit, Caesariensis episcopi districta sententia, Et mulierem, inquit, ignoro, & virgo non sum. Intantum intellexit incorruptionem carnis non tam in mulieris esse abstinentia, quam in integritate cordis, quae vere incorruptam perpetuo sanctimoniam corporis vel timore Dei vel amore castitatis custodiat.*

CAPUT IV.

- I. Qui Basilium negant professione monastica vita obstrictum fuisse, refelluntur ex ipsius testimoniis.
- II. Probatur Basilium nihil sibi ex bonis suis reliquum fecisse.
- III. Professio etiam nominatim & conceptis verbis non pronuntiatam violari non poterat.
- IV. Gregorius mediam inter anachoretas & ascetas adueros viam elegit. Migades apud Gregorium sicut ac ascetae actioni dediti.
- V. Basilium in monasteriis suis medium inter anachoretas ac migades vivendi genus instituit.

I. Doctissimus scriptor Thomassinus novam quamdam de Basilio & Gregorio Nazianzeno opusculum negant pro-

ep. 223. n. 2.

Secedit in Pontum, frustra illum retrahente Gregorio. a Greg. Nyss. vit. S. Maer. p. 182.

b or. in 40. Mart. p. 217. c Nyss. vit. S. Maer. p. 185.

Nyss. or. in 40. Mart. p. 212.

vit. S. Maer. p. 209. & 207.

Naz. ep. 57.

ep. 67.

a Naz. orat. 20. p. 357.

b Ibid. 369.

c 317. d.

d 358. h.

In Basil. p. 490. & 496.

Institut. lib. 6. c. 19.

Qui Basilium negant pro-

fectione monastica vitæ obstrictum fuisse, refelluntur ex ipsius testimoniis.

Disciplin. eccles. pars. 2. lib. 1. c. 46.

nionem invenit, quæ apud antiquos inaudita prorsus & immemorata, placuit tamen celeberrimo abbati Trappensi, Summos illos viros fateatur Thomassinus in solitudinem secessisse, sed illis monastici instituti veram professionem invenit. Negat vere monachum esse, nisi qui se ad totum vitæ tempus hac sancta professione obstringat, sequæ omnibus possessionibus spoliæ ac nudet. Difficile profecto non erit utrumque de Basilio nostro adstruere, & quod eruditus Thomassinus statuit, ut eum monachum non fuisse probet, id convertere in argumentum veræ illius monasticæ professionis. Nam in his quæ ad sanctum Gregorium Nazianzenum spectant non immorabor, quamvis amplam segetem illius opera suppedient: sed his erudito sodali illius operum editionem elaboranti servatis, nonnulla tantum attingam, quæ & Basilio nostro divelli non possunt.

p. 2.

Basilius ipsum de se loquentem audiamus, antequam aliorum referamus testimonia. Sic susceptum a se monasticæ vitæ propositum exponit in epist. 223. Itaque cum legissem Evangelium, inquit, ibique perspexissem plurimum ad perfectionem valere, bona sua divendere, & cum egenis fratribus communicare, ac nulla prorsus hujus vitæ sollicitudine distringi, nec ullâ affectione ad res terrenas animo converti; cupiebam invenire aliquem ex fratribus qui hanc vitæ viam elegeret, ut una cum ipso brevem hujus vitæ fluctum transirem. Ac multos quidem inveni Alexandriæ, multos etiam in reliqua Aegypto; & in Palæstina alios et Cœlesyria ac Mesopotamia..... Hæc cum mirarer, ac beatam putarem virorum vitam, quod factis ostenderent se mortificationem Jesu in corpore circumferre, optabam et ipse, quantum possem attingere, imitator esse hominum illorum. Quamobrem cum vidissem nonnullos in patria imitari illorum instituta conantes, mihi visus sum adjumentum aliquid reperisse ad meam salutem, et indicium ducebam eorum quæ non videntur, ea quæ videntur.

Non video quid significantius possit Thomassinus requirere. Vel enim nulli tunc monachi fuere, vel Basilius fuit. Statuit bona omnia vendere & pauperibus distribuere. Quærit aliquem ex fratribus, qui monasticum institutum profiteretur, ut cum eo brevem hujus vitæ flutum transeat. Quis in hoc consilio vel facultatum retinendum, vel monastici instituti ad tempus amplectendi voluntatem suspicetur? Quamvis autem Basilius non dicat conceptis verbis imitatum se esse perfectum illud vivendi genus, quod in variis monasteriis perspexerat, sed tantum imitari statuisse; nemo tamen dixerit eum ab incepto turpiter discessisse, & quæ statuta ac deliberata habuerat, minime perfecisse.

Interrog. 24.

Nihil sane opus est exquisitis argumentis in re manifesta. Monumentum habemus monasticæ Basilius professionis certissimum, ipsas regulas ab eo institutas. Nihil severius aut strictius præcipi potest, quam quæ a Basilio de omnibus prorsus rebus relinquendis præcipiuntur. Ei qui semel inter fratres monasterii adscriptus est nullum prorsus exeundi locum relinquit: sed sacrilegum esse declarat, qui ad aliud vitæ genus transit, ut qui donarium Deo consecratum abstulerit. Si quis autem dubitet an Basilius iisdem votis obstrictus fuerit, ac ii quos regendos susceperat; legere potest præmium in Regulas longiores quod sic incipit: Quoniam Deo juvante, in nomine Domini nostri Jesu Christi simul convenimus nos, qui unum

& idem pti instituti propositum tenemus &c. οἱ δὲ τὸν αὐτὸν σκοπὸν τῆ βίᾳ τῆ καθ' εὐσεβείαν ἐπισημαμένοι. Dubia profecto non erat monachis Cæsariensibus Basilius professio, cui cum magnæ molestiæ accidissent ab Eusebio episcopo; factam ei qui principatum inter ipsos obtinebat injuriam graviter tulerunt. His ad veterum testimonia qui Basilius & Gregorium vitam monasticam amplexos esse referunt. Vide ruffinum lib. 11. c. 9. Socratem lib. 4. c. 26. Sozomenum lib. 6. c. 17.

Naz. or. 20. p. 336.

II. Paupertas, quam requirit Thomassinus ad monasticam professionem, maxime enituit in Basilio. Testatur (a) Nyssenuseum ab initio statuisse nihil possidere, & petram immobilem fuisse hoc confilium. Idem discimus ex Nazianzeno Basilius (b) omnibus facultatibus, quas umquam habuerat, æquo animo projectis, leviter facileque vitæ pelagus transmississe.

Probatur Basilius nihil sibi ex bonis suis reliquum fecisse. a In Basili. p. 482. b p. 357-d.

Existimat Tillemontius Basilius statim quidem sua omnia pauperibus consecrasset, non tamen statim distribuisse, sed cum sibi aliquid reservasset, variis temporibus caritati suæ satisfecisse. Nititur doctissimus scriptor testimonio Nysseni, qui fratrem suum testatur patrimonium pauperibus & ante sacerdotium distribuisse, & maxime famis tempore, cum adhuc esset in presbyterorum ordine, nec postea eorum, quæ residua fuerant, minus liberalem fuisse.

1. in Eunom. p. 307.

Conjecit Tillemontium in hac opinionem aliam recta opinio de morte S. Emmeliæ, quam episcopo Basilio putat obiisse. Sed id ante episcopatum Basilius contigisse, & famis tempore contigisse, quæ Basilius caritati materiam dedit, certissimis, ut mihi quidem videtur, argumentis probabitur. Quare cum Basilius maternam hæreditatem famis tempore perceperit; facile perspicitur, quomodo qui se jam antea omnibus rebus nudaverat, idem tunc caritatis specimen renovaverit. Non difficiliter explicatur quod ait Nyssenuseus Basilius postea eorum quæ reliqua erant non minus liberalem fuisse. Neque enim mirum, si amplam hæreditatem non statim totam perceperit, sed nonnulla serius, ut in ejusmodi rebus fieri solet, in ejus manus pervenerunt.

Illud ergo constare debet Basilius sedulo observasse quod aliis præscripsit in Regulis tum longioribus tum brevioribus; neque eum hac in re inferiorem fuisse Macrina sorore, quæ se ex bonis æqua parte inter ipsam ac fratres divisit nihil sibi reliquum fecisse testatur, sed omnia per manus sacerdotis secundum divinum præceptum distribuisse. Cum autem nihil omnino possideret Basilius; victum ei ex ipsa domo, in qua nutritus fuerat, mater benigne providit, saltem postquam ad presbyteri gradum evehctus est. Nam maximam partem servitiorum illius domus presbytero cuidam, Dorotheo nomine, qui Basilius collactaneus erat, ejusque nutriceis unicus filius, ea conditione tradidit, ut Basilio alimenta suppeditaret. Sic autem tradidit, ut nequaquam donum esset, sed usus per vitam; Quam alienus fuerit Basilius ab ea remissione, seu potius dissolutione, quæ illi affingitur, ex hoc Cassiani testimonio perspicitur: Fertur sententia, inquit, sancti Basilius Cæsariensis episcopi, ad quemdam prolata Syncretium, tali quo diximus tempore torpentem: qui cum se renutiasset diceret huic, mundo, quædam sibi de propriis facultatibus reservavit, nolens exercitio manuum suarum sustentari, & humilitatem veram nuditate & operis contritione, monasteriique subiectione conquirere: & senatorem, inquit Syncreti, perdidisti, & monachum non fecisti.

Vit. Macr. p. 192.

ep. 37. & 38.

Institut. lib. 7. c. 19.

Professio etiam nominatim & conceptis verbis non pronuntiata violari non poterat.

ep. 199.

III. Illud autem Thomassinum in errorem videtur potissimum induxisse, quod Basilium, Gregorium, Joannem Chryostomum & alios ejusmodi nulla professione nominatim obstrictos fuisse crediderit, sed voluntaria pietate perfecisse, quæ monachi imposta votorum necessitate faciebant. Non illud error doctissimo scriptori, si legisset attentius decimum nonum Basilii canonem. Virorum autem professiones, inquit, non novimus, præterquam si qui se ipsi monachorum ordini adscripserint: qui quidem tacite vitam cælibem videntur suscepisse: Veruntamen in illis quoque illud opinor præmitti oportere, ut ipsi interrogentur, accipiaturque eorum professio clara & perspicua: ne cum se ad libidinofam vitam converterint, eorum qui fornicantur punitioni subjiciantur. Hinc in Reg. fus. Interrog. X. & epist. 23. quæ antecanones scriptæ sunt, non alia præscribitur professio his qui monasticam vitam amplectuntur, nisi ut fratrum ordini post legitimam approbationem adscribantur. Hujus autem tacite professionis non minus stricta erant vincula, quam illius claræ & perspicuæ. Nam Basilium, ut jam dixi, eum qui se dicavit Deo & deinde ad aliud vitæ genus transit, factum esse sacrilegum, & consecratum Deo donarium abstulisse pronuntiat. Quare cum Basilium monachorum ordini per tot annos non solum adscriptus fuerit, sed etiam præfuerit, monastica illius professio negari non potest: valdeque absurdum est claræ & nominatim conceptæ professionis necessitatem ei imponere, quæ illis temporibus omissa, saltem in Cappadocia, nihil de votorum vi detrahebat.

Interrog. 14.

Gregorius mediam inter anachoretas & ascetas actuosos viam elegit.

IV. Existimat Thomassinus Gregorium nihil loci reliquisse dubitationi in carmine de vita sua, ubi se dia fluctuatum testatur æquod vitæ genus teneret, inter monachorum latibula & urbium tumultuationes, medium tandem sequutum esse: tamantem, ut aliis ita prodesset, ut ne ipse sua officeret salutis. Tum profert hoc versus Gregorii,

Media inter illos, hosque procedo via,

Meditans ut isti, commodum illorum æmulans,

Deinde addit: Ergo cum vitæ ejus scriptor ait, maluisse eum monachum esse, quam secularis vitæ sequacem, pauperem quam opulentum; non de monastica proprie professione capiendus nobis est, sed de vitæ secularibus curis expedita, & de frequenti ab urbibus secessu. Longe aberrat doctissimus scriptor ab hujus testimonii sententia, quod cum Basilii rebus lucem afferre possit, paulo accuratius investigandum nobis est.

pag. 5.

Gregorii verba, quæ fucum fecerunt Thomassinus, ex carmine primo desumpta sunt, ubi narrat Theologus sibi, post captum a carne recedendi consilium, difficile incidisse deliberationem, ex duabus viis Deo gratis quænam esset præstantior, seque initis subductisque rationibus sic apud animum statuisse,

μεσην τὴν ἡλθον ἀζύγους ἢ μιγάδων τῶν μὲν τὸ συνῆν, τῶν δὲ τὸ χωρῶν φέρων.

Gradior solutos inter atque migades, Meditari ut hi, prodesse ut illi cogitans.

Migades apud Gregorium iidem actus ascetæ actioni dediti.

Cum ex his quæ præcedunt & sequuntur, tum ex pluribus aliis Gregorii locis demonstrandum nobis est ἀζύγους illos, id est, solutos & jugi expertes, anachoretas fuisse sive homines contemplationi deditos, migades vero, ascetas in agendis rebus occupatos: nec Gregorium deliberasse

S. Basilii Oper. Tom. III.

Utrum monasticam vitam, an sæculares tumultus amplecteretur, sed ex duobus ascetarum generibus, quorum alii contemplationi, alii actioni totos se dabant, utrum sequeretur.

Luce clarius est ἀζύγους & migades duo fuisse instituta hominum Deo consecratorum. Nam cum Gregorius deliberaret utrum eligeret, jam statuerat sese Deo consecrare, ut ex his verbis perspicui potest

Animum premebat nam gravis turbo meum Dum quero primas in bonis quidnam ferat, A carne dudum longius recedere Statutum habebam, tuncque firmabar magis, At cogitanti de vills gratis Deo, Præstantiorem non erat promptum mihi, Reperire,

Hærebat ergo Gregorius non inter monasticam & sæcularem vitam, sed inter anachoreticam sive contemplativam, & actuosam. Quos enim ἀζύγους vocat, eorum instituti exempla ex Elia & filiis Jonadab & Joanne Baptista repetit. Retrahebat illum ab hac vita litterarum sacrarum amor, quibus excolendis non valde appositus eremus: illudque incommodi in ejusmodi hominibus reperiebat, quod multum sibi metipsis prodesset, ac aliis nequaquam. Hæc profecto anachoretarum & contemplationi deditorum hominum propria sunt, quos merito vocat ἀζύγους ut qui ab omni jugo liberi, nec ullis profus vinculis adstricti essent. Quod spectat ad migades, sive eos qui cum aliis miscentur; non difficilis est interpretatio. Illos enim ibidem vocat πρακτικῶς, id est, actuosos, eosque plurimum aliis prodesse, ac in magnis tumultibus versari dicit. Quare mediam inter utrosque viam sequutus est, vel potius utrumque institutum simul conjunxit, ut & litterarum sacrarum studiis & fovendæ parentum senectutis officio satisfaceret.

Sæpe alias de iisdem migadibus agit Gregorius, ac ubique in eam quam diximus sententiam. Sic loquitur in Oratione 1. Quod si accuratus rem expendas, quantum intervallum inter conjugatos & cælibes? Ex his rursus quantum inter eos qui in eremo versantur, & eos qui communes sunt ac migades; inter eos qui accurate degunt & in contemplatione profecerunt, & eos qui simpliciter vitam inveniunt. Migades ergo inter cælibes & continentes recensentur, non secus ac ipsi anachoretæ; sed primi simplicius vivunt, isti accuratius. Idem discrimen observatur in oratione 21. οἱ μοναχικοὶ ἢ μιγάδες, οἱ τῆς ἀπόλαυσης ἢ τῆς ἀκέραιας, οἱ τῆς θεωρίας ἢ οἱ τῆς πράξεως. Solitarii & migades; qui simpliciter vivitis, & qui accurate; qui contemplationi, & qui actioni vos datis.

p. 13.

p. 379.

Hæc autem verba, οἱ μοναχικοὶ ἢ μιγάδες, sic reddit Billius, Monachi & in sodalitate viventes. Ac profecto migadam nomine non intelligit Gregorius cœnobitas. Nam cœnobitæ mediam illam viam inter anachoretas & migades tenebant, quam ipse Gregorius sequendam sibi esse duxit. Unde in eadem oratione ait cœnobitas in Ægypto simul esse eremitas & migades. Duo enim distinguit monachorum genera in solitudine viventium: Quorum alii vitam profus solitariam, & ab hominum societate remotam agunt, sui ipsorum tantum & Dei colloquio fruentes, atque hanc dumtaxat terræ partem pro mundo habentes, quam in solitudine cognitam habent. Alii autem caritatis legem per communionem & societatem colentes, solitarii simul & migades sunt. Illud etiam laudatur

p. 384.

g 2

tur

or. 12. pag. 191.

tur a Gregorio in monachis Nazianzenis; *Modus autem in commune prodeundi, tum secedendi, illud, ad alios instituendos, hoc, ut ipsi Spiritus miferiis imbuantur, atque ita utrumque, & in communi solitudinem servent, & in solitudine fraternam benevolentiam & caritatem.* Quamvis ergo migades iidem interdum sint apud nonnullos scriptores ac cœnobitæ; at certe Gregorio non potest hæc interpretatio affingi, qui in cœnobitis migadum vitam cum anachoretarum instituto conjungi volebat. Quinetiam Maximum illum philosophum, qui profecto cœnobita non erat, sed potius erro quidam & fugitivus, inter migades numerat. Hunc enim laudat, quod *τὸ κοινωνικὸν ἔπιμακτόν, institutum, quod societatem colit et permiscetur, B eremiticæ & solitariæ vitæ prætulit.*

or. 23. pag. 412.

Basilii in monasteriis suis medium inter anachoretas ac migades vivendi genus instituit.

V. Hæc pluribus referenda duximus; ut & de Gregorio & de Basilio sciremus, quodnam vitæ genus alter elegerit, alter in monasteriis suis constituerit. Nam medium illud inter anachoretas & migades institutum, quod Gregorius tanti faciebat, ipse etiam Basilius in monasteriis suis instituit. Non enim hanc Basilii laudem prætermisit Gregorius, ut ex his verbis perspicimus: *Cum igitur solitaria vita, & ea, qua societate gaudet, ut plurimum inter se dissident, ac pugnant: neutraque omnino, vel commoda, vel incommoda sua pura & immixta haberet; verum illa magis quidem tranquilla, & composita esset, ac Deo animos copularet: cæterum ob eam causam fastu non careret, quod virtus non exploraretur, nec in comparationem veniret; hæc autem magis quidem actiuosa & utilis esset, verum a tumultibus minus libera: præclare eas inter se reconciliavit ac permiscuit, pietatis nimirum gymnasia & monasteria exstruens, non tamen longe discrepantia ab illis qui societatem colunt, & permiscuntur; nec velut muro quopiam interjecto hæc instituta distinguens atque a se invicem separans, verum prope conjungens ac dirimens: ut nec contemplatio communicationis expertus esset, nec actio contemplatione careret.* Existimat Tillemontius anachoretarum ædes prope cœnobita a Basilio fuisse exstructas. In quo quidem deceptus eum Billii interpretatio, qui hic quoque cœnobitas migadum nomine intellexit. Sic enim reddidit: *Pietatis nimirum gymnasia & monasteria exstruens, non tamen longo intervallo ab illis, qui in sodalitate vivunt.* Refellit hæc interpretatio ex tota Basilii historia, quem cœnobitis præfuisse constat, non anachoretis prope cœnobitas constitutis. Deinde vero migadum nomine non cœnobitæ, sed ascetæ actioni dediti, ut in superioribus locis designantur; nec anachoretas Basilius prope migades constituit: sed utrumque institutum nullo profus muro diremptum esse voluit, sicque utrumque, cœnobitiis exstruendis, conjunxit, ut nec anachoretarum deesset solitudo, nec migadum officiosa caritas, primorum autem abesset fastus periculum, & posteriorum tumultus.

or. 20. pag. 338.

Idem ergo propositum fuit Gregorio & Basilio. Utrique solitudinem cum sacris litteris conjungere volenti nec anachoretarum ardebat vita nec migadum. Ac de Basilio quidem certa & explorata res est, eum vixisse in monasterio & discipulis suis eandem vivendi formam præscripsisse, quam in monasteriis Aegypti viderat, ita ut nec necessariis ad sacras litteras præsiidiis, ut anachoretæ, carerent, nec ut migades, nimium caritatis officiis mersarentur, sed meditarentur, ut primi, prodesse ut secundi. Ipse monasterii situs afferebat omnia eremiticæ vitæ commoda: arcebat incommoda Basilii cura in eis erudiendis;

cujus rei præclarum indicium est epistola octava, quam paulisper abesse coactus scripsit, ut eos ad everendas Arianorum argutias communiret. Dubium non est quin focii & imitatores Basilii fuerint cum in fide defendenda, tum in aliis rebus, quas Ecclesie causa gessit in solitudine. Certe non alios designat, cum ait in epist. 51. n. 2. se cum multis in patria Deum timentibus insolabiliter doluisse, quod Dianius formulæ Constantinopoli allatæ subscripsisset, Atque hæc quidem de Basilio ejusque discipulis.

At forte de Gregorio dubitari possit, utrum se in monasterium receperit. Verum etiam si ascetia cum institutum in paternis ædibus excoluisset; nihil id de ejus votorum perpetuitate detraheret, nec idcirco videri deberet, aut continentie professione obstrictus non fuisse, aut non se omnibus rebus pro Christo nudasse. Quot enim tribus primis sæculis ejusmodi vitam ante exstructa monasteria egerunt, de quibus tamen dici non potest quod de Basilio, Gregorio, Joanne Chryostomo & aliis pronuntiat Thomassinus, nulla eos voti necessitate adstrictos fuisse? Quis dubitet, quin S. Cyprianus perpetuo sese obligaverit voto, cum bona sua pauperibus distribuit, ac continentiam adhuc catechumenus amplexus est? Miratur Pontius tantum in catechumeno fervorem. *Inter fides sue, inquit, prima rudimenta nihil aliud credidit Deo dignum, quam si continentiam tueretur.....*

Quis umquam tanti miraculi meminisset? Ineptia prorsus & absurda laudandi ratio, si continentiam Cyprianus perpetuam non voverat, sed ad tempus colebat. Quare etiam si Gregorium monasteria non habuissent, non idcirco magnum illud ornamentum monastico instituto eripi posset. Sed tamen probari potest eum non minimam vitæ partem in monasterio traduxisse, in monasterio Basilii commoratus, est aliquandiu æquequam presbyter crearetur, & qualem ibi vitam egerit, egregie describit in ep. 8. & 9. Unde non immerito Basilius in epist. 223. n. 5. testatur secum in monasterio Gregorium idem vitæ institutum sequutum esse. Fugit Gregorius in eandem solitudinem presbyter creatus. Haud scio an in solitudinem monasterii se receperit, cum rursus in montem fugit post ordinationem Sasimensem, aut cum anno 375. Seleuciam secessit, ut quod dudum decreverat amicos & negotia fugere, id tandem perficeret. Sed certe dubitari non potest, quin abjectis Constantinopolitanæ ecclesie gubernaculis, ruri monachi vitam egerit, ut testatur Hieronymus, & cum monachis vixerit, ut discimus ex Facundo, lib. 7. c. 7.

Carm. de vit. pag. 8.

CAPUT V.

I. S. Basilius cum Eustathio Sebasteno amicitia conjungitur. II. Qualis vir exstitit Eustathius. III. Decepit etiam S. Eusebium Samosatensem Eustathius fidei studium et sanctitatem præ se ferens. IV. Damnatus videtur fuisse in concilio Gangrensi. V. Nonnulla adversus hanc sententiam objecta solvuntur. VI. Non Aetii magister Eustathius, sed Aetii.

I. Videtur Basilius tunc primum amicitiam iniisse cum Eustathio Sebasteno ejusque discipulis, cum rediit ex Oriente. Ipse enim ad hoc tempus initium refert hujus conjunctionis, ob quam gravissimæ ei molestiæ & a pluribus aliis & ab ipso demum Eustathio acciderunt. Narrat se ex monasteriis Orientis & Aegypti redeuntem,

S. Basilius cum Eustathio Sebasteno amicitia conjungitur. ep. 223. n. 3.



tem, cum hujus vitæ imitatores in patria reperisset, aliquid adjumenti ad salutem sibi visum esse reperire. Multi eum abducebant ab hac consuetudine, & a moribus ac fide Eustathii cavendum monebant. Sed Basilius de vita Eustathii judicium ferebat ex his quæ oculis suis videbat; humilitatis argumentum esse ducebat humilem vestem: suspicionem omnem arcebat ab ejus animo vestimentum crassum, zona, e rudi corio calceamenta, austerum vivendi genus. Itaque morosus erat laudis Eustathii defensor; ac ne illa quidem probabat, quæ de illius fide dicebantur, eum ab Ario edoctum esse, ac Arii dogmata clam spargere; sed cum hæc Basilius numquam ipse per se audisset, sycophantas esse putabat, qui hæc nuntiabant. Equidem non miror in candidum Basilii pectus aditum non habuisse quæ de Eustathio dicebantur. Acceptæ enim ab Ario disciplinæ post tot annos vix jam ulli testes in Cappadocia supererant: occultum ejusdem hæresis studium non facile deprehendi poterat. Sed amorem in Eustathium longius promovebit Basilius, qui cum eum Constantino poli labi & sub Valente relabi videbit, ficta ejus pœnitentia deceptus ab eo diligendo & defendendo non discedet, nec ei communionem renuntiabit, nisi cum illius nequitiam non solum oculis ac manibus comprehendet, sed etiam insanabilem esse animadvertet.

Qualis vir existit Eustathius.

Athanas. ep. ad Solit.

ep. 244. n. 9.

a lib. 3. p. 16. c. 27.  
b Ibid.

II. Nihil enim aliud fuit vita Eustathii, nisi perpetua hæresis & catholicæ doctrinæ vicissitudo, prout alterutrum ambiciosius ejus consiliis favebat. Egressus Alexandria, ubi inter intimos Arii discipulos fuerat, in clerum Antiochenum conatus est obrepere, oblata, ut verisimile est, sanæ fidei confessione, sed a S. Eustathio rejectus est ob impietatem. Verum ab Arianis postea receptus creditur, ac forte ab Eulalio, qui Paulino successit anno 331. in hunc clerum adscitus est. Pulsus hac urbe, ubi Aetium dicitur docuisse, rediit in patriam, ac Hermogeni impietatem illius condemnanti sanam fidei confessionem obtulit, & ab eo ordinatus est. Eo mortuo contulit se ad Eusebium Constantinopolitanum, a quo pulsus ob aliquas causas, quas Basilius referre noluit (depositum fuisse ait Sozomenus eo quod minus fidelis in commissis dispensationibus deprehensus fuisset) rediit in Cappadociam, ac iterum se eodem artificio purgavit. Addixit se Basilio Ancyrano, eique operam navavit in refellendo Aetio, quem falsis criminibus apud Gallum Cæsarem in invidiam adduxerunt, si fides adhibenda (a) Philostorgio. Dederunt ei Ariani, teste (b) S. Athanasio episcopatium Sebastenum, ut eum consiliorum suorum adiutorem haberent. Sed paulo post cum plurimi episcopi ab Arianis impietatem aperte prædicantibus sese disjungerent, ac gratia & auctoritate plurimum valerent, junxit se cum eis Eustathius, eorumque partes sectatus est in concilio Ancyrano, ubi Consubstantiale anathematizatum est, & in Seleuciensi, ubi proposita est Antiochena fidei formula. Paulo post Arianis dominantibus succubuit Eustathius, ac hæreticæ formulæ subscripsit, nec tamen depositionem & exilium effugit. Rediit sub Juliano, ac variis deinceps formulis subscripsit Zelis & Lampfaci, Arianis semper infensus, & cum iis qui Semiariani dicebantur, arte conjunctus. Sed tamen persecutione post concilium Lampfacenum ingravescente, subscripsit hæreticæ formulæ: & cum ea res magnum ejus nomini dedecus inureret,

A Romam petiit, ubi Nicænam fidem professus est, ac ea conditione a Liberio papa receptus. Rediens libellum, qui eandem fidem continebat, obtulit Synodo Thyanensi. Crevit Arianorum potentia sub Valente, ac metum intulit Eustathio, ne sententia in eum olim lata renovaretur. Quare medium se esse catholicos inter & hæreticos voluit, ut & famæ suæ consulere, nec Arianos irritaret. Detraxit ei Basilius hunc medii hominis statum & in verba Nicæna jurare coegit anno 373. At ille ubi vidit ex ea rem magnum aliquod incommodum oriri posse, omnem acerbiter in Basilius effudit, ut placeret Arianos. Sequuntur sunt variæ formulæ, quarum alteram, Gelasio quodam proponente, in Cilicia recepit eodem anno, alteram Cyzici duobus post annis. Interim tamen, nec Arianis catholici dogmatis defensor, nec catholicis Arianus videri volebat, donec tandem anno 375. exeunte perfractis omnibus pudoris repagulis sese cum Arianis palam & aperte conjunxit.

III. Talis erat Eustathius, cui Basilius in (c) maximis rebus confidebat, cujus discipulos (d) vitæ suæ præsidium esse ducebat. Sed non soli Basilio Eustathius illudit, præter duos Cæsarienses episcopos, quos supra diximus Eustathio ignovisse; amicissimi eidem erant præstantissimi viri, Silvanus Tarsensis, ac ipse etiam, quem Basilius Ecclesiæ decus & columen esse sciebat, S. Eusebius Samosatensis. Multa in litteris Basilii extant amicitie Eusebii & Eustathii indicia. Is nascentem inter Basilium & Eustathium discordiam sedare conatus est. Vocatus anno 372. in Armeniam Basilius a S. Meletio & Theodoto, tum ut festum quemdam diem cum eis celebraret, tum ut de Eustathio ageretur, adesse noluit; propterea quod Eusebius, a quo plurimum præsidii ad Eustathii defensionem sperabat, eo venire non potuit. Habemus in epistola 105. Sophronium Eustathii discipulum Samosata proficiscentem, visendi, ut verisimile est, Eusebii causa. Hanc de Eustathio hominum præstantissimorum opinionem commovebat simulata non solum orthodoxæ fidei professio, sed etiam acerrima defensio. Nemini sane in hoc genere concedebat, ubi se catholicis addicebat partibus; ac mirabili animi ardore consequebatur, ut & præteritæ illius labe infirmitati tribuerentur humanæ, nec præsens ulla in suspicionem perfidia veniret.

Quod enim subscribendo Constantinopoli peccaverat, id celeberrimis contra Eudoxium, Euphrosinum, Georgium, & Acacium litteris expiare visus est, quas ad omnes ecclesias misit. Negabat eos episcopos esse & Spiritus sancti participes. Unde etiam minime cessit latæ in se sententiæ, quamvis a quingentis episcopis damnatus esset. Rediens e Dardania, quam in regionem relegatus videtur fuisse, altaria Basilidis evertit & in propriis mensis sacrificavit. Segregavit etiam a sua communione Elpidium Satalensem episcopum, eo quod is cum Amasæ episcopo communicaret. Quinetiam non multo antequam a Basilii communione discederet, ecclesias Amasæ & Zelorum infectatus fuerat, ibique presbyteros & diaconos constituerat. Lapsus sub Valente, fraudem sibi factam in concione deploravit, atque hanc purgandi errationem invenit, ut Romam profectus inde patrum fidem referret. Quo magis crederetur huic homini, adjuvabat austerum vivendi genus, & multa magnarum simulacra virtutum, Tantam

Decepit etiam S. Eusebium Samosatensem Eustathius fidei studium & sanctitatem præ se ferens. c. ep. 119. d. ep. 131.

ep. 128.

ep. 98. n. 1.

ep. 244. n. 6. 251. n. 2.

ep. 236. n. 2. 251. n. 3.

ep. 244. n. 5.

ep. 223. n. 2.

a ep. 79. tam caritatem præ se ferebat (a) ut pro quavis anima sollicitus videretur; (b) constantiam in vita fervare, & mendacium vel in minimis rebus ut horribile quiddam averfari videbatur.

Damnatus videtur fuisse in concilio Gangrensi.

ep. 163. n. 3.

lib. 2. c. 46.

lib. 3. c. 14.

c. ad ann.

364.

d. de Pri-

maru p. 138.

lib. 3. c. 14.

pag. 520.

ep. 223. n. 3.

a Ibid. n. 5.

b ep. 229.

heres. 75.

pag. 905. b.

IV. Eustathius Sebastenus circa illud tempus, quo se Basilius ad ejus amicitiam applicuit, depositus est in concilio Melitenensi. Sed hæc ignominia nihil tunc nocuit Eustathio, qui episcopatum suum retinuit: imo decus ei apud bonos addidit, utpote ab improbis Arianis inusta. His enim adeo cordi fuit hæc synodus, ut quamvis Eustathius eorum formulæ anno 360. subscripsisset, eum tamen episcopatu penitus dejecerint, propterea quod antea in concilio Melitenensi depositus fuerat. Narrat Socrates eum ab Eulalio patre, episcopo Cæsariensi, damnatum: id confirmat Sozomenus, additque eum in synodo Neocæsariensi excommunicatum, & in Antiochena convictum perjurii. Sed hæc concilia nobis tenebræ sunt. Longe clarior & illustrior synodus Gangrensis in Paphlagonia, ad quam cum delata fuisset magna de Eustathii discipulis querelæ, viginti canones ad hæc referenda vitæ constituti, quos synodus Armeniæ episcopis inscribit. Eustathium Sebastenum hujus synodi sententia notatum fuisse referunt (a) Socrates & (b) Sozomenus: sed eorum testimonia prorsus rejiciunt (c) Baronius, Dupinus & (d) Blondellus, quorum opinio valde probabilis videtur Tillemontio. Sed quominus eruditis illis viris penitus assentiar, detinent me nonnulla rationum momenta,

1. Summa est necessitudo temporum & locorum cum Eustathio Sebasteno. Is enim monastici instituti auctor existit apud Armenios, Ponti incolas & Paphlagonas, ut ex Sozomeno discimus. Sozomeni testimonium confirmat Basilius, qui se ad Eustathium, ut præcipuum his in locis monasticæ vitæ magistrum, contulit. Non pauci erant Eustathio discipuli, quorum (a) carissimi quique semper cum Basilio fuerunt: (b) nonnulli vero pravis suis moribus monasticum institutum dedecorarunt. Plura monasteria, sive plures fraternitates, ut appellat Basilius, Eustathio subjectas fuisse vel saltem magnis cum eo necessitudinibus devinctas, observavimus ad epist. 223. nu. 5. Stare ergo non potest Baronii sententia, qui ne id quidem concedit, Eustathium monasticam vitam professum esse. Præter Basilius auctoritatem habemus Epiphanius testimonium, qui Eustathium & Aerium simul asceticam vitam exercuisse dicit, ut adversus Baronium observat Tillemontius. Quod autem spectat ad synodi Gangrensis tempus, magna est ea de re sententiarum varietas, aliis circa annum 340. hoc concilium collocantibus, aliis post annum 360. Sed nemo illud ab ætate Eustathii Sebasteni divellit. Cum ergo synodus Gangrensis Eustathium, vel saltem illius discipulos sententia sua notaverit; cumque iisdem in locis eodemque tempore Eustathius Sebastenus monastici instituti dux & auctor fuerit; cur alius queratur Eustathius?

2. Non magna erat inter Eustathii discipulos sententiarum consensus: unde nonnullis quædam attribuit synodus, quæ in alios non confert. At enim non communem esse omnium sententiam, sed unumquemque quod sibi placuerit id adsciscere; unde & Ecclesiæ vituperia & sibiipsis damnum conciliant. Id autem præclare congruit cum Eustathii Sebasteni institutis, qui, ut infra videbimus, non cænobia ubi, omnes unius præpositi

autus intuentur, sed aliam speciem asceticæ vitæ, ubi major multo libertas, instituit.

3. In Eustathii discipulis hæc reprehendit synodus, quod nuptias vituperarent, viros ab uxoribus, uxores a viris abstraherent, unde adulteria & nonnullis commissa: quod Dei domos contemnerent & privatos conventus haberent, oblationes in ecclesiis fieri solitas sibi & suis, ut sanctioribus vendicarent: quod insolitum vestimenti generis gestarent, mulieres virili veste induerent, virgines tonderent, servos a dominis abducerent; quod die dominico jejunarent, & jejunia in ecclesiis præscripta contemnerent: quod nonnulli eorum carniæ usum, ut illegitimum, averfarentur, & in domibus conjugatorum ne preces quidem fieri debere contenderent: de sacrificiis autem ibi sæpe oblati tangere nollent; presbyteros, qui uxores duxere, contemnerent, nec eorum sacrificii participes esse vellent; martyrum basilicas & quæ illic fiunt, condemnarent, denique divitibus non omnia sua projicientibus spem apud Deum præcluderent. Cur hæc ad Eustathii Sebasteni discipulos referamus, non leve argumentum suppeditat Aerius in hoc sodalicio longe celeberrimus, cui multa tribuuntur similiâ iis quæ synodus Gangrensis reprehendit. Is enim, teste Epiphanio, magnam hominum utriusque sexus multitudinem abstraxit, quibuscum privatos conventus habebat. Paschæ celebritatem ridebat, jejunabat die dominica, quibus autem diebus jejunia indicuntur ab Ecclesia, vescebatur, lilius sectatores vino & carnibus indulgebant diluculo, tum cum fideles jejunia paschalia celebrarent, Immoderatum paupertatis studium, quod reprehendit synodus, satis redolet ingenium Aerii, qui cum magistrum suum Eustathium videret ecclesiasticos redditus in manibus habentem, inde ansam capiebat de eo detrahendi, ac omnibus dicendi non eum esse qui hætenus fuerat, sed ad rem attentum, & cumulandis opibus totum incumbere. Libertas vivendi ad arbitrium & sentiendi, quam in secta a synodo damnata animadvertimus, non aberat a grege Aerii. Testatur enim Epiphanius nonnullos austerum vivendi genus retinuisse, quamvis plerique vino & carnibus sese ingurgitarent. Matrimonium ab Eustathii discipulis vituperari testatur synodus Gangrensis: idem de Aerio non dicit S. Epiphanius: sed tamen ab illius secta hujus erroris suspicionem non abfuisse discimus ex his S. Augustini verbis: *Quidam perhibent istos, sicut Encratitas vel Apotactitas, non admittere ad communionem suam nisi continent, & eos qui sæculo ita renuntiaverint, ut propria nulla possideant. Ab esca tamen carniæ non eos abstinere dicit Epiphanius: Philaster vero hæc eis tribuit abstinentiam.*

Cum ergo nihil fere in Eustathii discipulis reprehendat synodus Gangrensis, quod non pariter in Aerio Eustathii Sebasteni discipulo reprehensum fuerit, difficile est existimare Eustathium, de quo synodus loquitur, non fuisse Aerii magistrum. Atque hinc etiam patet immerito Tillemontium existimare hanc sectam cito extinctam fuisse, nec ullam de illa post synodum Gangrensem in historia monumentis mentionem occurrere. Etsi enim sub Eustathii nomine cognita non fuit Epiphanio, Augustino & Philastro: certe ab ejus discipulo Aerio famam aliquam & nomen accepit.

Eustathii Sebasteni discipulos his canonibus locum dedisse hinc etiam confirmare possumus, quod

heres. 75.

pag. 907.

tom. 8. hæ-

res. 53.

quod ipsa synodus nihil de Eustathio, ut mali auctore, asperius statuatur. Sic enim incipit synodus: *Quoniam conveniens sanctissima synodus episcoporum in ecclesia Gangrensi propter ecclesiasticas quasdam & necessarias causas, cum & de iis, quae ad Eustathium spectant, quareretur, multa reperit nefarie ab ipsis illis Eustathii discipulis fieri; necessario ea de re statuit, ac nota omnibus facere decrevit, quae male ab eo sunt.* Legendum esse & vertendum, quae male ab illis sunt, perspicitur ex his quae sequuntur. Nam ex eo quod nuptias vituperent &c. Nihil sane in hac synodi praefatione reperias, ex quo accusatum fuisse Eustathium pateat. Ubique in discipulos crimina rejiciuntur, nulla ipsi inusta ignominia, quamvis maxima inuri debuerit, si facinorum auctor existimatus fuisset. Atque id quidem mirifice convenit Eustathio Sebasteno, quem nonnulli, teste Sozomeno, sic defendebant, ut culpam omnem in ejus discipulos conferrent, nec ullam ipsius nomini hac in re maculam insidere paterentur. Pondus addit huic sententiae S. Epiphanius, qui Aerium testatur, postquam ab Eustathio sese disjunxit, ad absurda illa instituta deflexisse. His novitatibus alios errores adjecit, Nam & Arianus erat, & preces pro mortuis tollebat & presbyteros adaequabat episcopis. Sed fieri facillime potuit, ut hi errores aliquandiu occulte sparsi ad synodi aures non pervenirent. Quod si canones Gangrenses ad Aerium referimus; differenda erit haec synodus, ut (a) Socrati & (b) Sozomeno visum est, usque ad episcopatum Eustathii. Aerium (c) enim ab Eustathio disjunxit invidia quam ut placaret Eustathius presbyterum creavit Aerium, prochorophio praefecit, nec ullam humanitatis & amicitiae significationem praetermisit. Sed insanabilis existit Aerius.

Si quis tamen cum Tillemontio contendat synodum Gangrensem ante annum 341. habitam fuisse, propterea quod illius canones in omnibus collectionibus ante Antiochenos canones anni 341. recensentur; equidem huic sententiae non repugnabo, quippe cum his in rebus nihil admodum certi habeamus. Sed cum etiam ante illud tempus Eustathius Sebastenus monastici instituti auctor in Armenia & Paphlagonia & Ponto existerit; in hunc maxime videntur canones Gangrenses convenire.

V. Objicitur adversus hanc sententiam nec Basilium, qui varios vitae Eustathii eventus recensuit, nec varia concilia quae Eustathium deposuere, hujus probri meminisse. Sed etiam si hanc maculam perpetua delevisset oblivio, mirum id videri non deberet, cum Eustathius vel extra culpam fuerit, ut supra diximus, vel saltem, ut existimat Sozomenus, synodo paruerit. Videtur tamen ei Basilium objecisse discipulum Aerium; nec synodus Constantinopolitana inter varias illius deponendi causas, latam de illo sententiam Gangrensi concilio praetermisit, si tamen fides adhibenda Sozomeno, qui totus errat, cum Eustathium a Gangrensis episcopatu exutum dicit.

Objicit Tillemontius nullum a synodo titulum Eustathio tribui; ex quo laicum illum fuisse concludit & alium ab Eustathio Sebasteno, qui tunc utpote in clerum Antiochenum anno 331. receptus, in aliquo honoris gradu constitutus erat, ac forte etiam presbyter fuit, si concilium referatur ad annum 340.

Non difficilis est huius rei explicatio; sive

enim Eustathius hac in re extra culpam fuit; satis erat aliunde suspectus, ut nullum ei honoris titulum episcopi tribuerent. Sive eorum, quae a discipulis fiebant, auctor aut conscius exstitit; multo minus decebat, ut ei signum aliquod communionis impertiretur, antequam absurdis institutis destitisset. Illum enim aliquo honoris ecclesiastici titulo ornare, communionis signum fuisset. Sic Basilium in litteris de Glycerio & ad Glycerium scriptis, diaconi titulum ei non tribuit, quamvis nondum eum deposuisset, sed tantum huius poenae minas intentaret, nisi cito rediret cum virginibus, quas e parentum domibus abstractas in unum veluti gregem collegerat. Vide not. in fine ad epist. 129.

Eustathium Sebastenum Tillemontius Caesarem aut saltem in Cappadocia natum existimat, propterea quod Basilium eum, postquam rediit in patriam, beatissimo Caesarea episcopo Hermogeni confessionem sanctae fidei obtulisse dicit. Inde concludit doctissimus scriptor distinguendum illum esse ab alio Eustathio, quem Armenium fuisse non dubitat, siquidem synodus Gangrensis epistolam suam inscribit episcopis Armeniae, quacum Eustathius Sebastenus nullam videtur ante episcopatum necessitudinem habuisse.

Etiam si Eustathius Caesariensis aut saltem Cappadox fuisset; nequaquam id prohibere debuit, quomiam synodus suam epistolam inscriberet episcopis Armeniae, si ibi potissimum illius vigebar festa. At Eustathium Caesariensem aut Cappadocem fuisse, non certo concluditur ex verbis modo allatis. Ipse Basilium nunc Cappadociam, ut supra vidimus, patriam agnoscit, nunc Pontum, interdum etiam Armeniam. Helolenium Gregorius Armenium esse conceptis verbis declarat: eundem tamen hortatur, ut patriam & communia studia veritus, Basilium annuat. Cur ergo Cappadocia Eustathii patria dici non potuit, si in vicina aliqua regione natus est? Eum in Armenia natum libenter colligerem ex his Gregorii Nazianzeni verbis; Armenius, inquit ille Eustathium designans, plane barbarus est. Armenii nomine similiter designatur a Gregorio Nysseno lib. 1. in Eunomium p. 289.

VI. Illud etiam de Eustathio breviter examinandum est, utrum discipulum habuerit Aetium. Cum Eustathius Basilium instar criminis epistolam ad Apollinarium scriptam obiecit; demonstrat Basilium aequius multo esse ut, si quis Aetium genuit haereticum, in caput parentis referant filii criminationes. Et in epist. 244. n. 3. Is qui me accusat de Apollinario, respondeat nobis de Aetio proprio magistro suo & de Aetio proprio suo discipulo. Sed his in locis substituendum videtur nomen Aerii. Nam alio in loco eadem de re agens Basilium neutrum quidem nominat, sed quae dicit soli Aerio conveniunt. Nam nec ipse accuso, inquit, si quis ex sodalitate aliquo in haeresim abscissus est (omnino autem homines novissis, tamen si nominatim non appello) quia unusquisque suo ipsius peccato marietur. His sane verbis aliquis indicatur ex pietatis disciplina in haeresim lapsus non probante magistro. Id autem optime convenit Aerio, qui monasticam vitam cum Eustathio profitebatur, at nequaquam Aetio, qui summam semper impietatem praese tulit, nec ullos nisi ad impietatem magistros habuit. Primus illius doctor exstitit, teste Philostorgio, Paulinus Antiochenus. At edoctum fuisse ab Eustathio nec Gregorius Nyssenus, qui res Aetii accurate persequi.

lib. 3. c. 14. p. 520.

epist. 75.

alibi 2. c. 44. b. lib. 3. c. 14. c. Epiphanius haeres. 75.

Nonnulla objecta solvantur.

lib. 4. c. 14. p. 581.

ep. 169. 170. 171.

ep. 263.

Carm. 48. p. 110.

ep. 162.

Non Aetii magister Eustathius, sed Aerii.

ep. 223. n. 5.

ep. 131. n. 2.

lib. 3. c. 13.

p. Eunom. sequi.

sequitur, nec ullus alius testatus est scriptor. Quamvis ergo apud Basilium Aetii nomen habeant omnes codices MSS. & editi, substituendus ei videtur Aetius.

## CAPUT VI.

I. S. Basilus cœnobiticæ vitæ auctor in Ponto & Cappadocia. II. Antea his in locis ascetæ bini aut terni degebant. III. Gregorio scribit, eumque ad se allicere conatur. Eorum vivendi ratio & occupatio. IV. Basilii labores monasterii finibus non continentur. V. De pluribus epistolis in secessu scriptis.

S. Basilus  
cœnobiticæ  
vitæ auctor  
in Ponto &  
Cappadocia.  
n. 2.

I. Testimonium Gregorii Nazianzeni supra allatum, in quo Basilium dicitur cœnobiticam vitam instituisse, confirmari potest ex epist. Basilii 207. Oderant eum Neocæsarienses, episcopo ipso eos in Basilium incendente: odii causæ inanes & absurdæ fingebantur, psallendi ritus in ecclesia Cæsariensi, & Basilii cœnobita. Numquam profecto Basilium eo nomine incussissent, si ante eum hoc institutum in Ponto existisset. Quinetiam Basilium, ut invidiam a se propulset novi hujus instituti, quod maximam laudem merebatur, nequaquam exempla ad suam defensionem repetit ex Ponti & Cappadociæ aut finitimarum gentium ecclesiis, sed ait se audivisse talem esse in Aegypto virorum virtutem, fortasse etiam nonnullos in Palæstina evangelicam vitam excolere, & rursus aliquos in Mesopotamia beatos esse & perfectos viros. Non videntur ergo cœnobita in Ponto ante Basilium existisse.

Sed si Basilium hujus instituti auctor; mirum videri possit, cur Eustathius non solum apud Armenios & Paphlagonas, sed etiam in Ponto, ut in præcedenti capite vidimus, monasticam vitam dicatur instituisse. Commentum esse existimat Baronius quod de Eustathio apud Sozomenum legitur. Sed clarum & perspicuum est de Eustathio ejusque discipulis Basilium loqui, cum ait se monasticæ vitæ studio flagrantem, ubi nonnullos vidit in patria qui hoc institutum profitebantur, magnum ex eorum amicitia & consuetudine præsidium ad salutem sperasse. Jam tum ergo discipulos habebat Eustathius. Quare licet sic dirimit Tillemontius ut Basilio cœnobiticæ vitæ institutum acceptum referat, Eustathii autem discipulos in urbibus & oppidis vel etiam in remotioribus locis solos vixisse existimet.

Antea his  
in locis  
ascetæ bini  
aut terni  
degebant.  
lib. 6. c. 34.  
p. 693.

Collat. 18.  
7.

rom. 9. p. 35.

pag. 106.

p. 107.

II. Libentius crediderim Eustathii discipulos in pagis & oppidis binos aut ternos vixisse, ita ut nec anachoretæ fuerint nec cœnobitæ. Testatur (a) Sozomenus in Galatia & Cappadocia & finitimis provinciis maxime rarum esse anachoretarum genus, quia per frigiditatis acerbiteriam in desertis locis degere non licet. Id confirmat abbas Pyamon, qui apud Cassianum narrat se in regionibus quas sub Valente peragravit, ut fratribus in Pontum & Armeniam relegatis diaconiam ferret, ne ipsum quidem anachoretarum nomen auditum comperisset. Existimat Tillemontius nonnullos a sancto Gregorio Nazianzeno Cappadoces anachoretas laudari in carmine ad Hellenium. Sed valde dubito an quæ hoc loco narrat Gregorius, Nazianzi aut Cappadociæ finibus coæreri debeant. Ibi enim monasticum institutum generatim laudat, antequam Nazianzenos monachos nominatim Hellenio commendat: & quod ait monachos imperito studio

abreptos mortem sibiipsis consciscere, alios propriis manibus aut fame, alios laqueo aut sese præcipites dando; videtur id de remotis regionibus potius quam de Cappadocibus, magisque fama & auditione, quam propriis oculis acceptum narrare. Probabile ergo non est anachoretas fuisse Eustathii discipulos. Hinc Basilium monasteria Eustathio subjecta vocat fraternitates in epistola 223. In his tamen fraternitatibus non videntur in morem cœnobitarum sub unius abbatis imperio communibus semper muniis intenti fuisse, sed bini aut terni liberius vixisse.

Basilio enim secessum meditati nulla ob oculos versabantur his in locis cœnobita: sed cupiebat unum aliquem ex fratribus invenire, qui

asceticam vitam profiteretur, ut una cum eo brevem hujus vitæ fluctum transiret. Speraverat se cum Gregorio victurum; idque inter se pacti fuerant: sed eorum consilium interpellavit imposita Gregorio necessitas fovendæ parentum senectutis. Basilii monasterium non statim, ut modo videbimus, cœnobitæ formam habuit, Monachi Nazianzeni cœnobitæ non erant, Nam Gregorius in carmine ad Hellenium decem præstantissimos ascetas recenset, quibus singulatim immunitatem a tributis petit, quam satis fuisset toti cœnobio semel petere, si in iisdem omnes ædibus fuissent.

Hinc etiam unus ex illis Eulalius amisso fratre Helladio, quem ejusdem instituti socium habuerat, afflicta & ægrotæ matri assidebat, Testatur abbas Pyamon apud Cassianum, tertium genus monachorum, qui Sarabaytæ dicebantur, & bini aut terni degebant, abundare ac prope solum esse in civitatibus quas diaconiam, ut jam diximus, in Pontum & Armeniam deferens peragravit. Canones Gangrenses, qui Armeniæ episcopis inscripti sunt, dubitare non sinit quin ascetarum in hac regione magna fuerit sententia ac vivendi libertas. Vix ergo dubium quin institutæ his in locis cœnobiticæ vitæ gloria non Eustathio attribuenda sit, sed Basilio, cujus maximum existit hujus propagandi instituti studium. Illud longe? (a) præferendum esse demon-

strat vitæ solitariæ; duo (b) in eodem pago monasteria esse non probat, sed omnes ascetas sub uno & eodem præposito existimat conjungendos. Perspicuetiam potest illius sententiæ ex epist. 295, in qua ascetas in eodem quidem monasterio, sed non more cœnobiorum viventes hortatur, ut ab hac vita testibus carente ad cœnobiticam transseant. Præter cœnobium, quod in Ponto construxit, aliud ab eo conditum in suburbio Cæsariensi discimus ex epist. 94. & 150. Probabile est cœnobiticum institutum etiam ante episcopatum ab eo in ecclesiam Cæsariensem inductum, Non deerant quidem huic ecclesiæ monachi, eorumque studium exarsit in Basilii causa, ut infra videbimus, adversus Eusebium episcopum defendenda: sed nota illis non videntur fuisse cœnobitica instituta. Unde Basilium, cum quidam Cæsareæ monasticum institutum amplecti

vellet, seque illi regendum & informandum traderet, mittere eum maluit in Ponti monasterium. Gregorius autem, cum monasticæ legis institutiones a Basilio presbytero & voce & scriptis traditas laudat, inductam ab eo cœnobiticam disciplinam videtur laudare.

III. Ubi primum secessus delicias degustavit Basilium, Gregorium loci descriptione conatus est allicere. Respondit Gregorius se loci forma & situ parum moveri, nisi etiam de vivendi ratione aliquid ediscat. Utramque epistolam amissimus.

ep. 223.

Collat. 18.  
c. 7.

a Reg. fus.

b Reg. fus.

7.

35.

ep. 23.

Gregorio

scribit,

eumque ad

se allicere

conatur,

eorum vi-

vendi ratio

mus.

mus. Sed aliam habemus, quam Basilii statim post acceptas Gregorii litteras scripsit, ut ei satisfaceret, ac suam vivendi rationem exponeret. Diurnas ac nocturnas preces, lectionem Scripturarum, laborem manuum describit. Sed nihil in hac epistola reperitur, ex quo eum cœnobarum more vixisse conjicias. Preces ante & post cibum præcipit: at nihil prorsus de lectione interendum adhibenda. At tantum animam ne tunc quidem a Dei cogitatione otiosam esse debere, sed ex ipsa alimentorum & corporis ea suscipientis natura materiam Dei laudandi esse ducendam. Forte ergo cum uno aut altero ex Eustathii discipulis degebat, ut alii harum regionum ascetæ.

Sed cito ad eum multi confluerunt, seque illi in disciplinam tradiderunt. Ejusmodi enim discipulos habebat anno 360. a quibus ne ad brevissimum quidem tempus sine magna illorum molestia discedere poterat, ut perspicimus ex epistola 8. Jam illius monasterium suis numeris absolutum erat, cum Gregorius ad eum se contulit, quod quidem videtur fecisse anno 358. aut 359. Nam inter ea, quæ se in hoc monasterio vidisse meminerat, laudat imprimis fratrum, quos Basilii ad pietatem instituebat, eximiam concordiam. Meminit psalmodiarum & hymnorum ex quibus miram suavitatem perceperat. Non sine lepore meminit in alia epistola pauperis vitæ, quam ibi traduxerat, cum panis adeo durus apponeretur ut dentes frangeret; ac tanta esset omnium rerum inopia, ut nisi mater Basilii opportune succurrisset, fame moriendum fuisset. Commemorat etiam laborem manuum, Augustinum e domo exportatum ut horti steriles implerentur, ac immane plaustrum sua & Basilii cervice manibusque tractum, ut locus præruptus æquaretur. His addit lignorum comportationes & lapidinas, arborum consitiones & irrigationes, imprimis vero platanum sua manu plantatam.

Quod supererat otii ab asceticæ vitæ muniis, impendebant in meditandis sacris litteris: & cum in hoc studio plus antiquis scriptoribus, quam ingenio suo tribuerent, collegerunt ex Origene plurima observatione digna, quæ in unum corpus redacta philocaliam appellaverunt. Hunc librum dono misit Gregorius Theodoro Thyanen- si, ut opus sibi cum sancto Basilio commune.

IV. Basilii labores monasterii finibus non continebantur. Nam cum ejusmodi institutum amplexus esset, in quo & meditari posset, ut anachoretæ, & prodesse, ut hi quos diximus migades; non segniter in promovendis Ecclesiæ utilitatibus. Basilii Pontii urbes, inquit Rufinus, & rura circumiens, desideris gentis illius animos & parum de spe futura sollicitos stimulare verbis, & predicatione succendere; callumque ab his longa negligentia coepit abolere: subegitque abjectis inanum rerum & secularium curis, sulmet notitiam recipere, in unum coire, monasteria construere, psalmis & hymnis, & orationibus docuit vacare, pauperum curam gerere, eisque habitacula honesta, & quæ ad vitæ necessaria sunt, præbere, virgines instituere, pudicam castamque vitam omnibus pene desiderabilem facere. Ita brevi permutata est totius provincie facies, ut in arido & squalenti campo videretur seges fecunda, ac leta vinea surrexisse. Testatur etiam Sozomenus Basilium Pontii urbes circummeantem, multa illic ædificasse monasteria; & populis prædicantem, ut eandem

S. Basilii Oper. Tom. III.

cum ipso doctrinam fidei sequerentur persuasisse. Hæc confirmari possunt utriusque Gregorii testimonio. Testatur Nyssenus solitudinem sub Basilio ad imitationem Joannis Baptistæ in urbem conversam esse ob multitudinem eorum, qui ad Basilium confluebant. Gregorius Nazianzenus jam multa illum ad utilitatem Ecclesiæ navasse dicit, cum ad presbyteri gradum evehctus est. Hunc multiplex Dei benignitas, inquit, cum multis antea rebus gestis clarum effecisset, diὰ πολλῶν τῶν ἐν αὐτῷ γυροεισῶσα, in sacrum presbyterorum ordinem adscribit.

V. Inter epistolas, quas Basilii scripsit in solitudine, numeranda imprimis (a) epistola ad Candidianum. Rusticus quidam ex iis, qui cum Basilio Annesis morabantur, mortuo Basilio famulo, non se negotii quidquam cum hoc famulo habuisse dixit, non ad Basilium accessit, non conquestus est, non rogavit, ut a volente acciperet, non minatus est se vim facturum nisi acciperet, sed subito cum nonnullis sui similibus domum invasit, mulieresque quæ eam custodiebant, verberibus contudit, ac effractis foribus exportavit omnia, partim sibi ipse rapiens, partim ad diripiendum cuilibet proponens. Veritus itaque Basilii, ne domus sua omnibus injuriis pateret, si impunitum facinus relinqueretur, opem implorat Candidiani, cui res suas cordi esse jam sæpe perspexerat. Hac autem multa contentum se fore declarat, si agrestis a pagi præposito comprehensus, brevi tempore in carcere includatur. Hæc domus, ut supra diximus, non erat propria Basilii possessio, qui sese omnibus rebus nudaverat, sed ex ea, matris suæ pro-

vido consilio, alimenta percipiebat. Hujus autem Candidiani amicitia cum Basilio, animi moderatio in magnis honoribus, amor litterarum ac mentis tranquillitas in ipso negotiorum æstu, ac summa publicæ tranquillitatis cura mirifice probant eundem prorsus esse Candidianum ad quem exstat Gregorii Nazianzeni epistola 194. In eo enim Gregorius eadem prædicat ornamenta virtutum, ac similia adhibet ex profanis litteris pigmenta, ut in ethnicolaudando par erat. Is in Cappadocia natus erat, eamque sub Juliano rexit, sed tanta animi integritate, ut se fidelem quidem imperatori ministrum in iis quæ ad Imperium spectabant, minime vero turpem assentatorem in vexandis Christianis præberet.

Sequitur alia ad Olympium epistola, civem Neocæsariensem, imprimis divitem, qui Basilio Eustathii & Neocæsariensium calumniis exagitato non defuit. Is cum Basilio misisset munera, cujus solitudinem jam antea visitaverat, respondet ei Basilii, festivo incusando, quod pauperiem e monasterio suo ejiciat. Cum autem infirma esset valetudine, jamque remedia nonnulla aggressus esset; optat Basilii ut fastum exitum habeant, eique auctor est ut sollicitudinem & molestiarum expertem corporis curationem adhibeat.

Cum Nectarius, vir inter Cilices opibus & dignitate conspicuus, unicum filium, qui spes erat amplissimæ domus, amisisset; Basilii rumori hanc molestiam nuntianti per tres aut quatuor dies credere volebat. Sed acceptis ab episcopo illius loci litteris, quæ tristem illum casum confirmabant, Nectarium ejusque uxorem consolatur. In his litteris omnes eloquii sui opes profundit; præcipue vero in epistola ad uxorem Nectarii nonnulla recens ab Athenarum palæstra

Naz. ep. 9.

ep. 8.

ep. 9.

Ibid.

Naz. ep. 87.

Basilii labores monasterii finibus non continentur.

lib. 11. c. 9.

lib. 6. c. 17.

In Basil. p. 488.

p. 335.

De pluribus epistolis in secessu scriptis.

a epist. 3.

ep. 37.

epist. 4.

epist. 5. & 6.

ingenium redolent : velut eum ait : *O terra salem coacta suscipere casum ! Horrante forte ipse sol, si quis in eo sensus, triste illud spectaculum.* Hanc ergo epistolam vel ante secessum vel saltem ad secessus primordia cum Tillemontio collocamus. Certe illum episcopum tunc non fuisse patet ex his verbis, *accepti litteras episcopi*. Non enim de collegis suis sic loqui solet, postquam ad hanc dignitatem pervenit. Non improbabilis conjectura est hunc Nectarium eundem esse Constantinopolitanum. Ille enim ex ampla & nobili Ciliciæ domo ortus erat. Idem huic nostro congruit, siquidem illius filii mors, ut ait Basilium, *plaga exstitit duarum provinciarum, Ciliciæ & Cappadociæ*. Nec refert, quod Constantinopoli tanus usque ad episcopatum catechumenus fuerit, is autem, ad quem Basilium scribit, in Christum credere dicatur. Nam multi his temporibus, ut observat Tillemontius, etsi baptizati non erant, in Christum tamen credebant, & christianam religionem profitebantur. Gregorius & Basilium cum essent Athenis, nihil majori laudi ducebant, quam ut Christiani essent & dicerentur, quamvis nondum essent sacris mysteriis initiati.

ap. 6. n. 1.

ep. 5. n. 2.

Naz. or. 20. pag. 331.

epist. 7.

Mutuum sibi operam in meditandis Scripturis tradebant Gregorius & Basilium, non solum coram, sed etiam absentes. Cujus rei monumentum est epistola 7. quam idcirco ad hoc tempus referimus, Basilium consuluerat Gregorius de rebus ad theologiam, id est, ad sanctam Trinitatem pertinentibus. Respondit Basilium per litteras quæ non exstant, sed minus satisfecit. Quod cum ei Gregorius libere significasset, ut inter amicos fieri par erat; fatetur Basilium se hoc incommodum providisse; (omnem enim de Deo sermonem & cogitationi loquentis, & desiderio interrogantis imparem esse) sed tamen silere non potuisse, ne in prodicionis crimen incurreret, si amico consulenti responsum denegaret. Cæterum Gregorium hortatur, ut, se omisso, totus ad veritatis defensionem, acceptis a Deo adjumentis contentus, incumbat.

## CAPUT VII.

- I. Basilium Constantinopolim venit cum Basilio Ancyrano, cui operam navat adversus hæreticos.
- II. Dolens quod Dianius subscripsisset, fugit Nazianzum.
- III. Scribit Moralia. Huic operi non convenit epistola de fide. Scripta Moralia sub Constantio.
- IV. De epistola ad Maximum quæ idem videtur esse ac S. Gregorii proditor.
- V. De pluribus epistolis in secessu scriptis, præsertim de decima quarta, & decima quinta.

Basilium Constantinopolim venit cum Basilio Ancyrano, cui operam navat adversus hæreticos.

I. Jam solitudinis deliciis perfruebatur ab annis duobus Basilium, cum iter Constantinopolim suscepit anno 359. exeunte vocatus, ut verisimile est, a Basilio Ancyrano & Eustathio Sebasteno, qui cum a synodo Seleuciensi legati ad Constantium missi essent, magna Constantinopoli adversus Anomæos prælia sustinuerunt, sed tandem eorum machinationibus succubere. Existimant eruditi viri Basilium noluisse se interponere in has contentiones; & disputationem, ut suo lectoris gradui minus convenientem, aut veritatis defensionem parum profuturam, declinasse. Sed ex testimoniis Philostorgii, Eunomii, & Gregorii Nysseni, quibus hæc nititur opinio, illud potius colligitur Basilium in his disceptationibus sub episcopo Ancyrano secundas tulisse

A se, ac proinde victoriæ, quam ille retulit, adiutorem fuisse.

Eunomii verba sic refert Gregorius Nyssenus: *Ibi ait cæcum existisse hominum undique selectorum: seque vehementer in dicendo venditat, oculis videlicet subjiciens rerum apparatus. Deinde iudicibus quibusdam dicit, neque etiam illos nominatim appellans, capitale propositum fuisse discrimen; ac præsentem secundas partes sustinuisse magistrum nostrum & patrem. Sed victoria a iudicibus in adversarios translata, ipsum fugisse hæc loca ordine deserto, & fumum quondam patriæ persequutum esse.*

In eo sane requirendus pudor Eunomii, quod suis victoriam adjudicet. Aetius enim, qui pro Anomæis contra Basilium utrumque pugnabat, exilium ex hoc duello retulit, nedum victoriam; eumque victum fuisse narrat Sozomenus. Non minus impudens Eunomius, cum Basilium vocat timidum & ignavum, ac graviorum laborum fugientem; eique exprobrat secretam domunculam, & januam tuto clausam, & trepidationem ob metum introeuntium, & in voce, oculis ac vultu pavoris signa. Sunt hæc sophistæ nugantis convicia, non argumenta hominis serio differentis. Sed tamen ex ejus testimonio perspicitur Basilium in hoc certamine præsentem succlamasse, id est, secundas partes tulisse sub Basilio Ancyrano, nec discessisse ex his locis, nisi victoria a iudicibus in adversarios translata, ut fingit Eunomius.

Philostorgius, qui Eunomii mendacia compilat, sic de Basilio loquitur. *Et eorum quidem, qui Filium similem secundum substantiam profitebantur, antesignani erant Basilius & Eustathius. Quibus tum alii aderant suppetias ferentes, tum Basilius alter, intra diaconi gradum adhuc conficiens; dicendi quidem facultate multis superior: verum ob timiditatem & pusillum animum publicas disputationes declinans.* Manifeste premit Eunomii vestigia Philostorgius: Basilium fatetur eo consilio, ut adesset Ancyrano episcopo, venisse Constantinopolim, ac inter eos stetisse, qui suppetias illi ferebant: & dum fugam ei exprobrat, solo auctore nititur Eunomio.

Sed præcipue Gregorii Nysseni auctoritate nititur Tillemontius, quem concessisse putat adversariis Basilium celeberrimæ illius disputationis nullas partes sustinuisse. Sic loquitur Gregorius: *Quod si (Eunomius) de rebus Constantinopoli gestis loquitur.... accipiamus criminationem, nos scilicet, cum adessemus pugnae tempore, cum adversariis non pugnavisse. Demonstrat igitur qui ei timiditatem exprobrat, an ipse in medium processerit &c.* Hæc legentibus illud primo intuitu occurrit, Gregorium quidquid concedere videtur Eunomio, non sine aliqua ironia concedere, ut criminationem in ipsum convertat Eunomium. Si quid tamen serio concessum a Gregorio, nihil aliud concessum, quam quod objecerat Eunomius, Basilium, cum in prælio secundas tulisset, inclinata in adversarios victoria discessisse. Atque illud quidem fieri potuit, ut Basilium, ubi vidit Basilium Ancyranum; post tanta veritatis adversus Aetium defendendæ studia, Acacianorum artibus & Constantii minis cedere, non expectato rei exitu abiret. Nec improbabile est Eunomium inde ansam arripuisse calumniandi: at neque ex illius, neque ex Gregorii verbis concludi potest, Basilium in certamen minime prodixisse.

Quinetiam ipse Basilium mutum se & otiosum inter

inter hos motus non fuisse, sed pro viribus ad A veritatis defensionem incubuisse indicat. Non enim ad aliud tempus videntur referri posse habiti ab illo de fide sermones Chalcedone & Heracleæ, quorum testem citat Eustathium in epist. 223. n. 5. *Quæ Chalcedone, inquit, a nobis de fide dicta sunt, quæ sæpenumero Heracleæ, quæ prius in Cesarea suburbio, an non ex nostra parte consona sunt omnia?* Ex his certo colligimus Basilium in hac rerum perturbatione operam suam episcopis non denegasse; ac jam tum de illius eloquentia & eruditione magna hominum extitisse judicia.

Dolens quod Dianius subscripsisset, fugit Nazianzum. (a) ep. 51.

II. Anno 360. formulam Ariminensem, quæ tantas strages in Ecclesia edidit, Constantino-B Præterea non ex urbe in solitudinem, sed potius ex solitudine in urbem concesserat, tum eum hæc scriberet, ut in annotatione ad hunc titulum observavimus.

Hoc illius casu doluit insolabiliter Basilium cum multis aliis in patria timentibus Deum, & a Dianii communionem creditur recessisse. Non tamen videtur palam & aperte communionem ei renuntiassè; sed tantum occasiones cum eo communicandi evitasse. Nam in epistola 51. negat instar magni criminis anathematizatum a se fuisse Dianium: fatetur se doluisse quod is subscripsisset; sed tamen, ubi ab eo graviter ægrotante accersitus, ipsius sententiam cognovit, ad ejus communionem remota omni dubitatione accessisse. Quæ ex narratione patet leniter declinatam potius fuisse communionem, quam aperte renuntiatam. Porro Basilio in alia tunc diocesi degenti facilius fuit Dianii honori consulere.

Videtur hoc casu percussus Basilium, doloris sui solatium in Gregorii colloquio quasi visse, eumque invisisse. Dum autem longius abesse videtur asceris suis, desiderium suum ei significavit, & tamquam profugum amicitie & patriæ commemoratione conatur ad se revocare. Tum Basilium mirari se respondet, quod se tantopere diligant, tenuem hominem ac nihil forte habentem amabile. Fatetur se casu inopinato percussum fugisse, ac præterea desiderio arsisse sacrorum dogmatum. Quare cum voti compos factus sit, electionis invento vase & puteo profundo, id est, Gregorio, quem os Christi appellat; parum temporis sibi concedi petit, non quod urbium commoratione delectetur, sed quod versari cum sanctis longe utilissimum esse judicet. Deinde hortatur, ut caveant ab Arianis, multa differit de sancta Trinitate, ac objecta ab Arianis testimonia explicat.

Nullum sane eventum video in vita sancti Basilii, ad quem hæc epistola aptius referri possit, quam ad lapsum Dianii. Quod enim ait se re inopinata percussum fugisse, *velut qui ob repentinos strepitus illico expavescunt*, his verbis indicat gravissimæ alicujus molestiæ nuntium; de quo nec abiens quidquam dixerat, nec tunc scribendum esse ducebat. Cum his autem mirifice quadrat subscriptæ a Dianio formulæ tristici nuntius, quem cur ascetas suos celaret, multæ gravesque causæ poterant subesse. Congruit etiam cum hoc tempore disputandi ratio. Nam Basilium simile & dissimile rejicit in hac epistola. Idem tamen in epistola sequenti, quæ multo post scribi non potuit, non improbat simile, modo addatur *citra ullam differentiam*. Credo ergo Basilium, in summo illo dolore, quem ei factum Dianii attulerat, non libenter audiisse ejusmodi vocem, in qua toties luserant Arianis, ac nuper Dianio & innumeris aliis fucum fecerant.

S. Basilii Oper. Tom III.

Decepit eruditos viros epistolæ titulus, quæ Cesarientibus inscribitur; eamque anno 363. Cesarienti plebi scriptam existimant, cum Basilium presbyter paci Ecclesiæ commoda sua possidens, suspicionibus Eusebii episcopi cessit, seque in solitudinem Ponti una cum Gregorio Nazianzeno recepit. Mirum sane non esset, si plebem Cesarientem cito Basilii desiderium cepisset, eumque veluti profugum patriæ & amicitie commemoratione revocasset. Sed ipsam etiam Ponti solitudinem sæpe Basilium patriam suam appellat, ut supra vidimus. Cesarea autem excessit non rei inopinatæ nuntio percussus, sed se invidiæ ac æmulationi subducens.

Sed si illud manere debet, epistolam 8. non ad Cesarienteses, sed ad discipulos scriptam esse; fatendum est assignatam fugæ Basilii causam non careere difficultatibus. Nam Gregorius Theologi pater idem commisit ac Dianius, absente filio, cui certe non illuissent Arianis, atque, ut verisimile est, apud Basilium commorante. Non deerunt ergo, qui Basilium, subscriptionum illarum tempore, ad Gregorium fugisse negent, cum ipsam tunc apud se Gregorium haberet. Sed tamen, cum nihil aliud reperire possim, quod Basilium subito perculerit & ad Gregorium fugere coegerit, præter illud, quod dixi, factum Dianii; statuere malim Theologi patrem serius subscripsisse quam Dianium vel citius. Id enim alios citius, alios serius fecisse docet Gregorius. Quinetiam Gregorii subscriptionem longius differre cogit monachorum Nazianzenensium agendi ratio, ut infra videbimus.

III. Anno 361. videtur Basilium Moralia scripsisse: quo quidem in opere, quæcumque scripta in novo Testamento interdita aut approbata inveniebant, ea studiose in regulas quasdam compendiaras collegit, apposito ad singulas regulas numero capitum Scripturæ, quæ regulas qualibet comprehenduntur. Quibus autem causis ad hoc opus elucubrandum adductus fuerit, fuisse in præmio edisserit. Nam cum variis in peregrinationibus, quas vir factus obiit, in aliis quidem disciplinis & artibus; summam inter eas, a quibus illæ artes excoluntur, concordiam animadvertisset, in Ecclesia autem plurimos & inter se & cum Scripturis sanctis pugnare, & quod maxime horrendum est, episcopos ipsos inter se digladiari, ac Christi mandatis adversari, & Ecclesiam dilacerare; tanti mali caput & fontem conatus est investigare. Ac primo quidem incertus hærebat, & animum nunc huc, nunc illic dividebat; sed tandem hanc mali originem verissimam deprehendit, quod non quisque regis Christi nutus intueretur, sed opinionum suarum commentis plerique ejus mandata ac voluntatem posthaberent. Postquam autem, fixa ejus animo hac sententia, illud etiam consideravit, inobedienciæ crimen incurrere, si quis vel semel peccet, ac ipsa ignorantie peccata poenam non effugere; imo eos etiam, qui nihil peccarunt, sed peccatorum satis vehementes animadversores non fuere, graviter puniri; tum vero operæ pretium esse duxit ad certas quasdam regulas revocare, ac veluti in totidem capita redigere, quæcumque in Scripturis vetantur aut præcipiuntur.

Sic suum ipse consilium Basilium exponit in præmioq; Moralibus præfixo, quod inscribitur in

h 2 omni-

omnibus codicibus MSS. & editis *de iudicio Dei*. Adum in scribendo exercitati, nondum ullum Sed alijs huic proœmio titulus datur in libro 2. de Baptismo, quæst. 5. ubi eadem quæstio ac in proœmio Moralium instituitur, *An cuiuslibet mandati prætergressio ira & morte digna sit*. Tum responsio sic incipit: *dictum est quidem fufus de hoc argumento in epistola de concordia*. Liqueat indicari proœmium illud Moralium: quod quidem merito vocatur epistola, cum instar epistolæ nuncupatoriæ ascetas compellet, quorum rogatu Basilium Moralia composuerat. Nec minus commode dicitur epistola de concordia, Nihil enim aliud sibi proponit Basilium, nisi ut dissensionum causam aperiat; & quidquid de iudicio Dei differit, illud ad suam concordiam stabiliendam propositum refert.

Huic operi non convenit epistola de fide.

Antequam Moralia inciperet Basilium, piam & sanam exponebat de Patre & Filio & Spiritu sancto fidem. Sed nescio quomodo quæ hic diserebat, de sua sede cesserunt, eorumque loco inducta quædam epistola de fide, quæ huc minime pertinet. Nam 1. Moralia primum opus videntur esse Basilii: hæc autem de fide epistola post editas adversus hæreticos elucubrationes scripta est, cumque presbyter esset Basilium aut episcopus, ut patet ex his verbis, *sic sentimus, sic baptizamus &c.* 2. Proœmium de iudicio Dei sic finit Basilium ad expositionem fidei transiens: *Et quoniam memini Apostoli qui dicit: In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed fides quæ per caritatem operatur, consequens simul ac necessarium existimavi, ut sanam fidem ac piam de Patre & Filio & Spiritu sancto sententiam prius exponerem, & ita demum moralia attererem*, Protinus ergo de fide incipiebat disserere, nulla alia adhibita præfatione, At epistola de fide hanc exhibet præfationem: *Dei optimi gratia cum mihi innotuisset vestra pietatis mandatum &c.* Nemo non videt quam hæc inter se disconveniant, 3. Scripsit Basilium hanc epistolam, nonnullorum hominum rogatu, qui ab eo petierant, *pia fidei petitionem ex Scripturis confessionem*, ita ut Consubstantiali careret. Annuit eorum precibus: sed ne quis merito reprehenderet omissionem Consubstantialis, rationem reddidit, cum antea in refellendis hæreticis voces adhibuerit, quæ scriptæ non sunt, nunc absteineat ejusmodi vocibus, *quæ ipsis litteris & syllabis in Scriptura divina non reperiuntur, tametsi instam Scripturæ sententiam servant*. Privatim ergo nonnullis consulit Basilium, seque ad eorum infirmitatem accommodat, Consubstantiali prætermittendo, quod illi forte nondum receperant: sed nequaquam eorum rogatu scripsit Moralia: nec tali operi hæc congruebat accommodatio. Ex his liquet in hoc testimonio, *sic sentimus sicque baptizamus in Trinitate Consubstantiali*, postremam

Scripta Moralia sub Constantio. a Cod. 191.

Jam (a) Photii tempore Moralia Basilii cum utrisque regulis in unum veluti corpus redacta erant, quod dicebatur *Ascetica Basilii*. Sed tamen diversum opus, Regulæ & Moralia, nec idem tempus, nec consilium idem, Moralia videntur scripta sub finem imperii Constantii anno 361. Quod enim ait se sero hoc opus perficere, propterea quod alios veritatis defensores expectaret, nec tantum sibi ipse consideret, ut hoc solus aggrediretur, id argumento est Basilium non statim atque ex peregrinationibus rediit, ad hanc elucubrationem profuuisse. Sed tamen timiditas illa indicium est ingenii non-

opus aggressi. Quare Basilium scribendi initium fecisse crediderim ab hac elucubratione, quæ proinde ultra Constantii imperium rejici non debet. Præterea recens admodum erat Anomæorum hæresis, cum hæc scriberet Basilium. Ait enim nunc si umquam alias, exortis Anomæis, impleri in ipsis episcopis illud Pauli vaticinium, *Ex vobis ipsis exurgent viri loquentes perversa &c.* Anomæi autem vocati sunt, qui Filium Patri dissimilem dixerunt anno 361. (a) teste S. Athanasio (b) cum Socrate. Quare hoc ipso anno scripta Basilii Moralia, ante mortem Constantii. Sic enim Basilium in toto hoc loco pugnas & dissidia deplorat; ut facile pateat nondum subtractum fuisse Anomæis Constantii patrocinium, nondum Catholicis redditam libertatem, quam sub Juliano consequuti sunt.

Credo Basilium hoc opus jam absolvisse, cum scriberet epistolam nonam, sed adhuc dubitasse utrum in lucem ederet necne. Id colligo ex his verbis: *præsertim cum alioqui vestra vulgare non omnino statuerimus*. Scripserat ergo aliquid Basilium, sed dubitabat an vulgaret. Id autem nulli alii operi melius convenit, quam Moralibus, Nam libros in Eunomium studio veritatis palam & aperte defendendæ compositos fuisse ex ipso exordio perspicitur.

IV. Maximus ille philosophus, ad quem scripta est nona Basilii epistola, petierat a Basilio scripta Dionysii Alexandrini, simulque quid de hoc scriptore sentiret, sciscitatus fuerat. Scripta Dionysii non habebat in manibus Basilium & idcirco mittere non potuit: sed de ipso Dionysio iudicat, ut in Notis observavimus, non accuratissime. Simile secundum essentiam probat, modo addatur, *citra ullam differentiam*: secus vero, si illud non addatur, ut factum in concilio Constantinopolitano.

Scripta hæc epistola post concilium Constantinopolitanum anni 360. Non tamen statim post illud scripta, sed forte interjecto duporum annorum spatio, Nam in epistola octava, quæ concilium proxime videtur sequuta, recentibus Anomæorum fraudibus offensus, rejiciebat simile sine exceptione. Nunc autem simile secundum essentiam probat, modo addatur *citra ullam differentiam*, Rem ergo attentius consideraverat post scriptam epistolam octavam. Dubium autem non est, quin nona ante sacerdotium scripta sit. Eum enim & corporis infirmitas & amor solitudinis eodem semper loco fixum, instar plantarum, tenebant. Quamvis autem presbyter factus in solitudinem redierit, hic tamen secessus brevissimus fuit. Scripta ergo hæc nona epistola circa annum 361. aut 362. cum jam Moralia, ut supra diximus, composuisset.

In vulgato litterarum ordine duæ eidem Maximo philosopho inscriptæ erant epistolæ, nempe 41. & 42. Neque id parum facebat difficultatis. Multa enim dubitare cogebant, utrum idem sit in utraque epistola Maximus: & si idem, a Maximo in historia S. Gregorii Nazianzeni decantato distinguendus videbatur, propterea quod Maximus in epist. al. 42. Basilii ex nobili domo sed gentili, proditor autem Gregorii ex obscura, sed tamen martyres numerante familia ortus dicebatur, Sed cum epistola alias 42. in antiquis codicibus inscribatur Maximo scholastico, nihil jam officit quominus Maximus, ad quem data est epistola nona Basilii, idem sit ac ille apud Gregorium Maximus. Multa

a de synod. p. 907. b lib. 2. c. 45.

De epistola ad Maximum, qui idem videtur esse ac sancti Gregorii proditor.

Naz. or. 23. p. 411.



Multa sane concurrunt simillima. Idem nomen, idem philosophi titulus, Maximus, de quo Basilii, civem se orbis terrarum fecerat. Idem de suo Maximo testatur Gregorius, *nec enim Cynicissimus*, inquit, *exiguis finibus circumscribi sufficit*. Unde patet immerito cynicam illam disciplinam videri Tillemontio cum laudibus, quas Maximo tribuit Basilii, pugnare. Ait etiam Gregorius Maximum, cum videret solitariam vitam nec propriis incommodis carere, nec in aliorum augendis incommodis versari, maluisse in rebus gerendis occupari, & ex duobus egregiis vitæ institutis illud elegisse, quod & sibi & aliis prodest. Ex quibus supra probavimus Maximum ex numero ascetarum fuisse. Eadem prorsus apud Basilium. *Nam si vobis*, inquit, *adversus competunt populi & urbes, quibus recte facta ostenditis &c.* Exstat etiam S. Athanasii epistola ad Maximum philosophum, quem sanctus pater eximiis ornat laudibus: nec improbabile est eundem esse, ac eum de quo Gregorius ac Basilii.

V. Sequuntur duæ litteræ, manifestis secessus notis signatæ, nempe decima & undecima. In prima hortatur viduam, ejus filium Dionysium, olim Diomedem nomine, habebat in monasterio suo, ut ipsa etiam in eandem solitudinem se recipiat, scilicet in monasterium mulierum, quod ad alteram Iridis ripam situm erat. Mittit ad eam filium, velut columba cicur unguento oblita mittitur, ut alias odore attrahat. In undecima epistola ad idem institutum hortatur unum ex amicis, cujus filii monasterium Basilii inviserant, & cum eo diem festum transferant.

Videntur etiam ad secessum & primordia Basilii referendæ epistolæ 12. & 13. ad Olympium: sunt enim in eodem urbanitatis genere ac quarta ad eundem data: nec quidquam habent de magnis rebus, quas infra Basilium cum hoc Neocaesariensi cive pertractantem videbimus.

Sed præcipue nobis reddenda ratio, cur epistolam decimam quartam, alias decimam nonam, quam Tillemontius & alii critici omnium primam in secessu scriptam existimant, serius collocemus. Vix dubium quin scripta sit Cæsareæ, cum Gregorius frater Basilii scripserit velle se cum eo congregari, idemque esse consilii Gregorio Nazianzeno. Tum Basilii, cum partim negotiis revocaretur, partim Gregorio Nazianzeno, a quo toties deceptus fuerat, parum crederet; scribit ei se expectare non posse, ac solitudinis suæ elegantem picturam ante oculos illius ponit. Facit cum Tillemontio prima rerum species & epistolæ lectio non valde intenta. Videtur enim Basilii solitudinem suam describere, ut locum nunquam Gregorio visum. Deinde vero quod ait sibi migrandum esse in Pontum, ubi se tandem aliquando finem oberrandi facturum sperat; nemo fere est, qui non hæc hominis solitudinem appetentis, sed nondum illam experti dicta esse putet. Hæc notiones animum subeunt, si summa vestigia sequamur. Sed si quis singularum rerum pondera examinet, is profecto hanc epistolam intelliget non statim post reditum ex Oriente & Ægypto scriptam esse, sed aliquot elapsis anni & postquam Gregorius in monasterio Ponti aliquandiu vixisset.

1. Illud certo constat Basilium, ubi primum resedit in solitudine, ad Gregorium scripserit & locorum situm ei descripsisse. Huic autem epistolæ nulla prorsus exstat Gregorii responsio. Quod enim respondit se locorum situm non mul-

tum moveri, nisi etiam de vivendi genere aliquid ediscat, id ex Basilii epistolæ secundæ initio discimus, ac nulla prorsus in epistola Gregorii legitur. Amisimus ergo quod Gregorius Basilii solitudinem tum primum degustanti rescripserat. At idem de hac epistola 14. olim 19. dici non potest. Habemus enim huic epistolæ accuratissimam & elegantissimam Gregorii responsionem, nempe epistolam 7. quæ singulis epistolæ Basilii vestigiis insistit, & paribus verbis paria rependit. Distinguenda ergo hæc epistola 14. ab ea, quam initio secessus scriptam una cum Gregorii responso amisimus.

2. Perspicitur ex Gregorii epistola 7. eum jam in solitudine Basilii commoratum fuisse, cum hæc inter utrumque scriberetur. Postquam enim festive jocatus est in Ponticæ tenebras, in situm illius solitudinis, quam Basilii pene insulam esse dixerat, & in fluvium quem cum Strymone comparaverat; tum vero ait: *Quæ igitur scimus de illis fortunatorum insulis... hæc sunt*. Jam ergo Basilium inviserat Gregorius, nec quidquam dicebat, quod non oculatorum testimonio cognitum haberet, ut declarat vox Græca *οὐρανοῦ*. Certe Gregorius Basilii solitudinem sic jocando describit, ut eum ibi jam moratum esse liqueat. Sed quod rem causamque maxime continet, postquam satis jocatus est, ait: *Tu autem, sicut dem bos jocos aquo animo feras, recte feceris: sic secus, plura quoque adjungemus*. Cum Basilii Gregorii jocos, ut par erat, accepisset; tum eum Gregorius sic compellat in alia epistola. *Quoniam* Nor. sp. 2. *quæ jocantes ad te scripsimus, aquo animo feras, age, quæ sequuntur, adjiciamus, ab Homero initium ducentes,*

Nunc age progredians internum concine quæso

Ornatum:

*sugarium videlicet tecto & januis carens, focum ignis & sumi expertem, parietes igni ensecatos, ne luti guttis impetamur, Tantalus similes eademque pœna multati, nimirum in aquis sitentes: juvenas etiam illas & miseris epulas, ad quas Cappadocia vocati sumus non tamquam ad Loto-phagorum inopiam, sed velut ad Alcinoi mensam nos novi & erumnosi naufragi. Memini enim panes illos & juscula (sic enim nominantur) semperque meminero, dentibus circa fragmenta collabescensibus, ac postea sese erigentibus, velutque ex cæno emergentibus. Quæ tu scilicet sublimius exaggerabis, propriis nempe calamitatibus orationis magnitudinem tibi suppeditantibus. Quibus nisi magna illa voraret pauperum studiosa mater tua nos quam celerrime liberasset, nobisque tempestate iactatis velut portus exstitisset, tampridem apud videri esse desissemus, fidei Ponticæ nomine non maiorem laudem consequentes, quam miserationem moventes. Quoniam porro modo steriles illos hortos, oleribusque carentes præteribo, Angliæque finum e domo expurgatum quo eos opplevimus, cum montosum illud plaustrum, & ego vindemiator, & tu, facetus homo, hac cervice, manibusque his, quæ laborum vestigia etiamnum ferunt, traberemus (o terra & sol, o vir & virtus! paulum quiddam more tragico exclamabo) non ut Hellepontum iungeremus, sed ut præruptum & præcipitem locum exaquaremus. Harum rerum commemoratio si te offensa non est, utique nec nos: si autem offensionem ex ea concipies, quanto magis nos ex ipsis rebus? Ac maiorem partem prætermittemus, aliarum rerum, quæ multa nobis contigerunt, pudore deter-*

De pluribus epistolis in secessu scriptis, præsertim de decima quarta, & decima quinta.

*Naz. ep. 9. 1311.* Tertio eadem de re Gregorius scripsit, sed non eodem modo. Declarat enim se non salibus ut antea & jocis indulgere, sed serio loqui. Grata recordatione renovat in animo dies cum Basilio tractatos, psalmodias & vigiliis, fratrum, quos Basilius ad summum pietatis evehebat, concordiam & animorum conjunctionem, scriptas una cum Basilio monasticæ vitæ leges & regulas, sacræ Scripturæ studium, & manuum laborem. Sunt hæc Gregorii tres litteræ ita inter se nexæ, ut divelli non possint; & cum earum scribendarum origo ex Basilio epistola 14. orta sit; merito statuimus hanc epistolam non initio secessus scriptam fuisse, sed aliquot annis elapsis.

Decepit eruditos viros descriptio solitudinis Basilii: sed tamen ne illa quidem indicium caret, ex quibus locum Gregorio notum fuisse judicemus. Sic enim omnia depingit Basilius, sic loci commoda exaggerat, & iis, quæ incommoda & injucunda esse debebant, aliam veluti formam dicendi lepore affingit, ut nequaquam videatur amico ignoti loci cognitionem injicere, sed potius cum eo perurbane & eleganter colludere. Deinde vero dum ait se negotiis distractum, exspectare non posse, dum veniat Gregorius; quænam illum negotia in Pontum celeriter proficisci cogebant, nisi monasterii jam constructi cura? Sed cum primum secessit, non eum negotia in Pontum vocarunt, sed solus amor solitudinis. Demonstrant etiam assuetum huic loco animum hæc verba: *Quod autem maximum de hoc loco dicere possumus, illud est; quod cum quibus sitis oportunitatem ad omnes fructus proferendos idoneus sit, unum omnium mihi incundissimum quietem ac tranquillitatem alit, non solum quatenus ab urbanis tumultibus liber est, sed etiam quia ne viatorem quidem illum ad nos transmittit, si eos excipias, qui inter venandum nobiscum miscentur. Nam præter reliqua feras etiam nutrit, non ursos aut lupos vestros (absit) sed cervorum atque sylvestrium caprarum greges, leporesque, & si quid his simile. Num igitur cogitas, quo ego periculi stultus venerim, cum huiusmodi sedem Tiberina, orbis terrarum barathro, commutare pertinaciter vellem? quem ad locum nunc properanti veniam dabis. Nam profecto nec Alcæon inventis Echiadibus amplius oberrare voluit.*

Unum nobis restat explicandum, cur Basilius in Pontum proficiscens, speret se tandem aliquando finem oberrandi facturum, quasi tunc primum se in solitudinem reciperet. Non valde difficilis & abstrusa res est. Quamvis enim Basilius solitudinem suam in deliciis haberet, eum tamen ab illa nonnumquam causæ graviores abstraxerunt: coactus est Constantiopolim proficisci anno 359. venit Nazianzum anno 360. Dianio Cæsariensi periculose ægrotanti adfuit anno 362. Videtur ergo defunctus molestiis aliqujus peregrinationis, nova quadam cupiditate monasterium repetivisse, sibi que nullam deinceps oberrandi causam superventuram sperasse.

*De epistola 15.*

Locum sibi vendicat epistola decima quinta inter eas quæ scriptæ in secessu fuerunt. Commendat Basilius Arcadio Comiti rei privatæ civem metropolis; quo nomine Cæsaream absens & in Ponto degens appellare potuit; sic enim eam designat ipse Gregorius Theologi pater in epistola inter Basilianas 47. At in ipsa urbe nec apte illam nec commode metropolim vocasset.

Refert Tillemontius hanc epistolam ad divisionem Cappadociæ. Sed ad eam rationem, quam attulimus, illud etiam accedit, quod cum epi-

stolæ, quæ de divisione Cappadociæ scriptæ sunt, flebili prorsus stilo mala patriæ deplorent, hæc decima quinta nihil aliud habet, nisi peracutam & perurbanam commendationem.

### CAPUT VIII.

I. De Juliano imperatoris ad sanctum Basilium epistola. II. S. Gregorius Nazianzenus presbyter creatur. III. Basilius accersitur a Dianio Cæsariensi, & cum eo communicat. Utrum merito hunc hominem laudaverit Basilius. IV. Dianio Cæsariensi succedit Eusebius sub Juliano. V. Julianus Cæsaream tendit. Spuria epistola Basilii & Juliani. VI. Cæsarienses maxime odit, Basilio & Gregorio minatur. VII. Videtur Basilius sub Juliano scripsisse adversus Eunomium. Sub eodem scriptæ duæ aliæ epistolæ. VIII. Ad idem tempus referendæ S. Athanasii ad Basilium litteræ. IX. Probatur sub Juliano Gregorium Nazianzi episcopum subscripsisse formulæ non orthodoxæ. X. Statim post mortem Juliani Gregorius Basilium invisit.

I. Julianus imperator, qui Basilium & Gregorium Athenis cognoverat, eo magis in utroque studio christianæ religionis odio habuit, quo majora in eis ad illam defendendam ingenii & doctrinæ præsidia videbat, Sed tamen si genuinæ sunt hujus apostatæ ad Basilium litteræ, videtur initio Basilii blanditiis alliciendi spes inanes concepisse. Invitat eum ad se, ut ad imperatorem ita cum amicis viventem, ut nec ei adulari cogantur; nec ob imperii splendorem, aut rerum publicarum occupationem molesti occurrant. Concedit ei cursum publicum, si ad se properare velit. Hæc epistola inter Juliani litteras duodecima est. Scriptam conjicit Dupinus a Juliano nondum christianam religionem aperte ejuranti. Negat hoc Tillemontius; quippe cum repugnet, ut Basilium Julianus ad se in Gallias invitaverit, & de publico in Oriente cursu ad arbitrium suum nondum Augustus statuerit. Sed tamen non invitus concedit Julianum, cum hæc scriberet, nondum persecutionis signum extulisse. Abiere in has conjecturas eruditi illi viri, quia hanc epistolam ad Basilium scriptam putabant. Sed si eam scripsit Julianus, homini scripsit Constantii aulæ incommoda experto, non Basilio qui numquam hujus imperatoris limen attingit. Id patet ex his verbis Juliani: *Vivimus enim inter nos non cum sola aulica simulatione, quam te credo hæcenus expertum esse.* Altera tribuitur Juliano ad Basilium epistola, de qua quidem & de Basilii responsione infra agemus.

II. Gregorius Nazianzenus cum paternæ cædem auctoritati, sed tamen invitus ac non libens, presbyter creatus fuisset, hæc tyrannide (sic enim ipse appellat) offensus in Pontum fugit, tum ut dolorem suum amici colloquiis leniret, tum ut deliberaret quid sibi agendum esset. Non tamen diu in hac solitudine resedit, sed partim obducto dolori callo, partim veritus ne patris iram in se concitaret, si precanti non cederet, rediit ad diem Paschæ, cum alio die festo non multo ante discessisset. Ait enim ipse de se: *Mysterium unxit me: mysterio paulisper cessi, ut meipsum inspicerem & explorarem: cum mysterio etiam simul introeo.* Existimat Nicetas ordinatum illum fuisse in die Natalis Christi, fugisse die festo luminum, qui paulo post Natale Domini celebrabatur. Unde existimat Tillemontius

*De Juliano imperatoris ad S. Basilium epistola.*

*S. Gregorius Nazianzenus presbyter creatur. Carm. 1. p. 3.*

*Ibid.*

*or. 41. p. 673.*

tius Gregorium die 25. Decembris ordinatum fuisse anno 363. aut 362. Sed libentius inclinatur in annum 362. quia Basilium, quem post Gregorium ordinatum fuisse constat, anno 362. ad hanc dignitatem censet evedtum fuisse. De Basilio infra videbimus: sed interim doctissimi viri opinionem confirmare possumus testimonio Gregorii, qui sic loquitur in Apologia, quam reditu suo composuit: *Nec vero externum bellum metuo, nec feram illam, quae nunc adversus ecclesias impetum fecit, etiamsi ignem metuetur, etiamsi gladios, etiamsi feras, etiamsi praecipitia & voragine, etiamsi omnium, qui unquam furore praecipites acti sunt, crudelissimus fiat, etiamsi jam inventis supplicis acerbiore alia comminiscatur.* Ex his non obscure colligitur Gregorium hanc scripsisse anno 362. ac proinde ordinatum fuisse die 25. Decembris proxime elapsi. Exhibet enim nobis animum non tam pugnam expertum, quam paratum ad pugnandum; ex quo illud sequitur, nondum Julianum in Capadociam venisse. Praeterea, si hanc scripsisset Gregorius post Pascha anni 363. quo tempore tam multa exstabant Juliani crudelitatis exempla, non jam suspicatus esset, quid facturus esset apostata, sed ejus facta indicasset, eumque non expectatione, ut in testimonio allato, sed re crudelissimum judicasset. Videtur ergo hanc scripsisse Gregorius, antequam Julianus, qui Constantinopolim profectus est mense Maio anni 362. in regionibus, quas Antiochiam petens peragravit, horrenda crudelitatis monumenta reliquisset, quibus postea cumulum in Oriente imposuit.

III. Non multo post Gregorii reditum, Basilium Caesarem venit, Dianii Caesariensis accersitum. Is enim, cum in gravem morbum incidisset, ex quo etiam e vita discessit, cum Basilio, quem a se subscribens formulam Constantinopoli allatam alienaverat, amicitiam & communionem redintegrare voluit, antequam moreretur. Itaque accersito Basilio, dixit, *Domino teste, se scripto Constantinopoli allato in simplicitate cordis assensisse, sed nihil ad fidei Nicenae a sanctis patribus exposita everfionem sibi proposuisse, neque aliud in corde habere, quam quod ab initio traditum acceperat... imo etiam precari se, ut ne separaretur a sorte trecentorum decem & octo episcoporum, qui piam illam doctrinam orbi annuntiarunt.* His auditis Basilius, scrupulo omni evulso, ad communionem Dianii accessit.

Magnis laudibus hunc episcopum effert Basilius; & cum eum anathematizasse diceretur, id a se instar magno criminis detestatus est. Declarat se *ab incunte aetate educatum fuisse in illius amore; & intuenso considerasse quam esset ille vir aspectu venerabilis, quanta majestate praeditus, quantum dignitatis sacerdotalis ore praefrens.* Postquam autem virilem aetatem adeptus est, tum vero illum ex animae bonis novisse, illiusque delectatum consuetudine, simplicitatem & ingenuitatem ac liberalitatem morum perspexisse, & quaecumque alia propria erant viri ornamenta, animi mansuetudo, magnanimitas simul & bonitas, decori studium, animus irae expertus, hilaritas & affabilitas gravitate permixta. Quare ipsum inter homines virtute spectatissimos numerabat. Addit eum pro sua morum lenitate & mansuetudine omnibus paterno pectore satisfacere solere.

Difficile prima specie videtur has laudes conciliare cum maculis, quas nomini Dianii historiarum monumenta inurunt. Is enim in sede inter alias eminenti collocatus, ac magnorum fidei Nicenae defensorum successor, conjunctus cum

Arianis reperitur in concilio Antiocheno anni 341. in quo tam multa impie & nefarie gesta sunt: ejusque nomen a Julio Papa primo loco recensetur inter episcopos Eusebianarum partium. In annotatione, quae ad hunc Julii epistolae locum apposita est apud S. Athanasium, observat eruditus editor Dianium sive Danium, quem Julius primo loco recenset, non esse episcopum Caesariensem, sed eundem qui passim apud Athanasium Διάνιος, quandoque apud Hilarium Diognius, communius apud utrumque Θεόγνιος & Θεογνίς vocatur, id est Theognidem Nicenum. Hujus conjecturae haec affertur ratio, quod Dianium Caesariensem nusquam Athanasius inter Arianos vel Eusebianos numeret, Basilius vero maximis laudibus efferat, Sed minus commoda videtur haec famae Dianii defendendae ratio, Etiam si enim Theognis in Julii epistola non Dianius legeretur; (quod tamen fieri debere negat doctissimus editor litterarum Rom. Pont. quia Theognis Nicenus in eadem epistola proprio nomine appellatur); num idcirco Dianii nomen ex Sozomeni historia deleri posset, qui eum inter praecipuos concilii Antiocheni episcopos numerat? Praeterea aliud probrum non multo minus inhæret Dianio Caesariensi ex Sardicensi concilio, in quo cum Arianis conjunctus fuit, seque cum eis disjunctus ab orthodoxis episcopis, neque exors videtur fuisse eorum nefariae in Julium Papam, Athanasium, Osum, maximum Trevirensis audaciae, quos anathematizare nondubitarunt. Frustra ergo expungatur Dianii nomen ex epistola Julii Papae, in qua tamen primus ob sedis dignitatem videtur recenseri, non quod primas inter haeresis defensores teneret.

Sed cur hunc hominem, cujus famae ejusmodi macula infidebat, tot laudibus extulit Basilius? Illum sane Basilius, si recte attendimus, non sine exceptione laudat. Non enim ei studium sanae doctrinae, non constantiam in periculis pro fide obvinctis attribuit: quae tamen praecipue laudari his temporibus in episcopo tantae sedis debuissent. Quinetiam, ut se ab ejus communiione removeret, forte non solum novissimo illius facto, sed etiam superioribus gestis rebus adductus fuit. Non enim video, cur Gregorii Nazianzi episcopi, qui formulam non orthodoxae subscripsit, communioni semper affixus fuerit, Dianio autem, cui tot nominibus obstrictus erat, non eandem exhibuerit animi moderationem; nisi quia perspicuum erat Gregorii mentem illam ac atramento, ut ait ejus filius, minime infectam fuisse, Dianius vero non ita se haecenus paraverat, ut eum suspicio non attingeret.

Sed si Dianius Arianorum fermentum non effugit, non tamen eorum errorem animo suscepisse credendus est, & a Basilio laudari non debuisse. Constat enim Arianos, quandiu in solo Consubstantiali oppugnando haerere videbantur, ac haeresis venenum premebant, pluribus orthodoxis episcopis fucum fecisse, qui partim pacis decepti studio, partim spe aut metu conducti, eorum intererant conciliis & formulis subscribebant. At postquam Arianos ex dissimulationis latebris in aperta impietatem prodierunt; tum vero plurimi ab eorum communiione discessere, eorumque impietati bellum indixere, quales in concilio Seleuciensi quinque supra centum numerati sunt. Videtur ex ejusmodi hominum numero fuisse Dianius. Lenis illius indoles, qualis a Basilio depingitur, ut omnino idonea non erat quae Ariana fortiter resisteret, ita a perturbanda eccle-

Naz. or. 1. p. 35.

Basilium accersitum a Dianio Caesariensi, & cum eo communicat.

ep. 51. n. 2.

Utrum merito hunc hominem laudaverit Basilius. Ibid. n. 1.

Soz. l. 3. c. 5.

Hilar. fram.

2.

or. 19. p. 297.

ep. 140. n. 2.

or. 19. p. 308.

ep. 238.

Hist. Arian. p. 360.

Dianio Cæsariensi succedit Eusebius sub Juliano. Naz. or. 19. p. 308.

ecclesie suæ pace aut doctrina immutanda erat alienissima. Nicænam fidem ab eo minime attentatam in ecclesia Cæsariensi fuisse testantur quæ moriens Basilio juravit. Huc accedit ipsius Basilii testimonium, qui fidem Nicænam in ecclesia Cæsariensi semper viguisse testatur: nec probabile est Dianium novam ausum esse formulam proponere. Erat enim plebs Cæsariensis, ut ait Gregorius Nazianzenus, ob fidei calorem ad seditionem proclivis; nec si quid novi docuisset Dianius, illius memoria tanto in pretio fuisset, ut odium Basilio constaturos se inimici sperarent, si Dianium ab eo anathematizatum dicerent.

Neque etiam illud dubium est quin se ab Arianis disjunxerit, ubi eorum aperte erupit impietas, & cum fortissimis fidei defensoribus conjunxerit; siquidem S. Meletii communicator existit, & præclari certaminis, quod magnus ille athleta sustinuit, admirator, ut colligi potest ex his Basilii verbis: *Nos autem, inquit, quia qui prior veritatem libere defendit, & bonum illud certamen Constantio imperante certavit, Meletius est reverendissimus episcopus; & quia eum habuit ecclesia mea communicatorem, magnopere eum diligens ob fortem illam ac invictam dimicationem, idcirco habemus illum hætenus, Deo largiente, communicatorem, & certe, si Deus voluerit, habebimus.*

Videtur ergo Dianius ex conciliis Arianorum reversus ad ecclesiam suam, vel occultasse quæ foris egerat, vel morum lenitate, ac ejusdem semper fidei prædicatione invidiam & indignationem declinasse. Quare non debuit Basilius episcopo suo exprobrare, quæ se puero difficillimis temporibus gesta fuerant, nec ei debitas laudes denegare, quas ei magna virtutum ornamenta omnium judicio conciliabant; cum præsertim Basilius cum pluribus aliis, qui non semper ab omni Arianorum fermento puri & intacti fuerant, ut Basilio Ancyrano & Eustathio Sebasteno, communionem & amicitiam conjunctus fuerit. Forte iisdem de causis Athanasius numquam Dianium inter Eusebianos ac hæresis defensores numerat: quamquam cum eo minime communicabat Athanasius. Enumerans enim provincias quibuscum communicabat, de Cappadocia prorsus silet.

IV. Mortuo Dianio Cæsariensi, cum advenissent nonnulli provincie episcopi ut successorem ordinarent; scissi sunt Cæsarienses in contraria studia, aliis alium episcopum poscentibus. Vehemens erat seditio nec facile sedari poterat. Propensa enim erat civitas ad seditiones, in electionibus præsertim, ob fidei fervorem: ac præcellens cathedræ dignitas calorem animis addebat. Tandem universi summo consensu unum ex magistratibus, Eusebium nomine, virum fide & moribus præstantem, invitum & reluctantem corripunt, ac opem ferentibus militaribus copiis, quæ tunc in urbe erant, in sacrarium adducunt, ac episcopis offerunt, a quibus partim precibus, partim vi & immoderato & tumultuario impetu contendunt, ut Eusebium baptizent & episcopum proclamant. Coacti illi Eusebium baptizant, episcopum repuntiant, in throno collocant, sed manu potius quam animi sententia, ut postea declaratum est. Statim enim atque ab importuna multitudine liberi & soli fuere, consilium inter se inierunt; ut nihil eorum quæ gesta fuerant, ratum ac firmum ducerent; vim ei objicientes, qui non minus quam ipsi vim passus fuerat. Dissensit huic consilio Nazianzi episcopus, ac ordinationem Eusebii non minus fortiter defendit,

quam si libere facta esset. Demonstravit collegis vim sibi cum Eusebio communem fuisse: itaque aut accusandum eum non esse, aut episcopos pari crimine implicandos vel etiam graviori. Longe enim satius fuisse extremum periculum adire, ordinationi resistendo, quam semel peractam antiquare velle, præsertim eo tempore, quo veteres inimicitie deponendæ erant; non nove suscipiendæ.

Expectabatur enim Julianus, qui tunc in Christianos fremebat: minitabatur ei qui ordinatus fuerat, ac in summum periculum devenerat civitas. Nam iracundiæ, quam Julianus in Cæsarienses ob incensum fortunæ templum conceperat, novas faces admovit unius ex magistratibus ordinatio, qua rem publicam lædi querebatur. Ipse etiam præses quærebat, quomodo & gratiam apud Julianum iniret, & Eusebium ulcisceretur, cui amicus alioqui non erat, sed ob diversa in rei publicæ administratione studia succensebat. Accersebat ergo per litteras episcopos, ut Eusebium accusarent, additis etiam minis tamquam jussu imperatoris. Hic quoque enituit episcopi Nazianzeni summa animi fortitudo. Sic enim respondit præfidi:

*Nos, inquit, (potentissime præses) verum omnium, quæ geruntur, censorem unum ac regem habemus, qui nunc oppugnatur. Is & præsentem electionem expendet, quam nos rite ac legitime, atque, ut ipsi gratum est, fecimus. Vos autem alia quidem aliqua in re nobis, si animus ita tulerit, vim asserere perfacile potestis, id autem nemo umquam nobis adimet, quin ea, quæ facta sunt, ut recte ac juste facta defendamus. Nisi forte hanc quoque legem statuat, quibus ne in nostras quidem res prospicere fas est.* Epistolam admiratus est præses, etsi primo moleste tulit:

arque hæc Gregorii constantia Juliani impetus compressus, civitas metu liberata, episcopi decore & ignominia.

Cum hæc ordinatio peracta sit instante Juliani adventu, ut testatur Gregorius, videtur ad mensem Junium aut Julium collocanda. Profectus est enim Constantinopoli Julianus mense Maio exeunte, & cum in regionibus interjectis aliquandiu commoratus fuerit, (ubique enim impietatis suæ vestigia reliquit) vix potuit ante Julium aut Augustum Cæsaream advenire.

V. Dum autem urbi propinquat, si illius ad Basilium epistolæ habenda fides, præcipit Basilio, ut sibi Cæsaream adveniendi & adhuc publicum iter tenenti, præsto sint mille auri libræ: secus minatur se Cæsaream eversum, ac statuas & templa erecturum. Sed hoc ipso ex loco spuriam esse epistolam perspicitur. Non enim tunc Cæsareæ erat Basilius, sed latebat in Ponti solitudine, vixque peracta erat ipsius Eusebii ordinatio, cum Julianus venit. Idem erratum commissum est in vita S. Basilii, quæ supposita est Amphilochio. Ibi enim Basilius Juliano obviam processisse dicitur, & Libanius Juliano quæstor genibus pontificis, nempe Basilii, advolutus. Nec accuratior Nicephorus, qui Basilius, Juliano per Cappadociam transeunte, ecclesias Cappadociæ rexisse dicit, τῶν ἐν Καππαδοκίᾳ ἐκκλησιῶν τῆνικαδε τὴν ἐπιτροπὴν ἔχοντος. Frustra Pagiugus hæc revocat ad auctoritatem, quam sub Eusebio presbyter Basilius habebat. Nam ne presbyter quidem tunc erat. In Chronico etiam Alexandrino Basilius Cæsareæ sub Juliano episcopus statuitur. Fucum ergo fecit epistolæ fabricatori hæc de Basilii episcopatu opinio.

Ibid. p. 310.

Julianus Cæsaream tendit. Spurie epistolæ Basilii & Juliani.

In

In quodam scholio vetustissimi codicis Medici, utraque epistola, Juliani & Basilii, nihil prorsus habere dicitur, quod Julianum aut Basilium redoleat. Eas tamen non omnino rejicit Tillemontius, & quominus omnino rejiciat, dicitur potissimum testimonio Sozomeni, cui notas illas fuisse putat. At profecto epistolae illae non exstant tempore Sozomeni, Is enim Juliani epistolam commemorat ad episcopos qui tunc maxime insignes erant, *οἱς τότε διακρίσεις ἐπιστολῶν ἐπέσθησαν*. Quae autem hodie exstat, soli inscripta Basilio, nec alium quam Basilium compellat. Deinde vero Julianus res Christianorum in epistola, quam memorat Sozomenus, irridebat, & Apollinarii adversus ethnicos librum exagitant. Nullum hujus rei vestigium in epistola quam nunc habemus. Ipsa etiam episcoporum responsio, quam Basilio Sozomenus a nonnullis tribui testatur, videtur opus aliquod insignis ad eruditionem fuisse. Ait enim idem scriptor, quicumque operis auctor sit, eum ob animi magnitudinem & eruditionem admiratione dignum esse. At neminem puto in epistola, quae sub Basilii nomine ad Julianum scripta servatur, eruditionem miraturum. Leguntur quidem in nostris epistolis quae Sozomenus ex Juliani & episcoporum litteris excerpt: nempe illud Juliani: *Quae autem legi, intellexi & condemnavi: tum Basilii responsio. Quae autem legisti, non intellexisti, nam si intellexisses, non sane condemnasses.* Sed Juliani dictum deest in plerisque codicibus, Basilii vero in omnibus praeter Harlezanum. Praeterea cum tota epistola haec tam parum cohaerent, ut assuta esse merito pronuntiet Dupinus.

lib. 5. c. 18.

Cæsarienses maxime odit, Basilio & Gregorio iniungitur.

ep. 252.

epist. 100. 176. 252.

a Tillemont. Not. 19. in Basilii. b Naz. or. 19.

Hist. Lauf. c. 113.

VI. Vix ullam civitatem pejus oderat Julianus quam Cæsaream, eo quod studiis christianae religionis ferveret, ac paucissimos haberet ethnicos. Praeterea ex tribus templis, quae in hac urbe fuerant, jam duo antea a Christianis everfa fuerant, nempe Jovis & Apollinis. Tertium, quod fortunae dicebatur, sub ipso Juliano eversum, furis eum incendit. Quomodo poenas a Cæsariensibus repetierit, legi potest apud Socratem lib. 5. c. 4. Iracundia praecipue exarsit in S. Euppsychium, qui hujus facti dux & auctor fuisse dicitur. Huic adjungitur a Basilio sanctus Damas & alii, qui egregii facinoris videntur conficii fuisse. Horum dies festus quot annis Cæsareae die septima Septembris summa celebritate recolebat, ut perspicui potest ex pluribus Basilii epistolis, in quibus episcopos Ponti, Eusebium Samosatensem, Amphiloichium, ad hunc diem, ut longe celeberrimum, invitat. Sed si passus est S. Euppsychius mense Septembris, ac proinde anno 362. (non enim alius annus regnantem habuit Julianum mense Septembris) vel (a) alia illius martyrii assignanda causa, siquidem jam eversum erat (b) templum, cum Julianus Cæsaream venit; vel eum Julianus in carcere usque ad mensem Septembrem detineri voluit, ut poenas ejus longius produceret. Error est in Menæis Græcorum. Nam die 9. Aprilis habemus festum S. Euppsychii sub Juliano passi: die autem 7. Septembris S. Euppsychii Cæsareae in Cappadocia martyris, quem sub Adriano collocant. Fidem etiam coram Juliano liberrime confessus est ac varia pertulit supplicia, teste Palladio, presbyter Philoromus, Basilio carissimus, qui describendis libris & victum sibi & pauperibus subsidia parabat, nec quemquam sibi munerari patiebatur.

S. Basilii Oper. Tom III.

Si nullae exstant Iuliani ad Basilium litterae; illud saltem constat infensum ei fuisse Julianum. Nam Basilium & Gregorium consilii & incepti sui adversarios & hostes dicere solebat, nec leviter eis minabatur: sed minime decus addebant & ad pietatem acuebant, Cum autem eos & moribus & eloquentia & mutua inter se concordia claros jam inde a Græcia esse sciret, Cyclopi honorem illis deferebat, postremosque reservabat: vel daemionibus eos ut magnum quiddam munus immolare volens, vel se abrepturum in barathrum suum stulte sperans.

Naz. or. 4. pag. 132.

VII. Scripti videntur sub Juliano libri adversus Eunomium, ac non multo post Juliani mortem in lucem editi. Non enim citius hoc opus aggredi potuit Basilium. Depositus est Eunomius anno circiter 361. Coram iudicibus, qui eum damnare, ne verbum quidem proloqui voluit, eo quod nefarii homines & improbi, ut ipse aiebat, in iudicum munus sese obrulissent. Sed postea librum suum composuit, quem inscripsit Apologiam. Non tamen hanc elucubrationem statim exsudavit. Nam perabsurde illum facere ait Nyssenius quod sibi videretur Apologiam in tempore instituisse, quamvis longe aberrasset a tempore, quod tunc maxime opportunum fuit, cum iudices sederent. *ἑαυτὸν μὲν κατὰ καιρὸν ἀπολογησάμενος λέγει, τούτων τὸν καιρὸν κατόπισιν γενόμενον.* Ex his patet aliquid spatii iudicium inter & Apologiam effluxisse: nec proinde Basilium ante annum 362. aut 363. stilum ad eam refellendam excoisse.

Videtur Basilium sub Juliano scripsisse adversus Eunomium.

Nyssen. 1. Eunom. p. 298.

Ibid. p. 302.

Neque etiam serius hoc opus collocari potest. Ait enim Basilium se in hoc scribendi genere omnino inexercitatum esse, seque silentium, cujus ab initio studiosus fuit, servaturum fuisse, si nihil contra veritatem Evangelii tentatum fuisset. Praeterea hoc opus misit Leontio sophistae anno 364. ut videre est in epistola 20. Sed dubitandi locum non reliquit Nyssenius. Is enim testatur Eunomium in elaboranda adversus Basilium responsione non minimam vitae suae partem infumisse; nec mirum esse, si tantam amatorum suorum approbationem commoverit, cum hoc opus per tot annorum Olympiades concinnaverit. Quare cum haec secunda Eunomii Apologia statim post mortem Basilii prodierit, qui prima die anni 379. obiit; saltem duodecim annorum spatium inter opus Basilii & responsionem Eunomii statuendum, ne tot Olympiades, quas in hac elucubratione infumisse Eunomius dicitur, absurdam exaggerationem habere videantur. Videntur ergo libri in Eunomium prodisse anno 363. aut 364.

Ibid. 86.

Cod. 138.

lib. 8. n. 12.

Narrat Photius Eunomium, etsi multas Olympiades in hoc opere infumit, illud tamen vivente Basilio absolvisse, sed sedulo cavisse ne in illius manus perveniret, ac fidis tantum amicis legendum commississe. Addit easdem cautiones mortuo Basilio adhibitas fuisse, quamvis nihil jam metuendum videretur: sed tamen consequutum non esse Eunomium, ut opus non incideret in manus Theodori, Gregorii Nysseni & Sophronii, qui illud egregie proffigarunt. Ex his patet quam non pudenter mentiatur Philostorgius, cum Basilium ait lecto hujus responsionis primo libro, percussus dolore e vita migrasse. Secunda illa Eunomii Apologia in tres libros distributa erat, si Photio credimus. Quinque numerat Philostorgius. Prima vero unico libello continebatur. Videtur Basilium hoc opus monachorum suorum rogatu refellendum suscepisse.

pisse. Ait enim iis, quibus elucubrationem suam nuncupat, se eorum amore adduci, ut ipsorum mandatis morem gerat; seque eorum precibus sperat idoneam dicendi vim accepturum. Sed nescio unde hauserit Photius; hanc quoque primam Apologiam Eunomium in tenebris arcano fovisse, ita ut eam vix nancisci potuerit. Nihil ejusmodi apud Basilium legitur; sed suas quidem Eunomium blasphemias sub specioso Apologiz nomine occultasse dicit; ipsam autem Apologiam minime dicit occultasse.

Scripta est adversus Eunomium epistola 16. quæ tamen videtur longioris elucubrationis fragmentum potius esse, quam epistola.

Sub eodem scriptæ duæ aliæ epistolæ.

ep. 17.

Scripta sub Iuliano epistola sequens ad Origenem, cujus filios Basilium libenter in sua solitudine viderat. Erat Origenes ille vir eruditus & religionem sub impio imperatore scriptis defenderat, aut saltem liberrime confessus fuerat. Deo enim gratias agit Basilium, quod veritatem ex eorum, qui summam potestatem habent, prodicione lædi non siverit, sed per Origenem defensionem veritatis impleverit. Non dubitat quin illi cito exarescant, Origenes vero efflorescentem ac semper novam mercedem a Domino consequatur ob ea quæ pro ipsius nomine loquutus est. Existimat Tillemontius id de Ecclesia meritorium esse Origenem, ut cum Julianus Christianos a liberalibus disciplinis arceret, ipse nonnulla in eorum usum, itidem ut Apollinarius, elaboraret.

Redolet idem tempus epistola 18. ad Macarium & Joannem, quos cum multa deterrerent ab ascetica vita amplectenda, hortatur Basilium ut nec eos conturbet mendax contumelia, nec minæ terreant eorum, qui summam potestatem habent, nec risus contristet aut contumelia familiarium, nec condemnatio ab hominibus curam & studium præ se ferentibus, a quibus fortissima ad decipiendum esca prætextitur, simulata adhortatio.

Ad idem tempus referendæ S. Athanasii ad Basilium litteræ.

VIII. Videtur sub Iuliano S. Basilium accepisse litteras a S. Athanasio; quas in manibus habere se & exposcentibus ostendere testatur in epistola 204. n. 6. In his litteris S. Athanasius a Basilio consultus clare pronuntiabat, *Si quis ex Ariano- rum hæresi transferri voluerit, fidem Nicænam confitens, cum admittendum esse, nec in eo recipiendo hastandum*. Hujus decreti socios citabat Athanasius & Macedoniæ & Achaïæ episcopos omnes.

Cur has litteras ad hoc tempus referam, potius quam ad annum 371. non infirma suppetunt rationum momenta. 1. Cum S. Athanasium consuluit Basilium anno 371. jam moveri cœperat quæstio de Spiritu sancto, quæ Basilium aliquid fidei Nicænz addere coegit. At litteræ de quibus nunc agimus, nihil prorsus addendum præscribebant: quod argumento est nihil ea de re sciscitatum esse Basilium, sed tantum de iis qui ab Ariano hæresi redibant. 2. Citabat Athanasius hujus decreti socios Macedoniæ & Achaïæ episcopos omnes, qui idem procul dubio in conciliis suis statuerant. At nihil prorsus dicebat de aliarum gentium, nempe in Gallia & Hispania & ubique episcopis, quibus idem placuisse testatur in epistola ad Ruffinianum. Num igitur S. Athanasium dicemus tot synodorum decreta imprudentem omisisse, aut Basilium, qui illius epistolam in manibus habebat, & exposcentibus solebat ostendere, quid in ea scriptum esset nescivisse? Id profecto verisimile non fit.

Quare longe satius est epistolam S. Athanasii scriptam quidem post synodos in Ægypto & Macedoniæ & Achaïa celebratas existimare, sed antequam concilia eadem de re in Hispania & Gallia & aliis locis haberentur, aut saltem habita nuntiarentur Athanasio. 3. Rationem reddit Basilium, cur Eustathium ad suam communionem admisisset. Non enim difficile est Eustathium his verbis depictum agnoscere: *Si quos aliquando, inquit Basilium, ab Arto magistro profectos in communionem admisimus, morbum intimo corde occultantes & pia verba loquentes, aut certe iis quæ a nobis dicebantur non repugnantes, ita suscepimus; cum non omnes de talibus iudicium nobis ipsis permitteremus, sed sententiam, quæ prius lata de illis fuerat a patribus nostris, sequeremur. Ego enim cum accepissem litteras beatissimi patris Athanasii, ... ratus necesse esse tantum virum sequi ob eorum qui legem tulerant, auctoritatem, simulque cupiens pacificationis mercedem consequi, fidem illam consistentes adscribendam numero communicatorum*. Adduxerunt ergo Basilium Athanasii litteræ, ut cum Eustathio communicaret; & antequam has acciperet litteras, incertus erat utrum Eustathii communionem necne admitteret. Id autem minime congruit anno 371. Tunc enim nullas habebat, aut saltem nullas sibi habere videbatur ambigendi causas: & cum longe ante annum 371. firma cum Eustathio communionem & amicitia conjunctus esset; nequaquam cum litteræ hoc anno acceptæ ad hanc communionem adducere potuerunt. Sed cum Eustathius anno 360. subscripsisset formulæ Constantinopolitanæ, ac sub Iuliano rediret ex Dardania (in hanc enim regionem relegatus fuerat) magna deliberatio incidit Basilio, quibusnam conditionibus cum eo communicaret. Nam cum se Basilium eadem de causa ab episcopi Cæsariensis communionem removisset, temere cum Eustathio communicare non debuit. Quare digna res erat de qua ad Athanasium referret; nec aliud tempus magis idoneum his inter Athanasium & Basilium litteris assignari potest.

IX. Iter in Pontum videtur suscepisse Gregorius sub fine imperii Juliani; nempe cum ipsius pater eo, ut satis per se patet, absente subscripsit cuidam formulæ, quæ magnas in ecclesia Nazianzena turbas commovit, ac monachis locum dedit ab episcopi sui communionem discedendi. Mirum sane ac vix credibile ejusmodi subscriptionis exemplum sub Iuliano. Erat enim illud tempus, etiam omnibus Christianis molestum, orthodoxis tamen ad fidei catholicæ, quam hæreticis defensionem erroris commodius. Sed tamen cum sua sponte non repugnat, ut Gregorius pacificationis causa etiam sub Iuliano formulæ alicui non sanæ subscripserit; tum vero eum tunc subscripsisse hæc maxime demonstrat ratio, quod monachi Nazianzeni statim atque subscripsit ab ejus communionem discesserunt, nec tamen ante illud quod dixi tempus discesserunt.

Nondum profecto monachi discesserant a communionem episcopi Nazianzeni, cum Gregorius e Ponto rediens anno 362. summam ecclesiæ Nazianzenæ concordiam laudaret in secunda oratione. Recens erat tumultus cum scriberet orationem tertiam, quæ prima est in Iulianum. Ibi enim sic loquitur: *Atque utinam ille quoque catus ad eorum nostrum se adjungeret, qui, cum prius cantionem baudquaquam adulterinam atque ignobilem nobiscum Deo accineret, ac dextro quondam*

Probat sub Iuliano Gregorium Nazianzi episcopum subscripsisse formulæ non orthodoxæ.

p. 48.

p. 53.

dam ordine dignus haberetur, atque etiam, ut con- fido, brevi habebitur, haud scio qua re commotus, repente tantum in diversum mutat, alioque gradu atque ordine sese collocat: ac ne ob communem quidem latitiam (quod etiam magis miror) adduci potest ut nobiscum jungatur. His certe vocibus, cum haecenus Deo cantionem accineret nobiscum, subito ad altam communionem prorumpit, recens esse indicat monachorum factum. His adde spem illorum reditus, summam lenitatem, qua eos ut membra sua complectitur: & quod ait in orat. 12. p. 196. & or. 19. p. 297. monachos omnium postremos discessisse. Ex his autem simul probatur non multo ante subscripsisse Gregorium. Nam si subscripsisset sub Constantio anno 360. vel 361. quomodo monachi indignationem suam usque ad annum 363. corde pressissent? aut si tamdiu presterunt; cur discessionem subito & precipiti consilio attribuit Gregorius? Eisdem vocat calidiorum ecclesiae partem in oratione 19. pag. 297. Generatim de omnibus monachis ait in orat. 21. p. 388. eos in aliis rebus pacatos & moderatos esse, hac in re lenes & faciles non esse, cum per silentium & quietem Dei causa proditur, sed bellaces & in consilendo acres & feroces. Cum his non quadrat dissimulatio plurimum annorum, quam monachis Nazianzenis attribuit Tillemontius, cum Gregorium sub Constantio existimat subscripsisse.

Præterea causam subscribendi non repetit Gregorius ex iussis aula profectis aut ex rerum perturbatione, quæ tunc summa fuit, sed ex desiderio pacis & communionis cum nonnullis, in eundem. Patet id ex his verbis orat. 19. *A ferventiore Ecclesie parte ob eam causam scditio in nos excitata est, quod scripto quodam, & artificiosis verbis circumscripti, in pravam societatem pertracti fuissimus.* Hinc etiam Gregorius ait in oratione 12. ecclesiam Nazianzenam ante illud dissidium, arcam Noe vocari solitam esse, ut quæ universi orbis diluvium sola effugisset. Sed si episcopus Gregorius sub Constantio Arianorum artibus succubuerat; non videretur cur ecclesiam Nazianzenam mala communia minime attingisse dicantur.

X. Juliani mors divinitus Basilio revelata fuisse dicitur; sed cum tanta circumstantiarum varietate, ut referre non libeat, quæ ea de re leguntur in Chronico Alexandrino, apud sanctum Damascenum in libro de imaginibus, qui vitam Basilii ab Helladio scriptam citat, & in Basilii vita Amphilochio supposita.

Ex his verbis secundæ orationis Gregorii in Julianum. *Hæc tibi Basilus & Gregorius,* colligunt eruditi viri Gregorium a Basilio adjutum fuisse in his orationibus componendis. Probabilis sane hæc conjectura: & cum Gregorius sese paternæ domus sollicitudini interdum eripere solet; videtur in Pontum venisse post mortem Juliani; & Basilii consilio ad hanc elucubrationem usus fuisse.

CAPUT IX.

I. Presbyter creatur Basilus. II. Ordinatus anno 364. III. De prima illius oratione & tribus epistolis. IV. Pacis causa secedit in Pontum. V. Redit Cæsaream, ut hanc ecclesiam Valente adventante defendat. VI. Secessio ponenda exente anno 364. aut inente 365. Reditus anno 365.

I. Deplorat (a) Gregorius, ut magnum ætatis suæ vitium, quod sæpe in electionibus nulla haberetur doctrinæ & sanctitatis ratio, ac homines S. Basilii Oper. Tom. III.

A neutro instructi præsidio ad sacerdotium subito eveherentur, & primo loco constituti, meliores se ac sanctiores despicerent, quasi cum dignitate sapientiam & eruditionem accepissent. Non sic Basilus, sed præscripto canonibus ordine ad sacerdotium pervenit; & cum sacros libros populo legisset, in presbyterorum ac deinde in episcoporum cathedra sedit, non honorem quærens, sed ab honore quæsitus; nec ab hominibus, sed a Deo gratiam accipiens. Basilium (a) Philostorgius jam anno 359. diaconum fuisse putat: (b) Socrates, qui cum Basilio S. Chrysostomi amico nostrum confundit, ad hanc eum dignitatem a S. Meletio evectum narrat. Sed Tillemontius ne diaconum quidem fuisse Basilium probat ex testimonio Nazianzeni, qui in tam accurata ordinum, quos exercuit Basilus, enumeratione non omisit diaconatum, si in hoc quoque gradu ministrasset.

Quam non modocitra ambitionem, sed etiam non libenter ordinatus fuerit; ex epistola 21. Gregorii perspicimus. *Tu quoque captus es, inquit Basilio quemadmodum & nos circumscripti: quando quidem ad presbyterium pertracti sumus. Atque id quidem a nobis non expetebatur. Nam uterque alteri, si alii cupiam, locupletos esse testes possumus, quam nobis cordi esset pedestris philosophia humique depressa.* Ex primis ejusdem epistolæ verbis, *Epistola tua proœmium laudo. Quid autem tuorum non laudandum?* liquet Basilium priorem scripsisse, ac Gregorio onus sibi impositum significasse, vel potius ingemuisse. Illum enim consolatur Gregorius; & quoniam id factum est, quod fortasse non fieri præstitisset, ferendum esse statuit præsertim ob tempus multas, inquit, *in nos excitans hæreticorum linguas. μάταια δὲ τὸν καὶ πολλὰς ἡμῶν αἰρετικῶν ἐκτροχίονα γλῶσσας.*

II. Satis inter eruditos convenit Basilium anno 362. presbyterum fuisse ordinatum. Baronius & Hermantius ex epistola modo laudata colligunt ordinatum illum fuisse eodem fere tempore ac Gregorium; conjicit Tillemontius Basilium, cum Cæsaream venisset ægrotante Dianio, ibi usque ad electionem Eusebii moratum esse, & ab Eusebio, forte hortatu Gregorii patris, retentum & ordinatum.

Timiditatem injicit hominum doctissimorum auctoritas, quominus ab eis dissentiam; sed tamen cogor dissentire. Atque illud quidem certo statuere videntur, serius Basilium ordinatum fuisse quam Gregorium, Non minus perspicuum & exploratum est, eum non a Dianio, ut quidam voluerunt, sed ab Eusebio ordinatum fuisse. Nam Dianus paucis mensibus post Gregorii ordinationem mortuus est, nec cum eo Basilus ab anno 360. nisi in extremo morbo communicavit. Sed quod ordinationem ad annum 362. referunt, id vellem vincibili aliqua ratione firmassent. Nam Basilium Cæsareæ usque ad electionem Eusebii moratum esse, conjectura est nulla prorsus fulta ratione, vel potius Basilii solitudinis amori, & curæ monasterii regendi repugnans; cum præsertim fateatur Tillemontius tempus in hac electione disensionibus extractum fuisse.

Sed, quod me maxime deterret ab hac amplectenda opinione, pluribus rationum momentis adducor, ut Basilium anno 364. sub Valente credam ordinatum fuisse, 1. Ipsa Gregorii verba Basilium monentis, ut sibi caveat præsertim ob tempus, multas in nos, inquit, hæreticorum excitans linguas; hæc, inquam, verba Valen-

a lib. 4. c. 12.  
b lib. 4. c. 26.

Ordinatus anno 364.

Naz. ep. 11.

p. 297.

p. 196.

Statim post mortem Juliani Gregorius Basilium invisit.

Presbyter creatur Basilus. (a) orat. 20. p. 336.

lentis imperio mirifice congruunt, Juliani vero nequaquam. Nam sub Juliano nulla ab hæreticis pericula, maxima ab imperatore apostata exstiterunt. Sub Valente autem hæresis statim verticem sustulit, & ignis, qui sæviente Juliano persecutione suppositus cineri videbatur, denuo exarsit. Nota profecto res est & ab ipso Tillemontio notata, hæreticos ipsos sub Juliano a domesticis dissensionibus quodammodo ad communis causæ defensionem avocatos fuisse. Non erat ergo hoc tempus ad eorum excitandas linguas idoneum. 2. Basilium in epist. 210. ait se in Ponti solitudine *plures annos continuos* commoratum esse. At in ea quam refellimus opinione plures quidem traduxit annos in Ponto, sed interruptos ac minime continuos. Illuc enim se contulit anno 358. Presbyter anno 362. creatus rediit in Pontum anno 363. ibique, ut existimat Tillemontius, usque ad annum 366. resedit.

3. Duas habemus Basilii ad Leontium epistolas, quæ, ut modo videbimus, notis anni 364. exeuntis signatæ sunt. Eadem initio sacerdotii scriptæ videntur. Ait enim: *Nobis enim crebræ illæ occupationes, quibus nunc distinemur, excusationem forte afferant, si litteris desimus.* 4. Libros in Eunomium scriptos esse ostendimus anno 363. Longe autem probabilius tunc Basilium adhuc in solitudine resedisse, quam insolitis sacerdotii occupationibus difficillimi operis laborem addidisse.

Non videtur ante mensem Septembrem hæc peracta ordinatio, Neque enim ante hoc tempus verticem sustulit hæresis. Quoad Orientem fuit Valentinianus, nihil metuendum fuit ab hæreticorum potentia; Valens die 28. Martii Augustus renuntiatus, elapso circiter mense fratrem Sirmium usque comitatus est; & cum in nonnullis civitatibus interjectis satis diu morati fuerint, vix potuit Valens ante mensem Septembrem Constantinopolim redire. Redeunti occurrerunt Heracleæ legati Lampfaceni; sed cum jam illum in suas partes traxisset Eudoxius, præcepit legatis ut Eudoxio sese adjungerent: renuentes iracunde dimisit ac ecclesiam persequi cœpit. Hæc prima fuit hæreticorum sub Valente nefaria molitio, cujus fama jam in Cappadociam perlata fuerat, cum Basilium receos ordinatum monuit Gregorius, quantum ab hæreticis periculum immineret. Basilii ordinationem longius a mense Septembri removere non sinunt, quæ ab eo deinceps, usque ad Valentis adventum gesta narrabimus.

III. Ejectus ad sacerdotium Basilium locum non institutum mutavit. Quemadmodum enim ex solitudine urbem effecerat studio juvandi proximi; ita in urbe tamquam in solitudine versari sciebat, teste Nysseno, nec hominum frequentia nec negotiorum multitudine a pio & cauto vivendi genere avocatus. Magnum sane præsidium existit ecclesiæ Cæsariensi in ejusmodi presbytero, qui præter eloquentiam, qua sophistas omnes illius ætatis longe superabat, per octo annos sese exercuerat in sacris Scripturis legendis, in meditanda ac propugnanda Ecclesiæ doctrina, ac in omnibus monastici instituti virtutibus excolendis. Prima illius oratio videtur ea existisse, quam habuit in sex primos versus Proverbiorum. In primordio enim declarat se obedire *benigno patri, qui more peritorum venatorum in locis difficilem aditum habentibus, quasi catuli alicujus cursum experiri volens, Proverbiorum principium proposuerat exponendum.*

Am. l. 26. c. 4.

De prima oratione & de tribus epistolis. Nyss. de Basil. som. 3. p. 488.

Inter Basilii homilias hæc sola occurrit, quæ coram episcopo habita videatur: sola enim præsentem episcopum honorifice salutat.

Cæterum non in solo verbi ministerio Eusebium juvabat Basilium: sed plures ecclesiæ administrationis partes ei commissæ videntur. Nam crebræ illi occupationes parum otii relinquebant, ut ipse testatur in epist. 20. Hujus autem & vigesima primæ scribendæ ea fuit occasio. Cum Leontius sophista Basilium accusasset quod raro ad se scriberet; crimen in Leontium retorquet Basilium, eumque eo magis culpandum demonstrat, quod & plurimas scribendi occasiones habeat, & ut sophista, loquacissimus sit: car autem ipse rarius scripserit, excusat crebras occupationes quibus distinetur, & contractam ex vulgaris sermonis usu æruginem quamdam, quæ sophistas alloqui prohibeat. Respondit Leontius & Julianum quemdam incusavit, quod suas Basilio litteras non reddidisset. Tum Basilium peracute Julianum comparat cum iis a quibus tunc antiqua debita reposcebantur: & quærit ex Leontio num ei placeat celeberrimum illud tetraplum, quod tunc pluris faciebant pecuniæ publicæ collectores, quam Pythagoræ Tetradyn. His leporibus notabat Basilium crudelitatem Petronii, socii Valentis, qui, ut ait Ammianus, *ad nudandos sine discretionem cunctos immaniter flagrans, nocentes pariter & insontes post exquisita tormenta quadrupli nexibus vinciebat, debita jam inde a temporibus principis Aureliani persecutus, & impendio mærens, si quemquam absolvisset indemnem.* Hæc autem Petronii crudelitas, eodem teste Ammiano, cum omnium animos in Valentem exulcerasset, spem injecit Procopio potiundi imperii, quod tandem occupavit anno 365. Utramque ergo epistolam non immerito referimus ad annum 364. exeuntem aut 365. incuntem. Serius enim collocari non debent; quia Basilium circa hoc tempus Cæsarea discessit.

Cum scriberet Basilio Gregorius more suo epistolam verbis brevem, sententiis copiosam; Databellaris, absente Basilio, epistolam commisit uni ex Basilii amicis: ex quo conjicio eum Cæsareæ potius quam in Ponto domicilium habuisse. Nam in monasterio tradita fuisset epistola ei, ad quem cura ejusmodi rerum pertinebat; nec quærendi in hunc usum fuissent Basilii familiares. Respondet Basilium per Petrum, quem ipsius fratrem fuisse nolim asseverare, quippe cum eum de more Basilium fratrem suum non appellet.

IV. Eo carior Eusebio debuisset esse Basilium, quo magis eum in ferendo episcopatus onere juvabat. Sed quamvis Gregorius dissensionis causam consulto taceat, videtur Basilii fama & summus ingenii & doctrinæ splendor oculos Eusebii læsisse. Erat enim Eusebius cætera quidem fortis & pietate conspicuus, ut persecutio declaravit; sed tamen recens in cathedra collocatus, nondum omnes sæculi affectus deposuerat, ac humani aliquid passus est, & Basilium ab ecclesiæ administratione non sine ignominia removit. Ducem suum sic injuria affectum & rejectum monachi Cæsarienses ferre non poterunt; sed statim audaci facinore ab episcopi communionem recedere statuunt, secumque partem plebis & honoratorum non exiguam abstrahunt. Erat perfacile schisma conflare, tribus de causis. Nemo venerabilior eo cui facta injuria, ac idoneus erat qui, si voluisset, robur & fiduciam adderet factioni: Eusebius civitati suspectus pro-

lib. 26. c. 6.

Pacis causa fecerit in Pontum.

Naz. p. 340.

p. 336.



propter ordinationem : aderant ex Occidente A  
episcopi , qui omnes orthodoxos in suas partes  
pertrahebant . At Basilius non is erat , qui aut  
iis quos adversarios , aut iis quos nimium sui  
studiosos habebat , oblectari vellet , aut ecclesiam  
sua causa dilacerari pateretur , eum præsertim  
aliunde oppugnatam & in periculum coniectam  
videret ob hæreticorum , qui tunc vigeabant , do-  
minatam . Quare consiliario utens & hortatore  
Gregorio fugit cum illo in Pontum , & mona-  
stera , quæ illic erant , gubernat , Episcopos il-  
los Occidentales existimant eruditi viri Eusebi-  
um esse Vercellensem cum aliis nonnullis , qui B  
nobis cogniti non sunt . Revera narrant (a) So-  
crates & (b) Rufinus S. Eusebium , Antiochia  
digressum , Orientis ecclesias peragrassè . Inde  
concludit Tillemontius dissidium illud ad an-  
num 363. referendum . Sed si tunc adfuit S. Eu-  
sebius Vercellensis , necesse est longiores ei in  
Oriente moras attribuerè , cum Basiliæ ordinatio  
ad annum 363. referri non possit .

a lib. 3. c. 9.  
b lib. 1. c.  
30

Redit Cæ-  
saream , ut  
hanc eccle-  
siam Valen-  
te adveni-  
ente defen-  
dat .  
a Naz. or.  
20. pag.  
338.

V. Si secessio Basiliæ digna fuit admiratione ,  
multo dignior reditus existit . Nam cum (a) Im-  
perator Valens , veri amantissimus , ut ait Gre-  
gorius , & Christi inimicissimus Cæsarum immi- C  
neret anno 365. agmèn impium agens , episco-  
pos Arianos , crudeles ecclesiarum tetrarchas ;  
Cæsariensis ecclesia in maximum periculum ve-  
nerat . Nam strenuis illa quidem viris abunda-  
bat , sed propugnatore destituta erat ac defen-  
sore sermonis & spiritus præsidii instructo : nec  
Ariani , qui jam alias ecclesias vicerant , alias  
oppugnabant , alias victuros se sperabant , ulla  
re alia magis erigebantur ad spem evertendæ  
Cæsareæ , quam Basiliæ secessu & ducis imperi-  
tia .

Sed eorum fregit consilia Gregorius Nazian- D  
zenus , qui cum Basiliæ Cæsareæ , pacis eccle-  
sasticæ causa , abduxisset , idem illius reditum  
ad ecclesiæ defensionem pari prudentia consecit .  
Vocatus perhonorifice ab Eusebio Cæsariensi ad  
aliquem spiritalem conventum , id est , ad ali-  
quem diem festum ; gratum animum , ut par-  
erat , significavit ; sed non omisit occasionem li-  
bere conquerendi , quod injuriam Basilio fecis-  
set Eusebius & adhuc faceret . Dum enim sibi  
honorem habet , contempto Basilio ; idem eum  
facere , ac si quis unius viri caput altera manu  
demulceat , alteram malam feriat ; aut etiam con-  
vulsis domus fundamentis parietes pingat , atque  
externas partes exornet . Pollicetur summam fo-  
re in eum Basiliæ observantiam , si æquus in Ba-  
siliæ esse velit : se quoque statim sequuturum ,  
quemadmodum umbræ corpora sequuntur .

Naz. ep. 20.

Quamvis admonitionem eximiis laudibustem ,  
peret , eumque sacerdotem appellet omnium ,  
quos noverit , & vita & sermone præstantissi-  
mum ; illius tamen libertatem sibi injuriosam  
videri significavit Eusebius . Tum Gregorius de-  
clarat se non contumeliose , sed accommodate  
ad leges spiritus scripsisse : æquum enim esse ,  
ut sibi Eusebius , quamvis gradu superior sit ,  
justam libertatem concedat , Cæterum si se in-  
star famuli esse velit , quique ne obtueri qui-  
dem debeat ; passurum se hanc injuriam ; sed id  
pietate Eusebii prorsus indignum esse . Signifi-  
cat in alia epistola nullam se offensionem ani-  
mo suscepisse ; sed etiam si suscepisset , libenter  
hoc tempore depositurum , cum videat feras in  
Ecclesiam irruentes , & generose resistentem Eu-  
sebiæ . Itaque venturum se promittit , si ita  
videatur Eusebio , ut cum illius precibus suas

Naz. ep.  
169.

ep. 170.

conjugat , & simul pugnet , eumque , ut præstan-  
tissimum athletam pueri hortatores , succlamen-  
do iacitet .

Non ingrata fuit Eusebio opera Gregorii , sta- ep. 19.  
timque ad eum se contulit Gregorius , eumque  
tempore , ut ferrum igne , mollicum esse animad-  
vertit , & ad ruddendam Basilio benevolentiam  
omnino propendere . Quinetiam significavit se ad  
Basiliæ placandi & advocandi causa scripturum ,  
idque multi , qui Eusebii consiliis intimi erant ,  
confirmarunt . Statim ergo Gregorius Basiliæ  
totius rei certiore facit , eumque hortatur , ut  
episcopum occupet aut adveniendò aut scriben-  
do , vel potius scribendo ac deinde veniendo .  
Non enim honori futurum Basilio , si prior epi-  
scopus cessisse videretur . Præterea tempus po-  
stulare , ut quos hætenus sudores ac labores su-  
stinuit , nequaquam illos temporis puncto effun-  
dat , sed potius auxilio accurrat Ecclesiæ hære-  
ticorum concursu vexatæ , quorum alii jam ad-  
erant & turbas ciebant , alii mox erant adfutu-  
ri . Promittit se comitem itineris libenter futu-  
rum , si hoc operæ pretium existimet Basilius .

Non multis opus habuit sermonibus generosa  
Basiliæ anima , sed statim ac Gregorium vidit  
legati munus obeuntem , cum eo accurrat Cæ-  
saream , ac nullis prorsus simultatis reliquiis in  
animo residentibus totum se ad defensionem ec-  
clesiæ matris impendit . Omnia quippe simul præ-  
stat , inquit Gregorius , inimicitias deponit , con-  
sultat , actem instruit , scandala & offendicula , que  
in medio erant , submovet , cunctaque ea , quorum  
fiducia illi nos bello laceffendos putaverant . Alios  
assumit , alios retinet , alios propulsat . Aliis muras  
firmus & vallam efficitur : aliis securis petram scin-  
dens , aut ignis in spiritibus , ut divina Scriptura lo-  
quitur , sementitios homines , & in divinitatem con-  
rumellosos , facile absumens . Declarat Gregorius ,  
si quid Barnabas Paulo decertanti navavit , ( sic  
enim & se & Basiliæ designat ) id Paulo tri-  
buendum esse , qui eum certaminis socium ad-  
hibuit . Rediere ergo re infecta hæretici , tunc  
primum pudore suffusi & victi , nec aliud quid-  
quam ex tantis conatibus perceperunt , nisi ut  
invictum in defendenda Trinitatis fide Cappa-  
docum animum perspicerent .

VI. Secessionem ac reditum Basiliæ aliter ac  
Tillemontius & alii critici distribuimus . Nam  
E secessisse illum anno 363. rediisse anno 366.  
existimat Tillemontius . Reditum ad annum 367.  
cum Baronio rejiciunt continuatores Bollandi .  
Pagius ad annum 370. Pluribus rationum mo-  
mentis adducor , ut eum anno 364. exeunte  
aut ineunte 365. existimem secessisse , anno au-  
tem 365. rediisse . De secessu jam magna ex  
parte perfecta res ex his quæ diximus de illius  
ordinatione , Nam si presbyter creatus est anno  
364. si anno eodem exeunte , aut sequenti in-  
eunte adhuc Cæsareæ sacerdotio perfungebatur ,  
ut vidimus ex epistolis 20. & 21. non potuit  
ante hoc tempus imminentes turbas prudenti se-  
cessu declinare . Atque id quidem mirifice qua-  
drat cum ipso Basiliæ testimonio , qui secundam  
illam secessionem ne numerat quidem , sed se  
plures annos continuos in Ponti solitudine tradu-  
xisse testatur . Adeo brevis fuit secunda illa se-  
cessio . Sed nihil significantius Gregorii testimo-  
nio qui conceptis verbis testatur magnam hæ-  
reticorum potestatem fuisse , cum Basilius dis-  
cessit : quod quidem de Juliani imperio dici non  
potest , multo minus de Joviani . Sic autem lo-  
quitur Gregorius : Nec illius erat dimicare , aut

Secessio po-  
nenda anno  
364. exeun-  
te aut ine-  
unte 365.

ep. 210.

p. 337.

Ec-

*Ecclesia corpus lacerare, quae etiam aliqui ab A hereticis, qui tum potentiam atque imperium obtinebant, oppugnabatur, ac periculose affecta erat.*

reditus  
anno 365.

VII. Quod spectat ad reditum, immerito in annum 366. aut 367. differtur. Multo absurdius rejiceretur ad annum 370. necessario collocandus ad annum 365. Nam 1. tam longam absentiam non patitur rerum a Basilio presbytero gestarum series, quam infra texemus, Ipse Gregorius nihil in primordiis sacerdotii narrat praeter similitatem cum Eusebio. Initium magnarum rerum a reditu sumit, quod argumento est nec diu abfuisse Basilius, nec multo post ordinationem secessisse. 2. Certissimum argumentum suppeditat Valentis in urbem Caesarem adventus anno 365. Erat in hac urbe IV. Non. Jul. eodem anno, ut perspicitur ex lege quinta de Susceptoribus data Caesarem, cod. Theod. tom. 4. p. 539. In eadem urbe nuntium accepit defectionis Procopii, Valentem a Caesarea Cappadocum, inquit Ammianus, ut vaporatis aestibus Cilicia jam lenitis ad Antiochia percurreret sedes, Sopronius avertit Galatiam, defectionis Procopii nuntium afferens. Quis ergo dubitet ad hunc annum referre reditum Basilius, qui necessario conjunctus est cum adventu Valentis?

lib. 26. c. 7.

ar. 20. p. 338.

Fatetur Tillemontius Valentem venisse Caesarem anno 365. neque enim id negari possit. Sed venire iterum potuisse contendit anno 366. Potuit sane venire, sed eum venisse nullo prorsus argumento suspicari possumus. Imo non venisse, saltem cum triumphante illo episcoporum haereticorum comitatu, perspectum & exploratum habemus. Nam victo prope Nacoliam in Phrygia & occiso Procopio die 27. Maii anno 366. postea negotiis, quae victoriam in bello civili subsequi solent, occupatus fuit, ac non parum temporis in consiliis perquirendis insumsit, Postquam autem his curis expeditus convertit se ad evertendas ecclesias; tum vero multae civitates peragratae fuerunt, multi episcopi Ariani subijciendi, antequam Caesarem veniret. Sic enim in hanc urbem adventit, ut jamdudum nullum aliud bellum habuisse videatur, praeter illud quod ecclesiis inferrebat. Atque hoc quidem ille animo, inquit Gregorius, & cum hac impietate adversum nos expeditionem suscipit. . . Impetum quoque una cum eo facit exercitus ipso dignus, improbi ecclesiarum gubernatores, sevis illius imperii retrarctae. Qui cum ex ecclesiis alias jam tenerent, alias oppugnarent, alias ob Imperatoris opem ac manum, quae partim adhibebatur, partim deunstabatur, in potestatem venturas sperarent, huc quoque, ut nostram in ditionem suam redigerent, venerunt. Nemo est sane, qui his legendis non animadvertat, Valentem jamdudum ab aliis curis liberum & solum, otio suo ad persequendam Ecclesiam abusum fuisse; ac proinde non satis superfuisse temporis ut Caesarem veniret anno 366.

His adde Valentem Procopio in Phrygia superato, internarumque dissensionum materia confopita, ut ait Ammianus, otiosum non fuisse. Misit enim Victorem magistrum equitum ad Gothos, ut ex eis sciscitaretur, quamobrem Procopio auxilium dedisset. Reverso Victore Valentem parvi ducens excusationem vanissimam, inquit Ammianus lib. 27. c. 5. in eos signa commovit, motus adventantis jam praesentis: & pubescente vere quasio in unum exercitu, prope Dapbnem nomine munimentum est castra metatus. Quare Valentis ille Caesarem adventus, qui tantum habuit apparatus, ad annum 365. re-

ferendus. Tunc enim in Syriam tendens lentius progrediebatur, ut Ciliciae calores evitaret, teste Ammiano.

3. Etiam si daretur Tillemontio Valentem anno 366. iterum venisse Caesarem, non idcirco causam obtineret. Modo enim constat, ut profecto constat, Valentem in hanc urbem anno 365. venisse, referendus erit ad eundem annum reditus Basilius, quem imminens a persecutores periculum in solitudine residere non visisset. Non enim lenis quidam initio & moderatus fuit Valens, ut existimat Tillemontius, sed eadem prorsus illius imperii ac persecutionis primordia fuerunt. Certa & explorata res est ex testimoniis Gregorii Nazianzeni. Pertimescendae erant haereticorum lingua, cum Basilius presbyter ordinatus est. Cum pacis causa rediit in solitudinem, oppugnabatur Ecclesia & periculose affecta erat ab haereticorum dominatum. Basilius & alii episcopi, qui in Occidentem anno 376. scripserunt, jam tredecim annos persecutionis numerabant, ut patet ex his verbis epistolae 242. n. 2. προσηκουσαν γαρ ετοι εστιν, αφο ε ε αρετικος ημεν πολυμος εταριση. Decimam enim tertiam annus est, ex quo haereticum nobis bellum exortum est.

Naz. ep. 11.

idem ar. 20. p. 337.

Tillemontio, qui persecutionem differt usque ad annum 366. lucum fecit auctoritas Theodoretus. Is enim narrat Valentem initio catholice sentientem, uxoris Dominicae & Eudoxii artibus tum demum corrumpi coepisse, cum se Baptismi praesidio ad bellum Gothicum munire voluit. Tunc enim ab Eudoxio, a quo initia batur, obstrictum jurejurando fuisse, numquam se ab Ariana haeresi recessurum, & contrariae fidei cultores omnibus locis expulsurum. Longe potior hac in re Gregorius Theodoro: nec dubito quin Tillemontius, si ad primi testimonii animum advertisset, parum tribuisset Theodoro, cujus ex narratione ne illud quidem efficitur, quod contendit Tillemontius, persecutionem ad annum 366. referendam esse, sed potius ad annum 367.

CAPUT X.

- I. Basilius arctissima conjunctio cum Eusebio episcopo Caesariensi.
- II. Videtur in monasterio vixisse, & unam praecipue ecclesiam regendam accepisse.
- III. Basilius auctoritas sub Eusebio in ecclesiasticis negotiis ad Caesarem, ut metropolim, spectantibus.
- IV. Quanam existerint ecclesiastica illa negotia.
- V. Quae Basilius partes in his quae post synodum Lampsacenam gesta sunt.
- VI. Probatum hanc synodum anno 364. habitam fuisse.

I. Reportata ex haeresi victoria Basilius cum Eusebio tam arcte conjunctus, ut nec episcopo molestum esset ab eo, quem dignitate superabat, scientia & eloquentia & consilio & virtute superari, nec Basilius ideo episcopum minus coleret & observaret, quod eo tot esset partibus superior & praestantior. Praeclarissimum illum concentum sic describit Gregorius Nazianzenus, Proximum autem Basilio negotium ac studium hoc fuit, antistitem colere atque observare, suspicionem extinguere, mortalibus omnibus persuadere, molestiam eam, quam acceperat, tentationem quamdam & luctum parvi illius fuisse, honesta ac laudabili concordiae invidentis: ceterum non ignarum se esse, quid obedientiae ordinisque ritualis leges postularent. ac proinde adesse, docere, dicto audientem se praebere,

Basilius arctissima conjunctio cum Eusebio episcopo Caesariensi.

ar. 20. p. 339.

bere, monere, quidvis denique illi esse, monitor A probus, opitulator commodus, divinatorum oraculo- rum enarrator, verum agendarum præmonstrator, senectutis subsidium, fidei adminiculum, domesticorum fidelissimus, externorum ad res regendas aptis- simus; ut uno verbo dicam, tantus ad benevolen- tiam, quantus prius ad inimicitiam esse putaba- tur. Ex quo hoc consequbatur, ut etiamsi cathe- dra inferior esset, ecclesiæ tamen imperium obti- neret. Etenim pro benevolentia, quam afferebat, auctoritatem recipiebat: ac mirus quidem erat con- centus nexusque potestatis. Ille plebem ducebat, hic auctorem: ac velut quidam leonum curator erat, eum, qui principatum tenebat, arte demulcens. Quippe, ut super in cathedra collocatus, ac mun- dane materie aliquid adhuc spirans, nondumque in his, quæ spiritus erant, instructus, ac præte- rea ingenti tempestate undique astuante, atque im- minentibus Ecclesiæ hostibus, opus habebat homine, a quo velut perrecta manu duceretur & fulciretur. Ac propterea ipse opem atque auxilium ample- debatur, eoque dominante seipsum dominari judi- cabat.

Videtur in monasterio vixisse, & unum præcipue eccle- siam regen- dam acce- pisse.

ep. 23.

II. His verbis *διὰ τῆς τρυφῆς, ἰδίῳ ἀδέρῳ*, idcirco aderat, indi- dicari videtur officiosa quædam sedulitas Basilii, domum episcopi sui assidue ventitantis, non ta- men in hac domo simul cum episcopo degen- tis. Revera Basilii videtur in monasterio pres- byter vixisse. Id perspicitur ex Regulis mona- sticis, quarum auctor cum sacerdotio monasti- cum institutum conjungebat. Cum quidam in eo loco, ubi degebat Basilii, monasticam vi- tam amplecti vellet, maluit eum Basilium mit- tere in monasterium, quod in Ponto instituerat. Forte in eo loco ubi degebat Basilii, non vige- bat cœnobitica disciplina, sed bini aut terni vivebant ascetæ. Atque hanc conjicio existisse causam, cur hunc hominem mallet in Ponticum monasterium mittere. Postea insigne cœnobium Cæsareæ extruxit Basilii anno 372. Sed vix dubium, quin ante episcopatum cœnobiticam vitam in hanc urbem introduxerit. Nam in epi- stola 81. insignis ex urbis presbyterio sacerdos D in ascetica & continentia vita hactenus vixisse, & ex labore manuum sibi cum fratribus simul degentibus victum dicitur comparare. Videtur huic monasterio præfuisse Basilii. Hinc illius studium excipiendorum hospitem laudat Grego- rius; quo quidem officio in privatis ædibus & summa rerum omnium inopia, ad quam se li- bens redegerat, vix perfungi potuisset.

Ex Cæsariensibus ecclesiis unam præcipue Ba- filio ad regendum commissam fuisse perspicimus ex homilia in Psalmum 114. Nam cum in quo- dam martyrum templo populus a media nocte usque ad meridiem Basilium expectans perdu- rasset; ubi advenit Basilii, hac usus est excu- satione, cur sero venisset, quod aliam ecclesiam honore parem administrans, diei tempus in li- turgia ibi celebranda insumisset. Illius verba perspicuitatis causa referam. *Quod si & mihi ipsi, inquit, reddenda ratio cur moratus sim, & perditum a vobis abfuerim; id causæ afferam, quod cum aliam huic honore parem ecclesiam Dei administrarem, non parvo a vobis disjungam intervallo, hoc diei tempus insumserim. Quoniam igitur dedit nobis Do- minus & liturgiam illis adimplere, nec vestrae deesse caritati, gratias mecum agite largitori benefico, qui hanc quam videtis corporis nostri debilitatem invisibili sua potentia deduxit.* Episcopus in ali- qua diocœsis suæ ecclesiæ concionem habens, nequaquam profecto dixerit, aliam a se honore

parem administrari ecclesiam. Hæc soli congruunt presbytero. Cum ergo affixus esset uni ecclesiæ administrandæ Basilii, minime mirum, si in ejus homiliis, præter eam, quæ omnium prima in principium Proverbiorum pronuntiata est, nihil prorsus occurrat, ex quo episcopum adfuisse cognoscas. Hinc plebem sibi commissam sic alloquitur in homilia de fame & siccitate num. 1, *Filii mei quos per Evangelium genui.* Hinc etiam illa clausula homil. 2. in Hexaem. *Ut eluceatis in splendore sanctorum veluti sol, ad meam ipsius exultationem in die Christi, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.* Videntur enim Basili- lii homilia, perpaucis exceptis, ante episcopa- tum pronuntiata. Sed de his alius erit dicendi locus.

III. Commissa Basilii auctoritas non unius ecclesiæ nec unius civitatis finibus continebatur: sed cum Cæsariensis ecclesiæ exarchicum jus in plures provincias haberet, ut infra videbimus, minime dubium est quia Basilii, qui *est cathedra inferior, ecclesiæ imperium obtinebat*, plurimas partes sustinuerit earum rerum, quæ tunc in illis regionibus ad fidei defensionem & ecclesia- rum pacificationem gestæ fuerunt. Id autem col- ligimus non solum ex Gregorii testimonio, qui tantam Basilii auctoritatem ab Eusebio conce- sam fuisse narrat, sed etiam ex pluribus Basili- i epistolis, quas presbyter scripsit. Discimus ex epist. 28. n. 3. Mufonium episcopum Neocæsa- riensem cum Basilio ad pacem ecclesiarum con- currere propter quasdam anticipatas opiniones noluisse, sed tamen Basilium idem semper cum ipso sentiendi, illiusque ad oppugnandos hære- ticos advocandi nullum tempus intermisisse. Vi- detur Athanasius Ancyranus cum Basilio con- junctior fuisse in hoc consilio pacificandarum ecclesiarum, Nam cum is eodem tempore ac Mu- fonium mortem obiisset; sic desiderium suum si- gnificat Basilii, *Cuiam deinceps ecclesiarum cu- ram deferemus? Quem adjungemus molestiarum socium? Quem lætitiæ participem?* Deplorat in epistola 30. ad Eusebium Samosatensem tristitem ecclesiarum statum. Luget in ep. 34. ad eum- dem delapsam in hæreticorum manus Tarsensem ecclesiam, dum episcopi morantur ac deliberant, seque mutuo respiciunt.

Basilii au- thoritas sub Eusebio in ecclesiasti- cis negotiis ad Cæsare- am, ut me- tropolim a spectanti- bus.

IV. Quænam autem illa extiterint ecclesia- stica negotia, in quibus gerendis studii ac solli- citudinis Basilii bona pars accessit, paucis ex- ponendum. Jam diximus plurimos in Oriente orthodoxos episcopos, ubi viderunt Arianos in apertam impietatem erumpere, ab eorum com- munionem, quam hactenus ob hæresis perfide dis- simulationem non fugerant, penitus recessisse. Hi apud S. Epiphanium vocantur Semiariani, apud Socratem & Sozomenum Macedoniani, iniquis prorsus nominibus. Bellum Arianis acer- rimum indixerunt anno 358. ac tunc gratia & auctoritate apud Constantium floruerunt. Sed Arianis anno 360. retracto ad se Imperatoris ani- mo pœnas ab eis repetierunt defensæ veritatis, ac plurimos deposuere. Rediere plerique sub Juliano, & magnum fidei studium declararunt. Cum ejusmodi episcopis conjuncti erant præstan- tissimi viri Meletius, Eusebius Samosatensis, Basilii & plurimi alii doctrina & sanctitate ce- leberrimi.

Quænam extiterint ecclesiastica illa nego- tia.

Quamvis autem magno Ecclesiæ commo- derit, ut ab Arianis orthodoxi secederent, non idcirco tamen pax restituta, sed dissensionibus & partium studiis referta omnia fuerunt, ita ut

alios

alius alios communicatores haberet, aut a sua communione removeret. Communicabat Basilius cum Athanasio: sed nequaquam Athanasius cum Meletio & Eusebio Samosatensi, intimis Basilii amicis. Flagrabat Eustathius justissimis Arianismi suspicionibus: Basilius qui illius animum ex suo spectabat, multa illius causa bella sustinuit. Multi alii fidem defendebant non insincero, ut Eustathius, animo: sed tamen pluribus suspecti erant. Hinc illæ opiniones anticipatæ, quibus se Musonius Neocæsariensis detineri fatebatur, quominus Basilius in pacificandis ecclesiis iuvaret. Permagis ergo intererat & ad fidem & ad unitatem ecclesiæ, ut orthodoxi omnes remotis suspicionibus ac una prorsus stabilita communione vires suas in oppugnandis hæreticis conjungerent. In hoc perficiendo opere Basilius nec presbyter nec episcopus elaborare desistit. Sed eum ad optatos exitus eximium hoc consilium perducere mors prohibuit. At operi coronidem imposuit synodus œumenica secunda, in qua Basilii amici plurimum potuerunt. Ibi enim constituta sunt quædam veluti centra communionis, ac spectatissimi quique in singulis provinciis electi sunt episcopi, quibuscum quicumque communicarent, eos pro catholicis haberi synodus voluit; secus, si illorum carerent communione. Synodi decretum auctoritate sua confirmavit Theodosius, ut patet ex celeberrima illius lege lib. 16. cod. Theod. tit. 1. Magnus sane dolor exstitit Basilio, quod laborum suorum fructum non viderit: sed illius nomini rebusque gestis magnum mihi videtur deus addidisse synodus Constantinopolitana, dum ejus vestigia premit, & inchoatam ab eo telam per-textit.

Quæ Basilii partes in his quæ post synodum Lampfacenæ gesta sunt.

a Sozom. lib. 6. 7.

ep. 223.

V. Initium magnarum rerum exstitit synodus Lampfacena, cujus convocandæ licentiam (a) concessit Valentinianus, dum adhuc in Occidente morabatur. In hoc concilio per duas menses deliberatum est, ac decretum ut irrita essent, quæ Constantinopoli Eudoxii & Acacii machinationibus gesta fuerant, atque ut Constantinopoli fidei formula rejiceretur, Filius Patri similis secundum substantiam prædicaretur, eaque in omnibus ecclesiis fides vigeret, quæ Seleuciæ quidem confirmata, Antiochiæ vero in dedicatione majoris ecclesiæ exposita fuerat. Non adfuit Lampfaci Basilius, sed eum Eustathius cum pluribus aliis episcopis Lampfacum proficiscens, in locum Eufinoe dictum advocavit, ibique Basilius cum episcopis de fide multa differuit. Minime mirum est tantum honoris episcopos habuisse homini non alia quam lectoris dignitate ornato. Nam sæpè alias Basilius, ut Constantinopoli anno 359. utilem episcopis operam navaverat, ac nuperrime causam Ecclesiæ adversus Eunomium præstantissimis scriptis defenderat.

Concilium Lampfacenum subsequuta est persecutio, in qua quidem jam vidimus quid de Ecclesia Basilius meruerit anno 365. cum Valentis, qui pluribus jam vastatis ecclesiis Cæsariensem spe & aviditate devorabat, irritos insectosque conatus reddidit. Præter hanc victoriam, quæ fractos animos exfufcitare debuit, exortum civile bellum episcopis copiam dedit de rebus ecclesiasticis inter se deliberandi. Non enim perducta ad exitum fuerant decreta Lampfacenæ synodi: eadem semper erat rerum perturbatio: episcopi qui ab Arianis recesserant, bellum inexpugnabile habebant cum Anomæis, nec tamen Occidentis & Aegypti communionem habebant, aut

saltem non per se ipsi, sed per medios quosdam communicatores habebant: præterea multorum lapsus in persecutione novum vulnus fecerat. Itaque varia concilia Smyrnæ, & in Pamphylia Isauria ac Lycia celebrata sunt, quorum nomine tres legati in Occidentem cum litteris missi, Eustathius Sebastenus, Silvanus Tarsensis & Theophilus Castabaltitanus. His datum in mandatis, ut fidei Nicænæ subscriberent, & litteras communionis a Liberio impetrarent. Præter communia negotia curandæ erant Eustathio res propriæ. Depositus enim anno 360. ab Anomæis, ac postea in Valentis persecutione lapsus, magnis præfidiis egebat ut a catholicis reciperetur, nec opprimeretur ab hæreticis. Non enim ad aliud tempus referri debet, quod ait Basilius Eustathium, cum tomo ab Eudoxii factione composito consensisset, in concione fraudem sibi factam deplorasse.

Aliquid Basilius consilio suo ad hanc legationem videtur contulisse. Erant enim tres legati ex intimis illius amicis: quod quidem de Eustathio certum sua sponte & exploratum est: de Theophilo autem consuli potest epistola 245. ad eum scripta. Atque haud scio an Silvanum omnium plurimum fecerit, quem & mortuum beatum appellat, & vivum sic coluit, ut illius vivendi desiderio solitudinem suam aliquando reliquerit, comitem se Eustathio adjungens. Deinde vero plurimum intererat Basilii, ut lapsus Eustathii repararetur: vixque dubium quin suadente aut saltem probante Basilio, hanc Eustathius errati purgandi viam invenerit, ut Romam profectus, inde fidem patrum acciperet, ita ut quod ecclesiis detrimenti intulerat malo approbando, id meliore introducendo emendaret. Denique Basilius anno 371. sic agit cum sancto Athanasio de legatis Romam mittendis, ut non tunc primum hanc cogitationem suscepisse videatur, sed jamdudum illius utilitatem perspexisse. *Dudum novi & ipse, inquit, pro mediocri mea rerum merita, unam esse ecclesiis nostris auxilii viam, si nobiscum conspirent Occidentales episcopi.*

Videntur tres legati sub extrema Autumnii tempora anno 365. profecti esse. Nam cum Liberius obierit anno 366. cumque legati non solum ab eo, sed etiam ab episcopis Italiæ, Africæ, Galliæ & Siciliæ litteras attulerint initio veris anni 367. non satis habuissent spatii ad tot ac tantas res conficiendas, si serius profecti fuissent. Probabile enim est illos has regiones, ut existimat Tillemontius, aut simul peragrassæ, aut saltem laborem inter se partitos esse.

Dixi legatos rediisse verno tempore anni 367. quia redeuntes Liberii litteras concilio Tyanensi obtulerunt, cui aliud tempus assignari non potest. In hac enim synodo statum, ut episcopi ante exitum veris, id est, ante æstatis calore Tarsum Ciliciæ convenirent. Hoc autem anno 367. contigisse patet, quia probabile non est legatos post obitum Liberii, qui mense Septembri anno 366. mortuus est, tam diu moratos esse, ut non redirent nisi anno 368.

Præfuit huic concilio Eusebius Cæsariensis, nec dubium est quin eum sequutus sit Basilius, aut saltem, ut in aliis rebus, ita in hoc cogendo concilio suis eum consiliis juverit. Synodo interfuerunt Athanasius Ancyrae, Pelagius Laodiceæ, Zeno Tyri, Paulus Emesæ, Otreius Melitinae, Gregorius Nazianzi & alii complures, qui sub Joviano consubstantiale retinendum in concilio Antiocheno decreverant. Cum lectus fuisset.

Sozom. lib. 4. c. 12.

ep. 244. n. 5.

ep. 223. n. 5.

ep. 244. n. 5.

ep. 66.

Sozom. lib. 6. c. 12.

fuisse Liberii & aliorum episcoporum litteræ, A summo omnes gaudio exultarunt, ac lætitiæ suæ ecclesias Orientis certiores fecere, indico in urbem Tarsensem ante exitum veris concilio, ut pax omnium consensu firmaretur, Sed hanc synodum haberi vetuit Valens, ac præterea cum jam jam congreganda esset, triginta quatuor Asiæ episcopi in Caria congregati consubstantialia rejecerunt, ac formulam, quæ Antiochiæ & Seleucis promulgata fuerat, ratam esse voluerunt. Hos episcopos ab amplectendo consubstantiali non scrupulus quidam deterruit, sed sententiæ prævitæ, quæ tanta fuit in his regionibus, ut mireretur Basilius anno 375. exeunte, *si qui omnino in Afrano tractu extra labem hæreticorum sint.* Quantus Basilius dolor existerit optimis consiliis exitu carentibus, facilis conjectura est. Quid deinceps usque ad episcopatum ad pacificationem ecclesiarum navaverit, plane nescimus. At eum de suis laboribus nihil remisisse perspicimus ex his quæ supra ab illo dicta retulimus, cum Athanasii Ancyranæ morte magnum præsidium amisisset.

ep. 218.

ep. 263. n. 3.

ep. 214. n. 2.

ep. 216.

ep. 67.

n. 3.

a. n. 1.

b. ep. 244. n. 5.

ep. 263. n. 3.

ep. 244. n. 5.

ep. 263. n. 3.

Quod ait Basilius Eustathium Roma attulisse litteras, quæ eum in episcopatum restituebant, id de litteris Liberii dictum videtur, in quibus Liberius Eustathio & duobus alijs legatis honorem habet, ut collegis suis ac legitimis episcopis; nec necesse est cum Baronio alias litteras comminisci. Sic enim Basilius litteris Damasi episcopatum Antiochenæ ecclesiæ Paulino attribui dicit, quia ad Paulinum Damasus, ut ad legitimam episcopum scribebat. Unde etiam eadem litteræ vocantur *cujusdam principatus tessera.* Quinetiam cum sancto Athanasio agens de restituendis S. Meletio ovibus, quas Paulinus abstraxerat, idem ait placuisse Occidentalibus, *ut litteræ per beatum Silvanum allatæ testantur.* Meletii autem Liberius non aliter videtur episcopatum confirmasse, quam illum inter alios episcopos salutando. Sed si hæc admittitur conjectura pro Euthio, qui inter episcopos primus a Liberio nominatur, legendum erit *Meletio*, nec Cyrillus, qui secundo loco salutatur, alius erit quam Hierosolymitanus, qui cum S. Meletio conjunctissimus fuit. Illud tamen occurrit incommodi, quod episcopi, quos alloquitur Liberius, subscripserant formulæ Constantinopolitanæ. *Perjuris*, inquit, *in fraudem inducti subscripsistis.* Unde etiam reditum illis ad sanio rem mentem gratulatur. Porro nec S. Meletius videtur umquam hanc culpam commersisse nec S. Cyrillus, Sed hæc difficultas facile solvitur. Non enim putandum est inter episcopos 59. quos recenset Liberius, nullum fuisse ab hoc nrovo integrum. Plerique hoc commiserant: quod satis fuit ut eos Liberius sic alloqueretur. Alioqui ne unus quidem in toto Oriente excipi posset, cum Liberii epistola universis Orientis episcopis orthodoxis inscripta sit.

Litteris Liberii adjuncta erat fides cui subscripsit Eustathius. Id ipse (a) Liberius & pluribus locis Basilius testantur. Quod autem (b) Basilius, seu potius Orientales sic de Eustathio loquuntur: *Quamquam autem et proposita fuerint a beatissimo episcopo Liberio, & quibusnam assensus sit ignoramus, nisi quod epistolam attulit quæ eum restituebat, eaque ostensa concilio Tyanensi in suum locum restitutus est:* inde colligi non debet Basilius ignorasse id quod pluribus locis exprobrat Eustathio, eum Romæ fidei Nicænz subscripsisse: nam hoc ipso in loco aicem depopulari fidem *Basilii Oper. Tom. III.*

ob quam susceptus est. Sed cum multa alia inter Liberium & legatos intercessissent (eos enim non facile admittit Liberius, teste Socrate) non parvi intererat ecclesiis significari quibusnam conditionibus susceptus esset Eustathius. Conjicit eruditus editor litterarum Pont. Rom. Basilius, cum epistolam 363. scriberet, gesta synodi Tyanensis ex incerto tantum rumore cognita habuisse, quæ postea accuratius cognovit, epistolam 244. scribens. Inutilis prorsus hæc conjectura, cum epistola 263. posterior sit; ut omittam verisimillimum esse, Basilius cum episcopo suo ad synodum Tyanensem venisse.

lib. 4. c. 12.

VI. Magnam sane Basilio laudem detrahit opinio Tillemontii, qui dum eum in solitudinis latebras abdit ab anno 363. usque ad 366. nullam ei partem his in rebus relinquit. Sed quia doctissimus scriptor, cur Basilius reditum longius differat, hoc potissimum nititur argumento, quod synodus Lampfacena anno 365. habita fuerit, persecutio autem ad annum sequentem pertineat; examinandum nobis est, quonam anno hæc synodus collocanda sit.

Probatur hanc synodum anno 364. habitam fuisse.

Tom. 6. Not. 81. & 82. in Arianos.

Lampfacenam synodum ab anno 364. divelli non sinit circumstantiæ, Licentia cogendi concilii non a Valente petitur, sed a Valentiniano, qui relicta Constantinopoli, Romam contendens, iter per Thraciam faciebat. Responsio Imperatoris minime redolet ingenium Valentis. Sic enigmæ respondit: *Mibi quidem in laicorum ordine constituto fas non est hujusmodi negotia curiosus scrutari; sacerdotes vero quibus id cura est, seorsim ubicumque voluerint conveniant.* Legati a concilio missi Valentem adeunt Heracleæ, e Thracia tum revertentem, Fratrem enim Sirmium usque comitatus fuerat. Hæc profecto cum anno 364. omnino cohererent. Pluribus tribuendum his circumstantiis quæ narrantur a Sozomeno, quam notis consularibus, quas Socrates non ex Actis concilii Lampfaceni eruit, sed ut sæpe alias, ex propriis conjecturis. Hoc ipso enim loco bellum adversus Procopium anno sequenti, Gratiano & Dagalaipho consulibus, id est, anno 366. geri cœpisse narrat. In quo quidem nobiscum facit, ac Tillemontii sententiam evertit, dum bellum civile anno post synodum lampfacenam exortum esse narrat. Dum autem idem bellum Gratiano & Dagalaipho consulibus, id est, anno 366. geri cœpisse dicit; tota errat via, nec jam ei, dum synodum Lampfacenam duobus Augustis primum consulibus habitam refert, tanta attribuenda est auctoritas, quantam attribuit Tillemontius.

Sozom. lib. 6. c. 7.

Aliud nobis argumentum suppeditat persecutio, quæ cum anno 365. grassata sit, ut supra demonstratum, & concilium Lampfacenum subsequuta sit, ut omnes fatetur, certissimo argumento est hanc synodum anno 364. habitam fuisse.

Ipsa denique series & junctura earum rerum, quæ a synodo Lampfacena usque ad Tyanensem intercesserunt, mirifice quadrat in ea quam sequimur sententia; at in opinione Tillemontii penitus disconvenit. Legatorum in Occidentem mittendorum necessitatem attulit persecutionis violentia: antequam legati mitterentur, pluribus locis habita sunt concilia, ut Smyrnæ in Asia, atque etiam in Pisidia, Isauria, Pamphylia & Lycia. His autem rebus percommodum tempus fuit, bellum Procopii, quod ab æstate anni 365. usque ad mensem Majum anni 366. Valentem detinuit. At qui synodum Lampfacenam ad annum 365. referunt, varia illa concilia & legatio.

Socrat. lib. 3. cap. 12.

tionem anno sequenti 366. collocare coguntur: A quo tempore Valentem bello civili defunctum latere difficillimum erat. Quinetiam ita sese in arctum conjiciunt, ut pedem referre non possint. Nam cum Procopius victus non fuerit nisi mense Maio anni 366. cumque Liberius papa mense Septembri ejusdem anni obierit, quomodo intra illud tempus, quod a mense Maio ad Septembrem effluxit, tot ac tantæ res concludi possint, negotiorum, quæ superesse solent post bellum civile, administratio, deinde persecutio in variis provinciis, quas peragravit Valens, episcoporum variæ inter se deliberationes ac variæ concilia, legatorum denique delectus, eorumque in urbem Romam adventus, ubi cum Liberio de rebus Orientis egerunt, eique dederunt, litteras & ab eo acceperunt,

## CAPUT XI.

- I. Quomodo presbyteri munere in ipsa urbe perfun-  
sus Basilii. II. De illius epistolis 22. & 23.  
III. Caritas Basilii fame grassante. IV. Duo ea  
de re testimonia Gregorii Nysseni explicantur.  
V. Fames toto anno 368. perduravit.

Quomodo  
presbyteri  
munere in  
ipsa urbe  
perfunctus  
Basilii.  
ep. 20. p. 340.

I. Sed nunc redeundum nobis est Cæsaream, & quid ibi presbyter gesserit Basilii, narrante Gregorio, audiendum. Sic igitur pergit Theologus. Jam vero ipse erga Ecclesiam cura ac præsidio quamquam multa quoque alia indicia sunt, libertas ad præsidia, cum alios, tum potentissimos quoque civitatis, controversiarum diremptiones nonquaquam suspecta, sed ab ejus voce formata ac constituta, modoque tamquam lege utentes, egentium patrocina, plura quidem spiritualia, sed tamen corpora non pauca (nam id quoque sæpe numero ad animam tendit, per benevolentiam subigens, ac velut in servitutem trabens) pauperum alendorum, hospitum excipiendorum, virginum curandarum studium, monasticarum legum institutiones partim scripto, partim voce tradita, precum descriptiones, sacrarii concinnitates, ea denique omnia, quibus quispiam vere Dei homo, ac Deo adjunctus, plebi prodesse queat.

Naz. ep. 9.

Duo indicantur hoc loco Basilii insignia opera, Regulæ monasticæ ac Liturgia. Regulæ prolixiores ante ordinationem scriptæ videntur: nihil enim habent ex quo Basilium tunc presbyterum fuisse judices; ait tantum sibi necesse esse justificationes Dei antuntiare: quod quidem ascetæ discipulos instituenti convenit. Non ergo aliud opus indicat Gregorius, cum scriptas a se & a Basilio monastici instituti leges commemorat. At in præmio regularum breviorum manifeste indicatur sacerdotium, cum ait: *Necesse est nos quidem quibus creditum est munus docendi paratos esse omni tempore & promptos ad instruendas perficiendasque animas, & modo publice coram tota ecclesia contestari, modo privatim permittere unicuique eorum, qui ad nos accesserint, ut sup' arbitrato nos interrogare possint &c.* De Liturgia alibi agemus.

a De episto-  
la 22.

(a) II. Nondum regulas scripserat Basilii, sed scribendi jam consilium ceperat, cum epistolam vigesimam secundam exaravit, quæ est *De perfectione vitæ monasticæ*. In ipso enim exordio testatur, cum multa sint, quæ a Scriptura præcipiuntur, se de his interim, de quibus commota quæstio fuerat, brevem admonitionem subiecturum, non appositis Scripturæ testimoniis,

sed lectori ad agnoscendum relictis. Nemo est sane qui, si ejusmodi exordium legat attentius, non facile perspiciat Basilium, cum magnum aliquod de institutis monasticis opus meditaretur, in quo apponenda erant Scripturæ testimonia, hæc interim breviter præcepta tradidisse. Unde hæc epistolam non multo post Basilii reditum collocandam existimo.

Circa idem tempus & ante scriptas regulas vel certe, cum Cæsareæ presbyteri munere fungeretur Basilii, collocanda epistola vigesima tertia, quæ minus accurate inscribitur, *Commendatio ad Monachum*, cum potius toti monasterio debuisset inscribi. Accessit quidam ad Basilium sæculi vanitatem contemnens, ac viam ad Domini mansionem deducentem ingredi cupiens, Atque is quidem in ipso loco, ubi tunc erat Basilii, monasticam vitam amplecti volebat; sed eum Basilii differebat, in Ponticum monasterium deducere malens, eique illic magistrum aliquem pietatis, quem ipse elegisset, præficere. At Basilii negotiis detentus cum in Pontum proficisci non posset, misit hominem cum litteris, ac monachis præcepit, ut eum rite & legitime probarent, & quod ipse cum eis facere voluerat, id sine se perficerent.

Ex his epistolæ verbis, *Elementis imbuatur secundum ea quæ a Patribus sanctis statuta & scriptis mandata sunt*, colligit Tillemontius nondum tunc suas ipsum Basilium regulas scripserat. Doctissimi viri conjecturam non invitus sequar. Sed mihi probari non potest, quod idem existimat, Basilium, cum monasterio Pontico abisset ad tempus, hæc scripserat; eumque quem in hac epistola commendat, petiisse ab eo, ut sine mora monasticum habitum sibi concederet in eo loco, ubi tunc peregrinabatur Basilii. Monasticum enim habitum designari Tillemontius putat his verbis: *Ego enim illum hic amoris erga Deum coronam accipere studentem distuli.*

Verum amoris erga Deum corona, non est monasticus habitus, sed merces a Deo sancte viventibus promissa, Nemo induebatur monastica veste, aut in interiores monasterii ædes admittebatur ante professionem, ut patet ex Interrog. X. longiorum Reg. Ipsa etiam professio in eo sita erat, ut novitius probatis legitimo tempore periclitatisque moribus, fratrum numero adscriberetur. Quomodo ergo a Basilio transeunte id petitum fuisset, quod in ipso monasterio tantam cautionem & deliberationem postulabat? Is ergo quem commendat Basilii, volebat sese in monasterio Cæsariensi per totam vitam Deo consecrare, ibique amoris erga Deum coronam accipere. Neque illud etiam difficile perspicitur Basilium, etsi curam monasterii, quod in Ponto fundaverat, non omnino abjecisset; tunc tamen non abfuisse ad tempus, sed profus adstrictum fuisse presbyterio ecclesie Cæsariensis. Statuerat enim in illud monasterium proficisci, non ut ipse novitium illum regeret, sed ut ei ductorem & magistrum pietatis præficere. Quinetiam cum se occupationibus suis eripere non potuisset, neque eripere posse speraret per totum illud tempus, quod in probando novitio infumendum erat; præcipit ut se non expectato probetur & fratrum ordini adscribatur.

III. Inter eximia Basilii presbyteri præclare facta, palmam dat Gregorius Nazianzenus caritati, quam (a) in fame omnium post hominum memoriam atrocissima designavit. Calamitatis causam frustra repetit (b) Baronius ex grandi-

Caritas  
Basilii fame  
grassante.  
a Greg. Naz.  
ep. 20. p. 340.  
bad an. 367.

ne

ne inuitatæ magnitudinis, quam instar lapidum A puerorum, sive conseruorum suorum, ad eam rem opera utens, pauperum corpora & animas curabat, honorem nempe cum necessario alimento conueniens, atque ipsorum calamitatem utrinque leniens. His addebat majus beneficium, & ipse etiam animos cœlestis doctrinæ pabulo nutrebat.

I. 4. c. 11. Socrates cecidisse narrat Constantinopoli anno 367. sexto Nonas Julii. Idem multis locis accidisse testatur Sozomenus: sed famem inde consequutam neuter indicavit. Longe probabiliorem causam nobis aperit Basilius, qui in Homilia in famem & siccitatem sic loquitur n. 2. Hiems solitum humorem siccitati admixtum non habuit, sed humorem omnem glacie adstrinxit exsiccavitque, & omnino niuum imbriumque expertus permansit. Ver rursus alteram quidem proprietatem suarum partem ostendit, calorem dico, humoris autem particeps non fuit. Aestus vero & frigus insolito modo terminas. creationis transgressa, & incommoda ad perniciem nostram conspirantia, a vitæ & a vita mortales abigunt. Supra sic describit ipsam siccitatem & famem ex ea consequutam: Cœlum, inquit, videmus, fratres, durum, nudum, sine nubibus, tristem hanc serenitatem creans, suaque puritate affligens nos: quam tamen antea valde cupiebamus; cum diu nubibus obdutum induceret nobis tenebras, & sola priuaret. Terra autem perquam avida, injucunda est aspectu, segete sterili & infecunda, scissa hiatus & disrupta, & in imis sui partibus fulgentes solis radios excipiens. Fontes & copiosi & perennes defecerunt nos, ingentium fluminum absunta sunt fluentia, pueri, minimi ea pedibus permeant, atque onusta mulieres trajiciunt. Defuit etiam plerisque nostrum potus, ac in penuria rerum ad vitam necessariorum versamur. Israelita novi novum Moysen & virgam mirabilem effectricem conquirunt, ut petra rursus percussa necessitati ac penurie sitientis populi medeantur, & insolentes quadam nubes, voris in morem, insuetum alimentum manna hominibus demittant. Vereamur ne fiamus posteris novum famis & multæ exemplum. Vidi agros & lacrymis multis sterilitatem eorum defleui, sumque lamentatus, quod nullus in nos imber effusus est. Semina quadam germine necdum emisso aruere, talia permanentia inter glebas, qualia aratrum obtexerat: alia paululum prominentia, post germinationem miserabiliter aestu & ardore arefacta sunt, sic ut possit nunc aliquis convenienter hanc Evangelii vocem invertere, ac dicere: Operarii quidem multi: sed messis ne pauca quidem. Agricola autem in agris desidentes, & manibus genua complent (qui sane lugentium habitus est) inanes suos labores deplorant; respicientes ad infantes pueros, ac lamentantes, & oculis in uxores intentis flentes, contingentes fœcas frugum herbas & contrectantes, edentes magnos ejulatus: perinde atque patres filiis suis in ætatis flore orbati.

Malum ingravescebat ipso Cappadociæ situ, quæ cum remota sit a mari, nec ea quibus abundat exportare, nec quæ desunt facile invehere potest: sed nihil in his malis crudelius, quam divitum avaritia, qui veluti unguis quidam in patriæ ulcere esse solent, ac temporum difficultates observare, ut ex publicis ærumnis opes suas augeant. At Basilius, cum oratione sua & cohortatione eorum aperuisset horrea, sic pauperibus, teste Gregorio, subvenit: Cum eos, quos famis vulneraverat, in unum coegisset, nonnullos etiam spiritum agre trabentes, viros, feminas, pueros, senes, miserabilem omnem ætatem, omnia ciborum genera, quibus famis depelli solet, corrogans, atque ollas leguminum, salsique nostratis obsonii & adlevandam pauperum famem accommodati plenas proponens, ac deinde Christi, qui linteo præcinctus discipulorum pedes abluere minime grave ducebat, ministerium imitans, simulque

S. Basilii Oper. Tom. III.

IV. Hæc confirmantur a Gregorio Nysseno, qui in libro 1. in Eunomium testatur Basilium patrimonium & ante sacerdotium liberaliter in pauperes effudisse: & præcipue in annonæ caritate, cum præfesset ecclesiæ, adhuc in presbyterorum ordine ministrans: nec postea eorum, quæ reliqua erant, parcum fuisse. Cum famis aliquando gravis affligeret cum ipsam civitatem in qua debebat, tum subjectos civitati agros omnes; proprias possessiones vendens, & alimentis pecuniam commutans, sum cum rarum esset, ut quibus res bene lauta erat, mensam sibi apponerent, non desit ille toto famis tempore alere & eos qui undique confluebant, & totius populi civitatis juventutem, ita ut & Judæorum filios aqua parte hujus humanitatis impertiret.

In utroque Nysseni interpretando testimonio non accuratissime versatur Tillemontius. Putat enim Basilium, cum initio secessus nonnulla sibi ex paternis prædiis reservasset, ea in pauperes liberaliter effudisse in summa annonæ caritate. At id non dicit Nyssenus, Basilium reservatas sibi ab initio secessus possessiones vendidisse. Supra observavimus nihil eum sibi reliquum prorsus fecisse, sed matris morte, quæ in ipsa annonæ caritate contigit; nonnulla ad eum bona rediisse, quæ tunc percommode in usus pauperum cesserunt. Cum autem usu eveniat, ut magna hæreditas non statim tota percipiatur; inde factum est, ut post ipsam famem nonnulla Basilio superessent, in quibus erogandis, teste Nysseno, caritatem suam declararet.

Aliud est in quo Tillemontio assentiri non possum. Duas famas distinguit, quamvis una prorsus ab utroque Gregorio describatur. Incidit ei hæc opinio ex his verbis Nysseni, cum famas aliquando gravis affligeret cum ipsam civitatem in qua debebat, tum subjectos civitati agros omnes &c. Inde colligit Nyssenum, quem Cæsarex loquentem putat, non hanc civitatem his verbis, sed aliam prorsus designasse; ac proinde duplicem distinguendam esse famam, quarum altera Cæsarex ex Nazianzeno, altera in alia civitate, forte Iborensi in Ponto, præclare factis Basilii materiam dedit.

Sed longe satius est concludere ex his verbis Nysseni, civitatem in qua debebat, hanc orationem Cæsarex habitam non fuisse, quam rem manifestam & exploratam in dubium revocare. Una enim omnino famas ab utroque Gregorio memoratur. Uterque illam, ut longe atrocissimam describit. Nititur Tillemontius his verbis: servat populum Moyses a tyranno liberatum. Parta de nostro legislatore testatur hic populus, quem per sacerdotium duxit ad Dei promissionem. Sed quocumque in loco fuerit Nyssenus, potuit, populo monstrando, plebem a Basilio gubernatam designare. Quemadmodum ibidem dum ait Basilium urbanos tumultus & materiales hos tumultus fugisse, necesse non est ut Cæsarex fuerit. Porro in hac oratione nihil aliud occurrit, ex quo illam Cæsarex habitam suspiceris, quamvis multa ejusmodi occurrere debuissent, si Cæsarienses alloquutus fuisset Nyssenus. Quinetiam cum ait se patriam Basilii commemorare

K a nolle,

Duo ea de re testimonia Gregorii Nysseni explicantur.

Tom. 3. p. 491.

Naz. or. 20. p. 347.

nolle, non videtur in hac ipsa patria loqui. VI. A de infra cap. 23. n. 6.

Summam animadvertimus necessitudinem inter orationem Basilii de fame & siccitate & eaque ab utroque Gregorio narratur. Sed tamen in hac homilia videtur sibi Tillemontius notas episcopatus perspicere, quia Basilius sic audito. res compellat, *Filli mei, quos per Evangelium genui, quos velut fasciis per manuum benedictionem involvi.* Et infra: *Pauci mecum precantur.* Sed quid impedit quominus hæc presbyter dixerit Basilius, qui inter Cæsarienses ecclesias unam præcipue gubernandam acceperat? Ita congruit hæc homilia cum famis tempore a Gregoriis narrata, ut Tillemontius nullum ei tempus invenire possit, ne annum quidem 374. quo aliam famem contigisse existimat: frustra enim referretur ad illud siccitatis tempus, quo Basilius, teste Nysseno, imbrem precibus impetravit. Tunc enim nulla spe frugum apparente, preces Basilii obtinuerunt, ut malum ultra minas non progrediretur. At in homilia de fame & siccitate calamitas eadem describitur, ac apud utrumque Gregorium.

n. 1. pag. 62.

n. 3. pag. 64.

or. in Basil. p. 491.

Fames toto anno 368. perduravit. a ep. 27.

b ep. 30.

c ep. 31.

V. Toto anno calamitatem perdurasse, id est, ab æstate usque ad anni sequentis æstatem, perspicimus ex tribus Basilii epistolis, quarum in (a) prima, quæ veniente hieme scripta est, de fame sic loquitur Basilius, ut de calamitate jam dudum incepta ac fortasse brevi desitura: (b) in altera sub finem hiemis scripta nuntiat se occupationibus, quas exhibebat fames, adhuc detineri: (c) in tertia, quæ depulsis omnibus hiemis incommodis data est, nondum famem desisse declarat. Necessè est ergo usum saltem annum in his ærumnis consumtum esse. Dixi unum saltem; nam cum hiemis acerbitas & veris siccitas hoc malum attulerint; non improbabile est, statim atque spes futuræ messis ablata, famem exortam esse.

Narrat hanc famem Gregorius Nazianzenus post Basilii cum Eusebio reconciliationem & ante episcopatum. Sed quo potissimum anno acciderit, haud ita facile est dijudicare. Nullo argumento nititur Baronius, cur eam ad annum 367. referat, nisi inusitata illa & lapidibus simili grandine, quæ Constantinopoli & aliis in locis eodem anno cecidit mense Julio ineunte, At fames, quæ Cappadociam afflixit, ex frigore & siccitate repetenda est, ut ex testimoniis supra allatis perspicui potest. Multo aptius calamitas refertur ad annum 368. Non enim convenit annus 366. quia Athanasius Ancyranus, qui vigente dudum fame mortuus est, concilio Tyanenſi interfuit anno 367. Quinetiam hoc concilium, cui præfuit Eusebius Cæsariensis, inter famis molestias anno 367. vix cogi potuisset. Præterea Emmelia grassante fame ac paulo ante episcopatum Basilii, teste Nysseno, mortua est. Quare fames ab ordinatione S. Basilii non multum remoyenda. Neque etiam serius anno 368. fames contigit. Nam Basilius gravissimis curis tandem expeditus S. Eusebium Samosatensem invisit. At id ei integrum non fuisset, si fames anno 369. exorta esset. Non enim desisset, nisi sub æstatem anni 370. paulo ante ordinationem Basilii. Quo tempore eum Samosata petiisse nemo prorsus suspicabitur.

Vit. Macr. p. 187.

I. Basilius Cæsario gratulatur inter Nicææ ruinas servato. Eusebio scribit epistolam 27. II. Episcopi sui morte afflictos Neocæsarienses consolatur. III. Item Ancyranos ob Athanasii mortem. Ibidem de epistolis 24. & 25. IV. Probatum utriusque episcopi & Emmelia matris Basilii mortem ad annum 368. exeuntem aut 369. incuntem pertinere. V. Gregorio molestis negotiis implicate opem fert Basilius. VI. Samosata petit Basilius anno 369. Post reditum scribit Eusebio de morte Silvanii Parsensis. VII. Auto episcopatum epistola 35. 37. collocanda, VIII. De aliis primæ classis epistolis.

I. Cum Nicæam (a) terræ motus longe post hominum memoriam maximus everisset die undecima Octobris anno 368. Cæsarius Gregorii frater, qui in Bithynia præpositus erat thesaurorum, solus ex insignibus viris, aut certe cum admodum paucis incolumis evasit, idque modo quodam incredibili, utpote ipsis ruinis proteclus. Basilius, qui Cæsarium amabat, eumque æquo animo consilia sua accipere sciebat, non prætermisit in tam mirabili eventu occasionem gratulandi & adhortandi, ut quæ ipsam procul dubio subierant cogitationes periculi tempore, eas semper retineret. Scripta ergo hæc epistola 26. anno 368. paulo post everſam Nicæam.

Ægrotavit Basilius hoc anno non semel; quod minime mirum, accedente ad illius comitem infirmitatem sollicitudine & cura, quam in pauperibus sublevandis impendebat. Statuerat invisere S. Eusebium Samosatensem; sed iis duobus rebus detentus est, morbis, & occupationibus, quas ei fames afferebat. Postquam cœpit emergere ex morbo & vires recolligere; supervenit, aliud impedimentum, hiems, solito illa quidem mitior, sed tamen Basilio ita vehemens, ut non modo iter suscipere, sed ne ex cubiculo quidem prospicere posset. Sed tamen tanto ictus erat Eusebii desiderio, ut ei non dubitet polliceri, si & tempestas fissat & vix dies superſint, & iter non obstruat fames, se cito Samosata venturum, ut magnis Eusebii sapientiæ thesauris exſatiari possit.

II. Intra illud spatium, quod ab hac epistola usque ad trigesimam initio veris eidem Eusebio scriptam effluxit, obiit duo episcopi cum Basilio amicitia conjuncti, Musonius Neocæsariensis & Athanasius Ancyranus, ac ipsa etiam Basilii mater Emmelia.

Erat Musonius vir omni virtutum laude cumulatus: primus ei locus in conventibus episcoporum non ætatis jure, sed virtutis merito deferri solebat. Novitatem in primis oderat, ac ecclesiam suam ad antiquæ ecclesiæ imaginem regebat, nihil de suo proferens. Unde factum, ut Neocæsarienses inter gravissimas illorum temporum procellas soli vel certe cum admodum paucis quiescerent, nec ullis hæreticorum ventis persisterent. Musonius cum Basilio ad pacificationem ecclesiarum concurrere noluerat, propter anticipatas quædam, ut ipse fatebatur, opinionæ. Forte ei Eustathius Sebastenus & alii ejusmodi homines displicebant, quos Basilius secum conjunctos habebat, & eum cæteris episcopis conjungere conabatur. Sed tamen summa erat inter utrumque de fide consensio, illiusque auxilium Basilius implorabat, quoties cum hæreticis certandum esset. Non pervenit ad extremam senectutem.

Basilius Cæsario gratulatur inter Nicææ ruinas servato. a Naz. orat. 10.

Eusebio scribit epistolam 27. a ep. 30.

Episcopi sui morte afflictos Neocæsarienses consolatur. ep. 28.



Antem Musonius, sed tamen dia. ecclesiam Neoca-  
 casariensem rexit. Cum autem sciret Basilium  
 quantum doloris illius morte traxissent Neoca-  
 sarienses, libenter eos invisisset, tum ut Muso-  
 nio simul cum eis iusta persolveret; tum ut me-  
 rorem pariretur. Sed cum eum multa detinuis-  
 sent, per litteras eos consolari instituit. Ac vi-  
 ri quidem obitum majus dampnum fateatur infer-  
 re civitati, quam calamitates, quas antea fuerat  
 experta [ anno enim 344. terra motu eversa est ]  
 sed tamen monens ut dolori modum imponant,  
 ac canes vel potius graves lupos abigant, digno  
 pastore eligendo, qui a magno Gregorio, &  
 aliis illius usque ad Musonium successoribus non  
 degeneret. Obtestatur eos ut electionem episco-  
 pi suam quisque proprium esse negotium ducat.  
 Denuntiat se, prout pastorem eligent vel artius  
 conjunctum cum illis vel penitus disjunctum iri.  
 Videtur Basilium timuisse, id quod evenit, ne  
 quis & sibi & veritati non amicus in hanc se-  
 dem eveheretur, Musonium non appellat Basili-  
 um mortuum episcopum: sed hoc ei nomen fuisse  
 scimus ex epist. 210. n. 39. in qua Basilium  
 gravissimos errores exprobrat episcopo Neocasa-  
 riensi, sed sanam doctrinam in hac ecclesia usque  
 ad beatum Musonium fateretur viguisse.

Item An-  
 cyranos ob  
 Athanasii  
 mortem.

III. Circa idem tempus mortuus est Athanasius  
 Ancyra episcopus, qui ab (a) Acacio in hanc  
 sedem, pulso Basilio, electus est anno 360. Du-  
 plex inerat huic ordinationi macula, & quod  
 auctore insigni Ariano facta esset, & quod Basili-  
 us (a) Ancyranus per vim & impressionem ab  
 haereticis depositus esset, Quare non mirum est  
 magnas in ordinatione Athanasii discordias ex-  
 stitisse, Sed tamen magnus fuit veritatis defen-  
 sor Athanasius, Testatur Gregorius Nyssenus  
 nihil ei veritate antiquius fuisse. Interfuit syno-  
 do Antiochena anno 363. ubi fides Nicena sus-  
 cepta, & Tyanensis anno 367. ubi pariter con-  
 substantiale decretum est. Laudat Basilium (a) *ma-  
 gna illius & celebris memoria fide certamina.* Eum  
 existimabat, veluti (b) firmamentum rectae fidei,  
 verae ac veteris dilectionis solum, in solatium  
 ecclesiae servari. Os (c) ejus iusta dicendi liber-  
 tate & gratis verbis ad fratrum edificationem  
 scatebat. Ecclesiam suam sic tenuit, ut omnes in  
 unam confessionem & accuratam communionem  
 vinculo pacis conjungeret.

De epistola  
 24.

Probatum est hujus Athanasii patrem fuisse  
 Athanasium, ad quem scripta est Basilii epistola  
 24. In omnibus codicibus pater Athanasii episco-  
 pi dicitur, nec alium habemus cui id conveniat,  
 praeter Ancyranum. Erat ille vir magnae erudi-  
 tionis, gentium & urbium gubernacula tenuerat,  
 & magnam progenitorum virtutem aemulabatur.  
 Cum autem audiisset Basilium hunc Athanasium  
 in liberos eum non esse, quem deceret, cum  
 praesertim paternis votis dignissimi essent; libera-  
 eum admonuit. Molestum id accidit Athanasio,  
 qui sese apud Basilium purgavit, & iniquos re-  
 mores a Timotheo chorepiscopo ad Basilium per-  
 latos conquestus est. Responder ei Basilium, eum-  
 que probatum & purgatum sibi esse declaras,  
 sed tamen hortatur, ut nullam calumniam insam  
 praebet, Fateretur se aliquid audisse, ac nequa-  
 quam a Timotheo chorepiscopo. Hujus epistolae  
 tempus certo statuere non possum; sed collocan-  
 da fuit ante epistolam 29. in qua mors Athana-  
 sii episcopi logetur. Nondum presbyterum fuisse  
 Basilium conjecti posset ex his verbis: *Nec mole-  
 ste feras, si quid a nobis docentium more dicitur.*  
 Sed levis haec conjectura,

Basilio nostro molestissima esse debuit Basilii De epistola  
 Ancyranum ab Anomoeis ejecti depositio, nec pro.  
 inde placere Athanasii ordinatio. Sed tamen ar-  
 tissima videtur ei interest fuisse cum hoc Atha-  
 nasio amicitia, quo amisso neminem sibi existi-  
 mabat superesse, cui ecclesiarum curam defer-  
 ret, neminem quem & molestiarum & luctus  
 socium haberet. Incidit eorum amicitiae difficul-  
 tas quaedam, quae longius processisset, si non  
 summa fuisset in Basilio lenitas. Plurimi Ancy-  
 ra Caesaream venientes uno ore Basilium nuntia-  
 runt Athanasium se succedere ac minas etiam  
 aliquas intente. Nemo erat ex Caesariensibus  
 Ancyram proficiscentibus, cujus aures hoc Atha-  
 nasii sermone non circumsonuissent, scilicet a  
 Basilio *nomen quosdam scribit & componit.* His enim  
 verbis usum esse asserabant Athanasium, qui eo-  
 tidem verbis illius dicta referebant. Basilio, qui  
 jam dudum humanarum rerum imbecillitatem  
 perspexerat, nihil inexpectatum erat: sed tamen  
 vehementer miratus est, ac instar monstri esse  
 duxit, quod tanta sibi injuria ab homine & ve-  
 ritatis & caritatis servantissimo fieret. Causam  
 reperire non poterat, cur sui odium cepisset A-  
 thanasium: suspicabatur aliquem ex haereticis  
 scripta sua sub Basilii nomine vendidisse. Itaque  
 per amice cum eo exposulatur, quod non scripse-  
 rit, aut saltem non se accepserit, aut per si-  
 dum aliquem amicum dolorem significaverit.  
 Rogat ut, si se ab hac sollicitudine liberare ve-  
 lit, quibus de causis ad hanc offensionem addu-  
 ctus sit, aperte declaret.

Scripta est haec epistola 29. non multis ante  
 mortem Athanasii annis. Jam enim Basilius ve-  
 ritate & scriptis & factis defendenda magnam sibi  
 nomen pepererat; ac temporum molestiis ita ani-  
 mum assuefecerat, ut nullius jam hominis erga  
 se immutatio inexpectata ipsi videretur. Sic au-  
 tem Athanasii mortem deflet in epist. 29. sic  
 desiderat summum illum virum, quem colum-  
 nam & firmamentum Ecclesiae vocat; tantumque  
 illius morte jacturam fecisse se significat, ut fa-  
 cile pateat nascentem inter eos dissensionem ci-  
 to sedatam fuisse. Hortatur Ancyranos, ut di-  
 ligenter caveant ne rursus lites & discordiae in  
 novi episcopi electione nascantur. De Musonii  
 & Athanasii successoribus sic loquitur Basilius,  
 ut nihil boni ab eis expectasse videatur. *Neocae-  
 sarea, inquit, & Ancyra visa sunt habere successo-  
 res eorum qui obierunt, & hac usque conquiescunt.*

Circa idem tempus ac Musonius & Athana-  
 sius, obiit S. Emmelia mater Basilii, de cujus  
 morte certiore facit Eusebium in eadem epi-  
 stola. Scripta est haec epistola nondum elapsa  
 hieme, ut ex his verbis perspicui potest: *Si omnes  
 ordine scriberem causas, quibus in hanc usque diem  
 detentus sum... morbos quidem alios aliis succeden-  
 tes, hiemis molestiam, negotiorum contrivitatem  
 omisso dicere &c.* Quare errore non carent ec-  
 clesiae tabulae, in quibus mors S. Emmeliae  
 ponitur die trigesimo Maii. Enumerat enim Ba-  
 silium hiemem inter impedimenta, quibus hactenus  
 detentus fuerat. Eo probabilius est hanc  
 epistolam non scriptam esse mense Junio, quod  
 aliam Basilium postea ad eundem Eusebium epi-  
 stolam scripserit, antequam fames desisset. Sola  
 enim fame detinebatur, quomodo comitaretur  
 Hypatium, consanguineum suum, morbo quo-  
 dam languentem, in quo curando consuetum  
 successum non habuerunt viri donis curationum  
 instructi. Quare Basilius ad alios confugiendum  
 ratus, Eusebium rogat, ut religiosissimos fra-  
 trum

trum [ monasterii alienus ascetas videtur designare ] ad se accersat, qui sub ipsius oculis Hypatio medeantur; vel saltem ad eos Hypatium mittat litteris suis munitum.

a Probat-  
tur utrius-  
que episco-  
pi & Em-  
meliz ma-  
tris Basilii  
mortem ad  
annum  
368. exeun-  
tem autem  
369. ineun-  
tem perti-  
nere.

IV. (a) Nunc exponendum nobis est, quibus adducti rationibus ad annum 368. & 369. hos eventus referamus, quibus Tillemontius & plerique alii annum 373. assignant, Pagius vero, qui aliorum errorem alio graviore emendat, annum 370. i. Nullum prorsus occurrit in toto episcopatu Basilii tempus, in quo eiusmodi eventus conjungi possint, ut in his quas recensuimus epistolis coniunguntur: nempe mors Musonii & Athanasii Ancyranus ac sanctæ Emmeliz, diuturna fames Basilium ex continuis occupationibus respirare non sinens, consilium eundi Samosata per integrum annum, id est, per duas ætates ac unam hiemem hac fame interpellatum. Nil verbis opus est, ut hæc anno 370. non evenisse probem, quo Basilium recens ordinatum non famem occupabat, sed negotia ab episcopis ipsius electioni intercedentibus exhibita detinebant, nec Samosata cogitabat, sed Eusebium invitabat, ut sequenti vere ecclesiam Cæsariensem reverseretur. Ipse Pagius non elegisset hunc annum, nisi ordinationem rejecisset in annum 371. Nullum famis vestigium anno 371. Basilium ab autumno usque ad primos menses anni sequentis, adventus Arianorum, expectatio Valentis ac deinde ipsa persecutio sic detinuerunt, ut iter Samosatense in mentem venire non potuerit. Anno 372. statim post Pascha iter [a] aliquod suscepit, mense Majo aliud [b] meditatus est, quod ad exitum non perduxit. Sed postea Armeniam peragravit, ac tandem suavissimum mel ecclesie Samosatensis degustavit. Nihil ergo ex his quæ querimus, suppeditat annus 372. Superest annus 373. qui maxime arridet Tillemontio. Nam anno 374. & sequentibus exulabat Eusebius. Reperimus quidem hoc anno Basilium invisendi Eusebii promissis obstrictum. At cur promissa non perfecit, gravissimum morbum excusat in pluribus epistolis, nusquam famem. In epistola 145. appropinquante hieme scripta, cum spem omnem abiecisset visitandi Eusebii, morbis debilitatus; ipsum ad se invitat. Morbum & hiemem causatur in epistola ad Evagrium, cur in Armeniam proficisci non possit. Uno verbo nullum prorsus hoc anno indicium famis aut incipientis aut desinentis. Nemo famem anno 373. desisse dixerit. Hæc enim sedata Eusebium invisit Basilium, quod quidem anno 373. perficere non potuit. Eadem causa famis initium ad annum 373. referre non sinit: siquidem illa anno sequenti solutus Basilium Samosata petiit. At anno 374. exulabat Eusebius. Immerito ergo Tillemontius mortem Musonii, Athanasii & S. Emmeliz anno 373. exeunti affigere conatur.

2. Habemus certissimum Gregorii Nysseni testimonium, qui postquam mortem & sepulturam matris narravit, statim sic pergit: *Tum insignis inter sanctos Basilium magna Cæsariensium ecclesie declaratus antistes, qui in clerum sacerdotii presbyterorum fratrem evehit, suis cum mysticis sacramentis consecrans: tumque illis ad majorem gravitatem & sanctitatem vita progreditur, augente philosophiam sacerdotio.* Nimirum clara & perspicua Gregorii verba, quam ut eludi possint: multo minus dici possit errare in tam insignibus rebus domesticis enarrandis.

3. Ut hos eventus anno 368. exeunte aut ineunte 369. assignemus, rerum deinceps nar-

andarum series omnino postulat. Modo probabimus epistolam 34. ad Eusebium, cui summa est cum superioribus necessitudo, ante episcopatum scriptam esse. De Athanasio Ancyrano & Musonio nihil deinceps occurret. Neuter subscribet litteris in [a] Occidentem missis anno 373. Quinetiam ab [b] Atarbio successore Musonii gravissimas molestias Basilio exhibitas videbimus non multo post Pascha anni 373. Eodem anni 375. tempore sic compellat Neocæsarienses: *Multo tempore inter nos siluimus, fratres.* Queritur ibidem quod eorum iracundia totam hominis ætatem perduret. Num sic loquutus esset, si anno 373. exeunte aut ineunte 374. nondum ullæ existissent odii significationes, eosque tunc episcopi morte afflictos litteris amicissimis consolatus fuisset? His adde in opinione Tillemontii explicari vix posse, quomodo Basilium, qui se initio monasticæ professionis, ut supra vidimus, omnibus rebus nudaverat, quique hoc institutum amplectentibus nullius omnino retinendæ rei licentiam concedit, suo tamen patrimonio pauperes presbyter iuverit. At id nullo negotio solvimus. Nondum deserat fames, cum matris morte ad eum bona redierunt, quæ statim urgente fame in pauperes effudit.

Necesse fuit in his probandis immorari, quia maximi sunt momenti ad ordinem rerum Basilii gestarum. Sed objicit Tillemontius Basilium in epistola 30. sic de negotiorum suorum perpetuitate, & de insidiis sibi structis loqui, & cum Eusebio episcopo & Athanasio Ancyrano sic agere, ut dubium esse non possit, quin tunc episcopus fuerit. Videtur etiam sibi certissimas notas episcopatus perspicere, cum ait Basilium secum Musonium ad ecclesiarum pacificationem non concurrisse, sed tamen eum semper a se ad oppugnandos hæreticos advocatum fuisse: vel cum dicit mortuo Athanasio: *Culnam deinceps ecclesiarum curam deferemus?*

Sed 1. facilem & expeditam responsonem suppeditant, cum ipsa Cæsariensis ecclesia, quæ jus exarchicum habebat, tum Basilii in hac ecclesia auctoritas, quem Gregorius Nazianzenus testatur, etsi cathedra inferiorem, ecclesie imperium obtinuisse. His adde maxima ingenii, doctrinæ, & virtutis ornamenta, quibus episcopi tantum tribuebant, ut eum adhuc lectorem Constantinopolim ad veritatis defensionem accersiverint, & cum eo de maximis rebus Lampfacum profecturi deliberarent. Quid mirum si presbyter factus, cum plurimas partes regendæ ecclesie Cæsariensis sustineret, non minimas etiam in iis, quæ ad exarchicum jus pertinebant, sustinuerit?

2. Illud asseverare possumus nihil his litteris inesse, quod episcopalem auctoritatem necessario designet. Nonne enim presbyter & perpetuis negotiis detineri potuit, & insidiis inimicorum appeti? Quamquam negotia illa non aliunde, quam ex fame tunc grassante oriebantur, id quod minus animadvertit Tillemontius: insidiæ non magis Basilium, quam ipsam Cæsariensem ecclesiam videntur petiisse. Secernit se ab episcopis Basilium, cum ait in epist. ad [a] Eusebium, *dum vos cunctamini* &c. In epistola ad [b] Athanasium nihil sane animadverto, quod Basilium honore parem Athanasio fuisse indicet. Imo queritur quod se Athanasius non accersiverit, ut doloris causas indicaret: quod profecto episcopus Cæsariensis non dixisset Ancyrano, cum præsertim ecclesia Cæsariensis jura exarchica

a ep. 92.

b ep. 126.

ep. 204. n. 1.

Not. 65. Basil.

ep. 28. n. 2.

or. 20. p. 340. a

ep. 30.

ep. 25.

ea

ca in Galatiam extenderet. Ridet quidem Athanasii minas Basilii. Sed num necesse fuit eum episcopum esse, ut se minas ridere diceret, nec adeo puerum esse, ut hæc terricola formidet? Neque etiam episcopalem auctoritatem sibi arrogabat, cum nomine episcopi sui, qui ipso dominante dominari sibi videbatur, vicinos episcopos ad defensionem veritatis advocaret, iisque curam ecclesiarum deferret.

Naz. ibid.

Gregorio molestis negotiis implicato opem fert Basilii. Naz. ep. 10. p. 168.

V. Cæsarius Gregorii Nazianzeni frater, anno 368. e Nicææ ruinis mirabiliter servatus, Dei beneficio ad animæ salutem uti, & a reipublicæ administratione recedere statuerat. Sed præclaro consilio mors obstitit paulo post superveniens. Mortui preciosissima quæque & servi & alii homines servis non meliores diripere, ac paucissima parentibus reservarunt, quæ statim pauperibus distributa sunt. Cum enim moriens dixisset Cæsarius: *Mea omnia volo esse pauperum*; frater illius Gregorius, ad quem tota domus sollicitudo redibat, pium mandatum summa religione perfecit. Sed simul prodire commentitii quidam creditores, qui pecuniam a se Cæsarium accepisse dicerent. His statim numerabatur quidquid petebant, quamdiu fuit unde absolverentur; unde nonnullos pœnitebat, quod plus non petissent. Sed cum quotidie ejusmodi sycophantæ, sive improbitate, sive temporum miseria cogente, peterent; necesse fuit negare. Repulsam passi litres intulerunt, ac Gregorium in maximas ærumnas conjecerunt.

Basiliius, qui res adversas Gregorii suas proprias esse ducebat, commendat illius causam Sophronio urbis C. P. præfecto. Demonstrat & se & Gregorium in ejusmodi negotiis hospites esse & peregrinos; quamobrem Sophronii prudentiæ statuendum relinquit, quod optimum factu sit, ut his molestiis liberentur. Cæterum rogat ut ea de re agat cum Comite thesaurorum: ac Gregorii verbis declarat eum paratum esse quidquid de bonis Cæsarii reliquum est, ærario cedere, modo patronus ærarii respondeat iis qui adoriuntur, & probationes requirat.

In eadem scripta sententiam epistola sequens, quam minus commode Tillemontius & alii referunt ad negotia Gregorio Nysseno exhibita anno 375. Agit enim de iisdem prorsus rebus ac præcedens.

In utraque epistola Gregorius vocatur episcopus, neque hac in re discrepant manuscripti codices ab editis. Sed has voces margini appositæ fuisse, ut Theologi pater designaretur, ac inde in contextum irreplisse, multis rationum momentis probatur. Non enim de Gregorio episcopo agitur in his epistolis, sed de ejus filio, qui nondum episcopus erat. 1. Is quem commendat Basiliius, pauper erat, jamdudum vitam quietam agere statuerat, veteri cum Sophronio & Aburgio amicitia conjunctus erat. Hæc autem minime congruunt Gregorio patri opes non mediocres habenti, & episcopalibus curis jamdudum distracto & ab ætate Sophronii & Aburgii remotissimo. At quadrant optime Theologo, qui omnibus rebus sese nudaverat & monasticam vitam profitebatur, & Sophronii ac Aburgii æqualis erat. 2. Theologus cum totius paternæ domus curam, tum in primis hujus molestissimi negotii pondus sustinuit, ut perspicui potest ex ejus carmine de rebus suis. Hinc statim atque audit fratris bona diripi, patrocinium Sophronii imploravit, eique scripsit epistolam 18.

Naz. ep. 17.

Vix autem dubium esse possit quin hæc episto-

la ante episcopatum Basilii scripta sint, Scriptæ enim sunt non multo post mortem Cæsarii, qui anno 368. exeunte aut 369. ineunte obiit; siquidem spatium non habuit ea perficiendi, quæ tempore periculi statuerat. Nec sane verisimile est commentitios creditores, qui his litteris materiam dederunt, divociosos sedisse, ac non statim occasionem arripuisse. In carmine Gregorii de rebus suis, quod ante annum 372. collocari debet, quia nulla ibi mentio ærumnarum Basiliius, non tamen multo ante, quæ canos & rugas commemorat; in hoc, inquam, carmine molestias; quæ fratris mortem sequutæ sunt, interdum ut præteritas desset, interdum ut præsentibus, Sed hoc forte tribuendum carminis licentiæ; atque etiamsi nondum anno 372. defunctus his ærumnis fuisset Gregorius; non idcirco epistolæ Basilii ad hoc tempus differendæ essent; sed negotium diu protrahum videri deberet.

VI. Solutus tandem gravissimis curis Basiliius ad complexum Eusebii Samosatensis properavit, Jam sese hoc promisso obstrinxerat præterito anno; ac moras quidem fames & morbi & hiems attulerunt, sed nequaquam consilium infregerunt, ut perspicui potest ex superioribus epistolis. Quare non dubium est quin quod tam asseveranter promiserat, tamque sitienter concupiverat, id anno 369. exsequutus sit. Præterea ex epist. 34. quæ ante episcopatum scripta est, Basilium in Eusebii congressum venisse cognoscimus. Precatur enim Deum, ut sibi dignetur iterum perulisse Eusebii congressum concedere. Hinc etiam in ep. 157. quæ scripta est anno 373. exeunte, sic Eusebium alloquitur: *Quam moleste tulisse me putas, quod tuo congressu præterita ætate caruerim? Atqui ne aliis quidem annis congressus talis exstitit, mihi ut satietatem offerret.* Eusebium ergo Basiliius non semel iavit; sed cum semel tantum in episcopatu hoc iter suscepit, nempe anno 372. aliud primo itineri tempus assignandum est ante episcopatum.

Postquam rediit Basiliius in Cappadociam, nova calamitas ecclesiis supervenit, ex qua majorem in modum ingemuit, Ariani enim ecclesiam Tarsensem occupaverunt, uno ex suis in hanc sedem imposito post mortem Silvani, qui ante iter Basilii Samosatense, vel non multo post videtur obiisse. Suum ergo dolorem Basiliius Eusebio significat, quod civitas tanta tamque opportune sita, ut Isauros, Cilicis, Cappadoces & Syros per seipsam conjungeret, unius aut duorum hominum temeritate in perniciem nullo negotio conjecta esset, dum episcopi catholici cunctantur ac deliberant, & sese invicem respiciunt. Fatetur tamen nullam ejus rei culpam Eusebium sustinere, nec quidquam ab eo prætermisum, quod ad Ecclesiæ utilitatem pertineret.

Non tamen evenit quod metuebat Basiliius, ne periret ecclesia Tarsensis. Videtur enim maxima pars presbyterorum curam ecclesiæ suscepisse, & pro fide catholica strenue dimicasse. Cum eis Basiliius eadem amicitia & communione conjunctus fuit, quam cum Silvano habuerat, ut testantur litteræ 113. & 114. At cum episcopo Ariano nec Basiliius nec presbyteri Tarsenses communicabant, ut observabimus, cum de iisdem epistolis agemus,

Scripta autem hæc ad Eusebium epistola anno 369. exeunte aut ineunte 370. siquidem post iter Samosatense scripta est, quod anno 369. circa autumnum suscepit Basiliius. Presbyterum illam Basilium scripsisse monent codices MSS. qui.

Samofata petit Basilii anno 369.

Post reditum scribit Eusebio de morte Silvani Tarsensis. pp. 34.

ep. 114.

quibuscum optime confestat illud, dum vos cum Hamini, deliberatisque & vos mutuo respicitis, His enim verbis fecernit se Basilium ab episcopis. Quæ de Silvani morte diximus, confirmat epistola 67. ad Athanasium scripta anno 371. Hunc enim beatum appellat Basilium, qui hunc titulum non solet nisi mortuis deferre.

Ante episcopatum epistolæ 35. 36. 37. collocandæ.

VII. Ante episcopatum collocandas duxi tres sequentes epistolas, quæ inscriptione carent. Prima potenti cuidam amico, forte censori, scripta est, cui jam multos commendaverat Basilium, sed nunc de meliore nota commendat ei Leontii domum, rogatque ut Leontio eandem humanitatem exhibeat, quam sibi exhiberet, si quæ possideret prædia, nec Dei beneficio in summa paupertate versaretur.

In duabus sequentibus epistolis rogat Basilium ut domui, in qua nutritus fuerat, antiquus census fervetur, nec ei nova persequatione oneris quidquam addatur. Atque id rogat non solum Dorothei presbyteri, collactanei sui, sed etiam sua ipsius causa. Nam cum nihil proprium haberet, sed carorum & propinquorum rebus sustentaretur, alimenta ei ex hac domo præbebantur, opera illius presbyteri, cui mater Basilii maximam partem servitiorum ad eandem domum pertinentium, quamdiu presbyter ille viveret, utendam tradiderat, ea conditione ut Basilio alimenta ministraret,

ep. 37.

Vel presbyteri vel episcopi dignitatem designat Basilium, cum se parentis loco constitutum dicit propter dignitatem illam in qua a Domino collocatus erat. Sed cur episcopum illum fuisse non putem, cum tres illa scriberet epistolas, detinet me summa illa paupertas, in qua versari se dicit, nec prædia ulla possidentem, nec quidquam proprium habentem. Etsi enim in ipso etiam episcopatu pauperrimus fuit omnium hujus mundi bonorum; tunc tamen magis animo & liberalitate in pauperes pauper fuit, quam quod nulla prædia, nullos redditus haberet. Videntur enim ecclesie Cæsariensis fatis amplè, ut illis temporibus, opes fuisse; cujus rei testes sunt Taurici redditus, qui dum ex loco tam remoto Cæsarem ferrentur, spectantis Anthimi Tyanensis oculos lædebant. Basilii erat ager ille, in quem plurimos episcopos anno 373. convocavit, ut firma esset omnium de fide Eustathii consensus. Si quis consideret amplissimum ædificium quod Basilium anno 372. aggressus est, si sumtus quos faciebat in invitandis & excipiendis episcopis, (mittebat enim qui jam invitatos iterum admonerent & perhonorifice deducerent) illum profecto fatebitur eo paupertatis redactum non fuisse, ut nihil possideret, sed carorum & propinquorum facultatibus sustentaretur. Quare tres illas epistolas, quæ tantam Basilii paupertatem testantur, ante episcopatum necesse fuit collocare. Ipse Basilium discrimen aliquod agnoscit inter eam paupertatem, quam episcopus animo retinebat, & eam, quam ante illud tempus professus fuerat. Ait enim non illepido in epist. 186. ad Antipatrum præsidem, qui crambæ aceto condita sanatus fuerat, sibi crambem antea invisam fuisse, cum ob proverbium, tum quia comitem paupertatem in memoriam revocabat; tunc vero mirum in modum placere, postquam prædidi valitudinem restituit.

Naz. ar. 20. p. 356.

ep. 244. n. 2.

ep. 94.

ep. 244. n. 2.

De aliis primæ classis epistolis.

VIII. Epistolam 38. initio episcopatus S. Gregorii Nysseni, id est, anno 372. scriptam conjicit Tillemontius. Sed quia Basilium in hac epistola cum Gregorio nequaquam differit, ut par

erat cum collega differere, sed eum potius ut tironem theologie elementis imbuat; (Ait enim se hunc ei commentarium confecisse, ne hypothesis, ut multi alii, cum essentia confunderet) credere malim Gregorium hanc a fratre pertractationem accepisse, cum relicta rhetorice cathedra totum se sacris & ecclesiasticis scriptoribus evolvendis dedit. Illud etiam probare possit hanc elucubrationem Basilii episcopatu antiquiorem esse, quod nihil habet de celeberrima illa questione, quæ initio episcopatus Basilii de Spiritu sancto exorta est.

De epistolis Juliani ad Basilium & Basilii ad Julianum jam loquuti sumus. Quod spectat ad quinque alias epistolas quæ sequuntur, sunt illæ quidem dignæ Basilio ac præclarissima instituti ascetici præcepta continent. Ipsum etiam tempus optime congruit, si conjecturæ Tillemontii recipiantur. Ex his enim verbis epistolæ 46. *At spiritus aeris, qui nunc in filiis contumaciæ operatur, exigua aura modo suscepta, abnegasti hæc omnia*, conjicit impium Juliani regnum designari. Illud autem epistolæ 45. *Nosce quomodo jam Judæorum & Gentilium filii ad Dei cultum compelluntur*, referri posse idem scriptor existimat ad imperium Joviani; quippe cum mors Juliani & exorta inter conatus iustificationis Templi miracula conversiones ejusmodi commovere potuerint. Jamdudum apud Græcos nonnulli has epistolas Basilio abjudicarunt. Prima, quæ est ad Chilonem, S. Nilo a nonnullis tribuebatur, ut legimus in uno ex codicibus regis. Si una S. Nilo tribuitur, cæteræ etiam tribuendæ: sunt enim omnes ejusdem inter se stili. Jam nonnulli in his litteris stilum Basilii desiderarunt: sed ad hanc dubitandi rationem illud etiam accedit, quod legitur in epist. 45. *Petisti Jerusalem, ubi & ipse tecum commoratus, ob athleticos se labores beatum prædicabam*. His verbis diurna Hierosolymis commoratio indicatur, quæ in Basilio non convenit. Rem facile explicat & conciliat Combefisius, qui Basilium Hierosolymis baptizatum putat, ut in fabulosa illius vita legitur, quæ Amphilochoi nomini supposita fuit.

Harum quinque epistolarum prima ad anachoretam quemdam in Palæstina, Chilonem nomine, scripta est, qui se ita in solitudinem abdidit, ut ne sacris quidem conventibus iate, resset. Hoc præcipue illum edocet auctor epistolæ, quomodo fastidium solitudinis vitandum, & si quæ subeant cogitationes sub specie obeundi sacras synaxes, quomodo repellendæ sint. Sequitur brevissima ad juniores admonitio. Epist. 44. scripta est ad monachum quemdam, qui ex summo pietatis fervore in magna crimina lapsus fuerat, & pecuniarum raptor evaserat. Sequens ad alium monachum, qui amplis opibus relicto hoc institutum amplexus fuerat, sed postea ad ulterius commiserat & nonnullos horrendum quidpiam jurare coegerat. Similis est argumenti epistola 46. & ad pœnitentiam hortatur virginem lapsam, quæ cum virginitatem violasset, voto se obstrictam negabat, quamvis virginitatem coram Deo & angelis & hominibus professâ esset.

CAPUT XIII.

I. Mortuo Eusebio minus caute Basilium successoris electioni providet. II. Ipse Basilium utriusque Gregorii & Eusebii Samosatani opera eligitur, III. Intercedunt plures episcopi & ante ordinationem discedunt. IV. Quo anno hæc peracta ordinatio.

I. Eusebius Cæsariensis episcopus animam in Ba.

Mortuo Eusebio mi.

nus caute  
Basilii suc-  
cessoris ele-  
ctioni pro-  
videt.  
a Naz. pag.  
310. & 342.

Basilii manibus anno 370. (a) leniter exhalavit, & ad Dominum, pro quo fortiter & strenue in persecutionibus decertaverat, annis episcopatus fere octo exactis, profectus est. Nemo sane tanta sede dignior erat Basilio, neminem latebant eximia doctrinae & sanctitatis ornamenta: spectata omnibus erant summa de ecclesia Caesariensi merita, cujus administrandae jam plurimas partes ab episcopo commissas sustinuerat, Sed tamen quominus hoc lumen excelso loco collocaretur, plurima obstiterunt, quae Gregorius Nazianzi episcopus summa prudentia & animi fortitudine removit. Ipse Basilius ne suspicans quidem oculos in se conjectum iri, amicum suum Gregorium accersivit, verbis quidem, ut ei perne moriens extremum vale diceret [videtur enim tunc consueto illius & comiti morbo aliquid novi doloris accessisse] re autem vera, ut Gregorii consilio & opera in episcopi electione uteretur. Percussus hoc nuntio Gregorius lacrymas fudit, seque ad iter accingebat, cum episcopos ad urbem sensit concurreret. Tum vero Basilii consilium intellexit, ac proficisci abnegans, cum Basilio pluribus nominibus iuravit: primum quidem, quod non vidisset se hominum sermones ac ambitus suspicionem, amico ad eiusmodi tempus accessito, non evitaturum: deinde quod cum se ipse in electionis tumultum interponere non auderet, per Gregorium, quocum erat tam arcta amicitia conjunctus, ea decenter agi posse crederet, quae ipse per se egisset indecore: denique quod pios homines plus posse in eiusmodi electionibus existimasset, quam potentes & apud vulgus gratiosos. His de causis Gregorius cum ipse proficisci noluit, tum Basilio auctor est, ut prudenti secessu tumultus & pravas suspiciones fugiat. Verisimile est Basilium amici consilio paruisse, ac latebras quaesivisse dum electio perageretur. Sed immerito Baronius post Eliam Cretensem ad Basilium refert Gregorii Nazianzeni verba de pastorum praestantissimo ovilis curam adhuc detrectante, ac paulo post suscepturo. Loquitur enim hic de Nazianzenis monachis, D

Naz. ep. 21.

an. 369.  
or. 12. p. 195.

inter quos unum praecipue laudat, Videtur Basilius paulo antequam Eusebii oculi clauderentur, ad Gregorium scripsisse, vel oerte antequam mortis nuntius Nazianzum deferreretur. Nam Gregorius, cum se ad iter accingeret Basilii invisendi causa, sensit episcopos ad urbem concurrere, seque intellexit a Basilio non tam ad morbi solatium, quam ad operam in episcopi electione tradendam allici. Cognovit ergo ex hoc episcoporum concursu mortuum esse Eusebium: nec dubium est quin, si certior de hac morte factus antea fuisset, statim & Basilii consilium & consequentia ex hoc consilio incommoda vidisset.

Non deerunt fortasse, qui mirentur vel libenter non credant episcopos Cappadociae statim post Eusebii mortem, antequam litteris cleri advocarentur, Caesaream advolasse. Sed tamen nihil videntur hac in re praeter morem Cappadociae fecisse. Idem fecerunt anno 373. cum falsus de Basilii morte rumor allatus esset, ut per spicimus ex epistola 141. Nemo sane dixerit tunc eos litteris cleri vocatos fuisse.

n. 2.

Cur idem mortuo Eusebio credam evenisse, praeter testimonium Gregorii Nazianzeni, quo jam usus sum, aliud rationis momentum suppeditant litterae Gregorii episcopi ad eosdem episcopos. Hi enim Gregorium Caesaream advocarunt, sed tam perfunctorie, ut nec adesse illum

Naz. ep. 23.

S. Basilii Oper. Tom. III.

oportere significarent, nec qua de re, aut quo tempore. Permoestum id fuit optimo seni: et profecto molestum esse non debuisset, si jam illum, itidem ut alios episcopos, de more clerus invitasset. Tunc enim necesse non fuisset, ut cleri litteris additae episcoporum litterae singula accurate persequerentur.

A N N O 370.

II. Cum praevideret venerandus senex, id quod usu evenit, varia hominum studia in eligendo episcopo futura, declarat (a) episcopis neminem se habere, quem Basilio praefere possit, viro & vitae sanctitate & doctrinae praestantia longe super alios omnes eminenti: nec illius corporis debilitatem obstare debere, cum episcopus quibratur, non athleta, ac praeterea Dei virtus in ejusmodi infirmitate eluceat. Promittit se adfuturum, si hoc suffragium recipiant, ac operam eis daturum vel spiritu vel corpore: sin autem certis conditionibus via capessenda sit, ac factiones contra aequitatem consentur; gavisurum se quod fuerit contemptus.

Ipse Basilius utriusque Gregorii & Eusebii Samojateni opera eligitur. a 161.

Honorifice invitatus ab ecclesia Caesariensi Gregorius demonstrat Caesariensibus, quanti sit momenti electio episcopi, cum in omnibus ecclesiis, tum maxime in Caesariensi aliarum ecclesiarum matre. Summum significat veniendi ad eos desiderium; si per morbum & senium liceat; sed interim declarat ex viris principatu dignis, quos in ecclesia Caesariensi plures esse non inficiatur, neminem Basilio praeferi debere; eumque coram Deo teste asseverat & vitae & doctrinae sanctitate vel solum, vel omnium maxime aptum esse, qui ecclesiam his molestissimis temporibus gubernet. Atque haec scribit clero & monachis, & honoratis ac curiae & universae plebi. Si sibi assentiantur, atque haec vice sit sententia, pollicetur se adfuturum spiritu, jamque in antecessum manus imponere: sin aliud quidpiam illis placeat, ac sodalitia & cognationes vigeant, aut promiscua turba parum loci legibus ecclesiasticis relinquat; participem se eorum consilii non futurum.

ep. 22.

Non putavit Gregorius observandum esse hoc loco, quod Basilius utilius ac satius esse docet in epist. 90. ut dicto testimonio studia vitentur, nec quisquam contendat, ut sua vincat sententia, sed Deum precetur; eique quinam magis idonei sint, judicandum relinquat. Non modo sibi videtur Gregorius hac lege non obstringi, sed etiam ecclesiae Caesariensi ac episcopis minari non dubitat, se non adfuturum, nec participem eorum consilii futurum, si sua non vincat sententia, si quem alium Basilio praefertant. Huic autem agendi rationi non modo venia debetur, sed etiam laus maxima, eique palmam dat Gregorius filius inter caetera patris praclare facta. Nam cum omnium de Basilii virtutibus judicia consentirent, ac luce clarius esset neminem alium sine summo legum ecclesiasticarum contemptu eligi posse; Gregorius eo tam acriter defendendo nec jura nec libertatem suffragiorum attentabat, sed potius a factionibus & praeposteris studiis ad ecclesiasticae utilitatis cogitationem omnium animos revocabat.

or. 19. p. 310.

Has patris litteras indicat Gregorius, cum ait: Litteras scribebat, monebat, populum conciliabat, sacerdotes, cum alios, tum eos qui altaris sunt, obiurgabat, decernebat, ordinabat etiam absens, canitellae suae hoc dabat; ut apud alteros, tamquam apud suos auctoritate uteretur. Quibus ex verbis colligi possit non duas tantum a sancto senex, sed plures alias ecclesiae Caesariensi scri-

or. 19. p. 311

ANNO 370.  
Ibid. or. 2. p. 342.  
p. 343.

scriptas fuisse. Videbatur hanc ab eo sollicitudinem polcere hujus ecclesie status. Erat enim magna animorum dissensio. Basilium omnibus praeferabant selectissima & purissima pars populi, universus clerus & ascetae: sed invidabant & oppugnabant magistratus, ac infimae plebis perditissimi quique cum magistratibus conjuncti, & quod inimicis religionis jocandi materiam dabat, ipsi etiam episcopi.

Basil. ep. 47.

Erat sane metuendum, ne Arianus, qui anno 365. ecclesiam Caesariensis insidias struxerant, dissensionibus laborantem occuparent & everterent. Quare Gregorius cum nondum id esse posset, ac praesidio non mediocri tempore egere intelligeret, magnum ex Oriente lumen accersit, S. Eusebium Samosatenum, missis per Eustadium diaconum litteris, in quibus demonstrat quanto versetur in periculo Caesariensis ecclesia, rogatque ut illius veniat auxilio, ac exantlatis pro Ecclesia laboribus hunc etiam adjiciat. Caeterum habere se praesentibus virum, ipsi Eusebio non ignotum; quem si obtinere possumus, inquit, scio acquirere nos magnam apud Deum fiduciam, atque in populum, qui nos advocavit, beneficium maximum collaturos. Hortatur ut ruptis omnibus moris incommoda hiemis antevertat. Hanc epistolam, quae inter Basilianas reperitur, nemo jam fere est, qui Gregorio restituendam non fateatur.

Ep. 20. p. 342.

Accurrit sanctus Martyrin Cappadociam; idque certo scimus ex epistola 48. Basilii, & ex testimonio Gregorii, qui Spiritum sanctum ab exteris regionibus, viros pietate claros & zelo flagrantibus ad unguendum Basilium excitasse testatur. Non dubium est quin tanti fidei defensoris praesentia lucem reddiderit ecclesiae Caesariensi, & multos ex curia, ac forte etiam ex ipsi episcopis ad sanio rem sententiam adduxerit. Nam testatur Gregorius Spiritum sanctum abunde videri se. Sed tamen illius monitis & hortatibus plures episcopi non videntur cessisse. Nam cum eorum numero, qui episcopum proclamaturi erant, unus deesset ad canonicam electionem; Nazianzense episcopus non solum senectute, sed etiam morbo fractus, animamque agens, iter aggredi non dubitavit, ut calculo suo electionem juvaret. Colligit Tillemontius ex his verbis Gregorii necessaria fuisse ad canonicam electionem majoris partis episcoporum suffragia. Quod quidem eo diligentius servandum erat in electione Basilii, quod non solum plures episcopi intercedebant, sed etiam adjunctos secum habebant magistratus & perditissimos quoque cives.

Naz. or. 19. p. 311. or. 20. p. 343.

Naz. ep. 29.

Proficiscente patre scripsit Gregorius ad S. Eusebium, cujus zelum & sudores laudat & gratam Deo libertatem; eique acceptum refert quod patris senectus renovata fuerit: unde etiam rem ex sententia successuram sperat: veniam petit, quod non accurrat ad ejus complexum linguis improborum cedens; sed paulo post venturum se promittit, quod tamen perfecisse non videtur. Vicit abunde Spiritus sanctus per Eusebium & Gregorium, qui cum vehiculo, tamquam mortuus feretro, impositus fuisset, ex labore vires traxit; & cum rem egregie administrasset, ac dimicasset, Basiliumque in throno collocasset, firmus ac valens domum rediit, oculos erectos habens a manuum impositione & unctioe, atque etiam ab illius qui ungebatur capite roboratus.

Intercedunt plures episcopi

III, Invidorum Basilii mirum in modum furor exarsit, ubi conatus suos in ventum effusos

viderunt: plagarum, quas sibi hac electione videbantur accepisse, ignominiam ferre non poterunt. Itaque non solum convitiis Gregorium episcopum & maledictis vexaverunt, sed etiam ordinationi interesse, & cum Basilio communicare noluerunt. De factis patri convitiis non silet Gregorius, alterum autem facinus praetermittit. Sed illud non obscure perspicimus ex ep. 48. ad Eusebium Samosatenum ubi Basilius sic loquitur: *Nostris autem spe & expectatione non exsistere meliores. Nam cum statim post egressum tuum advenissent, multa quidem tristia dixere, multa etiam fecere, ac tandem discesserunt; firmato nobis schismate.* Ex postremis testimonii verbis colligimus episcopos, dum Caesaream post egressum Eusebii veniunt, minime communicasse cum Basilio; nec tum primum schisma confluxisse, sed jam antea conflatum confirmasse. Non ergo interfuerant ordinationi, nec Basilio manus imposuerant, nec cum eo communicaverant. Pondus addit huic sententiae eorum Caesarea ante Eusebium discessio. Cur enim Eusebius, cui longum iter peragendum erat, serius tamen quam isti discessit, nisi quia sese proruperunt, statim ac victos se esse viderunt? Illud etiam argumento est, insigne aliquid hos episcopos fecisse, quod hujus dissensionis totae civitates & populi participes fuerunt, ejusque fama ad remotas provincias pervenit, ut postea videbimus. Non opus est verbis refellere Baronii sententiam, qui Basilii adversarios fuisse existimat, non eos quos diximus episcopos, sed Praesidem Cappadociae, & alios huic proximos Caesarea agentes, & civitatem susceperunt, ut in gratiam Arianum Imperatoris alius crearetur episcopus.

& ante ordinationem discedunt.

or. 19. p. 312.

ad an. 370.

Quo anno haec peracta ordinatio.

IV. Quo Basilius anno ordinatus fuerit, non una est criticorum sententia, Baronius & Bollandus anno 369. ordinatum fuisse contendunt; anno 370. Petavius & Tillemontius. Nihil moror Pagium qui ordinationem differt usque ad annum 371. Haec enim opinio stare non potest. Ex duabus autem aliis sententiis longe potior videtur ea quam defendit Tillemontius.

N. Pendet ordinationis annus ex mortis anno. Constat enim Basilium praefuisse [a] octo annos ecclesiae Caesariensi & [b] nonum incepisse. Non minus certum & exploratum est quod testatur [c] Gregorius Nyssenus, novem aut decem post Basilii mortem mensibus, concilium Antiochiae habitum fuisse sedata persecutione. Quare cum Basilius obierit Calendis Januarii, id quod a nemine negatur, ac proinde hoc concilium, quod novem aut decem mensibus post ejus mortem habitum est, non potuerit nisi Septembri aut Octobri mense celebrari; ut de concilio, ita de Basilii ordinatione & morte statuemus. Si concilium referamus ad annum 378. paulo post mortem Valentis qui die 9. Augusti periit; mors Basilii ad anni 378. initium, ordinatione ad annum 369. referenda. Si concilium differatur ad annum 379. ordinatione & mors Basilii pariter uno anno serius collocandae. Quod spectat ad concilium; egregie probat Tillemontius episcopos 146, (totidem enim huic concilio interfuisse patet ex collectione Holstenii) non potuisse intra duos menses ex variis exiliis Antiochiam convenire, cum praesertim summa esset rerum in Oriente, tristissima clade accepta, perturbatio, praeterea in eadem collectione habemus nonnullas subscriptiones episcoporum, inter quas legitur nomen Eulogii Edesseni. At is adhuc presbyter Antiochum relegatus sub Valente, rediit Edessam pace

a Naz. carn. 65. p. 153. b Nyss. vit. Mac. p. 187. c Ibid.

tom. 1. pag. 176.

Hist. lib. 4. c. 18.

ce reddita, teste Theodoro, & Barse mortuo ecclesiam Edessenam suscepit, ac ordinatus a S. Eusebio Samosatensi fuisse ferebatur. His adde reditum confessorum a plerisque historicis Gratiano acceptum referri. Revocatos a Valente dicunt Rufinus & Hieronymus. Sed si id concessit Valens, perpaucis ante mortem mensibus concessit, nec proinde satis spatii fuit, ut concilium ex tot locis uno aut altero post ipsius mortem mense cogere.

2. Multæ res gestæ Basilii, quarum seriem deinceps texemus, in primis persecutio, quam anno 371. & 372. sustinuit, necessitatem afferunt ordinationis in annum 370. conferendæ. Nondum enim duos episcopatus annos emeruerat Basilium, cum Valens Cæsaream venit. Nam insumta episcopatus initia in recolligendis episcoporum Cappadociæ animis: quod ubi ex sententia confecit, statim aggressus est ad pacificationem ecclesiarum, & tum cum mitteret Dorotheum in Occidentem, persecutionis terror denunciatus.

Nec leve argumentum Tillemontio suppeditat ordinatio Demophili Constantinopolitani, quam Basilium in epistola paucis mensibus post suam ipsius ordinationem scripta nuntiat Eusebio, si minus ut recentissimam, saltem, ut nondum cognitam in Cappadocia, cum Eusebius in Syriam rediit. Quare utriusque ordinationis, Basilii & Demophili, idem fere tempus videtur fuisse. Porro Demophili ordinationem pertinere ad annum 370. inde patet, quod Eudoxius ejus decessor, qui hanc sedem invaserat anno 360. undecim annis impietatem suam exercuit, ac Valentiniano tertium & Valente tertium consulibus obiit.

His rationum momentis nonnulla alia addit Tillemontius. Narrat Hieronymus in libro de Scriptoribus ecclesiasticis Basilium obiisse sub Gratiano: quod quidem intelligi non potest, nisi de interjecto inter Valentis mortem & Theodosii electionem tempore.

Objici posset quod ait in eodem libro Hieronymus sanctum Ephrem sub Valente mortuum esse. Nam cum extet sancti Ephrem oratio de laudibus Basilii, ipsius etiam Basilii mors sub eodem Imperatore ac proinde ad initium anni 378. esset referenda. Sed in hac oratione tanta est S. Ephrem de Valente loquendi libertas, ut eum huic supervivisse Imperatori merito existimet Tillemontius. Testatur Theodoretus Arinthzum interfuisse his quæ Trajanus liberrime dixit Valenti, cum is Constantinopoli versaretur anno 378. Tunc ergo nondum obierat Basilium, qui mortui Arinthzi uxorem litteris suis consolatus est.

In Gregorium Nyssenum præcipue exarsit persecutio, qui e manibus militum elapsus, latebras persequi coactus est. Idem tamen exequiis Basilii interfuit; nam Gregorius Nazianzenus morbum suum excusat, cur una cum eo justa persolvere Basilio non possit. Sedata ergo erat persecutio, alioqui non ausus esset Gregorius Nyssenus magnæ civitati vultum suum ostendere; ac proinde Valenti supervivisset Basilium.

Sumit etiam Tillemontius argumenti loco, quod ait Gregorius se Constantinopolim profectum esse, non præter fortis illius veritatis propugnatoris, qui quoque nihil unquam aliud nisi pacem & salutem orbi universo doctrinam spiravit, voluntatem antequam sententiam. Quamvis huc accedat Theophanis auctoritas; vereor tamen ut S. Basilii Oper. Tom. III.

A satis firmum sit argumentum, quod ex Gregorii verbis deducit Tillemontius. Non enim se Basilii consilio hac in re usum esse dicit Gregorius, sed conjecturam facit ex summo illius catholicæ doctrinæ amore, cur ei non displicerint suscepti ad liberandam Constantinopolim labores.

Opinatus est Baronius Basilium die 14. Junii ordinatum fuisse, & cum inter illius ordinationem & Eusebii decessoris mortem aliquid effluerit temporis, mortem Eusebii rejicit in annum præcedentem. Sed si obiisset Eusebius anno præcedenti; vix ferius Septembri obiisset; siquidem Gregorius Nazianzenus Eusebium Samosatensem invitans ad electionem, hortatur ut hiemis incommoda anteverrat. At nimium esset intervallum a mense Septembri usque ad diem 14. Junii. Eadem ratione probatur ordinationem die 14. Junii factam non fuisse. Quomodo enim uno saltem mense ante hoc tempus hiemis incommoda metuisset Gregorius? Quamvis autem in Martyrologiis Uluardi & Adonis dies festus Basilii ad Junii decimum quartum diem ponatur; non tamen eum duo illi scriptores hac die ordinatum dicunt, longeque probabilius est hunc diem festum, qui Caleodis Januarii celebrari non poterat, idcirco in Junium mensem rejectum fuisse. Quare multo commodius Eusebium circa mensem Junium obiisse existimat Tillemontius; Basilium autem mense Septembri ordinatum fuisse. Atque haud scio an etiam aptius differatur usque ad mensem Octobrem ordinatio, ad quam invitans Eusebium Gregorius metuebat, ne illi incommoda hiemis subeunda essent, nisi mature proficisceretur. Aliud causæ esse non puto cur Gregorius Nazianzenus octo tantum annos Basilii episcopatus numeret, nisi quia, cum sero ordinatus fuerit anno 370. paucorum mensium habita ratio non fuit. Hinc etiam Basilium, quamvis multæ gravesque subessent causæ Eusebio post ordinationem scribendi, sero tamen id fecit, eo quod Cappadoces ad ejusmodi itinera hieme subeunda tardiores essent. Objici posset Eudoxium circa mensem Majum obiisse anno 370. nec tamen de illius successore quidquam allatum esse in Cappadociam ante reditum Eusebii, quem Basilium certiore hujus rei facit. Sed, ut observat Tillemontius, quamvis Eudoxius mense Maio videatur obiisse, fieri potuit ut ecclesia Constantinopolitana non statim Demophilo traderetur, mora aliqua ambiciosi illius consilii obstante.

CAPUT XIV.

I. Cæsariensium magna fidei studia. II. Jus exarcbicum Cæsariensis ecclesie probatur. III. Post divisionem Cappadociæ idem jus retinuerunt episcopi Cæsarienses. IV. Objecta solvuntur & decretum secundæ synodi generalis explicatur.

I. Paucis describendus est Cæsariensis ecclesie status, ut perspiciatur quam molestum Basilio fuerit, qui secretæ vitæ semitam in deliciis habebat, in tanta luce collocari. Clarius erat Cæsareæ catholicæ fidei studio, quam erectis olim obfusos hostes tropæis, aut opportuno tum ad hiemem tum ad æstatem situ, aut quod viro rum ferax esset, & alendis pecoribus idonea, ac omnes sub sole urbes equorum gregibus superaret. Nulla alia civitas sub Juliano religionem acrius defendit. Ait Gregorius Theologi pater hanc

Socras. lib. 4. c. 14. Sozom. lib. 6. c. 13.

lib. 4. c. 30.

ep. 269.

Naz. ep. 37.

or. 20. pag. 317. d.

ep. 48.

Cæsariensium magna fidei studia.

Basil. Hom. in Gord. tom. 2. p. 76. n. 2.

Naz. ep. 22.

ANNO 370

hanc ecclesiam omnium pene ecclesiarum matrem & antiquitus fuisse, ac nunc etiam esse & cense-  
 feri, ac in eam alias ecclesias, veluti circulum  
 centro circumscriptum, oculos conjicere, non  
 solum propter fidei integritatem jam olim om-  
 nium fama predicaram, sed etiam ob concor-  
 diam manifesto Dei beneficio concessam. Hujus  
 fidei & concordie praeclarissimum specimen vi-  
 dimus, cum Valens, ejusque comitatus, nefarii  
 haeretici, inanem in oppugnanda Caesarea cona-  
 tuum suorum exitum plorant. Fidei fervor,  
 teste Gregorio Nazianzeno, saepe populum Ce-  
 sariensem in electionibus episcoporum ad con-  
 tentiones & dimicationes abripiebat. Numquam  
 apud eos intermissa fidei Nicena praedicatio,  
 ut discimus ex ipso Basilio. Non solum Caesa-  
 rea, sed tota etiam Cappadocia incendiis illud,  
 quod totum Orientem vastaverat, saltem usque  
 ad annum 375. effugit, ut perspicimus ex plu-  
 ribus Basilii (a) epistolis Quinetiam (b) Cappa-  
 dociae episcopi erant veluti scopuli quidam in  
 mari prominentes, ac furorem haereticorum flu-  
 tuum excipientes, qui dum frangerentur circa  
 Cappadociam, ea quae retro sunt non alluebant.  
 Si qui interdum episcopi prave sentirent, popu-  
 lorum metu errorem premere cogebantur. Te-  
 statum enim Gregorius Nazianzenus nonnullos  
 episcopos cum Basilio in fidei negotio minime  
 consensisse, nisi quantum eos populi consentire  
 cogebant, sed si Arianis aditus in Cappadociam  
 non paruit, antiquae haereses nondum in hac re-  
 gione erat extincta. Nam ex Encratitarum  
 secta duos episcopos Basilio in ecclesiam redeun-  
 tes suscepit. Supererant etiam in Cappadocia  
 ethnici non pauci. Nam per omnes fere agros  
 sparsi erant Magusae, gens superstitiosa olim ad  
 hanc regionem incolendam Babylone adducta.

cr. 19. pag. 308.

ep. 140. n. 2.

ep. 65. n. 2. 203. n. 2.

ep. 20. p. 355.

ep. 188.

ep. 258. n. 4.

ep. 3. p. 231.

S. Gregorius Nyssenus ab itinere Hierosoly-  
 mitano Cappadoces hac maxime ratione dehor-  
 tatur, quod, si Dei praesentiam ex iis quae con-  
 spiciuntur conjicere liceat, multo magis in Cap-  
 padocia Deus, quam aliis in locis videatur ha-  
 bitare, ibi enim plurima esse altaria, per quae  
 nomen Dei celebratur, ac pene plura quam in  
 toto orbe terrarum, laetis sane his verbis magna  
 exaggeratio: sed tamen perspicui ex illis potest  
 quae ad Dei cultum pertinent, plurimum in Cap-  
 padocia splendoris habuisse. Necessaria sane erant  
 religio christiana ad emendandos Cappadocum  
 mores, qui inter pessimos homines numerari so-  
 lebant. Inde fiebat, ut qui aut Christiani non  
 erant, aut in christiana religione veterem ho-  
 minem servabant, omnibus vitiorum maculis  
 notarentur, ex quo interdum natae S. Basilio  
 ingemiscendi causae.

Jus exar-  
 chicum Ce-  
 sariensis  
 ecclesiae  
 probatur.  
 ep. 76.

ep. 99.

II. Nulla deerant Caesareae magnarum (a) ur-  
 bium ornamenta: sed magnum in primis decus  
 ecclesiae Caesariensis afferebat laxissime pertinens  
 jurisdictio. Quot enim provinciae ducibus & vi-  
 cariis Ponticae patebant, totidem Caesariensis epi-  
 scopi curis commissae fuerunt. Certe Armenia,  
 quae una erat ex illis provinciis, Basilio, veluti  
 cuidam exarcho parebat. Nam anno 372. man-  
 datum accepit Basilio ab Imperatore, ut epi-  
 scopos huic provinciae daret. Adjunctus est ei  
 socius Theodotus provinciae metropolitanus. Is  
 Basilio ob illius cum Eustathio conjunctionem  
 succensebat, nec ei operam suam tradere voluit.  
 Non idcirco animum despondit Basilio, sed quid-  
 quid in ipso situm fuit, diligenter exsequutus  
 est: pacem composuit inter episcopos Armeniae,  
 eorum in nonnullis rebus negligentiam repre-

hendit, & de iis sanandis, quae indifferenter in  
 Armenia peccabantur, regulas praescripsit. Co-  
 gnovit etiam de illatis Cyrillo episcopo crimi-  
 nibus, ac Satalensi ecclesiae episcopum dedit.  
 Immerito sane ejusmodi munus Basilio commis-  
 sum diceretur, non ut dignitatis illius & juris-  
 dictionis ratio haberetur, sed propter sanctitatis  
 & doctrinae famam. Neque enim ejusmodi no-  
 minibus devinciri solebat gratia Valentis; ac  
 praeterea detraxisset ea res de jure Theodoti,  
 qui praecelam habuisset causam missi faciendi  
 Basilii, nec tamen aliam protulit praeter illius  
 cum Eustathio conjunctionem. Neque etiam cre-  
 diderim Basilio, qua erat in observandis can-  
 onibus religione, libenter ejusmodi munia obi-  
 tarum fuisse in aliena provincia, repugnante ac  
 operam suam denegante provinciae Metropolitano.

Anno 373. Faustus quidam ex Armenia venit  
 ad Basilio cum litteris viri potentis, quae ut  
 iste ordinaretur episcopus petebant. Rejecit eum  
 Basilio quia litteris & testimoniis episcoporum  
 Armeniae munitus non erat. Sed iste confugit  
 ad Anthimum Tyaneensem, secundae Cappadociae  
 metropolitanum, qui libenter occasionem arri-  
 piens vendicandae sibi jurisditionis, Faustum  
 ordinavit. Permolesce id tulit Basilio, ac plu-  
 ribus in epistolis contemptum se a Fausto, & fa-  
 ctam sibi injuriam ab Anthimo queritur. Inju-  
 stae prorsus & absurdae querelae, si nulla erat in  
 Armeniae episcopi Caesariensis jurisdictio. Quin-  
 etiam huic rei, quae totam Armeniam pertur-  
 baverat, remedium aliquod Basilio pro summa  
 sua caritate afferre voluit, & ad Pemenium scri-  
 psit, ut certiore se faceret utrum res sanari  
 necne posset: quod quidem illius auctoritatem  
 & jura confirmat.

epist. 120.  
 121. 122.

Anno 374. mortuo Theodoto, cum pericu-  
 lum esset, ne Arianis hanc ecclesiam occuparent,  
 Pemenius Satalensis episcopus, celeriter ante-  
 veniendum ratus, inito cum collegis consilio,  
 Euphrosium Coloniensem in hanc sedem tran-  
 stulit. Accessit ad hoc consilium auctoritas Basi-  
 lii, ut ex pluribus litteris ea de re scriptis per-  
 spicitur: suas ad illum querelas detulerunt Co-  
 lonienses, quos humanissimis litteris consolatus  
 est, spemque attulit se ad eos venturum, ac  
 daturum operam ut illis satisfaceret.

ep. 227. 228.  
 229. 230.

Basilii in ipsum Pontum exarchica auctoritas  
 praecelissimo argumento firmaretur, si verum  
 esset quod ait (a) Gothofredus, Ponti episcopos  
 ab eo (b) convocatos de more ad synodum fuis-  
 se, Sed eos ad synodum minime vocat:horta-  
 tur tantum, ut intermissam obeundae celebra-  
 tis S. Euphyschii consuetudinem eandem aliquan-  
 do resumant, Quamquam haec ipsa consuetudo  
 videtur observationem & reverentiam in ecclesiam  
 Caesariensem, ut in communem matrem, habuis-  
 se, Sed certius nobis rationis momentum suppe-  
 ditat Atarbius, Neocaesareae, ut multis conjici-  
 mus indicibus, episcopus. Is cum Basilio media  
 in ecclesia acerrimis maledictis lacerasset, ac  
 praeterea Sabelitiani erroris accusaretur; scribit  
 ad eum (a) Basilio, ut Caesarem veniat, & de  
 illatis criminibus respondeat.

a Cod.  
 Theod. tom.  
 6. p. 72.  
 b ep. 252.

ep. 126.

Ipsa etiam Galatia auctoritatem ecclesiae Ca-  
 sariensis reverita, Marcelli discipuli cum petiis-  
 sent a Basilio, ut in Ecclesiam reciperentur,  
 nec statim impetrassent quod volebant, quia res  
 magni momenti erat, ac magnae deliberationis;  
 confugerunt ad confessores Aegyptios in Pala-  
 stina exules, & ab eis in communionem recepti  
 sunt, Petrus Alexandrinus, qui Romae versaba-  
 tur,



tur, factam Basilio doluit injuriam, seque mirari A Basilio significavit, quod non ad se querelas ea de re detulisset. Respondet Basilius se acceptam injuriam silentio pertulisse, propterea quod ejusmodi molestiis assueto nihil novi aut inexpectati accidere videatur: ceterum spem sibi affulgere, Marcellianos a se in Ecclesiam æquis conditionibus adductum iri. Hæc discimus ex epist.

lib. 2. c. 6.

266. His addere possumus quod Sozomenus narrat, Gerontium Nicomedientem episcopum ab Helladio Cæsariensi ordinatum fuisse. Adde etiam testimonium Gregorii Nazianzeni, qui quinquaginta sub Basilio chorepiscopos numerat, id est, episcopos, ut probavimus in Notis ad epistolam 53. Conceptis verbis Sozomenus Ponticæ diocesi B attribuit quidquid a Bithynis ad Armenios pertinet.

Cor. 1. p. 2.

lib. 7. c. 9.

III. Quinetiam postquam Cappadocia in duas provincias divisa fuit, episcopus Cæsariensis amisit quidem metropolitana jura in secundam Cappadociam, sed exarchica retinuit. Nam ecclesia Nazianzæna, quæ metropoli Tyanensi attributa fuit, non idcirco desit exarchicam auctoritatem in episcopis Cæsariensibus revereri. Id colligimus ex epist. 54. Gregorii Nazianzeni, qui cum sustinendis episcopalibus muniis imparem se videret, ob summam corporis debilitatem, Helladium Cæsariensem orat, ut senium suum, dando ecclesiæ Nazianzænae episcopo, consoletur. B.

Post divisionem Cappadociæ idem jus retinuerunt episcopi Cæsarienses.

Ca synodo commissum fuisse, sed iurisdictionem in Pontica diocesi gubernanda traditam existimat. Ait enim hanc synodum Patriarchas con-

stituisse provinciarum facta divisione, ita ut nullus episcopus ultra propriam diocesim alienas ecclesias invaderet. Id enim antea propter persecutionem promiscue factum fuerat. Ac Nestarium quidem regiam urbem & Thracia provincias sortitum esse: Helladium vero, quæ Cæsarea Cappadociæ post Basilius fuerat episcopus, Ponticæ diocesis Patriarchatum obtinuisse, & una cum illo Basili fratrem Gregorium episcopum Nysæ, & Otreium episcopum Melitina in Armenia &c.

or. 19. p. 288.

Sed hæc tanti esse non debent, ut de rationum momentis, quas ad iurisdictionem ecclesiæ Cæsariensis attulimus, quidquam detrahant. 1. Minime mirum, si synodus C. P. sancit ut Aegyptum episcopus Alexandrinus regat, de episcopis autem Ephesinis & Cæsariensibus idem nominatum non statuit. Ratio discriminis in promptu. Multo maior erat auctoritas episcopi Alexandrini in Aegypto, quam episcoporum Ephesinorum & Cæsariensium in diocesisibus Asiæ & Ponticæ, in quibus metropolitanorum auctoritas iurisdictionem exarchi arctius coercerat: quod in Aegypto factum fuisse non videtur. Ibi enim vix ulli videntur existisse Metropolitanæ. 2. Propositum non erat synodo in hoc secundo canone de variis in unaquaque diocesi dignitatibus gradibus statuere: sed prohibere ne in alienas dioceses quisquam sese obtruderet. Cui quidem canon non videntur occasionem dedisse ordinationes persecutionis tempore a S. Eusebio & aliis eiusmodi præstantissimis viris factæ; sed potius illegitima Maximi per episcopos a Petro Alexandrino missos ordinatio.

ep. 217.

IV. Frustra objicitur Cæsariensem episcopum sedi Constantinopolitanæ subiectum fuisse a concilio Chalcedonensi. Quinetiam ante hoc concilium episcopi Constantinopolitani iurisdictionem suam in Asiæ & Ponticæ dioceses extenderunt: cujus quidem rei multa exstant exempla in Asiæ diocesi: illud autem in Pontica insigne, quod mortuo Firmo Cæsariensi episcopo, Cæsarienses a S. Proclo C. P. episcopum petierunt, isque Thalassium elegit & ordinavit. Frustra, inquam, hæc objiciantur. Nam ex his quidem recte colligitur episcopos Cæsarienses & Ephesinos non tantæ auctoritatis fuisse, quantæ Antiochenos & Alexandrinos, ut eorum jura immensam episcoporum Constantinopolitanorum potestatem effugerent. At hæc jura numquam eos habuisse, immerito prorsus colligatur.

Sed qui exarchicam jus Cæsariensi episcopo denegant, decreto synodi œcumenicæ secundæ nituntur, quæ canone 2. Ponticam diocesim non uni exarcho attribuit, ut Aegyptum episcopo Alexandriæ, sed sancit ut Asiæ dioceses episcopi Asiæ tantum gubernent, nec non & Ponticæ dioceses ea tantum quæ ad Ponticam diocesim pertinent: & Thracia ea tantum quæ Thracia sunt, administrant. Favet huic sententiæ Socrates, qui Helladio, Gregorio Nysseno & Otreio non extraordinarium aliquod munus Ca synodo commissum fuisse, sed iurisdictionem in Pontica diocesi gubernanda traditam existimat. Ait enim hanc synodum Patriarchas con-

Sed hæc tanti esse non debent, ut de rationum momentis, quas ad iurisdictionem ecclesiæ Cæsariensis attulimus, quidquam detrahant. 1. Minime mirum, si synodus C. P. sancit ut Aegyptum episcopus Alexandrinus regat, de episcopis autem Ephesinis & Cæsariensibus idem nominatum non statuit. Ratio discriminis in promptu. Multo maior erat auctoritas episcopi Alexandrini in Aegypto, quam episcoporum Ephesinorum & Cæsariensium in diocesisibus Asiæ & Ponticæ, in quibus metropolitanorum auctoritas iurisdictionem exarchi arctius coercerat: quod in Aegypto factum fuisse non videtur. Ibi enim vix ulli videntur existisse Metropolitanæ. 2. Propositum non erat synodo in hoc secundo canone de variis in unaquaque diocesi dignitatibus gradibus statuere: sed prohibere ne in alienas dioceses quisquam sese obtruderet. Cui quidem canon non videntur occasionem dedisse ordinationes persecutionis tempore a S. Eusebio & aliis eiusmodi præstantissimis viris factæ; sed potius illegitima Maximi per episcopos a Petro Alexandrino missos ordinatio.

Quod spectat ad Socratem; totus errat hoc loco, & cum secundo canone confundit aliud eiusdem synodi decretum, quæ, ut tandem aliquando hæretici secernerentur a catholicis, contra quosdam communionis instituit in singulis diocesisibus, & spectatissimos episcopos elegit, quibuscum qui communicarent, eos pro catholicis haberi voluit, secus vero, si eorum earent

ANNO 370. Objecta solvantur & decretum secundæ synodi generalis explicatur. Socrat. lib. 7. c. 48.

lib. 5. c. 2.

ANNO  
370<sup>o</sup>

rent communione. Ad decretum synodi accessit lex Theodosii, quæ exstat lib. 16. cod. Theod. Tit. 1. Sed neque hac lege, neque synodi decreto videtur ulla episcopis attributa iurisdicção. Nam Gregorius Nyssenus, qui parem sibi ac Helladio Cæsariensi honoris prærogativam a synodo delatam testatur, in quo positus fuerit ille honor statim exponit, dum ait: *Vel potius commissa nobis cura communium rerum emendandarum, ita ut inferiores Helladio non essemus.* Nihil ergo mutavit syndus in iurisdicçãoe ordinaria: sed auctoritatem extraordinariam ad communia Ecclesiæ negotia nonnullis episcopis attribuit.

## CAPUT XV.

- I. Basilii cura & sollicitudo in ecclesia regenda, II. Et recens ordinato Gregorius adesse non potest. III. Scribit Basilius ad sanctum Eusebium. IV. Eiusdem litteræ ad eos qui gratulandi causa scripserant. V. Calumniæ ei ut nihil se vero fructu refelluntur in epistolis 51. 52. VI. Leges ab eo latae in epist. 53. 54. 55.

Basilii cura  
& sollicitudo in ecclesia regenda.prot. 20.  
745. 343.

ibid. p. 340.

ep. 207. n. 3.

ibid. n. 4.

epist. 160.  
n. 1.

I. Euectus ad tantam sedem Basilius, antequam se in pacificationem ecclesiarum interponeret, domesticis se finibus contraxit, ac primas episcopatus sui curas in componendis ecclesiæ suæ moribus ac recolligenda episcoporum Cappadociæ gratia infumit. Testatur Gregorius episcopatum in Basilio non habuisse incrementa virtutum, sed operationem latius patentem; quippe cum ubertorem materiam potestas suppeditaret. Quare ex iis, quæ ab eo presbytero gesta narravimus, spectari potest quid episcopus gesserit. Enumerat Gregorius præcæ descriptiones inter præclara Basilii presbyteri instituta, quibus verbis videntur designari preces in sacrificio fieri solitæ. Sed præterea ritum psallendi in ecclesiam Cæsariensem induxit, quem sic ipse describit: *De nocte siquidem, inquit, consurgit apud nos populus ad domum preceationis, & in labore, in afflictione ac jugibus lacrymis consistentes Deo, tandem a preceatione surgentes, ad psalmodiam transeunt. Et nunc quidem in duas partes divisi, alternis succinnes psallunt, ac simul & meditationem Scripturarum inde corroborant, & animum attentum & cor evagationis expertis sibi ipsi comparant. Postea rursus uni committentes, ut prior canat, reliqui succinunt, Et sic posteaquam in psalmodiæ varietate noctem traduxere intermixtis precibus, die jam illucescente, omnes simul velut ex uno ore & uno corde psalmum confessionis Domino concinunt, propria sibi unusquisque verba penitentia facientes.* Utrum hæc presbyter instituerit an episcopus, non facile statuerim: sed certe ab eo instituta esse probant exhibitæ eia Neocæsariensibus molestiæ propter illam, ut ipsi existimabant, novitatem, quam Basilius omnium ecclesiarum institutis consonam esse demonstrat. Illud etiam sedulo providit Basilius, ut Deus non humanis verbis, sed oraculis Spiritus sancti in ecclesia Cæsariensi placaretur.

Primordia illius episcopatus optimis ad disciplinam legibus insignia fuerunt. Quanta illius sollicitudo fuerit in eligendis altarum ministris, eum ex litteris ad provinciæ suæ episcopos, ad chorepiscopos & ad Nectarium perspicui potest, cum ex episcopis quos e clero suo aliis ecclesiis concessit. Nulla illum his in rebus humana cogitatio movebat, Vir cætera in fratres & ami-

cos lenissimus, inexorabilis erat, si quid eis oneris ad Ecclesiæ utilitatem imponendum esset. Hinc uterque Gregorius episcopi ab eo invitæ & reluctantes ordinati. Quæ erat humilitate sanctus Petrus Basilii frater, is qui postea episcopus fuit Sebastenus non dubium, est quin eadem illi vis facta fuerit, cum eum presbyterum Basilius ordinavit: quod quidem in primordiis episcopatus factum fuisse conjicitur ex his Nysseni verbis: *Tum insignis inter sanctos Basilius magnæ Cæsariensis ecclesiæ declaratus est antistes, qui in clerum sacerdotum presbyterorum fratrem evehit, suis eum mysticis sacramentis consecrans.* Parvi refert, quod Basilius in epistolis 79. & 216. quarum prima ad Eusebium anno 371. exeunte, altera ad S. Meletium anno 375. scripta est, Petrum fratrem non appellat presbyterum. Inde colligi non potest nondum tunc Petrum in presbyteri gradu ministrasse. Etsi enim accuratus erat Basilius in ejusmodi titulis pro cujusque dignitate deferendis, id tamen legis instar servandum esse non ducebat in litteris, quas privatim ad intimos amicos scribebat. Hinc Gregorio Nysseno non alium quam fratris admodum reverenditulum tribuit in epistola 60. ad communem patrum. Antimum Tyanensem reverendissimum fratrem appellat in epist. 58. ad fratrem Gregorium, non addito episcopi titulo: nec aliter de Gregorio Nizianzeno loquitur in epist. 98. ad S. Eusebium. Sed cum Petrum Basilius magnis de rebus suo & aliorum Cappadociæ episcoporum nomine a episcopos Ponti mitteret, tunc eum, ut decebat, compresbyterum appellat. Non adscitatus est in ecclesiam Cæsariensem Petrus, sed monasterio præfuit, quod Basilius ad Iridem fluvium fundaverat.

Narratur etiam Evagrius Ponticus a S. Basilio lector ordinatus fuisse. Sed quam libenter Basilius magna virtutum lumina altarum ministerio admo- veret, demonstrat in primis ordinatio in monasterio peracta, quæ apud sanctum Dorotheum sic refertur: *Commemoravit senum nonnullus, quod sanctus Basilius cum ad cœnobium venisset, post convenientem doctrinam, dixerit Præposito; Habesne hic fratrem qui obedientiæ virtute ornatus sit? Respondit Hegumenus; Domine, omnes servi tui sunt, & ad salutem consequendam aspirant. Iterum dixit ei; In veritate, estne tibi aliquis obedientia præditus? At ille adduxit ei unum ex fratribus. Ususque est eo sanctus Basilius ministro inter prandendum. Postquam autem comedisset, dedit ei frater aquam ad lavandum: tum dixit sanctus Basilius; Veni, ego quoque dabo tibi aquam abluendis manibus. Is vero passus est sibi ab ipso infundi aquam. Ait illi; Cum ingressus fuero in sacrarium, accede, ut te faciam diaconum. Quo peracto, in presbyterum etiam ordinavit; assumsitque secum in episcopio, propter singularem ipsius obedientiam.*

Non modici, ut illis temporibus, erant Cæsariensis ecclesiæ reditus. Sed Basilius inter has opes pauperimus, sua omnia pauperum esse ducebat. Sic illius paupertatem & austerum vivendi genus prædicat Gregorius, nempe tunicam unam, pallium unum, vigiliis, obsonium, panem & silem, ut hæc in Episcopatu non intermissa, vel saltem non multum demitigata fuisse videantur. Certe Basilius coram Præfecto dicebat nihil prorsus sibi esse, præter laceros & detritos pannos, & paucos libros. Sic viventi perfacile erat in pauperes prolixum esse ac liberalem, Quo in genere sic magnificentia & sumtu prodiit Basilius, ut ptochotrophium ab

Vit. Macr.  
p. 187.ep. 203. n. 4.  
Nys. vit.  
Macr. pag.  
203.Hist. Laus.  
p. 86.Dorothe. c. 1.  
Cœnob. mon.  
Eccle. Græc.  
tom. 1. p.  
402.or. 20. p.  
356.

Ibid. p. 349.

co

p. 360.

eo ædificatum novam civitatem appellet Gregorius, qui Basilium non in sola civitate caritatem suam nobilitasse testatur, sed etiam rure & in agris humanitatem ac munificentiam in pauperes iis omnibus, qui populo præerant, ut commune certamen proposuisse. Revera singuli chorepiscopi videntur unum aliquod prochoropium sibi commissum habuisse. Omnes enim chorepiscopos Basilium ad festum S. Euphychii convocavit anno 373. ut eorum prochoropia Numerario commendaret. Summa illa caritas, quæ Basilium pauperibus totum addicebat, aditum omnibus ad illius patrocinium & commendationem dabat, ut ex plurimis epistolis perspicitur.

ep. 142.

Quamvis pleræque orationes Basilii, quæ ad nos pervenerunt, ante episcopatum pronuntiatæ videantur, non tamen credibile est Basilium de prædicandi verbi studio quidquam in episcopatu remisisse; cum præsertim graviolem huius rei necessitatem imponerent & dignitatis accessio & hæreticorum improbitas & persecutionis violentia. Non sola Cæsarea eloquio Basilii perfruebatur: assiduus erat in pagis visitandis, nec eum morbus, nisi prorsus lecto affixisset, ab hoc officio deterrebat. Nimum multa colligenda essent, si episcopatus Basilii accuratam imaginem depingere aggrederer. Sed quid de ecclesia Cæsariensi de alijs ecclesijs ei ut Metropolitanæ, vel ut exarcho subiectis, quid denique de universa ecclesia meritis sit, satis exstabit ex ijs quæ deinceps narrabimus.

ep. 206.

Ei recens ordinatus Gregorius adesse non potest. or. 20. pag. 344.

II. Magnum Basilium adiutorem habuisset, & ad secundas in omni ministerio ferendas aptissimum, si Gregorium suum ad se potuisset allicere. Nemo sane dubitabat, quin statim Gregorius ad amicum lætus accuraret, & cum eo honorem ac potestatem partiretur. Sed Gregorius protinus quidem ad Basilium scripsit, ut suum ex eius ordinatione gaudium significaret: at desiderium illius videndi cohibuit, tum ut amici famæ consulere, nec quisquam obrectator eum studiosos sui colligere dicitaret (erant enim multorum animi adhuc exulcerati) tum etiam ne se ipse in invidiam & arrogantiam suspiciones coniceret. His rationibus persuadere Basilio conatur ne se statim accersat, neque enim se prorsus venturum, nisi cum Deus iusserit, & eorum, qui Basilio insidiabantur & invadebant, umbræ præterierint.

epist. 24

Nondum victus his rationibus Basilium, contemni se a Gregorio questus est. Querelis peracute respondit Gregorius. Fatetur sibi vitio dari posse, quod Basilium non satis pro meritis admiraretur, quippe cum Basilii eloquentia ad eum digne laudandum opus sit: at insaniam potius quam illius contemptum obici debere. Cæterum si idcirco incusetur, quod philosophari velit, petit ut sibi hanc unam rem Basilii eloquentiæ præferre liceat. Cessit tandem Basilium & amici prudentiam iudicio suo comprobavit.

Nax. or. 20. p. 344.

Gregorii absentiam lenierunt simulatis amoris significationibus Eustathii discipuli, quos Basilium ad episcopatum evedtus, per causam auxilii & amicæ communionis perfides speculatores ab Eustathio accepit, ut discimus ex epist. 223. n. 3. & 5. Horum duo nominantur in epistola 109. Basilium & Sophronius. Primi opinata sanctitas ita Basilium ceperat, ut eum vitæ suæ præsidium esse duceret: alterum in epistola 105. filium suum appellat. Uterque in dissimulando ita peritus artifex, ut cum eos domi suæ habe-

aret Basilium, nefaria eorum consilia ne subodoratus quidem sit, antequam ad gravissimam ipsius contumeliam erumperent.

III. Vix Basilium Cæsarea episcopum adeptus fuerat, cum S. Meletii tertium exilium Antiochia ploravit, ut docet (a) Tillemontius. Litteras ea de re lector attulit Basilio, quas ille non multo post misit ad Eusebium Samosatensem, quamvis eum de iis, quæ Antiochiæ configerant, certiore factum esse non dubitaret. Scribere Eusebio cupiebat statim post ejus reditum, sed moram attulit bajuli penuria, eo quod Cappadoces ita hiemem exhorrescerent, ut ne prospicere quidem ex ædibus auderent. Jam duos menses Bnivibus cooperti latitabant, cum tandem natus est Basilium, qui Samosata proficisci auderet. Mittit, ut jam dixi, Eusebio allatas Antiochia litteras: nuntiat Demophilum jamdudum occupare sedem Constantinopolitanam, ac simulacro quodam pietatis & rectæ fidei perfecisse, ut & dissidentes civitatis partes in unum coalescerent, & ex vicinis episcopis nonnulli eandem conjunctionem amplecterentur. Narrat de schismate episcoporum Cappadociæ, ut supra vidimus: invitat Eusebium, ut vere Cæsariensem ecclesiam invisat: ait se melius solito non valere.

Scripta est hæc epistola anno 370. exeunte, vel ineunte 371. Credere malim anno 370. scriptam fuisse. Quod enim duos jam menses nivibus cooperti Cappadoces dicuntur, id de mensibus non plenis & exactis accipi potest. Præterea hiems cito adnotum in Cappadocia incipiebat. Non dubium autem quin clericorum aliquis hanc epistolam detulerit. Sic enim solitum scribere Basilium, saltem cum aliquem data opera mittebat, ex ep. 198. perspicimus. Quamvis autem unus tantum initio epistolæ designetur bajulus, socium tamen ei additum fuisse patet ex his verbis, *ut ipsi illi narrabunt*, sæpe in ejusmodi litteris, etsi duo mittebantur, unus nominabatur, ut observavi ad epist. 243.

IV. Ex iis qui Basilio in primordijs episcopatus gratulandi & adhortandi causa scripserunt, duorum ad nos episcoporum nomina pervenere, Arcadii & Innocentii. Primus spem a se de Basilio conceptam significaverat, & reliquias martyrum ad ecclesiam recens a se constructam petierat. Perhonorifice respondet Basilium, seque illius studii adiutorem futurum promittit, si reliquias martyrum investigare possit. Innocentius, quem perabsurde libarii Romæ episcopum fecerunt, magnæ urbis & Cæsarea non parum distantis episcopus erat & Spiritus sancti glorificator, id est, divinitatis ejus defensor. Basilium gratias ei agit, quod se adhortari, ac litteris recreare dignatus esset, & *velut puerorum infantiam ulnis suæ magnitudinis amplecti*.

Pergamius quidam Basilio ad episcopatum evedtus gratulatus fuerat, sed eum responsum non accepisset, iterum scripsit, non sine gravibus querelis quod nova dignitas Basilio oblivionem & contemptum amicorum afflaret. Scribit itaque illi Basilium epistolam 56. in qua se natura proclivem esse ad obliviscendum fatetur, sed nunc negotiis districtum facilius oblivisci. Id causæ esse cur acceptæ a Pergamio epistolæ non meminerit. Cæterum hortatur Pergamium ut paucis verbis magna crimina inferre desinat: quippe cum amicorum obliquo & contemptus ex potestate ortus nihil mali non complectatur. Promittit se non prius Pergamii, quam surripit obliturum.

ANNO 370. ep. 109.

Scribit Basilium ad S. Eusebium, a tom. 7. pag. 360.

ep. 48.

Ejusdem litteræ ad eos qui gratulandi causa scripserant. ep. 49.

ep. 50.

ep. 81.

V. Quæ

ANNO

372  
Calumniæ  
Basilio ut  
nimium se-  
vero stru-  
ctæ refel-  
luntur in  
epist. 51, 52.

V. Quæ supra diximus Basilium inter & Dianium intercessisse, ea hoc tempore inimici illius ex silentio & oblivione exfuscitarunt, ac malo animo ampliaverunt. Dixerunt enim anathematizatum fuisse ab eo Dianium: qua calumnia nihil aptius erat ad invidiam Basilio, ut homini immoderato, creandam. De his rumoribus, quos malevoli homines spargebant, certiore Basilium fecit Bosporius coloniz in Cappadocia episcopus.

Percussus hoc nuntio Basilium totam noctem traduxit insomnem quemadmodum ipse narrat in epistola 51, in qua exponit quid de Dianio a teneris senserit, ac ingenue fatetur se cum multis aliis in patria Deum timentibus insolabiliter doluisse, quod Dianius formulæ Constantinopoli a Georgio allatæ subscripserat, sed tamen ad ejus communionem accessisse, postquam Dianius in morbum, ex quo mortuus est, lapsus, Basilium accersito juravit nihil sibi contra Nicenam fidem propositum fuisse, seque nihil aliud sentire, quam quod ab initio acceperat, ac precari, ut a trecentorum decem & octo patrum sorte non separaretur.

Iniqui de Basilio rumores ad canonicas quasdam, sive sacras virgines perlatis fuerant. Ipse etiam Basilium falsis rumoribus deceptus, minus æquam de canonicis opinionem acceperat. Dedocuit virgines Bosporius & ad æquiorum de Basilio sententiam adduxit, ac rursus Basilium de rebus canonicarum accuratius erudit. Utrumque Basilium pergratum accidit, ac duplicem suam lætitiæ canonicis significat in epistola 52. & nonnulla de dogmate differit, ut modo videbimus.

ep. 51. &amp; 52.

Nec rebus nec tempore has epistolas disjungendas duximus. In utraque is qui Basilium monet quid de illo dicatur, Bosporius est. Basilium in utraque structas sibi calumnias ejusmodi esse declarat, ut earum auctores credere non videantur se vel otiosi verbi rationem in die iudicii reddituros. In utraque refellitur calidioris ac immoderati animi criminatio. Nam in epistola ad Bosporium legimus accusatum fuisse Basilium, quod Dianium anathematizasset, synodi Nicenæ defensionem ultra modum & legem perducens. In epistola ad canonicas non refellit nominatim hoc Dianii anathematizati commentum: sed eandem hominis immoderati opinionem a se removet, dum earum rogatu exponit quid de consubstantiali sentiat, ac eos, qui nondum hanc vocem receperant, benigne excusat; quia a patribus Antiochenis, ut ipse opinabatur, rejecta fuerat. Illud etiam optabant canonicæ, ut suam Basilium sententiam aperiret de iis, qui Spiritum Filio præponunt, aut Patre antiquiorem putant. Morem eis libenter gefcit. Sed cur hoc ab eo postulatum est, nisi quia ipse in hujus erroris suspicionem vocabatur, ejusque animi moderatio in defendenda sancti Spiritus divinitate ab inimicis requirebatur? Hunc enim errorem acrioribus adversariis Pneumatomachi ac nominatim ipsi Basilio affinxerunt, ut perspicimus ex epistola 251. Videtur ergo hæc epistola cum præcedenti & rebus & tempore conjungenda. Neque obscura est ratio, cur nihil Basilium de sua fide exponat Bosporio, nihil de Dianio dicat canonicis. (a) Nota enim erat fides Basilii Bosporio. (b) Canonicas de iis quæ spectant ad Dianium erudierat Bosporius, re paulo ante ex ipso Basilio cognita.

a ep. 52. n. 1.  
b Ibid.

Quod autem spectat ad sparsos de canonicis

rumores, equidem ea de re non facile statuerim, Forte eorum mores in suspicionem vocati; sed videtur ipsa potius fides malo rumore flagrasse. Infumta enim a Basilio opera, ut pravas consubstantialis interpretationes refellat & a seipso pravi erroris suspensiones removeat, argumento est canonicarum auribus aliquid ab Arianis inculcatum fuisse, easque non satis sibi cavisse ab ejusmodi hominibus, ac forte idcirco male audivisse.

De tempore utriusque epistolæ, non valde difficilis conjectura. Jam tum episcopus erat Basilium, siquidem & se & Bosporium Nicænorum patrum heredes esse dicit: & Bosporium duobus locis fratrem appellat. Videtur autem recens fuisse ab ordinatione. Nam multo graviores calumniæ & querelæ exstitissent anno 373. & Bosporius similitates habuit cum Basilio anno 372. ineunte, nec unanimis ei factus est nisi anno 373. Calumniæ ipsæ, quæ Basilium immoderatum animum affungebant, initiis episcopatus optime congruunt. Tunc enim plures episcopi, quos Basilii sanctitas, itidem ut magistratus & perditissimos cives, terruerat, susceptam cum eo similitatem vel potius schisma nondum deposuerant. Præterea patet adhuc exstitisse, qui quamvis catholice sentirent, non tamen consubstantiale recipere: quos quidem postea anno 372. exeunte nullos fere videbimus exstare.

V. Testatur (a) Basilium se ab initio episcopatus prohibuisse, ne quis uxoris mortuæ sororem in matrimonium duceret. Hoc autem visum non ideo prohibuit, quod late in Cappadocia pateret. Nam ipse fatetur in hanc regionem non penetrasse: sed videtur id fecisse, dum ecclesiam sibi commissam optimis legibus communitæ & ornare aggreditur. Antea enim matrimonium ejusmodi in ecclesia Cæsariensi non ex lege prohibitum erat, sed ex more a majoribus tradito. Quod si tanta fuit Basilii ab initio episcopatus diligentia in iis prohibendis, quæ committi non solebant; quanto major exstitisse putanda est in iis resecandis, quæ contra sanctissimas Ecclesiæ leges fiebant? Quale fuit nonnullorum Cappadociæ episcoporum facinus, qui pretio ordinare ferebantur; atque hoc nefas pietatis nomine inumbrabant, nec peccare sibi videbantur, quia non ante, sed post ordinationem pecuniam accipiebant. Scribit eis Basilium ac demonstrat quantum sit hoc nefas, ac declarat, si quis post hanc acceptam epistolam tale aliquid admiserit, eum ab altaribus secessurum, & quaesiturum ubi donum Dei emens, denovo divendat. Multi ex his episcopis nondum iniquam de Basilio sententiam deposuerant: sed eos Basilium, teste Gregorio, sic lenitate flectere conabatur, ut constantia & animi fortitudo non deessent. Atque id animadvertere est in hac epistola, quæ lenissimam ac caritatis plenam adhibet præfationem, nec tamen a severitate discedit, quam tantum nefas postulabat.

Hi episcopi, de quibus modo egimus, vocantur in antiquissimis codicibus MSS. chorepiscopi. Sic etiam vocantur apud Gregorium Nazianzenum in sermone de vita sua. Sed hoc nomen usus addidit presbyteris, qui certum quemdam pagorum numerum sub episcopi auctoritate gubernabant. Olim mos erat, ut Ministri, id est, subdiaconi, in pagis non sine diligenti examine reciperentur; sedulo inquirebant in eorum mores presbyteri & diaconi & ad chorepiscopum referebant, qui testium veracium accepto suffragio, & epi.

ep. 51. n. 1.

Vide infra  
c. 28. n. 8.

Leges ab  
eo late in  
epist. 53-54-  
55-  
a epist. 160.  
n. 1.  
Ibid. n. 5.

n. 2.

De epist. 53.

ep. 20. p. 344.

p. 2.

De epist. 54.

& episcopo admonito, Ministrum clero adsciscere. Sed de hoc more deflexerant chorepiscopi in ecclesia Cæsariensi, eum Basilium ad hanc sedem euectus est. Primum quidem sibi totam auctoritatem attribuerant, episcopo neglecto; deinde etiam hujus rei curam ipsi abjecerant, & in presbyteros ac diaconos transfulerant. Inde evenerat, ut multi essent in singulis pagis Ministri, sed nullus altarium ministerio dignus reperiretur, ac summam esse penuriam ipsi chorepiscopi faterentur, ubi diaconi aut presbyteri erant eligendi.

Basilium itaque cum videret rem in malum insanabile progredi, illo præsertim tempore, quo multi militiæ metu ministerium appetebant, renovat patrum canones, ac chorepiscopis præcipit, ut catalogum ministrorum cujusque pagi ad se mittant, & a quo quisque introductus sit, & quæ sit illius vivendi ratio: eundemque catalogum apud se retineant, & si qui post primam indictionem a presbyteris suscepti fuerint, inter laicos rejiciantur; ac rursus examinentur, & si digni fuerint, admittantur. Hanc regulam deinceps accurate servari jubet, ut chorepiscopi diligenter examinent quinam digni sint, & ad se referant: alioqui laicum futurum, si quis se non admonito in ministerium obreperit.

Referenda hæc epistola ad primas episcopatus curas, quas Basilium in sancienda disciplina insumsit: idque satis confirmant quæ de repetendo a prima indictione, id est, ab anno 358. Ministrorum examine præcipit Basilium. Hoc enim spatium, cum sua sponte valde longum sit, non debet ampliari, hæc epistola ab episcopatus initiis removenda.

Prohibuit etiam Basilium initio episcopatus mulieres extraneas, id est, virgines illas, quas presbyteri & alii continentis lege obstricti homines, eo libentius domi suæ habebant, quod virginitatis professio locum suspicioni præcludere videretur. Basilii decreto presbyter quidam septuagenarius, Pægorius nomine, minime paruit, sed longam epistolam scripsit Basilio, & chorepiscopum suum incusans, quod sibi hæc in re veteris inimicitis significationes dedisset, & ipsum Basilium, quod calumniis aures facile præberet. Declarat Basilium se nec primum nec solum hanc legem de mulieribus extraneis sanxisse: eas enim a synodo Nicæna prohibitas fuisse. Quare etsi ætas Pægorii suspicionem flagitii removeret, quia tamen ejusmodi mulier sine aliorum offensione haberi non potest, jubet ut eam dimittat & in monasterio collocet. Quod si non pareat, longas ei epistolas nihil profuturas, sed eum in otio moriturum: & si depositus sacerdotium sibi arroget, cum ipsum excommunicatum iri, cum eos omnes qui illum receperint.

C A P U T XVI.

- I. S. Basilium scribit S. Meletio. II. Episcopus Cappadocia placat, adjuvante Theologi Gregorii patre. III. Nysseni artificia ad pacem conciliandam. IV. Basilium prior scribit patrio Gregorio eumque placat. Tandem Gregorius Naz. Basilium invisit. V. De epistolis 61. 65.

I. Quamvis ecclesia Cæsariensis episcopo suo affixa [a] præclare staret, nec iniquis episcoporum de illo judiciis moveretur, erat tamen hæc dissensio cum sua sponte Basilio molestissima, tum quia illius participes erant totæ civitates S. Basilii Oper. Tom. III.

& populi, Nondum Basilii dolorem pax absterferat, cum scripsit ad sanctum Meletium epistolam 57. Id enim colligi potest ex his verbis, *Omnia enim hic doloris plena sunt.* Significat Basilium quantum inter has molestias Meletii litteris delesteretur: prætermittam ab eo scribendi occasionem dolet: maximum bonum sibi eventurum putat, si coram congregati & illius vocem audire aliquando contingat. Quinetiam ad Meletium se contulisset, nisi eum retinissent amantissimi fratres, quorum propositum ne litteris evulgaret, Theophrasto fratri perferendum commisit, Theophrastus ille idem videtur esse ac Theophrastus diaconus, qui anno 372. paulo post Pascha mortuus est. Liqueat Basilium, etsi litterarum commercio conjunctus esset cum Meletio, nondum tamen illius vultum vidisse, cum hanc epistolam scriberet. Id boni consequutus est circa medium annum 372. ac proinde hæc epistola ante hoc tempus collocanda. His verbis, quæ attulimus, adducti sumus ut eam hoc anno 371. collocaremus, antequam Basilium voluntatem episcoporum recollegisset. Arcana autem mandata, quæ Theophrasto data sunt, videntur spectare præclarum Ecclesiæ pacificandæ consilium, quod Basilium, etsi tum demum aggressus est postquam Cappadociam pacificavit, antea tamen intendere & meditari potuit.

II. Consequutus est tandem Basilium, ut episcopi, qui de illo tam inique sentiebant, errorem suum agnoscerent. (a) Adhibuit ad eos flectendos constantiam & animi fortitudinem summa lenitate temperatam: nec artificio & assentatione eos sibi devinciens, nec potestate terrens, sed indulgentia, quam in potestate adhibebat, eos alliciens. Contulebat enim in longitudinem, ac firmam & stabilem concordiam quærebat. Sed præcipue illius virtutis admiratione victi sunt, atque unam hanc demum sibi salutem esse intellexerunt, *si cum ipso, & sub ipso sese collocarent, unum autem & certissimum periculum, si in ipsius offensionem incurrerent; ab eoque disjungere, nihil aliud esse judicabant, quam a Deo abalienari. Sic ultro cesserunt, ac manus dederunt, & quasi ad tonitruum sonum sese submiserunt, alius alium ad ipsi satisfaciendum antecedentes, conceptamque prius adversus ipsum odii vim in non minorem benevolentis vim, ac virtutis incrementum [quam quidem unam firmissimam ipsi satisfaciendi rationem inveniebant] commutantes: præterquam si quis ob deploratam improbitatem neglectus ac projectus est, ut ipse in seipsa contereretur atque consumeretur, non secus ac rubigo simul cum ferro consumi solet.*

Non mediocre ad eam rem præsidium habuit Basilium in Gregorii episcopi Nazianzeni sapientia, in quem, ut auctorem ordinationis Basilii, præcipue episcoporum iracundia eruperat. Sed optimus senex die & patientia sic eos vicit, ut indignatione in admirationem conversa, ad ipsius pedes ultro acciderent, pudore ob ea quæ gesserant suffusi, abjectisque odiis, eo Patriarcha & Leg- sator & iudice uterentur. Vix dubium est quin eodem tempore cum Basilio & Gregorio episcopi in gratiam redierint. Neutrum enim placassent, si in alterutrum iniqui esse persistissent.

III. Neque etiam Gregorii Nysseni in hoc insigni eventu defuit opera: quamquam is immo deratus abundavit, nimioque studio reprehensionem non effugit. Ad hanc enim pacificationem

ANNO 372.

De epist. 57.

ep. 95.

Episcopus Cappadocia placat, adjuvante theologi Gregorii patre. a Naz. or. 20 pag. 344.

Naz. or. 19. p. 312.

Nysseni artificia ad pacem conciliandam.

De epist. 55.

S. Basilium scribit S. Meletio. a ep. 48.

epist. 59. 3.

ANNO omnino referendæ Basilii epistolæ 58. 59. & 60. A

371.

Ex his litteris discimus Gregorium in Cappadocia episcopum, Basilij patrum, cum episcopis Cappadociæ aduersus Basilium consilia coniungisse. Et res & tempus sic congruunt, ut hæc dissensio ab ea, quam de Basilii ordinatione ortam diximus, secerni non possit. Fuit enim vehemens hæc cum patruo discordia, illiusque participes fuere totæ civitates & populi. Non solus Basilio patruus succensebat, sed adjunctos habebat plures episcopos, Nullæ interim Basilium inter & patrum aliosque episcopos litteræ, nullus congressus: sed suspiciones & calumniæ in Basilium. His notis facile dignoscitur Basilij concertatio cum episcopis, qui ab eius ordinatione & communionem refugerunt. At reserri non possunt ad fides de iurisdictione susceptas cum episcopis secundæ Cappadociæ. Anthimus enim, qui posterioris huius dissensionis auctor fuit, in priore amicus erat Basilio, eique operam navabat, ut patet ex ep. 58. Tempus etiam optime quadrat, Nam simultatem cum episcopis Cappadociæ compositam fuisse testatur Gregorius Nazianzensus, antequam Basilius de pacificandis ecclesiis ageret cum Athanasio; quod consilium suscepit anno 371. Idem profus tempus assignandum iis, quæ Basilium inter ac Gregorium patrum aliosque episcopos, interprete & sequestro Nysseno, gesta sunt. Gregorius enim Nyssenus, qui episcopus factus est anno 371, nondum hanc dignitatem adeptus erat, & cum eo, ut negotiis curisque vacuo, expostulat Basilius, quod ad se difficilem & molestantem vitam ingressum auxilium non veniat. Quibus etiam verbis initium episcopatus satis indicat. Nyssenum quidem vocat *reuerendissimum*. Sed hunc honorem presbyteris, ut observat Tillemontius, interdum deferit, imo ipsis nonnumquam laicis, ut initio epistolæ 71. Imperito ergo hæc Tillemontius refert ad annum 371. & 372.

De epist. 58.

Rem autem sic tractatam fuisse discimus ex epistolæ 58. Basilii & duabus sequentibus. Nyssenus epistolam unam attulit Basilio, ut a communi patruo Gregorio scriptam. Gratissimum id Basilio, epistolam ostendit pluribus amicis, ac Deo gratias egit. At cito deprehensum est commentum, seque hanc epistolam scripsisse Gregorius episcopus negavit. Terram sibi dehisce optabat Basilius: adeo illi hoc fraudis & mendacii probum displicebat. Alia rursus allata epistola, ut ab episcopo patruo, per Asterium Nysseni famulum. Ne hanc quidem vere miserat episcopus, idque Basilio Anthimus Tyanensis episcopus renuntiavit. Tertiam attulit Nysseni famulus Adamantius, Cum vero Basilius inter duas cogitationes hæsit; videbantur ei fidem & honorem mereri epistola per Gregorium fratrem missa; sed bis jam deceptus non poterat non diffidere. Scribit ergo ad fratrem, ejusque simplicitatem cum sua sponte Christianis non congruere, tum etiam tempori minime convenire declarat. Libere monet eum talibus negotiis manum admovere non debuisse, aut saltem ad se venire debuisse, sibi que opem ferre novam vitam ingresso, quæ & corpus conterit & animam conficit. Tandem idem ei responsum dat, quod jam præsentij dederat, libenter se cum patruo & episcopis congressurum, si tempus & locum definiant, seque ut par est advocent; sed adesse se non posse, nisi modo congruenti advocetur.

Basilius prior scribit patruo

IV. Tertiam illam epistolam merito suspectam Basilio fuisse, nec vetiorem quam duas superio-

res, perspicimus ex his Basilii ad patrum verbis in epistola sequenti: *Continere me amplius cum non possem, prior rupi vocem, Nam cum eum intimis sensibus angeret hæc dissensio, nihil jam cunctandum esse ratus, scribit ad patrum eique in memoriam revocat paternum illum animum, quem sibi per totam vitam exhibuerat. Obtestatur, ut cum pax & mansuetudo propriæ sint illius animi dotes, modum imponat tristibus rebus, ducem se aliis præbens ad optima, minime vero alium ad illicita sequens. Nam nec alios episcopos decere hanc dissensionem, sed ipsum maxime dedecere; cum præsertim malum non uno aliquo circumferibatur, sed totas civitates & populos lædat. Rogat itaque, ut sive Cæsaream veniendo, sive scribendo, sive ad se accersendo, sive quocumque alio modo, remedium aliquod afferat.*

Gregorio eumque placat. De epist. 59.

Non caruit optato exitu tam insignis omnibus caritatis numeris epistola. Venerunt a patruo litteræ, per Gregorium fratrem allatæ, quæ & animum ad componendam dissensionem paratissimum significabant, atque etiam Basilium hortabantur, ut fratri, cui subiratus esse videbatur ob commentitias epistolas, iram redonaret. Unde Basilius protinus ad patrum rescribens, declarat se fratris conspectu & antea delectatum fuisse, & proxime illius adventu ex corporis infirmitate & animi doloribus recreatum, nec quidquam a se magis alienum esse, quam inimicitias gerere cum propinquis. Cum autem de dissensionis causa obscure loquutus esset patruus; respondet Basilius se præ inscitia minus intelligere quid sibi velint quæ acta sunt; cæterum fratrem a se coactum non fuisse quidquam vive voce dicere, propterea quod nec antea ipsius sermo veritatis testimonio confirmatus fuerat. Nescio cur Tillemontius bis Gregorium a patruo, post acceptam Basilii epistolam, missum fuisse existimet. His enim verbis, *Et antea libenter videbam fratrem meum... & nunc eodem affectu suscepti advenientem*, hoc tantum indicat Basilium se fratris conspectu cum semper delectatum fuisse, cum etiam proxime, cum a patruo epistolam afferret.

De epist. 60.

Nihil patruus statuerat de congressus tempore & loco. Quapropter iterum rogat Basilius, ut hæc arbitrio suo definiat; sibi enim statutum esse servire illi in caritate, sive Cæsaream venire velit; sive privatim, sive cum aliis congregi. Quid deinde gestum sit, nescimus; sed minime dubium, quin Basilius optatum cum episcopis congressum, quem sanandis vulneribus [a] necessarium iudicabat, tandem consequutus sit, & ante medium annum 371. quo tempore ad pacificationem ecclesiarum aggressus est, finem tristissimi dissidii viderit, cujus participes erant totæ civitates & populi, non quod alterutri parti studerent (neque enim id dicit Basilius) sed quia episcopi inter se sine populorum offensione dissidere non possunt. Resederunt tamen in nonnullis animis reliquæ doloris & invidiæ, quæ anno 372. emicuerunt.

a ep. 59. n. 21.

Naz. or. 24. p. 355.

Promiserat Basilio (a) Gregorius venturum se Cæsaream, postquam umbræ eorum, qui Basilio insidiabantur, præterissent, & leprosi Davidem Hierosolymis desiissent excludere. Vix dubium quin promissa circa hoc tempus persecerit. Quamvis enim Basilius in epistola 71. mense Septembri huius anni scripta expostulet cum Gregorio, quod ad se non veniat; non tamen queritur, quod nondum se inviserit, sed quod

Tandem Gregorius Naz. Basilium inviserit. a Naz. ep. 74.

ma-

magnam animi partem secum non traducat. Ubi secum habuit Gregorium Basilium, obtulit ei cathedrae honorem & primum inter presbyteros locum, sed, recusanti & invidiam ac arrogantiam suspicionem fugienti non modo molestus non fuit, sed etiam eum laudavit, quamvis provideret non defuturos qui se vituperarent & in contempti amici crimen vocarent. Gregorium non diu fuisse Caesarem probant Basilii querelae, quas modo commemoravimus.

Naz. or. 20. p. 344

De epist. 61.

V. Scripta videtur epistola 61, antequam Basilium cum Athanasio maximo de rebus ageret, Ducem Libyae, in Cappadocia natum, crudeliter & flagitiose viventem Athanasius excommunicaverat, idque omnibus ecclesiis denunciaverat. Respondet Basilium se illius litteras legisse ecclesiae suae, ut hunc ducem, omnes abominandum existiment, nec ignem & aquam cum eo aut tectum commune habeant. Addit se has litteras amicis ducis & propinquis & hospitibus ostendere non desiturum.

De epist. 62.

Cum Parnassenus episcopus obiisset, viduam ecclesiam ex more consolatur Basilium, atque hortatur, ut dolori non succumbant, sed pastorem supra beatum existiment, atque ad necessariam ecclesiae curam assurgant. Scripta videtur haec epistola antequam, Valentis adventu, Ariano-rum vires crevissent, Valde enim metuumdum fuisset, ne Ariani in electione episcopi Parnasseni turbas facerent, nec omisisset Basilium periculi magnitudinem Parnassenis ante oculos ponere. Hinc etiam copia fuit optimi viri eligendi, quem Ariani expulerunt anno 375, Hypsin eum vocat Basilium.

ep. 37. 62.

ep. 77.

Hoc anno 377. praesidem habebat Cappadocia Thersium, ut colligimus ex epistolis 77. & 78. Hujus assessor erat Elpidius, cum Basilio amicitia conjunctissimus. Cum eo libenter colloquebatur Basilium, quoties praesides Caesarem veniebat; cumque ex ejus sermone multa cognovisset de duobus eximjis viris, Principali Neocaresae & Helychio, quorum primum fama tantum noverat, cum altero autem communia olim litterarum studia, communemque amicum Terentium habuerat, utriusque scribendum esse duxit, ut cum altero amicitiam iniret, cum altero repovaret. Sunt haec epistolae 63. & 64. quas idcirco ad hunc annum referimus, quia pertinent ad illud tempus, quo Basilium saepe Elpidium, veniente Caesarem praeside, videbat.

De epist. 64.

De epist. 65.

Atarbius Neocaresae, ut infra videbimus, episcopus, Basilium consanguineus ac aetate junior, longo silentio animum Basilio non amicum significabat. Sed Basilium, qui in amicitia vincit idem esse ducebat ac vincere, prior scribere ad eum non dubitat, eumque hortatur, ut projecta iracundia, quam silentio significaverat, caritatem & pacem corde concipiat, & cum fratribus idem sentientibus studia & curas pro ecclesiis jungat. Nisi enim sanae doctrinae defensores tantum ad ejus defensionem laborent, quantum ad eam oppugnandam adversarii, nihil prohibiturum, quominus veritas ab inimicis everfa pereat, ac condemnationis participes futuros, qui ad ecclesiarum conjunctionem conspirare no-luerint. Rogat autem, ut hanc opinionem ex animo projiciat, se aliorum communione non indigere. Id enim & caritati contrarium esse, & hominis non cogitantis, belli malum, quod in orbem circumagitur, in Cappadociam ac Pontum etiam perventurum.

Scripta ergo haec epistola, antequam bellum, S. Basilii Oper. Tom. III.

quod circumibat, Cappadociam attigisset; cum Valens jam multas vicisset ecclesias, & Cappadociam oppugnaturus videretur, sed nondum oppugnasset. Praeterea cum Atarbius salutem Basilium, ut fratrem unanimem & de fide recte sentientem; collocanda haec epistola ante annum 373. quo Atarbij acerbitas in Basilium erupit, ejusque fides malis rumoribus flagavit.

ANN. O. 371.

CAPUT XVII.

I. S. Basilium Ecclesiam pacare aggreditur. II. Confugit ad S. Athanasium, misso Dorotheo diacono, ut auxilium ab Occidente impetretur. III. S. Athanasius mittit Petrum presbyterum in Cappadociam. IV. Basilii litterae ad Meletium & ad Damasum papam. Iterum mittitur Alexandria Dorotheus ut inde Romam proficiscatur.

I. (a) Domesticis rebus ex sententia compositis majora consilia Basilium aggreditur. Vir cetera moderatus sublimis quiddam & immensum animo concepit, nec caritati, qua flagrabat, alios quam orbis terrarum terminos praescribit. Incivis illum sensibus angebant ecclesiae Orientalis calamitates. Grassabatur haereticis, saeviebat Imperator, gravissimae erant inter ipsos orthodoxos dissensiones, ac velut in nocturna pugna vix hostes ab amicis dignosci poterant. Basilium haec mala non precibus solum studet avertere, teste Gregorio Nazianzeno, sed &

S. Basilium Ecclesiam pacare aggreditur. a Naz. or. 20. p. 345.

eam doctrinam litteris consignat, adversariisque collationibus & praeliis ingentem haereticorum audaciam frangit ac propulsat, eos quidem, qui manus conferre ausi fuerant, armis linguae cominus conjundens: eos autem, qui procul ab eo distiterant, sagittis ex atramento confectis feriens, nihilo inferiore illi litteris, quae olim in tabulis insculptae sunt; nec uni tantum & exiguae Judaeorum nationi de cibis & potionibus, & caducis sacrificiis, carnisque purgationibus, sed omnibus hominibus, atque omnibus orbis partibus, de veritatis doctrina, ex qua salus comparatur, leges statuente. Deinde, quoniam aequae imperfecta res est, actio sermone destituta, & sermo ab actione remotus, idcirco actionis subsidium sermone adjuungebat, alios videlicet adiens, ad alios legationem mittens, alios accersens, admonens, arguens, increpans, minis insediens, probris incessens, pro gentibus, pro urbibus, pro singulis etiam hominibus certamen suscipiens, omne salutis genus excogitans, undecumque medicinam morbo adhibens: Beseleel ille, ille, inquam, arcae divinae fabricator, materiam omnem & artem ad opificium accommodans, atque omnia contemns, ad eximiam quamdam virtutis pulchritudinem & concinnitatem.

pag. 346.

II. Multiplex ille Ecclesiae juvanda modus, quem Gregorius describit, non ad solum episcopatus tempus referri debet, Haec enim omnia Basilium presbyter navaverat: ejusque prudentia enituerat in pacificandae Ecclesiae consilio, ut supra vidimus. Sed ad episcopatum erectus, & in sede supra alias eminente collocatus, novos conatus adhibendos esse intelligit, ut catholicos inter se conjungat, & ab Arianis omnino disjungat. Jam ea res tentata fuerat paucis ante annis, sed nullum habuerat exitum, interpellato a Valente concilio, quod Tarsi futurum sperabatur, Alia itaque aggreditur via, & ad Occidentales confugere statuit. Unam enim hanc auxilii viam pendi Orientalibus ecclesiis existimaba; nec dubium erat, quin, si Occidentales

ep. 66.

ANNO 371.

idem studium ad Orientis defensionem adhibe-  
rent, quod in Occidente adversus unum aut  
alterum hæreticum adhibuerant, Imperator mul-  
titudinis auctoritatem revereretur, ac populi ip-  
sos libenter sequerentur.

Illud autem nemini dubium esse debet, quin  
Basilius idem prosequatur, quod presbyter in-  
cœperat; ac de iisdem episcopis, iisdemque de  
rebus agat. Verebatur ne suspecti essent Atha-  
nasio episcopi illi *ob memoriam præteritorum*, quia  
videlicet eorum non pauci conjuncti olim cum  
Arianis fuerant, iidem ergo sunt, ac qui anno  
364. concilio Lampfaceno interfuerant: Quod  
in hoc concilio & pluribus aliis tentatum fue-  
rat, ut qui idem sentiebant, una conjungeren-  
tur communionem, id Basilius in epistolis hoc &  
sequenti anno scriptis perficere conatur: cuius  
propositum est ut, *qui circa veram fidem claudu-  
cant, manifesti omnibus fiant, agnoscantur autem  
qui recte sentiunt, nec jam velut in nocturna pu-  
gna nullum sit amicorum & inimicorum discrimen.*  
Legati a synodo Lampfacena in Occidentem missi  
redierant cum litteris Occidentalium; sed ea re  
nec mitigata persecutio, nec domesticæ dissen-  
siones sedata. Quare satius esse videbatur Bas-  
ilio, ut ex ipso Occidente mitterentur, qui Orien-  
tem inviserent. Fore enim ut, dum se omnes  
boni cum illis conjugunt, tanta auctoritas ipsam  
etiam forte Imperatorem moveret: & dum Ni-  
cœnam fidem instaurant legati, dum æquas ad  
pacem condiciones proponunt, facile & erroris  
defensores & perturbatores pacis dignoscerentur.

II. Sed cum nemo esset toti Occidenti vene-  
rabilior, quam S. Athanasius nemo communibus  
malis plus doleret, nemo & in cernendis rebus  
acutior & in perficiendis efficacior; scribit ad  
eum Basilius, ac rogat ut pacificandi Orientis  
consilium suscipiat, & ex ecclesia sua selectos  
viros mittat ad Occidentales episcopos, eisque  
exponat calamitates Orientis, ac suggerat mo-  
dum opis ferendæ, simulque Domino pacificas  
preces offerat. Fatetur reliquas res Orientis for-  
tasse ab eo sine Occidentalium adminiculo com-  
poni non posse: sed pacificationem ecclesiæ An-  
tiochenæ ex ipso pendere contendit; ac in ipsius  
potestate situm esse, ut in alios temperamento  
utatur, alios compescat, præfecturas particulares  
abroget, ac antiquum ecclesiæ robur restituat.  
Rogat ergo eum, ut Antiochiæ malis moveatur,  
& instar periti medici ab hujus ecclesiæ  
cura, cui nihil præferendum in orbe terrarum,  
initium ducat.

Hæc epistola Dorotheo ecclesiæ Antiochenæ  
diacono commissa est perferenda; sed cum ei  
videretur Basilium non satis aperte declarasse, res  
Antiochenas sic componi debere, ut Meletio ad-  
jungantur, quæ divulsa sunt; aliam ejus rogatu  
epistolam addidit Basilius, in qua conceptis ver-  
bis demonstrat & sibi & toti Orienti in votis  
esse, ut Meletius Antiochenæ ecclesiæ governa-  
cpla teneat, vir & fide inculpatus, & tum vi-  
tæ sanctitate longe aliis præferendus, tum quod  
universo ecclesiæ corpori præsit, alii vero parti-  
bus tantum. Quamobrem æquum esse, ut et alii  
adjungantur, velut magnis fluminibus minoræ:  
idque ita visum esse Occidentalibus, ut litteræ  
per beatum Silvanum allatæ testantur.

III. Non poterat Athanasius summam illam  
caritatem, quæ semper omnibus patebat, episco-  
po Cæsariensi in re tanti momenti claudere.  
Nullam moram huic eximio operi interponen-  
dam duxit, & acceptis Basilii litteris statim ei

rescripsit, ac Dorotheo comitem adjunxit Pe-  
trum, non illum quidem qui ei succurrat, (hunc  
enim nondum viderat Basilius anno 373.) sed  
alium ecclesiæ Alexandriæ presbyterum. Is a  
Basilio maxima cum læticia exceptus est, ejus-  
que approbationem & laudem meruit, dum Atha-  
nasii mandata strenue persequitur, concilians  
contraria, ac divulsa conjungens. Dubium qui-  
dem non est, quin Basilio, antequam scriberet  
Alexandriam, multi ex collegis fidem dedissent  
se libenter Athanasio & Occidentalibus ad de-  
fensionem fidei docibus usuros; ac multi alii  
supererant, in quibus stectendis elaborandum fu-  
it. Sperabat quidem Basilius, fore ut omnes  
Athanasio, quæ ad pacem ecclesiarum constitu-  
endam pertinent, tandem committerent: Sed  
videntur nonnulli, dum Arianis occulte favent,  
ac tot episcoporum adversus hæresim conjunctio-  
ni aperte obviare non audent, astute moras in-  
nectere voluisse. Tales existerent, qui requirebant  
ut Occidentales nominatim Marcellum damna-  
rent, ac querebantur quod hætenus in solam  
Arium inveni fuissent, Marcello nulla prorsus  
sententia damnato, quem etiam in communio-  
nem receperant. Satis indicat Basilius hoc con-  
siliium a se ortum non esse, (Eustathium potius  
eiusque similes crediderim auctores fuisse) sed  
tamen illud sibi statuit probari; ac petendum  
putat ab Occidentalibus ut Marcelli mentionem  
faciant, ut nulla prorsus occasione his qui occa-  
sionem querunt relicta facile pateat quinam sa-  
ni sint, quæve claudicent in fide.

Dum Petrus Alexandriæ ecclesiæ presbyter  
in Cappadocia moratur, ac Basilio operam na-  
vat, multa inita sunt consilia, ac placuisse non-  
nullis videtur, ut Imperator adiretur & opera  
summorum virorum, qui plurimum apud eum  
poterant, & catholicæ fidei erant studiosi, qua-  
les fuere Arintheus, Victor & Terentius, pa-  
trocinium aliquod afflictis ecclesiis conciliaretur,  
Fortasse hoc consilium inde ortum, quod in  
Athanasii sapientia plerique satis præsidii esse  
ducerent ad res Orientis componendas: ad im-  
petrandam autem persecutionis remissionem plus  
posse viderentur magni illi viri quos diximus,  
quam legati ex Occidente. Sed cum animadver-  
tisset Basilius viros illos nec posse nec velle de  
exilibus loqui, atque etiam quod res pejus non  
irent, pro lucro ducere; hæc vicit sententia ut  
Dorotheus Romam mitteretur, ac inde aliquos  
excitaret, qui Orientem inviserent, mari uten-  
tes, ne quis eos interpellaret.

IV. Postquam id statutum habuit Basilius,  
Dorotheum diaconum, quem hætenus retinue-  
rat, missis ad Meletium, ut ei narraret singula,  
& commentarium ostenderet, quo Romam eun-  
di necessitas probabatur, Rogat Meletium Bas-  
ilium, ut si res ei arridet, eam ad opus curet  
perduci, ac litteras exaret ac commentarium di-  
ctet, quibus de rebus & ad quos Dorotheum lo-  
qui oporteat; atque ut auctoritatem habeant lit-  
teræ, suos etiam unanimes adjungat, etiam si  
absint.

Non videntur ad exitum perducta esse quæ  
Basilium a Meletio petebat: nec communes Orien-  
talium litteras Romam pertulit Dorotheus. Nam,  
ut infra videbimus, responsum soli attulit Bas-  
ilio, qui suo nomine Damasus scripserat, Non  
enim dubium esse potest, quin epistola 70. etsi  
inscriptione caret, ad Damasum scripta sit. Huic  
Basilium Orientis mala ante oculos ponit, ac ro-  
gat ut legatos mittat in Orientem, majorum  
suo-

ep. 32.

ep. 69. n. 3.

Confugit ad S. Athanasium, misso Dorotheo diacono, ut auxilium ab Occidente impetretur.

De epist. 66.

De epist. 67.

S. Athanasius mittit Petrum presbyterum in Cappadociam.

ep. 133.

ep. 69. n. 1.

ep. 68.

Basilii litteræ ad Meletium & Damasum papam. ep. 62.



suorum exemplo, in primis Dionysii, qui olim A in Cappadociam miserat, qui captivos redime- rent. Nunc autem graviores multo casus sube- se; non enimedium demolitionem lugeri, sed excidium ecclesiarum; nec servitutem corporum, sed animarum captivitatem.

Iterum mittitur Alexandriam Dorotheus ut inde Romam proficiscatur. a ep. 62.

Cum hac epistola Dorotheum Basilius comi- te, ut verisimile est, Petro Alexandrino ad At- hanasium remittit, adjunctis aliis (a) ad Atha- nasium litteris, ex quibus perspicitur, quan- to arderet studio Basilius rei persicienda. Mira enim diligentia sigillatim omnia persequitur. Gra- tias agit ob missum ad se Petrum presbyterum, a quo perutilem sibi navatam esse operam testa- tur. Athanasium rogat, ut Dorotheum precibus suis ac consiliis muniat ac litterarum varietate; & nonnullis e suo clero adjunctis quamprimum di- mittat. His quoque ab Occidentalibus petenda ex- stimabat; illud etiam adjungit, ut Marcellum nominatim damnet, ne qua occasio relinquatur occasionem quaerentibus. Momet etiam, ut cum legati advenerint [ Alexandria enim transcurus non dubitabat] modum eis prescribat Athanasius tanti muneris digne obediendi. At se scripsisse ad episcopum Romae, sed nonnulla narrat se scri- psisse, quae cum in epistola ad Damasum non legantur, aut aroanis mandatis aut peculiari commentario videntur fuisse commissis. Non enim rogat Damasum in ea quam habebat epistola, ac legati utantur mari & secum afferant, quae contra synodum Ariminensem acta fuerant.

Ab initio episcopatus sancti Basilii usque ad secundam hanc Dorothei profectioem satis multa intercesserunt, ut eum mense Septembri, non citius, Alexandriam existimemus redisse. Ordina- tus Basilius mense Septembri vel potius Octo- bri anni 370. non parum infusus temporis in constituendis ecclesiasticis legibus & pacificanda Cappadocia; nec probabile est missum ab eo fu- isse Dorotheum ante Pascha hujus anni 371. Post- quam Alexandriam venit Dorotheus & ea expo- suit, quorum causa venerat; sanctus Athanasius, et si plurimum Basilio tribuebat, noluit tamen D rem statim aggredi, & e clero suo, ut rogave- rat Basilius, Romam mittere: sed quo loco in Cappadocia & finitimis regionibus essent res ecclesiasticae, per Petrum presbyterum cogno- scere voluit. Is in Cappadocia diu moratus est, concilians contraria ac divulsa conjungens. Un- de fatetur Basilius in epist. 69. diu retentum a se esse Dorotheum; Tandem illum misit ad S. Meletium, apud quem aliquandiu videtur com- moratus. Tempus enim extrahere debuerunt & earum rerum, quae a sancto Basilio proponeban- tur, deliberatio, & infumenda opera ut com- munitibus litteris unanimes quique subscriberent, Quinetiam antequam Dorotheus ad S. Meletium mitteretur; jam Ariani episcopi partim vene- rant, partim expectabantur, quos quidem men- se Septembri ineunte advenisse modo videbimus. Quapropter cum Dorotheus aliquandiu apud S. Meletium moratus sit, non potuit Alexandriam mitti, nisi eodem mense Septembri multum pro- vecto; hinc S. Athanasium rogat Basilius, ut Dorotheum statim ad primam navigationem di- mittat.

ep. 60. n. 1.

ep. 69.

I. Quo tempore Pneumatomachi palam prodire co- perunt. II. Concio S. Basilii die festo S. Euphy- cii. III. Veneratur quod Spiritum sanctum non appellaveris Deum: Defenditur a Gregorio Nazianzeno. IV. Littera ea de re Gregorium Inter & Basilium. V. Laudat S. Athanasius ora- tionem S. Basilii.

I. fundendum Spiritus sancti divinitatem non- nulli oppugnare coeperunt: sed videntur satis diu latebris se involvisse, ac non multo ante episcopatum sancti Basilii prodisse. Cum Arianis sanctum Trinitatem ponentibus non pluri- ma erat de sancto Spiritu controversia: Filius pot- tissimum divinitas defendebatur, qua semel sta- bilita divinitatem S. Spiritus simul stabili non negabant Ariani, sed ex his, qui ab Ariani discesserunt, non pauci alteram impietatis partem serinuerunt, & cum divinitatem Filii contra A- rianos tuerentur, de Spiritus divinitate cum Ca- tholicis pugnabant. Serapion episcopus Thmuis- mus an. 360. aut 361. S. Athanasium curiosum fecit nonnullis, cum ab Ariani ob eorum in Filium impietatem discessissent, male de Spiritu sentie- re, quaque non modo creaturam esse, sed etiam Cunctum ex ministris spiritibus dicere, ac gradu tantum ab angelis differre. Permolesum id ac- cidit Athanasio ac nascentem haeresim quatuor praclarissimis ad Serapionem epistolis prodige- vit. Testantur etiam (a) Sophrates & (b) So- phrenus Macedoniam, cum anno 360. depositus fuisset in concilio Constantinopolitano, novam hanc haeresim, quae ab ipso nomen accepit, stue- re coepisse. Sed tamen necesse est novam hanc sectam aliquandiu in tenebris crevisse, abo tam cito veritatem sustulisse. Nam tribus annis post depositum Macedonium; Basilius Eunomium, qui Spiritum sanctum creaturam appellaverat, ut novae & haec inaudite impietatis aucto- rem insectaret. *Primus ergo, inquit, illorum qui veritatem adorti sunt, ex quo perversa praedicatio divulgata est, hanc de Spiritu vocem omittere au- suo est. Etenim qui Spiritum sanctum creaturam appellavit, audivimus nomen ad hodiernum usque diem, usque in his quot reliquere libris hanc ap- pellationem invenimus. Quinetiam annis 366. & 367. nullas suspiciones hujus haeresis deprehen- dimus. Nam tres episcopi ex Semiariorum numero Romam missi, plene & cumulate fidem suam purgarunt recepta fide Nicena, nec quid- quam amplius ab eis postulatum in concilio Ty- nensi. Tunc forte prodire coepit haeresis, cum pacem pene ad exitum perductam anno 367. triginta quatuor episcopi, ut supra vidimus, perturbarent. Confirmat hanc conjecturam episto- la 25. S. Basilii, quae cum scribitur anno 368. scri- bi non potuerit ( hoc enim exeunte anno, aut ineunte 369. mortuus Athanasius Ancyranus ad quem scripta est ) manifestam habet distinctio- nem Pneumatomachorum ab Anomnis, Sic enim loquitur Basilius: Non enim illi quae a nobis scripta sunt adversus eos, qui Filium & Deum Deo & Patri secundum essentiam dissimilem dicere ausi sunt, aut adversus eos qui Spiritum sanctum creaturam & opificium esse blasphemis ore docuerunt, contumeliam hanc facere voluisses, qui magna illa ac celebra certamina pro recta fide pertulisti. Pro- babile ergo est hanc haeresim non multo ante episcopatum S. Basilii prodisse.*

Quo tem- pore Pneu- matomachi palam pro- dide re- ceperunt.

Athanasius ad Serapionem.

lib. 2. cap. 49. lib. 4. cap. 27.

lib. 2. Eunom. p. 143. tom. 1.

ep. 25. n. 2.

Te-

ANNO 370. *Herf. 74.*

Testatur Epiphanius ex his Pneumatomachis alios de Filio recte sensisse, alios ne in hoc quidem ab Ariana impietate discessisse. In hoc potestremo genere recensendus Eustathius Sebastenus, Hunc episcopi Orientales testantur in epist. 263. n. 3. cum iis conjunctum esse, qui consubstantialia anathematizant, ac ducem se probere heresis Pneumatomachorum; Quamvis autem Eustathius & alii, ut probabile est, Pneumatomachi gratiam Arianorum ambirent & Catholicos revererent; non tamen a Catholicis ecclesiis omnino abscissi erant, sed diu oxis pellem retinuerunt, ut patet ex his verbis ejusdem epistolae 263. n. 3. *audax quidem illa, inquit, episcopi, ac impudens Arianae heresis, quae abscissa a corpore Ecclesiae, manet in suo, ipsi errore, ab hisque non multum vocat, quia, omnibus aperte ipsorum impietas. Qui autem pellem oxiam induit, sunt, ac speciem blandam pro se ferunt, ac iustitiam vero, dilanans crudeliter. Christi gregem, & propter hoc, quod ea nobis monitum sum, facile pernicium inferunt simpliciteribus, qui sunt, qui molliam exhibent; haec agere nitari possunt. Nos rogamus ut vestra diligentia omnibus Orientis ecclesiis denuntiet, ut ne aut redam, ubi in grossi, sincere mensentur molliam; aut si in suo permancant perperitate, abiquam intra se solos contineant, nec possint ea incantata, communiis, mapham suam cum prout, mltis communicare.*

Concio S. Basilii die festo S. Euplychii.

Nov. 19. 26.

Ibid.

Vituperatur quod Spiritum non appellasset Deum. Defenditur a Gregorio. a Nov. 19. 26.

III. Jam invidiam animi similitudinem summa legitas in Basilio temperaret, in utroque mirabilis erat, & in adversis pro veritate gravissimis periculis, & in persequendis omnibus pacis conciliandis modis. Itaque cum Ariani ad oppugnantiam Spiritus Sancti divinitatem omnes vires suas confluxissent; palam & aperte hoc dogma defendebat, & Scripturae testimoniis ac necessariis rationibus se constringebat adversarios, ut prorsus effugere non possent. Sed cum sciret Arianis statutum esse eum expellere, si Spiritum verbo Deum appellaret, ac Caesariensem ecclesiam occupare, & inde velit ex arce quadam omnia populari; abstinnit hac voce ad tempus, necesse non putans eam semper in ore habere, modo in tuto esset sententia voci subiecta. Hoc prudenti consilio effugit haereticorum insidias: ac calidiorum Catholicorum querelas & vituperationem non effugit, Atque id maxime declaravit dies festus S. Euplychii, qui in diem septimum Septembris incidebat. Intererat Basilii concioni, Euplychii & aliorum Arianorum, qui jam adveniant, emissarii ut patet ex verbis Gregorii, qui paucis post diem festum diebus aiebat, ingens circa Basilium existisse bellum, cum cuperent haeretici nudam vocem ex eo arripere, ut ipse ex ecclesia pelleretur, qui solus pene igniculus veritatis restabat & vitalis facultas, vicinis omnibus captis ac subjugatis. Aderant etiam fervidiores illi Catholici. Utus est Basilius eo quod diximus temperamento.

III. (a) Paucis post festum diebus convivium erat Nazianzi, in quo Gregorius & multi insignes viri accumbebant, Basilio & Gregorio amici, in his monachus quidam, qui die festo sancti Euplychii Basilium audierat. Nondum ventum erat ad pocula, juxtaque sermo incidit de Basilio & Gregorio, quod quidem satis solemne erat in convivio: cumque Basilium omnes plena manu laudarent, sique Gregorium adjuverent, tum monachus magno clamore mendaces & adultores appellat convivas, ac Basilio & Gregorio, ut in ceteris rebus laudentur con-

cedit, quod autem maximum est non concedit, ut orthodoxis nomine laudentur, cum fidem alter prodar dissentendo, alter connivendo. Tum Gregorius: *Unde hoc, o vane homo & arrogantis Dathan & Abiron? Unde vobis dogmatum promulgator venit? Sicuti tantarum rerum iudicem se ipsum efficit?* Ibi monachus advenire se dixit ex conventu S. Euplychii, ac audivisse cum Basilio de Patre quidem & Filio mirifice differere, ac Spiritum sanctum decurqueret. In quo Basilius comparabat cum fluviis petras praetercurrentibus & arenam excavantibus. Quinetiam querebat ex Gregorio, cur ipse quidem palam & aperte Spiritum appellaret Deum, Basilius vero politice magis quam pie veritatem predicaret? Proferebat illud Gregorii dictum: ex quadam oratione, *Quosque in infernum sub medio abscondemus.*

Respondit Gregorius magnum esse inter se & Basilius discrimen, quod dicta sua, ut hominis obscuri, non magni sint momenti; Basilius autem amplissimo in loco sedentis nullum possit obscurum esse dictum; & cum haeretici sitientes appetant ex ejus ore nudam vocem arripere, ut eiectione ecclesiam occupent, & inde, ut ex quadam propugnaculo, ceteras populentur; multo satius fuisse unam vocem, sententiam in tuto posita, praetermittere, quam ecclesiam tanto periculo obicere. Non placuit haec oratio audientibus, eamque ut longo petitam & cavillatam rejecerunt, ipsumque Gregorium clamoribus insectati sunt, ut ignavia magis quam sanctae doctrinae consulente. Longe enim satius esse catholicos veritate predicanda tueri, quam eos hoc temperamento debilitare, nec interim alienos assumere.

IV. Quid deinde dixerit & audierit Gregorius, & quomodo praeter modum ac praeter solitum indignatus sit, ut longius ac dictu non necessarium, silet. Hoc tantum addit missos a se homines factos esse, sed a Basilio petiit, ut doceat se quousque in disputatione de Spiritu sancti divinitate progredi, quasque voces usurpare, & quousque economia uti conveniat. Atque id quidem petiit, non sua causa, quem omnium miserimum fore & stolidissimum fatetur, si dubitet quid Basilius sentiat; sed ut respondeat contradicentibus.

Quamvis Gregorius hujus molestiae quantum non sine magna cautione, magnisque amoris significationibus perscribat; res tamen accidit Basilio permolesta. Mirari se ait, non quod monachus haec dixisset, sed quod germanissimos fratres suos & amicos habuisset auditores, vel potius discipulos. His respondere prorsus inutile arbitratur, & cum ipso Gregorio exposulat quod ad se non veniat; aditum enim non habituras calumnias, si magnam anni partem simul traducerent. Rogat, ut saltem se in proposito certamine adjuvet, & ei, qui tunc bellum inferebat, secum occurrat, Sperat se eiectionem iri aut aliquid gravius passurum, sicque calumnias operum testimonio refutaturum. Quantum Gregorio tribueret, perspicitur ex perhonorifica invitandi ratione. *Si enim tantum appareas, inquit, super primis ipsis impetum, eosque qui ad patriam res evertendas conspirant, dissipabis, ubi ipsis notum feceris te, Dei gratia, nostri ceteros ducem esse &c.*

Rogaverat Gregorius ut simul convenirent; quamquam id quidem in epistola, quam modo retulimus, non rogat; sed ferte id bajulo epistolae in mandatis dederat. Libenter annuit Basilius, si de ecclesiis deliberandum sit; secus vero,

Litterae es de re Gregorium inter & Basilius.

De epist. 71.

71.

ro, si calumniae diluenda. Dolorem Basilii sen-  
 sit Gregorius, eumque non sine amica reprehensio-  
 ne admonuit satius fuisse incommodis moderari,  
 quam consilium danti succensere, Ceterum ven-  
 turum se promittit & Basilio duce libenter dimi-  
 caturum; Quos Basilius germanissimos fratres &  
 amicos vocat, hi videntur monachi Nazianzeni  
 fuisse; idque patet ex his verbis: *Ego igitur, si  
 necdum istius fratris meae de Deo sententia ex-  
 perimentum dedi, ne nunc quidem habeo quod re-  
 spondeam.*

Gregorii verba in convivio citata reperiuntur  
 in oratione octava, quam pronuntiavit anno 372,  
 cum abjectis Saisimis Nazianzenam ecclesiam sub  
 patre regendam suscepit. Sed tamen ex aliqua  
 alia oratione desumpta esse, merito statuit Tille-  
 montius. Non enim mirum aut incommodum  
 videri debet, si eandem sententiam non semel  
 usurpaverit Gregorius; cum praesertim totam  
 hanc historiam, quam modo narravimus, huic  
 anno 371. necessariae rationes addicant. Nullum  
 enim aliud tempus occurrit, in quo instantem  
 hostem expectaverit Basilius, & exilium aut ali-  
 quid gravius ex praelio speraverit. Appropinquan-  
 tem Valentis adventum designat Gregorius, cum  
 ait in convivio, *ingens circa Basilium esse bellum,  
 vicinis omnibus captis & subjugatis*, Praeterea, si  
 jam Basilius cum Valente ejusque ministris pu-  
 gnasset, num ignaviae crimen futuri praelii pro-  
 missione repelleret? Quibus enim illius fidem  
 praestita certamina non approbassent, multo mi-  
 nus nondum commissa approbarent. Aliam addit  
 rationem Tillemontius; scilicet Basilius post  
 Saisimenses molestias dicere non potuisse, *se nul-  
 lus sibi in Gregorium neque parvi neque majoris  
 delicti esse conscius*, Sed non video cur Basilius  
 etiam posturbas Saisimenses hanc amicitiae num-  
 quam violatae laudem sibi vindicare non potue-  
 rit, cum praesertim ipse Gregorius pluribus locis  
 dicat amicitiam hac in re Basilium Spiritui post-  
 habuisse.

V. Monachorum de Basilio querelae ad sancti  
 Athanasii aures pervenerunt, eique occasionem  
 dederunt Basilii defendendi. Nam cum ei Dia-  
 nius quidam dixisset monachos Caesarienses suc-  
 censere & oblectari Basilio, scripsit eis Athana-  
 sius, ut patri obedirent tamquam filii, nec ei  
 oblectarentur docenti. Si enim suspectus esset  
 Basilius in iis quae ad veritatem spectant, lau-  
 dabilem fore eorum contentionem. Sed si con-  
 fidunt (eamdem sibi fiduciam esse ait) eum  
 esse decus & ornamentum Ecclesiae ac magis pro  
 veritate certare, & eos qui doctrina indigent  
 edocere; nequaquam cum tali viro pugnandum  
 esse, sed potius bonam illius conscientiam ap-  
 probandam. Non exstat haec Athanasii epistola  
 ad monachos Caesarienses, sed haec eruimus ex  
 aliis ad Palladium presbyterum litteris, quem  
 Athanasius, acceptis ab illo eadem de re litte-  
 ris, rogat, ut ipse etiam scribat ad monachos  
 Caesarienses, ac sibi in eis flexendis operam na-  
 vet. Ex quo patet Palladium minime ex nu-  
 mero oblectatorum Basilii fuisse. Idem dicen-  
 dum de Dianio, ejus ex sermone cognoverat  
 Athanasius frustra monachos Caesarienses turbari.  
 Notanda ejusdem epistolae haec verba: *Ipsorum,  
 (Basilius) ut confido, cum infirmis infirmatur, ut  
 infirmos lucrifaciat. Dilecti autem nostri respicien-  
 tes ad propositum veritatis illius & aequanimitatem,  
 glorificent Dominum, qui talem dedit Cappadociae  
 episcopum, qualem unaquaque regio cupit habere.*  
 In eandem sententiam S. Athanasius loquitur

in epistola ad Joannem & Antiochum: *Omnino  
 miror temeritatem eorum, qui dilecto nostro, vero  
 Dei famulo, Basilio episcopo obrectare audent: ea  
 salibus enim magis argui poterunt, quod ne patrum  
 quidem diligant confessionem.*

Palladium existimat Tillemontius eum esse  
 qui scripsit vitam sancti Joannis Chrysostomi,  
 Is cum Innocentio Italico solitariam vitam age-  
 bat. Ad utrumque exstat Basilii epistola ad  
 Antiochum autem verisimile est sancti Eusebii  
 Samosatensis fratris filium esse, de quo, alius oc-  
 curret dicendi locus.

Quos Athanasius vocat Caesarienses monachos,  
 valde dubito utrum ex Caesariensi monasterio  
 fuerint, an ex aliis Cappadociae monasteriis,  
 Nam Caesarienses ascetae videntur Basilio sem-  
 per amicissimi fuisse; & cum factam ei ab Eu-  
 sebio episcopo injuriam ultra legem & modum  
 defenderint, eorumque studium enituerit in pro-  
 movenda illius electione; verisimile non est tam  
 cito eos ab illo abalienatos fuisse; & ignaviae  
 crimen intulisse, cum cum se ad gravissimum  
 certamen fortiter pararet.

Praeter hos reprehensores, alii etiam inter Ca-  
 tholicos existerent, qui & Basilius & Gregorium  
 non timiditatis, sed impietatis accusarent, ac  
 ne pie quidem loqui existimarent; non quod di-  
 vinitatem sancti Spiritus ab eis negari, sed po-  
 titius quod eos in hoc dogmate predicando lon-  
 gius ferri crederent. Unde Gregorius rogat Ba-  
 silius ut se doceat, *quasque in predicanda Spi-  
 ritus sancti divinitate progredi, quasque voces usur-  
 pare, & quasque aequanimitate qui conveniat; nimi-  
 rum ut & iis sacrificet, qui nimium jejune di-  
 vinitatem sancti Spiritus predicari, & iis qui  
 plus aequo illum extolli querebantur. Nonnulli his  
 temporibus ferebantur Spiritum sanctum Patri &  
 Filio praepone, ut patet ex Basilii epistola 5a,  
 neque hanc criminationem ipse Basilius effugit,  
 Neminem sane hoc insaniisse errore crediderim;  
 sed hos rumores spargebant Pneumatomachi, sic-  
 que sucum infirmioribus animis faciebant. Qua-  
 re adhibendae cautiones erant, non solum ne qua-  
 daretur ansa Pneumatomachis, sed etiam ut in-  
 firmis consuleretur. S. Athanasius, qui res in  
 Cappadocia gestas ex auditu noverat, videtur  
 existimasse Basilius infirmorum causa studium  
 defendendae Spiritus sancti divinitatis temperas-  
 se. Ait enim de Basilio: *Cum infirmis infirma-  
 tur, ut infirmos lucrifaciat.**

CAPUT XIX.

I. Circa hoc tempus Nyssa ordinatur episcopus Gre-  
 gorius Basilii frater. II. Basilius Eusebio ejus-  
 que servis patrocinium impendit. III. Dolor ejus  
 & scripta ab eo epistola ob divisionem Cappado-  
 ciae anno 371. exeunte. IV. Therasius hoc an-  
 no regerat Cappadociam. V. Elpidius ejus as-  
 fessor. VI. Therasio dignitas abrogatur, vel eam  
 sponte abiecit.

I. Referenda ad hoc tempus videtur ordinatio  
 S. Gregorii Nysseni, in qua non solum sum-  
 mus [a] existit consensus episcoporum Cappa-  
 dociae, sed etiam summa constantia in imponen-  
 da Gregorio hujus oneris suscipiendi necessitate.  
 Sed quamvis nihil omisisset neque parvum,  
 neque magnum, quod quidem ad canones atti-  
 neret; non tamen haereticorum criminationes ef-  
 fugit Gregorius. Negotia ei exhibuerunt anno  
 374. tamquam praeter canones ordinato, atque  
 hanc

Nax. ep. 27.

Nax. ep. 26.

or. 5. p. 135.

or. 20. p. 356.

Laudat S. Athanasius aequanimitatem Basilii.

Circa hoc tempus Nyssa ordi-  
 natur episcopus Gre-  
 gorius Basili  
 lii frater.

ep. 190.

ANNO  
371.  
ep. 239.  
ep. 225.

hanc illiusejiciendi ansam arripuerunt anno 375. Unde Basilius ut fratrem defendat, sic loquitur omnium Cappadociæ episcoporum nomine: *Ver-  
nimus omnes amplitudini tuæ supplices.... fin  
autem est aliquid aliud canonicum, quod examine  
indigeat, idque magnanimitas tua audire ac judi-  
care vult, nos omnes adesse necesse est, quia si  
quid deficit eorum quæ ad canones spectant; cul-  
pam sustinent qui ordinare, non is qui ministe-  
rium suscipere necessitate omni coactus.*

ep. 58.

Naz. or. 5.

Basilius Eus-  
tochio ejus-  
que servis  
patroci-  
nium im-  
pendit.

de epist. 73.

de ep. 72.

Nondum episcopus erat Gregorius, cum sese interposuit, ut pacem inter fratrem & patruum aliosque Cappadociæ episcopos conciliaret. Tunc enim Basilius cum eo, ut cum homine negotiis vacuo & soluto, exoptulabat, quod non ad se novam vitam ingressum opis ferendæ causa veniret. Deinde vero inter episcoporum Cappadociæ dissensiones minime collocanda ordinatio, quæ summo est peracta consensu. Ad hanc autem dignitatem jam pervenerat Gregorius, cum cognomen suum, Sasimensem episcopum recens ordinatum, invisit ante Pascha anni 372. Quare intra illud tempus, quod a pacificatione Cappadociæ usque ad Sasimensem ordinationem effluxit, Nyssena ordinatio collocanda. Sed cum dominatus Arianorum per totam hiemem, præsentia Imperatoris, ac deinde consequentæ ex divisione Cappadociæ dissensiones non videantur Basilio copiam reliquisse Nyssam conveniendi cum episcopis; ordinationis tempus intra angustiores adhuc fines contrahitur; nec serius videtur contigisse autumno anni 371.

II. Videntur scriptæ ante Cappadociæ divisionem epistolæ 72. & 73. ad Hefychium & Callisthenem. Læsus ab Eustochii servis Callisthenes, vir potens, atque, ut verisimile est, in magna aliqua dignitate constitutus, pœnas a famulis & heris reperere voluit. Misit militem, qui in domo Eustochii nullum contumeliæ genus omittebat. Servos in eum locum adduci volebat, ubi injuriam fecerant, ut ibi pœnas persolverent, Seryi ad Basilius confugiunt, qui statim scribit Callistheni. Is perhonorifice respondet, ac totius rei arbitrium Basilio committit, sic tamen ut pœnam non remitteret, sed eam Basilio auctoritate comprobati vellent. Graciam ei agit Basilius, ac servos eo adductum iri promittit, ubi injuriam fecerant, si id Callisthenis animo fixum & immotum sedeat. Sed cum ea res magnis incommodis obnoxia sit, rogat ut Sasima sistantur, eo que veniens Callisthenes potentiam suam simul & lenitatem ostendat, insolentes dimitrendo. Quamquam ne id quidem concedit Callistheni, nisi quod metuat, ne quid iracundiæ in ejus corde minus coctum resideat. Multo enim præclarior facturum, si vindictam sibi permittat. Etiam si enim jurasset se servos ad pœnam traditurum secundum leges; perjuriæ ream non futurum, si ex legibus ecclesiasticis, quæ non minoris sunt pretii quam civiles, puniantur & emendantur. Videtur hæc epistola per eundem diaconum missa, per quem & epistola ad Hefychium missa est. Hunc rogat Basilius, ut sibi in placando Callisthene, vel per se vel per amicos operam navet. Sibi enim molestissimum futurum, si iis qui ad se confugerunt prodesse non possit. Hæc autem ante divisionem Cappadociæ evenisse conjicio, propterea quod petit Basilius, ut servi, quos in fidem suam receperat, Sasima usque sistantur. Id enim argumento est nondum hoc oppidum in aliena jura cessisse: nec profecto caritatis Basillii & animi fortitudinis fuisset, ejus-

modi homines deserere, atque in gratiæ & beneficii loco petere, ut extra ditionem & patrocinium suum abducantur.

III. Cum peregre effet Basilius mense Octobri exeunte aut ineunte Novembri, ac ecclesias suas visitaret, vel Nyssæ episcopum ordinaret; scripsit (a) ad eum Cæsarienses, & ad opem sibi celeriter ferendam patria revocavit. Rediit statim, non spe auxilii ferendi, sed ne desertos se ab eo cives quererentur. Luctus eorum & doloris causa, divisio Cappadociæ, ex qua duas provincias effecit Valens, velut si quis equum aut bovem suum duas in partes dividens, duos pro uno sibi habere videatur. Cum edictum esset ut maxima pars curiæ Podandum transferretur, quem locum comparat Basilius cum Ceade Laconico, aut barathris illis, quæ Charonia dicebantur; tum vero pars senatus non ignobilior fugam cepit cum uxoribus & focis, perpetuum exilium huic loco præferens: alii abduci eo fuere ut captivi, miserandum omnibus spectaculum: tertia pars in urbe relicta est, miserabiliter gemens collegarum discessu, ac sustinendo negotiorum oneri prorsus impar. Civilis cæcus ob ea quæ magistratibus acciderant, animo concidens, relictis urbanis ædibus, per agros & rura vagabatur. Itaque Cæsarea in tristem solitudinem redacta erat: nullæ jam nocturnæ lucernæ: nulla eruditorum hominum in foro colloquia: oclusa gymnasia: nulla necessariarum rerum provisio ac dispositio: sed una vox audiebatur, exactorum, & eorum a quibus exigebatur, quique flagellis cædebantur.

Quantum Basilio inusserit doloris, patriæ calamitas; perspicui potest ex tribus litteris ea de re scriptis. Antequam rediret Cæsaream, scripsit Martiniano. Hac enim excusatione utitur, cur non illum adeat, quod patriæ voce accersatur. Quod quidem argumento est Martinianum non longe habitasse ab eo loco, ubi tunc versabatur Basilius. Erat ille vir omni eruditionis laude cumulatus, & cum plurimum posset apud Imperatorem, flebili malorum descriptione conatur ei persuadere Basilius, ut vel Imperatorem adeat, quod quidem commodissimum foret, ac Martiniani præclaro vitæ instituto maxime decorum, vel saltem, si id ei grave sit tum propter annitempestatem, tum propter ætatem, patriæ suæ litterarum præsidium impertiat, ac voce sua & justa illa dicendi libertate, quam sua illi vitæ dabat, omnibus declaret, quot & quanta mala ex hoc dividendæ Cappadociæ consilio oriantur.

Probe videbat Basilius his patriæ calamitatibus necessitatem sibi imponi in aulam proficiscendi, ac potentibus amicis singula narrandi. Sed cum illum corporis infirma valetudo, ac ecclesiarum cura detineret; scribit ad duos in aula potentes viros, Aburgium & Sophronium Magistrum officiorum; eosque obtestatur, ut communi patriæ (uterque enim Cappadox erat) tristissimo exitio collapsæ opem ferant.

Non tantum gratia & auctoritate valuit Basilius, ut calamitatem hanc a patria averteret; sed tamen aliquam mali levationem videtur consequutus. Nam unus ex potentibus amicis ad quos scripsit, forte Aburgius, Præfecto humanitatis ostendendæ occasionem subministravit. Forte hæc humanitas in eo posita fuit, quod secunda metropolis non Podandi, ut primo sancitum fuerat, sed meliori in loco, Tyanis constituta.

Hæc

Hæc autem anno 371. gesta esse, antequam Valens Cæsaream veniret, satis ex distis perspicitur. Tot enim litteræ in aulam missæ, nondum venisse Valentem probant. Jam hiems incœperat aut saltem imminabat, cum tristis nuntius Basilio allatus. Quod enim metuit Basilius ne Martinianum deterreat tempestas anni aut ætas, quominus in aulam proficiscatur; id de ætate homini ætate provecto dictum non videtur. Sed tamen non multum processerat hiems, siquidem Basilius tunc peregre erat, Eadem in ecclesias Cappadociæ inducitur immutatio anno 372. ineunte, ut infra videbimus. At civilis divisio ecclesiasticam antecessit, teste Gregorio Nazianzeno.

ep. 74. 4.3.

Næc, ep. 20. p. 335.

Therastius hoc anno regebat Cappadociam. a de ep. 77.

IV. Hoc anno 371. rectorem Cappadociæ fuisse Therastium cognoscimus ex epistola 77. in qua ejus assessorem rogat (a) Basilius, ut non discedat ab admirando Therastio, sibi que decoram esse existimet cum eo *tantas curas partiti*. Quibus verbis indicatur gravissimas quasdam ac minime quotidianas difficultates præsidii incidisse. Præterea cum Cappadociæ divisione optime congruunt & tempus hibernum, quo hæc scripta est epistola, & quæ leguntur in fine. Nam cum multa Basilius haberet dicenda & de multis, ea in congressum distulit, non tutum esse existimans epistolis res ejusmodi committere.

Quæ in hac epistola de communibus Cappadociæ molestiis indicantur, ea minus commode Tillemontius de propriis Therastii negotiis interpretatur, quem & præfectura dejectum, cum hæc scriberetur epistola, & in judicium vocatum fuisse putat. Unde etiam illius patrocinium a Basilio in epistola 96. suscipi existimat. Sed Eliam, non Therastium in illa epistola 96. commendari infra videbimus. Nunc autem satis est observare nequaquam præsidii abrogatam fuisse præfecturam, cum Basilius hanc epistolam 77. scriberet. Hortatur enim assessorem, ut cum Therastio tantas curas partiat, ac libenter ejusmodi occasionem suscipiat, ex qua & amicos videre & ab eis videri liceat. Initio dixerat se ex magno Therastii præfectura illud commodi percepisse, ut sæpe hunc assessorem videret: *Verum hoc ipsum amisimus, inquit, præside privati*. Aberat ergo ad tempus præses, nec dubium erat Basilio, quin rediturus esset Cæsaream; unde assessorem hortatur, ut ab eo non discedat, ac libenter in eo persistet munere, ex quo videndorum amicorum occasio nascatur.

Elpidius ejus assessor.

ep. 78.

V. Hunc autem assessorem Elpidium fuisse, non obscuris mihi videor conjicere rationibus. Nam Elpidius in Cappadocia magnum aliquod munus abjicere & Cappadocia abscedere volebat, quo tempore insaultæ res erant Cappadociæ, ac paulo post humanitatem aliquam in Cappadoces a Præfecto exhibitam, id est, ut conjicimus, postquam Præfectus secundam metropolim, quæ Podandi locata fuerat, Thyanis constituit. Hæc autem mirifice conveniunt in illum assessorem, quem a Cappadocia abscedere molestissimo tempore meditantem Basilius ab hoc consilio in epist. 77. dehortatur. In utraque epistola præstantissimi viri res agitur & Basilio amici & ad sublevandam Cappadociam maxime idonei. Tempus idem utriusque epistolæ, magna quadam calamitate recens in Cappadociam invecit. Idem in utraque epistola assessoris munus. Rogat amicum Basilius in septuagesima septima ut non discedat ab admirando Therastio, sed cum eo tantas curas partiat. In septuagesima autem octava

S. Basilii Oper. Tom. III.

aid agit, ut Elpidius, ex quo tota pene publicorum negotiorum cura dependet, patriæ præficiatur & in Cappadocia iubeatur remanere.

Quod autem rogat Basilius, ut Elpidius Cappadociæ præficiatur, non inde sequitur eum præsidem & rectorem potius quam assessorem præsidis fuisse. Nam assessorum magna erat auctoritas. Hinc Gregorius Nazianzenus assessorem vocat ἀρχὴς κοινῶν in epistola 48. συνάρχοντα in epist. 126. eumque cum præside conjungit ut Jolaum cum Hercule, Proretam cum gubernatore, epist. 127. Quinetiam assessorem Elpidium fuisse, non præsidem confirmat Basilius, dum ait totam pene rerum publicarum curam ex eo pendere. Id enim de assessore satis apte dicitur, cum pro sua experientia ac diligentia plurimas administrationis partes sustinet: ac de præside, ad quem summa redit totius regendæ provinciæ, id sane minus commode diceretur.

VI. Utrum Basilius ab Elpidio impetraverit, ut in Cappadocia remaneret, aut a Præfecto, ut Elpidium iuberet remanere, statuere non possumus. Illud certum & perspicuum est, Therastium Cappadociæ administrationem aut sponte abiecit, aut hanc ei dignitatem abrogatam fuisse anno 371. exeunte aut ineunte 372. Nam epistola 94. anno 372. non multo post Valentis e Cappadocia discessum scripta est ad Eliam Cappadociæ rectorem, qui ad regendos Cappadoces, licet invitus, adductus fuerat, ut opera collapsa instauraret, loca non habitata incolis compleret, uno verbo solitudines in urbes transformaret. Non iam ergo Cappadociam regebat Therastius, sed commissæ fuerat Eliæ, qui eam tristissimum in statum redactam acceperat. Ude illum comparat Basilius cum Nauciero, qui navem nuper compactam in magna gubernat tempestate. Non dubium est, quin suum Therastio tempus in Cappadocia administranda emeritum non fuerit, cum hanc provinciam reliquit. Sperabat enim Basilius Elpidium ab eo non discessurum, & ei in sanandis provinciæ vulneribus operam daturum. Sed tamen videtur annum iam rexisse Cappadociam, cum decreta est divisio: nam sæpe Basilius assessorem viderat Cæsareæ, quem tamen non videbat, nisi præses Cæsaream veniret.

Therastio dignitas abrogatur, vel eam sponte abiecit.

ep. 77.

C A P U T X X.

- I. Initium persecutionis ab adventu Arianorum. Euippio communionem denegat Basilius. II. Basilius certamen cum Præfecto ac deinde cum præposito coquorum. III. Non interfuit his præstitis Valens. IV. Scripta in hac persecutione epistola 79. & 80. V. Valens semel iterum venit in ecclesiam, ut Basilio factam injuriam sarcinaret. VI. Basilio postea poenam exilii infligit ab Arianis impulsus, sed gravi morbo filii cogitur sententiam mutare. VII. Rursus statuit ejicere Basilius, sed calamus tertio conteritur. VIII. Insignis Gregorii locus explicatur, ac Valentem iterum venisse in ecclesiam probatur ante mortem filii. IX. Miraculum calamorum Cæsareæ factum. X. Hæc persecutio ad annum 372. referenda.

I. Hactenus in S. Basilii episcopatu nullum tempus vidimus, quod a magnis rebus gerendis intermissione habuerit. Sed nunc splendidius quiddam & illustrius enarrandum occurrit, propterea quod majore sonitu prædicari solent, quæ pro Christi fide in gravissimis periculis fortiter

Initium persecutionis ab adventu Arianorum.

ANNO 373.

& constanter fiunt, quam quæ aut ad discipuli. A nam prudenter decernuntur, aut ad leniendos inimicos & pacificandas ecclesias sapienter & moderate suscipiuntur. In his Basilii certaminibus describendis præcipue videntur antiqui scriptores elaborasse; sed cum in nonnullis circumstantiis minus inter se consentiant, danda est opera, ut rerum ordinem, quam fieri poterit accuratissime, sequamur.

Nyss. 1. Eu- nom. 225. 312.

Imperator Valens, cum prosperis adversus barbaros successibus elatus in Orientem leno itinere tenderet, satis diu in interjectis Constantinopolim inter & Cappadociam locis commoratus est. Ac in Bithynia quidem horrendæ ejus jussu actæ sunt tragædiæ, atque hanc provinciam im-

Theodoret. lib. 4. c. 19.

provisto impetu aggressus penitus vastavit: in Galatia autem nullam prorsus moram invenit, ac levem & mobilem gentem sine pulvere devicit. His victoriis inflatus spem frangendi Basilii & capiendæ Cappadociæ concepit. Hunc enim primum aggredi non ausus est, ne illius exemplum aliis animos adderet. Sed cum finitimos omnes impietatis viribus domuisset, ac ditioni suæ subjecisset quidquid obtinere habuerat, turpe & indignum ducebat ab uno homine & una civitate vinci. Itaque cum meminisset se anno 365. re infecta ab hac urbe discessisse, cum majore impietatis ac ferventiore acie rediens, acceptas clades reparare voluit. Præ-

Naz. or. 20. P. 347.

cedebat eum Modestus Prætorii Præfectus, vir & Catholicis infensus & Arianiis deditus, ab iis- que baptizatus: qui hanc curam & sollicitudinem inter præcipuas administrationis suæ partes numerabat, ut nullus fidei defensor domi maneret, sed pulsus omnibus orthodoxis intruderentur doctrinæ Imperatoris adstipulatores, impiorum syngraphorum exactores, vel deteriorum etiam scriptorum auctores. Sed ante ipsum Præfectum venerunt in Cappadociam Ariani episcopi, quorum dux videtur fuisse Euippius.

Nyss. 312. Naz. 348.

Euippio communionem denegat Basilii. 2 ep. 251. n. 2. Ibid. n. 3.

Numeratur (a) Basilio Euippius inter signi- feros improbæ factionis, quæ Eustathium & plurimos alios deposuit anno 360. in concilio Constantinopolitano. In ejus potissimum nomen eruperunt Eustathii querelæ, vel potius horrendæ criminationes litteris ad universas ecclesias missis consignatæ. Videtur in Galatia episcopus fuisse. Nam cum Arianos e Galatia accersivisset Eustathius; exagitat eum Basilius, quod qui olim Euippium episcopum esse negaverat, nunc eorum, qui ab illo ordinati sunt, communionem ambiat. Initium autem præclare factorum, quæ Basilius in hac persequutione perdidit, ab hujus hominis adventu ducendum est. Nam nec canitiam Euippii, nec eruditionem reverentius est Basilius, nec ipsa etiam amicitia jura, quæ secum habebat: sed suam et communionem constanter negavit, ut ipse narrat in epist. 128. Non multo post hos motus ad tribunal Christi raptus est Euippius. Jam enim obierat, cum scriberet Basilius anno 373. epistolam mox citatam, Quemadmodum enim in epistolis anni 376. non exprobrat Eustathio communionem cum Euippio, sed cum hominibus ab Euippio ordinatis, quod argumentum est, illum obiisse; ita in epistola 128. quæ scripta est anno 373. declarat se rem absurdam facturum, si post negatam Euippio communionem, cum hominibus idem Euippio sententibus, id est, cum Arianiis per Eustathium, qui medius esse Catholicos inter & Arianos videbat, conjungi videretur.

Ep. 244. n. 4. Ep. 251. n. 2. 3.

Quamvis Basilii pugna cum magis potest:

tibus non videantur ante mensem Novembrem evenisse, ( peregre enim erat Basilius instante hieme) Euippii tamen adventus ad initia Septembris referendus. Discimus enim ex Gregorio Nazianzeno hæreticos die festo S. Euplychii, qui septimus erat Septembris, in insidiis collocatos fuisse, magnumque circa Basilium existisse bellum, cupientibus nimirum hæreticis nudam & apertam vocem ex ipsiusmet Basilii ore arripere, ut ipse ex ecclesia expelleretur, qui solus pene veritatis igniculus restabat, victis omnibus captis ac subjugatis. Hæc dicebat Gregorius antequam Basilium Præfectus oppugnatum venisset; idque perspicimus ex epistola 71. Basilii, in qua Basilius litteris Gregorii modo citatis respondens, invitat eum, ut sibi adsit ad propositum certamen, seque ignaviz notam a nonnullis hominibus injustam propulsaturum sperat, cum pugnandi tempus aderit.

ep. 26. videri orat. 20. 228. 364

Hæreticum agmen Casaream ante Præfectum venisse probat etiam Basilii epistola 69. ad S. Meletium, in qua sic loquitur: Hic autem, inquit, res incerta adhuc & dubia, cum Euippius advenerit quidem, sed nondum quidquam declaraverit. Minantur quidem & concursum quendam eorum, qui eadem ac illi sentiunt, ex Armenia Te-trapoli & ex Cilicia. Nondum ergo Præfectus & alie potestates advenerant: imo ne expectabantur quidem, saltem tam cito: sola hæreticorum expectatio animos movebat. Cur tanto ante hæretici exploratores venirent, non obscura est ratio, Cum summa esset festi S. Euplychii celebritas, ac magna hominum frequentia & vicinis regionibus confluere Casaream ad hunc diem soletet; præclarissima erat occasio observandi Basilii; quam quidem non hoc tantum anno arripuerunt hæretici, sed etiam anno 374. atque haud scio an etiam 373. ut infra dicemus in capite trigesimo. Quod si hæretici anno 374. quo Valens in Oriente versabatur, Casaream ad diem festum S. Euplychii venerunt, ut Basilium observarent; multo id minus omittere hoc anno 371. debuerunt, cum Basilii accusandi & rejiciendi copiam daret Imperatoris in finitima aliqua regione commorantis vicinitas.

II. Denegata Euippio ejusque similibus communio stomachum hæresis patronis facere debuit. Sed tamen spatium interim habuit Basilius itineris alicujus conficiendi, ex quo eum afflicti vires, ut supra diximus, instante hieme per litteras revocarunt. Non multo post erupit in Basilium persequutio. Non uno autem impugnantur modo, neque una aggressione. Adhibiti insultus, pollicitationes & minæ. Missi ex judicum ordine, ex militari, ex Gynæceo etiam Eunuchi, qui eum secedere conarentur. Missus etiam ille Nabuzardan, coquorum præpositus, artis suæ gladios minitans. Sed duo præcipue certamina memorantur, quorum alterum a Gregorio Nazianzeno refertur, utrumque a Nysseno. Sic igitur ex Nysseno gesta res est,

Basilii certamen cum Præfecto ac deinde cum præposito coquorum.

Naz. ibid.

Auctores nonnulli erant Basilio, ut tempori- us sederet, quam cum adversariis tam cruentis conflictaretur. Sed ejusmodi consiliorum inanis opera. Vocatus a Præfecto Basilius, veluti medicus quidam & consiliarius venit, Partim blandientem, partim minantem monet, ut ob præterita poenitentiam agat, ac deinceps sanguinem servorum Dei sicite desinat. Nihil enim illum posse in eos qui solum Dei regnum appetant. Non lædi bonorum publicationem eum, cui fides sola possessio est: non exilio terreri, qui

1. Euseb. 2. 312.

qui universam terram eadem animi sententia calcac, ac eam partim alienam existimat, ob brevem commorationem, partim propriam, quia omnia Deo pariter serviunt. Plagas autem & labores ac mortem pro veritate perpeti, ne mulieribus quidem terribile videri, sed omnibus Christianis hoc summum felicitatis esse, si quid pro hac spe gravissimum perferant. Basilii constantia fit quædam, velut in scena, personatum immutatio, ac mitescens Præfectus ad blandiendum & assentandum convertitur. Basilium rogat, ut ne modica illi & contemnenda res videatur, magnum Regem plebi suæ permistum habere, ejusque magistrum fieri; & cum hoc consequi possit sola consubstantialis voce ex symbolo detracta, quod unum postulat Imperator, minime contra ejus voluntatem veniat. Ad hæc Basilii, magnum sibi & peroptandum videri, ut Imperator Ecclesiæ sit particeps: magnum enim quædam esse animam salvare, non modo Imperatoris, sed etiam cujuslibet hominis. Sed tantum abesse, ut fidei formulæ quidquam addere velit aut detrudere, ut ne ipsum quidem ordinem eorum, quæ scripta sunt, immutari patiatur. Narrat deinde Nyssenus aliud Basilii certamen cum coquorum præposito Demosthene, qui, accepta a Valente hæc provincia, Basilium vehementius aggressus est, præsentem rursus Præfecto, sed nihilo magis promovit. Aderat huic certamini impius quidam ex Illyrico, quem Valentem Mursiæ esse suspicatur Tillemontius. Non sine lepore ait Nazianzenus hunc Demosthenem, cum artis suæ gladios minaretur, a Basilio ad ignem ipsi convenientem transmissum fuisse.

or. 20. p. 348.

Naz. or. 20.  
pag. 351.

Nunc nobis audiendus Gregorius Nazianzenus, qui omnibus rebus gestis interfuit. Narrat ipse adfuisse se & audiisse, cum Basilius cum Valente iterum in ecclesiam veniente colloquutus est. Quod si idem de cæteris rebus non dicit, non idcirco credendus est abfuisse. Nam cum Basilii sermones cum Valente non referat, sed mirabiles ac quodammodo divinos fuisse asseveret, merito adfuisse se monet, ut testimonio robur addat. At eadem cautio necessaria non fuit in referendis Basilii cum Præfecto sermonibus. Quare cum Gregorius promississet se venturum, non video cur statim non venerit. Moras illi morbum matris attulisse putat Tillemontius, & ad id tempus refert quartam illius epistolam, in qua hunc matris morbum excusat, cur a Basilio vocatus non occurrat. Sed valde dubito an huic Basilii vel potius Ecclesiæ tempori morbum matris prætulisset. Præterea nihil habet hæc epistola de gravissimis veniendi causis, nihil de promissis Gregorii: sed magnum significat videndi Basilii desiderium, cui satisfacturum se dicit, si Basilii precibus mater sanetur. Quare hæc epistola ad aliud tempus pertinet; & quæ Gregorius refert, ea auribus suis hausisse censendus est. Idcirco prolixum ejus oratione vigesima locum hic apponemus: *Eccus tandem, inquit, incognitus ille est, qui tum apud nos Præfecti munere fungebatur, cum suapte audacia adversus nos præsertim inflammatus (nam ab illis quoque initiatus, vel potius confectus fuerat) tum etiam amplius, quam necesse esset, Imperatori subserviens, atque ex eo quod illi omnibus in rebus obsequeretur, diuturnius imperium sibi conservans? Ad hunc adversus Ecclesiam frementem, leonisque speciem præ se ferentem, ac leonis more rugientem, atque eiusmodi, ut a multis ne adiri quidem posset, vir fortis adducitur, imo vero in-*

p. 348.

S. Basilii Oper. Tom. III.

*Agreditur, perinde ac si non ad iudicium, sed ad festum vocaretur. Quonam autem modo, vel Præfecti audaciam, vel Basilii virtutem & sapientiam, quæ ei restitit, satis digna oratione complectar? Quæ tua est, inquit, ratio, heus tu, nomine illum compellens (nondum enim eum episcopum vocare dignabatur) ut tanto Imperatori obistere audeas solusque omnium contumaciter te geras? Quorsum, respondit Basilius, hæc oratio spectat, & quænam hæc contumacia & arrogantia? nondum enim id satis intelligo. Quoniam, inquit ille, Imperatoris religionem minime colis, omnibus aliis iam inclinatis ac superatis. Non enim, inquit Basilius, hæc vult Imperator meus: nec rem ullam creatam adorare sustineo, cum & ipse a Deo creatus sim, & Deus esse iubeat. Nos vero, inquit ille, quid tandem tibi videmur? Nihil sane, inquit Basilius, dum hæc iubetis. Age vero, inquit ille, non magnum & honorificum existimas ad nostras partes adjungere, sociosque nos habere? Ad hæc Basilius: Vos quidem præfecti estis, & quidem illustres, non inficias eo, minime tamen Deo præstantiores. Socios autem vos habere mihi quidem amplum & honorificum fuerit) quidni enim, cum ipsi quoque Dei creatura sitis? sed ut alios quosdam ex his, qui nobis subiecti sunt. Non enim personarum dignitate, sed fide Christianismus insignitur. Hac oratione commotus Præfectus, ac majori ira succensus, de subsellio surrexit, atque asperioribus verbis cum eo agere perrexit. Quid? Potestatem banc non pertimescis? Cur vero pertimescerem, inquit Basilius? Quid fiet? quid patiar? Quid patieris, intulit ille: unum e tam multis, quæ meæ sunt potestatis. Quænam hæc, subiunxit Basilius: fac enim intelligamus. Bonorum, inquit ille, proscriptionem, exilium, cruciatum, mortem. Tum Basilius: si quid aliud habes, id nobis minitare. Horum enim, quæ adhuc commemorasti, nihil nos attingit. Quonam modo, inquit ille: Quoniam, inquit Basilius, bonorum proscriptioni obnoxius non est, qui nihil habet nisi forte laceris & detritis hisce pannis indiges ac paucis libellis, in quibus omnes mihi facultates & copiæ sunt. Exilium autem haud cognosco, qui nullo modo circumscriptus sum, ac neque terram hanc; quam nunc incolo, meam habeo, & eam omnem, in quam protectus fuero; pro mea duco: imo, ut rectius loquar, universam terram Dei esse scio, cuius advena ego sum & peregrinus. Jam tormenta quid accipere queant, cum corpus desit, nisi forte primam plagam dixeris: huius enim solius penes te arbitrium & potestas est. Mors porro beneficii mihi loco erit: citius enim me ad Deum transmittes, cui vivo, & munere meo fungor maximaque ex parte mortem obit, & ad quem iampridem propero. Quo sermone obstupefactus Præfectus, Nemo, inquit, me) nomenque suum adiunxit) ad hunc usque diem ita est alloquutus, nec pari verborum libertate. Neque enim, ait Basilius, fortasse in episcopum incidisti. Alioqui hoc prorsus modo differuisset, pro huiusmodi rebus in certamen veniens. Nam cæteris quidem in rebus, o Præfecte, mansueti, & placidi sumus atque omnium abiectissimi, quemadmodum hoc nobis lege præscriptum est, ac nos dicam adversus tantum Imperatorem, sed ne adversus plebeium quidem quemquam & infimi ordinis hominem supercilium attollimus. Verum ubi Deus nobis periclitatur, ac proponitur, tum demum alia omnia pro nihilo putantes, ipsum solum intuemur. Ignis autem, & gladius, & bestia, & ungula carnem lacerantes, voluptati nobis ac deliciis potius sunt, quam terrori. Proinde contumelias nos affice, comminare, fac quidquid collibuerit, poterit*

R 2 fusc

ANNO  
372.

stat sua fratre : audiat hęc etiam Imperator : A  
nequaquam profecto nos vinces, nec efficies, ut im-  
pia doctrinę assentiamur : ne si his quidem atro-  
ciora minueris. Hęc postquam Præfetus dixit,  
atque audiit, ipsiusque contentionem animi eam ef-  
se cognovit, ne nulla vis eum perterrefacere ac  
superare posset, ipsum quidem foras misit, atque  
ablegavit, non jam cum iisdem minis, sed cum  
quadam reverentia & summissione. Ipse autem,  
quam celerrime potuit, Imperatorem adiens, Im-  
perator, inquit, ab huius Ecclesię antistite victi  
sumus. Minis superior est, sermonibus firmiter,  
verborum blanditiis fortior. Ignaviorum alius quis-  
piam tentandus est : huic autem, aut vis aperte  
inferenda, aut non expectandum, ut minis cedat.

Non inter-  
fuit bis  
preliis Va-  
lens.

III. Minus accurate versatur Tillemontius in  
harum rerum serie disponenda. Nam Præfctum  
existimat, post primum certamen, ad Valentem  
accurrisse, eique in urbem, ut ait Theodoretus  
lib. 4. c. 19. introeunti acceptam cladem narra-  
se. Tum Valentem iratum, quod non primo  
impetu fractus esset Basilium, certamen ingredi  
voluisse, & coquorum præposito Demostheni hoc  
munus commississe, ut Basilium audiente se op-  
pugnaret.

Sed inter primam illam pugnam & Impera-  
toris adventum multa intercesserunt, imprimis  
secundum illud cum coquorum præposito certa-  
men, cui non interfuit Imperator. Deceperet  
Tillemontium hęc verba Nysseni, *ἀλλ' ἰδέσθαι*

pag. 314.

*πάλιν ὁ βασιλεὺς τὴν πύραν αὐτοῦ.* Sed iterum expertus  
ipse Imperator. At quomodo expertus sit, indi-  
cant quę sequuntur : *Quemadmodum igitur ope-  
ra coqui Nabuzardan, inquit, Assyrius olim tem-  
plum Israelitarum evertit : ita & iste Demostheni  
quidam coquorum præposito, ut aliis audaciori,  
hęc mandata provincia putabat se perfecturum quid-  
quid aggressus erat.* Ipse etiam Nazianzenus præ-  
fctum coquorum numerat inter eos, qui ad

pag. 348.

Basilium missi sunt a Valente ; quod argumen-  
to est non interfuisse his pugnis Imperatorem ;  
sed vices suas commississe Demostheni : idque  
confirmat Nysseni narratio. Nam cum Demo-  
sthenes omnia misceret, ac impius quidam ex  
Illyrico, qui tabellas manibus ferebat, proceres  
omnes ad hoc spectaculum convocasset, cumque  
rursus iram suam Modestus vehementius, quam  
antea, accendisset, seque omnes ad Valentis  
iracundiam fingerent, & cum eo indignante in-  
dignarentur, summa erat futurorum expectatio.  
Rursus enim ille Præfctus, rursus terrores &  
minę prioribus graviores, ac ira vehementior :  
judicialis apparatus, præcones, apparitores, li-  
ctores, cancelli & vela. Rursus Dei athleta hoc  
secundo prælio, etiam prioris gloriam superavit.  
Nulla hic sane Imperatoris præsentię insignia,  
sed quidquid terribilius fuit, id ad iudicem re-  
fert Gregorius Nyssenus.

pag. 351. d

2. Testatur Gregorius Nazianzenus Valentem  
jamdudum Basilii audiendi cupidum fuisse, cum  
in ecclesiam iterum venit, & cum eo intra ve-  
lum colloquutus est. Nondum ergo Basilium au-  
dierat disserentem, ac proinde non adfuerat cum  
Modestum ac Demosthenem Basilium tanta animi  
fortitudine superavit. Hinc Gregorius postquam  
Basilii cum Præfcto dialogos retulit, transit ad  
ea quę ad ipsum Imperatorem proloquutus est.

pag. 350. d

3. Narrat idem Gregorius Modestum, quam  
celerrime potuit, ad Imperatorem venisse, eique  
quam invictus esset ac insuperabilis Basilium de-  
clarasse ; quare aut vim ei inferendam, aut non  
expectandum ut minis cedat : tum vero Im-

peratorem tantę virtutis admiratione sese colla-  
gisse, ac vetuisse ne vis Basilio inferretur, &  
cum illius communionem non auderet amplecti  
( pudori enim illi erat imputatio ) maxime  
decoram ei satisfaciendi viam quęsisse, & idcir-  
co in ecclesiam venisse. Ex quibus perspicitur  
nec Modestum statim post primum certamen ad  
Imperatorem venisse ( illum enim furis incen-  
dit hęc primę cladis ignominia ) nec Valen-  
tem alteri interfuisse pugne ; siquidem quid in  
ea gestum esset, ex Præfcto cognovit.

Neque etiam accuratissimus fuit Tillemontius  
in Basilii pugnis numerandis. Quę enim coram  
præposito coquorum gesta narrat Nyssenus, hęc  
Tillemontius in duo diversa prælia dividit,  
quamvis unum prorsus existerit, quod quidem,  
etsi præcipue oppugnandi partes Demostheni  
commissę fuerunt, omnium tamen magnatum  
frequentia, quos impius quidam ex illyrico pro-  
fctus convocaverat, ac ipsius Præfcti præsentię  
celebratum fuit. Quamvis autem duas tantum  
insignes pugnas referat Nyssenus ; verisimile est  
tamen plures alias sustinuisse Basilium ; idque  
ipse non obscure indicat in epistola ad Eusta-  
thium, cui narrat sibi jam pugnas aliquas,  
easque satis vehementes fuisse cum magnis po-  
testatibus, Præfcto & cubiculi præposito. Na-  
zianzenus & ex iudicum ordine, & ex militari  
& ex Gynæceo immisos esse ait qui Basilium  
oppugnarent, ac idem munus ipsi etiam coquo-  
rum præposito commissum fuisse,

Videtur aliqua inesse inter utrumque Grego-  
rium discrepantia, Nam cum uterque eadem  
Basilii coram Præfcto dicta referat ; Nyssenus  
hęc Basilii constantia iram Valentis accensam  
fuisse dicit, eumque vices Basilii iterum oppu-  
gnandi commississe Demostheni : contra Nazian-  
zenus iracundiam admirationi locum cecidisse, ac  
veruisse Imperatorem, ne quis Basilio vim in-  
ferret. Ergo alteruter Basilii dicta non satis ac-  
curato ordine retulit. Nam de historię summa,  
pugnis non semel commissis, ac optatissimo  
constantię Basilii exitu mirifice inter utrumque  
convenit.

IV. Dum Basilium hęc sustinet prælia ; Eu-  
stathius Sebastenus mittit ei cum litteris Eleusi-  
nium, unum, ut verisimile est, ex discipulis suis,  
qui certanti adesset ac suppetias ferret Basilio.  
Respondet ei Basilium sibi, antequam illius li-  
teras acciperet, persuatum fuisse de illius erga  
omnes, maxime vero erga se caritate : illius au-  
tem acceptis litteris & conspecto Eleusinio, gra-  
tias se Deo egisse, quod sibi talem adiutorem  
& commilitonem concessisset. Narrat se in pugnis  
vehementibus, quas jam habuerat cum magnis  
potestatibus, Præfcto & cubiculi præposito, om-  
nem insultum inconcusso animo sustinuisse, Deo  
imbecillitatem corroborante. Scripta videtur hęc  
epistola ante Imperatoris adventum ac forte et-  
iam ante illud vehementem cum coquorum præpo-  
sito certamen, de quo nihil Basilium.

Scripta etiam in hac horrenda tempestate epi-  
stola 80. ad sanctum Athanasium, cui Basilium  
dolorem suum significat quod oblatam ad se  
scribendi aliquam occasionem prætermisisset. Prę-  
clarissime secum agi existimasset Basilium, si ad  
historiam vitę suę congressum cum S. Athana-  
sio adjecisset.

V. [a] His quę de Basilio narrata fuerant a Prę-  
fcto, percutus est Valens, ac instar ferri im-  
mutatus, quod igne quidem emollitur, sed ta-  
men ferri naturam retinet. Itaque minis in ad-  
mi-

Scripta in  
hęc perfe-  
quatione  
epistolę 79.  
& 80.a Valens  
semel &  
iterum ve-  
nit in ec-  
clesiam ut  
Basilio fa-



Etiam inju-  
riam  
ciat.

mirationem convertis; factum suum improbat, cum magistram orbis terrarum objurgaret, barbarismum admisit Tum subyidens divinus Basilius; Vidimus, inquit, etiam Demosthenem litterarum expertem, Et cum ille vehementius indignatus minaretur, subjecit magnus Basilius: Tuum munus est, jusculorum condimenta curare. Divina enim dogmata exaudire non potes, cum aures habeas obstructas, Et Basilius quidem ista dixit Demostheni. Valens vero tantopere eum miratus est, ut pulcherrima que illic habebat pradia pauperibus donaverit, quorum ille curam gerebat, qui toto corpore mutilati multo majore curatione indigebant. Asseverat Basilius in epist. 94. suum edificandi prochotrophii consilium Valenti perspectum ac probatum fuisse; ejusque auctoritate vitur, ut invidiam repellat, quam ipsi nonnulli homines apud Præsidentem ob susceptum tantæ molis ædificium creare tentabant, At de Valentis liberalitate quam refert Theodoretus, nihil profus legitur in illa Basili epistola.

Annō 372.

Illud autem minime prætereundum, quod eo die evenisse narrat Gregorius Nazianzenus. Postquam enim, inquit, intus fuit, atque ipsius aures Psalmorum cantu, non secus ac tonitruo quædam personuerunt, plebisque pelagus vidit, omnemque ordinem & concinnitatem, que tam in sacratio quam prope sacrarium erat, angelicam potius quam humanam, atque ipsum quidem ante populum rethor corpore stantem, qualem Scriptura Samuelem describit, nec corpore, nec oculis, nec animo, perinde ac si nihil novi contigisset, ullam in partem se moventem, sed Deo, ut ita dicam, & altari affixum: eos autem, a quibus cingebatur, cum timore quodam ac reverentia stantes; hæc, inquam, simul atque perspexit (nec enim simile quidquam unquam viderat) humanum quiddam passus est, atque oculorum vertigine ac tenebris totus impletur. Atque id plerisque adhuc obscurum & incognitum erat, Verum cum dona, que ipsemet offererat, divina mensa offerenda essent, nec quisquam, ut mos ferebat, simul ea caperet (quod non satis liqueret, an ea Basilius accepturus esset) tum vero manifeste, se affixus prædidit. Ita enim titubare cepit, ut nisi quispiam ex sacrarii ministris vacillantem supposita manu retinisset, misere utique & luctuose prolapsurus fuisset.

Verisimile non est Valentem Basili manu communionem sacram accepisse, cum Gregorius dicat eum cum Basilio perfunctorie conjunctionem intusse. Videtur autem Basilius in illius donis accipiendis plus consuluisse Ecclesie paci, quam legum ecclesiasticarum severitati. Constantii dona alto vultu rejecit Liberius, sed in distimili occasione. Pares quidem erant Constantius & Valens hæresi & catholicæ fidei odio, & alter quidem catechumenus, alter ab hæreticis baptizatus: sed Constantius per eunuchum Eusebium dona mittebat corrupendi causa; at Valens ipse suppliciter offerebat, ut suæ in Basilius observantia aliquam significationem daret. Quenam autem illa existerint dona, quorum opifex Valens, non facile est statuere. Dona altari off-rii consueta intelligit Theodoretus: ysa aurea Nicetas ipsius Valentis manu fabricata.

Nulla eo die Basilius inter & Valentem fuere colloquia. Sed cum rursus in ecclesiam venisset, satisfacit diuturnæ colloquendi cum Basilio cupiditati, ac intra velum ab eo susceptus est. Tum vero Basilius sic loquutus est, ut Gregorius qui aderat, Dei voces fuisse testetur. De hoc Basili cum Valente congressu sic loquitur Theodoretus: Cum Basilius intra sacra vela, ubi ipse sedebat, accedere Valentem jussisset, multa ad illum verba fecit de recta fidei doctrina: cumque Valens libenter auscultavit. Aderat tum quidam nomine Demosthenes, Castrensium sacri palatii, qui

VI. Hæc Basili virtutis admiratio injecta Valentis animo, initium fuit illius in Cappadoces humanitatis; hæc prima exstitit tempestatis sedatio, Sed cito instabilem illius animum Ariani artibus suis immutarunt. Non unum autem artificium ab eis adhibitum, Interdum enim catholicam fidem præ se ferebant, ac Basili doctriinæ assentiri se profitebantur, ut testatur S. Ephrazem. Non idcirco Basilius eorum formulis aut communioni cedebat. Sed inde, ut verisimile est, ansam arripiebant illius accusandi apud Valentem, ut hominis ab omni accommodatione & pacificatione alieni. His artibus vincunt improbi: exilium decernitur: parantur omnia: nox aderat, in promptu currus, in plausu hostes, in luctu pii: Gregorius & alii amici latus alacris viatoris cingebant: Basilius exilio multatus, hoc tantum negotii suscipit; uni ex famulis imperat, ut se acceptis pugillaribus sequatur. Sed Deus rescindit exilii decretum: filius Valentis in febrim incidit, & cum illius morbo nullam profus medicinam pater inveniret, ad Basilius confugit, non quidem per se, ob contumeliam modo ei factam, sed per eos quos sancto episcopo amicissimos esse noverat, id est, per Terentium & Victorem aut Arinthzum. Nam magistris rei militaris hoc munus commissum fuisse refert Theodoretus. Accurrit Basilius, ejusque ingressu levior fit morbus, nec dubitabant qui aderant, quin filium Imperator incolumem recepisset, si non dulci aquæ falsam miscuisset, Basilius vocans & hæreticis credens. Atque hæc quidem Gregorius Nazianzenus, cujus narrationem accurate sequitur Sozomenus; & quod Gregorius ait Valentem aquæ dulci falsam miscuisse, id Sozomenus interpretatur de hæreticis una cum Basilio advocatis, ut pro Valentis filio precarentur. Ex [a] Theodoretō Dominica Augusta magnis doloribus, vel, ut ait [b] Socrates, horrendis visis vexata, Valenti auctor fuit, ut Basilius accerferet.

Res a S. Ephrazem sic narrantur: Dum gravi morbo desineretur filius tyranni, rogabant virum hunc, ut pro eo precaretur; illo vero proponente conditionem; si cum mihi tradideris, ut adducam ad immaculatam fidem, liberemque ab omni impietate Ariana doctrina; & ipso assentiente; statim Basilius pro Imperatore terreni erga cælestem intercessor exstitit; obtulit viri promissum, eique sanitatem filii retulit. Ut autem serpentes viderunt puerum servatum, rursus levis Imperatoris mentem depravarunt, eiusque filium acceptum baptizarunt aqua.

ANNO 372.

Basilio postea poenam exilii infligit ab Arianis impulsus, sed gravi morbo filii cogitur sententiam mutare.

Cotel. tom. 3. monument. p. 63.

Naz. 352.

Id 364.

p. 352

lib. 4. c. 19.

lib. 6. c. 16.

a lib. 4. c. 19.

b lib. 4. c. 26.

Cotel. 3. monum. Eccles. pag. 63.

Athan. ad Solit.

lib. 4. c. 19.

Naz. tom. 2. not. p. 781.

Naz. or. 20. pag. 351.

lib. 4. c. 19.

ANNO 372. aqua, non solum spiritu; docebant abnegare Filium Dei; interius irretientes, & exterius induentes; foris Christum induit, intus dilacerat. Quare non multo post, miseri spiritum abstulit, predicans ingratorum eorum mentem.

Neque omittendus nobis Rufinus, qui rem sic edisserit: Cum Basilius a Valente, inquit, in exilium pro fide cogere, exhibitus ad tribunal Praefecti, terroribusque (ut illi mortis est potestati) & minis maximis agi cepit, & nisi praeceptis principis obediret, interitum sibi jamjamque speraret impendere. Tum ille intrepidus, & absque ulla animi perturbatione hac sibi minitanti praefecto respondisse fertur: Atque utinam aliquid mihi esset digni muneris, quod offerrem huic, qui maturius Basilius de nodo follis ejus absolvet. Cumque daretur ei nox, qua erat media ad spatium deliberandi, respondisse denuo perhibetur: Ego crastino ipse ero qui nunc: tu te utinam non mutares. Et illa quidem nocte uxor Imperatoris velut sortoribus tradita cruciatur: filius vero qui eis erat unicus, extinctus paternae impietatis creditur exsoluisse supplicia. Ita ante lucem missi, qui rogarent Basilius, ut precibus suis intercederet pro eis, ne etiam ipsi, & quidem multo justius similiter interirent.

Rufinus statuit eicere Basilius sed calamus tertio conteritur.

Corol. tom. 3. Minum. Eccl. p. 64

Ibid. p. 83

p. 64

l. 4. c. 19.

Insignis Gregorii locus explicatur, ac

VII. Victi at non defatigati Arianis non multo post ad pugnam redierunt, & infirmam Valentis mentem novis artibus aggressi sunt. Hanc autem in primis alean adhibuerunt, quae perraro fallebat, ut Basilio stante nihil se promovere posse, eo relegato ceteros facile cessuros dicerent. Gravis enim ille nobis est, ajebant, vel solum conspectus. Etenim valde contrarius vobis est in sermonibus: propterea fieri nequit, Imperator, ut fides nostra progressum capiat si iste adsit. Iterum ergo decernitur exilium, sed Deus novo miraculo suum ecclesiae Caesariensi pastorem servavit, quod a S. Ephraem sic narratur: Horum sermonibus, inquit, inducitur Imperator, suscepit in exilium eum mittere: statim vero calamus, qui non sustineret iniquo subservire consilio, ultero confractus est, insipientem erudiens, quam enorme factus patrare vellet in servum Christi, unius in Patre & Filio & Spiritu sancto divinitatis praecentem, quique ita non sentientes aut loquentes, tamquam canes rabidos sapienter redarguebat, Cum autem non sentiret is, inanimato calamo insensibilior, filius revera erroris, secundum quoque sumptus ad subscribendum, & ad finem imponendum male voluntati: verum huic similiter confringi vidit, nec pati velle communionem mali, quod ipse facere nitabatur. Quid conaris, o Imperator, in peregrinam eum eicere regionem, qui inhabitatorem habet universa complementem? Cur capere tentas nulli expugnabilem? Quare civitate pellis civem caeli? Nam si tertiam quoque calamum sumseris, cernes contritum, nolentem, nec tibi cooperantem. Quod utique etiam contigit. Tunc aperte victoria a cunctis praedicata fuit, tum illustre trophaeum invidi hominis, calami tres exstiterunt, Trinitatem consubstantialem praedicanti patrocinantes. Manus ad proferendam sententiam festinabat, & calami eam injustam demonstrarunt. Manus pravum calculum dare properabat; calami vero inane studium retinebant. Imbres miraculorum pluisse ait idem scriptor, seque hoc unum de omnibus narrare, Idem miraculum narrat Theodoretus, additque Valentem, cum secundo & tertio calamus fuisset contritus, dextra subito concuti ac tremere coepisse.

VIII. Locus quidam Gregorii Nazianzeni minus recte intellectus in maximas Tillemontium angustias coniecit. Postquam retulit Gregorius,

A Valentem Basilius admiratione percussus vetuisse, ne vis ei inferretur, & dum dona offert, mirum in modum tremuisse ac titubasse, cumque rursus in ecclesiam venisset, intra velum divinas Basilius voces audisse; postquam, inquam, haec narravit, statim addit: Hoc existit imperatoris erga nos humanitatis & clementiae principium: haec prima sedatio: haec occasio maximam impressionis illius partem, qua tum vexabamur, non secus at fluxus quosdam, fregit ac dissolvit. Haec refert Tillemontius ad secundum Valentis in ecclesiam ingressum, ac inde certo colligi existimat, Basilius ac omnes etiam Cappadociae ecclesias reliquo Valentis imperii tempore, vel saltem satis diu post Basilius cum Valente colloquium, pacem retinuisse. Sed animadvertit Tillemontius longam illam pacem, quam secundum Valentis in ecclesiam ingressum consequutam esse putat, conciliari non posse, cum persecutione, quam statim narrat Gregorius postquam de secundo Valentis in ecclesiam ingressu loquutus est. Haec enim persecutio, in qua decretum Basilio exilium morbus Galatae avertit, diu differri non potest; siquidem ex Themistii oratione anno 373. pronuntiata in annum decimum Valentis, jam mortuum esse Galatam perspicitur. Solvi posset difficultas, si qua ratione niteretur quod narrat Socrates, totam rem Antiochiae gestam esse, eoque accersitum Basilius. Valesius, qui hanc opinionem merito rejicit, Valentem existimat cum aliquot annos Antiochiae traduxisset ac deinde rediisset Caesaream, in hoc secundo adventu persecutionem redintegrasse. Sed huius sententiae obstat mors Galatae, quae tam sero differri non potest. Satis ergo videtur Tillemontio a Gregorii auctoritate discedere, & Theodoretum inhærere testimonio, qui decretum Basilio exilium & morbum Galatae sic narrat, ut ante secundum Valentis in ecclesiam ingressum evenisse videantur.

Valentem iterum venisse in ecclesiam probatur ante mortem filii.

lib. 4.

Postquam pedem ex hoc incommodo referre conatus est Tillemontius; aliud ei occurrit, diuturnae paci, quae secundum Valentis in ecclesiam ingressum sequuta est, pariter repugnans, miraculum trium calamorum in scribendo exilii decreto fractorum. Sed conjicit vel Antiochiae rem gestam esse, ubi non semel inita de pellendo Basilio consilia; vel hanc novam persecutionem ante secundum Valentis in ecclesiam ingressum contigisse, vel in alio Caesaream Valentis adventu, qui in hanc urbem redire potuit, etsi non legitur rediisse.

At inutilis prorsus videtur tot conjecturarum operarum opera in re sua sponte soluta & explicata. Nam haec Gregorii verba: Hoc fuit Imperatoris erga nos humanitatis initium, haec prima rerum sedatio &c. non referuntur ad illud Valentis intra velum cum Basilio colloquium, sed ad illam Basilius virtutis admirationem, qua percussus Valens vetuit ei vim inferri. Id patet ex tota narrationis serie. Ait enim Gregorius Valentem, his quae Basilius gesserat auditis, in tantam illius virtutis admirationem venisse, ut ei vim inferri vetuerit, eique satisfaciendi causa in ecclesiam venerit, ubi ad solum Basilius aspectum contremuit & titubavit, ac postea rediens longum illius videndi & audiendi desiderium explevit. Quod ergo statim addit hanc primam fuisse tempestatis sedationem, id manifeste refertur ad summam Basilius in certamine constantiam, cujus admirator existit Valens, & idcirco in ecclesiam venire statuit & cum Basilio colloqui,

2. Idem

2. Idem probant hæ voces, *Hæc prima sedatio*, quæ in interpretatione Billii omisso focum secerunt. Certa enim & explorata res est tunc primum sedatam fuisse tempestatem, cum Valens Basilio vetuit molestiam exhiberi: quod quidem vetuit antequam in ecclesiam veniret.

3. Huc accedit testimonium Gregorii Nysseni, qui Basiliæ in sustinendis Præfecti assultibus constantiæ acceptam refert tranquillitatem, quam Cappadociæ ex omnibus provinciis Valenti subiectis sola experta est. Sic loquitur Nyssenus: *Iterum generosus noster athleta in certamine conspicitur, gloriam prioris pugna longe exsuperans. Quod si huiusce rei potis reser, res ipsas insurge. Quis enim locum intantum reliquit temporis illius calamitas? Quamvis gens hæretica vastationis & grassante experta mansit? Quis eorum, qui in Ecclesia florebat, non dejectus est a capis & laboribus suis? Quis populus insultationem illam effugit? Non Syria universa, non Mesopotamia usque ad fines barbarorum; non Phœnicia, non Palestina, non Arabia, non Aegyptus, non incola Libya usque ad terminos nostri orbis; non alii, qui in eo degunt, Ponticæ, Cilicæ, Lyciæ, Lydiæ, Pisidiæ, Pamphyliæ, Cæres, Hællæspontii, insulant usque ad ipsam Propontidem: non gentes Thraciæ, qua patet Thracia, & finitimi quique usque ad ipsam Danubium? Quæ ex his omnibus provinciis calamitatis huius experta fuit, nisi forte illa, qua antea hoc malo tenebatur? Solus ex omnibus populus Cappadociæ communem cladem & ærumam non sensit, quem magnus noster propugnator ex omnibus tentationibus eripuit.*

4. Ex iisdem verbis, *Hæc prima sedatio*, lucidius est tempestatem non semel excitatam & sedatam fuisse: idque confirmat Gregorius, qui Galatæ morbi & mortis narrationem sic incipit: *Sequitur aliud illi quæ dicta sunt non inferius: vincebant improbi &c.* Quare neque hoc, neque calanorum fractorum miraculum, ante Valentis in ecclesiam adventum collocari debent, aut Antiochiam transferri. Mors Galatæ posterior est secundo in ecclesiam adventu, qui Valentis longum audiendi Basiliæ desiderium implevit. Nondum ergo illum illi causa accersitum audierat. Multo absurdius id Antiochiæ fingeretur contigisse. Numquam enim eo accersitus Basilius, nec mors Galatæ longius, ut jam dixi, differri potest. Præterea Gregorius sic huius miraculi narrationem concludit, ut illud cum cæteris rebus antea narratis necesse sit Cæsareæ contigisse. At enim: *Quæ cum illis egit, nempe cum Valente & Præfecto, tanta existere, & cum finem habere.*

IX. Sed quæ ad Galatam spectant, eo libenter fatetur Tillemontius non alibi quam Cæsareæ contigisse. At non ita aversus est ab eorum opinione, qui tres calamos aut Antiochiæ, aut in alio Valentis Cæsaream adventu fractos fuisse existimant. Ne hoc quidem miraculum Cæsareæ superendum, Præterquam quod Valens ante annum 378. fingi non potest Cæsaream rediisse; sanctus Ephræm testatur Arianos impetrasse exilium Basiliæ, cum demonstrarent Valenti fidem suam eo præsertim progredi non posse; quod quidem eos improbabile prorsus est alibi quam Cæsaream dixisse; numquam enim Antiochiam accersitus Basilius.

Cæsareæ etiam collocat Gregorius Nazianzenus, quæ Præfecto Modesto contigerunt, Is enim, cum Basiliæ constantiam & animi fortitudinem experiret, illius apud Deum patrociniū

Asensit, *Aegrotabas, inquit Nazianzenus, illacrymabat, disforquebatur, Basiliū accersebat, obsecrabat satisfactionem habes, clamabas, da salutem.* Atque hanc quidem precibus Basiliæ consequutus est, idque ipse fatebatur, & multis, qui rem ignorabant, persuadebat. Unde etiam Basiliæ virtutes mirari & prædicare non desinit, ac occasiones bene de illo morandi querere, quamvis in fidem, qua illi Basilius sanitatem impetraverat, æquior, quamdiu vixit Valens, & lenior fuisse non videatur.

X. Jam diximus Valentem non multo ante Epiphaniæ diem venisse Cæsaream, ita ut spatium non habuerint Ariani illius animo novas faces admovendi. Quæ autem gessit Basilius cum magnis potestatibus ac deinde cum ipso Valente, ea immerito nonnulli ad annum 370. & 371. referunt: nec commodior Socratis & Theodoretii sententia, qui cum Syriam & vicinas regiones ante a Valente devictas narrent, quam oppugnaretur Basilius, sequeretur ex eorum narratione Valentem e Syria Cæsaream venisse, idque non citius anno 372. exeunte. At persecutio ad annum 371. exeuntem & 372. ineuntem, id est, ad secundum Basiliæ episcopatus annum necessario referenda. Nullum enim persecutionis vestigium anno 370. exeunte & ineunte 371. id est primo Basiliæ episcopatus anno. Recens tunc erat ab ordinatione Basilius, nondum egerat cum Athanasio de pacificandis ecclesiis: hoc enim consilium non suscepit, nisi compositis rebus domesticis. At ex epistola ad Athanasium in ipso persecutionis æstu scripta, jam multa inter utrumque acta & deliberata fuisse perspicitur. Hinc Basilius in una & eadem epistola certiorum facit Meletium & de suscepto Romam mittendi Dorothei consilio, & de persecutionis minis, cum jam advenisset Euippius & alii expectarentur Asiæ.

Neque etiam anno 372. exeunte & ineunte 373. collocari possit persecutio. Nam initio anni 373. consilia inita sunt de pellendo Basilio, sed Antiochiæ, non Cæsareæ, ut perspicitur ex epistola 120. quæ initio anni 373. scripta est. Præterea refraxit aliquantum amplexa Basilius inter & Eustathium anno 372. exeunte aut ineunte 373. cum perfidia duorum Eustathii discipulorum, quos domi suæ habebat Basilius, in oculis totius civitatis erupisset. At cum Basilius persecutionis procellam sustineret, confidebat Eustathio, ut cum maxime, & missum ab eo Eleusinium, cum summa grati animi significatione, ut optimum adiutorem & commilitonem, excepit. Pasiter repugnant anno 373. quæ deinceps narrabimus; in primis magnum illud ædificium, quod cum Basilius paulo post discessum Valentis incœperit, jam tamen excipiendis hospitibus aptum erat anno 373.

Venit itaque Cæsaream Valens anno 371. exeunte: idque omnino nexum & conjunctum est cum rerum illius gestarum historia. Nam cum Antiochiam peteret lento itinere, erat Ancyre Julio mense anni 371. ut certo perspicitur ex lege 76. de decurionibus data in hac urbe III. Id. Jul. Gratiano A. II. & Probo CSS. Cod. Theod. lib. 12. tit. 1. p. 426. Cum ergo illius emissarii & præcursores episcopi Cæsaream venerint mense Septembri ejusdem anni, cumque Valentem Cæsareæ festum Epiphaniæ celebrasse constet; nullus profecto dubitandi locus quin id anno 372. ineunte contigerit. Huc accedit auctoritas Gregorii Nysseni, qui testatur

ANNO 372. pag. 352.

Hæc persecutio ad annum 372. referenda.

3. Eumom. p. 315.

Miraculum calanorum Cæsareæ factum.

372.  
ANNO  
in Summ.  
p. 312.

Naz. or. 20.  
p. 342.

Valentem rebus contra barbaros feliciter gestis elatum, cum e Propontide progressus Bithyniam ex improvise vastasset, ac Galatiam nullo negotio cepisset, sic tandem in Cappadociam, quae proxima erat, pervenisse. Caesaream ergo Valens eodem anno venit, quo Galatiam peragravit: ac valde Socrates & Theodoretus hallucinantur, qui jam Syriam & vicinas regiones Arianorum ditioni subjectas fuisse putant, cum Caesarea oppugnata. Consentit cum Nysieno Nazianzenus, qui Valentem narrat, cum vicinis omnes impietatis robore ac potentia dompisset, ac ditioni suae quidquid obvium habuerat, subjecisset, sic tandem peragratis omnibus regionibus Caesaream aggressum esse. Liqueet Nazianzenum loqui de regionibus Cappadociam inter & Constantinopolim interjectis, quas lente peragrabat Valens anno 371. non solum ut ubique catholicam fidem opprimeret, sed etiam ut vere incunte anni 372. e Cappadocia egredi, & intolerabiles Ciliciae calores vitare posset.

statim mittere potuisset Basilium: sed quia Innocentius alium petierat, probum illum quidem, sed altero longe inferiorem; rogat Innocentium Basilium, ut, si ejusmodi virum desideret, mittat aliquem ex fratribus, qui eum circa jejunia assumat: si neminem habet, quem mittat, saltem ad se scribat.

Videtur quadragesimam designare Basilium, cum Innocentium rogat, ut aliquem mittat, qui venerabilem illum presbyterum circa jejunia assumat. Cur autem haec anno 372. putem contigisse, hoc potissimum adducor argumento, quod cum Basilium multos hoc anno episcopos creaverit [multiplicatos enim fuisse episcopatus testatur Nazianzenus] non videtur summum illum virum, quo praestantior neminem habere poterat, praetermissurus fuisse; cum praesertim Porcimenium, quem dedit Satalensibus, libenter Caesarem retinisset, nec matri & ecclesiae lugenti abstulisset, si quem ei juvenisset parem ad munus episcopatus sustinendum. Videtur haec Basilii liberalitas in concedendis ex sua ecclesia episcopis, ita clerum Caesariensem exhaustisse, ut neminem haberet anno 375. quem Amphilocho donaret, propterea quod is, quem promiserat, accedente ad veterem morbum nova oculorum aegritudine, impar huic oneri factus esset.

or. 20. p. 356.

ep. 102.

ep. 217.

CAPUT XXI.

I. De epistola 81. II. Scribit Athanasio Basilium antequam Roma redeat Dorotheus: rogat eum ut prior scribat episcopis. III. Elias hoc anno 372. praeses Cappadociae. IV. De epistolis Basilii 83. 88.

II. Quamvis Basilium, quamdiu Caesarem fuit Valens, vix ullum diem ab Arianorum insidiis tutum habuerit, nihil tamen de suo pacificandorum ecclesiarum studio remittebat. Tum cum (a) Athanasio scriberet anno praecedenti, spem ei afferebat fore, ut omnes illius judicio pacificationem ecclesiarum committerent. Id tandem consequutus est Basilium, forte ipsa persecutione animos a contentione ad communis fidei defensionem revocante. Scribit ergo Athanasio quidquid in Cappadocia & finitimis locis sanum est, vere nunc ad eorum, qui idem sentiunt, communionem atque unitatem propendere: eum quoque idcirco rogat, ut nobis, inquit, omnibus scribas epistolam tuam, qua quid agendum sit admoceat. Volebant enim episcopi, quos Basilium cum Athanasio conjungere studebat, ut Athanasius prior scriberet, sed quia suspecti Athanasio esse poterant, ob ea quae olim gesserant antequam ab Arianis discederent; obtestatur eum Basilium, ut sibi has ad episcopos litteras mittat: non prius se eas daturum, quam responsum ab eis acceperit: *si minus, inquit, peccator ero in te omnibus diebus vita mea.*

Scribit Athanasio Basilium antequam Roma redeat Dorotheus: rogat eum ut prior scribat episcopis. a. epist. 69.

ep. 82.

De epistola 81.

ep. 30.

I. Scriptam conjicio ante quadragesimam hujus anni 372. epistolam 81. ad Innocentium episcopum, ad quem etiam existat epistola Basilii 30. Is praerat magnae urbi, non parum Caesarea distanti, ac in perfungendo egregie episcopatus munere laudem & famam adeptus erat. Magnus enim erat Spiritus sancti glorificator, ejusque divinitatis defensor. Sed cum ad modum aetate provectus esset, ac gregi suo post mortem suam metueret; rogavit Basilium, ut curam ecclesiae suae post mortem suam susciperet, ac nunc ad se mitteret e clero suo praestantem aliquem virum, quem successorem suum vivus designaret. Quo magis Basilium exaceret ad rem tanti momenti, minabatur se ei licet coram Domino illaturum, si occasionem de aliis bene merendi negligeret.

Delatum munus ecclesiae Innocentii post ipsius mortem curandae Basilium a se deprecatur, ut majus viribus suis, quodque ex tanto intervallo facile administrari non possit. Alteri autem petitioni libenter annuit, ac Innocentium laudat, quod, ut Moses, successorem suum videre velit, itaque memoret illius minarum, simulque considerans civitatem amplam esse & celebrem, opus Innocentii apud multos clarum, tempora difficilia, magno indigentia gubernatore ob continuas procellas; probe intellexit non juniores aliquem mittendum esse, qui ad negotia tantum exteriora idoneus sit. Sed circumspectus in Caesarem presbyterio, elegit pretiosissimum vas, alumnum beati Hermogenis & ab eo ordinatum, presbyterum ecclesiae a multis jam annis, gravibus ac constantibus moribus praeditum, reverendum aduentibus, adversantes in mansuetudine corripientem, peritum canonum, hominem accuratae fidei, in continenti & ascetico instituto hactenus degentem, et si illius carnem consumserat vitae austeritas; pauperem ac nullos in hoc mundo redditus possidentem, adeo ut ne panis quidem ipsi copia suppeteret, sed labore manuum cum fratribus victum sibi compararet. Hunc

Erat sane periniqua conditio, ab Athanasio postulare, ut qui ab eis laesus fuerat, prior ipse scriberet. Non ex Basilio, non ex Meletio ortam crediderim ejusmodi conditionem, quae paci ob stare poterat ac revera obstitit, sed ab hominibus non tam pacem appetentibus quam metuentibus, quibus tamen Basilium & Meletium, ut inter homines earumdem partium studio conjungos fieri solet, non cedere non potuerunt.

Scripta haec epistola antequam Dorotheus Roma redisset, ac forte etiam antequam Valens Caesarea discessisset, aut saltem post vexatam ab eo Caesaream. Id enim indicare possit cauta & obscura de persecutione loquendi ratio. Comparat enim Basilium Ecclesiae mala cum naufragio partim ob causam externam mare exagitantem exorto, partim ob navigantium sibi invicem obstantium perturbationem. Tum addit se in hac similitudine sermonem concludere, cum nec Athanasii prudentia amplius quidquam requirat, nec rerum status det dicendi libertatem, Non-

Nondum certe redierat Roma Dorotheus; sed brevi eum rediturum sperabat Basilius, qui Athanasium rogat, ut litteras sibi ad episcopos mittat vel per aliquem e clero Alexandrino, vel per Dorotheum diaconum. Hanc tamen Tillemonius epistolam anno 371. scriptam putat, antequam Dorotheus ex primo itinere Alexandriam suscepto in Cappadociam rediisset. Sed ad ea, quae praesentiam Valentis aut saltem gravio- rem persecutionem, indicare possint, illud etiam accedit, quod Basilius in hac epistola, ut jam observavimus, consequutum se esse nunciat id quod in epistola anno praeterito scripta futurum sperabat, ut omnes Athanasii iudicio pacificandae Ecclesiae modum committerent. Praeterea huic Basilio epistolae responsum afferet Roma rediens Dorotheus, ut modo videbimus.

III. Plurimi interest, quis Cappadociam hoc anno rexerit, inquirere, Eliam hoc munus sustinuisse perspicimus ex epist. 94. quae scripta est hoc anno 372. ante mensem Junium. In hac epistola Basilius Eliam regendam Cappadociam invitum suscepisse dicit, ut opera collapsa instauraret, loca non habitata incolis repleret, ac uno verbo solitudines in urbes transformaret. Praeterquam quod haec epistola 94. ad Praesidem Eliam manifestas habet huius anni 372. notas, ut infra videbimus, ipsa certe Cappadociae pictura, quam in Basilio verbis perspicimus, mirifice congruit cum superioribus litteris, in quibus Caesarea in solitudinem mutatae arumnas deplorat. Quare prius existit Elias, qui provinciam in hunc statum redactam acciperet.

Minus accurate ac minus aequae de illo viro senserunt eruditorum nonnulli, in his Tillemonius, qui cum anno 371. Cappadociae praefuisse & cum inimicis Basilio conjunctum fuisse existimavit. Quo anno rexerit Cappadociam, jam probavimus. Christianum illum & amicum vocat Basilius, nedum inter inimicos numeret, Magnum ei pietatis testimonium tribuit, cum veretur ne altercationibus episcoporum vulneretur illius anima, quae pura sua in Deum pietate perfectam religio- si cultus mercedem percipere debet. Sed quod omnem ambigendi locum praeccludit, idem est ille praefes, quem Basilius hoc anno 372. dignitate dejectum mense Maio aut Junio, & in periculo non levi constitutum Sophronio commendat. Quod enim de Eliae pietate & amicitia secum intercedente dixerat in epistola 94. idem de illo Praeside dignitate spoliato testatur in epist. 96. cum eum elaborasse testatur, ut res Christianorum ad antiquum decus revocaret, id est, ut haeresim everteret & pacem inter Catholicos stabiliret. His enim rebus antiquum ecclesiae decus metiri solet Basilius, ut perspicitur ex epist. 92. Praeterea praefes ille, cui abrogata dignitas mense Maio aut Junio huius anni 372. Cappadociam brevissimo rexit tempore, nec eam alius ante illum rexerat, ex quo tot malis & arumnis afflicta erat. Unde Basilius: *Patria nostra per somnium ditata est, viro quidem commissa, qualem non alium dicunt qui res nostras antiquissimas sciunt, in rectoris sedem conscendisse, sed cito eo privata improbitate nonnullorum, qui ex illius libero & nescio assentationis animo ansam belli ei inferendi arripuerunt & calumnias ei instruxerunt.* Et postea: *quae ne multis quidem annis ab alio fiant, hac brevi tempore ab eo perfecta.* Is ergo alius esse non potest, quam Elias, qui Cappadociam molestissimo divisionis tempore regendam suscepit: idque confirmant, quae de duo-

S. Basilii Oper. Tom. III.

abus aliis praesidibus dicemus, Maximo & Antipatro, quorum alter hoc anno circa Junium mensem, alter anno 373. circa Augustum mensem gubernacula Cappadociae cepit. Pluribus aliis laudibus virum exornat Basilius: solus esse videbatur, qui provinciae vulnera sanare posset, sincerus aequi custos, affabilis injuriam patientibus, terribilis delinquentibus, aequabilis & idem pauperibus & divitibus. Quod autem a muneribus omnium maxime abhorrebat, id ut levius caeteris illius virtutibus praetermittendum videbatur. Cum eximiam Eliam effigiem his coloribus depictam habeamus; facilius nonnulla ad eum pertinentia deinceps dignoscemus.

IV. Tot ac tanta virtutum ornamenta animos addiderunt Basilio, ut cum ab ipso praeside, tum ab iis, qui sub ipso aliquam administrationis partem gerebant, multa peteret, ac libere admoneret, si quid fieri videret non de eore. Hinc Censitorem hortatur, quem fama magis quam consuetudine noverat, ut cum ejusmodi munus suscepit, in quo Cappadociam omnino solo aequatam instaurare possit, miserorum arumnas allevet; eique commendat suam quamdam possessionem, quae circa Chamanenem sita tributis premebatur: suam peracute vocans, quae erat unius ex amicis. Scripta haec epistola non multo post divisionem Cappadociae, quam Basilius, ut recenti adhuc vulnere, *omnino solo aequatam* existimat.

Scriptam credimus ad Eliam epistolam sequentem. Is provinciam ita afflictam & deformatam acceperat, ut quamvis omnes suas cogitationes ad eam sublevandam incitaret, nonnulla tamen faceret invitus, aut fieri sineret, ipsius humanitati parum congruentia. Senem quemdam cum diploma regium publicis muneribus exemerat, tum ipsa ante regem senectus immunitatem dederat Beneficium regium confirmaverat praefes; sed eum rursus alia via in negotia protraxerat, illius nepote, qui nondum annos quatuor natus erat, curiae addicto. Natus hunc puerulus inter curiales recenserit non posset, nec tributa colligere, aut militibus annonam suppeditare; necesse erat miseri senis carniem dedecorari, & quod solamen orbitatis esse debuerat, id ei in occasionem innumerabilium malorum converti. Itaque Basilius, qui communitate perfugium erat miserorum, & parvulo & seni misericordiam praesidis implorat.

Haec autem contigisse, cum Caesariensis ordo ablatis plerisque magistratibus pene concidisset, vel ipsum clamat praesidis factum, quem talibus praeditum moribus, quales praedicat Basilius, sola necessitas cogere potuit, ut cum senes & illius nepote durius ageret. Deinde vero praefes, cui senex & puer commendantur, amicus erat Basilio, ut ex initio & fine epistolae patet, ac summa in jure describendo & calamitosis juvenis constantia. Mirifice haec quadrant cum libero Eliam & nescio assentationis animo. Quibus laudibus si addas Basilio votum, quod praesidi ab omnibus illius administrationem expertis deberi dicit, *ut omni hominum generi custodiatur, praefecturas ex praefecturis gerens, & alios atque alios sua administratione adjuvans;* facile summum illum virum, Eliam, agnosces, qui supra Basilio penicillo depictus est.

Tanta erat his temporibus calamitas Cappadociae, ut una vox ubique audiretur, exactorum, & eorum a quibus exigebatur, quique flagellis caedebantur, ut testatur Basilius in epist.

Q

74. n. 3.

Elias hoc anno 372. praefes Cappadociae.

ep. 74. 75. 76.

ep. 96.

ANNO 372.

De epistola 83.

ep. 83.

De ep. 84.

De epistola 85.

ANNO  
372

74. n. 3. Videtur molestum illud tempus pravam extendebatur, ut in Nota ad hanc epistolam observavimus, hanc consuetudinem induxisse vel saltem auxisse, ut rustici ob vestigia in jusjurandum adigerentur. Non desinebat Basilius in omni conventu & in privatis colloquijs hoc vitium instaurari; sed tandem ea de re scribendum esse duxit ad Consistorem (ad hunc enim scripta videtur hæc epistola 85. inscriptione carens) cui demonstrat hoc jusjurandum nec vestigialibus prodesse & certissimam perniciem animabus inferre.

De epist. 86. Erat Dorotheus presbyter, ut supra vidimus, Basilij collactaneus: cui cum frumentum, quod ad necessarium vitæ usum habebat, quidam in Berisj diripiissent; rogat Basilius præpositum Bepagi, ut illud restituere cogantur, nec eis liceat culpam in alios rejicere,

De epist. 87. Manifesta est epistolæ octogesimæ sextæ necessitudo cum octogesimâ septimâ, quæ & in codicibus Harlezano & Vaticano & pluribus alijs alteram sequitur cum hac inscriptione, *ὅτι τῶν αὐτῶν ἐστὶν ἡ ἰσὴν ῥησις*; & revera de eodem agit presbytero; qui quod unicam habebat vitæ sustentandæ præsidium, eo spoliatus est. Quare cum Basilius dicat in epistola octogesimâ septimâ se scripsisse ad præpositum patriæ, inde colligimus ad hunc præpositum scriptam esse epistolam octogesimam sextam, & Dorotheum loci illius, quem Basilius patriam appellat, presbyterum fuisse,

Utramque autem epistolam ad hunc annum referimus, quia octogesimâ septimâ ad præsidem Eliam videtur scripta. Laudat Basilius in Elia, ut supra vidimus, summam in jure describendo æquabilitatem, magnumque fidei catholicæ & pacis ecclesiasticæ studium. Quare cum eum, ad quem scribit epistolam 87. non modo non permittere debere dicit, sed etiam totis viribus impedire, quominus hæc committantur, maxime quidem in omnes homines; si minus saltem contra presbyteros, *eos præsertim*, inquit, *qui nobis unanimes sunt & eandem pietatis viam inveniunt*; hæc, inquam, cum dicit, non alium videtur alloqui quam Eliam. Neque enim alium habemus Cappadociæ præsidem, apud quem hæc reprehendendi & commendandi ratio adhiberi potuerit. Perspicitur etiam ex iisdem verbis alia laus Eliæ, summa cum Basilio amicitia,

De epist. 83. In sequenti epistola facile agnoscitur idem Elias, qui pro summa sua humanitate hætenus Cappadocum miserus erat, & cum illis indulgentes egerat, *nusquam a leni illo morum suorum statu discedens ob metum eorum, quæ a sublimioribus potestatibus imminabant*. Tempus etiam optime congruit. Nam plerique magistratum erant in agris. Illuc enim secesserant, ut vidimus in superioribus epistolis, animum in turrimis despondentes. Cum autem appropinquaret tempus, quod ad solvendum aurum comparativum præstituebatur; & ad præscriptam summam aliquid deesset, Basilius universam civitatem hortatus est, ut suam quisque symbolam daret, sed perincommodè ceciderat, ut plerique magistratum urbe absissent. Quare Eliam rogat, ut vel summam auri, qualis hætenus colligi poterat, in thesauros mittat; reliquum postea solutum iri pollicetur; vel, si totum necesse est mitteri, ita ut nihil prorsus reliquum sit, spatium eorum, qui urbe aberant, admonendorum concedat. Scripta ergo hæc epistola hoc anno 372. circa Martium, Nam tempus auri comparativum colligendi a Kalendis Septembris ad kal. April.

## CAPUT XXII.

I. S. Athanasius respondet Basilio per Dorotheum Roma revertentem. Negat se priorem posse S. Meletio scribere. II. Probat Athanasium illum, qui se a Meletio sine communionis dimissum queritur, Alexandrinum esse. III. Dorotheus reddit Basilio litteras Occidentalium. IV. Basilius respondet per Sabinum diaconum. V. Epistola communis Orientalium missa per eundem Sabinum. VI. Consultatur Basilius de domesticis communionibus.

I. Supra vidimus episcopos, quos Basilius cum Athanasio conjungere volebat, petiisse ut Athanasius prior ad se scriberet, & quid agendum sit ad pacificandas ecclesias exponeret. Basilius eorum postulata Athanasio significavit, ac eum rogavit, ut sibi has litteras mitteret, sive per aliquem e sero Alexandrino, sive per Dorotheum, quem redeuntem Alexandria transiturum sciebat. Satis opportune rediit Dorotheus, ut si Athanasius his postulatis responsa committeret. Nam Basilius, eo adveniente Cæsaream, scripsit S. Meletio, eumque de sancto Athanasio sic allo-

quitur: *Jam quod ad reverendissimum episcopum Athanasium attinet, probe scientem eximiam tuam prudentiam moncho, fieri non posse ut meis litteris aliquid promoveatur, aut quidquam eorum que oportet perficiatur, nisi & a vobis qui tunc ipsius communionem procurastis, hanc ipsam aliquo pacto accipiat. Ajunt enim ipsum omnino propendere, ut nobiscum conjungatur, & quidquid poterit collaturum, sed dolere quod & tunc dimissus sit sine communionis, & etiamnum promissa maneat irrita.*

II. Non putat Tillemontius hæc de magno Athanasio intelligi posse; neque enim probabile esse sanctum Meletium ei utquam denegasse communionem suam, idque postquam illam promississet. Quare satius esse putat alium Athanasium intelligere, non illum quidem Ancyranum (is enim concilio Meletii interfuerat anno 363.) sed forte unum ex Macedonianis, qui eo nomine vocatur in epistola Liberii. Sed tamen ita mihi quadrare omnia videntur, ita apta esse & nexa, ut ad alium quam magnum Athanasium referri non possint.

1. Inter episcopos, quos Basilius cum magno Athanasio conjungere conatus est, præcipua illius cura fuit sanctus Meletius. Hinc etiam atque etiam petit in epistolis 66. 67. & 69. ut initium pacificandæ ecclesiæ ab Antiochena ecclesia ducatur. Has procul dubio litteras indicat, cum ait Meletio se nihil litteris suis promovere. At ut Meletium cum Macedoniano aliquo conjungeret, non videtur id eum valde sollicitasse, nec ulla prorsus exstat ea de re epistola, nullum illius laboris monumentum.

2. Athanasius ille, de quo loquitur Basilius, propentus erat ut conjungeretur cum Meletio; sed nihil ab eo impetrari poterat, nisi Meletius aliqua communionis signa prior impertiret. At quis hæc postulare potuit, nisi magnus Athanasius, cui paulo ante Basilius significaverat, episcopos petere ut Athanasius ad eos prior scriberet? Necessario ergo conjuncta magni Athanasii responsio cum postulatis episcoporum.

3. Querelæ Athanasii, quod a Meletio dimissus

S. Athanasius respondet Basilio per Dorotheum Roma revertentem. Negat se priorem posse S. Meletio scribere.

pp. 82.

ep. 89. n. 2.

Probat Athanasium illum, qui se a Meletio sine communionis dimissum queritur Alexandrinum esse.

pp. 82.

sus sit sine communionē, manifestam habent necessitudinem cum his quæ Meletium inter & magnum Athanasium sub Joviano intercesserunt. Rem illustrent hæc verba Basilii in epistola 258. ad Epiphanium, ubi sic loquitur n. 3. *Nam & beatissimus papa Athanasius, cum Alexandria venisset, omnino optabat, ut sibi cum ipso communio conciliaretur, sed malitia consiliatorum in aliud tempus dilata eorum conjunctio, quod utinam non evenisset!* Cum his verbis, *In aliud tempus dilata eorum conjunctio*, nempe S. Athanasii & S. Meletii, manifestam habet necessitudinem illud epistolæ 89. ad Meletium; *Qui tunc ipse*, nempe Athanasii, *communione procrastinasti.*

Dilata ergo fuerat Meletium inter & Athanasium communio; nec alio nunc spectant Athanasii querelæ, qui quamvis Basilii precibus plurimum tribueret, roganti tamen, ut prior litteras communionis scriberet, minime annuit, committere nolens ut iterum despiceretur. Etsi enim Basiliius in epistola ad Epiphanium culpam non rejicit nominatim in amicos Meletii potius, quam Athanasii, sed rem in ambiguo relinquit; tamen ex hac epistola 89. perspicimus, non per Athanasium, sed per Meletium stetit, quominus communio inter utrumque firmaretur, ac proinde consiliarios, qui eum interpellarunt, non S. Athanasii, sed sancti Meletii amicos fuisse. In quo sane mirari subit, cur cum S. Meletii nihil magis interesset ad juris sui & causæ defensionem, quam communicatorem habere S. Athanasium, rebus suis tam male consuluerit. Sed idem illi evenit ac Basilio, ut in amicis & communicatoribus suis nonnullos haberet longe sui dissimiles, qui differendæ cum Athanasio communionis causas innecterent.

Non favent Tillemontio hæc Basilii verba: *Ajunt enim ipsam omnino propendere ut nobiscum conjungatur.* Quamvis enim Basiliius communionē & amicitia conjunctissimus cum sancto Athanasio esset, quia tamen illius communionem suis etiam amicis conciliare aiebat, idcirco tamquam unus ex illis loquitur. Hinc in epistola 82. Athanasium rogat, *ut nobis omnibus*, inquit, *scribas epistolam unam, quæ quid agendum sit admoceat.* Licet etiam animadvertere quam cautus esset Basiliius in his rebus administrandis, qui quamvis responsa Athanasii per Dorotheum accepisset, arcani tamen regendi causa, utitur his verbis, *Ajunt enim ipsum &c.*

III. Misit etiam S. Athanasius S. Basilio [a] litteras, quas ab Occidente acceperat, ut eas Basilio perferendas curaret. Has Roma attulit Dorotheus diaconus, vel Sabinus diaconus, qui ei comes videtur adjunctus fuisse ab Occidentalibus, & Basilio epistolam Valeriani Aquileis episcopi reddidit. Basiliius, facultate oblata Sabinini diaconi, scripsit ad Illyrios, & ad Italiam & Galliam episcopos, & quosdam alios, qui privatim litteras ad eum dederant, Ex iis Basilii epistolis duæ exstant, una generatim Occidentalibus inscripta, altera Valeriano Aquileis episcopo, qui ob vicinitatem Illyrici episcopus in titulo dicitur, Illyrii autem & Italiam ac Galliam episcopi non generatim Orientalibus, sed soli Basilio scribere: nec video quid Tillemontio persuaserit communem Occidentalium ad Orientales epistolam non desuisse. Neque enim suo nomine Basiliius rescriberet Italiam & Galliam episcopis, si eorum litteras communes ipsi cum aliis fuissent. Præterea Orientales in ep. 92. nullam ab Occidentalibus acceptam epistolam memorant.

S. Basilii Oper. Tom. III.

A Solus Basiliius gratias agit ob acceptum ex eorum litteris solatium, Neque id mirum videri debet: nam solus Basiliius Damaso scripserat, & Athanasium rogaverat, ut aliquem e suis clericis comitem Dorotheo daret, suasque adjungeret litteras. Quare cum Athanasius Basilii epistolam Romam misisset, vicissim Damasus huic epistolæ responsa ad Athanasium misit, ut ea Basilio reddenda curaret. Eo magis hæc in re Basiliius opus habuit S. Athanasio, quod ipse res tantas solus aggredi non audebat, idque per canones non licere ait in ep. 147. Voluit quidem solus scribere anno 375. sed nihil fere de rebus ecclesiasticis. Hæc autem Damasi ad Basilium litteræ non solius Damasi fuere, sed totius concilii Romani episcoporum 93. ex Italia & Gallia, quod de rebus Illyrici habebatur, cum Dorotheus advenit, aut saltem paulo antequam adveniret, Synodicam concilii epistolam pertulit Sabinus diaconus, primum quidem ad Illyrios, quos ea potissimum spectabat, deinde in Ægyptum & Orientem cum litteris ad Athanasium & Basilium. Vix dubium est quin cum Dorotheus perpetuum viæ comitem habuerit; ambo enim simul advenerunt.

IV. Basiliius sancto Meletio nuntiat quid privatim suo nomine scripsisset; sed quia consensaneum erat, ut aliquem mitterent Orientales, qui communes litteras deferret; rogat Meletium, ut has litteras exaret, Scripta quidem communis epistola, sed etiam solus rediens Sabinus pertulit, nec quisquam missus Orientalium nomine. Hujus epistolæ conjicit Tillemontius auctorem esse sanctum Meletium, cui Basiliius hoc munus detulerat, Sed tamen omnino Basilii stultum redolet.

Videntur autem tituli in his epistolis librorum incuria confusi & perturbati fuisse. Nam cum Basiliius dicat in epistola 89. se scripsisse ad Italos & Gallos; cumque Meletium roget, ut communem ad Occidentales epistolam diceret, nescio quo pacto contigit, ut privata epistola Occidentalibus, communis Italiam & Galliam episcopis inscriberetur; quod contra oportebat.

In hac epistola, quam Basiliius Italiam & Galliam suo scripsit nomine, læticiam suam significat eorum litteris acceptam, ex quibus summam eorum concordiam & unitatem perspexerat. Sed ut proprium suum esse ducit felicem illorum ecclesie statum, ita eos rogat, ut vicissim Orientis malis commoveantur. Egregie describit hæreticorum, quæ jam per totum orbem personerant. Nuntiat Patres & traditiones contemni, novatorum commenta dominari, abactis pastoribus lupos introduci: domus orationis desertas esse: solitudines lamentantibus refertas esse. Rogat ergo Italiam & Galliam episcopos, ut tandem Orientis auxilio veniant, Assensuri se declarat iis omnibus, quæ canonicè acta fuerant in synodo Romana.

Scripta est in eandem sententiam epistola sequens ad Valerianum, cujus caritatem eo magis miratur Basiliius, quod is prior scripserat, nullis compellatus litteris. Necessè esse ait, si modo non jam conclusum est mundi tempus, sed adhuc vitæ humanæ dies supersunt, ut Occidentales fidem Orientis renouent, & bonorum, quæ ab Oriente acceperunt, remunerationem illi in tempore persolvant.

V. Epistolæ (a) Galliam & Italiam scriptæ subscribunt episcopi 32. inter quos insignes sunt sanctus Meletius, S. Eusebius Samosatensis, sanctus

ANNO 372.  
Ep. 90. B. L.

Ep. 92. B. L.

Basiliius respondet per Sabinum diaconum, De epist. 89.

De ep. 90.

De ep. 92.

Epistola communis Orientalium cum missa

Dorotheus reddit Basilii litteras Occidentalium. Ep. 90. Ep. 92.

Epist. 90.

ANNO 372.  
per sum-  
dem Sabi-  
num.  
a de ep. 92.

Basiliius, Gregorius Theologi pater, Pelagius & unumquemque de plebe Alexandria & in Aegypto facere solere, ut Eucharistiam domum auferant, & per se ipsi communicent. Porro cum sacrificium sacerdos absolvit, si quis ab eo Eucharistiam ad plures dies accipiat, is a sacerdote censetur accipere, quoties propria manu communicat.

Laodicæ, Anthimus Tyanorum, Theodotus Nicopolitanus, Vitus Carthorum in Mesopotamia, Abraham Urimorum in Syria, qui concilio Antiocheno interfuit anno 363, Alter Abraham Batporum, ad quem exstat Basilii epistola, Zeno Tyri, Eustathius, ut verisimile est, Sebastenus, Pro Narses, legum Valesius Barses Edessæ. Sed cum is inter postremos subscribat, conjicit Tillemontius eum potius, qui Bassus dicitur, esse Barsam Edessæ, Pro Patrio libenter legerem Otreium Melitineensem. Favent huic sententiae nonnulli codices, in quibus legitur Atrius. Josacem, sive Isaacem Tillemontius eundem esse existimat, ac Isaacem Armeniæ majoris, Equidem pro eo quod est in editis *Ἱσραήλ* libentius legerem *Ἰσραήλ*. Sic enim in epist. 138. cum quatuor MSS. haberent *Ἱσραήλ*, sequi malui alios melioris notæ in quibus legitur *Ἰσραήλ*. Hic autem nihil in contextu mutavimus ob summam codicum veterum discrepantiam, sed tamen Isaacem interpretatus sum, Gregorius autem alter non alius videtur esse quam Nyssenus, quem probavimus jam tum fuisse episcopum. Ceteri nobis prorsus ignoti.

Socrus. lib. 9. c. 15.

Nihil significantius hac epistola, nihil ad permovendos animos aptius. Fatentur justo Dei judicio evenisse, ut cum Occidentales tristem Orientis statum didicerint, nondum tamen operam tulerint. Sed nunc demississimis precibus rogant, ut tandem aliquando succurrant, ubi omnia a Sabino didicerint. Non enim unam periclitari ecclesiam, sed ferme a finibus Illyrici usque ad Thebaidem hæresim grassari. Hinc confusæ Ecclesiæ leges, episcopatus impietati in præmium propositus. Summa peccandi libertas, episcopis omnia ad gratiam & voluptatem eorum facientibus, a quibus episcopatum acceperunt. Nonnulli ansam sanæ doctrinæ arripiunt, ut adversarios ulciscantur, Alii discordiam alunt, ut crimina sua occultent. Populi pro mœnibus effusi sub dio preces suadunt, ac precationis domos, ut impietatis scholas fugiunt. Rogantur ergo Occidentales, ut cito plures in Orientem fratres mittant, ut non solum gravitate sua, sed etiam numero pondus & auctoritatem habeant ad hæresim evertendam, & concordiam inter eos qui idem sentiunt restituendam.

Cum Dorotheus, qui aliquantum in Illyrico & Alexandria moratus est, ante Pascha Cæsaream advenerit; id argumento est concilium Romanum non serius initium anni 372. habitum fuisse. Rogat enim Meletium Basiliius, ut statim post Pascha Dorotheum, ad propositas res peragendas dimittat. Ex quo frustra conjicias voluisse Basilium, ut in Romam rediret. Rationem enim addit, cur eum post Pascha dimitti velit, quia responsa Samosatis expectabat.

pp. 92. n. 2.

Consultitur Basiliius de domesticis communionibus.

VI. Consultitur Basilium matrona quædam, an utile sit quotidie communicare, & in domesticis communionibus an liceat laicis, absente presbytero aut diacono, communionem propria manu accipere. Laudat Basiliius communionem quotidianam, quam tamen fatetur apud Cæsarienses usitatum non esse. Hos enim quater singulis hebdomadibus communicare, dominica die, quarta die, in Parasceve & Sabbato, & aliis diebus, si sancti alicujus occurrat memoria. Alteri quaestioni respondet nihil prorsus incommodi esse, si quis persecutionis tempore, absente presbytero & diacono, Eucharistiam propria manu accipiat, Id enim & monachos in solitudinibus,

& unumquemque de plebe Alexandria & in Aegypto facere solere, ut Eucharistiam domum auferant, & per se ipsi communicent. Porro cum sacrificium sacerdos absolvit, si quis ab eo Eucharistiam ad plures dies accipiat, is a sacerdote censetur accipere, quoties propria manu communicat.

Hanc epistolam circa annum 372. scriptam conjicimus, quia persecutio præsentia Valentis ingravescens in Oriente & finitimis locis, videtur ejusmodi quaestioni locum dedisse. Quamvis enim in pluribus locis Catholici, ut supra vidimus, odio hæresis extra urbem sub dio precarentur; neque his conventibus presbyteri & diaconi deessent, ut patet ex lib. 4. Theodoretici, ubi Modestus Edessensæ plebi pro mœnibus effusa parcere coactus, solos duces, id est, presbyteros & diaconos aggreditur; non tamen probabile est sacrificium sub dio oblatum fuisse, sed tantum in privatis ædibus. Unde Basiliius in epist. 243. n. 3. *Facant altaria cultu spirituali, Non jam conventus Christianorum... neque beata illa animarum exultatio, quæ ex synaxibus & communi- catione donorum spiritualium, animabus credentium in Dominum innascitur.* Quare cum sacrificium non tam frequenter celebrari posset, quæ pietas fidelium optabat, necesse erat, ut sacrum alimentum sibi in multos dies providerent.

Basilii non esse hanc epistolam suspicatur doctissimus Arnaldus; sed nullam opinionis suæ rationem affert. Conjicit Tillemontius, longioris epistolæ fragmentum esse, & Cæsariam Patriciam, cui inscripta est, uxorem esse Petronii Patricii, qui Valentis focer fuit, ac solus his temporibus Patricii dignitatem habuit. Sed ut omittam Cæsario Patricio epistolam inscribi in codice Colbertino, ac simpliciter Cæsario in uno ex Regiis codicibus; certe hoc Patriciæ nomen non necessario dignitatem designat.

Prog. Com. lib. 1. p. 8.

CAPUT XXIII.

I. Anthimus Tyanensis metropolitana jura in secundam Cappadociam sibi arrogat, II. Gregorius Nazianzenus Basilio operam suam porrigit. III. Hac dissensio orta post discessum Valentis. IV. Pugna prope Sasima interest Gregorius ac rediens ordinatur Sasimoque episcopus. V. Reprehensus ob hanc ordinationem Basiliius. VI. Peracta est Nazianzi, & ipso die Gregorius orationem septimam pronuntiat, VII. Paulo post invitatur a Nysseno & orationem sextam habet, VIII. Fugit Gregorius abjectis Sasimis, & dolorem suum Basilio significat pluribus litteris.

I. Divisio Cappadociæ, ex qua tot mala in hanc provinciam fluxisse vidimus, ad ipsius etiam rei ecclesiasticæ perturbationem redundavit, (a) Anthimus Tyanensis episcopus contendebat hanc civitatem, quæ secundæ Cappadociæ metropolis facta fuerat, eodem jure in ecclesiasticis rebus esse debere. Contra Basiliius veteri consuetudini ac divisioni a patribus factæ inhærendum. Basilii causa multis nominibus potior videri poterat. Nam, ut ait in re simili Innocentius I. in epistola ad Alexandrum Antiochenum, non decet ad mobilitatem necessitatum mundanarum Dei Ecclesiam commutari; honoresque aut divisiones perpetui, quas pro suis causis faciendas duxerit Imperator. Sed, quod Anthimi res plurimum promovit, episcopis Cappadociæ non displicuit occasio rejiciendi Basilii, cui tribus de causis amici non erant. Nam nec in fide cum

Anthimus Tyanensis metropolitana jura in secundam Cappadociam sibi arrogat. a Naz. or. 20. p. 355.



*Naz. ibid.* cum eo consentiebant; nisi quantum id ipsis, A  
cogente multitudine, faciendum erat; nec con-  
ceptum dolorem ex illius ordinatione deposue-  
rant; & gloria tam longe ab eo superari mole-  
stissimum illis erat, licet fateri turpissimum.  
Hæc discimus ex Gregorio, cujus testimonium  
confirmat Basilius in epistola 98. in qua sic lo-  
quitur de episcopis secundæ Cappadociæ: *Post-  
quam alterius, inquit, provincia nomen habue-  
runt, subito existimaverunt se ex alia ac nos natione  
& gente esse, tantumque nos ignorarunt, quantum  
quod nullum prorsus periculum fecere, nec unquam  
in colloquiis viderunt.* De ipsis etiam episcopis  
primæ Cappadociæ querentem videbimus Basili-  
um in epistolis anni sequentis ad S. Eusebium B  
Samosatensem.

p. 2.

Anthimus hoc præsidio munitus cœpit con-  
ventus a Basilio avertere, reditus ecclesiæ Cæsari-  
ensis diripere, ecclesiarum presbyteros partim  
sermonum blanditiis allicere, partim expellere  
& alios subditare. Si quid autem de Basilio re-  
ditibus prædaretur, speciosam latrocinio & ava-  
ritiæ causam præterebat, filios spirituales & animas,  
& fidei doctrinam, itemque illud, tribu-  
tum non esse hæreticis pendendum.

Gregorius  
Nazianze-  
nus Basilio  
operam  
suam porri-  
git.  
*Naz. ep. 25.*

II. Erat ejusmodi bellum & episcopis prorsus  
in honestum, & populis perniciosum. Cum au-  
disset Gregorius Basilio molestias exhiberi, de-  
bitum huic temporis officium non prætermisit.  
Suam ei obtulit operam, seque Cæsaream ven-  
turum promisit, si ita Basilio videretur, tum ut  
eum consilio juyaret, tum ut contumelias cum  
eo partiretur. Quamquam declarat se non me-  
suere, ne quid Basilius indignum philosophia  
committat. Causam discordiæ reperit ex invi-  
dia, episcoporum videlicet, quibus hoc vitium  
attribuit in orat. 20. Sed tamen plures ex iis,  
qui Basilio latus cingebant, extra culpam non  
esse pronuntiat, ut qui commoda sua per Basili-  
um quærant, & dissensionis fomitem accendant.  
Censet Tillemontius Eustathii discipulos ab eo  
designari: neque hæc improbabilis conjectura.  
Videtur enim Eustathio amicus non fuisse An-  
thimus, qui cum hæreticis pendendum non esse  
tributum diceret, tam inhoneste convitiandi an-  
sam aliunde arripere non potuit, quam ex Ba-  
silio cum Eustathio conjunctione. Postquam Ba-  
silius inter & Eustathium rupta communio,  
Basilium Anthimum vocat unanimes suum in  
epist. 210. n. 5. Non improbabile ergo est Eu-  
stathii discipulos, cum intelligerent quid de ipsis  
sentiret Anthimus, pro sua parte fomitem dis-  
sensionis incendisse.

Necessario referenda est ad eam, quam dici-  
mus, discordiam hæc Nazianzeni epistola. Ut  
enim invidiam episcoporum & factas Basilio in-  
jurias prætermittam; ipsa illa spes, quam sibi  
Gregorius inesse testatur, nihil facturum Basili-  
um, quod philosophia indignum sit, optime  
congruit ejusmodi dissensionem, in qua non fides  
aut doctrina, sed reditus & sedis amplitudo age-  
bantur: deinde vero exhibitæ illæ molestiæ ob  
recentem rerum novationem, & orta ex sobbifica  
quadam & ubiata eorum, qui rerum potiuntur,  
curiositate negotia, non possunt ad Cappadociæ  
divisionem non referri.

Hæc dissen-  
sio orta post  
discessum  
Valentis.

III. Divisionem civilem Cappadociæ non sta-  
tim sequuta est ecclesiasticæ provinciæ divisio.  
Nam prima sub initium hiemis instituta, alte-  
ra vero post discessum Valentis, id est, circa  
mensẽ Martium hujus anni 372. Res probari  
potest non obscuris indicis.

1. Summa erat episcoporum concordia scienci-  
te persecutione, ut testatur Basilius in episto-  
la, quam tunc ad S. Athanasium scribebat.  
Nec sane aptum erat litibus persequendis hoc  
tempus, quod animos ad communis causæ de-  
fensionem revocare debuit. Præterea non statim  
Tyanis secunda metropolis constituta, sed pars  
curiæ Podandum primo translata fuerat: unde  
non mirum est, si serius nata Anthimo juridi-  
ctionis sibi arrogandæ occasio.

2. Sic discessit Cæsarea Valens ut Basilio mi-  
rum in modum faveret. Quare si eo præsentem  
controversia erupisset; satis duræ Anthimi par-  
tes fuissent, qui tamen ab ipsis initiis velut in  
victoria exultabat. At Valentem ea de re non  
modo nihil statuisse, sed ne audivisse quidem  
inde colligi potest, quod post ejus discessum  
Anthimus & ei faventes episcopi, ut in re pror-  
sus integra & intacta præsidem adierunt, eum-  
que in suas partes trahere conati sunt. Ipse et-  
iam Basilius cum præside post Imperatoris di-  
scessum agere ea de re voluerat. Sed se ipse  
repressit, tum ne homini tot negotiis occupato  
novum onus adderet, tum ne puram illius ani-  
mam episcoporum altercationes læderent. Non  
multo tamen post discessum Valentis exarbit dif-  
fensio; siquidem Gregorius Sasimorum episco-  
pus, ut modo videbimus, ante Pascha hujus  
Canni 372. ordinatus est, quod in diem octavum  
Aprilis incidit.

IV. Auxilium enim a Gregorio peramanter  
oblatum, procul dubio Basilius libenter sibi ad-  
scivit, & amicum, ut veniret quam celerrime,  
rogavit. Ambo simul profecti sunt ad montem  
Taurum, ubi locus quidam erat sive ecclesiæ  
sub sancti Orestis nomine, unde annuos reditus  
capiebat episcopus Cæsariensis. Dum redeunt,  
Anthimus præter ætatem suam & episcopalem  
gravitatem cum prædatoria manu angustias oc-  
cupat, & transeuntis Basilio mulis, qui rebus  
ex sancto Oreste perceptis onusti videntur fuisse,  
iter intercludit; nam lactentes & aves &  
alia ejusmodi inde percipiebat Basilius. Com-  
missa hæc pugna prope Sasima. Nam Grego-  
rius non sine stomacho jocatur in Basilius;  
quod se Sasimorum episcopum constituisset, ut  
cum Anthimo bellum gereret, si quando is Ba-  
silio mulos arripere, angustias tenens & velut  
Amalec Israellem coercens. Idem dicit in car-  
mine de vita sua, nempe datum se fuisse Sasi-  
mis, quia bellicæ fortitudinis significationes de-  
derat ad Basilio causæ defensionem. Unde etiam  
colligo eum interfuisse illi prope Sasimos pu-  
gnæ: non enim aliud tempus video, in quo  
bellicosum se Basilio amicum præstare potuerit.  
Locum integrum referam.

ep. 94

Ibid.

Pugna  
prope Sasi-  
ma interest  
Gregorius  
ac rediens  
ordinatur  
Sasimorum  
episcopus

*Naz. ep. 31.  
or. 20. p.  
356.*

*Naz. ep. 31.*

ep. 8.

*Hic, quingulos me chorepiscopi decem  
Donavit arbus, mira amoris pignora!  
Atque id quidem, ut rapiente non probe altero  
Victor maneret, origens sedem hanc nove.  
Nam bellicosus illi amicus existi  
Primo (acer etenim & strenuus quondam fui)  
Benedicta non est conquerendum ad vulnera.*

Dum Cæsaream redit Basilius, videtur venis-  
se Nazianzum, ibique Sasimorum episcopum or-  
dinasse Gregorium. Non enim id Cæsareæ fa-  
ctum, ut existimavit Tillemontius. Basilius cum  
nec Anthimi malefacta imitari vellet, nec rem  
negligere; optatissimum remedium excogitat, &  
episcopatus multiplicare statuit, ut ipsum dissi-  
dium

*Naz. or. 60.  
p. 356.*

ANNO 372.  
 dium ad Ecclesiam utilitatem convertatur. Hoc consilium diu multumque doluit Gregorio, qui cum episcopale onus formidaret, ac proflus fugeret, adeo ei institit Basilius, adjuvante Gregorii patre, ut tandem cedere cogeretur, & si minus animum, saltem caput ordinationi summitteret. Itaque Sasimorum episcopus ordinatus est. Locum egregie describit Gregorius in capitula de Vita sua, ubi hæc leguntur.

Corr. de vit. pag. 8.

pag. 7.

*In regia medio pla est vicus situs,  
 Qui scindit in tres se vias, lymphis carens,  
 Exars piroris, libero indignus viro,  
 Ardyumque proflus oppidum, tristo & nimis,  
 Hic cuncta strepitus, pulvis hic cum curribus,  
 Lamenta, fletus, carnifex, & compedes,  
 Tormenta: cives hospites hic, & vagi.  
 Erat hæc meorum Sasimorum ecclesia,*

Reprehen-  
 sus ob hanc  
 ordinatio-  
 nem Basili-  
 us.  
 CORR. p. 7.

V. Hac ordinatione vulnus impositum cordi Gregorii, quod nulla die obduci potuit. Pluribus locis exprobrat Basilio elationem animi quamdam magnitudine sedis afflatam. Queritur elapso decennio quod cum olim se Basilius Gregorio non præferret, & si prætulisset, dissentientes habuisset æquos rerum æstimatores; postea in amplissimo collocatus loco, amicum non pluris quam simium fecerit. Eo liberius in has querelas erumpere, quod eorum, quæ Basilio causa fecerat, testes erant Pontus & Cæsarea, ac ipsi Basilio suum approbaverat vivendi in solitudine consilium, postquam parentes e vita migrassent. Itaque amicitie colende laudem, qua illum fatebatur excellere, hæc in re ei denegabat.

Naz. ep. 31.

ep. 98. n. 2.

oro. p. 356.

or. 5. p. 195.

Peracta est  
 Nazianzi,  
 & ipso die  
 Gregorius  
 orationem  
 septimam  
 pronuntiavit.

Multorum sane in vituperia incidit Basilius, fidissimo amico ac optime de se merito in episcopales curas præter ipsius voluntatem coniecto, & quod minus habebat excusationis, viro tot ac tanta habenti Ecclesie juvande instrumenta in obscuretissimum angulum & omnibus vice commodis destitutum relegato. Qui levissime reprehendebant, neglectum ac contentum fuisse Gregorium dicebant, & a Basilio, postquam ipsius opera usus fuerat, veluti vas quoddam ignobile, projectum. Ne ipsi quidem Eusebio Samosatensi probata hæc ordinatio.

Reprehenfam in Basilio elationem animi libenter arripiunt nonnulli, ut ejusmodi hominum sanctitatem non tantam fuisse probent, quanta vulgo existimatur. Sed ipse Gregorius tum cum de Basilio queritur, in quo posita fuerit hæc animi elatio, sic explicat: *Nisi qui tamen, inquit, hoc a me pro illius purgatione accipiat, quod sublimiora, quam pro hominis conditione sentiens, atque hinc, prius etiam quam vitia excederet, digressus, omnia ad spiritum referrebat: atque amicitie officia, quæ aliqui sancto colebat, hic solum aspernabatur, ubi Deum anteponi oportebat atque antiquiores habere res in spectatas, quam fragiles & caducas.* Hæc Gregorius de Basilio in cælum everso. Nec aliter eum in terris versantem alloquutus est, ut patet ex his verbis: *Spiritum amicitie posthabere minime sustinuit, quandoquidem ut nos plures fortasse, quam alios omnes ducit: ita rursus spiritum nobis longe antepontis.*

VI. Hanc ordinationem non Cæsarea, sed Nazianzi peractam esse testatur ipse Gregorius, qui Basilius venisse Nazianzum dicit, *Sed venit ad nos omnium carissimus Basilius &c.*

Tum narrat quomodo patre Basilius adjuvante deceptus fuerit. Breve, quo die ordinatus est, orationem habuit coram patre & Basilio, & alijs episcopis qui eum ordinaverant. At Gregorium senem hujus ordinationis causa Cæsaream venisse, res est cum sua sponte improbabilis, tum silentio minime prætermittenda a Gregorio, qui simile patris iter, Basilio causa susceptum, ac summæ animi fortitudinis in effeto corpore specimen, admiratur. Septima est hæc oratio inter orationes Gregorii. Miscet laudibus Basilio vituperia, & obsequio querelas, quod coactus magis, quam persuadendo victus fuisset. Postquam autem exposuit, cur episcopatum fugerit, ac nonnullis temporis spatij opus habuerit, ut se ipse colligeret, ac tandem melioribus cogitationibus subeuntibus, Spiritui sese daret ad ministerium; tum vero ad episcopos a quibus ordinatus fuerat, ac nominatim ad patrem ac Basilius orationem convertit, & ab eis petit, ut sibi optimam ecclesie regendæ rationem tradant.

Adfuisse aliquos e Sasimensi populo legatos existimat Tillemontius, idque colligit ex eo quod ait Gregorius se Spiritui cessisse *καταρτισμὸν τῆς λαοῦ τῆτι, ad perfectionem hujus populi: & sub finem orationis: Et me, & nos mecum sacrum hunc gregem pascite, ποιμαίνετε ἡ συκοιμαίνετε.* Sed supra observavimus Gregorium Nyssenum, esse Cæsareæ non loquebatur, dixisse tamen de Basilio, *Testatur hic populus quem per sacerdotium duxit ad Dei promissionem, quemadmodum etiam ibidem ait Basilius, urbanos tumultus & materiales hos tumultus fugisse.* Non alius videtur esse sensus Nazianzeni verborum. Dicere potuit, Nazianzenos manu monstrando, se ad perfectionem hujus populi constitutum esse episcopum, quamvis Sasimorum esset, non Nazianzi episcopus. Eo magis probandæ ejusmodi rationes loquendi, quod in Ecclesia una est cathedra & unus grex.

VII. Illud etiam non belle opinatus est Baronius Gregorium Nyssenum post die ordinationis Nazianzeni Cæsaream venisse, ut cognominem suum consolaretur, Et quia (a) Nazianzenus in oratione, quam habuit coram Nysseno, ab amico eum venire dicit, qui nec virtute inferior erat, nec minus diligebat; hunc amicum Tillemontius interpretatur S. Meletium aut S. Eusebium Samosatenum. At profecto amicus ille non alius est, quam ipse Basilius. Postquam enim Nazianzenus in orationis exordio amicum sibi ab amico venire dixit, tum petit oratorum more ab audientibus, an rem clarius depingi velint: statimque Moysen & Aaronem in medium adducit, iisque peracute inter se comparatis, iterum postulat ab auditoribus, an non perspicue cognominem suum, id est, Gregorium, & unanimum, id est, Basilius patris oratio effuxerit. *Horum alter, inquit, nos unxit ac latentes in medium produxit, non ut dignum erat eo spiritum qui in ipso est; alter venit ut nos consolatur ac componat, Spirituique mansueti.*

Venit ergo Nazianzum Nyssenus; & cum a Basilio missus fuerit, advenire non potuit post die ordinationis, ut perabsurde legitur in titulo orationis sextæ Nazianzeni. Sed tamen per paucis post ordinationem diebus advenit. Nam hæc oratio, quam coram eo Nazianzenus festo quodam martyrum die habuit, in eadem prorusus sententiam pronuntiata est, ac septima coram Basilio. Vituperat enim Basilius quod sibi vim intulerit, sed tamen suum obsequium significat.

p. 144.

p. 145.

ep. XI. n. 4.

Paulo post  
 invisitur a  
 Nysseno &  
 orationem  
 sextam pronun-  
 tiat, a Naz. or. 6.

ficat. Dolet quod Gregorius serius venerit, veluti post cladem auxilium, post tempestatem gubernator, post cicatricem medicina, Sed tamen se nunc cedere & fiduciam concipere declarat; quod argumento est hæc dixisse Gregorium, antequam fugeret. Nulla mentio Gregorii patris in hac oratione: forte quia templum martyrum, qui eo die celebrantur, nimium urbe distabat, quam ut senex eo pergeret.

VIII. Vix Nyssenus Nazianzo discesserat, cum Gregorius deceptum se esse sensit. Recursarunt illius animi priora fastidia: vidit hæc (a) Salsimorum sedem sine sanguine obtineri non posse: non habiturum se ubi senium ponat, sed subinde testo expulsus ibi: non adfuturum panem quem cum hospite partiat; nullum omnino fore laborum fructum, nec tamen ulla abfutura urbium incommoda. His cogitationum aculeis pungentibus iterum fugit, ac solitudinis deliciis perfruitur.

Permolesita fuit Basilio Gregorii fuga, qua quidem consilia sua perverti videns, cum eo expostulavit non sine animi offensus & subirati significationibus. At Gregorius in respondendo non minus vehemens, negat sibi litem inferendam esse quod fraudem tandem aliquando senserit, periniquum enim esse, ut idem injuria afficiatur & accusetur. Declarat se arma ferre non posse, & pro lætentibus & ayibus Basilii tamquam pro animabus & canonibus digladiari: rogat ut ipse cum Anthimo bellum gerat, ac sibi omnium rerum loco quietem concedat. Sed illius dolor tunc maxime erumpit, cum Basilius hortatur, ut omnia ad suam ipsius gloriam, quemadmodum fluvii torrentes, trahat, nec amicitiam nec consuetudinem & familiaritatem virtute ac pietate potius habens, nec qua ex his rebus hominum opinio de se futura sit, curans, sed ut dumtaxat spiritui se addicens.

Crede non possum Basilius ea ingessisse maledicta, quibus appetitum se Gregorius dicit: *Definesne, inquit, nos tandem maledictis incessere, ac insulsos & rusticos & sine amore, & ne vita quidem dignos*: His, inquam, e trivio convitiis Basilium usum esse prorsus improbabile est, sed ex ejus dictis consequi Gregorio videbantur præ nimio dolore.

Scripta hæc trigesima prima Gregorii epistola non solum post ordinationem, sed etiam post fugam. Siquidem Gregorius damnatum acceptum & fraudem sibi factam sensit se dicit, & a Basilio omnium rerum loco quietem postulat. Ipsa etiam maledicta, quibus se Gregorius a Basilio petita dicit, jam fugisse Gregorium probant, & Basilio stomachum fecisse, dum palam & aperte Salsimensem episcopatum projecit.

Scripta etiam in secessu sequens epistola 3a. in qua Gregorius indignatur accusari se iocertiz, quia Salsima non accepit. Otio se & quiete unice gloriari profiteretur, nec dubitat quin & ecclesie in tranquillo essent, & fides in tuto, si omnes sibi hoc exemplum ad imitandum proponerent.

Immerito Tillemontius scriptam inter hæc jurgia putat epistolam secundam Gregorii, quæ est ad Nicobulum, Cum mitteret Nicobulo litteras Basilii simul cum suis; his quæ Basilii erant priore loco positis, suas subjunxit, sese quidem cum Basilio ubique conjungi volens, sed eum sibi anteponeus. Minus intellexit Tillemontius hæc verba: *Cum Basilius magnum mihi semper præsertum, tametsi illi contrarium videatur; nunc*

*quoque præfero &c.* id est, inquit Billius, tametsi ille me sibi anteferat. Non enim hæc verba ita accipienda sunt, quasi Basilius præsertim Gregorius plus sibi tribuere quam ipsi.

CAPUT XXIV.

I. S. Basilius extruit ptochotrophium, & eo nomine accusatur ab episcopis apud Eliam, II. Redit Gregorius paulo post Pascha & coram Basilio quintam præteritionem pronuntiat, III. Episcopum Doaris ordinat, qui primus oppidi episcopus fuit, IV. De epistola Basilii 95. Elias accusatus Sophronio commendatur a Basilio. V. Petrus Salsima Gregorius repellitur ab Anthimo. Ejus tamen rogatu agit cum Basilio de congressu. Annuit Basilius ac scribit senatui Thyaneusi. VI. Proficiscitur Sebastiam. Ibi Eusebio respondet per epistolam 98. Probatur de Gregorio Nazianzeno hic agi, ac cum ante Pascha ordinatum fuisse. Synodus in qua lites componuntur inter Basilius & Anthimum. VII. Rursus in Armeniam Basilius, ut episcopos constituat; at Theodotus eum juvare non vult, nec cum eo communicare. Cognoscit Basilius de culminebus Cyrillo episcopo illatis. VIII. Rediens scribit Terentia & Eusebio & epist. 101. Pamentium Satalensibus episcopum concedit.

I. Inter negotia ab Anthimo & aliis secundæ Cappadociz episcopis exhibita, magnum ædificium Basilius ad utilitatem ecclesie Cæsariensis extruebat. In primi præcationis domus magnifice extruebatur: circa illam ædes erant, alia quidem liberali specie, episcopo privatim addita, alia vero inferiores Dei famulis ex ordine distributæ, quarum usus & provinciæ rectoribus, eorumque comitatui communis erat, ita ut retores insignibus illis ædibus, quæ episcopo addictæ erant, eorum autem comites inferioribus exciperentur. Erant etiam hospitia peregrinis, sive transeuntibus, sive medela aliqua indigentibus, quibus Basilius necessarium providebat solatium, ægrotorum curatores, medicos, jumenta; deductores. Adjunctæ etiam erant artes, tum quæ ad vitam necessariæ, tum quæ ad liberalem vitam cultamque inventæ. Erant etiam aliæ ædes ad faciendâ opera idoneæ.

Basilii consilium, etsi ecclesie ac reipublice perutile, incurrit tamen in reprehensionem nonnullorum hominum, qui inde ansam arripuerunt illius apud Præsidem accusandi; sive quod ejusmodi inceptum hominis parum quieti, nimiumque audacis esse dicerent; sive quod crimini verterent Basilio, quod multitudinem his artibus sibi caritate devinceret. Voluerat Basilius cum Præsidente, tum cum ille esset Cæsareæ, & de exterioribus suis negotiis & de rebus ecclesiasticis colloqui, ut criminationibus in antecessum occurreret. Sed repressit se; tum ne Præsidentem a publicarum rerum cura averteret, tum ne puram illius animam altercationes episcoporum læderent. Ubi autem audivit adversarios suos multa illius auribus insusurrasse; tum vero, infirmitate corporis, quominus Præsidentem adiret, prohibente, causam per litteras defendit ac demonstrat consilium suum non modo publicis rebus non nocere, sed etiam plurimum proficere, ac ipsi Imperatori probatum fuisse. Quæ autem Eliæ, ut amico & Christiano, de ecclesiasticis rebus respondere par erat, ea Basilius in aliud tempus differt, ac Præsidentem rogat, ut sibi

S. Basilius extruit ptochotrophium, & eo nomine accusatur ab episcopis apud Eliam. ep. 94.

p. 138. 141.

Fugit Gregorius abjectis Salsimis, & dolorem suum Basilio significat pluribus litteris. a Carm. 1. de vit. p. 8.

epist. 31.

ANNO 372. sibi alteram aurem exemplo Alexandri, usque ad congressum integram servet.

ep. 94. Hæc epistola, quam eruditi viri ad annum 371. retulerunt, inter has Basilii cum Anthimo & aliis episcopis diffensiones collocanda. Hæc enim gesta sunt postquam Valens Cæsarea discessit, ut patet ex his verbis, Unde mihi videtur & magnus Imperator, ubi nostram hanc sollicitudinem perspexit, veniam dedisse, ut ecclesias per vos ipsi administraremus. Frustra ergo hæc epistola in annum 371. retrahatur. Non tamen multo post Valentis discessum scripta. Vix enim edificare cœperat Basilii, materia hastenus com-

ep. 150. portata: opus autem non potuit serius incipere, siquidem jam aptum erat & paratum hospitibus suscipiendis, jam monasterii forma suis absoluta numeris ante finem anni 373. Quare mutæ illæ altercationes episcoporum, quibus Basilii animam Eliz lædi nolebat, nihil aliud sunt quam diffensiones cum Anthimo & aliis; non enim aliud proculsus suspicari licet, nec immerito tempus ejusmodi diffensionum ex hac epistola constitui-

Hoc prochorophium in suburbio conditum a fratre laudat Nyssenus. (a) Novam civitatem extra Cæsaream appellat (b) Nazianzenus. Erat autem hospitibus & peregrinis destinatum, tum iis qui cito transeunt, tum iis qui medela aliqua indigent. His verbis indicantur leprosi, qui cum civitatibus pellerentur, non immerito inter hospites & peregrinos habebantur. His præcipue provisum fuisse hoc hospitium testantur [a] Nazianzenus & [b] Theodoretus: non tamen videntur exclusi fuisse alii ex civitate aut ex aliis locis advenientes ægroti. Sed præcipue in leproso enituit caritas Basilii, quos vir nobilis & nobilibus ortus osculari non dubitabat, non ad inanem gloriam [nemo enim ab hoc vitio remotior, inquit Nazianzenus] sed ut alios exemplo suo ad corporum curationem libenter accedere doceret. Nec vero sola civitas illius caritatem sensit, sed in pagos etiam sollicitudines suas extendebat, ac omnibus populi præpositis humanitatem in pauperes, ut commune certamen proponebat. Unde singuli chorepiscopi videntur in pagis sibi commissis commune aliquod habuisse prochorophium.

ep. 150. Sæpissime in prochorophium veniebat Basilii, non solum, ut pauperum curam gereret, sed etiam ut monasterium inviseret, quod ibi constructum erat. Monachi enim erant servi illius Dei, quibus assignatæ erant ædes inferiores. Ex hoc loco perscribit Amphilochio Heraclidas audita ex Basilio monasticæ vitæ præcepta. Præfuit & monasterio & prochorophio vir eximie virtutis, Sacerdos nomine; sed ei utrumque ministerium, quod Basilii, ut verisimile est, commiserat, Helladius Basilii successor indignis modis abrogavit. Celeberrimus fuit hic locus ac Basilii ad vocari solitum esse discimus ex quodam scholio in antiquis codicibus post regulam brev. 286. reperto. Laudat Sozomeus eximium quemdam chorepiscopum, Prapidium nomine, quem Basilii præfuisse testatur.

II. Non diu perstitit in fuga Gregorius, qui se hac una in re minus fortem ac generosum fatetur esse, in ira patris perferenda. Orationem quintam exorditur ab hac sui in patrem & Basilium obsequii significatione: Nihil senectute fortius, nihil amicitia venerabilius. Ab his ego ad vos ductus sum, vincens in Christo, non catenis ferretis, sed sepiacissimis spiritus vinculis com-

stritus. His sane verbis indicat Gregorius se aliquo ex loco Nazianzum venire: ac proinde hæc oratio non statim post ordinationem & ante orationem septimam, ut visum est Tillemontio, sed post reditum ex fuga pronuntiata est. Sic etiam quod addit se antea aliis omnia reliquisse, ut secum philosopharetur, & Eliz Carmalum, ac Joannis desertum cogitasse, id profecto dicere non potuit ipso ordinationis Salsimensis die, quam non præcessit solitudo, sed potius sacerdotii labor in patre adjuvando.

Tillemontii opinionem clarius resellunt quæ sequuntur. Ait se antea fortem quemdam & insuperabilem sibi visum esse; ac ne amantissimis quidem his fratribus sermones dedisse, ut secum ipse tranquille philosopharetur, secumque ipse & cum spiritu colloquium haberet. An potest manifestius indicari solitudo in quam se receperat? Sed quod ambigendi locum omnem præcludit, recantat quæcumque post ordinationem dolore suadente in Basilium asperius dixerat. Jam enim iram abiecto, (audiant mansueti & lætentur:) manumque hanc, quæ mihi vim attulit, placido vultu conspicio, ac spiritus ardeo, vique commotum pectus sedatur, reditque ratio; atque amicitia, instar flammæ consopita & extincta, rursus ex parvo igniculo reviviscit, & excitatur. Renuerat consolari anima mea, & anxietate afficiebatur in me spiritus meus. Dixi, nunquam in posterum amicitia fidem habebō. Ante ordinationem amicitia Basilium inter & Gregorium turbata non fuerat: iras inter eos sola movit ordinationem, & quod Gregorius fatetur se dixisse, nulli se deinceps amico fidem habiturum, id conceptis verbis dicit in clausula epistolæ 31. quam post abjectum gubernandæ Salsimorum ecclesiæ consilium scripsit. Quinetiam cum obsequium suum in orationibus 7. & 6. non sine querelis & aculeis in Basilium testetur, in hac quinta oratione adeo lenis & placatus est, ut nulla tunc ejus animo videatur resedisse offensio: & cum Basilii consilium in oratione sex-

ta, dignum non fuisse dicat eo spiritu, quierat in Basilio; nunc idem consilium ad astra tollit: Spiritum amicitia, inquit, posthabere minime sustinui, (quandoquidem ut nos plura fortasse, quam alios omnes ducis: ita rursus Spiritum nobis longe anteponis.) Non passus es talentum in terra defossum atque obrutum latere. Non passus es lucernam modio diutius obduci: hoc enim lumen meum meamque negotiationem esse existimas.

Illud autem non valde abstrusum est, quod ait se ne his quidem amantissimis fratribus antea sermonem impertire voluisse. Nam cum fugisset in solitudinem, atque ibi festum paschale traduxisset, caruit interim operatissima illius voce ecclesia Nazianzena, ut evidenter probant quæ sequuntur: Utpote quæ omnia reliquisset, ut ab omni negotio feriatum tranquille philosopharer, necumque ipse & cum spiritu colloquium haberem. Non video cur id Tillemontius Cæsareæ dictum potius existimet, quam Nazianzi. Dixi Gregorium paschale festum in solitudine egisse, quia hujus quintæ orationis, quam statim post reditum pronuntiatam fuisse patet, auditor fuit Basilii, quem improbabile est Cæsarea diebus Paschæ abfuisse. At cum scripsit epistolam 95. [scripsit autem die duodecima Maii] redibat ex quodam itinere, quod proinde non multo post Pascha susceperat: vixque dubium est, quin tunc Nazianzum venerit.

III. Non (a) solis Salsimis episcopatum erexit Ba. Episcopum Doaris

a in Basil. p. 493. b or. 20. pag. 359.

a lib. b lib. 4. p. 39.

Ibid.

ep. 142. & 143.

ep. 150.

Ibid.

Nax. ep. 216.

lib. 6. c. 34.

Redit Gregorius post Pascha & coram Basilio quintam orationem pronuntiat.

p. 138.

ep. 5. p. 135.

ordinat, qui primus oppidi episcopus fuit. a or. 20. p. 356.

Basilium, sed pluribus aliis locis idem beneficium accessit. Narrat Gregorius Nazianzenus hoc dissidium ad Ecclesiam utilitatem conversum a Basilio fuisse, patria nimirum pluribus episcopis communita: ex quo tres præclarissimæ res consequuntur. Nam & animarum cura major suscepta est, & qualibet civitas proventus suos habuit; & bellum hac ratione compressum & extinctum est. Hujus confliit, inquit, vereor ne velut appendix quedam fuerim. Quibus ex verbis patet, pluribus in locis olim Cæsareæ subjectis Basilium novos episcopatus constituisse, & cum hoc consilio materia dissensionis amputata esset, Anthimum libentius ad pacis condiciones accessisse. Quod autem proprio Marte fecit Basilium in iis locis, quæ Anthimus in ditionem suam vindicare non potuerat, idem videtur in aliis oppidis controversis, ipso consentiente Anthimo, factum fuisse, postquam ad pacis condiciones perventum est. Nam Basilium, postquam congressus est cum episcopis secundæ Cappadociæ, rogavit sanctum Eusebium ut in Cappadociam veniret, sibi que opem ferret ad constitutionem episcoporum. Supererant ergo alii episcopi ordinandi præter eos quos Basilium in ipso dissensionis æstu ordinaverat, ac proinde hæc pacis conditio inter alias proposita fuit, ut novi episcopatus in controversis locis erigerentur.

Trigesimæ sancti Gregorii Nazianzeni orationi locum dedit erectus ejusmodi episcopatus in quodam oppido, de quo cum magna exstitisset dimicatio; repulsis Anthimi amicis, Gregorius ibi cum aliis episcopis, absente quidem, sed procul dubio assentiente Basilio, episcopum ordinavit. Oppidum illud Doara vocatur apud Eliam commentatorem sancti Gregorii, episcopus vero Eulalius. Hanc orationem Tillemonius refert ad annum 373. ac hæreticorum aliquem antea Doarorum episcopum fuisse putat; quo expulso Eulalium a Gregorio ordinatum fuisse, non expectato ob moræ periculum Basilii consensu. Sed facile est probare tunc primum Doaris constitutum episcopum fuisse, idque servente Basilium inter & Anthimum dissidio.

Digna sunt quæ notentur hæc verba Gregorii: *Novam propter novum pastorem orationem accipite.* Vocat orationem, ob materiæ profus insolitæ novitatem, *novam* pastorem, quia hunc primum Doara episcopum acceperant. Inferius hanc interpretationem confirmat, cum ait: *Sacerdotes augere studuimus, non subtrahere: hæreticos evertere, non orthodoxos imminuere.* Non aliud tempus occurrit in historia sancti Basilii, quo multiplicati sacerdotes fuerint in Cappadocia, præter illud cum Anthimo dissidium.

Vehementem hanc discordiam manifeste indicant quæ a Gregorio in presbyterum quemdam, calidum Anthimi partium defensorem, dicuntur. Sic enim eum compellat: *Quid ais, fili Darham & Abiron, & dux militaris contumax, qui adversus Moysen insurgere ausus es? qui manus in nos, quemadmodum illi linguas in magnum illum Dei servum, immisisti? Non coberruisti? non pudore suffusus es? non hac animo agitantis carnes in terram collapsæ sunt? Et postea manus has sursum ad Deum tendes? postea dona offeres? postea orationes pro populo funderis? Vereor equidem ne Dei gladius tamdiu rubiginem contrahat, & conquiescat. Nec a pastore tuo ingentem aliquam gratiam iniisti, & teipsum maximo detrimento mulcasti, teipsum videlicet a Dei gratia avertens.* Hunc presbyterum non immerito ducem militum, S. Basilii Oper. Tom. III.

rem appellat Gregorius, quia pro Anthimo vehementer contra Basilium pugnaverac ac manus in ipsum injecerat Gregorium. Pastor ille, a quo presbyter gratiam inire voluerat, alius esse non videtur, quam Anthimus; idque argumento est, pugnatorem illum Doarorum episcopum non fuisse, sed potius Tyanensem aliquem presbyterum, cujus pastorem esse Anthimum Gregorius agnoscebat.

Convertit deinde orationem Gregorius ad ipsam Eulalium quem pastorum optimum & præstantissimum vocat, ac vita & moribus dignum episcopatu esse testatur. Hortatur ut in rebus spiritualibus tantam sibi approbationem conciliet, quantum in mundi negotiis conciliaverat.

Videtur Doarensium amor in Basilium Anthimi impetum repulisse. Hinc Gregorius, quasi metueret ne molestum illis esset Basilium deinceps episcopum non habere, sic eos affatur: *Non venimus ut gladium mittamus, sed ut pacem.* *Non venimus in magni illius pastoris contemptum & ignominiam, qui splendida civitati præfides. Honorabilem scimus, caput agnoscimus, sanctum vocamus, tametsi injuria affecti.* Patet ex postremis verbis jam ordinatum fuisse Sasimensem episcopum Gregorium: ac conceptum ex ea re dolorem ejus animo insidere. Sed tamen illius ardor in defendenda Basilii causa dubitare non sinit, quin tunc episcopatum vel nondum abjecisset, vel potius ex fuga reversus obsequii sui significationes patri ac Basilio dedisset. Post Gregorium alii episcopi verba facturi erant, novi episcopi adhortandi causa, ut patet ex his Gregorii ad eum verbis: *Perfeciorem armaturam a majoribus ductibus accipies &c.*

IV. Proficiscens Basilium post Pascha, ut jam diximus, litteras ad Eusebium Theophrasto diacono dederat, ut eas perferri curaret. Sed interim diaconus morbo correptus meritur, litteris non missis. Id eo molestius Basilio redeunti fuit, quod de rebus magni momenti scriptæ erant, ac celerem responsonem poscentibus. Nam cum S. Meletius & Theodotus Nicopolitanus Basilium ad diem festum, in quodam loco, quem Phargamum dicebant, medio mense Junio celebrari solitum invitassent, tum amicitie causa, tum ut de rebus Eustathii cum eo agerent; Basilium Eusebium rogabat, ut secum hunc diem obiret. Itaque cum reditu suo cognovisset litteras suas non fuisse perlatas, statim eas misit ad Eustathium Sebastenum cum epistola 95. ut quam celerrime utraque epistola ad Eusebium ferretur: supererant enim tantum dies triginta tres. Declarat Eusebio in hac epistola 95. venturum se ad diem festum, si ipse etiam Eusebius veniat; secus vero, malle se contractum anno præterito invifendi Eusebii debitum solvere, & congressum cum episcopis in aliud tempus differre. Erat in iisdem litteris Theophrasto commissis de Sasimensi ordinatione. Nam cum de ea nihil profus occurrat in epistola 95. quæ serius scripta est, sed simul missa; Eusebius in sua ad Basilium responsonem ea de re loquebatur, & cum sibi hanc ordinationem minus probari significasset, Basilio causam attulit illius defendendæ in epistola 98.

Circa hoc tempus maximum luctum attulit universis Cappadocibus Eliæ præsidis discessio, cui abrogata dignitas & iniusta calumniæ; cum ex ejus libero & nescio assentationis animo ansam arripuissent, qui se justitiæ moleste ferebant posthaberi. Basilium universæ patriæ nomine Sophio-

ANNO 372.

p. 496.

p. 495.

De epistola Basilii 95.

Elias accusatus Sophronio commendatur a Basilio.

de epist. 96.

P

phio-

ANNO  
372.

Ibid.

ep. 88.

Petens Sa-  
sima Grego-  
rius ropelli-  
tur ab An-  
thimo .  
Ejus tamen  
rogatu agit  
cum Basilio  
de congres-  
su .  
a Naz. ep.  
33.

phronium rogat, ut Eliam commendet Imperatori, ac illatas ei criminationes diluat. Jam successerat Eliæ Maximus, cum Basilius medio mense Junio elapso scriberet epistolam 98. ad S. Eusebium. Unde non immerito patriam per somnium ditatam esse dicit, cui summus ille vir tam cito ereptus est. Non mirum sane est, si his temporibus invidiæ tela non effugit provinciæ præses, qui terribilis erat delinquentibus, idemque in pauperes ac divites; ac misericordia in Cappadoces commotus, attentior erat ad eorum sublevandam inopiam, quam ad ea vitanda, quæ ipsi tam leniter agenti a sublimibus potestatibus imminebant.

V. Stetit promissis Gregorius, & Sasima venit, ut hujus ecclesiæ gubernacula capefferet. Sed ejus consilium diligentia sua præripuit Anthimus, ac paludes Sasimorum occupavit. Quinetiam prohibenti & comminanti Gregorio (a) epistolam scripsit convitiis & probris refertam, veluti triumphum in victum canens. Postea Nazianzum venit, sive ut videret Gregorii patrem (id enim præ se ferebat) sive ut ea conaretur quæ conatus est. Plura enim & de pluribus rebus tentamenta iniecit, de parocciis, de Sasimensibus paludibus & Gregorii ordinatione, largiens, petens, minas adhibens, ex jure disceptans, vituperans, laudans; circulos sibi ipse jurisdictionis circumferens, ut Gregorium probaret ad se & ad novam metropolim, utpote majorem, respicere debere. Sed ubi nulla in re cedere Gregorium animadvertit, rebus infectis iratus abcessit, Basilissimum ei, veluti Philippissimum quemdam exprobrans. Non longum tempus, & litteræ Gregorio venerunt ab eodem Anthimo, qui eum vocabat ad synodum. Cum permolestum id esset Gregorio, ac injuriam fieri clamaret; Anthimus rogavit, ut saltem illius opera Basilius ad deliberandum ea de re cum Anthimo adduceretur. Promisit id Gregorius, ut multo commodius quam quod primo propositum fuerat, & Basilio scripsit, totam rem illius judicio relinquens, utrum vellet Anthimum & alios episcopos convocare, & ubi vellet & quando.

Quamvis Basilius causam non leve Gregorius defendisset, illius tamen litteris offensus est Basilius, & cum eo jurgavit, quod Anthimo faveret. Unde Gregorius in epistola 33. Basilius ut calidiorum & pullosum more ferocientem amice castigat; breviter exponit quid ejus causa gesserit, æquumque non esse demonstrat, ut cum Basilius causa in offensionem Anthimo venerit, Basilio displiceat, ut in Anthimum propensior. Denique Basilius rogat, ut sibi, saltem ut natu majori, injuriam non faciat: quod si sese ostendet atque efferat, ac tamquam metropolitanus & superiore loco parvæ civitatis vel potius nullius episcopum alloquatur, sibi quoque supercilium esse quod opponat.

Annuat Ba-  
silius &  
scribit se-  
natui Tyanen-  
si.

Cæterum libenter accepit Basilius conditionem, quæ ab Anthimo ferebatur, ut de restituenda pace communis iniretur deliberatio. Hujus rei testem habemus epistolam ad senatum Tyanensem, in qua declarat se omnia quidem Anthimi consilia, omnesque molitiones pervidisse; sed tamen nihil sibi esse pace antiquius. Persuasum enim sibi esse, nihil se posse solum perficere, magisque indigere se uniuscujusque fratrum auxilio, quam alteram manum alterius ope. Itaque certum sibi esse pacis causa nec laborem ullum prætermittere, non humile dictu quidquam aut factu, non itineris longitudinem vere-

ri, non quidquam aliud molestum refugere, ut mercedem pacificationis consequatur.

VI. Basilius cum Cappadociæ secundæ episcopis congressui moras attulit iter in Armeniam. Vocatus fuerat Basilius a S. Meletio & Theodoto ad diem festum medio mense Junio celebrandum, ut de Eustathio & Basilio cum eo communionem, quæ multos lædebat, aliquid statui posset. Sentiebat magno sibi hac in re præsidio futurum Eusebium Samosatensem. Is enim cum amicus erat Eustathio, vir, itidem ut Basilius, probitatis minime suspiciosa; tum vero nemo magis idoneus, qui pro summa sua auctoritate & maximis de S. Meletio ac universa Ecclesia meritis iniquas suspiciones compesceret. Scripsit ad eum Basilius triginta tribus ante festum diebus: sed cum summæ essent temporis angustia; antequam responsa Samosatis acciperet, viæ se commisit, ut ad diem posset indictum locum assequi. Transendum autem Sebastiam fuit, ibique commorandum, ut de Eustathii fide certa indicia Nicopolim perferrentur. Ac primus quidem dies in disputando infusus nullam certam habuit conclusionem. At postridie, quamvis Basilio accessisset vehemens adversarius, Pomenius Sebastiam presbyter; sic tamen Basilius & objecta dissolvit, & catholicam doctrinam ante oculos exposuit, ut nulla prorsus in re dissentirent. Itaque surrexerunt circa horam nonam ad precandum, & gratias egerunt Deo, quod idem sentire, idemque loqui dedisset.

Probe sciebat Basilius privatum hoc colloquium, non satis insigne monumentum fidei Eustathii futurum, nisi scripto aliquid consignaretur. Sed ut faceret accuratius ac diligentius, fidei formulam ab ipso Theodoto accipere volebat, ut una & eadem opera duo conquireretur, nempe & Eustathio rectam fidem persuaderet, & illius adversariis post acceptas ipsorum conditiones, nullum contradicendi locum relinqueret.

Colloquiorum cum Eustathio optatus exitus Basilius incitabat, ut recta Nicopolim pergeret. Sed dum illum causæ Cæsaream vestigia referre coegerunt. Nam Theodotus, ubi eum cum Eustathio esse cognovit, antequam disceret qua de causa id fecisset, & quid ex congressu consequutus esset, non jam illum ad conventum vocandum esse judicavit, nec quemquam misit qui iterum admoneret aut deduceret. Res eo molestior fuit Basilio, quod illum antea perfunctorie per Helenium invitaverat. Alia suberat causa longe gravior. Accepit enim Sebastiam litteras, quibus venturum se Eusebius negabat, statimque refrixit cupiditas eundi Nicopolim, & perfunctoria invitandi ratio animum subiit. Nam cum Eusebio ne gravissima quidem discrimina reformidabat, sine eo vel levissimis impar sibi videbatur. Quare satius esse duxit omisso die festo Nicopolim alio tempore proficisci, & cum Meletio de rebus ecclesiasticis colloqui, veletiam cum eo Eusebium invisere. Qua de re utriusque scripsit, utriusque responsa expectans. Sed litteris ad S. Meletium idem prorsus evenit ac pluribus aliis, ut ad nos non pervenirent. Dixi Basilius, cum Sebastiam esset, litteras Eusebii accepisse. Res per se patet. Ait enim se lectis his litteris repudiasse consilium eundi Nicopolim, propterea quod venturus non erat Eusebius. At hoc consilium non repudiavit, nisi cum Sebastiam esset; idque conceptis verbis declarat in epistola sequenti, se e medio itinere tristem re-

Proficisci-  
tur Scba-  
stiam.

ver-

verum esse. Forte etiam, antequam ex hac urbe discederet, Eusebio rescripsit hanc epistolam 98. in qua congressurum se dicit cum episcopis secundæ Cappadociæ, & cum Eustathio congressurum esse, cui testimonium rectæ fidei tribuit. Loquitur etiam de nonnullis episcoporum litteris ad Eusebium non perlatis, & de Palmatio, qui Maximo præfidi ad persecutiones ministrabat; id est, ad exactiones tributorum. Has episcoporum litteras Basilius, culpa eorum, qui ipsius litteras non curaverant perferendas, ad Eusebium non pervenisse dicit. Videtur autem vel litteras Occidentalium designare, qui ipsi scripserant, vel sancti Meletii & Theodoci, qui eum ad diem festum medio mense Junio celebrandum invitaverant. Quis ille fuerit Palmatius, qui se Maximi ministrum præbebat, plane nescio: quod autem ait Basilius eum Maximo ministrasse *epi vobis dicitur, ad persequutiones*, id de persecutione Ecclesiæ dictum non puto, sed de exactionibus tributorum. Hunc enim Maximum Basilius in epist. 147. virum longe optimum appellat, quod de persecutore Ecclesiæ non videtur dicturus fuisse. Probabilius multo est hunc præsidem, cum sciret Eliam, cui succedebat, in maximas molestias ob suam in Cappadoces lenitatem incidisse, strictum & severum, saltem initio, fuisse in exigendis tributis.

Sed in his litteris ea præcipue observanda, quæ de Gregorio dicuntur. *Ceterum fratrem Gregorium, inquit, vellem & ego ecclesiam gubernare ingenio suo parem. Ea autem erat Ecclesia omnis quæ sub sole est, in unum collecta. Cum autem fieri id non queat, episcopus sit, non ex loco ornamentum accipiens, sed loco ex sese addens. Nam viri vere magni est non magnis tantum parem esse, sed etiam, quæ parva sunt facultate sua magna facere.* De Gregorio Nysseno Tillemontius hic agi existimat, deceptus his vocibus *ipius vir, fratrem meum*, quas ope codicum novem eliminavimus. Ad codicum MSS. auctoritatem accedit hæc ratio, quod Nyssenus, etsi iavitus ad tam sublime ministerium evedus est, non tamen videtur, suscepta semel ordinatione, recalcitrasse, ut Gregorius; imo Nazianzum missus est, ut Gregorii dolorem ex ordinatione conceptum abstergeret. Præterea Nyssenus de more ordinatus est, postulante plebe & clero, consentientibus provinciæ episcopis, ut patet ex epist. 235. At Nazianzeno solus Basilius: adjuvante ipsius patre, hoc onus imposuit: unde in multas reprehensiones incurrit; quod tantum virum Satisma relegasset.

Hoc autem semel constituto, ruit penitus opinio Tillemontii, qui Nazianzenum mense Julio ordinatum fuisse contendit. Retrahenda hæc ordinatione ante festum Paschæ; siquidem S. Eusebius litteris paulo post Pascha scriptis respondens, hanc sibi ordinationem minus probari significat. Præterea alie suppetunt rationes. Nam 1. bis Nazianzum venit Basilius hujus ordinationis causa, semel quidem cum Gregorium ordinavit, iterum vero, cum redeuntem e fuga invenit. At primum iter ante Pascha collocandum. Nam post Pascha circuitum quemdam rebus necessariis urgentibus confecit: inde reversus circa diem duodecimum Maii, Sebastiam se contulit mense Junio: iterum in Armeniam mense Julio longum & molestum iter suscepit. Bis ergo post Pascha Nazianzum venire non potuit: mense autem Julio ne semel quidem id ei integrum fuit. 2. Basilius in epistola 98. quæ scripta est circa medium mensem

S. Basilii Oper. Tom. III.

Junium, nuntiat Eusebio se brevi congressurum cum episcopis secundæ Cappadociæ. At hic congressus non solum post ordinationem Gregorii constitutus est, sed etiam post ejus fugam & reditum & iustiles contus capessendi episcopatus & colloquia cum Anthimo. Convenere tandem episcopi, ut modo videbimus, ante illud iter, quod mense Julio Basilius in Armeniam suscepit. Nulla ergo ratione nititur opinio Tillemontii.

In hac episcoporum Cappadociæ synodo pax inter Basilium & Anthimum ea conditione sancita est, ut episcopatus multiplicarentur; quod quidem in ecclesiæ commodum cessisse testatur Gregorius. Mense Junio exeunte, vel ineunte Julio hæc synodus collocanda, non solum quia Basilius in epistola medio mense Junio scripta brevi futuram nuntiabat, sed etiam quia statim ac rediit ex itinere, quod iterum in Armeniam habuit mense Julio, Eusebium invitavit in Cappadociam, ut sibi in constituendis episcopis operam navet: quam quidem pacis conditionem fuisse diximus. Habita ergo fuerat synodus antequam proficisceretur.

VII. Præclarissime actum cum Basilio, quod Anthimi benevolentiam recollegisset. Sed cito novæ supervenerunt molestiæ. Accepit mandatum Imperatoris eum litteris comitis Terentii, ut Armeniæ episcopos daret. Non id sane molestum fuit homini nihil optatus habenti, quam ut Ecclesiæ causa laboraret. Imo tota res perhonorifica Basilio; nec satis mirari possum, cur quo tempore hæretici in tot ecclesias pastoribus pulsos intrudebant, vacuas Armeniæ ecclesias non occuparent. Forte comes Terentius cognitionem illis hujus consilii præripuit, & a Valente decretum illud impetravit, antequam summa Basilio virtutum admitatio, quam Cæsarea discedens significaverat, ex ejus animo elaboreretur. Libenter itaque viæ sese commisit Basilius; sed cum ei Theodotus sollicitudinis socius adjunctus esset, metuebat Basilius, id quod accidit, ne singulare hominis ingenium & suspiciones jam mense Junio significat plurimum nocerent. Sed tamen, ut Theodoto satisfacere, ac eorum quæ egerat, coram locuplete teste rationem redderet, venit Getasa in agrum S. Meletii, ubi Theodotus interfuit, simulque Diodorus presbyter.

Ibi accusatus a Theodoto ob conjunctionem cum Eustathio; dixit se ex congressu consequutum esse, ut Eustathium in omnibus sibi assentientem haberet. Tum Theodotus, Eustathium negasse, statim ac discessit ab eo Basilius; cuique ipsum discipulis affirmare, se nulla prorsus in re cum Basilio de fide consensisse. Ad hæc Basilius, non eum esse Eustathium, qui nunc huc, nunc illuc feratur, cum sibi mirifice in tota vita constet; aut in rebus tanti momenti & omnium fama celebratis mentiatur, cum mendacium etiam in minimis ut horribile quiddam aversetur. Sed tamen proponendum ei esse libellum fidei, cui nihil desit ad rectæ fidei specimen: si subscribendo assentiat, mansurum se in ejus communione; si autem recuset, ab ejus conjunctione discessurum. Probata hæc condicio Meletio & Diodoro, nec ipse Theodotus dissensit, sed peramicè Basilium hortatus est, ut Nicopolim descenderet, tum ecclesiæ invivendæ causa, tum ut eum Theodotus Satala utque deduceret, ac operam in omnibus navaret. His ita actis Nicopolim rediit Theodotus, Ba-

p a filio

ANNO 372.

Synodus in qua lites componuntur inter Basilium & Anthimum. ep. 20. p. 356.

Rurus in Armeniam Basilius, ut episcopos constituat: at Theodotus eum juvare non vult; nec cum eo communicare.

Probatur de Gregorio Nazianzeno hic agi, ac eum ante Pascha ordinatum fuisse.

ep. 225.

ep. 95.

ep. 95.

ANNO 372.

Cognoscit Basilium de criminibus Cyrillo episcopo illatis.

Rediens scribit Terentio.

n. 4.

Item Eusebio episcopo.

filio Getasis relicto . At ubi Nicopolim advenit Basilium , sic eum averfatus est Theodotus , ut neque ad matutinas , neque ad vespertinas precas assumere voluerit .

Permolesum id Basilio accidit , non tamen sua ipsius causa , ( fateretur enim se dignum fuisse qui sic tractaretur ) sed quia mandata Imperatoris perficere , & episcopos Armeniz dare non poterat , sic affecto erga se curarum socio , cuius opera sperabat se idoneos viros inventurum , eo quod in ejus parocia non desissent & religiosi & prudentes , & linguarum periti , & qui reliquos gentis usus proprios scirent . Sed tamen quod in ipso situm erat , id minime negligendum ratus , Satala pervenit infirmo admodum corpore : pacem composuit inter episcopos Armeniz , eoque a summa indifferentia ac negligentia ad sincerum pro ecclesiis Dei studium revocare conatus est , ac de nonnullis ; quae indifferentem in Armenia peccari solebant , regulas praescripsit . Accepit a Satalorum ecclesia suffragia , quibus rogabatur , ut episcopum illis daret . Curam etiam illud ei fuit , ut de aspersis Cyrillo episcopo criminibus inquireret : quae cum ab inimicis conficta esse cognovisset , idque ipsi coram Basilio manifeste confessi essent ; populum Satalensem Cyrillo mediocriter placavit , ita ut non jam ab illius communione refugerent . Ex his colligi non debet Cyrillum eorum episcopum fuisse . Jamdudum enim episcopo carebant , ut modo videbimus .

VIII, Redux Caesaream Basilium , vel etiam , ut conjicit Tillemontius , antequam Satalis discederet , rem omnem ab origine Terentio perscripsit , & quid ad exhaurienda Imperatoris mandata praestitisset , quid plura praestare prohibuisset , accuratissime exposuit . Scriptam esse Satalis hanc epistolam 99. colligi potest ex his verbis : *Et nunc cum Satala venissem cum tali corpore &c.*

Litterae S. Eusebii , quae suaves semper & optatae Basilio veniebant , cum ei in regione Armeniz vicina , post tot molestias redeunti reddita fuissent , tantum laetitiae attulerunt , quantum navigantibus , gravi orta tempestate , fax eminus lucens . Reditu suo , quamvis sibi videretur a suo corpore deferri , & in magnas difficultates incidisset , tandem neglectis ecclesiarum rebus ; sperabat tamen se ope precum Eusebii Samosata iturum . Sed interim eum rogat , ut Caesaream veniat ad diem festum sancti Eupychii , die septimo Septembris . His enim se negotiis implicari , quae auxilio indigeant Eusebii , tum ad constitutionem episcoporum , qua de re inter episcopos Cappadociae mense Junio convenerat , tum ad deliberationem & considerationem eorum , quae in nos inquit , *meditatur Gregorii Nyseni simplicitas , quae synodos cogit Ancyrae , nec ullum nobis insidiandi modum praetermittit .* Lucem huic loco afferre conatus sum in Nota . Pertulit hanc epistolam idem diaconus , qui litteras Eusebii attulerat : & cum Basilium redeuntem in regione Armeniz vicina attigisset , videtur cum eo Caesaream venisse . Narranda ei relinquit Basilium , quae sibi in Armenia evenerant .

Non dubium est quin Basilium ex hoc itinere redierit mense Julio : nam satis supererat temporis , ut Eusebius illius litteras accipere posset , ac Caesaream venire ad diem septimum Septembris . Porro ad eam rem necessarii erant saltem triginta tres dies , ut vidimus ex epist. 93.

Circa idem tempus scripta epistola 101. Cum enim de morte insignis personae didicisset , statim ad eum , ad quem praecipuus dolor redibat , consolandi causa scripsit , infirmam valetudinem excusans , cur adesse non posset , & negotia obiter majorem in modum aucta .

Satalenses , ut supra vidimus , suffragia , sive decretum publicum obtulerant Basilio , eumque rogabant , ut sibi episcopum daret . Eo dignior erat Basilii sollicitudine haec ecclesia , quod jamdudum episcopo destituta propemodum in ruinas jacebat . In petendo , autem episcopo adeo institerunt & contenderunt , ut Basilium coram Domino promiserit , nihil se , quod quidem penes se foret , praetermissurum . Colligi potest nominatim ab iis petitum Pœmenium presbyterum . Nam Basilium declarat se consanguinitatem & consuetudinem sibi cum hoc viro intercedentem , populi gemitus , universae Pœmenii cognationis ac matris ipsius lacrymas eorum postulatis posthabuisse . Hortatur , ut Deo gratias agant , quod votum suum adimpleverit . Sed tamen haec dicere potuit Basilium , etiam si generatim virum petissent ad reparandas ecclesiae suae ruinas idoneum . Praemisit Nicjam , qui ad Satalenses hujus laetitiae nuntium perferret . Scripta haec epistola magistratibus : sequens , quae brevior est , sed tamen in eadem scripta sententiam , universam plebem compellat , concessum illis nuntians pastorem hoc dignum nomine . In quo forte alludit ad nomen Pœmenii .

CAPUT XXV.

I. S. Basilium conqueritur apud Praefectum , quod clerici Caesarienses censui addicti fuerint . II. Invisit S. Eusebium . Rediens scribit ad filias Terentii & ad quemdam militem . III. Tres litterae de negotio Julitiae . Inde nata occasio scribendi ad Modestum . IV. Andronicum ducem placare conatur Domitiano . V. Pacem conciliat in presbyterio Tarsensi . VI. Simpliciae temeritatem comprimit . VII. De epist. 115 117 . VIII. Proditur a discipulis Eustathii .

I. (a) Modestus Praefectus , qui Basilium pro se utiliter precantem senserat , pro aliis precanti plurimum semper honoris habuit . Suam apud illum gratiam Basilium saepe interposuit , sed prima omnium videtur ecclesia Caesariensis praetorem habuisse Basilium . Cum censitores censui addixissent clericos Caesarienses , ac eos tantum excepissent , quibus aetas immunitatem dabat , propterea quod mandata immunitatis concedenda a Praefecto accepisse se negarent ; confugit ad Praefectum Basilium , eique demonstrat & ipsius famae & Imperatoris familiae pericula futurum , ut aliqua immunitas concedatur episcopo arbitrio dispensanda . Multa sunt in hac epistola , difficulta , quae in Notis conatus sum explanare .

Scripta autem videtur circa hunc annum . Adhuc enim recentia erant Cappadociae vulnera , cui in genua inclinata opem Praefecti Basilium implorat . Praeterea jam de rebus communibus scripserat Praefecto , antequam ei privatos commendare incepisset , idque colligitur ex his verbis epistolae 107. quae vix seruis hoc anno exeunte scribi potuit . Ego enim , inquit , *decerere non putavi tantum mihi licentiae sumere cum tanto iudice ; eo quod nondum ei de ulla re privata scripserim , verearque ne quo pacto rem improbet quippe cum summi viri in ejusmodi rebus , sui non*

De epist. 101.

Satalensibus Pœmenium episcopum concedit .

pp. 102.

In quo forte alludit ad nomen Pœmenii .

a S. Basilium conqueritur apud Praefectum , quod clerici Caesarienses censui addicti fuerint .



*Et facile iustantur.* Jam ergo aliquid scripserat de rebus communibus. Ipsa timiditas, quam prae se fert initio epistolae, argumentum est non dum invitatum fuisse a Praefecto, ut saepe scribitur. Immerito ergo haec epistola a Tillemontio refertur ad annum 376, sub Vicario Demosthene. Non solum tempus, sed etiam personae ac res discrepant. Hic enim agitur de censuribus, illic de Vicario. Hic pensui, illic curiae addicuntur clerici.

Aladio Praefecti domestico, ut hoc ei negotium commendaret. Nam ad Praefectum ipsum scribere non audebat.

Tutori haeredum Julittae Basilius mirari se declarat, cur quod verbis conceptis coram se & alio viro promiserat, id nunc exsequi nolit. Fateatur se illius liberalitatis famam cum hoc implacabili in viduam animo conciliare non posse. Revocat ei in memoriam aliud promissum. Nam pollicitus erat, si aurum de quo convenerat acciperet, chartas omnes, tum eas quae coram iudicibus, tum eas quae privatim confectae, viduae traditurum. Monet ergo illum Basilius, ut opem & misericordiam Dei sibi ipse durioris Bagendi ratione non intercludat.

Negat Tillemontius ad hoc negotium pertinere epistolam sequentem. Sed tamen mirifice & personae & res consentiant. Commendat enim Basilius viduam a tutoribus haeredum illius vexatam, Commendat eam non Praefecto, sed Helladio comiti, ut dixerat in epistola 107. Non tamen idem rogat quod in epistolis praecedentibus, ut tempus concedatur ad solvendum, sed ut remittantur usurae, sorte jam peroluta; quia coram Basilio sic praestata fuerat, ut usurae redonarentur, si sortem solveret. Hoc ipsum est quod creditor promiserat, ut in memoriam redigit Basilius in praecedenti epistola, si aurum

de quo convenerat acciperet, chartas omnes, tum eas quae coram iudicibus, tum quae privatim confectae, huic viduae traditurum. His sane verbis promissum usurae remittendae continetur. De eodem ergo negotio his in epistolis agitur. Sed cum importunus creditor duo promississet, concessurum se tempus & usuras remissurum; vel Basilius bis scripsit Helladio, primum quidem ut tempus daretur, deinde ut usurae remitterentur; vel idcirco de usuris tantum loquitur, quia antequam mitteret epistolam ad Helladium, audierat creditorem a vidua absolutum esse, nec tamen in eo stare quod secundo loco promiserat.

Has autem epistolas circa annum 372, exeuntem scriptas conjicimus; quia scriptae sunt, antequam Basilius timiditatem illam deposuisset, quae illum a scribendis Praefecto litteris detergebat. Porro non videtur illa timiditas diu ejus animo infedisse, ex quo gratiam iniit a Praefecto, (iniit autem anno 372, ineunte,) neque spatium annuo longius interponendum inter initium scribendi & devinctum benevolentia animi Praefecti. Tot enim homines Modesto commendavit, tot ad eum litteras dedit, ut id non videatur extremis vitae annis incœpisse. Res patet ex epistolis 279. 280. Videtur his litteris initium dedisse Helladius comes, quem verisimile est, cognita Basili in Julittae negotio timiditate, pro summa sua apud Praefectum gratia & auctoritate rem indicasse; unde ortum, ut Basilius Praefectus confidere juberet ac ad se scribere.

Post tam honorificum mandatum scripta epistola 110. in qua, cur haec scribere ausus non fueris, quamvis plurimum cuperet, tantae potestatis reverentiam excusat. Commendat Tauri incolas, eisque nimia ferri tributa pendentibus humanitatem Praefecti implorat. In sequenti epistola pro amico in aulam accersico, & idcirco sibi meruente Modestum rogat, ut, si vir ille nihil peccavit, veritatis beneficio vincat: si quid peccavit, sua causa id ei remittatur. Cum haec scriberet Basilius, nondum Cappadocia ex malis provinciae divisione infectis emergebat, idque Basilius indicat non obscure.

IV. Do.

Invisit S. Eusebium. II. Non semel hoc anno S. Eusebium Basilius invitavit, ut Caesariensem ecclesiam inviseret. Sed hoc beneficium impetrare non potuit; quod quidem mirum non videtur. Cum enim multae aliae causa sanctum senem detinere potuerunt, tum in primis vicinitas Valentis, quae perpetuas excubias ad gregis custodiam postulabat. Quare Basilio eundem fuit Samosata, ut Eusebium videret. Id autem consequutus est hoc anno 372. Nam in duabus epistolis anno sequenti scriptis testatur se anno praeterito mel dulcissimum ecclesiae Samosatensis degustasse. Quod autem addit extremo tantum digito degustasse; argumento est non diu eum apud Eusebium fuisse. Redeunt promissit Eusebium se anno sequenti in Cappadociam venturum: atque hoc promissum Caesarem referens Basilius, magnam Eusebii adventus expectationem movit.

Rediens. Speraverat Basilius (a) visurum se Samosatis diaconissas Terentii comitis filias, quas, ut bonae radiois bona germina, nec circumstantium haereticorum turba decipere, nec ventis secundis uteos novitas movere potuerat. Non mediocrem acturam esse duxit, quod eas non invenisset Samosatis. Sed ut litteris compensaret, quod colloquio perficere non potuerat, oblata facultate Sophronii, quem filium appellat, laudat eas ob summum catholicae fidei studium & ad perseverantiam hortatur.

S. Eusebium presbyter Basilius invisit, ut supra vidimus. Sed ad iter hujus anni 372. referendam epistolam ad diaconissas probat circumstantia illa hominum veritatem. corruptentium turba, praesente scilicet in Syria Valente. Caeterum non multo post reditum haec scripsit: Sophronius enim ille, quem filium appellat, idem viderunt esse, qui anno 372. exeunte, omni scelere Basilius laceravit.

Basilius peregrinationes, iis exceptis quae illum Samosata deduxere, nihil fere habuerunt, nisi difficillima negotia aut gravissimas molestias. Quare cum Basilius in epistola 106. iter quoddam commemoraret, in quo se multa a Deo beneficia accepisse testatur; iter Samosatense indicari conjicio. Viderat in hac peregrinatione militem quemdam, cujus perfecta erat sub militari veste caritas: acceptis ab eo litteris respondet Basilius, eumque ad perseverandum hortatur.

III. Circa hoc tempus scriptae videntur tres sequentes epistolae, quibus materiam dederunt molesta Julittae viduae, Basilius propinquae, exhibita negotia. Eam enim tutor illius haeredum urgebat ob ingentem pecuniae summam, quam eum persolvere cito non posset, egit Basilius cum creditore, ut tempus viduae concederet. Promisit ille coram Basilio & alio viro dignitate insigni; seque tempus quidem brevius scribere dicebat; sed amplius concessurum. Postea immemor promissi viduam rursus vexare coepit. Significat illa dolorem suum Basilio, qui ei rescribit consolandi causa; seque & creditori scripsisse testatur ut pudorem ei incuteret, & Hel-

Tres litterae de negotio Julittae. Inde nata occasio scribendi ad Modestum.

ANNO  
372.  
Androni-  
cum ducem  
placare co-  
natur Do-  
mitiano.

IV. Domitianus quidam, qui in tribus opti-  
maz notis codicibus presbyter dicitur, Basilii ne-  
cessarius erat ab antiquo ex parentibus, ita ut  
nihil a fratre differret. Is cum graviter peccas-  
set in virum præpotentem, Andronicum ducem,  
imminentis supplicii metu pene mortuus, epi-  
stolas a pluribus obtinuit ipsius causa supplican-  
tibus, sed Basilii commendationem longe omni-  
bus præferendam esse duxit. Libenter sane Ba-  
silii, nisi & corporis infirmitas & hiemis mole-  
stia obstitissent, Andronicum adiisset, tum ut  
preatoris munere per se ipse fungeretur, tum  
ut veteris promissi debitum persolveret, Promi-  
serat enim venturum se Sebastiam; idque jam  
perfecerat, sed minime invenit Andronicum.  
Scribit itaque ad eum præclarissimam epistolam,  
ac exquisitis rationibus persuadere conatur, ut  
mecum, quo fractus & prostratus jacebat Domi-  
tianus, satis supplicii esse existimet, ac insigne  
humanitatis specimen edat, omnibus Cappadoci-  
bus, qui eventus expectatione suspensi erant,  
admirationi futurum. Hanc epistolam cum Til-  
lemontio referendam duxi ad hiemem hujus anni  
372. Venit enim Sebastiam hoc anno Basiliius,  
eique deinceps aditum in hanc urbem intercludit  
Eustathii perfidia, quæ anno 373. erupit.

De ep. 112.

Paucem con-  
ciliat in  
presbyterio  
Tarsensi,  
a Sup. p. 34.

V. Tarsensis (2) ecclesia, mortuo Silvano, in  
manus hæreticorum delapsa, luctum & gemitus  
Basilii presbyteri commoverat. Sed non defuere  
egregii presbyteri, qui fidem sub hæretico epi-  
scopo defenderent, & ab ejus communione ple-  
bem removentes, ecclesiam per se ipsi regerent.  
Nomen hæretici episcopi non proditum memo-  
rie. At nec Basilium cum eo communicasse,  
nec magnam partem cleri Tarsensis, perspicimus  
ex litteris 113. & 114. Nata enim inter eos con-  
troverfia, cum unum ex collegis, Cyriacum no-  
mine, suspectum haberent, ut minus recte de  
Spiritu sancto sentientem, ad Basilii consilium  
& auctoritatem confugerunt, missis ad eum e-  
suo numero nonnullis. Unum quidem designat  
Basiliius initio epistolæ 113. Sed plures missos  
patet ex his verbis epistolæ sequentis, *Postquam  
igitur cum fratribus congressus sum.* Basiliius, tota  
re ex illis cognita, privatim nonnulla disseruit,  
quæ referenda presbyteris Tarsensibus mandabat;  
sed in epistola, quam ad eos scripsit, hanc se-  
dandæ controversiæ viam iniecit. Queritur quod  
ecclesiæ mala, sua sponte gravissima, multum  
augeantur, dum nulla erga infirmos adhibetur  
commiseratio, nulla sanorum fratrum defensio.  
Quare necesse esse statuit, ut quibus in rebus  
animæ non læduntur, in his nos ad infirmiores  
accommodemus: ac proinde nihil amplius expo-  
scendum a fratribus præscribit, nisi ut fidem  
Nicænam recipiant, ac Spiritum sanctum crea-  
turam dici non oportere, & eos, qui dicunt,  
ad communionem admittendos non esse fateantur.

De ep. 114.

Scribit etiam ad Cyriacum, eique narrat se  
in fratribus e clero Tarsensi missis magnum ani-  
madvertisse fidei studium, magnumque in Cy-  
riacum amorem: seque pro eo spondisse, sa-  
nam esse illius fidem & animum ad omnia pro  
fide perpetianda promptum & paratum. Rursus  
pro fratribus spondet, si modo Nicænam fidem  
recipiat, nullam in ea vocem rejiciens, atque  
huic fidei addat, Spiritum sanctum creaturam  
dici non debere, nec eum iis, qui dicunt, com-  
municandum; fore ut ei omne obsequium fra-  
tres exhibeant. Ex quibus verbis illud obiter  
colligere possumus, Cyriacum auctoritate inter  
alios præcelluisse.

Non pertinent dum illæ epistolæ ad initia  
episcopatus; tunc enim non tantopere fervebat  
de Spiritu sancto controversia, nec deerat in-  
ter orthodoxos, qui consubstantiale nondum re-  
cepissent ut ex epist. 59. observavimus. At dum  
scriberentur dum illæ epistolæ, vix supererat  
quibus molestum esset consubstantiale. Non me-  
tuebat Basiliius, ne moram huic rei afferret Cy-  
riacus; sed pro eo libenter spondebat. Præcipua  
enim erat de Spiritu controversia etiam inter  
catholicos, aliis Deum appellandum esse con-  
tendentibus, aliis divinitatem quidem tribuenti-  
bus, sed tamen hac voce uti recusantibus.

Videntur tamen ante annum 373. scriptæ.  
Nam Basilii querelæ, quod nulla sit erga debi-  
les commiseratio, nulla sanorum fratrum defen-  
sio, haud scio an eos tangeant, quibus Basilii in  
Eustathium ejusque discipulos lenitas non pla-  
cebat. Præterea non præscribit, id quod deinceps  
ab eo perspectis Eustathii dolis præscriptum  
videbimus, ut Spiritus sanctus cum Patre & Fi-  
lio glorificetur.

VI. Quædam Cappadociæ [a] ecclesia cum  
dudum episcopo careret, communi consensu ele-  
git servum Simplicis, divitis matronæ & in-  
pauperes munificæ, sed hæresis [b] suspicionibus  
flagrantis. Itaque ad Basilium & Gregorium loci  
incolæ hunc servum adduxerunt non sine lacry-  
mis, ut illum sibi episcopum darent. Annuerunt  
episcopi fervidis precibus, ac servum reluctantem  
& invitum ordinarunt, non expectato domini  
consensu, qui tamen eo magis requirendus vi-  
debat, quod hæc bona famulus administrabat.  
Sed hac in re Basiliius & Gregorius, cum Sim-  
plicis liberalitatem sibi nosse viderentur, simpli-  
cius egerunt. Ubi id rescivit iracunda mulier,  
furiis in Basilium incensa, convitiis eum aggra-  
di cœpit; docere audens ut officii minus peri-  
tum. Quinetiam in eum quosdam homines con-  
deitavit, quos Basiliius lacertos & rubetas appellat,  
id est, ut conjici potest ex his quæ sequuntur,  
servos & eunuchos. Hanc Basiliius non depre-  
cando, non blande appellando demulcendam es-  
se dedit: sed vehementi utens reprehensione,  
demonstrat, etiam si pecuniam arena copiosius  
profundat, hæc opera apud Deum impura esse.  
Illius contumelias silentio premit, sed hortatur  
ut semetipsam de judicio divino commoveat,  
seque docere desinat, ut qui plura, quam illa,  
sciat, nec internis spiritibus tam suffocetur, nec  
bonis paucis decuplam malitiam admisceat. Po-  
tremo gloriatur, quod sibi reddenda sit ratio  
in Dei judicio, in quo non servi & eunuchi  
testes erunt, sed justi & perfecti viri.

Simplicis  
temerita-  
tem oom-  
primit.  
a Naz. ep.  
38.  
b Ibid. p. 122.

Sic compressa ad tempus mulieris insolentia:  
quamdiu enim vixit Basiliius, mutire non ausa  
est. At eo mortuo ad ingenium rediit, & ad  
Gregorium ea de re scripsit, perhonorifice qui-  
dem de Basilio loquens, sed tamen vehementer  
contendens, ut servi ordinatio antiquaretur.  
Minabatur sæcularia judicia: & qui consense-  
rant ordinationi, negabant se consensisse, ut  
mulieri assentarentur. Respondet ei Gregorius  
multo lenius, quam scripserat Basiliius. Rogat  
ut quæ Deum opibus suis colebat, ecclesiam  
sacerdote, pretiosissimo donario, non spoliaret;  
multo plus laudis nunc habituram, si rebus ea  
inconsulta gestis consentiat, quam si antea rogata  
consensisset. Hortatur ut suspensiones, fugiat, &  
quod dicebatur odio fidei catholicæ hæc facere,  
hunc rumorem propulset. Quod si petit, ut ra-  
tiones reddat famulus, assentitur Gregorius ut  
æqua

Naz. ep. 38.

æqua postulanti. Sin autem ut deponatur, tamquam indignus sacerdotio; consentit etiam ut, ipsa præsentem atque etiam, si liberit, iudicante, res episcoporum iudicio exploretur.

Simpliciter seryi ordinationem cum Tillemontio circa hoc tempus, id est, circa annum 372. aut 373. peractam putamus. Non enim citius collocari potest, quia Gregorium hac in ordinatione Basilium collegam habuit. Neque etiam multo serius; cum Gregorius secesserit Seleuciam anno 375, unde non videtur ante Basilii mortem egressus esse.

VII. Carus erat Basilium nobilis quidam adolescens, cujus maiores gubernacula civitatis, ut verisimile est Cæsariensis tenuerant; avus autem paternus arma sequutus fuerat. Is eo majori curæ erat Basilium, quod cum se voto virginis obstrinxisset, ut eo nomine gratiorerit & carior, ita naufragii metum-ob ætatis florem afferebat. Itaque cum audisset Basilium eum relicto beatorum progenitorum ordine, ad avum paternum transfugere, & Brettanium pro Firmino fieri velle, majorem in modum sollicitus fuit, Auxerunt sollicitudinem brevissimæ Firmini litteræ, quæ silentio suo pudorem novi consilii indicabant. Scribit itaque ad eum, ut nihil pudore dignum suscipiat, sed si quid illius mentem subijt, mature emendet, ac longo vale militiæ & armis dicto in patriam redeat, satis ad vitæ securitatem & ad omnem splendorem existimans, urbi, itidem ut majores, præesse: *id quod tibi, inquit, citra laborem obveniturum confidimus, respicientes tum ad idoneas natura dotes, tum ad competitorum paucitatem.* Postrema verba tempus indicant epistolæ: cum enim plerique magistratus, aut alio invitati essent translati, aut sponte Cæsarea abcessissent, id quod anno 372. factum, non erat cur competitorum metueret Firminus. Quare non multo post Cappadociæ divisionem scripta videtur hæc epistola.

Sequens epistola non est Basilii, sed Firmini, qui peccatum ingenue fatetur, & Basilium gratias agit, quod se, ut par erat, admonuisset. Celestem dimissionem sperabat, nec quidquam ad eam impetrandam omitebat. Sed tamen declarat se non idcirco discessurum a proposito, etiam si nihil impetret ab Imperatore. Persuasum enim sibi esse in ejusmodi rebus potiore regiis mandatis esse voluntatem, quam si immutatam & immotam, inquit, a proposito vitæ perfectæ exhibuero, inexpugnabilis nobis & inviolabilis Dei auxilio erit virginis custodia. Commendaverat ei aliquem Basilium, quem & libenter a se exceptum & amicorum numero adscriptum fuisse testatur.

Cum Basilium inviserit Jovinus episcopus Perhæ, anno 373. paulo post Pascha; epistola, qua eum Basilium urget ut ad se veniat, anno 372. exeunte aut ineunte 373. videtur collocanda.

VIII. Basilium ad episcopatum Cæsariensem evecto dedit Eustathius Sestatenus (a) duos ex suis ascetis, sub specie auxilii & amicæ communionis, revera ut illius actiones observarent. Horum nomina, Basilium & Sophronius. Hi manebant in domo Basilii & candidam illam animam simulatis caritatis sermonibus ludebant. Primum Basilium ob decoram pietatis pellem vitæ suæ præsidium esse ducebat: alterum filium appellat in epistola 105. Sed ut ficta omnia terius ocyus nudari solent, tandem e domo Basilii prorupere, seque hætenus immensam quamdam doli & acerbatis voraginem occultasse,

A hac illiberali fuga ostenderunt. Non audebat exponere Basilium quas ab eximio Basilio contumelias acceperit: sibi autem afficta a Sophronio crimina eo spectare dicit, ut Eustathius a se abalienetur. Testis fuit hujus perfidie tota civitas, magnusque risus existit eorum, qui piam vitam oderant, nec jam quidquam magis suspectum erat, quam vitæ asceticæ professio.

Basilium tantum dolorem inussit eorum, quibus maxime fidebat, deprehensa improbitas, ut pene omnes homines ei in suspicionem venirent. Nihil tamen de Eustathio tunc suspicatus videtur, quamvis ipse fons esset & caput totius mali: sed veritus ne illius a se animum alienarent discipuli, & ad defensionem eorum, quæ improbe fecerant, calumnias adornarent; misit Sebastianum fratrem suum Petrum, ut singula narraret Eustathio; eique scripsit insignem omnibus caritatis notis epistolam, rogans ut pro sua prudentia cogitet quomodo curanda sint quæ discipuli peccaverant, ac caritate sua astringat potius quæ disjuncta sunt, quam cum illis ad diffidium incumberet.

Existimat Tillemontius duos illos ascetas, saltem eum qui Basilium vocabatur, turpe aliquid & ignominiosum commisisse, antequam Basilii domo aufugerent. At nequaquam id colligitur ex sancti Basilii querelis, qui duo tantum eis exprobrat, fugam illiberalem, ex qua patebat eos hætenus *vultu bilari ac simulatis dilectionis sermonibus immensam quamdam doli & acerbatis voraginem animo occultasse, & contumelias sibi factas a Basilio, crimina a Sophronio afficta.* Occulta ergo erat illorum ante illiberalem fugam improbitas.

Non dissimuluit hoc eventu Basilium inter & Eustathium amicitia, sed tamen aliquantum refrinxit; idque colligere est ex epistola 223. ubi Basilium postquam acceptum ex speculatorum perfidia dolorem enarravit, hæc addit: *Sed tamen videbatur interim aliqua nobis inesse species consuetudinis cum illis, atque etiam disputationes habitæ inter nos de dogmatibus semel & iterum, ac vix sumus inter nos non pugnare, sed sentire.* His sane ex verbis patet Basilium post acceptas a discipulis Eustathii tam insignes injurias, non tam calidum illius defensorem fuisse. Quare immerito Tillemontius hæc evenisse putat initio anni 372. ante strenuam illam Eustathii causæ defensionem, quam Basilium coram S. Meletio & Diodoro presbytero adversus Theodotum suscepit; cum diceret *persuasum sibi esse conjecturam facienti ex reliqua viri constantia, ipsum haud ita leviter in contraria circumferri, neque nunc quidem confiteri, nunc vero negare quæ dixerit; hominem mendacium in rebus minimis, ut horribile quiddam, avertentem; nedum in rebus tanti momenti ac ita omnium fama celebratis veritati umquam adversari velit.*

CAPUT XXVI.

- I. Sanctissimus presbyter Cæsarea transit. Per eum agit Basilium de legatione Romam mittenda.
- II. Faustus ordinatur ab Antimo contra canones.
- III. Basilium exilium imminet. Ejus litteræ ad Urbicum & Theodorum.
- IV. Iter Basilii in Armeniam.
- V. Atarbius calumniis appetit Basilium. Ipse hæresis Sabelliana accusatur.
- VI. Hunc Neocæsariensem episcopum fuisse ostenditur.

I. Anno 373. cum vehemens ac longa hiems adhuc sæviret; Sanctissimus ecclesiæ Antioche-

A N N O 372.

Ibid.

Peramicæ scribit Eustathio.

ep. 99. n. 3.

Sanctissimus presbyter Cæsarea transit.

Epistola Basilii ad Firminum & Firmini responsio.

Jovinum rogat Basilium ut se invitet.

Proditur a discipulis Eustathii. a ep. 223.

ANNO 372.  
Per eum agit Basilii de legatione Romam mittenda.  
a ep. 120.

næ presbyter contulit se ad S. Meletium in Armenia exulantem. Cæsarea (a) transiens cum Basilio de rebus Orientis ac de pacificandis ecclesiis communicavit. Allatæ etiam Basilio fuerunt ante illius adventum, vel forte etiam per ipsum Sanctissimum litteræ S. Eusebii Samosatensis, qui hortabatur, ut iterum in Occidentem de certis quibusdam ecclesiasticis rebus scriberetur, ac Basilium rogabat, ut epistolam ipse scriberet, omnesque communicatores subscriberent. Sed Basilii, cum minus reperiret, quomodo his de rebus differeret, commentarium, quod Samosatis missum fuerat, misit ad S. Meletium, oblata facultate Sanctissimi: eumque rogat, ut ipse his de rebus scribat: assensum pollicetur ac suam etiam operam, ut scriptum ad communicatores celeriter perferatur, ita ut is qui in Occidentem iturus est, cum omnium subscriptionibus proficisci possit.

rom. 9. p. 219.

Presbyter ille Sanctissimus idem studium anno 375. & 376. in colligendis episcoporum subscriptionibus adhibuit, sed felice successu. Bis enim missus est in Occidentem cum Orientalium litteris, nempe annis 376. & 377. Hunc Tillemontius ob latinum nomen Occidentis potius, quam Orientis presbyterum fuisse suspicatur: ejusque adventum litterarum, quas anno 372. Sabinus ex Oriente retulerat, fructum videri posse. De illius autem colligendarum subscriptionum studio dubitat, utrum id sua sponte fecerit, an acceptis a Romano episcopo mandatis. Sed improbabilis prorsus doctissimi viri conjectura. Non enim Roma venerat Sanctissimus, sed Antiochia, eique narrandum relinquit Basilii quid Antiochiæ gereretur. Ejus viæ finis erat Armeniæ locus, ubi exulabat Meletius, ut patet ex his verbis epistolæ ad Theodotum: desideratissimus frater noster Sanctissimus compresbyter ad vos usque iter suscepit. Hinc diu apud Meletium mansit. Erat ergo ecclesiæ Antiochenæ presbyter; aut certe ecclesiæ Orientalis, quæ bis illum in Occidentem misit. Neque huic sententiæ obstat nomen latinum Sanctissimi. Nam interdum ejusmodi nomina ferebant Orientales, velut ille Sacerdos ecclesiæ Cæsariensis presbyter, de quo Gregorius Nazianzenus in pluribus epistolis, & Innocentius episcopus ad quem dux Basilii epistolæ.

Faustus ordinatur ab Anthimo contra canones.  
a ep. 121.

ep. 99. n. 4.

II. Eadem de re aliam Basilii epistolam ad Theodotum (a) Nicopolitanum pertulit Sanctissimus: sed in ambabus ad S. Meletium & Theodotum epistolis aliud agitur negotium non parvi momenti. Pacem anno 372. composuerat Basilii inter Satalensem populum & episcopum Cyrillum. Sed postea recruduit vulvus, & Faustus quidam, qui erat cum Papa, id est, in domo illius viri vel amicitie causa vel ad ministerium aliquod non ignobile versabatur, attulit ad Basilium litteras ab hoc Papa, quibus rogabatur Basilii, ut Faustum ordinaret episcopum. Negavit Basilii se quidem ejusmodi facturum sine testimonio Theodoti & aliorum Armeniæ episcoporum. Tum Faustus ad Anthimum Thyanensem se contulit, qui quamvis pacem cum Basilio dudum fecisset, tamen oblatam potestatis suæ exercendæ & molestiæ Basilio exhibendæ occasionem non dimisit, ac Faustum ordinavit episcopum in locum Cyrilli, non expectato episcoporum Armeniæ suffragio, & Basilii in canonibus observandis irrita diligentia. Rediens Faustus iterum Cæsarea transit, sed cum Basilii ad communionem non admi-

lit, eique denunciavit se cum eo, nisi litteras Armeniæ episcoporum afferat, numquam communicaturum, ac suos unanimes in eandem sententiam adducturum. Ne id quidem Fausto ejusque sociis honoris habuit Basilii, ut eis aliquam ad Armeniæ episcopos epistolam committeret: sed postquam abiire, Meletium & Theodotum totius rei certiores fecit per Sanctissimum. Primum rogat, ut det operam ne mendacia ab ejusmodi hominibus spargantur, & quomodo res acta sit ipse aliis nuntiet. Videtur cum his duabus epistolis Sanctissimus tertiam, quæ est ad Pœmenium Satalensem, pertulisse. Rogat illum Basilii, ut ad se scribat utrum res sanari necne possit: ac si vitam Fausti laudabilem reperiat, tribuat ei testimonium & alios ad idem faciendum hortetur. Quod si malum insanabile judicet, id quoque ad se scribat; nullam enim se Fausti deinceps rationem habiturum.

De ep. 122.

III. Tum cum hæc scriberet Basilii, sperabat inita de se Antiochiæ consilia brevi ad exitum perductum iri. Rem paucis indicat in epistola ad Meletium: necesse non existimans pluribus edisserere, quod Sanctissimus Antiochia recens profectus narrare poterat, ac forte ipsa etiam fama nuntiaverat. Ad hanc exilii expectationem pertinet epistola ad Urbicium monachum, quem ad se venturum Basilii speraverat, sed peccatis suis assignat, quod hoc malorum suorum partim præsentium, partim impendentium solamen non habuerit. Hac præcipua utitur tot ærumnarum levatione, ut tempori cedat, seque persecutoribus subducat: sed tamen urget Urbicium ut tandem ad se veniat vel consolaturus, vel consilium daturus, vel proficiscentem deducturus. His postremis verbis indicat imminens exilium, ac summam ab amicis solitudinem. Revera ab ejus domo non ita pridem aufugerant Eustathii discipuli, quos pietatis specie deceptus vitæ suæ solatium ac præsidium esse ducebat. Unde ad hoc tempus referendam censuimus epistolam ad Theodotum, quem rogat Basilii ut ad se veniat, seque vitæ tam ingrati trahere significat, eo quod ab amicis disjunctus sit. Videtur ille Theodorus fuisse monachus, & in eodem monasterio cum iis vixisse, quos Basilii illius fratres appellat, quorumque in conspectu imaginem ipsius Theodori sibi visus est intueri.

Basilii exilium imminet. Ejus litteræ ad Urbicium & Theodorum.  
a ep. 120.

De ep. 123.

De ep. 124.

IV. Magnos tumultus in Armenia excitavit Fausti ordinatio, sed tamen videtur Pœmenius Basilio scripsisse laudabilem illius esse vitam, nec vitium ordinationis insanabile. Forte etiam, ut eum rogaverat Basilii, alios Armeniæ episcopos ad idem testimonium Fausto tribuendum adduxit. Unde Basilii iter in Armeniam suscepit, ut (a) malo aliquid remedii afferret. Plurimum (b) molestiæ sustinuit Nicopoli, sed ei in his rerum difficultatibus versanti peropportune supervenit Jovinus Perrhæ episcopus, S. Eusebii Samosatensis discipulus, qui Basilium acriter quidem defendit, sed præcipue ad canonum defensionem incubuit. Basilii non id quidem omnino consequutus est quod sibi proposuerat: nam reversus Cæsaream, his quæ contigerant afflictam esse ecclesiam Cæsariensem & consolatione egere testatur in epist. 126. sed tamen videtur aliquid promovisse. Nam & plurimum utilitatis se percepisse dicit ex Jovini adventu; & acceptas injurias narrare noluit Eusebio in epist. 127. ne videretur homines sibi amicos animis

Iter Basilii in Armeniam.

a ep. 126.  
b ep. 128.

mis-immutatatis factos, culpæ commemoratione A quodammodo notare. Sine ratione Tillemontius Atarbiū his verbis vel Theodotum designari putat. De Atarbio mox videbimus quam non amicus Basilio factus tam cito fuerit. A Theodoto autem nihil molesti videtur accidere potuisse Basilio, cum uterque eandem causam defenderet, ac utriusque iura pariter fuissent ordinatione Fausti violata. Præterea peramicè inter se Basilius & Theodotus de proponenda Eustathio fidei formula deliberarunt. Solus ergo Anthimus culpam sustinebat: ex eo malum omne ortum, ut per B spici potest ex superioribus epistolis, in quibus ejus agendi ratio non leviter perstringitur. Sed cum Basilius esset ad deponendas injurias promptissimus, cito ei placatus est, nec eum in hac ad Eusebium epistola commemoratione culpæ notare voluit, quia jam facta erat inter eos gratia, vel saltem, si nonnullorum codicum scripturam sequimur, jam facti cœpta; sive Nicopolim venerit cum Basilio Anthimus, sive Cæsaream reversum inviserit, aut aliquos ex suis miserit. Certe eum vocat unanimem suum Basilius in epistola 210. anno 375. scripta. Hæc autem sive reconciliatio, sive reconciliationis initia ante reditum Jovini contigerunt. Verissime est enim Jovinum, quem tanto studio invitaverat Basilius, non statim ab eo dimissum, sed Cæsaream deductum, ut ecclesiam Cæsariensem inviseret. Is abiens detulit epistolam 227. quæ est ad S. Eusebium.

V. Circa idem tempus scripta epistola 226: ad Atarbiū episcopum, quocum se Basilius Nicopoli congressurum, & de rebus magni momenti aduram sperabat. Audierat enim Atarbiū ea in media ecclesia ausum esse, quæ hæc ænus inaudita erant, id est, ut ex his, quæ sequuntur, intelligitur, Basiliū gravissimis contumeliis & convitiis exagitasse. Atque hæc quædam esset gravis & molesta erant, tolerabilia tamen videbantur, utpote in hominem gesta, eumque a vindicta alienum, nec quidquam magis metuentem, quam ne culpa sua aliquid noxii populo Dei eveniat. Ad doloris stimulos acriter admovit, quod ad eum quidam honoranda ac fide dignissimi fratres detulerant, Atarbiū novitates in fidem inducere, & sanæ fidei contraria, ac Sabellianæ hæresis æstima docere. His de rebus cum Atarbio colloqui volebat, sed suo Nicopolim adventu didicit eum summa celeritate excessisse. Permolestum id Basilio accidit, ac ubi Cæsaream rediit, scripsit Atarbio epistolam 226. eumque monet, ut modico itinere confecto ad se veniat, ac plene de his rebus satisfaciens, & se & ecclesias tum iis quæ acta fuerant, tum iis quæ ab Atarbio dicta forebantur, afflictas consoletur.

VI. Atarbiū in Armenia episcopum fuisse existimat Tillemontius; quæ quidem opinio prima specie admodum probabilis. Is enim Nicopolim ad synodum sive ad conventum venit; eique Basilius venturum se in sermonem Nicopolim sperabat. Sed tamen legitur in duobus antiquissimis codicibus Medicæ & Coisliniæ, Atarbio Neocæsarea. Multa sane concurrunt hæc scripturam confirmantia. 1. Neocæsariensis episcopus erat Basilius consanguineus, ut videre est in epistola 210. n. 4. At querela & expositio Basilius in epist. 61. quod ad se majorem nec Atarbius non prior scripsisset, argumentum est intercedentis inter eos aliojus necessitudinis, ita ut jus suum Basilius non ex sedis dignitate,

sed, ut inter propinquos fieri solet, ex ætate repeteret. 2. Multa dicit Basilius & in hac epistola 226. & in sexagesima prima, quæ Neocæsareæ melius conveniant, quam obscuræ alicui in Armenia ac forte etiam remotæ civitati. Vicinitatem indicat, dum Atarbiū monet, ut parvo itinere confecto ad se veniat. Sic eum hortatur in epistola 61. ad pacem ecclesiarum studio & opera sua stabiliendam, ut magnæ alicui civitati videatur præfuisse. Constat etiam ex ejus animo eandem opinionem evellere, quam Ponticis episcopis illustrasse perspicimus ex epistola 203. n. 1. ut se regionis situ ab hæreticis procellis tutos, aliorum communionem credere non indigere. 3. Ut Atarbiū in hac epistola, ita in tribus aliis, nempe 204. 207. 210. Neocæsariensem episcopum Sabellianæ hæresis nomine Basilius accusat. 4. Tota Atarbius agendi ratio Neocæsariensem episcopum omnino redolet. Basilius episcopo Neocæsariensi in epistolis 204. & 207. idem ac Atarbio in hac 226. exprobrat, quod suum fugiat congressum. Atarbius medita in ecclesia Basiliū gravissimis contumeliis vexabat. Eum Neocæsariensis episcopus in concionibus omni maledictorum genere lacerabat, & somnia quædam sibi divinitus oblata fingebat, ut Basiliū in suspensionem pravæ doctrinæ vocaret. His addere possumus quæ a Basilio Neocæsariensibus eorumque duci exprobrantur, divitiorum silentium & producta per totam hominis vitam odia. Hæc optime congruunt Atarbio, qui litteris perhonorificis a Basilio provocatus non modo non respondit, sed etiam omnem in Basiliū acerbissimam effudit. His rationibus momentis, vetustissimorum codicum auctoritate conjunctis adducor, ut Atarbiū episcopum Neocæsariensem fuisse existimem.

CAPUT XXVII.

L. Formula a S. Basilio proposita subscribit Eustathius, sed paulo post omnia perturbat. II. S. Eustathius nascentem discordiam sedare conatur: III. Eustathius a Basilio communionem discedit, eumque famoso libello lacerat. IV. Tres ea de re Basili litteræ. Quo anni tempore hæc acta & scripta sunt. V. Basilius nondum liber ab exilio nititur. Ejus sententia de legatis Romanis mittendis. Scribit Abramio per Sanctissimum epistolam 132.

I. Nicopolitanum iter initium dedit aliis rebus, quæ in vita S. Basili existant & eminentissime maxime. Post discipulorum Eustathii facinus, quod supra narravimus, refrixit aliquantum Basiliū inter & Eustathium amicitia, sed tamen speciem quamdam inter se consuetudinis retinebant, ac semel & iterum ita de dogmatibus colloquuti sunt, ut inter se consentire viderentur. Duo autem illi de dogmatibus congressus si post prodicionem habiti fuere; necesse est ut dicamus Basiliū euntem Nicopolim ac redeuntem eum Eustathio colloquutum esse.

Illud autem certo constat Basiliū hoc anno perfecisse, quod proxime elapso morositas Theodoti interpellaverat, ut cum Theodoto de proponenda Eustathio fidei formula deliberaret. (1) Sperabat enim se duo una & eadem opera creaturum, si Eustathius compareret ipsi Theodoto formulæ subscriberet; se ab inimicorum calumniis, ipsam Eustathium a Theodoti querelis & suspensionibus liberam & solutum fore.

Atarbius calumniis appetit Basiliū. Ipse hæresis Sabellianæ accusatur.

Hunc Neocæsariensem episcopum fuisse ostenditur.

ep. 207. n. 1.

ep. 204. n. 1.

ep. 61.

Formula a S. Basilio proposita subscribit Eustathius, sed paulo post omnia perturbat.

ep. 240.

ep. 2.

ANNO  
373.  
Ibid.

Ipse enim Basilii multum ponit discriminis inter Theodotum, qui solo fidei studio movebatur, & inimicos ac obrectatores suos, quorum perpetuis calumniis materiam dabat conjunctio cum Eustathio. Purgaverat se semel & iterum Basilii: sed cum nihil promovisset, postulanti Theodoto, ut fidei formula Eustathio proponeretur, libenter annuit. Scripta ergo fides Nicopolis conjuncte cum Theodoto, ac forte etiam cum aliis episcopis. Hanc enim synodicam appellat Leoortus. Perferendæ ministerium suscepit Basilii: subscripsit Eustathius eum Frontone & Severo chorepiscopo & aliis nonnullis clericis. Hæc formula inter Basilii epistolæ numerata est, estque centesima vigesima quinta. Præter Nicænam fidem ea continet quæ ad perspicendam Eustathii de Spiritu sancto fidem necessaria videbantur.

lib. 1. in Nestor. & Eustathio

pp. 130.  
pp. 244. n. 2.

Postquam subscripsit Eustathius, indictus est alius locus, aliudque tempus iterum conveniendi, ut cognoscibus paræciæ episcopis insignior esset animorum conciliatio, ac deinceps suspicionibus locus præcluderetur. Adfuturum se promisit Eustathius & discipulos adducturum. Ait Basilii suum fuisse locum illum qui designatus est, id est, agrum episcopo Cæsariensi subjectum. Videtur vocatus fuisse Colonia. Huc enim refero quod legitur in epistola 128. *Et nisi pacis studio non abnegaverim venire Colontiam, non mihi pacifectur vita.* Repellit his verbis Basilii criminationes Eustathii ejusque amicorum, qui ipsam malo animo hanc pacificationem suscepisse dicebant. Quamobrem Colonia, quo se pacis causa venisse asseverat, ipse ille locus intelligi debet, ubi conventus episcoporum indictus.

pp. 223. n. 7.

pp. 244. n. 2.

Quamvis Basilii, cum formulam Eustathio subscribendam proposuit, fidem illius suspectam non haberet, sed hoc unice spectaret, ut amicorum suspicionibus & inimicorum occurreret calumniis; ea res tamen Eustathii furoræ accendit, iisque hanc primam incensam labis significationem dedit, ut ad diem & locum adesse nollet. Adfuit autem Basilii diligenter, & cum ejus amici partim adessent, partim accurrerent, scripsit ad Eustathium ejusque amicos, & misit qui episcopos advenisse nuntiarent. At ex parte Eustathii nemo aderat, nemo illius adventum præsumptabat, & qui a Basilio missi fuerant ad Eustathium, plurimam illic tristitiam & indignationem, quasi nova fides a Basilio proposita fuisset, se animadvertisse narrarunt, atque ex Eustathii discipulis audisse, cum dicerent numquam se passuros, ut ad designatum locum Eustathius se conferret. Venit tamen aliquis perfunctoriam Eustathii epistolam ferens, nec de iis quæ ab initio constituta fuerant, quidquam habentem. Misit etiam Theophilus Castabatorum episcopus aliquem ex suis, qui Basilium convitiis perfunderet: neque enim scribere dignatus est; non tam metuens ne ex litteris argui posset, quam ne in necessitatem veniret Basilii appellandi episcopi. Sic re infecta Basilii & episcopi, quos convocaverat, mæsti discesserunt.

pp. 130.

Liquet ex his quæ narravimus Theophilum Sebastii fuisse, cum a Basilio venire, qui de episcoporum adventu nuntiarent. Cum hoc Cælicæ episcopo Eustathius in Basilium frequentissimis in concionibus invehebarur, quasi Basilii populi animis aliena ab ipsius Eustathii doctrina inferuisset dogmata. Huic criminationi locum videtur dedisse non tam subscripta ab Eustathio,

A Basilii petita, fides Nicæna, quam a Basilio, dum Sebastia transiret, palam & aperte, non ex re & sententia Eustathii, populo prædicata. Non enim dubitandum est quin Eustathius hunc honorem Basilio habuerit, quem episcopis in aliena ecclesia deferri mos erat, ut eis populus erudiendus traderetur.

II. S. Eusebius Samosatensis, cum moleste ferret hoc amicorum dissidium, (a) medium se inter utrumque interpoluit, ac pacem conatus est facere, Egred cum Eustathio, ut is fidem suam purgaret, & ab eo accepta de fide responsa misit ad Basilium, quem etiam ad pacem hortabatur, & humilitatis significationes ab eo reposebat.

S. Eusebius nascentem discordiam sedare conatur. p. 128.

Ibid. n. 2.

Respondet Basilii se pro pace vitam profunderi paratum esse: sed veram pacem, quæ a Domino relicta est, exquisere. Ab Eustathio autem nihil offerri quod ejusmodi pacem conciliare possit: ab eo enim questum esse ab initio, utrum a communione arceat eos, qui fidem Nicænam non recipiunt, & cum iis, qui Spiritum sanctum creaturam dicere audent, partem habere nolit: cui questionem eum respondere ad verbum debuisset, in illas verborum ambages deflexisse, quas miserat Eusebius, itaque rogat Eusebium Basilii, ne se ejusmodi cavillationibus decipi cum aliis patiatur. Adeo autem exploratum erat Basilio de Eustathii astutia, ut in se omnem dissidii culpam conferri patiatur, si Eustathius adduci possit, ut communionem cum fidei hostibus clare & perspicue confiteatur aut ejuret. Quamdiu autem in hoc mediis hominis statum perstabit, nunquam se cum eo communicaturum declarat. Non tamen ab iis qui fidem non recipiebant, omnino discedendum putat; sed quomodo curandi sit & reducendi exponit. Eximia virtus S. Eusebii & studium fidei, quod in eo summum existit, dubitare non sinant, quin Basilium hæc in causa longe Eustathio prætulerit. Hinc eum Basilii hoc ipsam, ut hominem de Eustathio, ut par est, sententiam consuluit, quid clericis Eustathii opem suam, detecto episcopi sui ulcere, implorentibus respondendum esset.

III. Non hic steterunt Eustathii in Basilium injuriæ. Graviora postulat inimicum tempus Basilii virtuti. [a] Quærebant illius animam Ariani, eorumque molitiones brevi optatum exitum habituræ videbantur. Quare interim non erat Eustathio, conjunctum eum Basilio videri: contra maxima apud Arianos commendatio, capitaliter ab eo dissidere. Paulo post ea quæ narravimus, abiit Eustathius in Ciliciam ac Gelasio cuiusdam eam fidem exposuit, quam solius Arianus erat scribere, & si quis Arianus similis. Inde reditus & statim litteræ communionem Basilio renuntiantes:

Eustathius a Basilii communionem dicitur, eumque famoso libello lacerat. p. 120.

pp. 244. n. 2.  
pp. 130.  
pp. 244. n. 3.

pp. 226. n. 2.

has litteras attulit Eustathius chorepiscopus, quas cum tradidisset cohorti Vicarii, ac dies tres in urbe commemoratus esset, ad sua reversurus, multo jam vespere dicitur ad Basilii ades venisse. At eum dormire cum audisset, abiit nec postridie ad eum accessit, sed ad hunc modum suo erga illum expleto perfunctorie officio rediit. Causa ruptæ communionis hæc prætextabatur, quod Basilii ad Apollinarium scripsisset, & presbyterum Diodorum haberet communicatorem. His litteris percussus Basilii nihil respondere potuit: erat enim constriatum illius cor, lingua dissoluta, manus torpebat. Quinetiam fatetur se pene in hunc animi non generosi morbum incidisse, ut odium hominum conciperet, ac susce-

suspectos omnium mores haberet, nec caritatem inter homines, nisi solo nomine, crederet superesse. Nam cum consideraret Eustathium, qui ab infantia ad summam senectutem visus fuerat præclare se gerere, tam levibus de causis in summam discordiam erupisse; non videbat quomodo aliis hominibus consideret; qui nec tanta a se acceperant amoris pignora, nec tanta virtutum specimina ediderant. Itaque litteris Eustathii nihil respondit, non contemptu, sed consilli inopia, & quod nihil dolore dignum eloqui posset. Sic affectum Basilium multo graviora exceperunt. Eustathius palam & aperte virus animi sui in litteris specie quidem ad quemdam Dazinam, quem Basilium religiosissimum fratrem appellat, sed revera ad omnes homines scriptis. Nam intra paucos dies per omnem Pontum & Galatiam dispersæ fuerunt; quinetiam ferebantur ejusmodi litterarum bajuli, Bithynia peragrata, usque ad ipsum Hellepontum penetrasse. Jam septem dies in aliorum manibus erat epistola, cum ad Basilium pervenit. In hoc repudii, ut appellabat Genethlius presbyter, libello, magnæ humilitatis laudem sibi sumebat Eustathius: Basilio autem fastum & arrogantiam, fraudem & versutiam, corruptionem ecclesiarum & animarum perniciem exprobrabat. Querebatur quod chorepiscopos suos recipere nolisset, & quod ex insidiis & malo animo celeberrimam illam fidei confessionem eliquisset. Post has criminationes & alias nonnullas subjiciebantur verba hæretica Apolinarii, tacito tamen auctoris nomine, ut Basilium ipse auctor esse existimaretur.

Putat Tillemontius in iisdem litteris dixerit fuisse in fidem Nicænam, ac Basilium homoou- siastam per ridiculum fuisse appellatum. At non puto Eustathium tam cito ex dissimulationis involucris produisse. Non enim fatebatur se po- nite quod libello, quem ei Basilium proposue- rat, subscripsisset. Quare cum ait Basilium de Eustathio: *Et nunc & de Nicæna detrahunt fi- de, nosque vocant homoouostas*, id referendum videtur ad postremam Eustathii formulam, quam

Cyzici recepit anno 375. Unde Basilium: *Patet autem, inquit, etiam ex illis quæ nunc circumferuntur, condemnatam ab illis esse fidem Nicænam, Viderunt enim Cyzicum & cum alia fide reversi sunt. Et sub finem ejusdem epistolæ: Promoti ad epi- scopatum, ut media incidam, quot fidei formulas ediderunt? aliam Ancyræ, aliam Seleuciæ, aliam Constantinopoli, eamque celeberrimam, Lampfaci aliam, posthac eam quæ Nice in Thracia edita est, nunc rursus aliam Cyzici, ejus quidem reliqua igno- ro, sed hoc tantum audia, eos silentio consubstantiali indico, simile secundum essentiam nunc inferre, atque una cum Eunomio blasphemias in Spiritum sanctum conscribere. Hæc ergo Cyzicena formu- la, quæ de fide Nicæna aperte detrahebat, inter formulas, quibus subscripsit Eustathius, postre- ma est.*

Præter litteras ad Dazinam, quas suo nomi- ne vulgavit Eustathius, sparavit etiam in vulgus epistolam Basilii ad Apolinarium. Sed eam pro- ferebat, non ut a Basilio scripta fuerat, sed adulteratam, forte ab ipso Eustathio, ut conjici possit ex his Basilii verbis: *Quod si proferunt epistolam, ceterum ante annos viginti quinque ad ipsum (Apolinarium) scriptam, & ne hanc qui- dem ut a me scripta est, sed adulteratam; a qui- bus autem, Deus scit &c.* Corruptam in eo fu- isse putat Tillemontius, quod, cum Basilium ni- hil scripsisset præter amicam salutationem; in

ea epistola, quam Eustathius proferebat, librum de Spiritu sancto peteret ab Apolinario. Huc spectat quod ait in epistola ad Patrophilum: *Non tamen de Spiritu sancto aut librum me ab eo petere memini aut missum accipere.*

IV. Postquam rumor ad sanctum Meletium detulit Eustathii in S. Basilium calumnias, mi- rari se significavit, quod novum Apolinario cri- men inferretur, ac multo magis, ut verisimile est, quod tam indignis modis Basilium Eusta- thius laceraret. Mittit ei Basilium Apolinarii verba famoso libello ab Eustathio subjuncta: ex quo conjectura est nondum hæc oculis suis vi- disse Meletium. Negat Basilium adduci se pos- se, ut hæc Eustathii manu fabricata existimet: seque coactum fatetur fuisse, tum criminationis diluendæ, tum fidei suæ declarandæ causa, Apo- linarium, ut hominem Sabellianæ hæresis affi- nem, notare.

Ex quo Basilium Nicopoli discesserat, ut si- dei formulam ferret Eustathio; nihil prorsus Theodoto, quocum ea de re deliberaverat, ne- que parvum neque magnum de Eustathii rebus scripserat. Reprehensus ob eam rem a Theodo- to negat hanc silentii sui esse causam, quod quæ sibi ab Eustathio acciderant, negligenda duceret, sed quod omnium fama celebrata es- sent. Id enim ipse curaverat Eustathius. Illius injurias breviter enarrat Basilium, ac novum fa- cinus adjungit, quod tamen, ut rumore acce- prum, asseverare non audeat. Ferebatur enim Eustathius reordinare. Quod quidem minus ve- rum fuisse, ac merito assensum cohibuisse Basili- um, ex aliis ejus litteris perspicui potest, in quibus nulla prorsus hujus sceleris mentio. For- te accusandi Eustathii inde nata occasio quod vehemens & immoderatus interdum in hoc ge- nere fuisset. Nam in litteris quas scripsit ad- versus episcopos a quibus depositus fuerat, ne- gabat eos esse episcopos: altaria Basilidis ever- terat, & in propriis sacrificaverat mensis; ac in ecclesiis Amasæ & Zelorum presbyteros & diaconos per se ipse constituerat.

In manus Olympii, qui insignis erat inter Neocæsarienses civis & Basilio amicus, perve- nerunt litteræ Eustathii ad Dazinam; easque statim Basilio perferendas curavit, suspicans id quod usu evenit, Eustathium non tam cito il- las Basilio missurum. Id colligere possumus ex his quæ leguntur sub finem epistolæ ad Olym- pium: *Hæc quidem, inquit, ad missum tomum respondi, ut & ipse veritatem intelligas, & its qui veritatem in injustitia detinere volunt, manife- stam factas.* Exponit ei Basilium quid de acce- ptis ab Eustathio injuriis sentiat, seque nec tres deos admittere nec cum Apolinario communi- care declarat.

Quatuor litteræ, quas recensuimus, nempe 128. 129. 130. 131. referuntur a Tillemontio ad autumnum hujus anni. At profecto primæ, quæ est ad sanctum Eusebium, non solum ante vio- lentas ad Dazinam litteras collocanda, sed etiam ante eas, quas Eustathius e Cilicia rediens scri- psit, ut communionem Basilio renunciaret. Nam 1. erat quidem Basilium, cum ad Eusebium scri- psit, fixus & immotus in consilio Eustathii a sua communionem removendi; ac consilii hujus æquitatem sic defendit, ut nec renuntiatam sibi ab Eustathio communionem, nec famosos libel- los, sed tantum astutias illius & cavillationes caufetur. 2. Eusebium, quem supra observavimus non minus amicum Eustathio, quam ipsum Ba- sili- um,

ANNO  
372.

ep. 244. n.  
3.

Tres ea de  
re Basilii lit-  
teræ.

De ep. 129.

De ep. 130.

ep. 244. n. 6.  
& 251. n. 2.  
& 3.

ep. 226. n. 6.

ep. 223. n. 7.

De ep. 131.  
n. 2.

Quo anni  
tempore  
hæc acta  
& scripta  
sunt.

ep. 244. n.  
5.

ep. 223. n.  
7.

ep. 224. n.  
2.

ep. 226. n.  
3.

ep. 226. n.  
3.

ep. 244. n.  
3.

ep. 224. n.  
7.

A N N  
373.

filium, fuisse, sic discordiam inter utrumque sedare instituebat, ut ipsum Basilium quodammodo reprehendere, & illius hac in re humilitatem requirere videretur. Id patet ex his verbis Basilii: *Tunc a me humilitatis significationem reposce.* Non ergo viderat Eusebius epistolas illas Eustathii, quarum una communionem renuntiabat ob salutarum olim per litteras Apollinarium; altera horrendis criminationibus referta erat: utraque, si minus spem omnem auferret pacis faciendæ, at certe accusandi Basilii & humilitatis ab eo reposcendæ locum nullum relinquebat. 3. Eustathius, cum scripsit Eusebio, Basilii communionem ad se retrahere volebat ambiguè responsis, nedum illi communionem ipse prior renuntiasset, aut in oculis totius nempe Orientis notam impietatis inuississet.

Existimat Tillemontius Basilium, postquam Eustathium vidit ad extremas iracundiæ significationes effertur, nonnullas ei pacis condiciones tulisse, easque declinasse ac subterfugisse Eustathium. Sed ex quo Eustathius indistinctum congressum locum adire noluit, nullus jam Basilii cum eo congressus existit, nullæ prorsus ad eum litteræ. Sed cum Eusebium rogat, ut eorum quæ ab initio proposita fuerint meminerit, ea intelligit quæ Nicopoli rediens Eustathio proposuerat, nempe utrum eos, qui non recipiunt Nicænam fidem, arceamus a communione, & utrum cum illis, qui creaturam dicere Spiritum sanctum audent, partem habere volumus. Hæc enim totidem verbis habemus in formula fidei, cui a Basilio propositæ subscriptæ Eustathius.

Quod spectat ad tres alias epistolas, scriptæ sunt post epistolam ad Dazinam, de qua mentionem faciunt: sed non multo post scriptæ videntur. Respondet enim Basilium Meletio & Theodoto, qui suum ex Eustathii facinore stuporem significaverant, statim atque ad eorum aures pervenit. Præterea patet ex epistola ad Meletium, nondum tunc abjectum fuisse consilium scribendi in Occidentem, quod in litteris hac ætate scriptis penitus evanuisse videbimus. In epistola autem ad Olympium improbitas Eustathii pene adhuc utriusque Basilii auribus tinnitum inferebat. Ipse Olympius, cum scriberet Basilio, dubitabat an epistola ad Dazinam in ejus manus pervenisset. Unde adductus est, ut illam Basilio mitteret.

Videtur ergo totam hanc tragediam egisse Eustathius a diebus Paschæ usque ad mensem Junium. Nihil enim habent litteræ, quas recensimus, de gravissimo morbo, quo Basilium hac ætate laboravit: & cum eum morbus detinuerit per duos menses (nondum enim sanatus erat die quinquagesimo) ac tandem aliquantum recreatus, festum S. Euphychii die septimo Septembris celebraverit, serius mense Julio ineunte in morbum incidere non potuit, ac proinde litteræ quæ hunc morbum antecedunt ad Junium referendæ, & totius historię initium, id est, Basilii iter in Armeniam statim post Pascham collocandum.

Ad idem tempus, quo spem pacis nullam reliquerat Eustathius, refert Tillemontius hanc brevissimam Gregorii Nazianzeni epistolam ad Amphilochem. *Non barbaricum est inimitabile tuæ probitatis edictum, sed græcum, imo christi- num. At Armenius, de quo gloriaris, barbarus plane est, ac longe a nostra laude & gloriatione remotus.*

ep. 162. pag. 875.

Basilium nondum liber ab exi-

V. Ad hæc Eustathii calumnias illud accedebat, ut nullum prorsus diem ab exilii minis so-

lutum Basilium haberet. Impetraverant ab Imperatore Ariani, ut is eorum voluntati traderetur. Sed antequam scriberet (a) ad Meletium Basilium, nuntiaverat quidam ex aula veniens, hoc decretum mutatum fuisse, ac jussisse Imperatorem, ut aliqua dilatio fieret, Itaque quid futurum esset, omnino incertum erat.

lii minis. Eius sententia de legatis Romam mittendis. a ep. 129. n. 2.

Mirabatur in eadem epistola Basilium, quod tamdiu Sanctissimus apud S. Meletium moraretur. Sed cum spes mittendæ in Occidentem legationis cito evanuerit, ut modo videbimus, vix dubium est, quin nulla eum jam his in locis detinente causa, initio æstatis redierit. Attulerat enim Meletio commentarium S. Eusebii de hac mittenda legatione & litteras S. Basilii, qui S. Meletium rogabat, ut epistolam ad Occidentales exararet. Valde enim probabat Basilium legatos in Occidentem mitti, sed neque in commentario quod miserat S. Eusebius, neque ipse sua sponte quidquam reperiebat, quod rem causamque contineret: propterea quod necessaria jam præoccupata erant, superflua autem scribere prorsus inutile, & de iisdem rebus molestiam exhibere ridiculum videbatur. Hæc tantum videbatur illi intacta esse materia, si morderentur Occidentales non sine judicio ac delectu communionem iis, qui ex Oriente veniunt aut scribunt, concedendam esse: sed semel una parte electa reliquos ex testimonio eorum, quibus concessa fuerit communio, admittendos: si enim nullus in his rebus habeatur delectus, usu eventurum, ut hæresis magis accendatur, dum ii, qui inter se maxime dissentiunt, communionem Occidentalium pari jure retinent, & acceptas ab ipsis litteras sibi mutuo objiciunt.

ep. 120.

ep. 129.

Redeunti Sanctissimo Basilium epistolam dedit ad Abramium Batnorum in Mesopotamia episcopum, cujus nomen legitur inter episcopos Orientales in epist. 92. Venerandus ille episcopus Basilium ab initio dilexerat, id est, ex quo sese inter se noverant, ideoque Basilium sæpe ad eum scribere optasset; sed cum eo Batnis ejecto, varii rumores ferrentur, aliis eum Samosatensis, aliis rure esse, aliis circa Batnas ipsas versari narrantibus, hæc varietas nuntiorum Basilium ab autumno suspensum & sollicitum tenebat. At ubi eum didicit Antiochiæ in ædibus Saturnini comitis commorari; tum vero libenter facultate Sanctissimi usus est ut eum salutaret.

Scribit Abramio per Sanctissimum epistolam 132.

Hanc autem epistolam hoc anno collocare malui quam anno 376. quo plures ejusmodi litteras Basilii pertulit Sanctissimus. Istæ enim de lætis rebus ex Occidente allatis scriptæ sunt. In hæc autem nihil prorsus ejusmodi. Præterea cum Sanctissimus non redierit anno 376. nisi autumno jam affecto; non tunc dixisset Basilium se sollicitum ab autumno fuisse; jam enim totus annus effluxisset.

CAPUT XXVIII.  
I. S. Basilium scribit Petro Alexandrino, Pæonio, & Diodoro. II. Incidit in gravissimum morbum & scribit S. Eusebio. Rumor de illius morte. Ad aquas calidas proficiscitur, unde scribit Antipatro. III. Invisitur ab Evagrio & S. Hieronymo. Implorant ejus præsidium Sebastienus orthodoxus. Vocatur ad electionem episcopi Iconiensis. IV. Die morbi quinquagesimo scribit S. Eusebio, ac non multo post Alexandrinis & Antiochenis. V. Duæ S. Eusebii litteræ, quibus respondet Basilium. Quo sensu Bosporium sibi adjunctum nuper fuisse dicit. VI. Nulla hoc anno Romam missa legatio.

I. Cum migrasset in cælum S. Athanasius die secun-



S. Basilius scribit Petro Alexandrino, Pœonio, & Diodoro.

secunda Maii hujus anni 373. eique Petrus magno ecclesie Alexandrinæ plausu successisset; Basilius acceptis illius de more literis respondit per epistolam 133. in qua declarat quanti faciat amicitiam Petri, quam non corporei oculi, sed donum Spiritus sancti conciliaverat. Minime dubitat quin Petrus, ut tanti viri alumnus, ac longa illius consuetudine usus, eodem spiritu incedat, ac eadem dogmata sequatur. Obtestatur ut Athanasii in se amorem cum cæteris rebus excipiat, ac sæpe ad se scribat, & fraternitatis ubique diffusæ curam eodem studio, ac beatissimus ille vir, suscipiat. Cum hæc scriberet Basilius, nondum allatus erat in Cappadociam persequutionis statim post Petri ordinationem excitatæ nuntius.

ep. 136

Videtur statutum habuisse Basilius statim post Pascha Eusebium Samosatensem invisere. Sed ei tot impedimenta supervenerunt, ut desiderium suum explere non potuerit. Eustathius diaconus in gravem morbum delapsus, detinuit eum per totos duos menses, dum diem ex die illius valetudinem exspectat. Deinde omnes qui cum Basilio erant, id est, clerici in ejus domo degentes, ægrotarunt; ac postremo ipse Basilius longa & periculosa ægitudine correptus.

De ep. 134. ad Pœonium.

Ad illud tempus, quo ægrotabant Basilio clerici, videntur referri posse epistolæ 134. & 135. altera ad Pœonium presbyterum, altera ad Diodorum Antiochiæ presbyterum. Pœonius tum primum ad Basilius scripserat, ejusque accepta epistola Basilius silentium præteriti temporis moleste tulit, eumque ut pergat scribere hortatur. Negat sibi ullum adesse calligraphum aut tachygraphum; quos enim exercuerat, horum alii ad pristinum vitæ institutum redierant, alii diuturnis morbis afflicti labores ferre non poterant.

De ep. 135. ad Diodorum.

Diodorus presbyter, cum duos libros in dialogorum morem contra hæreticos scripserat, ac Basilio legendos & examinandos misisset; suam ei sententiam Basilius sine suco exponit; ac in secundo quidem multa laudat, in primis simplex nec elaboratum dicendi genus, Christiano maxime congruens; in altero autem qui longior erat, illud reprehendit, quod, cum personas indefinitas Diodorus induceret loquentes, adversariorum vituperia, nostrorumque laudes interzeret. Proponit ei exempla cum Aristotelis & Theophrasti, qui in dialogis scribendis statim res ipsas aggrediuntur, nec Platonicos lepores imitari audent, tum etiam ipsius Platonis, qui ubi personas indefinitas inducit, id quod fecit in legibus, non jam eas comico more describit, nec quidquam admisceat sermoni, quod personarum proprium sit. Fatetur itaque Basilius, ubi persona in deteriore parte omnibus cognita subijcitur, nonnulla ex illius indole orationis posse intexi, si tamen Christianum deceat personas omittis rebus vituperare. At ubi personæ indefinitæ differunt, ejusmodi ad personas excursibus orationis seriem frustra interrumpi. Hæc Basilius ingenue, ut æquum judicem decebat; nec ut scripta corrigeret Diodorus, sed ut esset deinceps in scribendo cautior. Illum enim sperat plura scripturum, Primum ei librum remittit, alterum servat, describere volens, nec copiam habens tachygraphi. Causam non affert, cur careat tachygrapho: sed videtur eadem, ac in superiore epistola, existisse. Deinde vero quod addit, *Ad tantam enim penuriam invidendæ Cappadocum res devenere*, cum optime convenit in hunc annum 373. quo recentés adhuc erant ca-

alamitates ex divisione Cappadociæ ortæ; tum vero non obscure indicat, cur librarii, ut est in superiore epistola, ad pristinas artes rediissent. Id enim ut facerent, videtur eos coegisse difficultas comparandi victus ex ejusmodi arte, cui in summa egestate, ac litteratorum hominum luctu, quorum plerique urbem reliquerant, non plurimum loci esse poterat. Præterea cum dicat Basilius, sibi nec per valetudinem, nec per negotia scribere licere, id argumento est eum ad opus de Spiritu sancto, quod anno 374. elaborare incœpit, nondum tunc animum adjunxisse.

II. Basilius post clericos suos tam gravi morbo correptus est, ut cum illius magnitudinem non posset exprimere, ex ipso consuetæ valetudinis statu dijudicandam relinqueret. Ait enim se, dum valere videretur, infirmioreni iis fuisse, quorum salus desperatur: unde non illepide colligit habitus mutationem, non morbum, sed præclarissimam valetudinem esse debuisse. Discimus ex epist. 141. nihil ei magis obtitisse, quominus vires repararet, quam inustum ex molestis Ecclesiæ temporibus dolorem, Forte idem dolor totius morbi causa existit. Nam præter horrenda Eustathii facinora, non parum angebatur quod ab ipsis episcopis, quibuscum communionem conjunctus erat, nihil auxilii ad res ecclesiasticas acciperet. In epistola 136. quam Clecto affixus scripsit ad Eusebium, ingemiscit, quod episcopi, dum suæ quisque securitati consulunt, parum curent quæ ad proximum spectant, nec rebus communibus male cadentibus privatas simul perire intelligant. Fatetur non indicente Eusebio hæc fieri: eum enim omnia velut ex specula quadam prospicientem, alios & litteris & sermonibus adhortatum esse, nihilque intentatum reliquisse; atque illius monitorum memoriam, ut quæque res accidit, oculis observari, sed non idcirco res communes adjuvari. Sic desertus ab episcopis Basilius, statuerat extra ecclesiastica esse tela, id est, ut ait supra in epist. ad Urbicium, inimicorum furoris se subducere, cum se imparatum & inermem videret: ac ipsum illum Eusebii conspectum & colloquium, a quo eum suorum morbi ac deinde suus abstraxerant, non ad communem, sed ad propriam suam utilitatem quærebat. Scripta est hæc epistola antequam Basilius aquis calidis uteretur, quo remedio usum se esse dicit in sequentibus epistolis.

Ante illud iter, quod Basilio ad aquas imperarunt medici, videtur contigisse quod ipse narrat in epistola 141. Audito ejus mortis nuntio, venerunt episcopi Cæsaream; sed vivus ab eis deprehensus, etiam atque etiam eos adhortatus est ad Ecclesiæ defensionem, ac Dei judicium eis ante oculos posuit, id quod jam antea per litteras præstiterat.

Tum cum aquis calidis curaretur Basilius, successit Antipater Maximo præfidi, cui abrogata dignitas fuerat non sine gravissimis injuriis. Scribit (a) Antipatro Basilius morbum suum in hoc maxime molestum sibi esse, quod tanto viro gubernacula patriæ capeffente abesse cogatur. Commendat etiam Præfidi negotium Paladiaz, quam matris loco reverebatur non solum ob generis propinquitatem, sed etiam ob morum probitatem. Circa domum hujus matronæ exortus fuerat quidam tumultus; forte opera unius ex ejus famulis, qui idcirco detinebatur a cohorte. Rogat Basilius ut judicium differatur usque ad suum adventum.

ANN. 373.

Incidit in gravissimum morbum & scribit Eusebio.

ep. 136.

n. 1.

n. 2.

Rumor de illius morte.

Ad aquas calidas proficiscitur, unde scribit Antipatro.

ep. 137.

Jam

ANNO  
373.

Jam totum mensem ad aquas residebat, cum scripsit Antipatro. Videtur protinus rediisse, saltem se ita facturum indicat in hac epistola. Ceterum aquæ non multum illi profuerunt, seque ipse dignum faretur risu, quod proverbium illud non intellexerit, mortuos calidis non juvari. Postquam rediit Cæsaream, adhuc eum febris conficiebat, ac ne quinquagesimo quidem morbi die sedata fuit, sed nutriente materia destituta, & in arida illius carne, velut in ellychnio quodam exusto circumvoluta, marcorem pariebat. Huc accedebat jecur, antiqua illius plaga; & a cibis & a somno excludens, ac tantum sinens vivere, quantum opus erat ad sentiendos dolores. Nec aquæ, nec alia medicorum remedia tantum malum superare potuerunt.

ep. 138. n. 1.

Invisiturab  
Evagrio &  
S. Hierony-  
mo.

ep. 138. n. 2.

III. Post reditum ex aquis & ante quinquagesimum morbi diem Evagrius presbyter, pompeiani Antiochensis filius, qui in Occidentem cum sancto Eusebio Verceilensi profectus fuerat, ibique perutilem Ecclesie operam navaverat, tandem in Orientem rediens Cæsarea transit, ac Basilium invisit. Scripta Romam a Basilio missa tetulit, ut viris illic accuratioribus non placencia ac retrorsum rejecta; petiitque ut epistola Romam scriberetur, ad verbum ea ipsa continens, quæ a Romanis scripta erant; ac legati auctoritate præditi mitterentur, ut Romanis Orientem invisendi speciosa occasio daretur. Non potuerunt hæc Basilio molestissima non esse; non tam propter illius scripta minus honorifice excepta, quam propter consilia Ecclesie pacificandæ nullum exitum habentia. Scripta autem illa, quæ Romanis non placere, videntur aliquod esse commentarium, Sabino commissum, in quo forte Basilius eadem libertate, ac in litteris ad Athanasium, Meletii jura tuebatur. Nam non tam res ipsæ videntur displicuisse, quam quidam scribendi modus non satis accommodatus ad delinendum: unde ab ipsis Romanis exarata epistola, qualem ad se ab Orientalibus scribi oportere judicabant, Evagrium hortatus est Basilius, ut Antiochie cum Dorotheo sancti Meletii presbytero communicaret: promissit Evagrius, ac promissis non stetit.

ep. 136. n. 3.

Hieron. ep.  
3. novæ edit.

idem ep. 2.

idem ep. 1.

Probabile est sanctum Hieronymum Evagrium socium itineris fuisse, & cum eo Cæsaream venisse. Certe Hieronymus circa hoc tempus in Orientem venit. Nam in primis litteris quas suo adventu scripsit, loquitur de confessoribus Ægyptiis, quos Valens hoc anno in Palæstinam relegavit: seque Antiochie una cum Evagrio versari indicat, illius verbis Florentium salutans. Enumerat etiam Cappadociam inter provincias, per quas transit; & cum se fervido Cilicie æstu fractum fuisse testatur; id etiam optime quadrat cum Evagrio, qui Basilium ante mensem Septembrem invisit. Quod si Hieronymus interfuit Evagrium cum Basilio colloquiis, eo magis miror quod his quæ ex Basilio audierat aut traditis oblivioni aut contemptis, nullam partem æqui bonique de sancto Meletio fenserit.

Imploant  
ejus præsi-  
dium Seba-  
stiani ortho-  
doxi.  
Vocatur ad  
electionem  
episcopi  
Iconiensis.  
n. ep. 138.  
n. 2.

Circa idem tempus duo magni momenti negotia Basilio supervenerunt. (1) Qui Sebastiani catholice sentiebant, occulto prævæ opinionis Eusebii ulceri detecto, aliquam a Basilio ecclesiasticam sollicitudinem poposcerunt, id est, ad ejus communionem & patrocinium confugerunt. Illius etiam opem imploravit Iconiensis in Pisidia ecclesia, quæ mortuo episcopo Faustino Basilius invitavit, ut se inviseret ac episcopum daret. Hæc autem collocamus post reditum ex

aquis & ante diem morbi quinquagesimum, quia evenerunt intra illud spatium, quod ab epistola 136. initio morbi scripta, ad epistolam 138. ad eundem Eusebium die quinquagesimo scriptam, effluxit. Nihil enim habet his de rebus epistola 136. quas tamen non videtur omisurus Basilius, si jam tum illum invisisset Evagrius, aut ejus præsidium clerici Sebastiani & Iconiensis ecclesia implorassent.

IV. (a) Quinquagesimo die morbi adventu Cæsaream Elpidius diaconus cum litteris Eusebii summum Basilii videndi desiderium significantibus. Respondit Basilius eodem die, ut patet ex his verbis: *Quinquagesimum hunc diem agebam in infirmitate, cum adventu nobis dilectus ac optimus frater noster condiaconus Elpidius. Declarat se, lectis Eusebii litteris, incitatum fuisse, ut recta ad Syros convolaret, sed non modo id sibi deesse, ut volare possit, sed etiam ut se in lecto convertere. Ceterum morbo suo, quem, ut supra vidimus, describit, diu vexatum, numquam tantum doluisse, quantum nunc, ab eo impeditum, quominus in Eusebii complexum & colloquium veniat. Noverat enim quali careret voluptate, etsi extremis tantum digitis anno præterito dulcissimum mel ecclesie Samosatensis degustaverat. Eo autem videndi Eusebii cupidior erat, quod veram caritatem in Cappadocia non reperiret, aut si quem omnino amantem reperire posset, neminem certe cum Eusebii prudentia & experientia comparandum. Sibi enim illius consilium ad multa opus esse intelligebat: & cum nonnulla essent, quæ scribere non licebat, de his quæ licebat, interim consulit, quid de rebus ab Evagrio propositis sentiendum, quid respondendum Sebastianis, & peregrinas ordinationes an detrectare non oporteat. Rogat Eusebium, ut si quem cito in Cappadociam venientem nanciscatur, de his omnibus respondeat; sin minus, precetur, ut sibi in mentem veniat, quod Deo acceptum fuerit. Petit etiam ut sui mentionem in ecclesia fieri iubeat, ac ipse pro se, adiuncto populo, precetur.*

Majorem in modum perculsus est Basilius, cum audivit horrendam persecutionem, quam Alexandria Ariani & in reliqua Ægypto exercebant. Libenter ecclesiam Alexandriam invisisset: sed cum diuturno morbo confectus ne lecto quidem posset surgere; oblata facultate Eugenii monachi, scripsit Alexandrinis hortandi ac consolandi causa. Epistolæ tempus indicant cum morbus, quo laborabat Basilius, tum ipsa persecutio, quam Alexandria paulo post Athanasii mortem die 2. Maii anno 373. in cælum sublati scimus exaruisse.

De ep. 139.  
Alexandri-  
nis.

Scripta in eandem sententiam ecclesie Antiochenæ epistola sequens, quæ huic tempori maxime videtur convenire tum propter Basilii corpus longa ægitudine debilitatum, tum propter persecutionem, quæ tunc videretur fuisse admodum violenta. Quod quidem tribuendum præsentis Imperatoris, qui eo venit anno 372. Quare hanc epistolam immerito nonnulli rejecerunt ad primordia episcopatus Basilii. Neque enim formulam Nicænam, quam ab initio receptam in ecclesia sua dicit, ea mente apponit Basilius, ut fidem suam more episcoporum recens ordinatorum declarat, sed ut hoc præsidio Antiochenos communiat adversus hæresim, quæ audacissime in illa urbe verticem tollebat.

De ep. 140.  
Antioche-  
nis.

V. Morbi reliquias adhuc ferebat Basilius, cum duabus respondit Eusebii epistolis, quarum sebi litte-

Duabus Eu-  
cum duabus respondit Eusebii epistolis, quarum sebi litte-  
ona

ris respon-  
det per  
epist. 14. 1.

una significabat, quantum sui expectationem Basilii populo Samosatensi commovisset, quantum doloris attulisset illius absentia: altera vero, antiquior quidem, ut ex scriptura conjiciebatur, sed serius reddita, hortabatur ad Ecclesiaz defensionem, & etiam atque etiam monebat ne res ecclesiasticas adversariis traderentur, Co-natus fuerat Basilii his de rebus Eusebio satisfacere in superioribus epistolis, sed eas Eusebius non acceperat, cum hæc scripsit. Quapropter veritus Basilii, ne litteræ suæ excidissent, breviter repetit quæ jam scripserat. Ac morbum quidem suum excusat, cur non venerit: cur autem res ecclesiasticas adversariis traditæ sint, suam culpam esse negat, qui solus tanti momenti negotia aggredi non possit, cum id canones non sinant: sed causas rejicit in episcopos secum communiione coniunctos. Videbantur plures eiusmodi episcopi cum Basilio coniuncti, eorumque numero Bosphorius nuper adscriptus fuerat: sed nihil operæ navabant ad res maxime necessarias, atque hæc animi aegritudo maxime obstabat, quominus vires repararet. Narrat Basilii quomodo eos Casarem audire mortis suæ nuntio venientes hortatus fuerit: queritur quod, cum se præsentem reverentur, & officium facturos promittant, ubi discessere, ad ingenium redeant.

A intelligitur, quomodo Bosphorius, quamvis non videatur a Basilii communiione discessisse, sese tamen illi adiunxisse dicatur. Abstraxerant eum ab intima cum Basilio conjunctione dissensiones ob Cappadociæ divisionem exortæ; sed non idcirco desierat cum Basilio communiicare vel per se, vel per metropolitanum suum Anthimum, quicum Basilii cito in gratiam rediit.

VI. In his quæ hoc anno gesta narravimus, nullum prorsus existat vestigium missæ in Occidentem legationis. Affererat tamen Tillemon-tius Dorotheum presbyterum missum fuisse cum litteris 242. & 243. alias 182. & 70. Sed his litteris suum locum assignare conabimur. Nunc probandum neminem missum fuisse hoc anno 373. Patet id 1. ex ipsa serie rerum gestarum. Consilium mittendi in Occidentem ortum est ab Eusebio Samosatensi, qui cum aliarum ecclesiarum tantam curam gereret, quantum suæ propriæ, commentarium de rebus apud Occidentales tractandis misit ad Basilium initio huius anni per Sanctissimum, eumque rogavit ut epistolam exararet, cui omnes communicatores subscriberent. Basilii cum minus reperiret, quid scribendum esset, Meletio detulit scribendæ epistolæ munus, ac totam rem illius arbitrio commisit. Post teterrima Eustathii in Basilium facinora, adhuc morabatur apud Meletium Sanctissimus, ac consilium mittendæ legationis nihil omnino processerat, nec valde ardebat Basilii. Venit Casarem mense Augusto Evagrius: petit ut legati auctoritate præditi mittantur. Consulit Eusebium Basilii quid factu opus sit. Iterum per litteras urgenti Evagrion sub initium hiemis, respondet Basilii sibi integrum non esse legatos mittere, Nondum ergo initio hiemis quidquam actum erat, vel potius novam difficultatem attulerant data ab Occidentalibus Evagrion mandata, eorumque de Basilii scriptis minus æqua sententia.

Idem probant frequenter S. Basilii & S. Eusebii gemitus & querelæ, quod quæ de pace ecclesiarum concilianda deliberaverant, ea infecta prorsus & irrita viderent. Non enim alio spectat Basilii dolor in epistola 136. quod res ecclesiasticas adversariis tradantur, dum suis quisque rebus episcopi consulentes parvi pendunt quæ ad proximum attinent. Eisdem gemitus redintegrat in epist. 138. ubi germanam ac sinceram caritatem in episcopis secum communiione coniunctis desiderat. Hæc Eusebio non minus doluerunt: quod cum Basilio significasset, Basilii ei respondit non sua, sed episcoporum nullam sibi operam navantium culpa id evenisse. His profecto querelis locus non fuisset, si missa communi consensu legatio spem auxilii attulisset. Hæc confirmat epistola 136. in qua Basilii respondet Evagrion, neminem prorsus se habere idoneum ad legationis munus obeundum; nec obscure indicat, quam difficile sit & Occidentales ad auxilium ferendum & episcopos Orientales ad subscribendum adducere, cum ait: *Quid si quis ex fratribus qui apud vos sunt, ecclesiarum causa laborem suscipere velit, ut seipsum procul dubio & ad quas profecturus sit & ad quem suum, & quorum sit litteris communiendus & qualibus?* His rationum momenti alia addi possent: sed quia cum rebus anno 375. & 376. gestis coniuncta sunt, videntur in illud tempus differenda.

Bosphorius  
quo sensu  
ad iunctus  
dicitur Ba-  
silio.

Mirum sane est cur Basilii suorum numero nuper adjunctum dicat Bosphorium, quicum coniunctissimus fuerat initio episcopatus, ut perspicitur potest ex epistolis 51. & 52. Videtur illorum amicitia refriguisse, cum Colonia, cuius episcopus erat Bosphorius, novæ Metropoli Tyaniæ attributa cum pluribus aliis. Nam *episcopi secundæ Cappadociæ, a sebat Basilii anno proximo elapso, postquam alterius provincia nomen habuerunt, subito existimaverunt se ex alia ac non natione & gente esse, tantumque nos ignoraverunt, quantum quo nullum profero periculum fecerit, nec unquam in colloquium venerunt.* Non tamen crediderim Bosphorium a Basilii communiione unquam recessisse. Quod quidem ut intelligatur, duplex distinguedum communiionis genus. Aliud enim litteris canonicis scribendis, aut precibus & mysticis simul celebrandis peragebatur, aliud interius erat quodammodo & strictius, ac in consiliis ad Ecclesiaz pacificationem conjunctione positum erat. Primum genus designat Basilii, cum ait rogandos esse Occidentales, *ut cum iudicio communiiones peragant, & eas quæ cum accedentibus ad ipsos, & eas quæ scriptæ secundum Ecclesiaz normam sunt: vel cum plurimas provincias enumerat, quarum ad episcopos litteras mittebat & accipiebat.* Alterum communicato-rum genus habemus in pluribus epistolis, quæ de legatis Romam mittendis agunt. Hortatur Basilii S. Meletium ut communibus litteris ad-jungat nomina eorum qui idem sentiant, etiam absentium. Ipse promittit in alia epistola datu-rum se operam, ut commune scriptum ad com-municatores perferatur. Nemo sane dixerit re-jusmodi litteris omnes subscripsisse, quicumque cum Basilio communiicabant. Tota res transi-gebatur inter eos, quos non solum eadem com-munio, sed etiam eorumdem consiliorum ac sententiarum consensu devinciebat. De eodem communicato-rum genere loquebatur, cum Fau-sto præter canones ordinato declararet, se alie-num ab eo semper futurum, nisi litteras affer-rat Armeniæ episcoporum, ac unanimes suos, ut idem de illo sentiant, adducturum. Ex his

ep. 98. n. 2.

ep. 129. n. 3.

ep. 204. n. 3.

ep. 68.

ep. 120.

ep. 122.

Nulla hoc  
anno Ro-  
mam missa  
legatio.

ep. 120.

ep. 129.

154.

ep. 128. n. 2.

ep. 156.

ep. 141.

ANNO  
373

**L. S. Basilii morbus ad aetatem referendus, II. Diem festum S. Euplychii celebrat, & paulo post tres litteras scribit in gratiam ptochotrophorum. III. Eusebium invitat Casaream, ejusque fratris filio scribit. IV. Invisitur a S. Ephraem. V. Maximum tribus litteris commendat. VI. De epistolis 150. 153. VII. Respondet Basilium Astolfo Theffalonicensi, & Sorano duct, a quo petit reliquias martyrum. VIII. Item Evagrio. Illius animam quarunt Atlant. Scribit S. Eusebio & Anthoco. IX. Libenter de dogmate respondet Eupaterio. Epistola ad diodorum de nuptiis cum sorore uxoris mortua.**

Arum collega, nempe Tractatore, humanitatem in pauperes promissam fuisse. In tertia epistola ipsum Tractatorem rogat, ut promissa perficiat.

Tres illæ epistolæ ita & tempore & rebus inter se congruunt, ut prorsus divelli non possint. Hujus autem anni 373. non hoc solum referunt signum, residuam Basilii ex gravi morbo debilitatem; sed illud etiam accedit, quod tres officiales, ad quos scriptæ sunt, novi in provincia videntur fuisse. Nondum enim ullum ex chorepiscopis noverant, atque, ut fieri solet in exordiis administrationis, chorepiscopi, quem ad eos mittit Basiliius, consilio plurimum juvari poterant. Unde colligo eos simul cum Antipatro præside, quem modo gubernacula capessentem vidimus, in Cappadociam venisse.

*S. Basilii morbus ad aetatem referendus. a ep. 141.*

*ep. 157.*

*Diem festum S. Euplychii celebrat, & paulo post tres litteras scribit in gratiam ptochotrophorum.*

**I. Quamvis longa existerit ægrotudo Basilii, ac reliquæ diu insederint, & sæpe agentibus molestis ecclesiæ temporibus morbus (a) recruduerit; videtur tamen satis virium habuisse, ut diem festum S. Euplychii obiret, cujus memoria die 7. Septembris recolatur. Tillemontius, qui in hunc annum multa contulit, quæ alio rejicere coacti sumus, deceptus nonnullis verbis epistolæ 27. Basilium autumnò existimat in morbum incidisse. Sed cum Eusebium ætate invasere statuisset, nec ejus consilio aliud quidquam præter morbum obstiterit; morbus ad aetatem necessario debet referri. Præterea jamdudum ægrotabat Basiliius, cum ad eum venit Hieronymus, (venisse enim illum cum Evagrio probabilissimum judicat Tillemontius) qui tamen se e Cappadocia egressum gravissimos in Cilicia ætus perferens testatur. Denique, in epistola 145. quam post morbum scriptam esse probabimus, rogat Eusebium Basiliius, ut ecclesiam Casariensem invisat. Satis ergo supererat temporis ut longum iter Eusebius ante hiemis incommoda conficere posset.**

**II. Eo probabilius est non defuisse Basilium diei festo S. Euplychii, quod cum anno 375. ex gravi morbo pariter convalesceret, nequaquam prætermisit occasionem honoris S. martyribus exhibendi, sed cursu post Pascha vectus est in locum, ubi extra urbem colebatur. Commodior fuit S. Euplychii solemnitas, quæ in ipsa urbe Casariensi celebrabatur.**

Convoerit ad hunc diem festum omnes chorepiscopos suos, ut eos Numerariorum alteri, quem venturum sperabat, coram commendaret. Sed neuter adfuit Numerarius. Tractator Præfidum diligentior fuit, ac Basilio roganti, ut pauperum domos, quæ in pagis sitæ erant, tributis eximeret, prolixè omnia promisit. Paulo post hunc diem festum scriptæ tres epistolæ, nempe ad utroque Numerarium, & ad Tractatorem præfidum, ad quos unum aliquem ex chorepiscopis mittit. Rogat Numerarium, quem expectaverat, ut chorepiscopo fidem habeat, ac homini dignissimo cui credatur, ac pauperum domum ad pagos ipsi commissos pertinentem invisere & tributis dignetur eximere. Scribit alteri Numerario se libenter venturum ad eum fuisse, nisi infirma valetudo & negotia detinerent. Huic pariter commendat chorepiscopum, hortaturque ut eo consiliario, ut homine ad consilium dandum idoneo, utatur. Cum autem Numerarius ille ptochotrophium quoddam Amasæ opibus suis sustentaret; spem affert Basilio tanta pietas, cum pauperum domui chorepiscopo commissæ immunitatem a tributis concessurum. Utrique Numerario dicit jam sibi ab eo

**III. (a) Rediens e Syria Basiliius anno præterito lætissimam ecclesiæ suæ spem videndi S. Eusebii Samosatensis retulerat. Is enim venturum se promiserat Casaream. Non tamen videtur se hoc anno venturum promississe. Nam hætenus Basiliius Samosatis expectatus fuerat, non Eusebius Casareæ. Multa obstabant quominus tunc Eusebius promissa perficeret, defessum corpus tot exantlatis pro Ecclesia laboribus, negotiorum moles in tam accurata ecclesiæ gubernanda ratione, imminens e propinquo Valens, sub quo necesse erat, velut aves sub aquila formidantes, non longe e suo quemque cælo discedere. Sed tamen Basiliius cum desiderio suo majorem in modum elatus, tum etiam Deo confidens, Eusebium rogare non dubitat, ut pium visitandæ Casariensis ecclesiæ officium in aliud tempus non differat: etiamsi enim illam aliquando posse invisere; ac non secum illam invisurum, quem morbus urgebat ab ærumnosa vita discedere.**

Quamvis Basiliius graviter ægrotasse videatur, cum hæc scriberet; non tamen scripsit in gravissimo hujus ætatis morbo, sed cum morbus recrudesceret, id quod sibi continenter accidere testatur in epist. 141. Non enim exposuit quo morbo laboret, sed id, ut notum ex superioribus litteris prætermittit. Hinc etiam nullæ utitur excusatione, cur Eusebium non invisat: id enim fecerat in tribus epistolis; sed cum nulla spes superesset eundi Samosata, Eusebium invitavit Casaream. Præterea in epistola 157. quæ sub initium hiemis hoc anno scripta est, peramicè queritur Basiliius, quod Eusebius sibi non scribat quidem; ac idcirco ejus absentiam nulli alii causæ attribuit, nisi quod piger sit ad peregrinationes caritatis causa suscipiendas. At ejusmodi querelis locus non exiit, dum gravi illo morbo ægrotaret Basiliius. Tunc enim Eptores ab Eusebio litteras accepit, nec eum invitabat Casaream. Inde ergo ortæ Basilii querelæ quod nullas ab eo litteras acciperet, quamvis eum Casaream invitasset per epistolam 145. quæ proinde post gravem ætatis morbum scripta est.

Huic epistolæ aliam Basiliius adjunxit ad Antiochum, qui non scripserat quidem, sed manu sua salutem apposerat in patrii ad Basilium litteris. Unde gratias illi agit Basiliius, eumque hortatur ut strenue incumbat ad animæ salutem, & Eusebium comitetur, si is non gravetur Casaream venire.

**IV. Sanctum Ephraem existimat Tillemontius circa hoc tempus venisse Casaream Basilii invivendi causa. Induxit eum in hanc opinionem non recta hujus loci interpretatio ex epist. 157.**

*Eusebium invitat Casaream, ejusque fratris filio scribit. a De ep. 145.*

*Invisitur a S. Ephraem.*

unde h' τῶν ἀδελφῶν ταύτων, unde concludit nonnullos S. Eusebii discipulos, in his S. Ephræm, Cæsaream venisse. Verum etsi aliam in sententiam hæc verba accipienda; non tamen discedemus ab ordine Tillemontii, quia illud saltem verisimile est S. Ephræm Cæsaream venisse, postquam Valens hac urbe discessit. Ita enim accurate de Basilii rebus in persecutione gestis loquitur, ut eas per se ipse videatur didicisse.

Vita S. Ephræm. tom. 3. pag. 605.

1. Febr. n. 6.

Monum. Eccl. Grec. tom. 3. p. 38.

Narrat Gregorius Nyssenus S. Ephræm a divino Spiritu ductum esse Cæsaream, cumque ibi vidisset Basilium, multis laudibus venerationem suam cœpisse testari. Videbat enim dextro Basilii humero insidentem columbam, quæ verba illi subministrabat. Eadem columba Basilium docuit adesse Ephræm Syrum. Cum hac narratione minus congruit quod apud Bollandum legitur, sanctum illum diaconum Basilio cognitum antea fuisse. Tota res a S. Ephræm sic enarratur, nulla prorsus columbæ facta mentione. Ubi ergo Dominus, inquit, erga me misericordia commotus fuit, occasione orta miserans in quadam civitate, illic audivi vocem dicentem mihi: Surge Ephræm, & comede sensa. Et respondens dixit in multa anxietate; Unde ego, Domine, comedam? Dixitque ad me: Ecce in domo mea regnum vas suppediabit tibi cibum. Vehementer autem admiratus super dictis, surgens perveni ad templum Altissimi, & cum sensim ad aula vestibulum ascendissem, ac præ desiderio per locum portæ adhaerentem prospexissem, vidi in sanctis sanctorum vas electionis coram oculi præclare extensum, verbis Deum decentibus vario ornatum, omniumque oculos in illum defixos. Vidi templum per eum spiritu nutritum, necnon erga viduas & orphanos potissimum misericordiam. Aspexi illic apud eum, lacrymas, fluentia fluvios imitantia, & vellus vitæ cunctis instar auri radiantis; ipsumque pastorem pennis spiritus pro nobis preces evehentem, ac deducentem verba. Vidi ab ipso Ecclesiam decoratam, & eam quæ dilecta est exornatam. Conspexi per eum Pauli doctrinam, Evangeliorum legem, mysteriorum timorem. Illic intuitus sum utilem salutaremque sermonem, ad ipsum usque cœlum fideliter affurgentem, uno verbo, totum illum cœtum splendoribus gratiæ collustratum. His porro cunctis religiose adeo per vas regni electum vigentibus, laudibus celebravi sapientem bonumque Dominum, qui sic ipsum glorificantem glorificat. Post auditorium vero, ex Spiritu sancto notitia viro data est de me; & accessens vilitatem meam, per interpretem interrogavit me dicens; Tunc es Ephræm, qui præclare cervicem inclinasti, & sustulisti jugum salutis verbi? Et respondens dixi: Ego sum Ephræm, qui cœlesti cursu meipsum frustratus fui. Cumque me apprehendisset divinus ille vir, sanctum osculum suum in me confirmavit, opponensque mensam, ex esculentis sapientis sanctæque & fidelis animæ ipsius, non quidem corruptibilibus conditam ferculis, sed incorruptis refertam sententis. Quibus enim, dicebat, bonis operibus possumus Dominum præclare nobis placatum reddere: quo pacto peccatorum coerceamus insultus? & quomodo affectuum ocludamus ingressus? qua ratione apostolicam comparemus virtutem? & quonam pacto incorruptum exoremus iudicem? Tum lamentatus clamavi, & dixi; Tu, pater, custodi mollem ac defidem; tu in rectam semitam dirige me; tu lapideum meum cor compunge. Ad te enim projecit me spirituum Deus, ut animam meam cures. Tu animæ meæ navem sedita, ad aquam requiescis. Atque hic mihi præclari magistræ studium contemplare, s. Basilii Oper. Tom. III.

unde virtutem meam comprehendit, formam contemnit, ut ita dicam, virgam corporis, evellensque irrationabilium affectuum mores, detrahit squamas, tabem oculorum, & subtrahens viriditatem immaturitatemque sermonis, me zelo cepit, ac demersit in documentorum suorum immerforia. Tunc concepit venter meus prudentiam, ut pareret quadraginta martyrum laudes. Omnem enim tolerantiam ipsorum modum meis adjunxit auribus egregius vir; quem admodum scilicet elegerint mori pro Christo, quantaque pericula contempserint, ut ipsum lucrifacerent; tum quot numero fuerint sancti illi; reliqua quo ad pietatem eorum pertinentia edixit. Tangit obiter Sozomenus hunc Basilii & S. diaconi congressum, idque ante episcopatum Basilii contigisse videtur existimasse. Ait enim Basilio, qui postea Cæsareæ Cappadocum metropolis episcopus fuit, admirationi fuisse eruditionem S. Ephræm. Videtur ad S. Ephræm referri quod Basilius in libro de Spiritu sancto accepisse se testatur a quodam Mesopotamio, viro & linguæ perito & sententia incorrupto.

V. Maximo Cappadociæ præfidi, cui successit hoc anno Antipater, non solum abrogata dignitas, sed etiam gravissimæ calamitates supervenerunt. Accusatus enim, ut verisimile est, repetundarum, omnibus bonis tum paternis, tum labore suo partis nudatus est, ac innumeris afflictus corporis incommodis, dum susdemque errat; imo ne ipsam quidem civis statum ab injuriis integrum retinuit. Tot malorum origo, Vicarii iracundiæ, hominis nequam & crudelis, cui Maximus in offensam venerat. Cum in his rerum angustiis iudicium poposcisset ab Imperatore, commendat eum Basilius Aburgio & Trajano, ut suum ei contra struatas calumnias patrocinium impendant. Est etiam alia epistola quæ inscribitur eidem Trajano, sed perperam. Is enim ad quem scripta est, viderat oculis suis calamitates Maximi; sed cum postea majorem in modum audire essent, cumque Vicarius cum cohorte advenisset; ut mala expleret, rogat hunc virum Basilius, ut magna sua manu miserum hominem defendat. Hæc autem Trajano non conveniunt, cui Basilius Maximi ærumnas exposuit in superiore epistola, cum ipsum Maximum id facere puderet.

Trium illarum epistolarum tempus in promptu est; cum novus præses hoc anno Cæsaream, absente Basilio, venerit. Præterea Basilii stupor in hac Maximi calamitate, quem talia passum esse dicit, qualia nondum ullum hominem, argumento est hæc contigisse ante horribilem illam tragœdiam anni 374. in qua plurimi nobiles viri longe graviora quam Maximus passi sunt.

VI. Serius collocare, non possum epistolam Amphilochius in loco Cappadociæ Ozizalis dicto patris senectutem fovbat, & quamvis Basilio carus in primis esset, eum tamen fugiebat, vel potius ordinationem. Cum autem pepigisset cum Heraclida, qui pariter in foro versatus fuerat, ut ambo in desertum aliquem locum secederent; misit Heraclidam Cæsaream, ut de hoc consilio ad Basilium referret. Heraclidas ubi prope Cæsaream venit, in ipsa urbe noluit commorari, sed ad proximum pauperum hospicium confugit; & cum eo venisset ex more Basilius, retulit ad eum de iis quæ mandaverat Amphilochius.

Retinuit hunc juvenem Basilius in suo, ut verisimile est, monasterio. Postea Amphilochius ad eum scripsit, ut pacta in memoriam revocaret,

ANNO 373.

lib. 3. c. 16.

cap. 29.

Maximum tribus literis commendat.

ep. 148.

De epistola 150.

ep. 161. n. 1.

ANNO  
373.

ret, seque litem illi impacturum minatus est. Inde Basilio nata occasio scribendæ ad Amphilo-  
lochium egregiæ epistolæ sub Heraclidæ nomi-  
ne. Describit juvenis primos suos sub Basilii  
disciplina progressus; contendit se promissa vi-  
vendi cum Amphilochio adimpleturum, etiamsi  
corpore absit; quia una est prorsus via quæ ad  
Dominum ducit. Nonnulla refert ex ore Basili-  
ii accepta præcepta: sed Amphilochium hortatur,  
ut illius audiendi brevem a patre licentiam  
impetret. Scripta est hæc epistola ante  
episcopatum Amphilochii, hoc est, ante annum  
373. exeuntem; sed tamen non multo ante.  
Jam enim erat hospitibus excipiendis idoneum,  
immensum illud ædificium, quod Basilius con-

struere cœperat anno 372. ineunte.  
A ex litteris læticia gratias agit Basilius, precatur-  
que ut eum cito cum ornatissima ipsius conjuge  
recipiat; quod argumento est eum vel bis iter in  
Scythiam aut Macedoniam suscepisse, ac tum  
Ascholii epistolæ, tum Basilii responsionis bajum  
fuisse; vel saltem, dum his in locis mora-  
tur, operam dedisse ut Ascholii epistola ad Basili-  
um perveniret.

De ep. 151.  
ad Eusta-  
thium me-  
dicum.

Supra vidimus in epistola 138. clericos Seba-  
stianos, qui idem ac Basilius sentiebant, dere-  
cto Eustathii prævi opinionis ulcere, ad Basilii  
communione & auctoritate confugisse. Tam  
insigne factum cum fama late spargeret; Eusta-  
thius medicus, Basilii in primis amicus, dolo-  
rem suum in hac rerum perturbatione ei signifi-  
cavit, adhibitis ex arte medica nonnullis ad-  
monitionibus. Respondet Basilius inutilem esse  
ejusmodi admonitionum operam, cum nec ipse  
nec amici ferrum adhibuerint, sed ipse Eusta-  
thius Sebastianus in ferrum ruerit. Quare quod  
illius clerici necessitate adducti fecerant, sibi id  
quidem voluptati non esse, quemadmodum nec  
medici libenter urunt, nec mercatores libenter  
merces ejiciunt, sed tamen a se minime impro-  
bari, quia veritatis amor, qua nihil antiquius  
habent, sic agendi necessitatem eis imposuerat.  
Huc redit tota obscuræ & difficilis epistolæ sen-  
tentia, ut ex Nota eidem apposita perspici po-  
test.

Satis apte conveniunt huic anno gemitus Ba-  
silii, quod caritas majorem in modum interepi-  
scopos refluxisset: sed hoc in primis ducor ar-  
gumento, quod Athanasius beatissimus vocetur.  
Non melatet id interdum apud antiquos scripto-  
res deferri viventibus; velut cum Dionysius  
Corinthi episcopus in epistola ad Romanos / So-  
terem eorum episcopum vocat beatum. At Ba-  
silii hac voce mortuos designare solet, vivos  
autem nusquam designat. Hinc in epistolis 204.  
& 258. beatissimum pariter vocat Athanasium.  
Huc accedit quod episcopum illum non appel-  
lat, quod quidem non omittit, cum loquitur  
de viventibus. Quare cum sanctus Athanasius  
cælum petierit hoc anno 373. mense Majo; vi-  
cinius mense Octobri ejusdem anni hanc Basilii  
epistolam collocare possumus. Tempore enim  
opus fuit, ut & mortis Athanasii nuntius in Ma-  
cedoniam, & Ascholii litteræ in Cappadociam  
ferrentur, & Basilio prompta esset ac parata scri-  
bendi occasio. Illud verissimum videtur A-  
scholium, cum de sancti Athanasii morte didi-  
cisset, antequam scriberet in Cappadociam, ut  
in recenti eventu, desiderium significasse tanti  
viri, ac summa illius de omnibus ecclesiis me-  
rita prædicasse.

Euseb. Hist.  
lib. 4. c. 23.

De ep. 152.  
& 153. ad  
Victorem.

Circa hunc annum visæ sunt collocandæ duæ  
ad Victorem epistolæ. Basilius amicitia conjun-  
ctus erat cum potentissimis viris, in his cum  
Victore: cui querenti, quod ad se non scribe-  
ret, meruisse se respondet, non tanto viro mole-  
stiam exhiberet; sed nunc confidenter scribere  
& deinceps scripturum. Cæterum gratias agit  
quod suas pro Ecclesia preces anteverterit, fe-  
ceritque omnia quæcumque ipse Basilius peti-  
isset. Scripta ergo hæc epistola post illud tem-  
pus, quo Basilius requirebat in præstantissimis  
illis viris studium Ecclesiæ juvandæ. Nec male  
huic anno convenit, quo Arianorum conatus in  
vertenda exilio Basilii ecclesia Cæsariensi in-  
ventum effusi sunt. Verissimum est Victoris ope-  
ram in re tanti momenti non defuisse, ejusque  
consilio potius quam sua sponte Valentem ad  
rescindendum quod de Basilio decreverat, ad-  
ductum fuisse. In altera epistola gratias agit  
Victori, qui prior scripserat perhonorifice, seque  
calumniis, quibus attentata fuerat Basilii fama,  
minime moveri significaverat. Referenda hæc  
videntur ad Eustathii in Basilius calumnias.

Epistolæ ad Ascholium adjuncta fuit epistola  
sequens, quam quidem etsi inscriptione caret,  
Junio Sorano scriptam esse inter eruditos con-  
venit. Is enim ad quem data est, in Scythia  
cum dignitate militari versabatur; domum ha-  
bebat Cæsareæ & sororem ac cognatos, quibus-  
cum Basilius non solum amicitia, sed etiam,  
ut verissimum est, sanguine conjunctissimus fuit.  
Petit ab eodem Basilius reliquias martyrum.  
Mirifice hæc quadrant Junio Sorano duci limi-  
tis Scythici, qui gratificari valens patriæ suæ,  
ut legimus in epistola ecclesiæ Gothiæ, cor-  
pus S. Sabæ martyris misit in Cappadociam. Is  
Ascholii litteris suas adjunxerat, & querebatur  
quod ad se Basilius non scriberet, seque obli-  
vioni traderet, atque etiam quod ab eo aut ab  
ejus chorepiscopo minus æqua in aliquem ex  
amicis suis lata esset sententia. Nuntiabat per-  
sequutionem in Gothia martyres facere, seque  
persequutionem patientibus opem pro viribus  
ferre. His omnibus respondet Basilius in episto-  
la 155. de qua alius redibit agendi locus.

De ep. 155.  
ad Soranum.

epist. 68.

epist. 120. et  
129.

VIII. Incipiente vel appropinquante hieme  
accepit Basilius litteras ab Evagrius presbytero,  
qui eum rogabat, ut pacifice nostræ ecclesiæ An-  
thiochenæ consilium susciperet, ac legatos in  
Occidentem mitteret. Quod spectat ad ecclesiam  
Antiochenam, summum præ se fert amorem pa-  
cis Basilius, seque nulla prorsus in quemquam  
criminatione præoccupatum proficetur. Sed tamen  
declarat, etiamsi gratiæ rivus in se affluerent, ne-  
tum quidem a ductum iri, ut hoc negotium  
solus suscipiat; cum præsertim episcopum habeat  
hæc ecclesia Meletium, qui nec ad se venire  
potest, nec ipse ad eum, tum propter hiemis  
molestias, tum propter Armeniæ montes brevi  
impervios futuros etiam recte valentibus, nedum  
sibi longa ægitudine confecto. Sed tamen scri-  
ptu-

De epist.  
156. ad Eva-  
grium.

Respondet  
Basilius A-  
scholio  
Thessaloni-  
centi, & So-  
rano duci,  
a quo petit  
reliquias  
martyrum.  
a De epist.  
154. ad A-  
scholium.

VII. (a) Inter molestias quæ Basilio accide-  
runt, dum se ab episcopis desertum queritur,  
peropportune videntur allatæ esse Ascholii The-  
salonicensis litteræ, ex quibus caritatem non in  
omnibus refluxisse cognovit. In his enim litteris  
licebat Ascholii animum intueri; & quamvis  
breves essent numeros syllabarum, copiose osten-  
debant quid sentiret Ascholi & quantum beati  
Athanasii studiosus esset: id quod Basilius evi-  
dentissimum sanæ doctrinæ argumentum esse du-  
cebat. Ascholii litteras attulit Euphemius, vel  
saltem perferendas curavit. Namei pro accepta

pturum se ad eum profiteretur, quamvis non multum speret ex hoc inanimo sermone. Dolorem suum obiter significat, quod a Dorotheo discipulo didicisset, Evagrium illius conventus participem esse noluisse; contra quam sibi Cæsares promiserat,

De mittendis in Occidentem legatis idem sentit, quod jam in pluribus epistolis hoc anno declaravit. Negat se quemquam habere quem mittat; non enim ei operam navabant episcopi: mittendos autem episcopos censebat Evagrius, idque Occidentalium verbis nuntiaverat. Præterea subobscurè indicat Basilius parum sibi satisfacere Occidentales, nec se quid eis scribendum sit, aut quid ex ejusmodi litteris sperandum videre, Cæterum in hoc rerum statu præcatur, ut inter septem mille viros numeretur, qui genu ante Baal non incurvaverunt: & cum animam suam ab hæreticis queri sciret, de studio ecclesiis debito nihil se remissurum promittit.

Jam luserant operam Ariani initio hujus anni, dum insidias Basilio struunt. Sed nequaquam defessi idem rursus aggressi sunt, ejusque animam quærebant tum cum Evagrio scriberet. Mala eorum consilia indicat in epistola sequenti, in qua Eusebium rogat, ut pro se Deum precetur, ut quemadmodum a præteritis tentationibus, ita etiam ab imminentibus liberetur. In eadem epistola dolorem suum significat, quod Eusebium præterita ætate non viderit; queriturque quod Eusebius ad se ne scribat quidem; unde ejus absentia non alii causæ tribuenda, nisi quod piger sit ad peregrinationes caritatis causa suscipiendas.

Perperam hæc epistola in omnibus codicibus MSS. & editis inscribitur Antiocho. Nam ipsi Antiocho scripta sequens epistola in eandem sententiam. Dolorem enim suum pariter significat, quod illius videndi desiderium, quo dudum flagrabat, ad exitum non perduxerit. Hæc ergo scribebat eodem tempore ac epistolam præcedentem; ac proinde utramque uni & eidem non scripsit. Præterea pigritiæ criminatio optime quidem in Eusebium convenit, quem Basilius etiam atque etiam rogaverat ut Cæsaream veniret, at nequaquam in Antiochum, quem penes situm non erat Cæsaream proficisci, nisi patruus eum mitteret aut secum duceret. Denique soli quadrat Eusebio, quod ait Basilius ne præteritis quidem annis talem fuisse congressum, ut satietatem afferret. Nam Basilius Eusebium invisit anno 369. & 372. Utrum autem anno 369. Antiochum Samosatæ viderit, id plane incertum. Restituenda ergo hæc epistola Eusebio, & sequens Antiocho servanda, in qua Basilius ei commendat fratrem camelis præpositum.

IX. Consultus Basilius ab Eupaterio ejusque filia de rebus dogmaticis, magnæ voluptati litteras eorum sibi fuisse significat; libenter enim se his de rebus interrogari. Respondet se Nicænam fidem omnibus aliis postea excogitatis præferre. Sed propter hæresim, quæ nuper prodierat, fidei Nicænæ addendam esse censet glorificationem Spiritus sancti cum Patre & Filio. Scripta ergo hæc epistola postquam Basilius formulæ Nicænæ glorificationem Spiritus sancti cum Patre & Filio addendam censuit. Id autem tum demum videtur censuisse, eum Eustathium, veluti quemdam Proteum, constringere voluit. Quare post illud quidem tempus scripta hæc

*S. Basilii Oper. Tom. III.*

A epistola, sed tamen antequam Eustathii & aliorum inimicorum novæ molitiones Basilius in triste quoddam silentium & suspiciosas cautiones conjecissent; ita ut non libenter de rebus dogmaticis responderet, ut videbimus anno sequenti.

Basilius initio episcopatus multa ad disciplinam emendandam decreverat, in his ut ne cui liceret uxoris mortuæ sororem in matrimonium ducere. Sed aliquot annis elapsis prodierit sub nomine Diodori presbyteri litteræ ad defensionem ejusmodi matrimoniorum compositæ, quas quidam ostendit, sed rursus abstulit, & contra Basilius veluti quoddam tropæum circumtulit, licentiam dicitans se habere scripto mandatam.

B Quibus ex verbis colligitur eum commississe, quod prohibuerat Basilius. Si hæc litteras habuisset Basilius, libenter Diodoro misisset; sed cum minime dubitaret, quin ejus nomini per fraudem affictæ fuissent, prior ipse illas refellit, ut duplici manu oppugnentur; idem enim facturum Diodorum sperabat. Decretum suum defendit ex consuetudine ecclesiæ Cæsariensis; explicat cur Moyse ea de re siluerit, vel potius non siluisse contendit: naturalem cognitionem his nuptiis confundi demonstrat. Clausula epistolæ probat hoc facinus in Cappadocia commissum non fuisse: *Precor autem, inquit, ut vel nostra admonitio vitium superet, vel non serpat in nostram regionem hoc piaculum, sed in quibus admissum est locis, in his permaneat.* Laudatur hæc epistola in canone 23. ep. 199. ac proinde scripta est ante annum 375. Aliquot annos effluxisse ab initio episcopatus indicat Basilius, cum ait se ab initio has nuptias prohibuisse. Quare probabile est eum scripsisse Diodoro anno 373. aut 374.

CAPUT XXX.

- I. Basilius anno 374. inuente interest funeri Gregorii patris. Scribit Amphilochio recens ordinato.
- II. Eger scribit ad S. Eusebium, & per Amphilochium ad Jovinum Comitem. Ob visum corpus S. Sabæ gratias agit Ascholio & Sorano.
- III. Exilium S. Eusebii, ad quem epistola 166. 167. quæ non sunt Basilii.
- IV. De Glycerio diacono qui cum virginum grege auferat.
- V. De epistolis 172. 175.
- VI. Furor in Basilius hæreticorum die festo S. Euphysii. Inde nata occasio scribendi libri de Spiritu sancto.
- VII. Epistola ad conjurationem anni 374. spectantes.
- VIII. Nonnullæ aliæ ad Samosatænes, ad episcopos Eusebio amicos & ad Antipatrum.

I. Ineunte anno 374. Nazianzum se contulit Basilius, ut Gregorio patri mortuo iuxta persolveret, ejusque familiam in hoc luctu solaretur. Patrem oratione funebri laudavit Gregorius audiente Basilio, cujus a laudibus initium dicendū facit, eumque (2) hortatur, ut suum quoque eloquium depromat in laudando patre, cui multis nominibus obstrictus erat, utpote illius opera in sedem Cæsariensem evectus & ab eo ordinatus. Probat Tillemontius id contigisse initio veris ex epistola 27. in qua Basilius pedem se domo non extulisse hac hieme testatur. Aliud argumentum petit ex ordinatione Amphilocho, quæ in idem tempus incidit, ac Gregorii exequiæ; quibus interfuit Basilius. Amphilochium autem initio veris ordinatum fuisse suspicatur, hac nixus conjectura, quod non proxime successe-

Epistola ad Diodorum de nuptiis cum sorore uxoris mortuæ.

Basilius animam quam querunt Ariani.

De ep. 157. ad Eusebium.

De ep. 158. ad Antiochum.

ep. 145.

Libenter de dogmate respondet Eupaterio.

Basilius anno 374. inuente interest funeri Gregorii patris. Scribit Amphilochio recens ordinato. Naz. or. 19. p. 287. 314. Not. 20. in Naz.

A'NNO  
374.

ep. 161.

cesserit Faustino præterita ætate mortuo; sed inter utrumque hæreticus quidam interjectus fuerit. Conjecturam eruit ex his verbis Basilii ad Amphilochoium recens ordinatum: *Inimici pereunt, ut rex Israel fiat*. Plus tribuendum putat his conjecturis, quam Menæis Græcæ ecclesiæ, quæ natalicia Gregorii celebrat calendis Januarii.

Equidem doctissimi viri argumentis uti non possum. Nam epistola 27. ex qua colligit Basilium hac hieme pedem domo non extulisse, ante episcopatum scripta, ut supra demonstratum. Interjectus autem Faustinum inter & Amphilochoium hæreticus evanescit in hac nova editione. Legimus enim cum codicibus MSS. *Afne pereunt ut rex Israel fiat*, Amphilochoii ordinatio ad initium veris anni 374. differri non potest. Tam longum enim intervallum inter mortem Faustini, & ordinationem Amphilochoii, sine gravi causa poni non debet. Deinde vero Basilium invisit statim post Pascha Amphilochoius; quod quidem non videtur fecisse statim post ordinationem, quam difficiles & necessariz occupationes subsequi debuerunt. Probabilius ergo est duos illos eventus, qui eodem tempore contigerunt, ordinationem Amphilochoii & mortem Gregorii, vel anno 373. exeunte contigisse, non multo post Basilii ad Evagrium epistolam, in qua longa se ægrotudine confici ait Basilium, itidem ut in epistola ad Amphilochoium recens ordinatum; vel initio anni 374. si quis Menæis Græcorum inhærere velit.

ep. 138.

Basilium rogaverat mortuo Faustino ecclesia Iconiensis, ut sibi episcopum daret. Verisimile non est Basilium hoc officium exhibuisse Iconiensibus; quippe cum Amphilochoio recens ordinato gratulandi vel potius consolandi & adhortandi causa scripserit. Statim enim atque ordinatus fuit Amphilochoius, onus sibi impositum in litteris ad Basilium missis, ut majus viribus suis, luxit: suumque dolorem testabatur quod, cum hætenus Basilium fugisset, ne ab eo ordinaretur, in Pisidiam veniens ibi episcopatum accipere coactus esset. At Basilium ejusmodi ordinationem miraculo carere negat; ideoque Amphilochoium jubet non impositum onus lamentari, sed divino auxilio confidentem viriliter agere, & navem pravæ doctrinæ fluctibus immerabilem custodire. Rogat ut si se longa ægrotudine ad exitum properantem invisere velit, nec tempus nec signum expectet. Monet ut diligenter caveat ne se pravæ moribus abripi sinat; sed missum se esse meminerit, non ut alios sequatur, sed ut ipse præeat his qui salvantur.

Æger scribit ad S. Eusebium, & per Amphilochoium ad Jovinum Comitem. ep. 162.

II. Hoc anno post diem (a) Paschæ Basilium in gravem morbum incidit, febribus, ventris resolutionibus & viscerum commotionibus agitur. In hoc statu erat, cum per Barachum scripsit Eusebio, cui morbum excusat, quod non ad eum proficiscatur. Cæterum se vires ad hoc iter recuperaturum sperat, si pro se Eusebius precetur. Tantum enim illius precibus confidebat, ut se etiam juvenem ex fene, non modo vegetum ex infirmo & prorsus attenuato, fieri posse crederet.

ep. 163.

Testis fuit hujus morbi Amphilochoius, qui Basilium, ut rogatus fuerat, invisit, ac diu commoratus est Cæsareæ, non solum ægrotantem Basilium officiosa sedulitate fovens, sed etiam populo divini verbi pabula ministrans. Unde Basilium in epist. hoc anno ante mensem Septembrem scripta sic eum alloquitur: *Nam persuasum*

ep. 176.

*A sit sibi, inquit, populum nostrum, cum multos expertus sit, nullius presentiam ita desiderare, ut tuam; tantum ej amoris aculeum brevi illo congressu immisisti. Videtur Amphilochoius Basilio attulisse Jovini Comitæ litteras, & eidem Basilii responsum retulisse.*

Junium Soranum limitis Scythici ducem rogaverat Basilium, ut supra vidimus, ut martyrum reliquiis patriam ditaret; quandoquidem illic persequutio, ipso asseverante Sorano, martyres faciebat. Non segnus Soranus in mandatis Basilii exhauriendis corpus S. Sabæ, qui anno 372. die 12. Aprilis passus fuerat, in Cappadociam per viros fide dignos misit, cum consensu presbyterii Billius ecclesiæ, quæ has reliquias possidebat, Optatissimo dono adjunctæ erant litteræ ecclesiæ Gothicæ, tum etiam aliæ duæ, Ascholii & Sorani. Etiam enim Ascholius epistolam ecclesiæ Gothicæ, ut existimat Tillemontius, scripsisse dicatur; certe aliam suo nomine adjecit. Nam Ascholius in suis ad Basilium litteris laudabat sanctum Eutychem & Cappadociam, ex qua semina pietatis apud Gothos pervenerant. At nihil ejusmodi legitur in litteris ecclesiæ Gothicæ. Quinetiam non immerito dubitetur, an litterarum ecclesiæ Gothicæ auctor sit sanctus Ascholius. Nam cum hæ litteræ accuratam habeant martyrii sancti Sabæ descriptionem, si eas scripsisset sanctus Ascholius, non video cur iterum in aliis ad sanctum Basilium litteris iterum idem martyrium descripsisset: quod tamen Basilium ab eo testatur descriptum fuisse in illa epistola, quæ sanctum Eutychem & Cappadociam laudabat.

De epist. 163. Ob missum corpus S. Sabæ gratias agit Ascholius & Sorano.

De ep. 164.

Cum sancti Ascholii litteræ Spiritus sancti gratia scaterent, visus est sibi Basilium, dum eas legeret, priscis temporibus versari, cum ecclesiæ omnes, velut multa membra in uno corpore, spiritaliter consentirent; cum manifesti essent, & qui persequebantur, & qui persecutionem patiebantur. Rediit animus Basilii ad priscam illam beatitudinem, ubi litteræ ex remota regione venerunt, dilectionis pulchritudine efflorescentes; ac Martyr advenit a barbaris ultra Istrum habitantibus, per se ipse prædicans fidei illic vigentis integritatem.

Epistola sequens, quæ eidem Ascholio in omnibus codicibus MSS. & editis inscribitur, in magnas difficultates Tillemontium conjicit. Nam cum is, cui scripta est, Cappadox fuerit, Ascholium in Cappadocia natum esse existimat; & cum gratiæ agantur, itidem ut in præcedenti, ob missum martyris corpus, inde colligit vitæ eruditus duo martyrum corpora variis temporibus a S. Ascholio in Cappadociam missa esse. Sed certissimis argumentis probari potest hanc epistolam non Ascholio scriptam fuisse, sed Junio Sorano, ad quem epistolam 155. scripserat Basilium.

De ep. 165.

Nam 1. Basilium in epist. 155. Soranum numerat inter eos, qui *ob Domini nomen libere loquuntur & spirituales fructus edunt*. Sic etiam in hac epist. 165. *Fructibus spiritualibus nationem exteram replevisti. . . . Et cum pro fide certamina sustineres, Deum glorificabat patria nostra, bonam patrum hereditatem in te audiens custodiri*. 2. Certissime Cappadox erat Junius Soranus. At idem de S. Ascholio dici non potest, quem nunquam viderat Basilium, ut patet ex initio epistolæ 154. In secunda epistola ad eum scripta, quæ est 164. gratias ei agit Basilium quod Cappadociam laudaverit. Etiam si Cappadoci conveniat



ANNO  
374.  
ep. 28.

ep. 15. n. 12.

niat laudare Cappadociam, saltem causa non erat A cur ei gratiæ agerentur. Præterea quæ de S. Ascholio narrat Ambrosius, eum in Achaia aut vicinis regionibus natum esse probant. *Ille se monasteriis puer dedit, inquit S. Ambrosius, & intra Achaiam angusto clausus, eugurio gratia tamen multarum terrarum peragravit divortia.* 3. Non ipse Ascholius corpus sancti Sabæ misit in Cappadociam, sed id Sorani curis tribuitur in epistola ecclesiæ Gothicæ. Melius ergo ei congruit epistola 165. utpote ad eum scripta, qui patriam hoc dono ornaverat. 4. Tunc primum per litteras Ascholium noverat Basilius, cum scripsit epistolam 54. At is, ad quem scripta est epistola 165. dudum cum Basilio amicitia & necessitudine conjunctus erat, ut patet ex his verbis: *Votum nobis antiquum adimplevit Deus sanctus, cum nobis dignatus est concedere, ut vera pietatis sue litteras acciperemus. Hoc enim maximum est & maxime exoptandum, videre te & videri a te, ac spiritus donis, quæ in te sunt, per nosmetipsos perfrui. Sed quia id & loci distantia aufert, & negotia quibus privatim uterque nostrum detinemur; in secundis votis fuerit, ut anima frequentibus tua in Christo caritatis litteris alatur.* His profecto verbis significatur antiqua necessitudo cum homine diversum a Basilio vivendi genus proficente, & idcirco in exteris regionibus commorante.

Hoc semel posito epistolam 165. ad Junium Soranum scriptam esse; non jam duo martyrum corpora variis temporibus missa in Cappadociam dici possunt. Nam corpus S. Sabæ missum a Junio Sorano testatur epistola ecclesiæ Gothicæ: ejusdem martyrium describebat sanctus Ascholius, liquidum eum per ignem & aquam consummatum fuisse dicebat, ut in ipsa ecclesiæ Gothicæ epistola legimus.

Hanc autem lætitiæ sancto Basilio existimamus evenisse hoc anno 374. quia cum Basilius martyrum reliquias non petierit a Junio Sorano, nisi anno 373. multum provectio, aliquod intervallum poni debet inter illius litteras & reliquiarum adventum. Testatur quidem ecclesiæ Gothica sanctum Sabam pridie Idus Aprilis passum esse anno 372. sed ejus corpus statim a Junio Sorano missum esse non dicit.

III. Jam ab anno præterito Samosata cogitabat Basilius, sed huic consilio obstitit exilium sancti Eusebii Samosatensis, qui tandem hoc anno consequutus est, quod jamdudum sub impio Imperatore invidiæ illius constantiæ & summis de Ecclesiæ meritis debitum videbatur. Id autem contigisse hoc anno, & quidem circa ætatem cum ex epistola 162. post Pascha scripta perspicitur, in qua Basilius spem invisendi Eusebii adhuc retinebat; tum etiam ex epist. 198. anno 375. post Pascha similiter scripta, in qua Basilius plus quatuor litteras ad Eusebium exulantem misisse se testatur, quamvis se fateatur non sæpe scripsisse.

Dum in Thraciam S. Martyr, recta tendit (illuc enim relegatus est a Valente) per Cappadociam transit, ejusque complexu potitus videtur Basilius. Nam in epistola 168. ad Antiochum & alios sancti confessoris comites scripta, quod de eorum cordibus persuasum habebat Basilius, id se factò paulisper eorum periculo perspexisse declarat.

Gregorio Nazianzeno eadem felicitas non obtingit. Ita enim ægrotabat, ut ex ædibus prospicere non posset; nec tamen morbus, etsi gravissimus, tam molestus illi erat, quam quod

Eusebio carendum esset. Postquam Eusebius ad locum exilii pervenit, scripsit ad eum Gregorius, ac rogavit, ut quod ex ejus congressu ad animæ salutem consequi non potuerat, id sibi precibus apud Deum conciliaret. Neque enim vinitor persequutionibus pro Evangelio probati minus prodesse apud Deum preces, quam alicujus ex sanctis martyribus patrocinium.

Rescripsit Eusebius Gregorio; eumque de rebus suis certiores fecit. Quare cum Eupraxius paulo post per Cappadociam transiens ad Eusebium sese conferret, tum ut illius videndi desiderium satiare, tum ut debita huic temporis officia exhiberet; Gregorius hanc scribendi & gratiarum Bagendarum occasionem non prætermissit. Hæc enim epistola, quæ est inter Basilianas 166. apud Gregorium vero trigesima, videtur adjudicanda Gregorio. Gregorii stilum magis redolent hæc orationis ornamenta: *Ac patrium quidem solum habent alii, nos vero supernam civitatem: alii nostrum fortasse thronum, nos Christum. O præclara negotiatio! qualia contempsimus, qualia lucrati sumus!* Huc accedit quod hæc epistola in omnibus nostris codicibus MSS. desideratur excepto Coisliliano.

Tribuitur etiam Gregorio sequens ad Eusebium epistola, quæ pariter in solo legitur Coisliliano codice. Existimat tamen Tillemontius Basilio melius convenire excusationem, qua utitur auctor epistolæ, cur ad Eusebium non proficiscatur, ut ab eo patientiæ in ærumnis exemplum capiat, At enim se molestiis & negotiis detineri. Sed suæ Gregorio molestiæ cur defuerint non video. Certe negotia deesse non poterant ecclesiæ Nazianzenam post mortem patris gubernanti. Utrique optime congruit vehementis Eusebii amor & admiratio, cujus litteræ non solum sua sponte utiles esse dicantur, sed etiam accipienti apud alios homines perhonorificæ; quippe cum in aliquo apud tantum virum numero esse perhonorificum sit. Hæc epistola reperitur etiam apud Gregorium, ætque inter illius epistolas ducentesima quarta.

IV. Circa hoc tempus videtur collocanda Glycerii historia, is monasticam (a) vitam proficibatur, & Venensis ecclesiæ diaconus a S. Basilio ordinatus, ut presbytero ministraret, & opus ecclesiæ curaret [ non læve enim manibus operabatur ] non modo opus, quod ei commissum erat, penitus neglexit, sed etiam coactis privata auctoritate miseris virginibus, partim sua sponte ad eum accurrentibus, partim invitæ & repugnantibus, cœpit imperium gregis sibi arrogare, ac patriarchæ nomen & habitum sibi sumere, inde velut ex quadam arte victum sibi comparans: parumque absuit, quin totam ecclesiæ sedibus suis commoveret. Nam nec presbyterum suum, nec chorepiscopum, nec Basilius reverebatur, perpetuisque urbem tumultibus ac universum clerum permiscebat. Tandem a Basilio & chorepiscopo leviter verbis objurgatus, ne contemtor evaderet [ nam juvenes etiam ad eandem contumaciam exercebat ] facinus admodum audax & inhumanum excogitat: virgines, quotquot potuit, per sacrilegium prædatus, nocte observata, fugam cepit. Rei molestiam & facinoris nequitiam tempus augebat. Tunc enim *ibi habebatur conventus, atque ingens undecumque, ut par est, confluebat multitudo. Ille autem vicissim chorum suum introduxit, juvenes sequentem, ac tripudiantem, ac plurimum quidem tristitia pills afferentem, plurimum autem risu la-*  
sci.

De epist.  
166.

De epist.  
167.

De Glycerio diacono qui cum virginum grege auferat.  
ep. 179.

ep. 168.

Exilium S. Eusebii, ad quem epist. 166. 167. quæ non sunt Basili.

ANNO  
374

*scilicet & lingua procacibus, Neque his contentus fuit, A  
est tam atrocibus & horrendis; sed etiam parentes  
virginum, orbitatem non ferentes, atque dispersam  
urbam reducere cupientes, & ad filiarum suarum  
pedes cum gemitibus, ut consentaneum est, ac-  
cidentes, admirandus juvenis cum prädatoria sua  
manu contumelias atque ignominia affectit.*

Cum Glycerius Nazianzum venisset cum hoc virginum grege; collegit hanc captivitate Gregorius, ac commune dedectus contegere conatus est, id ubi rescivit Basilius, scribit Gregorio, rem gestam narrat ordine, ac rogat ne hæc tolerabilia existimet, sed in primis jubeat Glycerium cum virginibus redire: eum enim miseriam aliquam, si cum Gregorii litteris redeat, sperare posse. Quod si is redire nolit, saltem virgines ad ecclesiam matrem remittantur. Quod si hoc fieri nequit, ac certe in eas, quæ redire volunt, tyrannidem exerceri Gregorius non patiat. Alioqui Deum & homines testatur Basilius hæc minime recte fieri, neque ex legibus Ecclesie. Glycerio cum disciplina & congruenti modestia rediit indulgentiam pollicetur: secus vero, a ministerio remotum esse denuntiat.

Scriptit etiam ipsi Glycerio Basilius, eumque ut amentem & temerarium, ac cum sua scola & cantilenis virgines non ad Deum, sed ad barathrum deducendum castigat. Sed tamen paterno animo veniam offert, propterea quod multi ejus causa supplicabant, in primis illius presbyter. Si diutius perstet in impudentia, gradu illum omnino excidisse declarat.

Cum nec Glycerius nec virgines redirent, iterum scribit Basilius Gregorio, cui has moras adscribere videtur; quamquam illum sceleris nequaquam id facere, quod sibi succenseat, aut gratiam ab aliis iniire velit. Postulat ergo ut redeant omni metu posito, eorumque sponsor sit Gregorius. Angebatur enim Basilius membra abscindi, quamvis merito abscinderentur. Declarat, si perseverent, aliorum onus fore, se vero extra culpam fixurum.

Has autem epistolas ad Gregorium Nazianzenum scriptas diximus; quia sic reperimus in duobus codicibus MSS. Et cum verisimillimum sit, si ad Gregorium scriptæ sunt, tunc scriptas fuisse, cum is Nazianzenam ecclesiam mortuo patre regeret, idcirco hanc historiam anno circiter 374. credimus contigisse. Nazianzenam enim ecclesie curam gessit Gregorius ab anno 374. incunte usque ad annum 375. exeuntem. Sed tamen non valde contendam, si quis hæc ad Gregorium Nyssenum referre velit. Nam præterquam quod non certissima est in his rebus codicum MSS. auctoritas, nec plures habuimus, quam duos, qui de Gregorio Nazianzeno mentionem faciunt; certe illa in recipiendo Glycerio lenitas & indulgentia videretur Nysseno, homini interdum simpliciori, magis convenire, quam Nazianzeno, qui summam semper prudentiam in rebus ad Basilius suum spectantibus declaravit. At Nyssenus sæpe fratrem gravavit officiosis conatibus. Dum eum reconciliare vult eum patrio, conquerendi locum dedit, quod sibi bellum indiceret. Vehementior existit anno 372. Basilius conquestio, quod Gregorius ob simplicitatem contra se nonnulla moliretur, synodus coegeret Ancyræ, nec ullum sibi insidiandi modum prætermitteret. Hinc illum Basilius negotiorum ecclesiasticorum profusum inexpertum esse judicat.

ep. 58.

ep. 100.

ep. 215.

V. Episcopus quidam, Sophronius nomine, de epistola cum Basilio litteras scripsisset, in quibus caritas spirabat, summa ejus animam læticia perfudit. Itaque gratias ei Basilius agit perhonorifice, ac magnum desiderium significat cum tanto viro congreduendi, quem venerandi fratres & compresbyteri patrum fidei defensorem esse narraverant; sed quominus eum adiret, obstabant negotia ac corporis vetus ægritudo. Insunt huic Basilius epistolæ signa nonnulla, ex quibus scriptam esse conjicias inter eas molestias, quas ei exhibuit, ut supra vidimus, Cappadocie episcoporum negligentia, & aliorum plurimorum animus ei non amicus, præsertim in Ponto; ita ut nihil essent tam rarum, quam spiritualis fratris congressus, & verbum pacificum & spiritualis communio. Scriptam itaque hanc epistolam putamus circa annum 374.

Catholicam fidem sic defendebat Basilius, ut nec infirmis durum se & inexorabilem præberet, nec improbis hæreticis latus apertum obderet. Sed tamen cum de ipso dogmate nihil remitteret, ac veritatis prædicatio in tam illustri sedo ac tanta sanctitatis & doctrine fama maximi esset ponderis, furor in se hæreticorum ascendit. Nihil propius factum, quam ut illius exitium a Valente impetrarent anno 373. incunte. Postea insidiari non destiterunt, ac inimicitiam eo usque perduxerunt, ut curioso inquirerent, num quis ab eo litteras acciperet. Inter has insidias silere statuit Basilius, atque hoc consilium forte longius produxisset, nisi ei Amphilocheus Iconiensis & Eustathius medicus anno 374. exeunte necessitatem fidei palam & aperte defendendæ demonstrassent.

Scripta videtur in hoc mœtore atque hac sollicitudine epistola ad Theodoram canonicam, quam Basilius eximii præceptis ad hoc institutum pertinentibus informat. Hanc causam affertur tardius scribat, quod motuat ne litteræ suæ in alienas manus incidant, cum præsertim, inquit, ea nunc sit verum perturbatio in orbe terrarum.

In sequenti epistola viduam hortatur, ut divinum judicium noctu diuque cogitet, sed tamen caveat, ac aut animum despondeat, aut de salute diffidat. Sæpe ad eam scribere voluerat, Basilius, sed sese cohibuit, ne quid ei crearet periculi, propterea quod inimicos suos sciebat curiose inquirere, dum quis ab eo litteras acciperet.

Magenianus comes sive Magninianus, ad quem duæ exstant Basilius epistolæ, cum ab eo petiisset, ut de fide aliquid ad se scriberet; laudat ejus pietatem ac fidei studium Basilius, sed negat se adduci posse, ut ejus petitioni annuat. Hunc comitem Neocesareæ vixisse colligo ex his quæ sequuntur. *Ceterum mihi, inquit, videmini erudiri ab hominibus illic nihil agentibus, qui ut me calumniantur nonnulla proferunt; quasi inde seipos sint commendaturi, si de me turpissima mantiantur. Illos enim nudat præteritum tempus, & progrediens experientia notiores faciet.* Otii & inertie probrum non tam mihi videtur Eustathio & Pneumatomachis quadrare, hominibus semper ad insidiandum excubantibus, quam Atarbio Neocesariensi episcopo & nonnullis ejusdem ecclesie presbyteris, qui cum somno & vino dediti essent, ut eis exprobrat Basilius, somnia & visiones proferebant, ut Basilius calumniis figerent. His autem verbis, *Illos enim nudat præteritum tempus.* Idem Atarbius videtur designari, cujus invidia morbum Basilius non solum

De epistola 172.

ep. 174.

De ep. 173.

De ep. 174.

De ep. 175.

ep. 210. n. 4.

solum ex his que contra se egerat, sed etiam ex Aritu sancto; & cum illius scribendi occasionem tota vita perspicere declarat in epist. 210.

Cum autem Magneniano scriptum aliquod de fide postulanti ita neget Basilius, ut firmum non scribendi consilium præ se ferat, in quo tamen non diu perstitit; jure mihi videor hanc epistolam cum duabus præcedentibus aliquanto ante scriptam existimare, quam Basilius divinitatem Spiritus sancti, hortatu Amphilochei & Eustathii, scriptis defendere hoc anno 374. institueret, ut modo videbimus.

VI. Amphilocheum Basilius (a) invitavit hoc anno ad diem festum sancti Euplychii, qui die septimo Septembris celebrari solebat. Rogat autem ut festum tribus antevertat diebus, quo possint inter se otiose colloqui, seque invicem donorum spiritualium communicatione consolari; tum etiam ut Memoriam sive ecclesiam Ptochotrophii Amphilochei præsentia sua insignem reddat. Indicat ei Basilius præscriptum huic festo diem, quod argumento est nondum huic celebritati interfuisse Amphilocheum, ac proinde epistolam, qua invitatus a Basilio fuit, ad hunc annum pertinere. Nam anno sequenti diem non indicat Basilius, sed tantum hortatur, ut Memoriam sancti Euplychii meminerit, neque expectet dum iterum moneatur.

Cum autem ad hoc festum tota vicinia conflueret, (accurrebant enim etiam episcopi maritimi antequam a Basilio dissiderent) præclara erat hæreticis occasio insectandi Basilii, si quid insignis tam frequenti conventu ad veritatis defensionem faceret aut differeret. Jam eum observaverant anno 371. velut in insidiis collocati. Hinc forte anno 375. post festum sancti Euplychii consilia Antiochie adversus Basilius inita, ut patet ex epistola 213. Idem evenisse anno 373. conjici posset ex epist. 156. n. 3. uno aut altero mense post diem festum scripta, in qua Basilius animam suam ab hæreticis quæsi restatur. Sed præcipue hæc anno eorum furor exarsit. Basilio enim præcanti cum populo, ut legimus in libro de Spiritu S. c. 1. & utroque modo glorificationem absolventi Deo ac Patri, interdum cum Filio una cum sancto Spiritu, interdum per Filium in sancto Spiritu, quidam ex his qui aderant, crimen intenderunt, dicentes eum non modo peregrinis ac novis uti vocibus, verum etiam inter se pugnantibus. Tum Amphilocheus, qui proinde inceterat, illorum utilitati consulens, vel saltem eorum, qui in ejusmodi homines incidunt, securitati, postulavit a Basilio dilucidam de vi harum syllabarum pertractationem. Inde nata occasio libri de Spiritu sancto scribendi.

Non potest ad aliud tempus referri hoc opus. Nam absolutum erat anno 375. cum Amphilocheus ad diem festum venit sancti Euplychii; & idque clare perspicimus ex his verbis epistolæ 231. quæ anno 375. exeunte scripta est: De Spiritu liber scriptus quidem a nobis est & absolutus, ut ipse nosti. Quominus autem misterem in charta descriptum, prohibere qui mecum sunt fratres; cum se a te mandata habere dicerent, ut in memoriam describant. Ne quid igitur contra præceptum tuum facere videamur, nunc procrastinavimus; sed paulo post mittemus, si quem idoneum ad perferendum nanciamur. Non potuit Amphilocheus hoc opus absolutum cognoscere, aut librarius mandare, ut illud in charta describerent, nisi eum Basilius inviserit. Non alio autem invitavit tempore, anno 375. quam die festo sancti Euplychii. Jam ergo absolutus erat liber de Spi-

ritu sancto; & cum illius scribendi occasionem dederit excitatus ab hæreticis præsentem Amphilocheo tumultus, quærendum nobis est aliud tempus, quo Amphilocheus Basilius inviserit; nec aliud occurrit præter diem festum sancti Euplychii anno 374. ad quem ita invitatus est Amphilocheus, ut ei abesse integrum non fuerit. Præterea hæreticos hoc anno 374. in Basilius die festo sancti Euplychii majorem in modum incensos fuisse perspicimus ex epist. 190. quæ non multo post hunc diem anno 374. scripta est. *Eorum autem, qui tunc a nobis abscissi sunt, inquit Basilius, alii quidem ad aulam se contulerunt, alii vero remanent, rumorom inde expectantes.* Hæc optime consentiunt cum his que narrantur in præmio libri de Spiritu sancto, ac Amphilocheum adfuisse probant hæc verba, *qui tunc a nobis abscissi sunt.*

VII. Nemo nescit quantas strages in Oriente anno 374. concitaverit deprehensum eorum facinus, qui de Valentis successore per sortes inquisierant. *Omnium fere ordinum multitudo, quam recensere est arduum, inquit Ammianus, in plagas calumniarum conjecta, percussorum dexteris fastigavit.* Cum Eusebius quidam, quem Basilius filium appellat, ejusmodi calumniis appetitus fuisset, a quibus nemo tutus esse poterat; Basilius Sophronium & Aburgium rogat, ut illius innocentiam patrocinio suo adjuvent: etsi enim in jure plurimum præsidii positum habeat, tamen periculum esse ne tempus causam illius lædat, & quia multi in atrocissimis sceleribus deprehensi, in eum hæc suspicio redundet.

Videntur ad illud suspiciosissimum ac sævis-simum tempus pertinere duæ sequentes epistolæ. In prima commendat Arinthæo virum longe nobilissimum ac moribus magis spectandum quam genere, qui judicium sustinebat, leve illud quidem & contemnendum, si veritas spectaretur, sed alioqui difficile & molestum ob calumniarum vehementiam. In altera commendatur Sophronio vir nobilis & eruditus, qui in calamitatem inciderat intolerabilem ac negotiis præter meritum implicatus erat.

VIII. Samosatensi ecclesie Basilius eo magis, relegato Eusebio, metuebat, quo magis eam omnibus bonis spiritualibus sub hoc præstantissimo pastore florentem viderat. Piam illius peccatoris sollicitudinem plures litteræ testantur. Otreio Melitensi, cui exilium Eusebii non minus quam sibi metipsum molestum esse sciebat, has mutuarum litterarum vices proponit; ut ipse quidem Basilio scribat quæ Samosatensis afferentur, ei autem Basilius, quæ ex Thracia. Nam nec Basilio populi Samosatensis constantiam cognoscere, nec Otrejo de communis patris rebus edoceri, leve solatium erat. Is autem qui hanc Basilius epistolam ferebat, Otreio narraturus erat quo in statu Eusebium reliquisset & quo animo ærumas ferentem.

Supra Gregorius Nazianzenus dicebat Eusebio in epistola paulo post ejus adventum in Thraciam scripta: *Habent alii nostrum fortasse obrogatum: nos Christum.* Jam tum ergo suspicio erat aliquem in locum sancti Eusebii intrusum fuisse, quod argumento est rem diu non fuisse ditatam; neque enim his in rebus lenti erant Ariani. Cito eos facinus aggressos esse indicat Theodoretus, qui sic loquitur: *Cum Ardan post adventum gregi eximium pastorem, ejus loco alium substituisent, nemo ex incolis civitatis, non pauper, non dives, non servus, non opifex, non agricola, non bor.*

ANNO 374

Furor in Basilio hæreticorum die festo S. Euplychii. Inde nata occasio scribendi libri de Spiritu sancto. a ep. 176.

Epistolæ ad conjugationem anni 374 spectantes.

lib. 29. p. 11 & 2.

De epist. 179. & 180.

Nonnullæ aliæ ad Samosatenses, ad episcopos Eusebio amicos & ad Antipatrum. De ep. 180 ad Otreium.

Hist. Boet. lib. 4. c. 15.

ANNŌ  
374.

*hortulanus, non vir, non femina, non adolescens, non senex, conventus ecclesiasticos ex more frequentavit. Solus ipse debebat, cum nemo eum videret, nemo alloqui vellet.*

De epistola  
182. 183. ad  
Samofaten-  
ses.

Ad hunc ergo annum referendæ duæ epistolæ, quas Basilius videtur scripsisse, postquam ad eum de mirifica cleri ac populi constantia allatum est. In prima beatos prædicat presbyteros, quod ad talem certaminis mensuram perducti fuerint, quam quidem precatur ut Dei dono patienter decurrant. In altera senatui Samofatensi gratulatur, quod cum per totum orbem persecutio diffusa sit, ac maximæ Syriæ urbes eadem ac ipsi mala expertæ fuerint, nullibi tamen adeo spectatus sit senatus ac bonis operibus clarus, ut Samofatensis. Quare parum aberat quin gratias etiam haberet his quæ Deus fieri permisit, quippe cum quod auro est caminus, id eorum virtuti calamitas fuerit. Hortatur jam exantlatis laboribus alios deinceps dignos adjiciant, ita ut & redeuntem aliquando pastorem circumstent alii aliud pro Ecclesia gestum narrantes, & in magna Domini die paræm recte factis mercedem consequantur.

De ep. 184.  
ad Eusta-  
thium Him-  
meriæ.

Videtur Eustathius Himmeriæ in Osrhoena episcopus, fidei magnus defensor fuisse, & Eusebio exuli vicariam operam navasse in sustentandis ecclesiis. Suspiciatur enim Basilius eum idcirco ad se raro scribere, quod cum ecclesiæ præpositis suis careant, plurimum negotii habeat in circumcurfandis Christi ovilibus ac lupis undique arcendis. Rogat tamen Basilius ut ad se scribat, quoties occurreret occasio. Satis perspiciatur inter episcopos, quorum exilium negotia exhibebat Eustathio, numerandum in primis esse sanctum Eusebium Samofatensem, qui columnen erat ecclesiarum. Quare hæc epistola non multo post ejus exilium videtur collocanda.

De ep. 185.  
ad Theodo-  
tum Berœæ.

Non longe ab eodem tempore removenda epistola ad Theodotum Berœæ episcopum. Nullum enim indicium habet persecutionis, quam deinceps in ecclesia Berœensi excitatam videbimus. Et cum Basilius in epistolis, quas scripsit anno 375. tum clero, tum populo ejusdem ecclesiæ, nullam prorsus mentionem faciat episcopi, id argumento est eum in magno numero confessorum exulum fuisse. Quare ante illud tempus collocanda hæc epistola.

De ep. 186.  
ad antipa-  
trum.

Cum anno 373. Antipatrum gubernacula Capadociæ capeissentem viderimus; epistola sequens, quæ ad eum scripta est, anno 373. aut 374. collocari debet. Non sine lepore gratulatur Basilius quod crambe aceto condita sanatus esset, ac ciborum appetentiam reparasset. Epistola 187. non est Basilius, sed breve & festivum ejusdem Antipatri ad superiorem epistolam responsum continet.

Respon-  
sum Anti-  
patri.

## CAPUT XXXI.

I. Scribit sanctus Basilius primam epistolam canonicam. II. Circa idem tempus scripta epistola 189. ad Eustathium, quam Basilius esse ostenditur. III. Respondet Amphiloquio de restituendo episcopatu in civitate Isaurorum. Agit in eadem epistola de cujusdam Georgii negotio, ad quod refertur etiam epistola 192. IV. De alia epistola quæ falso inscribitur Amphiloquio. V. Basilius persequitur Pontii Vicarius.

Scribit S.  
Basilius pri-  
mam episto-

I. Plenus apostolici fervoris Amphiloquius, cum ecclesiam suam moribus ornare & sanctis

legibus emendare incepisset, Basilius consulit pluribus de rebus ad disciplinam pertinentibus. Libenter ei respondit Basilius, seque fatetur plurimum utilitatis percipere, quoties Amphiloquii litteras accipit, sibi que magistræ quodammodo fieri respondendi curam: & certe cum de rebus ab Amphiloquio propositis numquam antea sollicitus data opera fuisset, coactum esse illas accurate considerare, & si quid a senioribus didicisset, recordari, atque ex iis quæ didicerat, multa ratiocinando colligere. Tres ejusmodi epistolas canonicas habemus, variis temporibus intra anni non pleni spatium compositas. Prima anno 374. exeunte scripta. Nam secunda, quæ satis longo post primam intervallo missa est, paulo post Pascha anni 375. missa fuit, ut modo videbimus.

Iam cano-  
nicam.  
a ep. 188.

II. Anno 374. exeunte scripta videtur epistola 189. ad Eustathium Archiatrum. Is artis suæ beneficium corporum morbis non definiebat: quod quidem Basilius non solum consentiente plurimorum fama, sed etiam sua ipsius experientia cum sæpe alias didicerat, tum maxime in summo dolore, quem ei non enarrabilis inimicorum nequitia inurebat. Gravi enim cordis vulnere inflammatum Eustathius infusus consolationis verbis demulsi, & tacere volenti, ac mala silentio perferre, multo satius esse demonstravit veritatem non prodere, sed lycophantas redarguere, ne plures lædantur prosperis mendacii contra veritatem successibus. Ut lupus cum agno ita cum Basilio inimici decertabant, nunc hoc nunc illud incusantes. Tres deos affingebant: fracto & convicto hoc mendacio, in promptu erat Sabellius. Inde pariter dejecti novitatem objiciebant, eo quod unam in tribus personis divinitatem Basilius doceret. Postremam hanc criminationem non inficiatione Basilius refellit, sed demonstrando Spiritum sanctum in omnibus Patri & Filio adjungendum.

Circa idem  
tempus  
scripta epi-  
stola 189. ad  
Eustathi-  
um, quam  
Basilius esse  
ostenditur.

Hanc epistolam Tillemontius collocat ad annum 376. & contra Eustathium Sebastenum scriptam existimat. Sed tamen dispar omnino ac discolor videtur iis quæ adversus Eustathium scriptæ sunt: ne verbum quidem ullum de Eustathio; nihil de illius in fide inconstantia, nihil de violatæ amicitiae scelere: nihil non consentaneum silentio, quod Basilius per tres annos maximis ab Eustathio provocatus injuriis servavit. Quare non alii hoc loco querendi adversarii, quam generatim Pneumatomachi: quos Basilius Eustathii monitu impugnare statuit, quamvis interim de privatis Eustathii Sebasteni calumniis taceret. Neque enim a solo Eustathio res molestæ Basilio acciderunt. Quantus in eum existerit Pneumatomachorum furor, quam in-  
E xpiabile cum eis bellum habuerit, perspicere potest ex epist. 213. & ex libro de Spiritu sancto n. 13. 25. 34. 52. 60. 69. & 75. Nec mirum, si cum lupo in hac epistola comparantur, qui cum jure vinceretur, dentibus vincebat. Hi in Basilius (2) insurrexerunt hoc anno 374. die festo sancti Euplychii, eo quod in precibus Spiritum sanctum cum Patre & Filio glorificaret: ac ita sese ab eo abscederunt, ut eorum alii in aulam proficiscerentur, alii remanerent, rumorem inde expectantes. Quinetiam per totam hiemem negotia ei faceffere non desierunt. Non enim alios designat Basilius in epist. 197. cum occupationes sibi per totam hiemem, tum ex negotiis ecclesiasticis, tum ab iis qui ecclesiis nocent, exhibitas fuisse testatur. Non ergo Eustathium

a 116. de  
Spiritu sancto.  
ep. 190.

stathium petit hæc epistola, nisi quatenus cum Pneumatomachis, etsi occulte, conjunctus erat. Huc accedit ipsa dogmatis pertractandi ratio. In probanda enim Filii divinitate, utpote ab adversariis concessa non immoratur Basilius. Sola Spiritus divinitas in controversiam ab impiis hæreticis vocabatur.

Jam vero si adversus Pneumatomachos scripta hæc epistola; tunc certe scripta est, cum Basilius consilium cepit scribendi de S. Spiritu quod quidem cepit anno 374. post festum diem S. Euphychii, ut modo vidimus. Quemadmodum enim in hac epistola declarat Basilius se tacere & mala silentio perferre satius existimasse, sed ab Eustathio ad defensionem veritatis revocatum; sic etiam in libro de Spiritu sancto, testatur se tacere satius duxisse, sed caritate, quæ non querit quæ sua sunt, retractum fuisse. Cum ergo utrumque scriptum, nempe epistolam ad Eustathium, & librum de Spiritu sancto voluntas tacendi præcesserit, necesse est ut eodem tempore & epistolam exaratum & consilium de Spiritu sancto scribendi susceptum dicamus. Neque enim Basilium a silentio retractisset Eustathius, si jam Amphilocho rogatu stultum ad refellendos Pneumatomachos acuisset. Sed uterque in Basilio sectendo operam conjunxit, nec videtur Eustathius, dum Basilium ad scribendum hortatur, unam aliquam epistolam contentum fuisse, sed magnum aliquod opus ab eo postulasse. Sic enim eum alloquitur Basilius: *Tu vero recte fecisti, quod hortatus es, ut ne veritatem proderem, sed redarguerem scophantas, ne plures ledantur, prosperos mendacio contra veritatem successus habente.*

Non dissimulandum est hanc epistolam extare inter opera sancti Gregorii Nysseni, eique attribui, ut illius stilo magis consentaneam, in quodam scholio, quod e MS. codice erutum in Notis app. fuimus. Scriptam conjicit Combefisius a Gregorio post mortem Basilii. Sed si Gregorii est, scribi non potuit post mortem Basilii. Si nota enim est pluribus persecutionis notis, nec umquam alias videtur major hæreticorum potentia existisse. At mortuo Basilio, vel potius statim atque ipse Valens divinæ justitiæ potestas concidit, penitus concidit potestas hæreticorum, nec jam poterant in Catholicos, velut lupi in agnos, deservire. Quare etiamsi tribuenda esset Gregorio hæc epistola; ad hoc ipsum tempus referri deberet, ad quod referendum duximus. Non enim referri potest ad initia episcopatus Gregorii; siquidem auctorem epistolæ jam diu vexabant hæretici. Neque etiam multo serius hoc anno 374. eam scripsisset Gregorius, qui anno 375. fuga sibi consuluit, seque hæreticorum furori prudenter subduxit. Atque etiam dubito an ejusmodi persecutionem expertus sit sanctus Gregorius Nyssenus, quæ cum hac epistola quadret. Etsi enim veritatem in eo solam oderant hæretici, non eum tamen, ut Basilium, solo veritatis nomine insectati sunt; sed varias causas fixerunt, ordinationem non canonicam, pecuniam ecclesiæ dissipatam. At nihil prorsus reperias, quod non cum Basilii rebus mirifice congruat. Stilus ipse Basilium plane redolet; nec multos fore arbitror, qui scholio, quod modo citavimus, assentiantur. Si quos autem moveat aut Dei nomen Spiritui sancto datum, aut opinatam quædam cum alio commentarii in Eusebii loco dissimilitudo, his jam occurrimus in Notis.

S. Basilii Oper. Tom. III.

III. Ad idem tempus referendæ videntur duæ aliæ epistolæ, nempe 190. & 191. Inter alias provincias, vel potius segmenta provinciarum, quæ Iconio adjunctæ novam provinciam composuerunt, civitas Isaurorum cum pluribus aliis ejusdem provinciæ locis attributa fuit. Sed cum hæc loca, itidem ut ipsa civitas, sive ab hostibus, sive ab Arianis vastata, episcopis destituta essent, plurimum negotii & sollicitudinis addiderunt Amphilocho. Consultus ab eo Basilius qua potissimum ratione hæc ecclesia in pristinum nitorem restituenda esset; accuratissime, ut in re maximi momenti, respondet. Ac utilius quidem fatetur esse, ut in plures episcopos ecclesiæ administratio dividatur: sed quia nec facile est reperire, qui episcopatu digni sint, nec mediocriter dampnum imminet ab episcopis tanto ministerio indignis; satius esse putat unum alium quem probatum & spectatum præficere civitati, eique committere singula suo ipsius periculo dispensanda: hunc enim procul dubio, ubi imperem se viderit oneri, adjuncturum sibi operarios ad messem. Quod si ne is quidem facile reperiri possit; auctor est Basilius, ut vel a parvis civitatibus & oppidulis, quæ olim episcopos habuerunt, initium fiat restituendi episcopatus, ac deinde civitati detur episcopus, ne is, si primus ordinetur, aliorum obstet ordinationi: vel saltem Isaurorum episcopo, qui nonnullos vicinos ordinabat, suus circumscribatur circulus, sicque restituendi episcopatus in aliis locis jus integrum Amphilocho servetur.

In eadem epistola Basilius Philonis de manna sententiam, & Scripturæ de curribus Pharaonis testimonium exponit. Ait etiam se ad Valerium fratrem, ut rogaverat Amphilocho, scripsisse, & a Sympio litteras communionis accepisse. Sed de his & nonnullis aliis modo agemus.

Tempus epistolæ perspicere potest ex his verbis: *Eorum autem, qui tunc a nobis abscissi sunt, alii ep. 190. n. 2. quidem ad aulam se contulerunt, alii vero remanent, inde expectantes rumorem. Potest autem Dominus tum horum spera frustrari, tum illorum reditum irritum reddere.* Loquitur Basilius, ut supra observavimus, de iis quæ contigerant die festo sancti Euphychii, cum adesset Amphilocho. Quare hanc epistolam immerito rejicit Tillemontius post Pascha anni 375. Non enim probabile est aut eos, qui Cæsareæ aut vicinis in locis remanserant, tamdiu expectasse, aut ab iis qui Antiochiam iverant, nullum per hoc tempus nuntium venisse. Uno ergo aut altero mense post diem festum S. Euphychii collocanda epistola. Venit quidem Amphilocho ad hunc diem festum anno 375. Sed ad hoc tempus referri non debent illæ hæreticorum molitiones, de quibus in hac epistola Basilius. Quæ enim hic de restituendis in Isauria episcopis disserit, ea jam magna ex parte ad exitum perducta fuerant, ante mensem Septembrem anni 375. ordinato Macedonio episcopo, atque, ut verisimile est, pluribus aliis. Non potuit ergo hæc scribi epistola nisi anno 374.

Hanc epistolam non pertinere ad annum 375. confirmatur ex his verbis: *Res Nyssena eo in statu sunt, in quo erant a te relicta, & ope tuarum precum cedunt in melius.* Designat Basilius exhibita Gregorio fratri negotia & illatas ab hæreticis lites. Hæc autem post festum sancti Euphychii anno 375. non modo non cesserunt in melius; sed etiam hæreticorum furor tunc maxime in Gregorium exarsit, cumque Vicarius jussit comprehendi,

ANNO 374. Respondet Basilius Amphilocho de restituendo episcopatu in civitate Isaurorum.

ep. 72. & 79.

ep. 225.

cap. 1. p. 3.

ANNO 374  
Agit in eadem epistola de eujusdam Georgii negotio, ad quod refertur etiam epistola 192.

De epist. 192.

De alia epistola quæ talio inscribitur Amphilocho.

Basilium persequitur

In eadem epistola loquitur Basilus de Georgio quodam Amphilocho, ut verisimile est, pro quo, cujus domus cum in magnas difficultates incidisset; auctor erat Amphilocho ut is codicillariæ alicujus dignitatis beneficio ex his rebus augustiis eriperetur. Basilus autem curam domus in Domium projiciendam putat, eumque daturum intelligentiam, ut hæ molestiæ alio modo vitentur. Quod si Amphilocho secus videatur; rogat eum Basilus, ut commentarium ad se mittat, de qua dignitate oporteat curam impendere, ut eam a potentioribus quibusque amicis aggrediatur exposcere, sive gratis, sive etiam modico pretio, prout Dominus fuerit. Non videtur alia de re loqui Basilus in epistola 192. ad Sophronium Magistrum officiorum, qui eum duplex beneficium sibi videretur accepisse, & quod Basilii litteras accepisset, & quod occasionem habuisset suæ illi operæ navandæ; sic ei gratias agit Basilus: *Quantam me existimandum est habere gratiam, qui & litteras suavissima tua vocis legi, & id quod expetebam tam celeriter confectum vidi? Itaque id quod missum est sua sponte pergratum fuit: sed longe libentius hoc ipsum eo nomine suscepti, quod tu rei illius conficiendæ existiteris dux & auctor.* Hæc mirifice coherent cum dignitate codicillaria, quam a potentioribus amicis petere statuerat Basilus, si ita videretur Amphilocho. Quare hanc epistolam 192. scriptam putamus anno 374. exeunte.

Sed antequam dimittamus epistolam ad Amphilocho, aliud est quod in ea observatum velimus. Ait enim Basilus sibi Sympium epistolam officii & communionis causa scripsisse; seque ei rescribere & litteras suas Amphilocho mittere, ut diligenter probatas ad Sympium transmitti curet, additis etiam suis ipsius litteris.

IV. Epistola 191. quæ perperam inscribitur Amphilocho, videtur ad illum scripta episcopum, quem Basilus Sympium vocat. Gratias ei agit Basilus, quod prior ad se scripserit, nec amici per litteras colloqui incceptor esse erubuerit. Rogat ut unanimes suos in eandem sententiam adducat, & cum certo constiterit, quibuscum futura sit communio; tum vero locus utriusque commodus & tempus itineri faciendo idoneum designentur; ac firmata inter episcopos concordia & pace non jam alii aliis suspecti singulis urbibus circumscribantur; sed fratres ex unaquaque ecclesia brevibus tesseriis tamquam viatico instructi mittantur & recipiantur. Cum hæc epistola non congruat Amphilocho, cujus communionem numquam caruit Basilus; duplici conjectura inquit Tillemontius, cuius hæc inscribenda sit epistola. Harum alteram refellimus in Notis: alteram vero, quæ Symposium Seleuciæ episcopum pro Sympio legendum docet, vehementer probamus. Magna est enim similitudo nominum Sympii & Symposii; vicinus erat Amphilocho Seleuciensis episcopus. Præterea Basilus Isauros numerat inter suos communicatores in epistola 204. num 7. Non tamen videtur Basilus cum episcopis illius provinciæ convenisse: nam hiems appropinquabat, cum hæc scriberet: unde petit tempus itineri faciendo idoneum designari: post hiemem in gravem morbum incidit. Sed cum de fide nihil inter eos disceptandum esset; facile potuit inter absentes concordia firmari, interprete præsertim & sequestro pacificationis Amphilocho.

V. Videtur ad hiemem anni 374. exeuntis

aut 375. ineuntis referenda persequutio, quam a Vicario Ponti excitatam Gregorius Nazianzenus ita diligenter & accurate narrat, ut totum hunc locum hic apponere operæ pretium esse ducam. *Is qui nefarium illum Adad, inquit Gregorius, adversus Israelim olim excitavit, idem contra hunc quoque Ponticæ provinciæ præfectum excitavit: hoc quidem prætextu, quasi muliercula cujusdam causa stomacharetur, sed re vera impietatis defensionem suscipiens, ac pietatem oppugnans. Mitto alias omnes contumelias, quibus Basilium vexavit, quod perinde est, ac si Deum dicerem, adversus quem, & cujus causa bellum gerebatur. Quod vero, & eum, qui contumeliam inferebat, maxima ignominia affecit, & pugilem nostrum summopere extulit) si modo magnum quiddam & excelsum existimandum est philosophia, & huius laude vulgus antequam oratione persequar. Mulieri cuidam amplissimo loco nata, cujus maritus haud pridem extremo vitæ die functus erat, judicis assessor vim afferebat, invitamque ad nuptias pertraherebat. Illa autem, cum nulla ratione hanc vim effugere posset, consilium capit, non majoris audaciæ, quam prudentiæ plenum. Ad sacram etenim mensam confugit, Deumque adversus hanc injuriam propugnatorem sibi adoptat. Quid igitur per Trinitatem ipsam (ut forensi quoque dicendi genere nonnihil inter laudes utar) faciendum fuit, non dico magno Basilio, ac de his crebus aliis leges statuente, sed alii cuiuspiam longe illo inferiori, dum tamen sacerdoti? Quid aliud nisi ut eam affereret, retineret, omni cura tueretur: Deum clementiæ & legi, quæ altaribus honorem haberi jubet, manum porrigeret, omnia denique prius faceret & pateretur, quam ut inhumanus ulium adversus eam consilium iniret, sicque & mensam sacrosanctam, & fidem etiam illam, cum qua supplex erat, contumelia afficeret? Nequaquam, inquit novus iudex: sed omnes imperio meo cedere, ac Christianos leges suas prodere oportet. Ille igitur supplicem deposcebat: hic omni vi retinebat. Ille rursus furore concitatur; ac magistratus quosdam mittit, qui sancti viri cubiculum perscrutarentur, dignominia causa potius id faciens, quam quod eiusmodi quidquam necesse esset. Quid ais? Domumne illius ab omni libidinis motu liberi, quem angeli complectuntur, quem vel solum intueri femina reformidant? Nec eo contentus, ipsum insuper adesse, & causam dicere iubet, neque id placide & humane, sed quasi unum ex illis, qui capitis damnati sunt, atque ipse quidem aderat. Ille autem ira & arrogantia plenus pro tribunali sedebat. Stabat Basilus, quemadmodum Jesus meus Pilato judicante. Gundabantur porro fulmina, Deique gladius adhauc exacuebatur, & differebatur, arcusque ita contendebar, ut tamen retineretur, penitentia videlicet tempus ac locum aperiens. Hoc enim apud Deum in more atque usu positum est. Atque hic mihi quæso alterum persequutoris & athleteæ certamen specta. Pallium detrahi & lacerari iubebat: at ille, exuam præterea, si ita lubet, etiam tunicam. Eum, qui carnis expertus erat, verberatum se minabatur: corpus submittebat, Ungulis laceraturum: at ille, Huiusmodi, inquit, laniatione medicinam hepatis afferes, magnopere, ut videres, me prementis. Atque hi quidem in his erant. Civitas autem, simul atque huiusmodi malum ac commune periculum rescivit (periculum enim suum quisque ipsius contumeliam esse existimabat) tota furore corripitur, atque incenditur, ac, velut fumo apum examen movente, certatim omnes cuiuslibet generis atque ætatis excitantur & exurgunt, ac præsertim armorum opifices, imperatorisque sectores.*

Ponti Vicarius.

orat. 20. p. 353.

tores. Nam hi in eiusmodi rebus ferventiores sunt, atque ob libertatem ac licentiam, qua fruuntur, ad audendum paratiores. Unicuique porro telli loco erat, vel quod ars offerebat, vel quod in re presentanti tumultuarie confecerat. Faces in manibus, saxa, fustes in promptu, unus omnium cursus, unus clamor, communis animorum alacritas: furor, miles vehemens, imo belli dum. Ne mulieres quidem tunc temporis inermes erant, hac admirum occasione animos earum exacuente (radit autem ipsi bastarum loco erant) imo nec mulieres iam manebant, quippe quas zelus roborasset, atque ad virilem fortitudinem animique magnitudinem traduxisset. Quid multa? pietatem omnes ita demum inter se partituros censebant, si ipsum dividerent ac discernerent; atque is maiorem apud eos pietatis laudem habiturus videbatur, qui primus in eum, qui tantum facinus aggressus esset, manum intecisset. Quid igitur audax ille & insolens iudex? Supplex erat, miserabilis, calamitosus, quovis homine detestior: quoad in conspectum prodians ille martyr, & sine plagis victor, ac populum pudore correptum per vim retinens, supplicem suum & vexatorem a periculo vindicavit.

in Basil. p. 485.

Tangit etiam hanc historiam Gregorius Nyssenus, qui Basilium narrat, cum ei iudex quidam minaretur se illius jecur ex visceribus evulsurum, insultas minas subridendo excipientem dixisse: Gratiam tibi habebo ob hanc voluntatem: non enim mediocriter me angit in visceribus iecur. Quare si illud eietas, quemadmodum minatus es, molestia corpus liberabis.

Judicem illum, qui tam indignis modis Basilium vexavit, uterque Gregorius *ὑπαρχος* Praefectum appellat. Sed his in locis legendum videtur *ὑπαρχος*. Vicarius enim fuit Praefecti in diocesi Pontica, quam ab eo gubernatam testatur Nazianzenus: & cum iudex ab eodem vocetur, Comes Ponticae esse non potuit, ac proinde vices Praefecti agebat. Apud eundem Nazianzenum pro his vocibus *τιμὴν τοῦ τῶν ἐκ ἐκείνου*. Quosdam magistratus mittit, legere malim *ἐκ ἐκείνου*, mittit aliquos ex ministris suis.

ad an. 370.

Matronam, cujus nuptiae tam violemter appetebat Vicarius Praefecti, Vestianam illam fuisse opinatur Baronius, de qua in vita S. Marcinæ Gregorius Nyssenus loquitur. Sed in hac expendenda conjectura, quae nulla nititur ratione, non immorabor. Illud ad statuendum difficile, quinam ille fuerit Vicarius, & quo hæc acta tempore.

or. 20. p. 353.

Narrata Valentis Cæsareæ commorantis persecutione, sic ad istam transit Gregorius, ut eam non obscure demonstrat alio evenisse tempore. At enim, inquit, huiusmodi quidem fortasse ea, quae cum illis egit, fuerunt, eumque finem habuerunt, ceterum cum aliis alio modo se gessit, aut parvis de rebus, aut parum egregie dimicavit, aut non ita sapienter disseruit, nec ut hominum commemorationem, aut certe insignem laudem mereretur?

Multa sane ex iis, quae narrantur a Gregorio, optime conveniunt in impium illum Ponticæ Vicarium, Demosthenem, qui in Cappadocia & finitimis provinciis grassatus est anno 375. & 376. Is cum sui in Basilium odii plurimas significationes dederit, seque acerrimum hæresis defensorem præbuerit, non immerito idem videri posset, ac ille Vicarius, quem narrat Gregorius Basilio multas alias contumelias fecisse, & in speciem quidem mulierculæ causa excanduisse, sed re vera hæresis defensionem, ac pie-

tatis oppugnationem sibi proposuisse. Huic favet opinio quod ait hic bellum mundanum desisse, & felicem Deo favente exitum habuisse, id est, hoc certamen cum Vicario omnium postremum fuisse.

Sed cum Nicetas, cujus hac in re non spernenda auctoritas, Vicarium illum, de quo Gregorius loquitur, Eusebium Dominicæ Imperatricis avunculum fuisse testetur, nobis integrum non est hanc historiam in Demosthenis nomen conferre. Non enim probabile est id Nicetam de suo finxisse; sed potius verisimillimum est, ut observat Tillemontius, hanc eum notationem ex aliquo exemplari vetusto eruisse, in quo nomen Eusebii ad marginem adscriptum erat.

Not. in Naz. p. 781.

Cum autem hæc persecutio neque ad annum 372. neque ad 375. referri possit, videtur intra illud tempus collocanda, quod inter utramque persecutionem effluxit. Nam post Demosthenis persecutionem, nihil nobis suppeditat historia Basilii, quod cum hoc eventu quadrare possit. At hiems hujus anni 374. exeuntis mirifice congruit. Jam enim vidimus nefarias hæreticorum molitiones, quorum alii post festum S. Eupychii in anam cucurrerunt, alii remanserunt rumorem expectantes. Præterea Basilium initio epistolæ 200. testatur sibi *negotia ab illis qui ecclesiis nocent exhibita per totam hiemem fuisse*. Similiter initio epistolæ 203. commemorat sua *cum illis, qui doctrinam veritatis impugnant, certamina*. Non incommode ergo in hac hieme Basilium cum Eusebio Vicario narratam a Gregorio pugnam & multas alias sustinuisse existimamus.

Non magni refert, quod Gregorius hoc bellum omnium postremum fuisse dicit. Loquitur enim Gregorius de eiusmodi pugnis, in quibus Basilium in iudicium vocatus, veritatem pro tribunali acriter defendit: quod quidem ei in Demosthenis persecutione non videtur contigisse. Huc accedit quod Gregorius, dum ait, *Hic bellum mundanum desit*, non eum rerum ordinem sequitur, quem temporum series postulabat, sed quem sibi ipse in adornanda oratione præscripsit. Hinc bellum episcopale ibidem a dissensione cum Anthimo incœpisse dicit; quamvis constet Basilium in ipso episcopatus primordio plures Cappadociæ episcopos schismate a se disjunctos habuisse.

CAPUT XXXII

- I. *Gravissimus Basilii morbus ante Pascha anni 375. Quatuor litteræ ad hunc morbum pertinent.*
- II. *Accurata historia translationis sancti Dionysii ex epistola sancti Basilii ad sanctum Ambrosium.*
- III. *De epistola 198. ad S. Eusebium.* IV. *Epistola canonica secunda & epistola 200. ad S. Amphilochem.* Paulo post epistola 201. ad eundem scripta.
- V. *Concilium Amphilochem de restituendis episcopis, ad quod vocatur Basilus.*

I. (a) Longior solito fuit hiems anni 375. in Cappadocia, ac viæ omnes usque ad Pascha interclusæ fuerunt. Basilium per totum hoc tempus occupationes negotiorum exteriorum, & ut jam diximus, (b) prælia cum veritatis hostibus detinuerunt. (c) Continuae etiam ac vehementes febres illius corpus adeo consumserunt, ut visum sit aliquid ipso tenuius, ipse nempe Basilus. Præterea quartanarum accessus ultra viginti vires perstitit. Febribus liberatus, ita debilis erat, ut nihil ab aranea differre videretur. Ita-

Gravissimus Basilii morbus ante Pascha anni 375. Quatuor litteræ ad hunc morbum pertinent. a ep. 198. b ep. 203. c ep. 193.

ANNO  
375.

que cum eum Meletius medicus in suam solitudinem invitasset, non potuit hoc iter suscipere, quemlibet auræ impulsu reformidans, sed iterum se verno tempore promisit, modo eum Deus magna sua manu sanaret.

Incidit in hunc morbum ante Pascha; quidem liber a febris verno tempore expectabat. Quod si in epist. 198. febrium acerbissimam commemorat, vel de præteritis febribus id intelligendum est, vel de morbo recrudescente. Recruduit enim morbus: unde ait in epistola 200. *Morbi me ex morbis excipiunt.*

Morbum suum eodem modo indicat in epistola ad Zoilum, quæ proinde ad idem tempus referenda. Eruditus ille vir ac disertus, cum sic ad Basilium scripsisset, ut velut in audaciore quodam facto veniam peteret; hortatur eum Basilium, ut ad omnem occasionem scribat; libenter enim lecturum se viri eloquentis litteras, & cum a Scriptura didicerit quantum sit caritatis bonum, suavissimum sibi fore hominis amantis colloquium. Eiusdem morbi notæ observantur tum in epistola ad Euphronium Coloniam episcopum, in qua dicit videri se adhuc in terra versari, tum in alia ad Aburgium, quem optat, ut aliquando in patria videre possit, dum in terris versatur, atque aerem ducit; in hoc enim tantum participem se esse vitæ, quod respicit.

Cum Colonia, cui præerat Euphronius, a viis publicis distaret; Basilium raro ad eum scribebat, quamvis sæpe ad alios Armeniæ episcopos scriberet, quia neminem futurum sperabat, qui litteras suas Coloniam perferret. Sed cum tunc haberetur concilium aliquod in Armenia, quod quidem paulo post Pascha videtur contigisse; Basilium aut ipsum Euphronium sperans adfuturum, aut saltem episcopos quibus scribebat, operam daturus ut sua perferretur epistola, hanc illius salutandi occasionem non prætermisit. Epistola illa ad episcopos Armeniæ scripta, in magno numero est earum, quas amisimus.

Accurata  
historia  
translatio  
nis S. Dionysii ex  
epistola S. Basilii ad S.  
Ambrosium.

II. De translatione corporis sancti Dionysii Mediosolanensis variz feruntur historiz, in quibus dijudicandis receptiores scriptores ludaverunt. Ex quibusdam Actis apud Mombritium sanctus Dionysius obiisse dicitur in Armenia, in quadam urbe, quam alii Arreiciam, alii Ariaciam, alii aliis appellat nominibus. Hujus urbis episcopus Aurelius, prout Dionysius moriens rogaverat, illius corpus Mediolanum ad Ambrosium episcopum retulit; ibique post tres annos ipso sancti Dionysii anniversario die mortuus, prope eundem a sancto Ambrosio sepultus dicitur. Simplicius multo ac verius Ursardus & Ado S. Dionysium in Cappadocia mortuum esse tradunt, ejusque corpus Ambrosio Basilium reddidisse, Utris monumentis fides adhibenda sit, ambigere verat epistola Basilii ad Ambrosium; quam in aliis codicibus MSS. & editis insigni parte truncatam, in vetustissimo codice Harleano integram percommode reperimus.

De ep. 197.

Ambrosius inter primas episcopatus sui sollicitudines id curæ habuit, ut corpus beati Dionysii, qui in Cappadocia obierat, Mediolanum reduceret. Misit ergo e clero suo selectos viros cum litteris ad Basilium, quem rogabat ut sibi in hoc consilio adiutor esset. Mediolanenses clerici laudem toti clero Mediolanensi conciliarunt morum suorum gravitate: & cum adhuc sævirer

hyems in Cappadocia, libenter hoc incommodum pertulerunt, ut mandata episcopi sui adimplerent. Sed difficillimum fuit fidelibus illius loci, ubi sepultus erat S. Dionysius, persuadere, ut patrem & patronum suum cederent, cui martyris honores deferebant, quemque præsidium urbis suæ esse ducebant. Sed tamen eos flexit clericorum Mediolanensium animi firmitas. In quo quidem perutilam eis operam navavit Theodorus presbyter Casariensis, quem Basilium eis socium adjunxerat. Is labore itineris sponte suscepto vehementiorem fidelium loci illius impetum compressit: & cum reluctantes oratione sua flexisset, coram presbyteris, diaconis, multisque aliis Deum timentibus sublatis cum debita reverentia reliquias Mediolanensibus servavit, quas qui antea custodiebant, non sine lacrymis prosequuti sunt, sed tamen aliorum gaudium suæ consolationi prætulere.

Sic rebus ex sententia confectis Ambrosio rescripsit Basilium, se inter magna Dei dona numerare, quod eum cognoverit, & interni hominis pulchritudinem ex litteris perspexerit. Deum glorificat qui eum e iudicibus terræ ad cathedram Apostolorum mirabiliter transtulit. Hortatur ut bonum certamen certet, & patrum reponet vestigia & sæpe ad se scribat. Narrat quomodo corpus beati Dionysii impetratum fuerit a fidelibus illius loci, in quo quiescebat. Declarat nullum esse ambigendi locum; hunc illum esse invictum athletam; hæc ossa quæ cum beata anima dimicaverunt; unam arcam fuisse quæ venerandum illud corpus excepit; neminem prope ipsum jacuisse, insigne sepulchrum fuisse; Christianos qui illum hospitio exceperant, & tunc manibus suis deposuisse & nunc extulisse; honorem martyris ei delatum fuisse.

Non una est causa, cur hanc epistolam hoc anno circa Pascha scriptam existimem, 1. S. Ambrosium Basilium, ut recens electum, hortatur ad patrum sequenda vestigia, eumque laudat, ut spe & expectatione magis, quam rebus pro Ecclesia fortiter gestis insignem, 2. Illius etiam clericos laudat, quod hiemem imperviam non reformidaverint, dummodo episcopi sui mandata facerent, Id autem nulli anno melius congruit, quam huic 375. quo omnes Cappadociæ viæ usque ad Pascha interclusæ fuerunt, ut legimus in epistola sequenti. 3. Sanctus Ambrosius sic de Dionysio loquitur in epistola ad Vercellenses: *Beatus Dionysius, inquit, exegit votis ut in exsilio vitam poneret, ne regressus confusa instituta & usu infidelium studia plebis aut cleri inveniret: meruitque hanc gratiam, ut pacem Domini tranquillo affectu secum referret.* Sic ergo conjunctus Dionysii reditus cum Ambrosii ordinatione, quæ pacem restituit, ut ipse Dionysius pacem retulisse videretur. Ex his colligimus Ambrosium episcopatus sui primordia sancti Dionysii reditu illustrasse.

III. Paulo ante Pascha scripsit sanctus Eusebius ad Basilium, & cum eo iurgavit, quod ad se non scriberet, ac si desint occasiones, non aliquem e suis clericis mitteret. Jam antea aliam ejusdem Eusebii epistolam officiales detulerant. Re vera non multas Eusebio scripserat epistolas Basilium, quia nactus non erat, qui ad eum proficiscerentur, sed tamen plus quatuor scripserat, simulque litteras ad se post priorem Eusebii epistolam Samosatensis allatas, Leontio Peræquatori Nicææ miserat, ut illius opera darentur Sophronii domus procuratori, easque ille ad Eusebium

De epistola  
198. ad S.  
Eusebium.



seebium perferendas curaret. Unde suspicatur Ba-  
silium alicujus eorum, quibus hæ litteræ tradun-  
tur, aut negotiis aut segnitie fieri ut non red-  
dantur. Cui autem aliquem ex clericis non mi-  
serit, excusat acerbissimam hiemem, quæ om-  
nes vias usque ad Pascha intercluserat; tum  
etiam clericorum suorum alienum a peregrina-  
tionibus animum, eo quod ex sedentariis arti-  
bus victum comparent. Unde etiam rure co-  
actus fuerat accersere, qui hanc epistolam perfer-  
ret. Eusebium lectorem diu apud se retinuerat  
Basilium, aerem temperatum expectans; tandem  
dimisit, non sine metu, ne iter infirmæ valetu-  
dini noceret. Nonnulla in Oriente novata fue-  
rant, sed cum ea fratres Eusebio narraturos sci-  
ret, scribendis supersedit. Ita morbo debilita-  
tum se esse dicit, ut se ærumnosæ hujus vitæ  
tempus exegisse crederet. Quid autem in Oriente  
novi eveniret, non facile est assequi. Forte lo-  
quitur Basilium de ecclesiæ Antiochenæ pertur-  
batione, quæ paulo ante hujus epistolæ tempus  
tanta exstitit, ut presbyteri nonnulli jurare co-  
acti sint numquam se publice Antiochiæ sacerdo-  
tio functuros, vid. epist. 199. can. 17. Forte  
etiam Basilij verba de rebus Samosatensibus ac-  
cipi debent. Nam Eunomius, qui in locum sac-  
ri Eusebii intrusus fuerat, non diu videtur hæc  
in urbe mansisse. Cum enim invisum se omni-  
bus esse animadvertisset, libenter abcessit: at  
ejus loco Lucium Asiani hominem longe dete-  
riorem ordinaverunt.

IV. Missæ etiam Amphilochio paulo post Pa-  
scha epistola canonica secunda & sequens epistola  
200. Nam in epistola canonica excusat morbum  
& ministrorum penuriam, cur non scriptum illud  
citius miserit, cum jamdudum propositis ab Am-  
philochio quæstionibus respondisset. In epistola  
autem 200. morbos & occupationes negotiorum  
exteriorum & certamina cum hæreticis causatur,  
quibus se per totam hiemem usque ad hujus epi-  
stolæ tempus dicit detentum fuisse. Missa ergo  
simul utraque epistola; siquidem utrique moram  
eandem causæ attulerunt.

Frustra Tillemontius existimat canonicam pri-  
mam simul cum secunda missam fuisse. Nam in  
secunda non solum multæ quæstiones solvuntur,  
de quibus prima nihil habuerat, velut de (a)  
raptoribus, de (b) presbytero nuptiis illicitis  
implicato, de absurdis (c) votis & aliis ejusmo-  
di; sed etiam multa, quæ in prima statuta fue-  
rant, clarius & uberius explanantur in secunda,  
ut (d) de lapsis virginibus, [e] de baptismo hæ-  
reticorum & pluribus aliis: ex quibus patet Am-  
philochium, lecta priore epistola canonica, no-  
vas quæstiones Basilio proposuisse, & de præte-  
ritis, quid dubium aut obscurum sibi videretur  
significasse. Id præcipue observari potest in ca-  
none 47. de baptismo hæreticorum, ubi Basilium  
idem de Enekratitibus, Saccophotis, & Apotactitis  
ferendum esse judicium negat, ac de Novatiani-  
tis: non aliam sane ob causam, nisi quia Am-  
philochius significaverat discrimen inter has se-  
ctas sibi minus probari. Unde Basilium: *Quod  
si apud vos, inquit, prohibita est rebaptizatio sicut  
apud Romanos, nostra tamen ratio vim obtineat.*  
Decepit Tillemontium hoc epistolæ secundæ ca-  
nonicæ præmium: *Cum pridem ad propositas  
vobis a tua pietate quæstiones respondissem, non mihi  
scriptum, partim quidem longo & periculoso morbo  
detentus, partim vero propter penuriam ministrorum.*  
Hæc vir doctus de primis canonibus dicta  
existimavit, quamvis de secunda epistola cano-

nica dicta sint, cui iam absolute Basilium, ut  
scriptoribus non insolitum est, præfationem ap-  
ponebat. Hæc enim secunda epistola canonica  
simul cum ducentesima epistola missa est per  
Meletium, qui proficiscens monuerat Basilium  
copiam esse salutandi Amphilochii. In exordio  
utriusque epistolæ easdem affert rationes, cur  
tamdiu siluerit: At duæ illæ epistolæ simul  
mitti non potuerunt, quin canonica multo ante  
absoluta fuerit. Cum enim inutile fuisset duas si-  
mul ad eundem epistolam scribere, tum vero im-  
probabile est Basilium unius aut alterius diei spatio  
triginta & amplius canones condidisse, cum præ-  
sertim declaret in præmio canonicæ primæ, co-  
actum se fuisse diligenter attendere, & si quid a  
senioribus audisset, recordari, & cognata iis quæ  
didicerat, per se ipse ratiocinari. Non verisimile  
est Basilium in secunda canonica epistola adornan-  
da segniorem fuisse. Jamdudum ergo conditi  
canones ante oblatam facultatem Meletii, ac præ-  
fatio post absolutum opus addita. Similiter dua-  
bus aliis epistolis canonicis præfatio, postquam  
absolutæ fuerunt, apposita fuit. Nam cum ait  
Basilium in primæ præmio, prudentiorem se  
esse, & multa quæ ignorabat didicisse, ac co-  
actum fuisse diligenter attendere, & si quid audierat  
a senioribus, recordari, & cognata iis quæ audie-  
rat, per se ipse ratiocinari; cum, inquam, hæc  
dicit, manifeste declarat se huius operis labore  
defunctum esse. Tertiæ epistolæ præfationem  
scripsit Basilium, cum redeunti ex Pontico itinere  
allatæ sunt litteræ Amphilochii, quibus nulla  
interposita mora respondit; ac proinde spatium  
non habuisset condendorum canonum, nisi antea  
absoluti fuissent.

Narrat Basilium in epistola canonica secunda,  
consultum se fuisse a presbyteris Antiochenis,  
qui coram infideli viro coacti fuerant jurare  
numquam se Antiochiæ sacerdotio perfuncturos;  
seque auctorem eis fuisse, ut a publicis quidem  
conventibus abstinerent, privatim autem munia  
obirent presbyterorum. Cum autem unus ex il-  
lis, Bianor nomine, Iconii, Antiochia relicta,  
domicilium suum constituisset; censet Basilium  
eum hac lege non teneri, & publice sacerdotio  
perfungi posse; modo tamen penitentiam agat  
obfacilem & promptum ad jusjurandum animum.

Meletius, qui has litteras detulit, milites  
recens collectos deducebat. Gratissima fuit Ba-  
silio scribendi ad Amphilochium occasio: hunc  
rogat, ut invisat ecclesiam Cæsariensem, post-  
quam res Lycaoniæ composuerit, eamque, sive  
se vivo, sive mortuo, ut propriam curet. Com-  
mendat ei Meletium, monetque ut diei festo  
sancti Euphychii non desit, neque expectet,  
dum iterum moneatur, imo ipsum diem ante-  
vertat, ut se exilaret.

Cum hæc scriberet Basilium, Amphilochium  
putabat optima uti valetudine. Sed paulo post  
scripsit Amphilochius se in morbum incidisse.  
Permolesum id fuit Basilio, qui Amphilochii  
videndi magno tenebatur desiderio, ejusque con-  
silio ad multa uti volebat. Sed ei veniam dat  
& petit vicissim, cum utrumque eadem causæ  
detinuerint; morbus Amphilochium, Basilium  
vetus ægrotudo quæ nondum abcesserat.

V. Postquam e morbo convalescit Amphilo-  
chius, curam & sollicitudinem in re magni mo-  
menti constituenda insensit. Inter alia provin-  
ciarum segmenta, quæ attributa Iconio fuerant,  
insignis erat civitas Isaurus, quæ provincie Isau-  
riæ nomen dederat, & inde cum multis aliis  
oppi.

Epistola ca-  
nonica se-  
cunda &  
epistola 200.  
ad Amphi-  
lochium.  
Paulo post  
epistola  
201. ad  
eundem  
scripta.

a can. 30.  
b can. 27.  
c can. 8.  
d can. 18.  
e can. 97.

can. 19.

De ep. 201

Concilium  
Amphilo-  
chii ad  
quod voca-  
tur Basilium.

ANNO  
373.

De ep. 202.

ep. 216.

oppidis avulsa, Lycaonia adiuncta est. Destituta autem episcopis, erant tum magna illa civitas, tum alia oppida, sive ab hæreticis, sive ab hostibus vastata: Basilium consuluerat anno proxime elapso Amphiloichius, qua potissimum via remedium huic malo ferendum esset; sed hoc anno rem minime protrahendam ratus cum episcopis deliberare statuit, ac Basilium ad concilium suum advocavit. Præter desiderium videnti Amphiloichii, tam eximia conveniendi causa Basilium exacuebat. Sed eum moveri non sinebant morbi reliquæ. Nuper enim curru ad Martyres usque veclus, pene in eundem statum relapsus fuerat. Rogat itaque ut res, si fieri possit, in paucos dies differatur, seque ad futurum promittit. Sin autem urgent negotia; hortatur ut peragant quæ in manibus sunt, seque tamquam præsentem eorum, quæ præclare gerentur, participem numerent.

Non dubium est quin expectatus fuerit Basilii adventus. Nam se in Pisidiam venisse testatur, ut cum episcopis illius regionis ea, quæ ad fratres Isauriæ spectant, componeret. Cum autem huic de restituendis episcopatibus deliberationi multas inessent difficultates; videtur ea vicisse sententiæ, quam anno superiore proposuerat Basilus, ut magor civitati primum episcopus daretur; suoque illi circulo circumscripto, quia vicinos nonnullos ordinabat, deinceps per nos Amphiloichium jus esset & arbitrium episcoporum in aliis civitatibus constituendorum. Id colligimus ex initio epistolæ 217. quæ est canonica tertia, ubi Basilus auctor est, ut aliquis ex neophytis ordinetur episcopus, sive Macedonio ita videatur, sive non. Erat ergo Macedonius magor civitatis episcopus, ac metuebat Basilus ne is jurisdictionem suam episcoporum in aliis civitatibus ordinatione coerceri moleste ferret. Sed hujus rei interpellandæ ablatum ei jus fuerat consilio Basilii, qui suum illi circumulum voluerat circumscribi. Macedonius non diu Isaurum rexit: nam hujus civitatis episcopus Hilarius in concilio C. P. & in Testamento sancti Gregorii Nazianzeni vocatur.

## CAPUT XXXIII.

- I. Dazimonem perturbat Eustathius & multos abstrahit a communione Basilii, qui ad eos scribit.
- II. Scribit etiam ad Neocæsarienses. III. Iterum mittit in Pontum & agit de congressu cum episcopis. IV. Neocæsariensibus nihil respondentibus iterum scribit. Duæ aliæ eadem de re ad amicos litteræ. V. Post festum sancti Euphyctii in Pontum proficiscitur. Eo veniente ad fratris ædes, turbatur Neocæsarea. Scribit ad eos & ad Olympium. VI. Basilio redeuntis nuntiatur quid contra ipsum hæretici, quid contra Meletium Paulini sectatores moliantur. Plures bis de rebus litteræ. VII. De epistola canonica tertia, & epistola 218. quæ simul missa est. VIII. Litteræ ad Samosatenses, ad Beroenses & Celsidenses per Acacium missæ.

Dazimonem perturbat Eustathius & multos abstrahit a communione Basilii, qui ad eos scribit.

a ep. 216.

I. Præter famosos libellos, quibus Basilii famam Eustathius laceraverat, occultis etiam illum machinationibus lædere conabatur. Nam [a] Dazimonem, quæ regio est Ponti secus Iridem sita, perturbaverat, ac multos in Ponto episcopos a communione Basilii abstraxerat. Hæc autem illum astu molitum esse, non palam & aperte ut in famosis libellis, inde percipitur,

quod cum ei Basilus motuum Ponti conceptis verbis causam in epist. 216. adscribat; in epistola 203. postulet, ut auctor calumniarum e latebris in apertam lucem prodeat. Basilus [a] a epist. 203. dudum aiebat cum episcopis Ponti congregari; at eum detinuerunt causæ eadem, quas supra recensuimus, morbi, sollicitudines ecclesiarum, & pugnæ cum hæreticis. Sed paulo post reditum ex Pisidia epistolam scripsit ad episcopos maritimos, eos præsertim qui Dazimonem incolabant. Permolestum erat Basilio, quod eorum caritas jamdudum sibi deesset, nec ulla ab eis epistola, nulli clerici venirent, quamvis rerum Cappadociæ status ad hæc officia frequenter exhibenda eos hortari debuisset. Nam excitatos ab hæreticis fluctus Cappadoces excipiebant, iis qui retro erant in tranquillo degentibus. Forte hæc ipsa causa eorum studia retardabat. Metuebat enim Basilus ne, quia eos tuebatur locorum situs, aliorum auxilio & communione viderentur sibi non indigere, & idcirco vulnera, quæ eorum animis calumniæ fecerant, difficiliter sanarentur. Dolorem suum corde jamdudum premebat; pudebat enim querelas suas apud remotos communicatores deferre. Sed tamen ea de re cum omnibus Cappadociæ episcopis communicavit, qui ei auctores fuere, ut ad maritimos episcopos scriberet, ac epistolam Petro presbytero, ipsius, ut verisimile est, fratri, viro ad ea, quæ deerant epistolæ, explenda idoneo committeret.

Scripsit itaque ad eos epistolam ducentesimam tertiam, quæ omnibus caritatis & humilitatis notis insignis est. Proponit viam perfacilem & expeditam ad cognoscendam veritatem. Prophitetur paratum se esse coram eis illata sibi crimina diluere, modo adversa fronte prodeant qui injuriam faciunt, ita ut is qui convitiatur, non jam sit diabolus seu calumniator, sed accusator: imo neque accusator, sed frater admonens in caritate & ad emendationem arguens: ipsi vero non convitiatorum auditores sint, sed argumentorum judices: neque nos, inquit, incurati relinquamur, nostro nobis non indicato delicto. Sive igitur in Cappadociam venire velint, & ipsius peccata scrutari, utrum talia sint qualia audierunt; pollicetur se eos supinis manibus excepturum. Sive locum aliquem in Ponto designare maluerint, libenter se eo venturum, ut probandum se & examinandum exhibeat.

De auctore calumniarum sic loquitur Basilus, quasi eum non nosset, aut unum aliquem ex Ponti episcopis esse suspicaretur. Postulat enim ut aperta fronte prodeat, nec jam calumniator sit, sed accusator, imo nec accusator, sed frater admonens in caritate. Non puto eum de Eustathio sic loquuturum fuisse, si ab eo hæc omnia orta esse deprehendisset. Forte ergo id non deprehendit, nisi ex congressu cum episcopis Ponti. Certe post hunc congressum rem perspectam & exploratam habuit. Sic enim loquitur in epistola 216. Atque inde nos in Pontum excepit peregrinatio, cum Dazimonem satis perturbasset Eustathius, multosque illic adduxisset, ut se ab ecclesia nostra abscinderent. Manifesta est hujus testimonii necessitudo cum epistola hæc ducentesima tertia. Quod enim iter suscepisse se dicit in epistola 216. id in epistola 203. suscepturum se promittit, si locum designare velint Ponti episcopi. Locus ex utraque parte designatus rem confirmat. Nam ut Basilii commodo consulerent Ponti episcopi, ut modo videbi-

debimus; constituerunt cum eo congregari, ubi is

parociam suam visitans ad fines Comanicos venisset. Erat autem Dazimon infra Comaniam. Scripta videtur epistola 203. post reditum ex Pisidia. Nam cum Petrus optata responsa retulisset, Basilius iterum Meletium presbyterum misit, ac episcopos ob corporis infirmitatem rogavit, ut tunc congressus fieret, cum ipse in fines Comanicos, parociam suam visitando, pervenisset. Non ergo aliud iter meditabatur, cum hæc scriberet, ac itineri Pontico, cujus suscipiendi gravissimæ suberant causæ, moras afferret infirma valetudo.

II. Multo graviores Basilio molestiæ acciderunt a Neocæsariensibus; quam ab aliis Ponticis civitatibus. Erant Basilio cum hac urbe magnæ necessitudines. Patriam suam, ut supra vidimus, Pontum appellat, quia puerilem institutionem prope Neocæsaream acceperat ab avia Macrina, quæ Gregorium ejusque successores magistros ac patres habuerat. Basilius Athenis reducem cum missi ex magistratibus legati, tum postea tota civitas circumfusa maximis honoribus allicere conata fuerat, ut juventutis erudiendæ provinciam susciperet. Præterea summa semper existerat inter utramque ecclesiam, Cæsariensem & Neocæsariensem, animorum conjunctio: utriusque, clerus ac populus sæpe diebus festis obeundis permiscebatur: ipsi pastores ita inter se diligebant, ut alterum uterque instar magistri ac ducis haberet. Videtur summa illa caritas aliquantum refrixisse sub Musonio. Quamquam is, etsi suam Basilio operam in concilianda ecclesiarum pace non navabat, nunquam tamen eam ad debellandos hæreticos denegaverat: ejusque morte afflictos Neocæsarienses disertissima epistola consolatus est Basilius. Sed jam tum metuebat ne quis ex hominibus sibi non amicus in hanc sedem eveheretur: denuntiavit enim Neocæsariensibus suam cum illis conjunctionem, pro ut sibi episcopum eligent, aut arctius constructum iri, aut penitus relaxatum.

Ufu evenit quod Basilius metuebat: neque a Neocæsariensibus, ex quo novum episcopum habere, ullas amoris & communionis significationes accepit. Unde queritur, quod eorum iracundiatorem hominis ætatem perduret: causam ubique in episcopum rejicit: expostulat cum Neocæsariensibus, quod belli sibi illaci ducem omnes ad unum sequantur. Tempestatem ab iis qui ad clavum sedent excitari ait. Supra episcopum Neocæsariensem probavimus esse Arabium illum, qui cum Basilio gravissimis maledictis in media ecclesia lacerasse, & errori Sabelliano affine aliquid prædicasse diceretur, acersitus a Basilio, non modo non paruit, sed etiam Basilio vitam & doctrinam insectari, fanda & infanda in eum concionari perrexit, atque etiam mercede conduxit, qui somnia illius famæ injuriosa, cælitus sibi oblata esse fingerent. Scripta Basilio, ut profanam sapientiam redolentia, exagitant: ac criminandi ansam ex illius cum Eustathio communionem videtur arripuisse. Causam inexpiabilis odii prætexebat non, nulla Cæsariensis ecclesiæ instituta, velut psallendi ritum, & virorum ac virginum monasteria, quæ nec ecclesiæ Neocæsariensi nota erant, nec Gregorii tempore fuerant usitata. Quinetiam impudens illud os de virginibus Basilio nonnulla licenter effutebat, quæ antea ne fatanas quidem mendacii pater proferre ausus fuerat. Veras odii causas Basilius duas potissimum

refert, invidiam esse igne carpentem, & metum ne a Basilio Sabelliani erroris argueretur. Invidia non in solum Basilius eruperat: sed hoc morbo tota hominis vita laborabat. Impietatis autem sibi conscius Basilio congressum caute fugiebat. Vix enim negare potuisset, cum testes illius sermonum essent non pauci. Auditum erat ex eo, cum diceret nomen adversarii traditum esse, Unigeniti vero nequam. Hæc Basilio pudorem incutiebat, quia consanguineus illius erat impietatis auctor. Cum autem esset ille vir indiffissimus, ac Basilius non obscure indicat, ac impiis suis cavillationibus æverisimilitudinis quidem colorem illinere valeret, errores suos inepto cuidam scripto mandaverat, quod ad Meletium missum, & retrorsum a sancto viro, ut par erat, rejectum ipse in tenebris, velut matres quæ monstra pepererunt, alebat. Periclitatus etiam fuerat in quadam epistola Anothimum Thyranensem, proposito quodam Gregorii Neocæsariensis testimonio,

Basilius qui se dedecorari non putabat, si maximis laceffitus injuriis, supplex ultro veniret, & cum hominibus arrogantibus demisse se gereret, scripsit ad presbyteros Neocæsarienses, ac per eos ad totam civitatem epist. 204. Queritur quod cum tot ac tantas cum eis habeat necessitudinis causas, tandem invisus eis sit, ac utramque aurem calumniatoribus præbeant. Humiliter fateretur se multa peccare; sed rogat, ut si vita sua in crimen vocetur, coram episcopis, aut coram spectatissimis ex cujusque ecclesiæ clero res dijudicetur. Quod si fides sua suspecta sit, postulat ut scriptum proferatur, & ut par est examinetur. Ac ne videretur examen subterfugere, sua scripta eorum judicio permisit. Scripta videtur hæc epistola circa idem tempus ac ducentesima tertia. Verisimile est enim Basilius, cum Ponti episcoporum benevolentiam recolligere conaretur, non neglexisse similia vel potius longe graviora in Neocæsariensium animis vulnera. Sed cum diversæ essent in utrisque offensionis causæ, diversis opus fuit litteris.

III. Basilio epistola ad Ponti episcopos, cui non parum addebat ponderis Petri presbyteri prudentia, sic animos permovit, ut parati ad deponendam offensionem viderentur. Quare Basilius iterum misit eum litteris Meletium presbyterum ad Elpidium, unum ex episcopis Ponti, sed forte non ex eorum numero, qui ab ecclesiæ Cæsariensis communionem discesserant. Basilio enim amicam in primis fuisse patet ex hac & sequenti epistola. Rogat eum Basilius ut, si necessarius ei videretur congressus, designet locum & tempus, seque & Ponti episcopos ea de re certiores faciat. Quidam ex hoc convocandorum episcoporum munere, quo perfunctus est hoc in negotio Elpidius, concluserunt eum metropolitanum fuisse Ponti, atque adeo episcopum Neocæsariensem & Musonii successorem. Sed hæc opinio consistere non potest cum iis quæ de episcopo Neocæsariensi diximus. Potuit quidem Elpidius, erat ætate provectus, metropolitani dignitatem obtinere, quæ in Ponto ætati deferebatur, interdum etiam virtuti; ut Musonio delatam supra vidimus. Sed, ut observat Tillemontius, cum rogetur Elpidius, ut & Basilio & episcopis Ponti designet tempus & locum congressus; quemadmodum inde colligi non potest eum in Basilius jura metropolitana habuisse, ita probabilius est non alias eum hac in re quam amici & interpretis vices defendisse.

Scribit etiam ad Neocæsarienses.

n. cap. 1.

b. ep. 204. n. 6. c. epist. 210. n. 2.

204. n. 7.

ep. 20.

ep. 204. n. 1.

ep. 207. n. 1.

ep. 210. n. 2.

207. n. 3.

204. n. 5.

207. n. 2.

207. n. 2.

ep. 210. n. 2.

n. 3.

ep. 204. n. 5. c. 207. n. 1.

ep. 210. n. 5.

Iterum mittit in Pontum & agit de congressu cum episcopis.

ep. 206.

ep. 20.

ANNO  
375.

Difficile ad explicandum prima specie videtur, cur Basilius dicat iterum a se Meletium com- bresbyterum mitti. Non enim illum antea mi- serat, sed Petrum presbyterum. Sed verisimile est eum simul cum Petro missum fuisse; etsi solum Petrum nominat Basilius in epist. 203. Mos enim erat unum nominare, quamvis duo mitterentur, ut observavimus ad epist. 243. Eum paulo ante ejusdem itineris labores sustinuisse, inde etiam confirmari potest, quod Basilius ei parcere statuerat ob carnis infirmitatem, quam sibi sponte adsciverat, carnem in servitutem redigiens ob Evangelium Christi: sed cum sibi decorum esse intelligeret Elpidium per ejusmodi hominem salutare, ac ipse Meletius, ex quo no- verat Elpidium, magno illius videndi desiderio teneretur; exoravit eum Basilius, ut iterum in Pontum proficisceretur.

Quamvis Basilius pro summa sua urbanitate locum & tempus congressus Elpidio constituendum relinquat; dedit tamen in mandatis Mele- tio, ut episcopis demonstraret percommodum sibi locum & tempus fore, si tunc congressus fieret, cum parœciæ suæ pagos visitans ad Comanicos fines pervenisset. Id enim ab episcopis Basilius petiisse se dicit in epistola sequenti, eosque an- nuisse patet ex eadem epistola, in qua Elpidium nepotis morte afflictum consolatur, ac rogat ut ne illius dolor speratum ad Comanicos fines con- gressum interpellet.

Neocæsari- en- sibus nihil re- spondenti- bus iterum scribit.

IV. Litteris Basilii nihil responderunt presby- teri Neocæsarienses, ac silentio suo gratiam se inire malle ab episcopo suo, quam æquos se Ba- silio præbere significarunt. Hæc agendi ratio videbatur Basilium adhortari, ut vicissim ipse con- ticesceret. Sed cum calumniis se appeti videret, ac præterea fidem ab episcopo Neocæsariensi per- verti; fatius esse duxit animarum saluti consu- lere. Scribit itaque clericis Neocæsariensibus, eosque hortatur ut ne plebem pravus erroribus Sabellii imbuti patiantur. Demonstrat congressum suum non alio consilio ab eorum episcopo decli- nari, nisi quod metuat, ne pravorum dogmatum nomine arguatur. Illius impudentiam exagitat, quod somnia & visa fingere audeat, ut Basilii doctrinæ, tamquam perniciosæ, odium impor- tet. Cum belli implacabilis causæ inanes pro- ferrentur, psallendi ritus & monasteria; decla- rat Basilius se hæc instituta magnæ laudi duce- re: & cum objicerent hæc Gregorii tempore non fuisse, oblata occasione demonstrat, quantum eorum mores a Gregorii magni moribus desle- xerint. Cæterum paratum se esse declarat pri- vatas injurias voluntaria oblivione contere- re, modo fides in tuto sit, hypostasies non evertan- tur, Christi nomen non abnegetur, nec Grego- rii verba pravus interpretationibus pervertantur: quibus verbis subindicat Basilius quæ apertius exponit in epistola 210. de episcopo Neocæsari- ensi, ex quo auditum fuerat, cum diceret, nomen Unigeniti traditum non esse, sed nomen adversarii.

Dux alim eadem de re ad amicos litteræ. a ep. 208.

Dux sequentes epistolæ videntur ad illud tem- pus pertinere, quo Neocæsarea bellum inferebat Basilio. Prima scripta est (a) Eulancio, Sophi- stæ Neocæsariensi, qui cum jamdiu nihil scribe- ret Basilio, metuendi locum afferebat, ne Basili- um Neocæsariensium causa odisse se cœpisset, qui antea Basilii causa Neocæsariensibus invisus erat. Altera caret inscriptione, sed liquet scri- ptam esse homini prælia pro Basilio sustinenti, & inter hominum genus versanti, qui Basilio

A valde succensebant. Unde precatur Basilius, ut & ille idem permaneat, & isti meliores fiant.

V. Antequam Basilius in Pontum proficisce- retur, celebravit diem festum S. Euplychii, cui interfuit Amphilocheus, ut jamdudum rogatus a Basilio fuerat. Jam absolutum erat opus de Spiritu sancto, quod Basilius ipsius hortatu susceperat; sed videtur Basilius illud relegere & extremam manum imponere voluisse, ac idcirco auferendum Amphilocheo non dedisse. Quin- tiam cum postea vellet mittere, moram attule- runt data librariis ab Amphilocheo mandata, ut hunc librum in membranis describerent. Hæc perspicimus ex verbis epistolæ 231. quæ supra Bretulimus. Basilius Tillemontius ante diem fe- stum S. Euplychii in Pontum existimat profe- ctum esse. Sed hæc sententia conciliari non po- test cum epistola 215. statim post reditum scri- pta, in qua Basilius denuntiat Dorotheo Romam cogitanti, hoc iter hieme confici non posse; quod quidem absurde dictum fuisset ante men- sem Septembrem. Sic etiam in epistola 213. quam reditu suo protinus scripsit, cum rogatus fuisset, ut in Melopotamiam se conferret; cor- pus suum huic itineri hieme faciendo impar es- se dicit. Præterea in præmio epistolæ tertiæ canonicæ, quod Basilius itinere Pontico defessus scribebat, magnum videndi Amphilochei deside- rium significat, seque libenter Euphemiadem venturum promittit, si eo Amphilocheus acce- dere non gravetur. Sed si instabat dies festus S. Euplychii, cur non iterum Amphilocheum invitat? Jam enim invitaverat paulo post Pas- cha. Nam etiam si iter Ponticum ante Septem- brem collocari posset, certe non multo ante; siquidem maxima pars temporis a die Paschæ usque ad hoc tempus in itinere, quod habuit, Basilius in Pisidiam, deinde in visitandis parœ- ciæ ecclesiis, in consiciendo itinere Pontico in- sumi debuisset.

Post festum S. Euply- chii in Pon- tum profi- cisitur.

Videtur Basilius ex hoc itinere optatos pacis & concordie fructus percepisse. Anno enim se- quenti invitat Ponti episcopos, ut antiquam me- moriæ S. Euplychii obeundæ consuetudinem de integro repetant. Aliam causam addit Tille- montius, quod se *mediocriter affligum* e Ponto rediisse dicat; ex quo colligit doctissimus scri- ptor Neocæsarienses molestias aliquo a maritimis episcopis solatio compensatas fuisse; alioqui non mediocre Basilio futurum fuisse, sed maximum mœrorem. Verum illud *mediocriter*, quod fucum fe- cit Tillemontio, non mediocre, sed gravem dolorem significat, ut in Nota ad hunc locum observavimus.

ep. 231

ep. 217.

Non enim mediocre dolorem inurere pote- rant quæ Neocæsareæ in Basilius commissa sunt. Postquam egit cum episcopis maritimis quæ sibi proposuerat; respirationem aliquam a negotiis nactus, contulit se ad ædes fratris Petri, quæ prope Neocæsaream sitæ erant. Hunc enim lo- cum in amoribus habebat, tum quia ibi apud aviam matrem educatus infans fuerat, ac postea plures annos ibidem procul a civilibus undis phi- losophando traduxerat; tum quia ibi instituti ab eo monachi sub fratris Petri disciplina dege- bant. At ubi Basilius eo venisse Neocæsariensibus nuntiatum est; tum vero quidam menda- cii artifices clamitarunt Basilius in urbem ven- turum, ut erroris argueret quos eo nomine su- perioribus litteris accusaverat, seque populo ven- ditaret. Itaque tumultu civitas repleta, aliis fu- gientibus, aliis clanculum egredientibus; & ha- riosi

Eo venien- te ad fratris ædes, tur- batur Neo- cæsarea. a ep. 207. & 213.

Scribit ad eos & Olympium.

rioli ac somniorum interpretes terrorem spars-  
runt, ac Basilium acerrimis maledictis fixerunt,  
ita ut in publicis conviviis fabula fieret.

Nihil sane cogebat Basilium ejusmodi homi-  
nibus consilii sui rationem exponere: sed tamen  
summa illum caritas impulit, ut hanc quoque  
viam ad eos sanandos tentaret. Scripsit itaque  
primoribus civitatis epistolam 210. in qua de-  
clarat non eum se esse, qui cum olim ab eis  
perhonorifice vocatus venire noluerit, nunc in-  
vocatus se oberudat, & navigium gubernatoris  
desertitum ingredi velit, Facta sibi injuria cau-  
sam repetit ex ducis eorum invidia, ac indu-  
cenda hæresis Sabellianæ proposito; & quamvis  
eum vehementius, quam in prioribus litteris  
accuset, lenitatem tamen eo perducit, ut eum  
sibi satisfactorum dicat, si errorem suum, & im-  
pie dicta, quæ ex eo audita fuerant, neget:  
quod si perseveret, scripturum se ad alias eccle-  
sias. Ceterum somnia illa non a Deo esse do-  
cet, sed a vino exstante; atque etiam si essent  
Evangelio consentaneæ, quia tamen caritatem  
laudant, iis prorsus superfedendum esse. Non-  
dum e fratris ædibus discesserat Basilium, cum  
hanc scripsit epistolam, ut patet ex primordio:  
*Plane nihil opus erat, inquit, ut meum vobis cupi-  
torem consilium, aut quibus nunc de causis in his  
suis lectis exponerem.*

211.

Cum in his angustiis versaretur Basilium, per-  
commode Olympius, insignis inter Neocæsaria-  
les civis, suos ad eum filios cum litteris misit.  
Magnum id solatium fuit Basilio, qui postquam  
litteras Olympii legit, & eum ejus filiis collo-  
quutus est, facile oblitus est veneni, quod so-  
mniarum cappones apud Neocæsaream circum-  
ferabant, ut ab iis, qui eos conduxerant, gra-  
tiam inirent. Narrat se litteras quidem alias  
scripsisse, alias vero scripturum, si ita videatur  
Olympio. Tantum precatur, ut prosint accipien-  
tibus. Videtur inter has litteras numeranda epi-  
stola 210. Verisimile enim est Olympii filios,  
qui Basilii animam adeo afflictam iavenerunt,  
tunc ad eum venisse cum adhuc moraretur apud  
fratrem.

212.

Speraverat Basilium se (1) Daximone in collo-  
quium Hilario venturum, homini ab ipsis scho-  
larum exercitationibus caro, & in corpore in-  
firmo animum constantem ac in amore veritatis  
stabilem gerenti. Sed paucis diebus postquam  
advenit Basilium, Hilarium abiisse didicit. Id eo  
magis doluit Basilio, quod libenter speruisset  
Hilario molestias, quæ sibi accidebant ab Eu-  
stathio & ab Anomæis & Pneumatomachis: ex  
quibus Eustathius, quem Basilium majus quidpiam  
esse crediderat, quam serat humana natura, sic  
eum ubique terrarum ac marium decantaverat,  
ut nihil Basilii nomine detestabilius esset apud  
pios. Anomæi etiam Basilio bellum inferebant,  
sed præcipue Pneumatomachi eum convitiis per-  
fundere & insidiari non desinebant, quamquam  
hactenus eorum conatus inutiles Dominus red-  
diderat. Hilarius, ut Ecclesiæ causa vehemen-  
ter cupiebat, Basilio de rebus ecclesiasticis scri-  
psit; cumque nihil responsi acciperet, admo-  
nuit Basilium; sed hanc epistolam sibi redditam  
non fuisse Basilium testatur.

Basilio re-  
deunti  
nuntiatur  
quid con-  
tra ipsum  
hæretici,  
quid con-  
tra Meleti-  
um Paulini

VI. Redeunti e Ponto Basilio non sine mul-  
ta infirmitate ex imbribus & molestiis collecta  
litteræ ex Oriente allatæ sunt ac varia negotia  
supervenerunt. Tum cum enim constituendæ in  
Ponto paci operam daret; hæretici in aula so-  
licitis nocendi artibus urebantur. Itaque redeunti  
S. Basilii Oper. Tom. III.

nuntiatum est, brevi enim in aulam (1) pacis  
obtentu vocatum iri. Quod quidem ubi didicit  
episcopus quidam, quem Meletium esse conjici-  
mus ex initio epistolæ 216. Basilium per litte-  
ras hortatus est, ut festinanter in Mesopotamiam  
tendens, ibi veritatis defensores in unum coge-  
ret, ac simul cum ipsis ad Imperatorem profi-  
cisceretur. Rem necessariam Basilium non judi-  
cabat, ac præterea itinere Pontico fractus & de-  
bilitatus, impar sibi ad novum hieme conficien-  
dum videbatur. Sed tamen quid facto opus sit,  
ex alio quodam episcopo sciscitatur, cujus lit-  
teras Neocæsariensi tumultu afflictum recreave-  
rant, Neque enim aliam doloris causam indicant  
hæc verba: *Erant enim quodammodo male affe-  
cti quædam, cum in magna hominum multitudine  
ferream quendam ac rationis omnino expertem vi-  
dissem secordiam, & duorum impetentiam vixque  
emendabilem mali consuetudinem.* Unde miror  
hunc eventum atque hanc epistolam, quæ tam  
manifestis hujus anni notis signata fuit, ad an-  
num 373. a Tillemontio referri.

ANNO  
374.  
sectatores  
moliantur.  
Plures his  
de rebus  
litteræ.  
A ep. 213.

213.

Significabant eadem Antiochia allatæ litteræ,  
Paulino venisse Roma epistolam quædam, quæ  
ei episcopatum Antiochenum deferrebat, & Me-  
letium frustrabatur, valdeque effert hujus par-  
tis duces & gloriosi de hac epistola: deinde  
etiam fidem eos proponere, & paratos esse ea  
conditione, id est, si nihil amplius ab eis pe-  
teretur, cum Meletii ecclesia conjungi. Quine-  
tiam, quod Basilio aciores curarum stimulos ad-  
movit, Terentium comitem in suas partes tra-  
here conabantur, & cum eo agebant, ut hanc  
cum Meletii ecclesia conjunctionem auctoritate  
sua juvaret.

214.  
216.

Audierat Basilium Terentium ex otio, in quod  
se ad animam curandam removerat, iterum ad  
bellicosumque redire coactum fuisse. Sed tunc,  
ubi cognovit eum Antiochiæ versari, & negotia  
cum magnis potestatibus administrare; tum  
vero minime cessandum ratus in re tanti mo-  
menti, expectare noluit dum Acacius, qui cum  
Dero Casareæ, in patriam rediret, sed præterea  
minus suspectum esse ducens per ignotos Te-  
rentio scribere, epistolam dedit Numerario offi-  
cii præsidis, cui præcepit, ut eam Dorotheo  
presbytero ejusque amicis prius ostenderet.

215.

Veritas itaque Basilium ne sibi magnum hoc  
S. Meletii causæ præsidium eriperetur, demon-  
strat Terentio quid de litteris Roma allatis sen-  
tiendum sit, quid de aliis litteris Athanasii ad  
Paulinum, quas illius sectatores jactabant. Quam-  
vis Paulinum perhonorifice appellet, negat ta-  
men se cum eo communicaturum, etiam si lit-  
teras copioallatas proferat. Neque enim quæstio-  
nem de hypostasibus levis momenti videri de-  
bere, sed latissimum hæreticis campum ad de-  
trahendum de Ecclesia apertum iri, si qui unam  
cum Sabellio hypostasim profiteretur, ecclesiæ An-  
tiochenæ principatum, contempto Meletio, obti-  
neat. Hanc in sententiam accipiendâ esse Basili-  
i verba probavimus in Præfationis capite ter-  
tio. Postremo Terentium rogat Basilium, ut in-  
tegrum se servet usque ad reditum confessorum,  
quos Basilium columnas & firmamentum verita-  
tis & Ecclesiæ esse declarat.

217.

Perpicuum & exploratum est hanc epistolam  
statim post reditum ex Ponto scriptam esse.  
Nam in epist. 216. quam recens ab hoc itinere  
scripsit Basilium, certiores facit S. Meletium se,  
postquam audit Paulini sectatores operam dare,  
ut Terentium in suas partes pertrahant, celeriter  
ad

ANNO  
375.

ad hunc Comitem scripsisse, ut eorum fraudes illum edoceret. Immerito ergo epistola Damasi ad Paulinum refertur ad annum 378. ab erudito editore epistolarum summorum Pontificum. Exstant enim hæc Damasi litteræ, quæ cum Paulinum Antiochiæ episcopum salutent, visæ sunt ei episcopatum adjudicare. In quo quidem discessit Damasus a Liberii decessoris sui vestigiis, qui in litteris per Silvanum Tarsensem in Orientem allatis S. Meletium Antiochiæ episcopum agnoverat, ut testatur Basilii in epistola 67. Eum autem Damasus non solum episcopatu frustratur, sed etiam cum gravissima notat injuria, cum ait eos qui de ecclesiis ad alias ecclesias migraverunt, tandem a communione sua alienos fore, donec ad eas redierint civitates, in quibus primum sunt constituti.

Ep. 215.

Litteræ Antiochiæ allatæ Basilio, scriptæ fuerunt a Dorotheo presbytero, cui Basilii de eodem oleo & opera scripsit ac Terentio. Cum autem significasset Dorotheus sibi in animo esse Romam proficisci, scilicet ut causam Meletii sueretur, ac Basilium rogasset ut Gregorium Nyssenum ad hoc iter suscipiendum impelleret; negat Basilii Dorotheum hieme Romam proficisci posse; propterea quod a Constantinopoli usque ad fines Cappadociæ omnia hostibus referta: si tamen Dorotheus mari utatur, tempus futurum: modo hoc legati munus non recuset Gregorius Nyssenus. Sed Basilii non videbat, quinam cum eo proficiscerentur; quod quidem de episcopis intelligendum; nam presbyteri non difficile inventi fuissent: sed viros auctoritate præditos Evagrius Roma rediens mittendos esse nuntiaverat. Præterea fratrem suum fatetur ad ejusmodi negotia minus idoneum esse: ejus enim congressum benigno ac miri viro venerabilem fore: at cum elato & sublimi & altius sedenti, quique propterea veritatem humi prædicantes audire non possit, parum communibus rebus profuturum hominem ab illiberali assentatione alienum. Ad has de Romano Pontifice querelas impulit Basilium commotior iniquis judiciis animus, quæ Romæ de S. Meletio, re non examinata, sed ex hominibus partium studiosis audita, ferebantur.

Ep. 214. n. 2.

Magni momenti est observare epistolam 215. hoc anno 375. post reditum ex Ponto scriptam fuisse. Manifesta res est ex primis epistolæ verbis: *Statim occasionem natæ*, inquit, *scripsi viro in primis admirando Comiti Terentio, minus suspectum esse existimans per ignotos ad eum de propositis rebus scribere; simulque rei moram afferre nolens a carissimo fratre Acacio.* Scripta ergo hæc epistola cum apud Basilium esset Acacius. At hoc ipso tempore Acacium Cæsaream venisse demonstrant quatuor litteræ, quas ei Basilii in Orientem perferendas commisit, ut modo videbimus. Præterea epistola illa, quam se Terentio scripsisse narrat tanta cum celeritate, ut Acacii reditum expectare nollet, & tanta cum cautione ut per ignotos scribere tutius crederet, alia profecto esse non potest, quam præcedens ad Terentium epistola, quæ & celerissime scripta est, ut testatur Basilii in epistola 216. & cum ageret de rebus Meletii, minus forte animum Terentii commovisset, si eam Acacius Meletio & Basilio amicissimus reddidisset.

Ep. 213.

Episcopum illum, quem supra Basilii auctorem sibi esse dicebat, ut in Mesopotamiam ac inde Antiochiam se conferret, Meletium fuisse cognoscimus ex primis verbis epistolæ 216. quæ

est ad Meletium: *Multa nos, inquit, & alia peregrinationes a patria avocarunt.* Tum sua in Pisidiam & in Pontum narrat itinera, ac scriptas reditu suo ad Terentium litteras. Ex verbis, quæ attulimus, perspicitur aliquam peregrinationem a Meletio propositam ei fuisse, de qua quid sentiat non edisserit, quia satius videbatur rem tanti momenti arcanis mandatis nuntiari, quam cartæ committi.

VII. Cum redisset Basilii, ut vidimus, & animo afflictus & corpore confractus; subito omnium oblitus est, ubi vidit litteras Amphilochoii ab (a) Ellano quodam allatas, quem Basilio commendabat Amphilochoius, ac rogabat ut ad negotia, quæ Cæsareæ habebat, patrocinium suum impenderet. Is Basilii patrocinio opus non habuit, sed consecris negotiis duas ab eo epistolas ad Amphilochoium accepit, quarum altera est centesima decima septima, sive canonica tertia, altera centesima decima octava. Utramque enim epistolam simul missam fuisse patet, non solum quia in utraque collectum ex Pontico itinere morbum commemorat; sed etiam quia paulo post Basilii reditum multa evenerunt, quæ Basilii ipse in epist. 231. scripturum se fuisse Amphilochoio declarat, si qua fuisset occasio scribendi. Utraque ergo epistola præcedit illos eventus, quos modo narrabimus.

De epistola canonica tertia, & epistola 218 quæ simul missa est. a ep. 217. 218.

In exordio epistolæ canonice tertiæ magnum videndi Amphilochoii desiderium significat Basilii, seque libenter ad illius ædes, quæ in Euphemide sitæ erant, accessurum, si eo Amphilochoius venire non gravetur. Præterquam quod molestiis, quibus Cæsareæ premebatur, libenter se eripuisset & ad Amphilochoium festinasset; suspicabatur necesse sibi futurum Nazianzum proficisci, quia Gregorius ex hac urbe subito discesserat, ne ipso quidem admonito Basilio, qui quibus de causis id consilii cepisset Gregorius, fatetur se nescire. Narrat ibidem Basilii, quem se missurum Amphilochoio promiserat ut episcopus constitueretur, eum & veteri ægritudine, & recenti oculorum morbo imparem episcopatus oneri sustinendo factum esse. Quare etiam electionem judicio Basilii & Amphilochoii commiserant Isauri, existimat Basilii necessitatem hæc verba ex eis expressisse, sed vere & ex animo eos optasse id quod initio poposcerant, ut suorum aliquis præficeretur. Satius ergo esse ex neophytis aliquem episcopum ordinare, sive Macedonio ita videatur, sive non. Epistola canonica tertia præcipue infumitur in decernendis penitentis annis, quos cuique peccato pat erat infligi. Hos autem canones Basilii non solum Iconiensi condebat ecclesiæ, sed eos ad Cæsariensis ecclesiæ usum vulgavit. Commemoratur enim in epistola 270. canonem a se de raptibus antea vulgatum. Hinc etiam in epistola canonica secunda sic loquitur: *Quod si apud vos prohibita est rebaptizatio, sicut & apud Romanos, peccunia alicujus gratia; nostra tamen ratio vim obtineat.*

Ep. 199. cap. 47.

In epistola 218. quæ simul missa est cum canonica tertia agit Basilii de re magni momenti, quam dudum Amphilochoio perscribere voluerat, sed nescio quo pacto oblitus est. Quidam ex his, qui e Lycia Cæsaream veniebant; nuntiaverat Basilio plures esse in hac provincia, qui ab Asianorum sententia alieni essent, & communionem Basilii cuperent amplecti. Rogat ergo Amphilochoium, ut probum aliquem virum mittat in Lyciam. Primo enim eos sine litteris ex

ex.

explorandos, deinde, re perspecta, scribendum A & de congressu agendum. Si quis autem iturus sit, ei auctor est Basilius, ut perquirat Corydalis Alexandrum ex monacho episcopum: Limyræ Diatimum, Cyris Talianum & Polemona & Macarium presbyteros: Pataris Eudemum episcopum, Telmesi Hilarium episcopum, Phelli Lollianum episcopum. Hos & plures alios aliquis nuptiaverat de fide recte sentire. Unde Basilius plurimas Deo gratias agendas duxit, si qui omnino in Asiatico tractu extra labem hæreticorum essent,

Litteræ ad Samosatenses, ad Beroëenses & Chalcedenses per Acacium missæ.

VIII. Nullus erat in orbe terrarum locus, in quo major enitisset & cleri & magistratum & populi consensus ad fidei defensionem, quam Samosatis, Sed communis vitæ humanæ hostis, cum eos persecutorum viribus vincere non potuisset, discordiarum semina inter eos sparsit, quæ initio quidem parva & facile sanabilia, in malum insanabile emergere poterant, nisi mature remedium afferretur. Quare S. Eusebius in re tanti momenti non cessavit, sed ea scripsit ecclesie suæ, quæ par erat a tam sancto episcopo expectari. Basilius autem, cum a Theodoro subdiacono didicisset ecclesiam Samosatensem perturbari, intimis sensibus dolorem traxit, seque Samosata contulisset, si tempora sivistent. Sed cum scribere nihil vetaret, eo libentius hoc adhortandi officio perfungitur, quod, cum exilium ei intentarentur, incertus erat an semel prætermissa occasio scribendi reversura esset. Subdiaconus ille Theodorus in Thraciam ad sanctum Eusebium contendebat: unde Basilius non dubitat quin iterum scripturus esset Samosatensibus Eusebius.

Non eo contentus videtur fuisse sanctus Eusebius, ut litteris suis nascentem in ecclesia sua discordiam extingueret; sed etiam ea causa videtur Antiochum fratris filium misisse. Hunc enim Samosatis redeuntem videbimus anno 376, circa vernum tempus, ex quo conjicitur has dissensiones anno 375. evenisse. Huc accedit quod, cum scripta est Basilii ad Samosatenses epistola, jam immineret Cappadociæ gravissima tempestas, ut satis indicat Basilius, qui se idcirco Samosata non venisse dicit: *quia id tempora non finiunt.* Sic etiam cum ait: *Et quod ad hoc concessum sit, ut vobis proptores simus,* his verbis inest non obscura exilii expectatio.

Vix autem dubium est quin hanc Basilii epistolam in Orientem pertulerit idem Acacius, qui & trium aliarum bajulus fuit. Is erat Cæsareæ, cum Basilius rediit e Ponto, qui cum eum apud se aliquandiu habere vellet, noluit usque ad ejus reditum differre litteras, quas Terentio magnis de rebus scribebat. Missus fuit Acacius cum nonnullis aliis ex eodem clero, & ac litteras ecclesie Beroënsis attulit Basilio. Hujus urbis episcopus erat Theodotus, ad quem supra existat Basilii epistola, sed is, ut multi alii confessores, in exilio agebat: siquidem nulla illius mentio in his duabus litteris. Pastoris absentia nihil profuit lupis ad dispergendam gregem. Nam summa enituit & cleri & populi & magistratum in certaminibus quotidie pro fide obeundis constantia, summa in omnibus rebus concordia: quæ cum Basilio cognovisset ex sermone Acacii & litteris ecclesie Beroënsis, mirum in modum hanc ecclesiam beatam prædicavit, ac duabus epistolis, quarum prima ad clericum, altera ad plebem scripta est, ad perseverantiam eos hortatus est.

S. Basilii Oper. Tom. III.

Scripta in eandem sententiam, ac eodem tempore, vel potius per ipsum, ut verisimile est, Acacium missa epistola 222. ad Chalcedenses. Ait enim Basilius se acceptis eorum litteris respirasse ex continuis tentationibus, & certaminum memoria, quæ pro fide Chalcedenses sustinuerant, corroboratum esse ad propositum certamen fortiter subeundum. *Enimvero, inquit, incendium quod plerasque Orientis partes devastavit, scripsit jam & in nostram regionem &c.* Non possunt hæc referri ad eam persecutionem, quam Valens in Cappadocia multis jam vastatis provinciis, anno 371. exercuit. Tunc enim persecutio ex locis Constantinopolim inter & Cappadociam interjectis, non; ut hoc anno 375, ex Oriente gradiebatur. Mirum autem videri non debet cur duæ præcedentes litteræ nihil habeant de serpente in Cappadociam persecutione. Nam cum Beroënsis ecclesie presbyter esset Acacius; dubium non erat quin Beroënsibus nuntiaret quæ in Cappadocia viderat, nec proinde necesse erat omnia chartis consignare,

CAPUT XXXIV.

I. Scribit sanctus Basilius adversus Eustathium epistolas 223. & 224. II. Demosthenes Vicarius Pontica ecclesiam persequitur. Concilium hereticorum Anagra cogit. Gregorius Nyssenus e manibus Satellitum fugit, ejusque causa scribit Basilius Demostheni. III. Intereit huic concilio Eustathius. Scribit Basilius adversus eum epistolam 226. IV. Euphronius Colonias ad sedem Nicopolitanam evehitur. Quatuor ea de re epistolæ Basilii, V. Aliud Nyssa concilium hereticorum. VI. Probatum utramque synodum ante annum 376. habitam fuisse.

I. Hactenus tacebat Basilius, cum Eustathium opprobria recantaturum speraret, ac ignoratione magis veritatis, quam malitia peccasse crederet. Sed tandem ipse Eustathius, cumulo prioribus facinoribus additis, hanc ei necessitatem imposuit, ut innocentiam suam & adversarium improbitatem in clarissima luce & omnium oculis exponeret. Hanc enim Basilius rumpendi silentii causam habuisse se dicit, quod videret inimicitiam simul cum tempore progredi, nec illos penitere eorum quæ ab initio dixerunt, nec quomodo præterita sanent, cogitationem ullam suscipere, sed nova opera & facta agmine in id incumbere, quod sibi ab initio proposuere, ut vitam ipsius affligant & existimationem apud fratres artificis suis contaminent. Quam justæ sint Basilii querelæ testis est Dazimonis regio, in qua Eustathius multos a Basilii communione abstraxerat. Metuendum erat ne ejusmodi artes vaserimo ingenio in aliis locis succederent. Itaque silentii rumpendi tempus esse animadvertens Basilius, scripsit adversus Eustathium epistolam 223. in qua suæ cum illo conjunctionis originem repetit, violata amicitie iura queritur, fictas & inanes inimicitie causas refellit, ac certissimam huius rei causam esse demonstrat, studium gratiæ apud hæreticos ineundæ.

Scripta non multo post ad Genethium presbyterum epistola, qui se cum Basilio sentire per litteras significaverat, & repudii libellum Eustathii adversus Basilius scripta appellaverat. Brevius cogit Basilius quæ in superiore epistola disseruerat uberius, eamque satisfacturam monet, si quis plura desideret.

Utrum.

ANNO 375.

Utramque epistolam ante manifestam Eustathii cum Arianis coniunctionem, collocandam duxi; quamvis Tillemontio secus videatur. Huius coniunctionis, quæ uberrimam arguendi Eustathii materiam dedit, nulla prorsus mentio in his epistolis, quamvis nullibi aptius fieri potuisse videatur, quam in epistola 223. non ad unum aliquem hominem, sed ad plurimas ecclesias missa. Non utitur hoc argumento, cum Eustathii inconstantiam probat, sed ei tantum obiicit formulam fidei traditam. Gelasio. Quinetiam ei non audet crimini vertere, quod Arianus discipulus, & Aetii, seu potius Aetii, magister fuisset. Sed quod rem causamque maxime continet, studium placendi potentioribus Arianis non exagitat Basilius in Eustathio, ut rem omnium oculis testatam, sed ut morbum pluribus occultum detegit non sine aliqua yerecundia. Sic enim loquitur sub finem epistolæ 223. *At enim epistolæ separationis causa non est: verum alia est disjunctionis ratio, quam equidem referre verecundor ac semper fuisset, nisi ea quæ nunc gesta sunt, necessitatem mihi attulissent totius eorum consilii ob multorum utilitatem oculis exponendi. Existimant boni viri impedimento sibi esse ad recuperationem potestatis communionem nostram... No quid ex illa confessione videretur illis impedimenti occurrere, quominus ab his, qui nunc dominantur, suscipiantur; communionem nobis renuntiarent.* His ergo verbis, quæ nunc gesta sunt, non manifesta cum Arianis coniunctio, sed, ut initio epistolæ, novi Eustathii ad affligendam Basilii vitam conatus indicantur, ex quibus Eustathii consilium evidenter cognoscitur in epistolæ clausula declarat.

ep. 224. n. 3. ep. 223. n. 5.

Demothene Vicarius Pontice ecclesiam persequitur.

ep. 237. n. 2.

epist. 225.

ep. 237. n. 2.

ep. 231. ep. 248.

Theodoret. lib. 4. Hist. cap. 19.

ep. 237.

II. Providit velut ex quadam specula Basilius imminentem Cappadociæ & vicinis ecclesiis tempestatem. Nam in epistola 221. quam Chalcedensibus non multo post reditum ex Ponto scripsit, incendium, quod plerasque Orientis ecclesias depastum fuerat, iam in Cappadociam serpere significat. Primum & maximum Cappadociæ maiorum fuit Vicarius Demothenes, quo tamen gubernacula capeffente gratias egit Deo Basilius, quod patriam videret commissam viro, *primum quidem Christiano, deinde moribus recto, & legum accurato custodi.* Sed si his laudibus dignus initio videbatur Demothenes, ac non potius monita & honor quidam potestati debitus existimari debent; certe cito sese aperuit & nudavit ac spes omnes de se conceptas mentitus est, Utrum hæreticus sententia fuerit, non asseverat Basilius. Illum enim arbitrabatur omnis doctrinæ expertem esse, nec ullum ejusmodi rerum studium aut usum habere, quippe cum eum in aliis rebus carne & animo, noctu & interdiu occupatum videret. Sed certe hæreticis amicum fuisse, neq; magis eos dilexisse, quam Catholicos odisse, confirmat. Hunc videtur designare Basilius, cum Doarensis ecclesiam ab obeso [a] ceto perturbari ait. (b) Alibi angelum Satanæ appellat, & hæresis defensorum ne sanguini quidem fidelium parcentem, Non improbabile est eundem fuisse Demothenem, sacri Palatii Castrensem, qui cum in Basilio coram Valente objurgando barbarissimum admisisset; subridens Basilius, *Vidimus, inquit, etiam Demothenem illiteratum.*

Bis venit Casarem hoc anno Demothenes; nam Basilius postquam dixit, *Advenit nobis Vicarius &c.* nonnullis interjectis de eodem ait: *Rursus ad nos accessit, iram cademque spirans.*

A Quod argumento est eum primum quidem venisse, ut gubernacula diœcesis sue capefferet, deinde ut sui in Catholicos odii specimen ederet,

Inter prima illius gesta recenseri debet concilium impiorum, quos media hieme Ancyram convocavit. Volebat enim ut ad facinora sua species quædam auctoritatis episcopalis accederet. In hac synodo (a) accusatus Gregorius Nyssenus a Philochare, (b) homine ignobili, quod sacras pecunias ab ipsius decessore, ut verisimile est, relictas dissipasset. Similis calumnia canones in ejus ordinatione violatos querebatur. Missis itaque militibus Gregorium Demothenes abripi iussit, Mandato obtemperavit Gregorius; sed cum eum lateris dolore correptum, ac præterea renum infirmitate ob collectum frigus laborantem inexorabiles milites detinerent, eorum manibus elapsus, in quietum aliquem locum effugit.

Crediderat Basilius seipsum accersitum iri, non vero fratrem. Sed ubi vidit in illius potissimum caput hæreticorum nequitiam erupisse, ipsumque aufugisse; tum vero metuens ne illius fuga Romachum Demotheni faceret, placare Vicarium tentat perhonorificis litteris, ac demonstrat dilato Gregorii occursum neq; publicas res lædi, nec ecclesiasticas. Paratos enim esse pecuniarum sacrarum custodes rationem reddere; & ex beati episcopi scriptis veritatem manifestam facere. Quod autem spectat ad ordinationem Gregorii, si tamen his de rebus demothenes iudicium sibi arrogare velit, æquum esse ut omnes episcopi conveniant, cum eorum culpa sit qui ordinaverunt, non illius cui imposita necessitas ministerii suscipiendi, Rogat itaque Demothenem Basilius, ut sibi auditum servet in patria, neq; pertrahat in exteram regionem, nec convenire cogat cum episcopis, quibuscum de rebus ecclesiasticis dissentiebat.

Scripta hæc epistolæ omnium Cappadociæ episcoporum nomine, *Venimus omnes, inquit Basilius, amplitudine tue supplices.* Quo numero videtur utriusque Cappadociæ episcopos comprehendere. Utrique enim ordinarant Gregorium, quippe cum ordinatus sit ante divisionem Cappadociæ. Quare utrorumque res agebatur. Minime ergo mirum si operam suam Basilio hac in re hayarunt. Huc accedit quod cum eo ante hoc tempus in gratiam vere & ex animo redierant. Eorum enim Metropolitanum Anthimum vocat unanimem suum in ep. 210. n. 5.

In eodem concilio Demothenes, cujus nuntium episcopi horrebant, Hypsin Parnassenum episcopum eiecit, ejusque loco Ecdicium constituit. Erat ille Ecdicius Euippii alumnus, id est, ab eo ordinatus, eumque cum Anysio Euippii itidem alumno in vexandis ecclesiis arctissime conjunctum videbimus. Hypsis autem videtur ei successisse, cujus morte afflictam ecclesiam Parnassenam consolatur Basilius in epistola 62.

III. Interfuit huic concilio Eustathius, ac tandem ex dissimulationis involucris in apertam cum Arianis conjunctionem erupit, [a] Non enim ad aliud tempus referri potest illius cum Arianis Ancyræ communitio, de qua nihil habent superiores epistolæ 223. & 224. quia scilicet nondum hoc facinus ediderat Eustathius. Non tamen cum eis communicavit in ecclesia, sed in domibus, quia ne id quidem ab illis impetrare potuit, ut publice reciperetur. Vere-

Concilium hæreticorum Ancyræ cogit. Gregorius Nyssenus e manibus satellitum fugit, ejusque causa scribit Basilius Demotheni. a. ep. 225. b. ep. 237. n. 2.

ep. 225.

ep. 237.

ep. 239.

Interest huic concilio Eustathius. a. ep. 226.

ep. 244. n. 7.

ban-



basur enim de, cum Eustathius anno 360, a quingentis episcopis depositus fuisset, eorum auctoritati aut numero parum tribuere videntur, si eum publice episcopum agnoscerent. Ambigi possit an eum passi sint in concilio sedere. Equidem non puto hunc ei honorem denegatum fuisse. Quamvis enim ne Sebastius quidem, ubi maximis ab eo honoribus cumulatus fuit, operam ei communionem reddiderat, non tamen cum eo Nicopolim oppugnavit, ut ab ipso Eustathio episcopum acciperet. Quod si Eustathius concilii episcopis adscriptus fuit; difficile creditur est non eum pro sua apud Vicarium gratia & auctoritate maximam partem eorum quae nefarie acta sunt sustinisse.

Scribit Basilii ad-versus eum ep. 226.

Eustathii facinorae non valde obstupuit Basilii, qui dudum hominem non aequo aliquo, sed toto corpore noverat. At uberrimam habuit materiam illius nequitiae omnium oculis & manibus subjiciendae. Atque id quidem egregie perficit in epistola 226. ad monachos suos, quos cum invisere non posset, vices suas committit Meletio presbytero. Demonstrat se post trium annorum silentium ad defectionem suam coactum esse assurgere: sed ita perspicuam esse veritatem, ut etiam ipse taceat, nemo eam ignorare possit, modo consideret actiones Eustathii, qui cum antea tam vehementer fuisset in oppugnandis Arianis, nuper animi sui sententiam nudavit, cum eis Ancyrae in domibus communicans, quia nondum publice ab eis receptus erat. Scripta ergo haec epistola post concilium Ancyranum, sed antequam Arianos perhonorifice Sebastiam accerseret Eustathius. Nihil enim ea de re legitur in ep. 226. Aliud Eustathii facinus nuper deprehenderat Basilii, quod quidem sic commemorat: *Et dum & de Nicant depraebant fide, nosque vocant Hemonastias*. Quibus verbis indicatur fidei formula Cyzici ab Eustathio recepta, in qua consubstantiale condonabat. Videtur Cyzico rediens Ancyrae cum Arianis se conjunxisse.

ep. 226 n. 3.  
ep. 244 n. 5.  
ep. 253 n. 4.

Euphronius Colonien-  
sis ad sedem Ni-  
copolitana-  
m evehitur. Qua-  
tuor ea de re epistolae  
Basilii.  
ep. 229 n. 1.

IV. Circa illud tempus, quo Arianj Ancyrae consiliabantur, obiit magnus veritatis defensor, Theodotus Nicopolitanus. Cum autem haec urbem & ipsius situs [erat enim Armeniae caepot] & Arianorum potestas sub nequissimo Vicario, in maximum periculum adduxisset; Pœmenio Satalensi episcopo optimum consilium in mentem venit, ut Euphronius Colonien-  
sis ad sedem Nicopolitanam eveheretur. Res placuit episcopis provinciae, & clero ac populo Nicopolitano. Itaque nulla praefus interposita mora Pœmenius id quod prudenter excogitaverat, summae animi fortitudinis exsequutus est, & antequam tempus daretur Arianis sibi providendi, Euphronius communi consensu in sede Nicopolitana collocatus est.

Sed quam gratum hoc Nicopolitanis, tam molestum accidit Colonien-  
sibus. Quamvis enim hoc consilium episcopi Spiritu sancto inspirante cepissent, nec minus ipsius Coloniae securitati providissent, quam Nicopolis, quae si in Arianorum manus venisset, idem malum alia provinciae oppida non effugissent; nihil tamen tanti fuit Colonien-  
sibus, ut patris sui discessionem moderate ferrent. Clerici iracundiam & dolorem eo perdiderunt, ut se ad tribunalia iudicium abituros minarentur, ac res hominibus commissuros, quibus ecclesiarum ever-  
sio caput erat votorum. Videntur haec dixisse in litteris ad Basilium scriptis. Verissimile enim est eos

ep. 227.

scripsisse, quamvis acceptam ab eis epistolam non commemoret Basilii. Dehortatur eos a tam insana cogitatione, ac Spiritui sancto tribuendum demonstrat episcoporum consilium, cui si resistent, Dei resistent ordinationi. Non decere ut cum matre Nicopoli delirigent: eorum enim securitati provisum esse, dum caput munitur Armeniae; praeterea non repudiatos ab Euphronio Colonien-  
ses, sed alios assumptos; suscepisse illum Nicopolis curam, & ad futuras illic sollicitudines Colonien-  
sium curam accessuram.

In eandem sententiam scripsit magistratibus Colonien-  
sibus, qui ad eum scripserant. Laudat eos quod rerum publicarum curis occupati ecclesiasticas non negligant, sed de eis solliciti sint, ut de proprio quisque negotio & ex quo vita sua pendeat, Sed hortatur, ut temporis difficultatem & oeconomiae necessitatem considerantes episcopis ignoscant. In utraque epistola spem affert se ad eos venturum, & majus quoddam eorum quae acta fuerant, solatium allaturum, si id eis necessarium videatur.

Scripsit etiam Basilii ad clericos Nicopoli-  
tanos & aliam ad magistratus epistolam. Utrisque spem affert se eos invisurum. Clericos hortatur, ut fratres Colonien-  
ses deliniant, ne forte iracundiam longius tendant, si se ob tenuitatem contemptos putent. Auctor est magistratibus, ut datum sibi episcopum complectantur, & cum ipsi de ecclesiae utilitate optime sentiant, civitatis ac ruris populum in eandem sententiam adducere conentur.

Haec autem contigisse circa illud tempus quod diximus, quatuor illae demonstrant epistolae. Quod enim episcopi fecerant, [a] temporum tribuitur difficultati. Quotidie (b) aures undique rumore everfarum ecclesiarum percutiebantur. Arianj erant in (c) insidiis collocati, & idcirco fortiter anteveniendum videbat Pœmenius. Nemo adeo parvus erat, qui non posset magnorum malorum occasionem subministrare his qui occasionem querebant. *Neque id*, inquit Basilii, *ex conjecturis dicimus, sed experientia priorum malorum edocti, quae Deus vestris precibus averset*. His verbis videtur indicare facinus commissum in Gregorium Nyssenum, quem ab uno homine, eoque ignobili, accusatum Demosthenes abripi iusserat.

Electus ergo Euphronius post concilium Ancyranum, sed ante ordinationem Frontonis, ante persecutionem, quam passi sunt Nicopolitano. Res adeo clara & manifesta, ut dubiam Tillemontio visam esse mirer. Tranquilla enim erat Armenia, ita ut Colonien-  
ses Arianorum motus ignorarent. *Nos vero*, inquit Basilii, *qui in medijs rebus versamur, & quorum aures undique unaqueque die rumore everfarum ecclesiarum percutiuntur, valde anxii sumus, ne forte communis hostis diuturna vita vestra tranquillitati invidens, in vestris quoque locis sua ipsius zelantia ferere possit, cedatque & Armeniarum regem in escam adversarii*. Laudat in epistola sequenti summam Pœmenii fortitudinem animi, quod non dederit tempus adversariis sibi providendi, neque eorum insidias exsuscitaverit. Quomodo haec dici potuere, si jam Arianj Nicopolim oppugnabant, & intruso per vim & impressionem lupo gravissimam persecutionem exercebant? Denique Theodotum paucis diebus obiisse antequam haec scriberet Basilii, ex his verbis colligitur: *Simul autem & vobis prosperum iter presemus, ut advententes vobiscum gaudeamus de pra.*

ep. 228.

ep. 229.

ANNO 375. *presenti pastore, nosque mutuo de obitu communitatis patris nostri consolemur.*

Tam præclarum Armeniæ episcoporum confilium optato exitu carpit. Cito enim videtur Euphronius Coloniãrediisse: nulla illius deinceps occurret mentio: Nicopolim a presbyteris vigente persecutione gubernatam videbimus; nec Frontoni, qui in hanc sedem instar latronis invasit, illud crimen obicitur, quod legitimum episcopum expulerit. Verisimile est coactos fuisse episcopos querelis ac minis Coloniensium cedere.

Aliud Nyssæ concilium hæreticorum. a ep. 237.

V. Post concilium Ancyranum Demosthenes paulisper circa res militares occupatus, (a) rursus venit Cæsaream, ac protinus voce unica omnes ecclesiæ Cæsariensis clericos curiæ tradidit. Inde venit Sebastiam, ubi plures dies sedit, ac omnes S. Basilii communicatores curiæ addixit, Eustathii autem amicos maximis honoribus fovit.

ep. 244. n. 7. & ep. 250. & 251. n. 3.

Rursus Galatarum & Ponticorum synodum Nyssæ iussit celebrari. In quo quidem operam ei navavit Eustathius, ac Vicarii mandatis adiunxit legationem seclerum ex sua ecclesia hominum, qui Galatas accerserent ac perhonorifice deducerent. Adfuerunt etiam Pontici episcopi. Nam utrosque Basilius mandatis Vicarii paruisse testatur. In hoc concilio dominati sunt Anysius & Ecdicius Parnassenus, quibus potissimum Basilius impii conventus decreta attribuit. Hi S. Gregorium Nyssenum deposuerunt, Hætenus enim iudicium, quod de eo ferre voluerant Ancyrae, fuga & latebris declinaverat, Sed tunc absentem depositum fuisse perspicimus ex his Basilii de hoc concilio verbis: *Hi nunc fratrem meum Nyssa expulerunt*, sententiã suã videlicet. Nam nihil aliud poterant in absentem ac tuto delitescentem, Eius loco introduxerunt hominem, vel potius mancipium paucis obolis venale, sed quod ad fidei corruptelam attinet, his, qui constituere, non inferius.

ep. 239.

*Ibid.*

*Ibid.*

ep. 239.

som. 9. p. 394.

Miserunt etiam in oppidum Doara hominem pestilentem, pupillorum famulum & a suis heris fugitivum, quem episcopum ordinarunt, ut assentarentur mulierculæ impiæ, quæ prius Georgio ad arbitrium suum usa fuerat, & postea hunc illius habuerat successorem. Alium hominem desperatum, in ecclesiã immisum, id est, ab Anyso & Ecdicio ordinatum, Basilius in hac & superiore ad sanctum Eusebium epistola testatur. Quem autem miserunt Doara, is est de quo Basilius ait in epistola 231. *Doara antiquum receperunt Mulionem*. Quibus ex verbis colligit Tillemontius hunc hominem antea Doarensem episcopum fuisse, sed a Catholicis expulsam, qui ei Eulalium substituerunt, postea sub Demosthene, data occasione, sedem suam recuperasse. Confirmat hanc historiam doctissimus scriptor ex oratione trigesima sancti Gregorii Nazianzeni. Sed cum supra ostenderit Gregorium in hac oratione non de expulso hæretico, sed de Eulalio in novum episcopatum evecto agere; ruit tota narratio Tillemontii. Quare cum ait Basilius, *Doara antiquum Mulionem receperunt*, nefarium hunc hominem olim Doaris munus Mulionis exercuisse indicat.

ep. 251. n. 3.

Galatæ Ariani cum amicorum Eustathii comitatu, Nyssa egressi sunt, & hoc satellitio stipati, omnem parœciæ Eustathio subjæctæ regionem peragraverunt, episcoporum honoribus & officiis ornati. Introducti autem sunt perhonorifice in civitatem, concionem habentes summa

Acum potestate. Traditus est enim illis populus, traditum altare, in quo (a) sacrificaverunt, & proprium panem populo omni distribuerunt. Quales (b) essent ejusmodi homines, & quomodo eorum quisque ordinatus: & quali ex vita ad hanc evectus potestatem, silentio Basilius, ut (c) notum omnibus, qui cum eis tantisper versati fuerant, præmittendum existimat. Sed tamen post tam insignia venalis & turpificati animi specimina, eorum ad se communionem Eustathius non tetraxit. Quod eis dabit accipiebant; sed nihil tanti eis fuit, ut ab episcoporum, qui Eustathium deposuerant, auctoritate discederent. Cum hoc agmine Eustathius Nicopolim venit, ut & Vicarij & Arianorum potestate munitus, huic ecclesiæ, quæ nuper episcopum Theodotum amiserat, alium episcopum daret.

a ep. 244. n. 7. & ep. 250. b ep. 244. n. 7. c ep. 251. n. 3.

*Ibid.*

ep. 237.

Probatur utramque synodum ante annum 376 habitam fuisse.

VI. Non multum habuimus negotij in dispendenda ejusmodi eventum serie. Sic enim ab ipso Basilio ordine narratur in epistolis 237. & 239. Sed difficilius est statuere, utrum anno 375. exeunte, an ineunte 376. contigerint. Tillemontius & Auditor bibliothecæ ecclesiasticæ ad initium anni referunt, excepto tamen concilio Ancyrano, quod statentur sub finem anni 375. convocatum fuisse. Cum Tillemontio facere videtur plura rationum momenta; quod synodus Ancyrana, quam alij eventus sequenti sunt, media hieme in epist. 237. habita fuisse legitur: quod Eustathius annis decem & septem non exatis post concilium C. P. anni 360. sese cum Ariani, ut opinatur Tillemontius, aperte conjunxisse dicitur in epistola 251. n. 3.

Sed his conjecturis, longe præferenda epistola 231. auctoritas, quæ ante natale Domini, ut postea videbimus, scripta, ecclesiæ Doarenis perturbationem & episcopum ei impositum Amphilochio nuntiat. Jam ergo accessit e Galatia Ariani, jam Nyssena synodus pestilentem hominem in hoc oppidum miserat. Utrum iidem Ariani Sebastiam introducti fuerint, cum hanc epistolam scriberet Basilius, equidem statuere non possum. Res differri potest usque ad initium anni 376. Satis est ad concilianda Basilii testimonia, ut synodus Nyssena ad annum 375. exeuntem referatur. Arianos enim Basilius in epistola 251. accersitos e Galatia anno præterito fuisse dicit: introductos in urbem eodem anno fuisse non dicit.

Minus animadvertit Tillemontius, cum Basilius existimat a concilio Constantinopolitano ad conjunctionem Eustathii cum Ariani annos decem & septem non plenos numerare. Totidem enim numerat usque ad illud tempus, quo hanc conjunctionem Eustathio exprobrabat, minime vero usque ad ipsam conjunctionem, quæ non paulo anterior est epistola 251. Tota res facile perspicitur ex ipsis Basilii verbis. *Hæc autem venerunt*, inquit, nempe Eustathii depositio in concilio Constantinopolitano, ejusque adversus hanc synodum litteræ, ante decem & septem non exactos annos: Numerandi ergo illi decem & septem anni usque ad tempus, quo scribebat Basilius epistolam 251.

ep. 251. n. 3.

Probabilior esset ducta ratio ex concilio media hieme convocato, si hæc verba latius interpretari non liceret. At facile est hoc loco non mediam hiemis partem, sed medium, id est, acerbum frigus intelligere. Hiems enim dicitur acerbum frigus; unde Basilius longissimam esse hiemem queritur in epist. 231. Interdum sero ad.

admodum decebat in Cappadocia, & post Pascha seviebat, ut anno 375. observavimus. Nec mirum proinde si interdum cito veniebat.

Non adhibui argumentum, quod sibi objicere posse sentit Tillemontius. In epistola 231. quae scripta est anno 376. ait Basilium Arianos ab Eustathio accersitos, & Galatia anno praeterito fuisse. Unde facili conclusio id contigisse anno 375. Sic rem expedit Tillemontius. Statuit hanc epistolam 231. mense Octobri, anno 375. scriptam esse; anni autem initium apud Orientales a mense Septembris duci. Hinc colligit Basilium, cum scriberet epistolam 231. mense Octobri, ad annum praeteritum ea referre potuisse quae mense Januario proxime elapso contigerant. Sed de his agemus coniecturis, cum ad epistolam 231. venerimus.

CAPUT XXXV.

**I.** Amphilocho significat Basilium ea quae geruntur. Respondet in alia epistola illius litteris & muneribus ad Natale Domini missis. Mittit commentarium in quo solvit illius quaestiones. **II.** Fronto mercatur episcopatum ab Ariano. **III.** Resistunt acriter Nicopolitani. **IV.** De epistolis 237. 241. ad Eusebium & ad Nicopolitanos. **V.** Legati in Occidentem Donathem & sanctissimus presbyteri. **VI.** Probatum per hoc anno circa Pascha, non citius praesens fuisse.

**I.** Inter haec circumspice, ut quaeque res eveniebat, libenter Amphilocho protinus [a] nuntiales Basilium, tum ut ipse narrandis amico rebus suis acquiesceret, tum quia maximam se esse sciebat Amphilocho curam. Sed deerant qui litteras perferrent; magnum enim non erat Cappadociam inter & Pisidiam commercium. Nam tandem Elpidium, qui ad herum suum properabat, ut struatis sibi ab inimicis calumniis dilueret; mittitur hac scribendi occasione. Commendat Elpidium Amphilocho, breviter narrat de fratris exilio, & de tempestate Doaris excitata, ac de insidiis sibi in aula struatis, quas tamen se Dei auxilio superaturum sperat. Absolutus erat liber de Spiritu sancto, ut supra diximus, neque ad latebat Amphilocho. Sed cum is libris Basilii precepisset, ut hoc opus in membranis describerent; Basilium cognitis illius mandatis, Elpidio perferendum non dedit, sed brevi missarum se promittit, modo nanciscatur, cui tanto possit committi.

Amphilocho significat Basilium ea quae geruntur. p. 231.

Respondet in alia epistola illius litteris & muneribus ad Natale Domini missis.

Scripta est haec epistola 231. anno 375. ex parte; est enim, vetustior ducentesima trigesima secunda, quae missis ab Amphilocho ad Natale Domini litteris respondet. His litteris Amphilocho, adjuverat munuscula, nempe lampneas & bellaria. Respondet Basilium sibi diem festum esse, quicumque litteras afferat Amphilocho; sed adjuvatis diei festi symbolis festum festorum esse, ut apud Judaeos Sabbata Sabbatorum. Etiam atque etiam rogat, ut se inquirere non graverent. Illius autem munera sic interpretatur, quasi validam Amphilocho precatus esset senectutem, lampneas quidem hortando ad nocturnos labores, bellaria autem validum esse omnibus membris & robustum jubendo. Jam enim praetererat aetas ad rodenda bellaria, dudum cogitatis morbo & vetustate dentibus.

Gratularis Basilium, quod & sano corpore & quiete episcopi Amphilocho salutaris incarnationis memoriam celebraret. Unde conjici possit scripsisse Amphilocho post Natale Domini. Sed longe probabilius est Basilium huc gra-

atulari ducta ex litteris paulo ante Natale Domini scriptis coniectura. Nam ipsa Amphilocho munera videntur ad ipsum diem missa, & diei laetitiam non parum auxisse, ut perspicitur ex his quae supra retulimus. Scripta ergo haec epistola 231. vel sub finem anni 375, si tunc Natale Domini die Decembris 25. celebrabatur, vel ineunte anno 376. si dies ille festus cum Epiphania conjungebatur. Certe posterior est litteris per Elpidium missis, in quibus Basilium & veniam petit, quod jam diu non scripsisset, & de persecutione loquitur, ut de re uberrimam scribendi materiam suppeditante, sed tamen Amphilocho nondum nuntiata, eo quod desissent qui litteras perferrent.

Simul cum epistola 230. misit Basilium commentarium, in quo variis Amphilocho quaestionibus satisficere conatus fuerat, quantum per tempus licuerat. Quod quidem, inquit, ad interrogata attinet, facta sunt in commentario responsiones quaedam, quales potui, & ut per se posset licuit. Ex his verbis cognoscimus tempus quatuor Basilii epistolarum, nempe 233. 234. 235. & 236. Nam cum nec initium nec clausulam habeant, quae epistolae conveniant, nec quidquam de Basilii aut Amphilocho rebus loquantur, sed tantum Amphilocho interrogatis respondeant, vix dubium quin ex eo, quod

diximus, commentario, in quo Basilium Amphilocho interrogata explanabat, factae sint librariorum arbitrio quatuor epistolae. In prima demonstrat bonum quidem esse mentem & mentis operationem, eamque, si Spiritui sancto se tradat, ad Dei cognitionem evehi, sed tamen tantum cognoscere, quantum fas est infinitam majestatem a tenuissimo cognosci. In secunda refellit hanc cavillationem Eunomianorum, colisse quod possit, an quod ignorat? Refelluntur iidem in tertia Eunomiani. Quarta varias expedit quaestiones. Haec ultimo loco posuimus, quia ubi venit ad quaestionem de fato, desessum se esse significat, eamque praetermittit, ut pro praesenti sua debilitate longiorem; ex quo patet has quaestiones, quae in quarta epistola tractantur, omnium postremas in commentario tractatas fuisse.

**II.** Agmen illud Arianorum, quod cum Eustathio Nicopolim venisse diximus initio anni 376. vel exeunte 375. (a) promiserat se hanc urbem ad intuendos Vicarii nutus adducturum. Erat haec civitas magis ad rem ecclesiasticam momenti, tum quia caput erat Armeniae, tum quia martyrum olim sanguine illustrata, & a praestantissimis episcopis haec gubernata, nutritrix erat pietatis & veluti sanae doctrinae metropolis, ut appellat Basilium. Digna ergo visa est Ariano, quam in potestatem suam redigerent, aut omni scelere perturbarent. Fronto unus, ex presbyteris civitatis, qui veritatis defensor visus haec fuerat, postquam Ariano Vicarii auctoritate fretos ad dandum urbi episcopum venisse cognovit, victus ambitione tradidit se inimicis Christi, & ejurata fide Catholica episcopatum ab illis mercatus est.

Hoc enim pretio episcopatum illi constitisse ex pluribus Basilii testimoniis perspicitur, Misit ille Fronto, inquit in epist. 239. qui prius quaedam defensionem simulaverat veritatis, tandem turpiter prodidit, & fidem & seipsum. Et in epist. 240. n. 3. Cum speraverunt adepturos se inane illius principatum, adjuverunt se inimici Christi. Ubi vident populos tra effertat; rursus simulant rectam fidem. Haec nova fidei rectae simulatio

Mittit commentarium in quo solvit illius quaestiones.

n. 5.

Fronto mercatur episcopatum ab Ariano. p. 231. n. 3.

ANNO  
376.

tio ad populum placandum, argumento est ante Frontonem impiam hæresim professum fuisse; unde merito Basilius ibidem ait illum profanis manibus ad eversioem fidei ordinatum fuisse. Quis etiam cum S. Pater existimat nunquam vere & ex animo veritatem defendisse, sed commodi sui causa; ac tum demum sese aperuisse, ubi vidit se secundis Arianorum ventis ad honores pervahi posse. Patet id cum ex testimoniis modo allatis, tum maxime ex his verbis epist. 238. *Ac ille quidem totius sua vita manifestum protulit iudicium ex presenti consilio, nunquam videlicet se vixisse in spe repatriarum nobis promissionum apud Dominum; sed si quid sibi aucuparetur humanarum rerum, & verba fidei & commentum pietatis, omnia denique ad obviandum quosque decipiendos elaborasse.* Non certissima videtur hæc rationis conclusio. Fieri enim potest, ut qui veritatem sincero animo diu defendit, oblato præmio hæresim amplectatur. Sed forte aliam suberat causam, cur de Frontone Basilius hoc iudicium ferret, imprimis arduissima hominis cum Eustathio Sebasteno amicitia. Quanti enim Frontonem faceret Eustathius, non solum nefariis machinationibus in eo ad episcopatum per fas & nefas tradendo declaravit, sed etiam eximio amoris testimonio, quod ei post formulam fidei, quæ est Basilii epistola 225. exhibuit. Is enim videtur esse, quem Eustathius Frontonem nostrum appellat. Quare suspicio oratur, cum in intimis esset Eustathii, illius etiam errorum, quos fidei amicis credebat, conscium fuisse, ejusque exemplo nunc veritatem compendii sui causa, nunc errorem defendisse.

Resistant  
acriter Ni-  
copolitani.

2 ep. 238.  
240.

III. Nihil nocuit Nicopolitanis Eustathii & Arianorum improbitas, sed potius novum huic ecclesie decus attulit, oblata fidei defendenda occasione. Frontonem Ariani quidem episcopum ordinarunt, sed in eo rejiciendo enituit cleri ac populi consensus. Vix unus aut alter clericus cum eo abiire: ac factus est communis execratio totius Armeniæ. Itaque Ariani re infecta redierunt, & in redeundo aliqua impietatis suæ vestigia reliquerunt, de quibus sic Basilius in ep. 231. n. 3. *Hi Nicopolim usque progressi, cum nihil potuissent eorum, quæ promiserant, perficere; quomodo redierint, qualesque in redeundo visissent, norunt qui adfuerunt.*

Demosthenes ubi vidit Nicopolitanos non cedere; vi & impressione ordinatum illis episcopum imponere aggressus est, ac ecclesiam civitatis Frontoni tradidit. Sed tamen nihil promovit: maluerunt pii homines sub dio conventus suos agere, quam cum Frontone communicare. Itaque in vacuis ædibus quotidie cum parva sectatorum manu recumbebat, pro episcopatus gloriis, quam tantopere concupiverat, ignominia & opprobriis coopertus.

Hæc paulo aliter, ac Tillemontius, descripsimus. Existimat enim doctissimus scriptor Demosthenem, cum Nicopolitanorum animos levioribus tentamentis oppugnasset, ut Eustathii manu episcopum acciperent, ubi vidit eos non cedere, violentum illud agmen Arianorum immisisse. In eam sententiam interpretatur illud ex epist. 237. *Vbi videt eos libenter non cedere, nunc aggreditur violentiore manu datum illi episcopum constitueri.* Sed hæc interpretatio stare non potest. Constat enim Frontonem ab Ariani episcopatum accepisse. Quare violentiam illam, quam Demosthenes adhibere statuit, ut datum episcopum constitueret, non immittendis Ariani

adhibuit, qui jam persequerent quod situm in ipsis fuerat, sed sacris audibus Frontoni per vim tradendis. Vide quæ observavimus ad epistolam 237.

IV. Tum cum Nicopolitanis graviora minaretur Demosthenes, rumor erat Arianos, qui forte nondum in Galatiam redierant, aliud concilium meditari, ad quod accersitum Basilius, aut locum communicare cogere, aut sua consuetudine uterentur. Inter has molestias Basilius nihil de valitudine sua scribere audebat Eusebio, ne vera dicendo affligeret. Jamdudum nullas Eusebio litteras miserat, non negligentia aut oblivione; sed quia cum scripisset per Thraciam Vicarium, & per Præpositum Philippopolis thesaurorum, litteræ redditæ non fuerunt. Pergrante enim præciam Basilio, advenit vespere in urbem Vicarius, & summo mane abiit, ejusque adventus œconomos ecclesie latuit. Præpositus vero, quem Basilius rogaverat, ut litteras sumeret, urgente fortasse aliquo negotio, profectus est nec susceptis litteris nec salutato Basilio. Hæc molestia hæc erant, quod quotidie res novæ evenirent, quibus Eusebio scribendis dolorem suum levasset Basilius. Scripsit tandem ad eum epistolam 237, initio hujus anni 376. post reditum Arianorum ex urbe Nicopolis, tam cum Vicarius graviora minaretur, ac forte antequam tradita esset ecclesia Frontoni. In hac epistola rationem reddit, cur tanto intervallo scribat, ac persequutionem, ut vidimus, ordinem describit.

De epistola  
237. ad S.  
Eusebium.

Scripserunt presbyteri Nicopolitani ad Basilius de arum ecclesie suæ. Sed eorum litteras fama sua celeritate superaverat, & in viciniam omnem regionem scelus Frontonis & cleri ac plebis in eo detestando consensum detulerat. Itaque Basilius nihil novi ex eorum litteris didicit. Respondet per epistolam 238. ac hortatur ne animum despondeant ob ipsum unius aut alterius qui se Frontoni adjunxerant, cum cleri corpus integrum maneat: neque etiam nimis doleant, quod extra muros ejeti sint, sed si qua sit hæc in re molestia, spe mercedis & adfuturi otio auxilium constanter perferant.

De epistola  
238. ad Ni-  
copolita-  
nos.

Non multo post scriptam Eusebio epistolam 237. Antiochus ex Oriente in Thraciam contendens Casarea transit, ac novæ epistolæ occasionem Basilio attulit. Hanc epistolam, quæ est 239. non multo post eam quæ est 237. scriptam esse perspicitur ex ipso initio: *Dedit nobis Dominus istam viam... salutare sanctitatem tuam &c.* Statum ecclesiarum deplorat, ac de legatis Romanam mittendis nonnulla dicit, quæ modo examinabimus. Sed antequam ad hæc legationem veniamus, quæ multis difficultatibus implicata est, alia Basilii commemoranda ad Nicopolitanos presbyteros epistola. Cum parum beatus sibi videretur Fronte vacuo ecclesie possessione, rem astu tradere & fidem catholicam profiteri cepit: neque cum hæc alia omnino secessit; nam consuli debere ac fluctuare ceperunt. Interim variis & incertis rumoribus Basilius sollicitudine distringebat, & certo scire majorem in modum avebat, quid Nicopoli ageretur; cum peropportune ad eum presbyteri Nicopolitani miserant eum litteris Theodosium compresbyterum. ex quo singula accurate cognovit. Sic respondet Basilius, ut quæ ipse sibi suadebat, eadem illis proponat: nempe hæc persequutionem eandem exitum habituram, quem multis aliis superiores habuerant. Quamobrem si gravis sit, spe con-

De epistola  
239. ad S.  
Eusebium.

De epistola  
240. ad Ni-  
copolita-  
nos.

næ perferendam : si levis , non valde in parvo A suum impendit in exarandis duabus litteris, quæ a presbyteris Dorotheo & Sanctissimo perlacæ optatos exitus habuerunt.

Sunt hæc litteræ 242. & 243. Prima Orientalium nomine Occidentalibus scripta. Alteram Basilii privatim scripsit ad Italiæ & Galliæ episcopos. In prima significant Orientales se inter gravissimas procellas ab ecclesiarum defensione non dimoveri, nec animum despondere, & idcirco auxilium ab Occidente jam sæpe expectatum poscere. Numerant decimum tertium persecutionis annum, in qua plures ecclesiis evenisse afflictiones asseverant, quam evenisse memorantur, ex quo Evangelium Christi annuntiat. Rogant ergo ut tandem aliquando mittantur ex Occidente, qui Orientali ecclesiæ opem ferant.

Scripta est in eandem sententiam epistola 243. Rogat Basilii ut Imperatorem Occidentis certiores faciant de iis quæ geruntur in Oriente; vel si id difficile fuerit, saltem ipsi mittant qui consolentur afflictos. Persecutio uberius describitur, quam in superiori epistola. Narrat Basilii episcopos indicta causa damnari; imo nonnullos sine accusatoribus, sine tribunalibus, in tempesta nocte raptos, in longinquas regiones fugatos fuisse. Hinc fugæ presbyterorum & diaconorum, cleri depopulatio, populorum gemitus, altaria spirituali cultu vacantia, ædes precatationis claustræ sine concionibus ac synaxibus: dum Ecclesiæ columnæ dispersæ sunt, hæresis libertatem nacta, multitudinem inducit deorum, & Spiritum sanctum rejicit, ac dum omnia sibi ecclesiastica munia arrogat, baptismata, deductiones proficiscentium, consolationes ægotantium, communiones mysteriorum, Ecclesiæ filios impiæ doctrinæ assuefacit. Hæc eo molestiora erant Orientalibus, quod metuerent, ne incendium consumpto Oriente Occidentem etiam pervaderet.

VI. Duos illos presbyteros paulo post Pascha hujus anni 376. in Occidentem, non serius profectos esse, hoc maxime argumento nixus existimo, quod idem legatorum munus iterum obierint, & ab eorum ex secunda legatione reditu usque ad initium anni 378. nonnulla evenerint, quæ apte disponi non possent, si prima legatio serius contigisset.

Neque etiam citius hæc legatio possit collocari; in quo sane a Tillemontii sententia longe distamus. Is enim legatum anno 373. aut 374. missum esse Dorotheum existimat, & anno 375. sub finem autumnii rediisse. 1. Neminem anno 373. missum fuisse jam supra satis probatum. Nullum legationis vestigium habent anni 373. aut 374. Fucum fecit eruditus vir opinatus Dorothei ex Occidente reditus anno 375. quem colligunt ex his verbis epistolæ 239. *De rebus autem Occidentalibus prius ipse didicisti, narrante omnia fratre Dorotheo, cui quales danda rursus littera abeunt?* Ex his concludunt Dorotheum Roma redeuntem, apud Eusebium fuisse, eique de rebus in Occidente perspectis narraffe. Sed quomodo Dorotheus, qui sub initium hiemis anno 375. Romam quidem cogitabat, sed tamen nondum litteris episcoporum instructus erat, nondum episcopos nactus erat, quibus comitem se itineris esse optabat; quomodo, inquam, tam cito redire potuit, ut in Thracia apud Eusebium esset initio anni 376. Non enim dubium est quin, cum Basilii scriberet epistolam 239. (scripsit autem non multo post initium anni 376.) jam tum Dorotheus ab Eusebio discessisset.

Probatur eos hoc anno paulo post Pascha, non citius profectos fuisse.

De epistola 241. ad Eusebium.

Ad hoc tempus pertinet brevissima ad Eusebium epistola, quæ est ducentesima quadragesima prima. Videtur questus esse Eusebius, quod in litteris Basilii nihil nisi mœrore & lacrymis dignum legeret: quod quidem superioribus duabus ad Eusebium epistolis optime congruit. Respondet Basilii se de molestis rebus sæpe scribere, non ut illius dolorem augeat, sed ut suum ipse leniat, ac Eusebium ad intentiones pro Ecclesia preces excitet.

Legati in Occidentem Dorotheus & Sanctissimus presbyteri.

V. Duo præstantissimi ecclesiæ Antiochenæ presbyteri, Dorotheus & Sanctissimus, magno ecclesiæ pacificandæ studio flagrabant; cumque precibus & hortatibus egissent apud episcopos Orientales, ut legatio in Occidentem mitteretur, commissa utrique hæc provincia circa Pascha hujus anni 376. Videtur Dorotheus superiore autumno Romam cogitasse, vel saltem Basilium hortatus fuisse, ut Gregorium Nyssenum in Occidentem legatum mitteret. Caruit exitu hoc consilium, sive quia Gregorius, ut præviderat Basilii, hoc munus suscipere noluit, quod illius stomachi non erat, sive alia de causa. Sed tamen Dorotheum in Thraciam venisse, & cum Eusebio Samosatensi fuisse anno 375. exeunte vel 376. ineunte, discimus ex epistola 239. quæ scripta est non multo post initium anni 376. Erat cum Basilio vel in finitimis locis, cum Basilii eandem epistolam scripsit. Rogat enim Eusebium quales redeunti Dorotheo dandæ sint litteræ: forte enim comitem illum futurum optimo Sanctissimo, qui magno animi ardore Orientem peragrabat, & ab insignibus quibusque episcopis subscriptiones & epistolas colligebat.

Legatos in Occidentem mitti non multum probabat Basilii: si enim Dominus propitius fiat, alio opus non fore auxilio: si Dei ira perseveret, non magno præsidio futurum Occidentale supercilium. Frustra ejusmodi homines orari demonstrat, allato in eam sententiam versu homerico. Nondum enim callus obductus erat dolori, quem ex inutili litterarum anni 372. exitu, & ex responsis parum æquis per Evagrium anno 373. allatis conceperat. Quinetiam vulnus refricuerant novissimæ Damasii litteræ, quæ Paulino episcopatum attribuebant, defraudato Meletio. Narrat in eadem epistola 239. sibi in mentem venisse privatim ad coryphæum Occidentalium scribere, de rebus quidem ecclesiasticis nihil, nisi quod insinuasset, neque illos de rebus Orientis vera nosse, neque viam, qua possint discere, amplecti; ac generatim, hominibus, quos tentationes affligunt, insultandum non esse, neque dignitatem existimandam esse superbiam. Non tamen obstitit legationi Basilii; neque enim is erat, qui ulli Ecclesiæ commodo moram afferret: sed potius libenter communi causæ stilum

S. Basilii Oper. Tom. III.

ANNO  
376.

set & in Cappadocia aut finitimis locis versare  
 tur. Unde querebat Basilus quoniam ei danda  
 essent abeunti litteræ. Illud autem non minus  
 exploratum & certum est, Dorothei Romanam co-  
 gitantis iter nondum sub initium hiemis omni-  
 no statutum fuisse; siquidem Basilus in epistola  
 213. negat eum hoc iter hieme conficere posse,  
 nisi mari utatur, & cum Dorotheus comitem se  
 Gregorio Nysseno futurum speraret, tota res  
 Basilio plurimis obstructa difficultatibus videtur,  
 Quare quod ait Basilus Eusebium de rebus Oc-  
 cidentis ex Dorotheo didicisse, id de rebus in  
 Occidente auditis aut perspectis accipi non de-  
 bet, sed de iis quæ Dorotheus ex Damasi lit-  
 teris sub ætatis finem allatis cognoverat. Petit  
 autem Basilus quales rursus danda sint litteræ  
 Dorotheo abeunti in Orientem, Meminerat enim  
 consilium scribendi ad Occidentales anno 373.  
 quod ex sancto Eusebio ortum fuerat, tot ob-  
 structum difficultatibus fuisse, ut in rem mini-  
 me collatum fuerit,

2. Dux existerunt Dorothei in Occidentem  
 legationes, prima quidem, cum litteras 242. &  
 243. detulit, altera cum epistolam 263. Primæ  
 legationis optatissimus exitus fuit, non quod au-  
 xilium Romani re vera Orienti tulerint, sed  
 quia sinceram ferendi voluntatem significarunt.  
 Unde Orientales, dum Dorotheum iterum mit-  
 tunt, gratias agunt amplissimas Occidentalibus,  
 Hinc etiam Basilus in tribus epistolis, quas re-  
 vertente ex prima legatione Dorotheo scripsit,  
 lætitiæ exultat, ut in rebus ex sententia confe-  
 ctis. Ex his evidenter probatur hanc legationem  
 non citius susceptam esse, quam modo diximus,  
 nempe circa Pascha hujus anni 376. Nam Basili-  
 us, cum scriberet epistolam 239. mense Fe-  
 bruario aut Martio ejusdem anni, non valde pro-  
 babat legatos in Occidentem mitti, nec quid-  
 quam sperabat a supercilio, ut ipse appellat,  
 Occidentali; nondum enim deposuerat dolorem,  
 quem ei inusserant & litterarum anni 372. inuti-  
 lis exitus, & responsa per Evagrium anno 373.  
 allata, & novissimæ Damasi litteræ anno 375.

3. Numerant Orientales annos tredecim per-  
 sequutionis; quod quidem optime quadrat cum  
 anno 376. Incœpit enim Valens decimum ter-  
 tium imperii annum mense Martio hujus anni.  
 Quare cum scriptæ sint duæ illæ epistolæ post  
 Pascha; non immerito Orientales totidem annos  
 persecutionis numerabant, quam cum imperio  
 Valentis sciebant incœpisse. At Tillemontius  
 initium tredecim annorum repetit ab anno 361.  
 alii ab anno 360. Sed extrema persecutionis  
 Constantii minus recte cum initiis Valentis con-  
 junguntur, Inter utramque persecutionem ali-  
 quot anni interjecti sunt, Catholicis sub Julia-  
 no in sedes suas restitutis, Præterea si de per-  
 sequutione Constantii Orientales loquuti fuissent;  
 non jam tredecim annos numerassent, sed lon-  
 gius multo initiis persecutionis repetiissent.

4. In opinione Tillemontii turbatur & con-  
 funditur rerum gestarum series. Proficiscitur  
 Dorotheus anno 373. aut 374. non rediit nisi  
 anno 375. exeunte. Nimirum sane hoc interval-  
 lum in re non difficili ad deliberandum & di-  
 judicandum, nec multum temporis requirente.  
 Idem Dorotheus iterum mittitur anno 377. At  
 inter utramque legationem non tantum spatium  
 videtur effluxisse, Nam cum promississent Occi-  
 dentales se Orientis auxilio venturos; si ab an-  
 no 375. usque ad 377. nihil præstitissent, me-  
 rito questi essent Orientales, qui tamen in epist.

263. quam Dorotheus iterum missos detulit,  
 gratias agunt ob prolixæ voluntatis significatio-  
 nem, ac promissa Occidentalium reposcunt, ut  
 proliis recentia,

CAPUT XXXVI.

- I. *Reprehensus a Patrophilo Basilus ob bellum cum Eustathio, causa sua justitiam defendit.*
- II. *Th opilio injurias redonat, sed roganti, ut cum Eustathio communicet, minime annuit.*
- III. *Persecutio Nicopolitanorum ingravescit. De epistola ad Amphiloebium, & alia sine inscriptione.*
- IV. *Scribit iterum Basilus Patrophilo. De litteris ad Evagenos & initio anni apud Cappadoces. De ep. 252.*
- V. *Redeunt Dorotheus & Sanctissimus. Plures Basili litteræ per Sanctissimum feruntur. Consolatur Beroenses monachos, quorum ades Ariani incenderant. Item alios monachos ab Arianis vexatos.*
- VI. *Epistola ad Epiphanium de Apolinario & de rebus Antiochenis. Scribit Basilus Palladio & Innocentio.*
- VII. *Consultus ab Optimo explicat Scripturæ locum difficilem.*
- VIII. *Epistola ad Sezopolitanos & ad Urbicium de hæresi Apolinarii.*

I. Patrophilus Ægearum in Cilicia episcopus  
 Basilio amicus erat, & fidei catholicæ addictus;  
 sed in Eustathium plus æquo propensior. Is ubi  
 vidit Basilium in apertas contra Eustathium que-  
 relas erupisse, satis diu siluit, Sed tandem mi-  
 sit presbyterum Strategium cum litteris, in qui-  
 bus non sine reprehensione & quibusdam acule,  
 is stuporem animi sui significabat, quod Basili-  
 us, qui a puero dederat se Eustathio, & illius  
 causâ tot ac tanta fecerat, tot bella cum innu-  
 meris alijs sustinerat, nunc cum ipso bellum  
 gereret. Nihil læserunt Basilium ejusmodi re-  
 prehensiones; quin etiam ridere subiit, quod Pa-  
 trophilus, quocum sibi amicitiam tot vinculis  
 adstrictam putabat, levibus de causis in tantum  
 stuporem incidisse se diceret. Sed quia nemo  
 prorsus erat, ejus non communionem & ami-  
 citiam perinvitus amitteret Basilus; exponit Pa-  
 trophilo omnem suam ab origine dissensionem  
 cum Eustathio; demonstrat quam injuste Eu-  
 stathii querelæ, quam graves injuriæ & calum-  
 niæ, quam inconstans nunc hac nunc illa fide  
 tenenda & subscribenda, nunc his nunc illis  
 partibus tuendis animus; ac tandem rogat ut si-  
 bi per eundem Strategium perscribat, utrum idem  
 erga se permaneat, an ex congressu cum Eu-  
 stathio immutatus sit.

Novissimum Eustathio facinus in hac epistola  
 exprobat. *Viderunt enim Cyclicum, inquit, &*  
*cum alla fide reperi sunt.* Non viderat hanc si-  
 dem Basilus, sed hoc tantum audierat silen-  
 tium consubstantiali impositum, simile secundum  
 essentiam inductum fuisse. Hæc formula inter  
 varias formulas, quibus subscripsit Eustathius,  
 ut recentissima pariter recensetur in ep. 251.  
 n. 4. Indicatur etiam in ep. 226. Quo tempore  
 id contigerit, non declarat Basilus; sed cum  
 recens esse factum indicet; anno 375. evenisse  
 supra diximus ante concilium Ancyranum.

II. Theophilus Castabazæ in Cilicia episco-  
 pus, vehementer fuerat in causa Eustathii tuen-  
 da; in primordiis dissensionis miserat aliquem ex  
 clericis suis, qui Basilio indignis modis convitia-  
 retur; nec dignatus erat ad eum scribere, ne  
 episcopum illum salutare cogereretur. Postea so-  
 cium adjunxerat se Eustathio in Basilio frequen-  
 tissi-

Reprehen-  
 sus a Patro-  
 philo Basili-  
 us ob bellum  
 cum Eustathio  
 causâ suâ  
 justitiam  
 defendit.

n. 5.  
 n. 9.

Theophilo  
 injurias re-  
 donat, sed  
 roganti, ut  
 cum Eusta-  
 thio commu-  
 nicet, mi-  
 nime annuit.  
 ep. 250.

tissimis in conventibus declarando. Sed tamen ubi vidit causam suam Basilium in clarissima luce & omnium oculis exponere, suam vero Eustathium turpi cum Arianis conjunctione prodere; tum vero Basilii amicitiam recolligere conatus est; sic tamen ut pro Eustathio idem petiisse videatur. Respondet ei Basilius se amicitiam illius magni semper fecisse, nec ab ea, quantum ad animi affectionem pertinet, ullum diem discessisse; quamvis multæ ac magnæ doloris causæ acciderint: sed cum jucunda cum molestis, velut in trutina, poneret, plus apud se jucunda ponderis habuisse. Quod spectat ad Eustathium, hanc a Theophilo veniam petit Basilius, ut cum Eustathii communicatio semper sibi optatissima fuerit, quamdiu is a sanioribus stabat partibus; nunc eo cum adversariis palam & aperte conjuncto, liceat sibi nihil veritati præponere.

Jamdudum scripserat Theophilus, molestumque erat Basilio quod occasiones deessent respondendi. Sed tandem nactus Strategium, comisit ei hanc epistolam cum præcedenti. Bis quidem venit Strategius, ut modo videbimus; sed primo ejus adventu Basilius Theophilo scripsit: sic enim in præcedenti epistola de Theophilo & acceptis ab eo injuriis loquitur, ut jam tum videatur Theophilus ad ejus communionem & amicitiam radiisse. Ait enim: *Cum omni mihi reverentia & honore dignus frater Theophilus uno ex his qui cum eo sunt misso, nonnulla declarasset, quæ nec sibi indecora dictu, & nobis auditu congruentia esse ducebat; scribere enim non dignatus est, non tam metuens ne ex litteris argueretur, quam sollicitus, ne nos necesse haberet ut episcopos salutare; sed certe verba erant vehementia, & ex pectore fervente prolata; in his discessimus.* Antea non tam leniter cum eo agebat Basilius, cum quereretur, quod se Eustathius una cum Theophilo Cilicia in frequentissimis conventibus dilaceraret. Ubi vides Theophilum nec fratrem nec episcopum appellari.

III. Cum parum Fronto promovisset fidei rectæ fidei professione, in apertum furorem, relicti astutiis, erupit. Factæ (a) magistratibus contumeliæ, verbera inflata, ædes expilatæ, civitas vastata, sacerdotes expulsi, & irruentibus lupis grex dispersus. Basilius acceptisea de re litteris presbyterorum & magistratum, tribuit eorum tempori quidquid in se situm erat, coram supplicavit potentibus viris, & per litteras iis a quibus in aula diligebatur, ut rabidi hominis furor comprimeretur. Cum autem animadvertisset in presbyterorum litteris animum inter tot ærumnas lassum ac minus constantem; consolatur eos spe auxilii a Deo venturi, ac hortatur, ut precando ne defatigentur, & quæ hæcenus verbis docuere, ea nunc opere perficiant. Similiter magistratibus celerem a Deo ad futuram opem pollicetur.

Basilius præ summo suo Amphilochei desiderio moleste ferebat se tam longe ab eo disjungi; sed cum Amphilochei tranquillitatem consideraret, gratias agebat Deo, quod is remotus esset ab incendio Cappadociam & vicinas provincias vastante, quibus angelus satane bellum inferebat, ut hæresim propagaret, ac ne sanguiniquidem fidelium parcebat, Nam Aesclepius quidam, eo quod communionem cum Doec, id est, cum Frontone inire noller, ab hæreticis verberatus, ex plagis obierat. Non dubitabat Basilius, quin hujus rei fama ad Amphilocheum pervenisset. Cætera omnia huic facinori respondebant, S. Basilii Oper. Tom. III.

Apersequutiones presbyterorum & magistratum, & quidquid ab hominibus auctoritate ad arbitrium abutentibus proficisci possit.

Jam absolutus erat liber de Spiritu sancto, cum sanctus Amphilocheus Cæsaream venit anno præterito ad diem festum S. Euphychii. Moras attulerunt librariis mandata Amphilochei, qui eum in membranæ descriptum voluit. Sub finem ejusdem anni promittit se missurum illud opus, si quem idoneum inveniatur, cui perferendum committatur. Hujus enim cautionis necessitatem afferebat persequutio. Cum neminem ejusmodi hæcenus invenisset; rogat Amphilocheum in hac epistola 248. ut si quem ipse reperiat, opus accersat. Nolebat enim Basilius illud hominum judiciis committere, antequam Amphilocheo probatum fuisset.

Sequens epistola, quæ inscriptione caret, inter hostium ultus videtur scripta. Nam cum aliquem vitæ monasticæ cupidum præposito monasterii commendaret, præclare cum eo viro agi existimat, non solum quod bonum sibi ad futuram vitam viaticum, bonum cum hominibus Dominum timentibus convictum eligat, sed etiam quod bisce, inquit, nostris tumultibus liberetur.

IV. Superiores Basilii ad Patrophilum litteræ celerem responsionem merebantur. Rogabatur enim Patrophilus, ut misso iterum Strategio responderet, utrum in Basilii maneret communiōne, an totum se Eustathii partibus addixisset, Tardus fuit ad respondendum Aegeensi episcopus. Tandem, ubi satis deliberasse sibi visus est, per eundem Strategium scripsit se eundem esse erga Basilium, qui hæcenus fuerat, ita tamen ut a sua in Eustathium propensione non multum discederet, ac Basilii in deneganda Eustathii communiōne constantiam minus probaret.

Gratias agit Basilius quod idem erga se permaneat. Sed iis omissis, quæ de Eustathio disseruerat Patrophilus, factum suum hoc uno rationis momento defendit, quod cum Eustathius palam & aperte communicaverit cum Galatis, qui ab insignium Arianorum partibus stabant, si cum ejusmodi hominibus communicare liceat, etiam cum eorum ducibus & magistris liceat, quorum tamen communionem fugiebat Patrophilus.

Evæsenam ecclesiam, quæ vicina erat Cæsareæ, nihil læserat temporum difficultas, id quod maxime rarum erat & inventu difficile: integra erat apud eos & intacta fides Apostolica; ac suum veritatis amorem egregie declararunt, cum structas Basilio calumnias in mentientium capita rejecerunt. Præter libellos, quibus Basilium Eustathius ante tres annos laceraverat, videtur recentiori astutia vel per se ipse; vel per emissarios suos persuadere Evæsenis voluisse; ordinem sanctæ Trinitatis a Basilio immutari, ac Spiritum Patri & Filio præponi.

Persuasum habet Basilius magnam fore Evæsenorum mercedem, quod calumniis aditum in corda sua non dederint: eosque laudat, quod præclare animadverterint iniquitatem & inconstantiam Eustathii, qui cum Nicænz fidei subscripsisset Romæ, postea Basilio bellum intulit eo quod, ipsius petitu, eidem formulæ iterum subscripsisset; & cum Arianos negasset episcopos esse, nunc iis supplicat quos illi ordinavere; & cum violenter exagitasset eos, qui cum Arianis commanicabant, nunc Arianorum communionem persequitur. Fætetur Basilium humilem se esse & parvum, sed tamen eundem semper esse, nec umquam cum rebus immutatam. Non aliam apud se fidem esse Seleuciæ, aliam

ANNO  
376.

Scribit iterum Basilium Patrophilo.

De litteris ad Evæsenos & initio anni apud Cappadoces.

n. 4.

Persequutio Nicolaitano-gum ingravescit. # p. 247.

De epistola ad Amphilocheum & alia sine inscriptione.

ANNO  
376.

aliam Constantinopoli, aliam Zelis & Lampfaci  
aliam, & Romæ aliam, nec nunc novam cir-  
cumferri a prioribus diversam. Hortatur Evæse-  
nos, ut in fide constanter perseverent, ac exi-  
guam esse partem considerent, quæ morbo hære-  
sis laborat, reliquam vero ecclesiam in sana &  
incorrupta doctrina versari.

n. 2.

Numerat Basilius annos decem & septem non  
exactos a concilio Constantinopolitano, in quo  
depositus est Eustathius anno 360. ineunte. Ex  
quo patet hanc epistolam anno 376. scriptam  
esse. Sed cum Tillemontius Arianos existimet  
è Galatia accersitos ab Eustathio fuisse anno  
376. in varias se conjicit ambages, ut explicet  
quod ait Basilius, id factum *anno præterito* fuis-  
se. Suspiciatur Orientales annum incipere solere  
a mense Septembri, ac proinde, si hæc epistola  
rejiçitur post mensem Septembrem, Basilium  
id præterito anno factum dicere potuisse, quod  
verno tempore anni 376. venerat, Quamvis autem  
probaverimus in capite 34. Eustathii conjunctio-  
nem cum Arianis anno 375. ante Natale Do-  
mini evenisse; hæc tamen ad Evæsenos episto-  
la post Septembrem rejicienda esset, si Cappado-  
ces, ut existimat Tillemontius, annum ince-  
pissent a mense Septembri. Sed hæc opinio non  
magnis nititur momentis, longeque probabilis  
est initium anni apud Cappadoces a mense  
Martio repetitum fuisse. Nam Basilius in epist.  
69. quæ citius mense Septembri scribi non po-  
tuit, sanctum Athanasium rogat, ut Dorotheum  
ad primam navigationem dimittat, *ut saltem  
possit, inquit, anno sequenti aliquid fieri eorum  
quæ precamur.* Plana est & aperta hæc oratio,  
si anni initium erat apud Cappadoces mensis  
Martius: sed si Septembris; quomodo Basilius  
initio anni scribens, non satis superesse existi-  
masset temporis; satisque habuisset, si saltem anno  
sequenti suscepta consilia ad exitum perducere-  
ntur?

rom. 4. p. 358.

Existimat Tillemontius orationem Basilii in  
sanctum Mamantem primo annidie habitam fuis-  
se; & cum S. Martyris festum apud Græcos  
mense Septembri celebretur, initium anni apud  
Cappadoces a primo Septembris die repetit. Sed  
festum S. Mamantis secundo Septembris die,  
non primo, apud Græcos celebratur, vigeatque  
hæc consuetudo Constantinopoli, ut observat  
Tillemontius, tempore Leonis Thracis. Deinde  
vero Basilii verba non sic accipi debent, quasi  
dies festus S. Mamantis primo anni civilis die  
celebraretur; sed cum ad hunc diem magna  
hominum multitudo quotannis conflueret; erat  
ille dies & præteriti anni finis & novi quodam-  
modo initium. Sic loquitur Basilius: *Qui vero  
hanc nostram celebritatem reduxit, & præteriti anni  
votis finem dedit & succedenti tempori initium lar-  
gitus est ( eadem enim dies præteritum circulum  
nobis terminat & rursus insequentis fit initium )  
... conservet nos in semetipso illasos &c.* Quæ  
hic de diei quotannis redeuntis vicissitudine dicen-  
tur, de quolibet die festo quotannis redeunte dici  
possunt: præsertim si ad illum diem magna ho-  
minum multitudo convenire soleat. Nulla ergo  
nobis imposta necessitas epistolæ ad Evæsenos  
post Septembrem rejiciendæ. Nam si Cappadoces  
annum, ut verisimile est, a Januario aut Martio  
incipiebant, potuit Basilius, cum mense Julio  
aut Augusto scriberet, ea anno præterito facta  
dicere quæ Decembri proxime elapso contigerant.

De epistola  
376.

Referimus ad hunc annum epistolam 352. in  
qua Basilius episcopos Ponti perhonorifice ro-

gat, ut antiquum morem resumant visitandæ  
ad diem festum sancti Euppsychii ecclesiæ Cæsa-  
riensis. Citius collocari non potest hæc episto-  
la; nam anno quidem superiore pax inter Ba-  
silium & Ponti episcopos facta, sed post festum  
S. Euppsychii.

V. Dorotheus & Sanctissimus Roma redie-  
runt hoc anno, rebus, quarum causa profecti  
erant, si minus ad optatum exitum, saltem ad  
bonam spem perductis. (a) Magnos labores in  
hoc conficiendo itinere tolerarunt: sed summam  
læticiam toti Orienti attulerunt, cum & sen-  
tentias Occidentalium & rerum statum accu-  
rate perspectum nuntiarent. Dorotheus in episto-  
la Orientalium solus nominatur, quia is solus  
nominari solebat, qui præcipuas partes legatio-  
nis sustinebat. In litteris autem, quas Basilius  
post eorum reditum scripsit, nulla Dorothei  
mentio, sed tantum Sanctissimi, sive ob eam-  
dem causam, sive quod, remanente apud S.  
Meletium Dorotheo, Sanctissimus in Orientem  
missus esset, ut res Occidentis nuntiaret, ac  
Orientalium studia ad id, quod inchoatum erat,  
perficiendum incitaret. Videntur autem Doro-  
theus & Sanctissimus præcipue res Antiochenas  
cordi habuisse; tum quia maxima eorum cura  
erat hæc ecclesia, quam litteræ Damasii anno  
375. perturbaverant, tum quia, ut ipse cense-  
bat Basilius, pax Orientis ex Antiochiæ pace  
plurimum pendeat. Quare ad S. Meletii cau-  
sam refero quod ait Basilius presbyteris Antio-  
chenis, Sanctissimum eorum sollicitudinem par-  
tim sedaturum his quæ in Occidente perspecta  
narrabit, partim excitaturum, & quantum stu-  
dii res præsentis requirant, demonstraturum;  
ac inde colligo Damasium opera duorum illo-  
rum presbyterorum æquiorum factum esse Me-  
letio. Hinc tanta læticia exultat Basilius non  
solum in epistola ad presbyteros Antiochenos,  
sed etiam in aliis duabus, nempe una ad Pela-  
gium Laodicenum, altera ad Vitum Carrhorum  
episcopum, quibus quid actum esset in Occiden-  
te per se ipse non enarrat, sed Sanctissimo  
enarrandum relinquit.

Miror Tillemontium has tres epistolas ad  
annum 373. referre. Tunc quidem in Orien-  
tem rediit Sanctissimus, minime vero ex Occi-  
dente, sed ex Armenia, in quam visendi Me-  
letii causa venerat. Præterea anno 373. & se-  
quentibus querebatur Basilius de Occidentalibus,  
quos plena manu in his tribus epistolis laudat.  
Cum his epistolis conjungit etiam Tillemon-  
tius epistolam 132. ad Abramium Batnorum  
episcopum. Sed eam rejecimus in annum 373.  
Quartam epistolam detulit Sanctissimus, quæ  
Presbyteris Acacio, Actio, Paulo & Sylvano,  
Silvino & Lucio diaconis, cæterisque fratribus  
monachis inscripta est. Verisimillimum est Aca-  
cium, qui primus nominatur, non alium esse  
ab eo Acacio, qui Basilium anno 375. Berce-  
nensis ecclesiæ & Chalcedensis nomine invisit,  
ac postea in episcopatu Berceñsi celeberrimus  
existit, sed præteritos labores nefariis in S.  
Joannem Chrylostomum molitionibus dedecora-  
vit.

Jamdudum ecclesiam Berceñsem & Chalci-  
dentem persequutio impugnabat, sed hoc anno  
376. statim post Pascha hæretici Berceñsium  
monachorum tabernaculis supervenientes, eo-  
rum labores igni tradiderunt. Ingemuit Basi-  
lius, ubi id rescivit, non tamen monachorum  
causa, quibus aliud in oculis domicilium vide-  
bat

Redeunt  
Dorotheus  
& Sanctissi-  
mus. Plu-  
res Basilii  
litteræ per  
Sanctissi-  
mum fe-  
runtur.  
a ep. 355.Consolatus  
Berceñses  
monachos,  
quorum  
medes Arianj  
incende-  
rant.  
Item alios  
monachos ab  
Arianis  
vixatos.



bat hos scelere preparari, sed hæreticorum, qui sibi metipfis ignis thesaurum comparabant. Speraverat Basilius fore, ut ad se tamquam ad paratum perfugium omnes accederent, ac ipse eorum complexu ex continuis doloribus & ærumnis respiraret. Sed cum id consequutus non esset, optabat ut saltem sæpe scribendi occasio daretur. Ne id quidem contigit, quia nesciebat ubinam versarentur, tum etiam quia non multi e Cappadocia in has regiones proficiscabantur. Nactus tandem Sanctissimi facultatem, hortatur ut ob futuram mercedem fortiter se gerant; & quia persecutione adepti sunt fiduciam apud Dominum, noctu & interdiu pro Ecclesia precentur.

Ad idem tempus referri potest epistola 377. ad alios monachos, quibus pariter Ariani bellum inferebant. Eos Basilius consolatur spe mercedis eo uberioris, quod bellum inferebatur ab hominibus Christianos se esse proficientibus, nedum hoc nomen, ut multi existimabant, de eorum, qui persecutionem patiebantur, merito detrahere possent. Hortatur ut nec episcoporum exiliis, nec quod proditores nonnulli ex ipso clero existerent, fides eorum vacillet, nec eos magna populi multitudo terreat: non enim nomina esse, quæ nos salvos faciant, sed propositum animi & dilectionem; nec multitudinem salvari, sed electos Dei. Videtur Basilius Frontonem notare, cum proditores ex ipso clero exortos commemorat. Tota epistola persecutionem ad summam acerbitatem pervenisse declarat.

VI. Anno 376. exeunte S. Epiphanius clericos & sua ecclesia cum literis ad Basilium misit. Dolorem suum significabat, quod dissiderent inter se fratres montis Elæonis sive Olivæ, sequæ nova nonnullorum commenta deprehendisse, ac de illis emendandis sollicitudinem suscepisse nuntiabat. Basilium rogabat, ut ad has perturbationes sedandas auctoritatem suam interponeret. Illud etiam Basilii curis dignum iudicabat, ut dissidentes Catholicos Antiochenos ad concordiam adduceret: quorum de dissidio sic loquebatur Epiphanius, ut necesse esse statueret tres hypostasas confiteri. Alteram adjunxerat epistolam, in qua Basilii de Magusæ sententiam sciscitabatur.

Gratias ei agit Basilius, quod eo tempore, quo refrigerat caritas, omnesque omnibus quodam modo suspecti erant, & sui meminisset; & tot ac tantis marium & terræ spaciis disjungtus summam animi conjunctionem significasset. Sed onera sibi ab eo imposta, ut viribus suis majora, deprecatur. Jam enim se scripserat Palladio & Innocentio, integram sibi non esse fidei Nicænz quidquam addere, Quæ autem de Incarnatione adrexta fuerant huic formulæ, ea Basilius nec examinaverat, nec receperat; propterea quod metuebatur ne, si semel a fidei simplicitate discedatur, nullus jam foret disputandi finis, ac simpliciorum animæ turbarentur, dum fidei formulam augeri vident.

Quod spectat ad dissidium Antiochenum, declarat Basilius se hætenus cum Meletio communicasse, semperque cum eo Dei gratia communicaturum, propterea quod primus sub Constantio egregium certamen pro fide certavit, ejusque communionem ab initio Cæsariensis ecclesia simplex est: ipsum etiam Athanasium cum eo communicare voluisse, sed rem in aliud tempus pravis nonnullorum consiliis dilatam

fuisse. Eorum autem, qui post Meletium venerant, nullius se admisisse communionem, non quod indignos judicaret, sed quia nihil habebat, cur Meletium condemnaret. Itaque facere se non posse ut ad eos scribat. Cæterum Epiphanium laudat, quod tres hypostasas confiteri necesse esse existimet: eique originem & instituta Magusæ exponit. Summa Basilii humilitas elucet in hac epistola: hominem se nullius (a) pretii vocat, & in (b) peccatis viventem, quique veritatis dogmatum nondum idoneum assequutus usum.

Hanc epistolam ad annum 376. exeuntem referimus, quia cum hæc scriberet Basilius, jam Antiochiæ episcopatum Vitalis invaserat, jam turbas ciebat pravis opinionibus Apolinarius, nondum tamen hæresim suam palam & aperte prædicabat. Nullius autem, inquit Basilius, *enlis qui postea introierunt, communionem unquam admisimus, non quod eos judicemus indignos, sed quod nihil habeamus, unde hunc (Meletium) condemnemus.* Jam ergo præter Paulinum novus aliquis S. Meletio supervenerat competitor, quem cum Basilius episcopatu indignum non iudicet, alius esse non videtur, quam Vitalis nondum in hæresi palam obfirmatus. Neque enim aut de Euzoio sic loquutus fuisset Basilius, aut de ipso Vitali post manifestum hæresis incendium. Non latebant Epiphanium quæ a nonnullis male exceptata, nempe ab Apolinario, fratres conturbaverant: sollicitudinem bis de rebus susceperat, atque, ut ipse narret, Vitalem ad accuratam dogmatis confessionem & ad concordiam cum Paulino ineundam hortatus fuerat. Ortæ his de rebus turbæ in monte Elæone & aliis in locis, sed tamen matum insanabile non videbatur Epiphanio, ac Basilium rogabat, ut remedium afferret.

Hæc autem mirifice congruunt anno 376. exeuntem. Nondum enim ordinatus erat Vitalis anno 375. cum Damasi litteras accepit Paulinus circa mensem Septembrem. At hoc facinus commissum erat, cum S. Epiphanius Antiochiam venit; quo ex itinere reversus erat, cum scripsit ad Basilium. Apolinarii autem hæresis, etsi in his Damasi ad Paulinum litteris, ac multo ante, nempe anno 362. in concilio Alexandrino damnata, etsi ab Athanasio in epistola ad Epictetum anno 369. egregie confutata fuerant, an tamen illius auctor prodibat Apolinarius. Cum Basilius accusatum vidit ab Eustathio Apolinarium anno 373. mirum id ei visum est; nunquam enim de eo quidquam audierat ejusmodi. Nec tamen hæc criminatio ad Incarnationem spectabat, sed ad Trinitatem. In epistolis, quas scripsit Basilius anno 375. & 376. ut famam suam ab Eustathii calumniis vindicaret, declarat se cum Apolinario, nec communionem, nec sententia conjunctum esse: sed alios a se non propulsat errores, præter eos, quos ipsi Eustathius affinxerat, dum ei impia quædam Apolinarii dicta attribuit, eumque ab Apolinario librum de Spiritu sancto petiisse mentitur. In epistola 243. Orientis mala accurate describuntur: at nulla prorsus de Incarnatione hæresis orta nuntiatur. Quare hæresis Apolinarii palam & aperte non erupit, nisi post hanc Orientalium epistolam: nec proinde epistola ad Epiphanium, quæ multis jam rebus post exortam hæresim scripta est, citius collocanda anno 376. exeunte.

Antequam Epiphaniæ litteras acciperet Basilius,

ANNO 376.

a n. 1. b n. 2.

Haruf. 77. c. 20.

ep. 244. n. 3.

Epistola ad Epiphanium de Apolinario & de rebus Antiochenis.

Scribit Basilius Palladio & Innocentio.

ANNO  
377.

ep. 258. n. 2.

lius, alias acceperat a Palladio & Innocentio de gentibus in monasterio montis Oliviarum, in quo diffensionem aliquam commoverat hæresis Apolinarii. Rogatus ab eis Basilius, ut se in pacificationem interponeret, ac Nicænz fidei aliquid de Incarnatione addendum constitueret, hoc onus suscipere noluit. Cum enim id præ summa humilitate altius intelligentia sua ducet, cum etiam vereretur, ne novis jurgiis materia daretur, ac simpliciorum animarum novis rebus introductis læderentur. Cæterum ad pacem eos hortabatur. Sed cum illius epistola, quam amisimus, non multum promovisset; iterum ad eum scripserunt Innocentius & Palladius iisdem de rebus, non sine aliqua excusatione quod ad eum non venirent. Libenter eis remittit Basilius hujus itineris laborem, ut hominibus labore manuum viventibus perincommodum, simulque dolorem suum significat, quod in concilianda pace parum profecerit. *Et pacis quidem, inquit, semper optavi conciliator esse, sed re infecta, mæreo; quomodo enim non mærerem?* Quali autem ex genere sit diffensio in monasterio illo exorta perspicere possumus ex his quæ sequuntur: *Sed tamen ea causa succensere nemini possum; cum sciam pacis hanum jam olim a nobis esse sublatum.* Non sic loquutus fuisset Basilius, si ejusmodi homines errore Apolinarii infecti fuissent. Non enim negasset se illis succensere posse: sed illius lenitatem inde ortam puto, quod Apolinarium ejusque nonnulla dicta sic defenderent, ut sententiæ pravitate minime sequerentur. Idem fere sibi evenisse testatur Epiphanius, antequam Apolinarii hæresim cognitam & perspectam haberet. Credere malebat illius dicta minus accurate referri, quam ab surdos errores tanto viro attribuere.

Hæres. 77.  
p. 996.

Consultus  
ab Optimo  
explicat  
Scripturæ  
locum diffi-  
cilem.  
Hist. eccles.  
lib. 4. c. 30.

n. 1.

VII. Circa hoc tempus Optimus Antiochiæ in Pisidia episcopus, Basilius consuluit de his Scripturæ verbis: *Omnis qui occiderit Cain &c.* item de Lamechi ad uxores & Symeonis ad Mariam verbis. Numeratur Optimus a Theodoro inter strenuos fidei defensores, eique a synodo œcumenica secunda idem honos delatus est ac Helladio Cæsariensi, Gregorio Nysseno & aliis nonnullis. Elucebat in illius ad Basilius litteris & de ecclesiis sollicitudo & Scripturæ legendæ studium. Quare Basilius pueros ab eo missos, quos alias libenter videbat propter egregios illorum mores, ac eorum cum Optimo necessitudinem, tunc eo libentius vidit, quod illius epistolam ferebant.

Scriptam hanc epistolam post hæresim Apolinarii probant, quæ de hæresibus Incarnationem oppugnare non cessantibus leguntur, num. 8. Huc accedit quod senem se esse dicit Basilius, & tempore ac imbecillitate corporis & multitudine afflictionum, quæ plurimæ in eum concitata vitam illius prægravaverant, emarcuisse.

Epistola ad  
Sozopolita-  
nos de  
hæresi Apo-  
linarii.

VIII. Cum Apolinarii hæresis in urbem Sozopolitanam penetrasset ac nonnullos infecisset, scripserunt ea de re Sozopolitani ad S. Basilius, qui breviter quidem, sed eximiiis rationibus demonstrat, quam absurdum sit cœlestem Christo carnem affingere, & humanos affectus in ipsam divinitatem conferre. Hanc epistolam citat (a) Leontius, & pluribus locis (b) Eulogius.

a In Nestor.  
c Eustoch.  
p. 1000.  
b Phot. cod.  
225. p. 760.  
801. 808.  
Epistola ad  
Urbisium.

Urbicius monachus, idem procul dubio, quem Basilius anno 373. exilium expectans ad se accerserat, scripsit ad Basilius non sine aliqua timiditate, ut ad virum fama & dignitate præstantem, Sed eum hortatur Basilius, ut hanc

timiditatem ex animo ejiciat, ac sæpe ad se scribat: neque enim nescire se, hominum præstantiam ex timoris Dei gradu proficisci, neo quidquam impedire, quominus se major sit Urbicius, si Deum magis timeat. Scire cupit Basilius quinam in Ecclesia, in qua degebat Urbicius, sani sint, ut quibus scribendum sit & in quibus acquiescendum cognoscat. Cum autem audisset nonnullos ex iis, qui cum Urbicio erant, Deum ipsum in carnem conversum dicere, breviter errorem refellit, Urbiciumque hortatur ut hæc impietas ecclesiastica emendatione non careat. Ex quo colligi potest hunc Urbicius vel monasterii præpositum, vel aliquo ecclesiasticæ dignitatis gradu præditum fuisse. Neque est qui non videat in hac & superiori epistola Apolinarii commenta damnari: nec mirum videri debet si non unus & idem error in utraque epistola refellatur. Narrat enim Epiphanius se inter Apolinarii sectatores magnam sententiarum varietatem perpexisse.

Hæres. 77.  
p. 996.

### CAPUT XXXVII.

I. Dorotheus & Sanctissimus Romam iterum mittuntur. II. Non videntur confecisse quod præcipue illis propositum erat. III. Laudat Basilius confessores Ægyptios quod Apolinarium damnaverint. IV. Reprehendit quod Marcellianus ad communionem receperint. V. Reprehensam etiam fuerat a Petro Alexandrino ad quem scribit Basilius ep. 266. VI. Examinatur an jure Basilius dixerit Marcellum ex Ecclesia exisse. Quo tempore fidei confessio Athanasio oblata a Marcelliano. VII. Petri querellis de Dorotheo respondet Basilius in eadem epistola.

I. Dorotheus & sanctissimus presbyteri, quos anno 376. in Occidentem missos fuisse & eodem anno rediisse diximus, non diu ex molestis itineris quieverunt, sed statim novus illis suscipiendus fuit labor, ut episcopis Orientis nuntiarent, quæ in Occidente viderant, eisque persuaderent magno studio præsentia negotia indigere. Nam etsi prolixam succurrendi voluntatem significaverant Occidentales, eadem manebant Orientis vulnera, nec quisquam missus ex Occidente qui ea sanaret; nec litteræ, quas Occidentales misere per Sanctissimum & Dorotheum, magnum remedium attulerant. Quare nova opus erat legatione, ac novis episcoporum subscriptionibus, quarum colligendarum causa videtur Sanctissimus Orientem peragrasse. Iterum ergo profectus est in Occidentem cum Dorotheo, epistolam Orientalium deferens, in qua rogant ut tandem aliquando mittantur qui Orientem invisant; vel, si id fieri non potest, saltem veniant ab Occidente litteræ, quæ auctores tumultus & perturbationis notent, eosque ab ecclesiis arcendos decernant, si in pravis novitatibus perseverent. Inter eos, qui Orientem perturbant, duo nominatim recensentur Eustathius & Apolinarius. Referuntur variæ Eustathii mutationes partium: cum iis, qui consubstantiale anathematizant conjunctus esse, seque Pneumatomachorum hæresis ducem præbere dicitur. Scire avent Orientales quibus olim conditionibus a Liberio susceptus sit; atque hæc additur causa, cur ad eum reprimendum Occidentales auctoritatem suam adhibere debeant, quod unde accipit fiduciam ad subversionem multorum, inde æquum sit emendationem venire. Apolinarii errores

Dorotheus  
& Sanctissimus  
Romam iterum  
mittuntur.

ep. 253.

ep. 263. n. 2.

ep. 253. c.  
p. 999.

ep. 263. n. 2.

n. 3.

tores exponuntur . Perstringitur etiam Ordinatio Paulini Antiocheni , isque accusatur , quod in Marcelli errorem propendat , ac illius sectatores sine discrimine ad communionem admittat .

Ain hac epistola dicuntur . Sed hunc codicem refellit Basilii testimonium . Quod enim ait Meletium & Eusebium numeratos fuisse inter hæreticos , id referri non potest ad legationem anni 376. quæ tantam Basilio lætitiæ non attulisset , quantam attulisse vidimus , si tunc Meletius & Eusebius tam inhoneste appellati fuissent . Quare necesse est aliam admittere legationem , cujus exitus expectationi minus respondit .

Non videtur conficisse quod præcipue illis propositum erat .

II. Non videtur hæc legatio prosperos exitus habuisse . Vix quidem dubium est , quin persecutionis descriptione & tot malorum flebili specie corda tetigerint . Forte etiam de Eustathio & Apolinario impetrarunt , ut uterque condemnaretur . Saltem de Apolinario scimus eum in synodo Romana , præsentem Petro Alexandrino , damnatum fuisse . Prolixam Occidentalium voluntatem perspicimus in quodam fragmento synodi Romanæ . *Cæterum* , inquit synodus , *quod ad removendas vestrae dilectionis injurias , nec frater noster Dorotheus presbyter explicare omnia videlicet prætermittit , nec nostri nifus , ut ipse testis est , defuerunt .*

Damas. epist. 24.

At præcipue propositum erat legatis , ut Occidentis gratiam ac favorem sancto Meletio conciliarent . Cum enim nihil Antiochiæ Basilium in orbem terrarum præferbat , eaque ad concordiam adducta cæteras ecclesias facile sanatum iri putabat ; tum vero Dorotheus & Sanctissimus hanc potissimum proficiscendi causam habuerunt , quod Paulinus litteris Roma acceptis mirum in modum efferebatur . Statim ac allatæ fuerunt Antiochiam hæc litteræ ( allatæ autem fuerunt anno 375. circa autumnum ) ( a ) Dorotheus Romam cogitavit , ac ( b ) Sanctissimus Orientem peragere cœpit , ac subscriptiones & litteras colligere .

ep. 66.

ep. 216.

a ep. 215.  
b ep. 239.  
p. 2.

Lætitia , quam Basilium eorum reditu percepit anno 376. argumento est tunc Romanum Pontificem non alienum a Meletio animum significasse . At secunda legatio prospere non cessit . Nam cum Meletii causam defenderet Dorotheus coram Damaso & Petro Alexandrino , Sanctus ille præsul una cum sancto Eusebio inter hæreticos numeratus est , idque , ut conjicimus , ab ipso Petro Alexandrino . Non tulit Dorotheus tantum nefas , ac stomachum suum erupit in Petrum , qui cum apud Basilium conquestus esset , sic ei respondet Basilium ; *Nos autem in tristitiam conjecit frater Dorotheus , quod , ut ipse scripsit , non omnia leniter & mansuete dixerit dignitati tuæ . Atque id quidem temporum attribuo difficultati . Videor enim mihi nulla in te ob mea peccata prosperos habere successus : siquidem fratrum optima non comperiuntur lenes , neque ad obeunda munera idonei , eo quod ex mea sententia non omnia peragunt .* His verbis satis indicat Basilium legationem ad optatos exitus perductam non fuisse ; causam autem rejicit quidem in Dorotheum ac sua ipsius peccata ; sed tamen in his quæ sequuntur non sine perpulso acumine demonstrat difficile fuisse Dorotheo a sua lenitate non discedere , cum tam iniquum Petrus de Meletio & Eusebio judicium ferret . Quamvis autem Occidentales non tantum S. Meletio favorem exhibuerint , quantum optasset Basilium ; constituerunt tamen episcopos mittere in Orientem , qui sequestres & arbitri refundenda , si fieri posset , pacis existerent , ut legitur in epistola concilii Aquileienfis ad Imperatores , quæ est duodecima inter Ambrosianas . Sed ibidem hoc consilium bello Gothico interpellatum fuisse discimus .

ep. 266.

In quodam codice manuscripto annotatur hæc epistolam missam non fuisse , unde colligit Combesius Basilium mutasse consilium quod intenderat , ob ea quæ de Paulino minus honorifice

Profecti fuisse videntur Dorotheus & Sanctissimus verno tempore anni 377. Nam cum redierint ex Occidente anno 376. circa autumnum & in colligendis subscriptionibus aliquid temporis consumserint ; secunda illorum in Occidentem profectio citius colloçari non debet . Neque etiam multo serius ; quia ab eorum reditu usque ad illud tempus , quo Petrus Alexandrinus Roma discessit , [ discessit autem circa mensem Majum anni 378. ] nonnullæ res gestæ sunt , quæ nimium angustis spatii finibus concludi non debent . Quare immerito synodum Romanam , in qua damnatus rogatu Orientalium Apolinarius , nonnulli referunt ad anni 378. initia .

III. Non multo post epistolam , quæ est ad Occidentales , scripsit Basilium confessoribus Aegyptiis in Palæstina exulantibus . ( a ) Horum plures communiter , privatim vero Adelphius & Isidorus scripserant Apolinario . Sed is postquam in apertum schisma erupit , confessorum testimonio & perhonorificis litteris se jactabat in quadam adversus Paulinum Antiochenum epistola . Confessores commovit hæc epistola ac de Paulino suspiciones injecit ; sed ubi in eorum manus venire nonnulla Apolinarii de fide scripta ; tum vero illatum ecclesiis dampnum tacere non potuerunt , ac suum de Apolinario judicium litteris ad Nitriæ monachos scriptis consignarunt .

Laudat Basilium confessoribus Aegyptiis quod Apolinarium damnaverint . a Tillemont. tom. 7. pag. 620.

Basilium , ubi didicit eos confessionis laudi magnum hæresis refellendæ studium adijcere , communionem cum eis fovere per epistolam voluit , ac Elpidium diaconum misit cum litteris suis . Gratulatur eis exilium & egregiam de ecclesiis sollicitudinem in refellendo Apolinario cognitam . Hujus hominis facinora ad sciendendas ecclesias , errores de Trinitate & de Incarnatione perstringit , & quam absurda sint illius de templi & legis instauratione commenta breviter demonstrat . Hortatur Confessores ut eum dogmatibus Ecclesiæ fortiter proponendis ad sanitatem reducere conentur , ita ut illius omnibus innotescat pœnitentia .

ep. 265.

IV. Alia erat scribendi causa ad confessores . Mortuo paucis ante annis Marcello , pars cleri & populi Ancyranæ , quæ ei semper affixa fuerat , ne episcopos in ejus locum substitutos agnoverat , communionem catholicam amplecti statuit . Erant enim ab omnibus Orientis ecclesiis abscessi , si excipiatur Paulinus , cujus licentiam in eis ad communionem recipiendis vituperant Orientales in epistola præcedenti . Studio igitur recuperandæ communionis catholicæ , quatuor presbyteri ex hac secta cum quatuor aliis clericis Diocæsaream veniunt , ostendunt confessoribus Aegyptiis litteras , quas olim a sancto Athanasio acceperant , fidei formulam offerunt , erroribus , quos ei hominum attribuebat opinio , contrariam ; sicque a confessoribus admittuntur ad communionem . Pluribus ea res permolesta fuit , etiam in Palæstina ; sed nemo potiori ju- re conqueri poterat , quam Basilium . Nam cum

Reprehendit quod Marcellianos ad communionem receperint .

a Epiphanius. heres. 72.

ep. 266.

Ga.

ANNO 377.  
177.

Galatia una esset ex provinciis Cæsareæ subje-  
ctis, Galatæ in communionem ecclesiasticam in-  
consulto Cæsariensi episcopo restitui non debe-  
bant. Hac injuria accepta Basilius eandem ac  
sæpe alias animi moderationem adhibuit, ac  
querelas suas ne ad Petrum quidem Alexandri-  
num detulit. Scripsit tantum confessoribus non  
debuisset eos sibi rei ad omnes ecclesias specta-  
ntis iudicium arrogare. Metuendum enim esse  
ne pax scindatur, aliis abscedentibus, dum alii  
admittuntur. Rogat ut ad se mittant propo-  
sitiones, quibus assentientes Marcelli discipulos  
receperunt.

Non is erat Basilius qui, quod ipse commit-  
teret, id reprehenderet in aliis. Sæpe a Gala-  
tis importune rogatus, respondere eis noluit ab-  
sque ulla exceptione, quia aliarum ecclesiarum  
iudicium expectabat. Cavendum enim esse in-  
telligebat, ne, si minus æquis conditionibus  
reciperentur, non illi ad Catholicos, sed ad eos  
Catholici accessisse viderentur, sicque pax cum  
paucis schismaticis composita schisma inter ec-  
clesias excitaret. Cum autem dicat Basilius se  
importune a Galatis sæpe rogatum fuisse; veri-  
simile est eos ad illum accessisse, antequam se  
ad confessores conferrent. Sed dubium esse non  
potest quin, postquam recepti a confessoribus  
fuere, a sancto Basilio petierint, ut concessum  
sibi beneficium confirmaret. Hinc Basilius sic  
de illis loquitur in epistola 266. *Et nunc si De-  
us dederit, nobisque patientem aurem præbeant,  
speramus nos populum ad Ecclesiam adducturos,  
ita ut non ipsis nobis exprobretur nos ad Marcellianos accessisse, sed illi membra corporis Ecclesie  
Christi fiant: & malum dedecus, quod ex herefisi  
aspersum est, nostra suscipiendi ratione deleatur,  
nec nobis opprobrium inuratur, ut ad illos trans-  
latis.*

Scripta videtur hæc ad confessores epistola post  
Orientalium litteras ad Occidentales. 1. Nihil  
habent Orientalium litterarum de facinoribus Apo-  
linarii, qui illegitimos episcopos in ecclesias ab  
episcopis Catholicis gubernatas immittebat: un-  
de ridebatur magnum pietatis mysterium, epis-  
copis sine clero ac populo obambulantibus &  
nudum nomen circumferentibus. 2. Paulinum  
vituperant Orientales, quod Marcellianos sine  
discrimine ad communionem suam admitteret.  
At hoc crimen inferendum ei non fuit, vel  
saltem cum confessoribus communicandum erat,  
si jam recepti palam & aperte a confessoribus  
fuisset Marcelliani.

Reprehensio etiam fuit a Petro Alexandrino ad quem scribit Basilius ep. 266.

ep. 266.

V. Quod ergo Petrus Alexandrinus de re-  
ceptis Marcellianis ad Basilium scripsit, id post  
reditum legatorum Dorothei & Sanctissimi scri-  
psit. Per amice exostulabat cum Basilio, quod  
se certiore huius rei non fecisset: simulque  
dolorem suum significabat, quod nec canonum  
nec Basilii habita ratio fuisset in Marcellianis  
ad communionem recipiendis. Fatetur Basilius  
non immerito reprehensum se a Petro, quod  
non ad eum de omnibus rebus, siue parvis, si-  
ue magnis scribat. *Nam & tibi, inquit, conve-  
nit nostra curare, & nobis ad tuam caritatem de  
rebus nostris referre.* Cæterum declarat se mole-  
stus, non solum quæ ab Arianis accidunt, sed  
etiam quæ ab unanimis fratribus, ita assuetum  
esse, ut iis, quæ præter ordinem gesta nuper  
fuerant, minime commotus fuerit. Hinc etiam  
Petri aures obtundere noluit, partim quidem  
cum sciret famam sua sponte res gestas perla-  
turam, partim expectans dum alii has mole-

stias nuntiarent; postremo decorum esse non du-  
cens indignationem & dolorem significare, quod  
contemptus fuisset. Significat Basilius se scripsisse  
confessoribus, ut a caritate quidem non disce-  
dant, (aliqua enim exorta fuerat de recipien-  
dis Marcellianis dissensio) & ab iis qui eccle-  
siastico jure erratis mederi possunt, expectent  
emendationem. Laudat Petrum quod hoc opus  
aggressus sit prudenti consilio: ex quo colligi-  
tur eum scripsisse confessoribus de canonica re-  
cipiendorum Marcellianorum ratione: idque eum  
Tillemontius fecisse putat in alterutra epistola-  
rum, quas scripsit adversus Apolinarium. Se-  
cundæ fragmentum exstat apud Facundum, qui  
hanc epistolam ad episcopos, presbyteros & dia-  
conos pro fide apud Diocæsaream exules scri-  
ptam fuisse testatur.

VI. De Marcelli sententia & doctrina in  
utramque partem multa disputari solent. Sed  
hoc unum nobis examinandum est, an verum  
sit quod ait Basilius in epist. 265. n. 3. eum ex  
Ecclesia exiisse. Desiderium ecclesiasticæ com-  
munionis, & catholicæ fidei professio, quam  
Marcelliani præ se ferunt, non mediocriter esse  
ponderis videntur, ut, si minus Marcellus,  
saltem ejus discipuli suspicione exsolvantur.  
Neque enim probabile est clerum & plebem Mar-  
celli, si erroribus teterrimis infecti fuissent, tam  
libenter, imo tantis conatibus, mortuo Marcel-  
lo, Ecclesiæ fores pulsuros fuisse. Multa alia  
ad Marcelli defensionem afferuntur, S. Athana-  
sii communicatoriæ litteræ, Romanæ ecclesiæ  
communio, synodi Sardicenis iudicium, perse-  
cutio ab impiis hæreticis, & quod Athanasius  
interroganti Epiphonio sic respondit, ut purga-  
tum habere Marcellum videretur. Atque ex his  
quidem constat Marcellum usque ad certum tem-  
pus in Ecclesia persistisse. Sed quæ ex Basili  
epistolis eruuntur, ea ad extremos Marcelli an-  
nos pertinent; fatisque difficile est ex eis non  
concludere a communionem S. Athanasii & to-  
tius Orientis Marcellum ante mortem exclusum  
fuisse, nec tunc Occidentis habuisse communio-  
nem. Conjecturas meas proponam, tota re ad  
dijudicandum doctioribus relicta.

Conceptis sane verbis testatur Basilius Marcel-  
lum ex Ecclesia exiisse: neque hoc testimonium  
in re ante ipsius oculos posita videtur rejici pos-  
se. Non enim is erat Basilius qui, si Marcel-  
lus in communionem Athanasii & ecclesiæ Roma-  
næ ante annos quatuor aut quinque obiisset, ex  
Ecclesia eum diceret abiisse. Ad Basili auctori-  
tatem accedunt non infirma argumenta. Cur  
enim Marcellianis concessa a confessoribus com-  
munio multorum indignationem movit, ac ip-  
sius etiam Petri Alexandrini reprehensionem non  
effugit, si Marcellus communionem S. Athanasii  
ante mortem non caruerat? Demonstrat Basilius  
Marcellianos a confessoribus recipi non debuisset  
sine consensu Occidentalium & eorum qui in  
Oriente cum confessoribus communicabant. Clau-  
sa ergo erat Marcellianis & Orientis & Occi-  
dentis communio. Romæ erat Petrus cum de  
concessa Marcellianis communionem tam graviter  
conquestus est: quod quidem non videtur factu-  
rus fuisse; si Romanam ecclesiam in conceden-  
da illis communionem perstare vidisset. Nullus  
proferri potest episcopus, qui eos admitteret,  
præter Paulinum, quem solum eo nomine accu-  
sant Orientales in epistola 263. quæ anno 377.  
scripta est. Perabsurda autem hæc fuisset accu-  
satio, si ipsi Occidentales idem ac Paulinus com-  
mitte-

Examina-  
tur an me-  
rito Basili-  
us dixerit  
Marcellum  
ex Ecclesia  
exiisse.

Heref. 72-  
n. 4.

ep. 265. n. 3.

mittebant, Quinetiam Paulinus non semper videtur ita se gessisse. Nam anno 375. Basilium omnes eloquii sui conatus adhibuit, ut comitis Terentii conjunctionem cum Paulino interpelleret, Illud autem in Paulino potissimum reprehendit, quod unam hypostasim doceat. At si huic novo addita fuisset communio cum Marcellianis, non id omisisset Basilium.

Non omittenda sunt quae de Marcello adhuc vivente Basilium loquitur anno 371. Rogat S. Athanasium, ut ipsius opera & auctoritate interposita Marcellus a Romanis damnetur, *Requiratur autem & illud, inquit, a nonnullis quibus hic sunt, ac necessario quidem, ut etiam nobis ipsis videtur, ut ipsi Marcelli haeresim velut perniciosam & noxiam & a sana fide alienam exterminent, Nam haec in omnibus quas scribunt litteris, Arrium quidem insausi nominis virum susque deque anathemate ferire, & ab ecclesiis relegere non cessant; Marcello vero, qui impietatem si ex diametro oppositam protulit, & in ipsam divinitatis Unigeniti existentiam impius fuit, & Verbi appellationem prave accepit, nullum videtur intulisse vituperium, Qui Verbum quidem dictum fuisse Unigenitum concedit, ad usum & ad tempus progrediens, sed rursus ad eum unde praedixit revertens, neque ante exitum esse, neque post reditum subsistere. Dubium ergo non erat Basilium quin Marcello Athanasius condemnaret hoc unum contendit, ut Occidentales ad idem de Marcello ferendum iudicium adducat. Videntur posteriora Marcelli scripta (multa enim scripsit teste Hieronymo) vel apertior erroris praedicatio Athanasium adduxisse, ut a sua illum communionem removeret, De Romanis etiam non queritur Basilium quod cum Marcello communicent, sed quod olim communicaverint, nec quod illum foveant & defendant, sed quod aperte non condemnent. Sic enim pergit: *Atque hujus rei argumenta sunt servata apud nos nefarie illius scriptiois libri, Sed tamen nusquam eum reprobare visi sunt, idque eo nomine vituperati, quod eum ab initio ex veritatis ignorantia in ecclesiasticam etiam communionem receperint.**

Utrum Basilium Athanasius & Athanasio auquerint Occidentales, equidem haud facile statuerim, Basilium in epist. 89. ad Meletium, hoc unum commemorat, quod a S. Athanasio impetrare non potuerat, nempe ut S. Athanasius prior scriberet S. Meletio, Unde conjici posset quae de Marcello postulata fuerant, conciliandae paci minime obstetisse. Quod spectat ad Occidentales, non puto nominatim ab eis damnatum fuisse Marcellum; id enim nullo exstat monumento, Sed forte idem tunc factum, quod quinque ante hoc tempus annis fecerat Liberius papa. Nam eum legati Eustathius, Theophilus & Sylvanus in Occidentem missi Marcellum cum Photino & Paulo Samo. Sateno damnant in fidei confessione quam Liberio obtulerunt; ipse Liberius in sua ad Orientales epistola confirmat legatorum doctrinam, sed generatim Patripassianos & Sabellianos damnat, nec Marcellum, nec ullum alium nominatim appellans. Quare nescio unde hauserit Metrophanes Smyrnae episcopus quod ait in concilio octavo Aet. 6. p. 1054. *Novissime autem Marcellum ad proprium vomitum reversum & deprehensum haereticum hi qui circa Sylvanum erant anathematizaverunt, quibus & Liberius papa per litteras suas, qui post Julium fuit, concordat dicens: Marcellum denuo impie dogmatizantem, S. Basilii Oper. Tom. III.*

Pugnat cum hoc testimonio Basilium, qui in epist. 89. quam supra citavimus, Marcellum nusquam a Romanis pontificibus damnatum queritur. Testatur Hilarius Fragm. Hist. 2. n. 21. Marcellum, cum S. Athanasio probatus & purgatus fuisset, postea ab eisdem remotum fuisse communionem, At Hilarii testimonio uti non possum, quia id contigisse dicit antequam damnaretur Photinus: quod quidem refellit ipse Athanasius, cui Marcellus, ut observat Tillemontius, pluribus annis post damnatum Photinum probatus fuit.

Nihil detrahunt de his rationum momentis, quae ad Marcelli defensionem proferuntur, cum ad extremos illius annos non pertineant. Frustra communionis litterae, quas Marcelliani confessoribus Aegyptiis ostenderunt, scriptae a S. Athanasio dicuntur anno 371. Nulla inest hujus temporis nota in fidei confessione, quae Marcelli ejusque cleri & plebis nomine oblata litteras communionis a S. Athanasio impetravit. Quinetiam illam perpaucis annis post exortos Anomaeos ob latam ex his verbis colligi posset, *Anathemate eos quoque dampnamus, qui nuper exorti sunt & Anomaei dicuntur.* Hinc nulla mentio de Pneumatomachorum haeresi, Cum autem missi ad S. Athanasium Galatae litteris episcoporum Graeciae & Macedoniae muniti venerint, conjicio haec contigisse non multo post synodos in Graecia & Macedonia celebratas circa annum 363. quae cum decreverint admittendos esse, quicumque fidem Nicenam reciperent, videntur Marcelli discipulos ea conditione libenter suscepisse.

VII. Inerat etiam Petri (a) litteris querela adversus Dorotheum, cujus lenitatem ac mansuetudinem Petrus requirebat. Permoestum id fuit Basilium, qui peccatis suis fieri declarat, ut fratrum optimi a lenitate discedant, nec ad commissam munera idonei reperiantur. Sed postquam Dorotheum culpavit; rursus peracute demonstrat ignoscendum esse illius dolori, si patienter audire non potuit, cum Petrus coram Damaso inter haereticos numeraret sanctum Meletium & sanctum Eusebium, quos si nihil aliud, saltem tolerata pro fide persecutio suspicionibus exolvere & cum Petro conjugere debuisset. Sed praeterea testatur Basilium nullum esse rectae doctrinae verbum, quod non cum omni libertate praedicaverint, Deo teste & audiente se. Alioquin ad horam quidem se illorum communionem admitturum fuisse, si claudicantes in fide vidisset.

Cum spatium aliquod ponendum sit inter reditum legatorum & hanc Basilii epistolam; scripta non videntur nisi anno 378. non multo antequam Petrus Roma discederet. Is enim ante alios confessores in ecclesiam suam rediit incolumi adhuc Valente, sed molestissimi belli incommodis ita impedito, ut otium persequendae Ecclesiae non haberet. Tum cum hanc epistolam scriberet Basilium, omnium Orientis ecclesiarum oculi in Petrum, Basilium, Meletium, & alios ejusmodi confessores conversi erant. Quare demonstrat Basilium quanti intersit ut praeterita oblivioni tradantur, & pacificum aliquod initium instituantur: quippe cum eorum, qui veritatem defendunt concordia populos ad persecutionem sustinendam acriores factura sit, & discordia tardiores.

*Quo tempore fidei confessio Athanasio oblata a Marcellianis.*

*Collect. Graec. Patr. tom. 2. p. 3.*

*Ibid. p. 1.*

*Athanas. ep. ad Ruf. Liberius ep. 13. Basil. ep. 204. n. 6.*

*Petri querelis de Dorotheo respondet Basilium in eadem epistola.*

*n. 2.*

*Tillem. ca. 6. p. 610.*

I. Concilium Amphilo- chii, in quo laudatur liber de Spiritu sancto . II. Epistola nonnulla anno 377. & 378. scripta . III. De pluribus aliis in senectute S. Basilii scriptis . IV. De epistolis in episcopatu quidem scriptis, sed quarum tempus incertum.

Concilium Amphilo- chii, in quo lauda- tur liber de Spiritu san- cto. a Monum. Eccl. Græc. tom. 2. p. 99.

I. Concilium celebrabat (a) Amphilo- chius, cum a remota quadam ecclesia consultus est de do- ctina Spiritus sancti. Respondit suo & aliorum episcoporum nomine, sed litteris suis adjunxit elucubrationem Basilii de Spiritu sancto, dolere se significans, quod Basilii morbo detentus concilio non adfuisset, eum enim litterarum ad illam ecclesiam scribendarum socium vel potius auctorem futurum fuisse. Videtur hoc concilium anno 377. habitum fuisse: jam enim magna pars anni 376. effluxerat, antequam librum suum Amphilochio Basilii misisset.

tom. 2. p. 124.

Cotelerius & Tillemontius existimant hanc Amphilo- chii epistolam, quæ exstat tom. 3. Mo- numentorum Ecclesiæ Græcæ, scriptam esse ad episcopos remotæ alicujus provinciæ, qui cum antea communicassent cum Macedonianis, & in communionem cum Catholicis redire averent, adhuc tamen fluctuanti erant de Spiritu Sancto sententia, & mirari videbantur, cur sibi ad cre- dendum hoc dogma proponeretur, de quo nihil statuerat synodus Nicæna.

Sed harum rerum nihil in hac epistola repe- ritur, cum legitur attentius. Scripta est enim ad ecclesiam, quæ a presbyteris, absente, ut verisimile est, ob persecutionem episcopo, re- gebatur, ac magna quidem pro fide certamina sustinuerat, sed jurgiis & domesticis odiis labo- rabat. Patet id ex his verbis: *Postquam autem lit- teras quoque pietatis vestra accepimus, agnovimus re vera Ecclesia apostolica caracterem, bonorum pastorum zelum, & impigrum studium: quod veros Christianos deceat. Nam quod nec via longitudi- nem reputaveritis, nec separatim detuleritis qua- siones, sed communiter per litteras interrogaveritis, id nos bona spe replevit, futurum ut qui una voce scripseritis, unanimes etiam consensu nostram re- sponsum recepturi sitis: ac velut exordium per- fectioris concordia vestram in litteris consensum suscepimus.* Et infra: *Nolite illud dare malo, ut disjungat quæ pulchre connexa sunt, neque vos lu- pis efficiatis capti facilliores per dissensionem, illo- rum vota confirmando. Didicimus quippe quanta certamina pro vera fide sustinueritis. Quocirca minis & arumnis, quæ per adversarios intenta- bantur, devictis nullam præbeatis dissidio occasionem: ne forte paulatim illapsum odium, si locum invene- rit, magna vobis supponat præcipitia.* Gregem

Monum. Eccl. Græc. tom. 2. p. 100.

pag. 103.

ergo alloquebatur Amphilo- chius, non episcopos, quos nequaquam hortatus fuisset, ne se lupis capti facilliores per dissensionem præberent. Neque etiam dissensiones in hac ecclesia de fide viden- tur exortæ. Cum enim hujus rei suspicio non quadrat cum tanto fidei defendendæ studio, tum vero Amphilo- chius postquam de fide breviter disseruit, non eos hortatur ut hanc fidem te- neant, sed ad aliud adhortationis genus plane diversum transit: *Quibus satis est, inquit, adjuce- re brevem adhortationem. Hortamur namque vos ut manentis pacis filii &c.* quare non dubitatio- nem, sed uberius scientiæ desiderium designat eorum interrogatio, cur synodus Nicæna non eadem de Spiritu exposuerit ac de Filio.

A Perhonorificum de sancti Basilii libro judi- cium fecere episcopi Lycaoniæ, cum eum ad hanc ecclesiam miserunt. Sed tamen asseverare non ausim quod ait Tillemontius, in ipsa sy- nodo lectum & probatum fuisse, ac Basilii vices supplevisse. Id enim non probant epistolæ ver- ba, quibus nititur Tillemontius. Hoc tantum dicunt episcopi, adesse sibi librum Basilii de Spiritu sancto, & in ipso libro Basilium: *quis vos, inquit, nobiscum alloquitur, καίτοι δὲ τῷ ἁγίω πνεύματι ἔχομεν ἡμῖν συμφερόμενον*, quia videlicet eum mittebant ecclesiæ, a qua consulebantur; non quod eum in ipso concilio legissent. Tu- tius ratiocinatur Tillemontius cum opus de Spi- ritu sancto subscriptionibus episcoporum in ali- quo Cappadociæ concilio munitum fuisse colligit ex his verbis synodi Chalcedonensis, quæ Basi- lium ait accuratam de sancto Spiritu doctrinam tradidisse, consacerdotum per subscriptiones petito consensu.

II. Duæ ad S. Barsen Edessenum episcopum litteræ, quarum altera est 364. altera 367. ad extremos Valentis annos videntur referendæ. In utraque enim spes elucet appropinquantis pacis, cum persecutio ad cumulum sic per- ducta esset, ut Dei auxilium longe abesse non videretur, nisi forte, inquit Basilii, *approptu- quat defectio & quæ nunc sunt, exordia sunt in- gressus Antichristi*. Narrat Theodoretus hunc Barsen primo in Aradam insulam, deinde cum innumerabilis hominum multitudo eo conflueret ob illius miracula, in oppidum Aegypti Oxy- rinchum, ac postremo in castrum remotissimum, cui nomen Philo, relegatum fuisse. Huic Basi- lius scripserat oblata facultate Domini, seque illius precibus commendaverat. Sed cum is Ba- silius salutationem non pertulisset, vel saltem an- tequam pertulisset, de Basilii silentio questus est Barses. Quare Basilii iterum scripsit per non- nullos Cappadoces ad eum proficiscentes, qui- bus etiam quædam manuscula sancto exuli of- ferenda commisit.

Epistolæ nonnullæ anno 377. & 378. scri- ptæ.

Hist. eccl. lib. 4. c. 16.

D Inter tumultus quos Gothi in Thracia exci- tarunt, venit in summum vitæ discrimen, bello undique circumstante, sanctus Eusebius Sa- mosatenis: quod quidem fere Basilio æque mi- rabile videtur, ac Jonam in ventre ceti & in flamma ignis tres pueros esse servatos. Hæc Basilii didicerat ex Libanio diacono Cæsarea transeunte; sed postea evenisse alia multo ma- iora audierat, quæ scire avebat, si minus an- te reditum Pauli presbyteri, qui illius episto- lam ferebat, saltem eo redeunte. Huic presby- tero Basilii nihil in manus tradere ausus est, ne eum in mortis periculum coniceret; vis enim prædonibus & desertoribus differtæ erant. Sed tamen appropinquantis exercitus fama spem aliquam afferebat tranquillitatis: quam quidem si Dominus concedat, promittit Basilii missu- rum se, qui Eusebium invisat. Volebat ergo Ba- silius aliquid muneris Eusebio in exilii solatium mittere.

De ep. 268a.

Hanc epistolam anno 377. exeunte aut ineunte 378. scriptam existimat Tillemontius, cui equidem prius assentiebar. Sed re attentius considerata, duæ illæ circumstantiæ quas observavimus, nempe differtæ latronibus & desertoribus viæ, & appropinquantis exercitus videntur melius quadrare cum æstate anni 377. Tunc enim, teste Ammiano, ho- stibus se adiunxerunt sequendarum auri venarum periti non pauci, vestigialium perferre posse non suffici- entes sarcinas graves. His delertoribus præeuntibus nihil

lib. 31. cap. 6.

nihil Gothi intactum reliquere, sed omnia igni ferroque vastarunt nullo ætatis aut sexus discrimine. Quibus de rebus admonitus Valens Profuturum misit Antiochia & Trajanum cum legionibus ex Armenia ductis. Atque hic videtur esse exercitus quem exspectari ait Basilus.

Epistola 269: scripta in extremis Basilii vitæ mensibus. Nam Arinthæus, cujus morte afflicta uxorem consolatur Basilus, nondum obierat cum Valens ad prælium cum barbaris committendum se accingeret, Cum enim Trajanus Valenti declararet, calamitatum causam non aliunde quam ex persecutione Catholicis illata repetendam; Victor & Arinthæus, teste Theodoro, sententiam Trajani confirmarunt, ac Valentem rogarunt, ne veritatem cum reprehensione conjunctam ægre ferret. Nontamen in hoc Valentis extremo prælio occubuit Arinthæus, sed non multo post summus ille vir, nondum senio fractus, unicam filiam relinquens, placida morte quievit. Erat præstantissima corporis forma, ac corporis robori parem animi virtutem habebat, bellicisque abundabat laudibus: sed fidei catholicæ studio clarior erat, ac omnem animæ maculam regenerationis lavacro in ipso vitæ exitu expurgavit. Tanti beneficii conciliatrix & adiutrix uxor: cujus luctum Basilus hoc potissimum solatio conatur demulcere.

Vidit tandem Basilus quod omnibus votis exquiritur, pacem ecclesiarum, ac pastores ecclesiis suis redditos. Hæc divinæ misericordiæ indicia cum Valentis morte conjuncta fuerunt, quo miserabiliter, ut omnibus notum est, extincto die 9. Maii anno 378. confessores in ecclesias suas Gratiani edicto revocati sunt. Non multo post mirabilem hunc eventum dimissus a Domino in pace Basilus, sed antequam illius mortem referamus, breviter recensendæ plurimæ epistolæ, de quibus agendi nondum occurrit occasio.

III. Scripta est epistola 270. post secundam canonicam. Citat enim Basilus canonem trigésimum a se vulgatum. Cum puella quædam raptæ esset, scribit Basilus præbitero, seu potius locorum chorepiscopo, quem tam indignis facinoribus non satis commoveri queritur. Jubet ut puella restitatur parentibus, raptor a precibus arceatur & excommunicatus denunciatur, ac ii etiam, qui cum eo facinus aggressi sunt, a precibus per tres annos removeantur, quin & ille ipse pagus, qui raptam recepit ac custodivit, vel etiam ad eam retinendam pugnavit, univorsus a precum societate rescindatur.

Cum Basilus senem se dicere incæparit anno 374. cum eum gravissimis morbis fractum vires defecerunt; post hoc tempus scriptas decimus plures epistolæ, in quibus senii sui incommoda commemorat. Talis est epistola 271. ad Eusebium, quocum olim Basilus & socum unum & pædagogum & animi relaxationem & studia, & delicias & inopiam & omnia profusa habuerat communia. Suum ei dolorem significat Basilus, quod eum in civitate non repererit, in qua futurum speraverat ut eum videret. Commendat ei Cyriacum presbyterum integerrimum, cujus famam ne ii quidem attentare ausi fuerant, qui manus in omnes injiciebant.

Cum multos Basilus ab inenante ætate usque ad senectutem dilexisset, neminem umquam prætulera Sophronio Officiorum Magistro. Sed tamen nonnulli assentatores Sophronio persuadere sonati fuerant, ut Basilio spæciferet, eumque

S. Basilii Oper. Tom. III.

contra rem & voluntatem suam in quodam negotio venisse crederet. Refellit has calumnias Basilus in epistola 272. & quid locum eis dare potuerit, ingenue exponit. Fidem sibi haberi postulat; non enim adeo desperatum se esse, ut magnum peccati mendacium parvi pendat. Profitetur se nullo ex iis, qui amicitie laude spectati sunt, ignobiliorem esse; quippe cum nunquam in amicitia quidquam peccasse deprehensus sit.

Alium Basilii condiscipulum ex tribus sequentibus epistolis, Heram nomine, cognoscimus, quem invidiæ telis & inimicorum calumniis petitum Basilus non perfundiorie commendat.

Insignis erat Cæsarem civis, Harmatius nomine, simulacrorum quidem addictus cultui, sed tamen civitati carissimus. Hujus filius infans patre christianam religionem amplexus totam civitatem gaudio perfudit, quæ sibi videbatur ipsum etiam patrem in filio Christianum suscepisse. Sed cum patris iracundia metueretur in præclarissimo filii facinore, patrem Basilus suo & civitatis nomine placare conatur.

Cum didicisset Basilus ex Theoteco de summa Maximi Scholastici pietate, qui ex ampla & illustri familia ad asceticam vitam transierat, libenter eum convenisset, nisi senium & consueta infirmitas ac Ecclesie negotia detinuerent. Quam per litteras eum in suscepto instituto confirmat, ac breviter admonet unum esse expetendum, æternum bonum: res autem humanas umbra tenuiores & somniis fallaces esse.

Distinguendus ille Maximus Scholasticus a Maximo philosopho, ad quem scripta est nona Basilii epistola. Præter diversa cognomina, Maximus philosophus æqualis erat Basilii & asceticam vitam profitebatur, nondum Basilio presbytero; Scholasticus autem recens erat a suscepto vitæ asceticæ consilio, cum Basilus Ecclesie curis distriperetur; ac juvenis erat sene Basilii, qui eum ait ratione juventutem frangere.

IV. Senectutis suæ meminit etiam Basilus in epistola ad Valerianum, qui negotiis eum nonnullis civibus Cæsariensibus habebat. Quare Basilus, qui ne ab his quidem rebus componendis operam suam removebat, Valerianum accersit, ut suis eum adjuvet consiliis.

Tres sequentes epistolæ post annum 372. scriptæ sunt, quo Basilus cæpit apud Modestum Præfectum auctoritate & gratia valere. In prima commendat civem Tyanensem, in secunda unum ex propinquis suis quem in filii loco habebat, in tertia Helladium, quem Peræquatoris munere exsolvi rogat, ut in Cappadocia rebus procurandis operam suam impendat. Lique ex his litteris solitum esse Basilium plurimos Præfecto commendare: quod quidem ut faceret, ab ipso Præfecto invitatus fuerat. Scribebat itaque libenter ei Basilus, non solum se responsa perhonorifica accepturum sperans, sed etiam ab ipso Præfecto, dum ei occasiones beneficiorum subministrat, inter beneficos numeratum iri.

Basilus in epistola 282. episcopum quemdam invitat ad festum sanctorum martyrum, non sine acuta reprehensione quod non vocatus queratur, vocatus non veniat. In sequenti viduæ cupidam, quæ illius videndi & consulendi cupidam erat, spem affert se illam visurum, cum aliquem conventum indicet: neque enim sibi tot negotiis occupato aliud cum ea colloquendi tempus occurrere. Eiusdem viduæ nescio quod somnium interpretatur.

Hist. eccl. lib. 4. c. 33.

De pluribus aliis in senectute S. Basilii scriptis.

ep. 162.

De epistolis in episcopatu quidem scribitis, sed quarum tempus incertum.

ANNO  
377.

Censitorem rogat Basilius in epistola 284. ut monachos, qui nec pecuniis nec corporeo labore rem publicam iuvare poterant, tributis eximat, sibi que eos apud Deum precatores hoc beneficio pareat. Videtur etiam Censitorem alloqui in epistola sequenti, quæ per œconomum ecclesie missa est. Rogat ut alleget pauperum possessiones, tanto tributorum onere oppressas, ut semper queantur qui eas suscipiant; ac suum potius insuper absumat ecclesia, quam ex his possessionibus quidquam percipiat.

Episcopalis auctoritatis defendendæ studium elocet in epistola 286. Fures in quadam ecclesia vilis pauperum vestimenta surripere, & ab iis, quibus recti in ecclesia ordinis cura commissa, comprehensi sunt. Tum Basilius, descripto in omnium oculis vestium inventario, & vestes & fures recipi ac custodiri iussit, vestes quidem partim tradens his qui aderant pauperibus, partim venturæ reservans, fures autem canonicæ penitentię subiciens. Sed cum Commentariensis eiusmodi hominum receptionem sibi vindicare vellet; contendit Basilius, quæ in ecclesiis peccantur, ab episcopis emendari debere, nec iudices esse interpellandos. Quod si Commentariensis ad Comitum his de rebus referre velit; libenter assensitur Basilius, & suo iuri & viri integritati confidens.

Jam sæpe vidimus quam libenter Basilius homines in iudicium vocatos gratia sua & auctoritate sublevarer; sed tamen hujus rei modum aliquem & delectum sciebat tenendum esse; Cum virgo quædam improbum hominem & in corrupendis domibus a puero institutum, in domum suam inscia illius morum admisset, eique ex simplici colloquio cognita esset; is eo impudentię devenit, ut virginem tota urbe decantaret, ac famoso libello ecclesie valvis affixo læceraret. In exilium missus est ob hanc nequitiam: sed rediens maledicta sua renovavit, & calumniis in pudicitiam virginis, forum, gymnasia, theatra & ædes improborum sui militum implevit. Hunc hominem Basilius pœnis in episcopi potestate positus coercuit, & communiione illum ecclesiastica removens; simulque virginem hortatus est, ut se non ulcisceretur, sed Domino ultionem permitteret. At virgo vehementer cum eo expostulavit, quod secum paterno animo non doleret, ac famæ jacturam, quæ totius cleri dampnum erat, negligere juberet. Itaque instare virgini noluit Basilius, & postea ab aliquo scophæzæ amico rogatus, ut eum ex hoc periculo eriperet, respondet æque sibi ab episcopi officio alienum videri, nocentes aut iudicibus tradere aut traditos eripere: sive quia improbus ille recantare opprobria noloat, sive quia ne recantando quidem dedecus virginis impositum satis reparasset.

Necessarius Basilio ex præclaris dotibus a puero notus, in summum splendorem omni virtutum genere pervenerat. Rogatus ab eo Basilius ut aliquem pagis chorepiscopum præficeret, vel saltem de optima eligendorum chorepiscoporum ratione consultus, ezimia tradit præcepta, & episcopo & iis qui suffragium dant convenientia. Declarat se caponem, non dispensatorem futurum, & quidvis potius quam electionem petiturum, si quid gratiæ causa aut timori cedens fecerit. Iis autem qui suffragium dant auctor est, ut dicto testimonio ab omni contentione abstinant, & Deum precantur, ut quod utile fuerit, non lateat.

Viderur in episcopatu scriptæ epistola 291. in qua Basilius Timotheum chorepiscopum ex summo asceticæ vitæ fervore ad secularia negotia delapsum revocare ad pristinam pietatem conatur. Videtur idem esse Timotheus chorepiscopus, de quo in epistola 24. loquitur. Grato animo suscipit missa a Timotheo munera, vicissimque ei misisset Ponti munitiua, ceras & acopa, si tunc præsto adfuissent, sed cum adeunt, missurum promittit.

CAPUT XXXIX.

I. De epistolis quarum tempus incertum, II. De epistolis Basili ad Libanum & Libani ad Basilium. III. Maxima dubia videntur, IV. Sex epistola spuria.

I. Nunc breviter nobis recensenda sunt alie Basili epistole, quæ cum nulla temporis nota sigentur, earum ordinem ex ipsis rebus, de quibus agunt, repetendum duximus. Alie enim egregia morum præcepta tradunt, alie propin, quorum morte afflictos consolantur, alie commendationem egeorum, alie denique amicam habent salutationem.

De epistolis quarum tempus incertum.

Digna visa est quæ agmen duceret epistola ad Palladium recens baptizatum, quem Basilius hortatus, ut fidelem se thesauri custodem præbeat, ac omni cura depositum regium confervet. Illius uxor inviserat Basilium, qui dimidium tantum desiderii sui adimpletum ducebat, quia non ipsum etiam Palladium viderat.

Christianam in morbis & rebus adversis constantiam laudat Basilius in epistola ad Julianum, de quo scire avert an manus usum receperit, an illi reliquæ res vitæ ex sententia fluant. Videtur is Basili videndi causa Cæsaream venisse, sed illum Basilio per negotia tantum videre licuit, quantum qui se in mari invicem prætereant. Eum tamen Basilius, velut ex ungue leonem, ex brevi experimento satis cognoverat.

Ex epistola 294, duos cognoscimus Basili discipulos, Festum & Mggrum, quorum teneris animabus cum pietatem inlevisset, optabat eam ad maturos fructus perductam videre.

Basilius vitæ anachoreticæ longe præferebat cœnobiticam; hujusque instituti auctor fuit in Pontu & Cappadocia, quibus in locis vix antea cognitum erat. Quare cum venisset in quoddam monasterium, ubi separatim ascete debebant, hortatus est eos ad vitam communem. Hi docilis animi significationes dederunt, & de iis, quæ Basilius disseruerat, Domino gratias egerunt. Cupidus sciendi Basilius, an vitam illam testibus carentem reliquerint, mittit aliquem ex fratribus, qui & quod alere est cognoscat, & quod pigrum excitet, & quod reluctatur sibi indicet.

In epistola 296, viduam hortatur Basilius, ut mortem ac Dei iudicium semper ante oculos habeat. Illius etiam filiam salutat, eique auctor est ut in medicandis Scri. turis assidue versetur. Multas suas hæc vidua commodaverat Basilio, quibus ille quidem parer tamquam suis usus est; sed tamen viduæ in se animum & studium erga Dei opus considerans, earum usum longius produraret. Aliam viduam in epistola sequenti hortatur ad pietatem, eique commendat mulierem, quæ hanc epistolam præferebat.

In epistola 298, refellit commentum cujusdam phari, qui aquas vitam quendam inesse ab-

sur-



seruant. Agebat, ut simplicioribus illuderet. Scripta est epistola 299. viro pietate insigni, cui sum oblatum esset munus Censoris in regione Iberitarum, significaverat Basilio molestam sibi esse regi publicam administrationem, Jam enim a civili potentia in otium se receperat, Hortatur sum Basilius ut hoc munus accipiat, illud, quae sic administrat, ut nec potentiam formidat neque paupertatem contemnat.

Sequitur tres litterae consolatoriae, quarum in prima parentes consolatur, filii, quem ad studia litterarum miserant, morte afflictos; in altera Maximum qui uxorem amiserat; in tertia uxorem Brissonis, viri rebus in bello gestis clari, quem in ipso aetatis flore raptum Imperator desideraverat, milites planxerant, ejusque iustitiam totum fere Romanum imperium senserat.

Ex commendatitiis Basilii litteris perspicitur, quanta auctoritate apud potestates valeret, & quam libenter hac gratia ad ferendam pauperibus & afflictis opem uteretur. Rogat Comitem Rej Privatus, in epistola 303. ut cujusdam loci incolis, quibus imperaverat praestantem equarum, hanc multam, utpote ob falsa crimina impositam, remittat. Pleraque ejusmodi epistolae Censoribus scriptae sunt, apud quos Basilius deprecatoris munere fungitur, nunc pro totis pagis, ut in epistolis 308. & 310. pro Capralis & Ariarathis incolis; nunc pro amicis ut in epistola 313. pro Sulpicii domo in Galatia; nunc pro necessariis & cognatis, ut in epist. 310. & 315. Paratum erat hospitibus & peregrinis perfugium Basilius, ut patet ex epistola 319. Principalem Sebastis qui illius litteras libenter accipere solebat, etiam atque etiam rogat, ut civibus Alexandrinis propinqui mortui corpus publico mandato exportandum tradat, illisque aliquid auxilii ex cursu publico concedat. Notanda etiam epistola 307. in qua virum potentem rogat, ut duobus liciganibus opem ferat, prohibens ne ad judicem introgant, seque judicem illis praebens: quod si alteruter sententiae non cedit, faveat injuriam patienti, & aqua postulanti patrocinium impendat.

Ceterae Basilii epistolae, salutandi causa scriptae, leporibus ac perpolito sermone suaves, & pietatis notis inspersae sunt. Eorum ad quos scriptae sunt, nomina non exstant, si excipias Philagrium Arceonem, hominem eloquentem & de re ecclesiastica optime sententem, Pasinicum medicum, Magninianum, Hyperechium, & Phalerium, qui suaviae piscos Basilio miserat. Pleas sunt acuminibus epistolae ad notarium & libratum, sed epistolae ad Theclam acumina magis redolent ingenium Gregorii Nazianzeni, cujus aliae tres exstant ad eandem litterae. Rogat eam in illa, quae est inter Basilianae, epistola, ut eorum, qui conspectum ecclesiae exstrebant, aridas fauces veram liquorem recoret. Anni enim praeteriti frigus, gemmis vitium succis, vini penuriam adduxerat. Templum Nazianzenum magnis sumptibus a Gregorio patre conditum discimus ex Theologi orat. 19.

II. Litterae Basilii ad Libanium, & quas a Libanio Basilius accepit, si vere utrique tribuendae sunt, partim in secessu Basilii scriptae sunt, partim cum in presbyterorum cathedra sederet, nonnullae postquam ad episcopatum pervenit.

Ad secessum referendae videntur epistolae illae, quibus Basilius Cappadoces adolescentes Libanio commendat, eique in disciplinam tradit. Nam primus respondens Libanius miratur & lau-

dat, quod ei a nonnullis gustatum erat. Basilius vix genus praestantissimum ingessum esse, atque hoc magis spectare quomodo amicus Deo evadat, quam quomodo aurum colligat. Paulo post aliam epistolam sic orditur Basilius: *Ecce tibi et alius venit Cappadox &c.* Hunc commitabatur alius equalis, nobilis & ipse ac Basilio carus, sed minime dives, quem tamen Basilius non idcirco apud Libanium minore quam alios in pretio futurum sperat. Hanc epistolam Libanius ad caelum effert, seque illa privatim lecta exclamasse narrat, *Vidus sum*, & cum eandem legisset Alypius eorum pluribus honoratis, omnes Basilio palmam deaulisse. Ceterum pecuniae contemptum pro se fert Libanius, ac pauperes discendi studiosos pleris apud se quam divites fieri declarat, quamvis ipse talibus non minus sit magistris. Laudes vicissim rependit Libanio Basilius, & iste rursus iactat in extollendo Basilio.

Sex litterarum, quae Basilio presbytero, scriptae videntur, haec fuit occasio. Rogat Basilius Libanium ut ad se mistat orationem, quam in hominem morosum, frequentissimo conventu ac maxima celebritate, pronuntiaverat. Mittit Libanius hanc orationem, seque tremere significat. Lectam Basilius ipse astra tollit. Gratiarum agit Libanius, ac vicissim petit orationem Basilii in ebriosos, quam perlectam Athenis quam Cappadocia digniorem judicat. At Basilius veteris eloquentiae laudem in ipsum Libanium retorquet, seque piscatorum discipulum esse proficitur.

Duae tantum epistolae notas episcopatus referunt, Libanius avaritiae episcopos accusat, & quanto ceteris doctior Basilius, tanto restrictior rem in largiendo futurum suspicatur. Petit tamen ab eo trecenta tigna, ne sub dio hiemare cogatur. Basilius Libanio judicandum relinquit, utri sint renaciores, episcopi an sophistae; cum sophistae renacem eloquentiam proponant, episcoporum nullus omnino vestigales discipulos faciat. Mittit Libanio quod perierat, & debiti solutione fluvium Alphæum obstringit.

Magni facit has epistolas Tillemontius, nec probat eas in dubium revocari. Neque enim aut Basilii amicitiam cum ethaico, aut quod Libanius plena manu secessum Basilii laudat, satis argumenti esse ducit, cur haec rejiciantur epistolae. Assentiret equidem Tillemontio, si his tantum de causis rejici deberent, Sed aliae rationes suppetunt longe graviores.

III. 1. Nihil habent haec litterae, si unum aut alterum locum excipias, quod magnum Basilius ingenium redoleat, nisi quod Libanius fama non longe minus sit. Non agnosco Basilius in hoc insulto lepore: *Velo utro lectus epistolam scripsi, quam cum accepisset et manu contigeris, sentis quam sit solida, quamque referat cum a quo missa est, latitantem nec extra ades prospicere valeantem.* Multo minus dixisset Basilius Libanii orationem admirans: *O musa & littera & Athenae, quae largimini vestris amatoribus.* Quis probet illud Libanii: *Horreo ac tremo, cum eam diem mecum reputo, qua meam inspicies orationem: imp etiam fore mente lapsus sum.*

2. Multa in his epistolis & cum Basilii rebus & seculum disconveniunt. Tres epistolae ita seculum pugnant, ut nulla sit ex tribus, quae non prima omnium scripta videatur. Hunc sibi locum vendicat epistola 345. quam sic incipit Libanius: *Magis arbitror mihi opus esse excusatione, quod*

ep. 257.

Maxime dubis videntur.

ep. 350.

ep. 353.

ep. 352.

Nov. ep. 49. 100. 101.

De epistolis Basilii ad Libanium & Libanii ad Basilium.

ANNO  
1. 377.

*quod non olim ad se scribere intepertim, quam  
nunc recusatione quod scribere incipiam.* Tunc  
primum ergo scribebat Libanius, & prior scri-  
bebat Basilio. Sed quomodo id conciliabimus  
eum epistola 358. in qua Basilius laudatur,  
quod scribendi inceptor fuerit. Eo æquius vi-  
detur, ut hæc epistola 358. primum sortiatur  
locum; quod paulo post Basilii reditum in Cap-  
padiam scripta est, cum Alcinius Romam pro-  
ficiscens curam instituendorum puerorum ei im-  
posuisset.

7. 336.

Sed prima sede utramque epistolam ecce alia  
pellere nititur. Nam cum adolescens Cappadox  
ad Libanium venisset cum litteris Basilii con-  
querentis, quod sui Libanium cepisset oblivio;  
quomodo hoc crimen a se propulsat Libanius?  
Non scriptas a se epistolas commemorat, sed  
ait se de Basilio in patriam reverso sollicitum  
fuisse, ecquod vitæ genus amplexus esset, num  
in foro versaretur, num rhetores efficeret Cap-  
padios; at ubi ex nonnullis e Cappadocia  
venientibus didicisset eum longe præstan-  
tiorum viam ingressum esse, tum vero beatos  
sibi & Cappadoces & Basilium visos esse. Non  
im merito ergo hæc Libanii epistola omnium  
prima ad Basilium scripta videatur. Illud etiam  
occurrit incommodi, quod cum scripta videatur  
non multis annis post reditum Basilii in Cap-  
padiam; tunc tamen presbyterum fuisse Basi-  
lium aut episcopum ex alio loco pateat. Sic  
enim incipit Basilius epistolam 337. *Ecce tibi  
& alius venit Cappadox, meus & ipse filius.* Om-  
nes enim nobis adoptat dignitas illa, in qua nunc  
sumus. Hanc autem epistolam paulo post præ-  
cedentem scriptam esse patet ex responsione Li-  
banii. *Scia te, inquit, hoc crebro scripturam,  
Ecce tibi & alius venit Cappadox, Multos nam-  
que, puto, missurus es.* Nondum ergo multos  
miserat Basilius, sed initium ducebat mittendi  
& scribendi. At si tanta fuit Basilium inter &  
Libanium necessitudo, quanta ex his litteris per-  
spicitur, vix credibile est tum demum inter eos  
silentium rumpi cœpisse, cum Basilius sacerdo-  
tio fungeretur, id est, annis novem aut decem  
post Basilii reditum in Cappadiam. Hoc,  
inquam, vix credibile est, ac præterea pugnat  
cum alia epistola, in qua Basilius laudatum  
vidimus quod prior scripsisset, tum, cum ado-  
lescentium instituendorum munus suscepisset, id  
est octo annis antequam presbyter fieret.

Præterea ex epistola 345. colligitur Liba-  
nium Basilii condiscipulum fuisse; ipse vero  
magistri munus sustinuisse se indicat in epist.  
355. Nam in prima queritur quod, cum in  
Prætorio de more una cum Basilio versaretur,  
eumque rogaret ut se introduceret in profun-  
dum Homericæ furoris, id impetrare non po-  
tuerit. In altera autem Basilii orationem contra  
ebriosos sic extollit laudibus, ut se talia illum  
non docuisse fateatur. Videntur ergo hæc Basilii  
ad Libanium & Libanii ad Basilium litteræ in  
maxime dubiis ponendæ.

Sex episto-  
la spuris.

IV. Sex sequentes, ut manifeste spuris, ab  
omnibus explodi debent, si tamen excipias ul-  
timam, quam Tillemontius non omnino reji-  
ciendam putat, quamvis illius rationes non val-  
de probabiles sint, ut in Nota ad hanc episto-  
lam observavimus. At prima, quamvis in con-  
cilio septimo citata fuerit, sic tamen imaginum  
cultum defendit, ut eam ab aliquo Græcorum  
tunc fabricatam fuisse liqueat, cum hanc Ec-  
clesiæ usum Iconoclastæ impugnavit.

Quod spectat ad epistolam Basilii ad Apolina-  
rium & Apolinarii ad Basilium, cum de rebus  
e media theologia repetitis pertractent, hoc ip-  
so peregrinitatem clamitant. Semel enim Basi-  
lius in vita scripsit Apolinario, ut ipse tot lo-  
eis declarat; idque laicus ad laicum, & nihil  
prorsus de fide, sed tantum amicæ salutationis  
causa. Cotelarius qui quatuor litteras in lucem  
edidit, suppositas ab Apolinariis putat, &  
quod me fateor non animadvertisse, Arianismi  
& Apolinariismi seminibus inspersas. Sanctus  
Ephræm Antiochenus apud Photium citat epi-  
stolam sancti Basilii ad Apolinarium, ut probet  
veritatem duarum in una persona osurarum.  
Sed hæc epistola ab iis, quas edidit Cotelarius,  
distingui debet, quæ nihil suppeditant adversus  
Eutycharios; æque autem ac istæ spuria est,  
cum nunquam Basilius ad Apolinarium de re-  
bus dogmaticis scripserit.

Cod. 215.

C A P U T XL

I. Basilii mors & funus. II. Illius corporis & ani-  
mi effusio. III. Quanta de illa existeret bom-  
inum iudicia.

I. Tot laboribus pro Ecclesia perfunctus Ba-  
silii, pervenit tandem ad extremam horam,  
quam sæpe ut præsentem gravissimi morbi in-  
tentaverant, sed Deus Ecclesiæ utilitatibus pro-  
videns averterat. Paulo ante mortem, cum fe-  
re mortuus & exanimis esset; novum quodam-  
modo robur collegit ad extremos sermones, ut  
cum pietatis verbis abscederet, & fidelissimis  
suis discipulis manum imposuit, ne sacrarium,  
inquit Gregorius, defraudaretur illius discipu-  
lis & sacerdotii adiutoribus. Concludit ex po-  
stremis verbis Tillemontius, quibus Basilius di-  
scipulis manum imposuit, eos, cum jam antea  
essent illius sacerdotii adiutores, episcopos in  
locis catholico episcopo carentibus constitutos  
fuisse; cuius rei copiam dabat pax Ecclesiæ post  
mortem Valentis reddita. Sed hæc conjectura  
non nititur magnis momentis. Sacerdotii enim  
adiutores dici possunt, quicumque Basilio ope-  
ram in ecclesiæ administratione navabant. Hi  
ergo ex clero inferiore diaconi, vel ex diaco-  
nis presbyteri a Basilio ordinari potuerunt. Quo-  
modo autem pretiosissimam coram Deo mor-  
tem obierit, & quam mirabili hominum concu-  
su sepultus fuerit, egregie describit Gregorius  
Nazianzenus. *Jacebat ille, inquit, extremos spi-  
ritus ducens, atque a caelesti choro, ad quem jam-  
pridem oculorum actum intendebat, expetitus. Ef-  
fusa autem circum eum erat tota civitas, jactu-  
ram hanc ægerrime ferens, ac discessum, perinde  
ut tyrannidem, accusans, ejusque animam non se-  
cus ac si retineri, atque vel manibus, vel preci-  
bus cogi posset, arripere studens. Dementes enim  
eos calamitas reddebat: nec quisquam erat, qui  
non aliquam vitæ suæ partem, si fieri posset, il-  
lius vitæ addere paratus esset. Ut autem vici-  
sus (oportebat enim eum hominum deprehendi)  
atque ipse post extrema hæc verba, in manus  
tuas commendo spiritum meum, inter angelos,  
& quibus abducebatur: animam lætus exhalavit,  
non ante tamen quam sacrosancta doctrina eos,  
qui aderant, nonnihil instruxisset, extremisque al-  
laqueis meliores effectisset: tum vero miraculum om-  
nium, quæ umquam fuerunt celeberrimum designa-  
tur. Efferebatur vir sanctus, sanctorum virorum  
manibus elatus: unusquisque autem operam dabat,  
alius*

Basilii  
mors & fu-  
nus.

Not. or. 20.  
p. 370.

Ibid.

or. 20. p. 371.

Psal. 30. 6.

alios ut fimbriam, alios ut umbram, alios ut fa-  
 cerem leculum arripere, ac vel solum attinge-  
 ret (quid enim illo corpore sanctius & purius?)  
 alios ut propius ad eos, qui corpus ferebant, ac-  
 cederet, alios ut aspectu solo fruere, tamquam  
 eo quoque utilitatis aliquid afferente. Plena erant  
 fora, porticus, duplicia & triplicia tabulata, be-  
 minum deducentium, praeconium, prosequentium,  
 affectantium, in se invicem insultantium, multa  
 millia hominum omnis generis & aetatis ante eum  
 diem incognita. Psalmodia a laeta vincebantur,  
 patientia doloris magnitudine frangebatur. Corta-  
 bant nostri cum externis, cum Ethnicis, Judaeis,  
 adversis, itaque vicissim nobiscum, utrisque uberior  
 lacryma uberiorem utilitatem afferrent: Denique  
 calamitas ea in periculum desit. Multa enim  
 anima ex vi protrusionis & compressionis una cum  
 eo exceperunt: qua hujus suis nomine felices pra-  
 dicare sunt; ut discessus ipse socia, atque ut  
 ferventiorum quispiam dixerit, funebres vitima.  
 Tandem corpus, cum raptentium manus vim effugis-  
 set, ac prosequentes superasset, in parentum se.  
 pulchro conditur, ac sacerdotibus sacerdotum prin-  
 cepts, praedicatoribus magna vox, mensque auribus  
 insanans, martyribus martyr adjungitur.

Basilii mors ipsius etiam veritatis inimicis do-  
 lorem attulit admiratione tantae virtutis: quo-  
 minus mirum, si Gregorius & Macrina & suo  
 & Ecclesiae detrimento doluerunt. Sed tamen  
 Macrina a constantia, quam in omnibus rebus  
 servabat, minime discessit, ac episcopum fra-  
 trem videtur hac in re superasse. Nam cum  
 ambo novem post Basilii mortem mensibus collo-  
 querentur, ac de fratre incidisset mentio;  
 Gregorii dolor statim recruduit, ac maestitia  
 vultus & lacrymis proditus est: ac Macrina im-  
 mobilis existit, ac tanti viri recordatione ani-  
 mum ad sublimiorem philosophiam arrexit.

Videtur Gregorius Nyssenus morienti fratri  
 adfuisse, vel saltem audita illius morte accur-  
 risse. Nam Gregorius Nazianzenus Seleucis de-  
 tentus gravi & periculoso morbo morem suum  
 Nysseno significat, quod ei ac communibus ami-  
 cis in hoc tristi eventu adesse, & sanctum Ba-  
 silii cinerem exoculari non possit. Caesariensis  
 ecclesiae tanto ornamento spoliatae solitudo, spe-  
 ciatulum erat Gregorio Nazianzeno prorsus in-  
 tolerabile. Ipse vero mortuus ex media parte  
 & dissectus sibi videbatur, amisso tali socio, a  
 quo etiam per nocturnas visiones, ut olim cum  
 viveret, admonebatur & castigabatur, si quid  
 fecisset minus decore. Carmen funebre duode-  
 cim, ut ipse appellat, epigrammaticis constans,  
 sui in Basilium amoris monumentum esse voluit.  
 Sed multo uberius desiderio suo satisfacit, cum  
 reversus Constantinopoli in Basilio eximia oratio-  
 ne laudando omnes ingenii & eloquentiae vires  
 profudit. Testatur jam multos publice ac pri-  
 vatim hoc laudandi Basilii munere perfunctos  
 fuisse.

Præclaris etiam orationibus laudarunt. S.  
 Ephraem & sanctus Gregorius Nyssenus. Nihil  
 dicam de S. Amphiloquio, cui oratio attribui-  
 tur in sanctum Basilium ipso circumcisionis die  
 pronuntiata, quo Basilium migravit in caelum.  
 Hæc oratio, itidem ut septem aliae a Combefio  
 sub Amphiloquii nomine in lucem editæ, plu-  
 ribus videtur non certissimum esse monumen-  
 tum, quamvis non tam manifeste spuria sit,  
 quam Basilii vita eidem afficta Amphiloquio.

II. Sancti Basilii effigiem sic descriptam repe-  
 rit (a) Baronius in anonymo Vaticano. Magnus

Basilium pro certo fuit habitu corporis & vestis, sic-  
 cus, gracilis, color ejus fuscus, vultus tempera-  
 tus pallore, iustus nasus, supercilia in orbem in-  
 flexa & adducta, cogitabundo similis fuit, pauca  
 in vultu ruga, eaque tendentes, gena oblonga,  
 tempora aliquantum cava, promissa barba & me-  
 dioeris canities.

Illius animi effigies ex rebus gestis, quas enar-  
 rare conati sumus, satis perspicitur. Ipse vero  
 sese in scriptis ac præsertim in epistolis mirifi-  
 ce depingit. Illius gravitas & constantia non  
 nullis factus & superbia esse videbatur, sed de-  
 monstrat Gregorius neminem ab hoc vitio ma-  
 gis alienum fuisse, quam Basilium, qui ne le-  
 profos quidem deoculari dedignabatur. Erat il-  
 lius severitas summa benignitate temperata, ita  
 ut illius vel pertenuis risus laudatio esset, &  
 silentium oburgatio. Non lepidus quidam erat,  
 & facetus aut circumforaneus: sed tamen fate-  
 tur Gregorius neminem in cœtibus jucundio-  
 rem & in narrando festivorem existisse: nemi-  
 nem in jocando argutiorem & in oburgando  
 leniorem.

III. Quanta existet de Basilio hominum  
 judicia præclare Gregorius his verbis testatum  
 reliquit: (a) *Tanta ipse, inquit, virtus gloria-  
 que præstantia fuit, ut multa etiam ex parvis  
 illius virtutibus, atque adeo ex corporeis defici-  
 bus ab aliis ad gloriam nominisque claritatem  
 parandam excogitata sint. Cujus generis sunt,  
 pallor, barba, certus incedendi modus, tum etiam  
 ad loquendum minime promptum esse, sed us plu-  
 rimum cogitandum atque intro collectum [ id  
 quod multi non recte imitantes, nec animadvertentes,  
 in odiosam quamdam tristitiam inciderunt ]  
 vestis etiam genus, & lectuli species, & cibi su-  
 mendis modus: quorum nihil ille dedita opera, sed  
 simpliciter ac fortuito faciebat. Ac multos jam  
 Basilii specto tenus videre licet, statuas nimirum in  
 umbris: multum enim fuerit si repetitam Echus vo-  
 cem esse dixerit. Nam illa quamvis postremam dum-  
 taxat vocis partem expressius tamen effingit: hi au-  
 tem longius ab eo distant, quam quantum accedere  
 concupiscunt. Illud vero non jam parvi, sed maxi-  
 mi etiam momenti ad gloriam baud immerito existi-  
 matur, consuetudinem cum eo aliquando habuisse,  
 aut eum coluisse, aut quidpiam ab eo joco vel serio  
 dictum aut factum monumenti loco ferre: [ quemad-  
 modum ipse quoque me hoc nomine sæpe gloriatum  
 esse scio ] quoniam quæ ab illo velut obiter fiebant,  
 multo præstantiora erant, quam ea in quibus alii  
 elaborant.*

Idem de Basilio ac de pluribus aliis sanctissi-  
 mis viris dici potest, miraculorum donis intru-  
 ctos eos non fuisse, sed gradum sanctitatis, ad  
 quam eos Christi gratia evexit, majus quoddam  
 esse donum, quam prodigia & miracula. Non-  
 nulla tamen de sancto Basilio narrantur, quæ in  
 prodigiis & miraculis numerari debeant. Præter  
 ea, quæ anno 373. gesta retulimus, cum Valens  
 Cæsarem versaretur; narrat Gregorius Nyssenus  
 ejus precibus imbrem divinitus concessum fuisse,  
 cum siccitas hiemis nullam spem frugum relin-  
 quere videretur: ac eo noctu aliquando orante,  
 domum affulgente divinitus quodam lumine re-  
 falsisse.

Dies festus sancti Basilii non multo post ejus  
 obitum celebratus. Testatur enim Gregorius Nyssenus  
 diem festum de illius nomine post Natale  
 Domini, & natalicia sancti Stephani, S. Petri,  
 S. Jacobi, S. Joannis & S. Pauli occurrere. Am-  
 philochius, ut jam diximus, sed quis alius ora-  
 tio-

Vis. S. Macr.  
 pag. 189.

Naz. ep. 37.

Ibid.

Naz. or. 21.  
 p. 372.

Carm. 65.  
 852.

or. 20.  
 317.

Illius cor-  
 poris &  
 animi effi-  
 gies.  
 a ad an. 372. rit

Naz. or. 20.  
 p. 360.

p. 361.

Quanta de  
 illo existe-  
 rint homi-  
 num judi-  
 cia.  
 a p. 370.

or. in Basili.  
 p. 491.

p. 492.

p. 493.

tionis supra dictæ auctor, festum sancti Basilii die Circumcisionis in omnibus orbis terrarum locis celebrari docet; quod quidem de vicinis regionibus interpretatur Tillemontius. Idem mos apud Græcos perseveravit, nec Basilii festum a Circumcisione disjungitur. Apud Latinos illius mors annotatur ad diem Circumcisionis in Martyrologio Uuardi & alijs posterioribus. At dies festus differtur usque ad diem 14 Junii, quo die festum Basilii nono sæculo celebrari solitum fuisse ex Uuardo perspicimus.

CAPUT XLI.

- I. Quanta apud antiquos sancti Basilii operum admiratio.
- II. De novem homiliis in Hexaemeron.
- III. De tribus homiliis quæ sunt de hominis structura.
- IV. De homiliis in Psalmos.
- V. De nonnullis in Psalmos homiliis, quæ spurie aut dubiæ existimantur.
- VI. De locis nonnullis, quæ in genuinas homilias assuta dicuntur fuisse.

Quanta apud antiquos S. Basilii operum admiratio.

Naz. p. 20, pag. 362.

I. Antequam huic pertractationi finem imponam, breviter recensenda sancti Basilii opera, ac præsertim in nonnullis examinandis immorandum, quæ perperam ei abjudicata. Sed in primis quanta fuerit illius scriptorum apud antiquos admiratio, ex Gregorii testimonio spectandum. *Quenam hodie aliæ, inquit, ullius conventus lætitiæ? quæ conviviorum voluptas? quæ fori? quæ ecclesiarum? quæ principum & privatorum delicia, quæ monachorum, aut eorum qui societate gaudent? quæ eorum, qui se a negotiis removerunt, vel eorum qui in rebus gerendis versantur? quæ eorum qui profana, vel eorum qui nostræ disciplinae studium profitentur? Una & per omnia, & maxima oblectatio, illius volumina & lucubrations. Nec scriptoribus materia ulla alia & copia post eum præter ipsius scripta suppetit, silentur vetera, quæcumque in divinatorum oraculorum explanatio a quibusdam elaborata sunt; nova prædicantur, atque is apud nos eruditissimus habetur, qui libros ipsius quam maxime intelligit, ac lingua versat, auribusque instillat. Unus enim omnium loco studiosi ad eruditionem comparandam sufficit. Hoc tantum de eo dicam, Cum Hexaemeron illius in manus sumo, atque in ore habeo, cum Creatore conjungor, ac creationis rationes cognosco, Creatoremque magis admiro ac suspicio, quam prius solebam, cum solo aspectu magistro uterer. Cum libros eos, quibus hæreticorum scripta refutat, lego, Sodomiticum ignem cerno, quo improba ac scelerata lingua in cinerem rediguntur, aut Chalanæ turrim, ut male constructam, ita recte interruptam atque deletam. Cum ea, quæ de Spiritu sancto scripsit, evolvō, Deum, quem habeo, maniscor, veritatem libero & fidenti animo prædico, illius videlicet theologiæ atque contemplationi insistens, cum alias ejus enarrationes perlego, quas is, qui hebetiori ingenio sunt explicat trifariam in solidis cordis sui tabulis describens, se adducor, ut non in externo litteræ cortice pedem figam, nec verborum tantum superficiem spectem, sed ulterius progrediar, atque in profundo in profundum transeam, abyssum per abyssum invocans, ac per lumen lumen inveniens, quoadusque ad summum tandem verticem pervengo. Cum martyrum encomia lego, corpus contemno, & cum is, qui laudibus efferuntur, animo versor, atque ad certamen excitor. Cum orationes eas, quæ de moribus ac bene vivendi ratione scripsit, in manus accipio, animo & corpore purgor, templumque Dei*

capam efficio, atque instrumentum mysticum a Spiritu pulsatum divinamque gloriam & potentiam canens. Per eas corrigo & conctor, atque divina quadam immutatione alius ex alio efficio. Vide Photium cod. 141. & 191.

II. Ex iis quæ S. Basilus in explicandis Scripturis elaboravit, nullum opus majorem habet admirationem, quam novem in Hexaemeron homiliæ, Quanti hoc opus faceret Nazianzenus, ex his quæ modo attulimus perspicitur. Non parior in eodem opere laudando Nyssenius, vel potius non sine exaggeratione illud laudat. Hujus testimonium habes in Monito his homiliis præfixo.

Sed nihil ad hujus operis commendationem illustrius afferri potest, quam judicium S. Ambrosii qui, quamvis Basilio, ut ait Tillemontius, nulla in re cederet, ejus tamen vestigia premere indecorum sibi esse non duxit, atque ex his novem homiliis plurima in opus simile transtulit, ac pro suis usus est. Pronuntiata fuerunt Quadragesimæ tempore: ac duas quidem priores eodem die habuit Basilius, quiniatio secundæ commemorat orationem matutinis horis pronuntiatam, Initio tertis pariter commemorat hesternam disputationem; sed tamen necesse est uno aliquo die semel tantum concionatus sit, sive aliqua ægritudine, sive occupationibus detentus. Nam sub finem octavæ homiliiæ promittit vespertinam, quam eodem die, tempore advesperascente, absolvit.

Basilius ex tempore concionari solitum esse refert Rufinus; idque de his præsertim novem homiliis opinatur Tillemontius, conjectura ducta ex homilia octava, ubi Basilius sermonem aliquandiu interrumpit, ac nonnulla prætermissa in memoriam revocare instituit, acutiorum auditorum mutuis inter se nutibus admonitus. Sed cum multæ Basilii orationes, velut in gulam & ebrietatem, in feneratoribus & alijs ejusmodi, ita omnibus eloquentiæ numeris absolutæ sunt, ut paratus ac meditatus venisse videatur, tum etiam idem de his novem homiliis dicendum, quæ rebus & acute cogitatis & erudite collectis & compositis differtæ sunt.

Has novem homilias ante episcopatum habitas fuisse conjicio. Verisimile enim est posteriores esse homilias in Psalmos; quas Basilius, ut modo videbinus, presbyter habuit. Etsi enim certum & exploratum non est quod testatur Cassiodorus, Basilius commentarios in rotam Scripturam contexuisse; quia tamen plurimos libros interpretatus est, probabile est eum ordine aliquo processisse, & a prioribus libris injuriam duxisse.

Præterea in his homiliis nulla Pneumatomachorum hæresis mentio, quæ initio episcopatus Basilii vel paulo ante grassari cœpit. Quod si novem illæ orationes ante episcopatum pronuntiatæ; non jam sancto Ephrem accepta referri potest interpretatio horum verborum, *Et Spiritus Dei ferebatur super aquas*, quam Basilius a viro Syro accepisse se testatur. Libentius cum Tillemontio conjicerem S. Eusebium Samosatensem hic designari, si ei congrueret quod de illo Syro ait Basilius, eum a mundi sapientia tantum distitisse, quantum ad rerum verarum scientiam appropinquabat. Nam S. Eusebium sacrarum quidem litterarum peritissimum fuisse scimus; ac in externis disciplinis hospes fuisse non perhibetur. Nihil ergo vetat, quominus ignotum nobis esse Syrum illum fateamur.

De novem homiliis in Hexaemeron.

Hom. 8. tom. 1. p. 43.

Ibid. p. 48.

p. 38.

Hom. 2. p. 10.

De tribus  
homiliis  
quæ sunt  
de hominis  
structura .  
a Hom. 9. p.  
47.  
b De script.  
Ecclef.  
c De instit.  
divin. lit.  
cap. 1.  
d liv. 4. c.  
26.  
e 20. 1. p. 4.

III. Promiserat Basiliius (a) se explanaturum A hominis generationem: sed tamen promissis non videtur stetisse. Nam novem tantum orationes in Hexaemeron numerantur ab (b) Hieronymo & [c] Cassiodoro. Testatur (d) Socrates opus Basilii, cum imperfectum esset, a Gregorio ipsius fratre absolutum fuisse. Atque ipse etiam (e) Gregorius hanc sibi de hominis opificio scribendi causam esse declarat, quod vereatur ne Basiliius reprehensionem non effugiat, si illius in opus sex dierum elucubrationi desit eorum, quæ ad hominem spectant, consideratio.

rom. 1. ap-  
pend. p. 171.

Existant tamen inter opera Basilii duæ homi-  
liz de hominis structura, quibus tertia de pa-  
radiso adjungitur. Sunt hæc orationes ad Basilii B  
promissa perficienda satis appositæ, ac ita inter  
se nexæ, ut quæ in una tractantur, in sequen-  
ti continentur. Basilio tribuuntur a Combesio  
& Dupino: sed eas Tillemontius ab aliquo scri-  
ptas existimat, exercitationis causa, non per-  
dolum, aut malum alieni factus Basilio suppo-  
nendi consilium.

Difficile est profecto has homilias sancto Ba-  
silio attribuere, cum accedat ad certissima ve-  
terum testimonia stili dissimilitudo. Sed inqui-  
rendum nobis est, an merito existimet Tille-  
montius aliquem sese in his homiliis sub Basili-  
lii nomine elucubrandis exercitasse. Favet huic  
sententiæ auctor primæ homiliæ, dum declarat

pag. 171.

se vetus debitum, cujus solutionem ægra valedo impediverat, tandem aliquando persolvere. *Iniquum enim fuerit, inquit, ut cum de bestis, deque natatilibus & jumentis ac volucris, de celo item & his quæ in celo, de terra & stirpibus, quæ in terra sunt, didicerimus, non etiam de nostra generatione ex Scriptura divina luce edoceamur.* Mirifice hæc Basilio congruunt. Quinetiam cum ait se antea ostendisse quis dixerit, *Faciamus, & ad quem dixerit, non obscure indicat orationem nonam in Hexaemeron, in qua hæc ad Filium dicta esse ostenditur.* Sed tamen non desunt rationes, cur malim hæc a librariis recentibus assuta credere, quam tres illas homilias homini tribuere otioso.

Ibid.

1. Perantiquæ sunt illæ homiliæ, ac veterum patrum differendi rationem omnino referunt. Porro neminem ex antiquis paulo peritiorum fuisse existimem, qui opus Basilii in Hexaemeron a Gregorio Nysseno absolutum fuisse nesciret. Quare debuit ea res deterrere, quominus quisquam hanc materiam ad ingenii exercitationem eligeret, cum præsertim statim post mortem sancti Basilii opus illius, teste Niceta, frater absolverit. Hinc etiam tres homiliæ repertiuntur quidem sub nomine S. Basilii in recentioribus codicibus MSS. at nusquam apparent in antiquioribus. Non enim eruditos librarios fraus manifesta latuisset. At recentioribus, cum doctissimi non essent, atque, ut verisimile est, ignorarent Basilii opus a fratre Nysseno absolutum fuisse, proclive fuit homilias, quæ ad illud opus absolvendum aptæ videbantur, Basilii nomini affingere.

2. Tres homiliz non sua sponte simul conjunctæ sunt, sed hæc a librariis instituta conjunctio. Nam secundæ orationi nullum inest consilium absolvendi id quod in prima differi coëptum fuerat. Habita enim est hæc secunda homilia ad occasionem Scripturæ, quæ illo die lecta fuerat: eamque sic concludit is a quo pronuntiata est, ut se ad necessarium iter propestantem auditorum precibus deduci postulet.

S. Basilii Oper. Tom. III.

Tertia sine ullo prorsus exordio incipit a versiculo Scripturæ, quamvis præfatio quædam adhiberi debuisset, si is qui secundam pronuntiaverat, tertiam ex itinere redux pronuntiaisset. Tota res ergo in librarium aliquem rejicienda, qui cum opus sancti Basilii absolutum post illius mortem fuisse nesciret, simul conjunxit tres illas homilias, quæ idoneæ ad illud absolvendum videbantur.

3. Addita esse & assuta, quæ in prima oratione consilium indicant absolvendi operis Basilii, inde perspicitur, quod cum sua sponte hæc oratio nullam habeat cum duabus aliis necessitudinem, ac de pluribus a Basilio promissis pauca persequatur, minus idonea sit ad absolvendum opus in Hexaemeron. Quare verisimile est eum, qui cum hac prima duas alias conjunxit, ea etiam de suo addidisse, quæ S. Basilio congruere videbantur.

IV. Cum decem & septem homiliz in Psalmos nihil prorsus suppeditant, ex quo Basilium tunc episcopum fuisse, aut jam prodiisse hæresim Pneumatomachorum perspiciamus; tum vero duæ ex illis decem & septem homiliis presbyterum illum tunc fuisse probant. Sic enim loquitur in homilia in Psalm. 14. *Hac una re divitibus nos pauperes præsumus, curatum vacillate.* Numquam sane pauper esse desit Basiliius, etiam inter amplos reditus episcopatus Cæsariensis: sed tamen multo æquius & verius inter pauperes sese numerare potuit, cum eum omnibus rebus nudum propinqui & cari sustentarent, quam cum ipse opibus ad aliorum inopiam sustentandam abundaret.

Supra attulimus aliud testimonium ex homilia in Psalm. 114. Cum populus a media nocte usque ad meridiem in quadam martyrum ecclesia psalmis canendis occupatus fuisset; advenit tandem Basiliius, atque hac excusatione utitur, cur diu moratus fuisset. *Quod si nobis excusatione opus est, quod morati simus, & a vobis absuerimus perditu; hanc afferemus causam, quod, cum aliam Dei ecclesiam, huic honore parem, administramus, non mediocri a vobis distantem intervallo, hoc tempus diei consumserimus. Cum igitur dederit Dominus, ut & illis implerem liturgiam, nec vestra dessem caritati, mecum benefico largitori gratias agite, qui hanc quam videtis corporis nostri debilitatem invisibili sua potentia deduxit.* Ex his patet unam ex Cæsariensis ecclesiis Basilio commissam fuisse, ac proinde nondum episcopum fuisse. Non enim sic loquatur episcopus ad quem omnium diocesis ecclesiarum cura pertinet: aut si ecclesiam, in qua liturgiam celebrare solet, sibi ad regendum præcipue commissam dicere possit, non tamen huic ecclesiæ alias in agris aut ad urbem constructas honore & dignitate pares existimet.

Si Basilium ad has duas homilias, nempe in Psalm. 14. & 114. ipso Psalmorum ordine adductum esse constaret; statuere possemus cæteras quoque in Psalmos homilias ante episcopatum habitas fuisse. Sed homilia in Psalm. 114. in ecclesia, in qua Basiliius concionari non solebat, ad occasionem Psalmi, qui ingrediente Basilio canebatur, pronuntiata est. Quod spectat ad homiliam in Psalm. 14. illam quidem habuit Basiliius, ut absolveret quæ pridie de eodem Psalmo disseruerat. Sed cum dubium sit an homiliam illam pridie pronuntiatam habeamus; incertum etiam est utrum in ea Basiliius susceptam explicandorum Psalmorum seriem, an oblatam

y

ali.

aliquam occasionem sequentibus sit. Quare temporis notæ, quas in homiliis in Psalm. 14. & 114. deprehendimus, ad alias in Psalmos homilias non pertinent; quas tamen verisimile est ante episcopatum habitas fuisse, propterea, quod, ut jam dixi, nullam episcopatus notam, nihil adversus Pneumatomachos habent. Quinetiam in homilia in Psalm. 28. n. 3. & sub finem homilias in Psalm. 115. vehemens reprehensio eorum, qui relictæ ecclesiæ, synaxes in privatis ædibus celebrabant, probare possit has homilias ante habitas fuisse, quam persecutio in Oriente Valentis præsentia ingravesceret, ac pluribus in locis Catholici extra muros vel in privatis ædibus congregari cogerentur; id quod secundo Basilii episcopatus anno contigit.

Videtur Gregorius Nazianzenus homilias Basilii in Psalmos indicare, cum laudat illius enarrationes, in quibus Scripturam iis, qui simplices sunt, trifariam explanabat. Id optime convenit his in Psalmos homiliis. Non enim Basiliius in litteræ cortice, ut ait Gregorius, pedem figit, sed præterea moralem sensum & ea, quæ ad Christum spectant, investigat. Existimat Tillemontius Psalmos ordine a sancto Basilio explanatos fuisse, atque ex magno illo homiliarum numero perpaucas ad nos pervenisse. His rationibus nititur doctissimus scriptor, quod nulla videtur existisse causa, cur hos potius quam illos ad explanandum Basiliius elegisset, deinde quod nonnullorum explanationem non absolvit; tum etiam quia in homilia in Psalm. 37. citatur homilia in Psalm. 6. & apud Symeonem Metaphrastem homilia in Psalmos 11. 34. 38. 55. citantur. Sententiam Tillemontii confirmare possumus ex homilia in Psalm. 29. ubi Basiliius velut in longo quodam ac non intermisso opere citat quæ in superioribus homiliis sæpe dixerat. *Sæpe dictum est, inquit, de clamore ad Dominum, quod sit ejus solius, qui magna & cælestia cupit, clamare.* Scilicet hujus vocis sæpe explicandæ occasionem attulerant Psalmi in quibus sæpe occurrit. Quod autem spectat ad homilias a Symeone Metaphraste citatas, tota res nititur falsis numeris, qui ad marginem Parisiensis editionis appositi fuerant. Errata emendavimus in hac editione. Ubi enim indicabatur homilia sancti Basilii in Psalm. 11. reposuimus psalm. 14. Homilia in Psalm. 34. citabatur in Sermone quinto num. 9, & in septimo n. 6. Sed hæc duo loca reperiuntur in homiliis Basilii in Psalm. 33. & 45. Similiter quæ in Sermone 13. num. 4. deprompta videbantur ex homilia in Psalm. 55. & in Sermone 14. n. 3. ex homilia in Psalm. 38. ea reperimus in homiliis in Psalm. 59. & 61.

Sym. 1. n. 6.

Quinetiam de illis quæ exstant decem & septem homiliis controversia est an Basilio omnes tribuendæ sint. Quatuor rejeçtæ sunt in Appendicem, ut spuris ac Basilio profus indignis, nempe prima homilia in Psalm. 14. secunda in Psalm. 28. homilia in Psalmos 37. & 115. Præterea Auctor Præfationis in tomum primum nonnulla rejicit in aliis homiliis, quæ ex Eusebio a librariis desumpta existimat; nempe in homilia in Psalm. 32. ad hunc versiculum, *Verba Domini cæli firmata sunt & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum*, initium homiliae in Psalm. 44. longum fragmentum ipse sine homilia in Psalm. 114.

De nonnullis in Psalmos homiliis, quæ

V. Scio eruditorum hominum non paucis displicuisse, quod S. Basilio in duobus prioribus tomis tam multa abjudicata sint opera, Ut eorum

querelis satisfaciam nec in contrariam incurram reprehensionem; quanta potero maxima his in rebus cautione versabor. Quod spectat ad quatuor homilias, quæ in Appendicem rejeçtæ sunt; non timide asserabo nihil in eis legi, quod Basilio indignum sit aut ab ejus doctrina alienum. In homilia in Psalm. 14. quid sit tabernaculum Dei eodem modo explicatur ac in genuina homilia in Psalm. 28. ad has voces tituli, *In exitu a tabernaculo.* His etiam vocibus, *Qui ingreditur sine macula*, pia & acuta apponitur observatio, quam etiam in homilia in Psalm. 1. reperire est. In fine ejusdem in Psalm. 14. homiliae delectus quidam præcipitur & cautio in eleemosynis ut in aliis Basilii locis, nempe Reg. brev. 100. & 101. & ep. 150. n. 3. Neque etiam Basilio non dignissima, si res & sententias spectes, homilia in Psalm. 115. Sub finem vituperantur qui relictæ ecclesiæ in privatis ædibus synaxes celebrabant, ut initio genuinæ homiliae in Psalm. 28. Displicere non debent quæ leguntur n. 5. *Quando quidem tuo in infernum descensu a peccati vinculis me liberaisti, atque humanam naturam mortis adstrictam vinculis, & in inferni carceribus, unde evadere non datur, detentamentosolvisi, idcirco tibi sacrificabo &c.* Ex his colligi potest auctorem hujus homiliae existimasse ipsos etiam Patriarchas & justos veteris testamenti in cineris ante Christi adventum detentos & inclusos fuisse. Sed similia occurrunt apud alios scriptores ecclesiasticos: ipse Basiliius homilia in Psalm. 48. num. 9, sic loquitur: *Depascebat enim mors ab Adam ad usque Moysis administrationem donec venit verus pastor, qui suam animam pro ovibus posuit, sicque eas secum excitatas & ex inferni carcere ad resurrectionis matutinum educatas tradidit suis angelis.* Vide orat. in Psalm. 48. pag. 100. Ridicula immerito videntur hæc verba: *Sed utinam & mihi contingat digne credere, ut nunc magna huic Dei ecclesiæ quinque verba loquar in mente mea.* Nec quæ proxime sequuntur, *Nec quisquam irrideat doctrinam*, in eam sententiam Daccipio, quasi vereatur auctor homiliae ne risum auditoribus ob suam simplicitatem moveat: sed generatim monet ridendam non esse religionem christianam, quasi sine argumento auditores ad assentiendum adducat. Neque etiam Christi passionem martyrismum appellat, sed hæc verba: *hoc est, sitiens ad martyrii consummationem contendendo,* ad Davidem referuntur.

spuris aut dubiæ existimantur.

248. 51.

248. 192.

248. 199.

Sed tamen inest his homiliis quædam cum stilo Basilii dissimilitudo, quæ certo illas ei attribui non sinit. Idcirco homilia in Psalm. 28. fere ab omnibus rejicitur. Dubia nonnullis visa est homilia in Psalm. 37. Præterea non leveis momenti videri debet quod observat auctor Præfationis tomii primi, hanc in Psalmum 37. homiliae ex variis Eusebii locis ad verbum excerptis constructam esse. Non enim probabile est S. Basilium, dum concionaretur, memoriam onerasse alienis ejusmodi divitiis. Inest idem vitium homiliae in Psalmum 14. cujus initio prolixus Eusebii locus, totidem pene verbis, sed minus elegantè constructis legitur, Difficilius est Basilio auferre homiliae in Psalmum 115. quæ nihil habet ex Eusebio totidem verbis desumptum, nec a stilo Basilii discedere videtur, si excipias hæc verba modo allata: *Sed utinam & mihi contingat digne credere, ut nunc magna huic Dei ecclesiæ quinque verba loquar in mente mea.* Cum hæc Basilii stilum non redolent, tum etiam videntur ab alio quodam episcopo, sive pres-

CAPUT XLII.

presbytero ecclesiam Cæsariensem invisente pronuntiata. Inest enim his verbis species quædam honorificæ salutationis, qualem ab hospite conacionante par erat adhiberi.

De locis nonnullis, quæ in genuinas homilias affuta dicantur fuisse.

VI. Quod spectat ad quædam loca, quæ Præfationis auctor contextui S. Basilii affuta a librariis putat, fatendum sane est initium explanationis hujus versiculi, *Brucavit cor meum verbum bonum*, quod totidem verbis apud Eusebium reperitur, cum sua sponte nimis prolixum esse, quam ut eum Basilius ad verbum edidicerit, tum vero nullam necessitudinem habere cum explanatione ejusdem versiculi quam statim affert Basilius. At idem non dicam de explanatione hujus versiculi, *Verbo Domini cali firmati sunt & B Spiritu oris ejus omnis virtus eorum*. Quæ apud Eusebium similia sunt huic Basilii explanationi, ex Basilio potius desumpta videri debent. Fateatur auctor Præfationis nonnulla librarios e genuina Basilii in Psalm. 28. homilia apud Eusebium transtulisse. Idem ab eis factum in hoc versiculo, cujus explanatio emendatior multo & plenior est apud Basilius, quam apud Eusebium. Præterea ab Eusebii ingenio, qui nihil magis metuebat quam ne Filius & Spiritus sanctus ex Patris substantia esse dicerentur, alienissimum fuit dicere, *Verbum oris & Spiritum oris dici, ut intelligatur Salvator ipse & sanctus eius Spiritus ex Patre*. Immane quantum hæc ab Eusebio discrepant, qui Spiritum sanctum per Filium, ut cætera alia, creatum fuisse conceptis verbis pronuntiat.

x. de Theol. cap. 8.

Supereft aliud fragmentum homiliæ in Psalm. 114. ab his vocibus, *ὡς αἰὼς οὐρανὸς αὐτῶν τῆ ἐπὶ θρησκείᾳ* usque ad finem. Cur totus hic locus, ut plane spurius & ex Eusebio sumtus rejiciatur, multæ afferuntur rationes in Præfatione, quarum nonnullæ aliquid suspicionis & dubitationis in hunc locum conicere possint, sed nullius profus momenti quæ secundo loco ponitur. *Postquam scriptor, inquit Auctor Præfationis, omnem hominum vitam tribus annorum hebdomadibus definit, nihilominus, secum ipse non consentiens, eodem in loco quinque recenset, tempus dentitionis, accomodatam ad disciplinas ediscendas aetatem, annos ephebie, statum virilem, senectutem*. Non totam hominis vitam scriptor ille tribus annorum hebdomadibus definit, sed tempus intra quod homines cresceret solent. Similis sententia reperitur in Orat. 1. de hominis structura, n. 17. & 18.

b. 37.

Pluribus Basilii in Psalmos homiliis nullæ insunt notæ, ex quibus pronuntiatas fuisse cognoscas. Nam glorificatione, quæ hujusmodi orationes claudere solet, carent homilia in Psalm. 7. 29. 32. 33. 37. 44. 45. 48. Sed cum Basilius dicat in homilia in Psalm. 29. *Quot fornicatores, quot fures hic sunt?* Et in homilia in Psalm. 33. *Audite vos, qui aures cordis habetis apertas*; liquet has duas homilias, etsi in fine glorificationem non habent, pronuntiatas tamen in ecclesia fuisse; nec video cur idem de aliis glorificatione carentibus judicium non feratur.

o. 3. pag. 69.

I. *Commentarium in Esaiam prophetam perpauci Basilio non attribuerunt*. II. *Scriptum hoc opus intra illud tempus quo Basilius presbyter fuit. Scriptum etiam in Cappadocia*. III. *Basilii ingenium & sententia in hoc Commentario*. IV. *Eadem Scriptura interpretanda ratio*. V. *Comparatur hoc opus cum homiliis de jejuniis & in ebriosos*. VI. *Nonnullis aliis exemplis & argumentis confirmatur auctorem Commentarii Basilium esse*. VII. *Solvuntur objecta*.

I. Debitam S. Basilio laudem vindicaturum me spero, si ejus nomini vendicem commentarium in Esaiam, qui ei, ut opus tanto viro *indignissimum*, abjudicatus est in Præfatione tom. 1. p. 47. Jamdudum visus est sibi Erasmus eloquentiam Basilii in hoc opere non reperire; quod satis ei argumenti fuit, ut genuinum esse factum negaret. Adscriptorem hac in re habuit Rivetum. Ipse etiam Petavius obiter pronuntiat commentarios ad Esaiam, qui Basilio solent inscribi, illius non esse, sed nullam judicii suarationem profert. Inter Græcos Joannes Drungarius, sæculi duodecimi scriptor, cujus fragmentum existat in Collect. Patrum Græcorum, hoc opus S. Basilio abjudicat. Sic enim loquitur. *Hoc autem lectores admonitos volo, magnum Basilium huius prophetia partem interpretatum esse, qua quidem interpretatio a multis in dubium revocatur*. Quod ait Drungarius a multis dubitari, an auctor sit hujus commentarii Basilius, id de scriptoribus ecclesiasticis intelligendum non videtur. Quos enim novimus, hi summo consensu parentem hujus operis Basilius agnoscent, Maximus Confessor, Joannes Damascenus, Symeon Logotheta, Antonius Melissa, Tharasius, Auctor Scholiorum Græcorum in epistolas apostolicas. Græcis assentiri non dubitarunt recentiores critici, Natalis Alexander, Dupinus, Tillemontius, & eruditus editor operum S. Joannis Damasceni. Tot hominum eruditorum auctoritas parvi momenti videri non debet; sed tamen certi argumenti pondus non obtinet. Quare alia incunda est via ad veri investigationem, ac in primis inquirendæ temporis notæ.

Commentarium in Esaiam prophetam perpauci Basilio non attribuerunt.

tom. 3. dogm. Theolog. lib. 1. c. 2. n. 4.

pag. 350.

Antiquitatem operis plurima probant; sed nobis nota aliqua opus est, quæ non late pateat, ac non modo sæculum quartum designet, sed etiam illud temporis spatium, quo Basilius in ecclesia Cæsariensi presbyter aut episcopus fuit. In hunc usum colligi possunt, quæ de Anomæis leguntur pluribus in locis: *Sunt nonnulli,*

*inquit auctor commentarii, qui cum patres suos & tradita ab eis dogmata sequi fastidiant, ipsi hæresum captunt auctores esse. Quare novitates quasdam comminiscuntur adversus rectum sermonem, malitiam impietatemque scriptis prodentes: ad quos pervenit, ut, ad patres videlicet falsæ & adulterinæ scientiæ, & ad dogmatum impiorum scriptores. Tales enim eos, qui fidei inopia laborant, diripiunt, atque in animas vero illo sponse Deo Verbo viduas tyrannidem exercent. Sed & si quempiam Deo orbatum ob peccatum viderint, & hunc sibi quasi prædam vendicant: quippe eis promittunt securitatem omnem, & voluptariam vitam proponunt, si modo eos dogmatis divinitatem oppugnantibus intelligant assensum. Qualls nunc pullavit Anomæorum hæresis, quæ scortatoribus, adulteris, masculorum concubinatoribus, plagiaribus, per-*

pag. 293.

*juris ac mendacibus veniam peccatorum pollicentur, si solum sua adversus Unigenitum blasphemiam socios illos habuerint.*

Scriptum hoc opus intra illud tempus, quo Basilius presbyter fuit.

II. Illud, *Qualis nunc pullulans Anomæorum heresis*, non referendum necessario est ad ipsam articulum, quo hæretici illi prodierunt. Statim enim atque verticem sustulit eorum impietas, vehementer ab iis, qui Semiariani dicuntur, oppugnati sunt; & cum in offensionem ipsi Constantio venissent, plurimum negotii habere in illius recolligenda gratia, nec tempus erat impunitatis aliis promittenda, sed sibi metipsis querenda. Retraxere illi quidem ad se postea mobilem ac levem Constantii animum, ac de Semiarianis, poenas vicissim sumserunt anno 360. Sed tamen cum ipse Constantius non tantam eis auctoritatem ac licentiam dabat, quanta in allato testimonio perspicitur: (nam cum ventis maxime secundis uterentur, imposita Eudoxiorum duci tristis necessitas Euanomii sui deponendi) tum vero nomen Anomæorum accipere, testibus sancto (a) Athanasio & (b) Socrate, postquam in concilio Antiochæno Filium Patri dissimilem dixerunt, quod quidem anno 361. contigit paulo ante mortem Constantii. Quare quæ de Anomæis in hoc commentario dicuntur, referenda ad eorum sub Valente dominatum. Illud quoque, ut observavimus ad epistolam 238. sæpe idem sonat ac nuper, & de rebus ante aliquod tempus prædictis dicitur. Unde Basilius de heresi Pneumatomachorum in epist. 159. *Nunc prædians ab hominibus semper novi aliquid inducere conantibus quæsitio.*

a De Synod. p. 907. b lib. 2. c. 45.

Ad idem Valentis imperium pertinent quæ de controversiis inter ipsos Catholicos exortis leguntur p. 266. *Utinam autem qui se doctrinam apostolicam servare, ac per successionem ab apostolis prædicationem Evangelii accepisse gloriantur, ostenderent, eadem de dogmatibus dicendo, se unius Ecclesiæ Christi partes esse.* Mirifice hæc conveniunt in illud Valentis tempus, cum & detribus hypostasibus maxima esset contentio, ac inter plurimos episcopos disrupta communio esset, in qua sarcinanda nec presbyter Basilius nec episcopus laborare desistit. Scriptus ergo commentarius in Esaiam sub Valente; idque intra septem priores annos illius imperii, antequam e latebris dissimulationis prodisset nefaria Pneumatomachorum heresis, quæ initio episcopatus Basiliï grassari cœpit, ac deinceps perpetuum cum eo bellum habuit. Nihil enim de illa heresi reperias in commentario: solus Filius defenditur: soli impugnantur Arianæ, qui, ut in alio loco legimus, traductos se pollicebantur quæ ad Filium spectant, atque hoc specioso sermone simplicioribus illudebant. Quinetiam Pneumatomachos intelligit Commentator, non hæreticos, qui divinitatem Spiritus sancti impugnabant, sed homines amaros & malos, quos cum api ex immisso aculeo moriente comparat.

pag. 276.

pag. 281.

*Talis est, inquit, hominum amatorum & adversus Spiritum pugnantium natura, qui semetipsos nequitia magis ledunt, quam eos qui in eorum iracundiam inciderint.* Videtur ergo Pneumatomachorum vox nondum tunc designandis hæreticis fuisse addita.

Scriptum opus in Cappadocia.

Jam magnum habemus argumentum, cur Basilio tribuatur hoc opus. Præterquam quod ei adjudicatur ab antiquis, intra illud tempus scriptum comperitur, quo presbyteri munere perfungebatur. His adde non infirmam conjecturam, ex qua auctorem operis Cappadocem esse

collegitur. Nam variis pedes enumerans prius loco nominat Cappadociam.

III. Quod si & Basiliï ingenium & sententia & Scripturæ interpretanda ratio in eodem opere deprehendantur; non video quid loci relicti sit dubitationi. Neque enim intra illud tempus, quod ab anno 364. ad annum 370. effluxit, alius in Cappadocia scriptor fingendus, qui Basilium recentibus admodum scriptis cognitum tanta similitudine retulerit, quanta semetipsum Basilius in omnibus operibus refert. Paucis ergo demonstrandum summam esse iates commentarium & alia Basiliï scripta similitudinem.

pag. 227. Basiliï ingenium & sententia in hoc Commentario.

Nemo est sane qui, si animadvertat attentius, quam libenter commentarii auctor de physiciis rebus, ac præcipue de animalium proprietatibus differat, non facile agnoscat auctorem homiliarum in Hexaem. Redolent etiam (a) nonnulla operam a Basilio in (b) astronomia Athenis ediscenda infusam. Inter artes quæ ad vitam necessariæ, & eas quæ vanæ & inutiles sunt, idem profus discrimen statuitur in [c] commentario, ac in prima homilia in [d] Hexaem. & utriusque loci simillima sententia. Legimus in homilia 3. in Hexaem. p. 12. & in comment. p. 303. ea quæ labore parva sunt, servari diligentius, facile parabilia contemni. Observat Basilius in Hom. 1. in Hexaem. Moysen certis gradibus pervenisse ad Dei visionem, atque hoc beneficium anno ætatis octogesimo assequutum esse. Eandem observationem habemus in præmio commentarii. Mirifice placebat Basilio adhibita a Nathan propheta Davidis reprehendendi ratio. Hanc laudat in epist. 2. Eandem commendat in commentario.

Vid. p. 229. 230. 253. 265. 266. 280. 281.

vid. p. 307. b Nat. or. 20. pag. 333.

pag. 346.

d pag. 5.

pag. 2.

pag. 204.

pag. 254.

Observat auctor commentarii versum vigesimum secundum capituli secundi, cum deesset in exemplaribus communis editionis, ac in Hebræo fonte legeretur, ex aliis interpretationibus huc esse translatum. Quod quidem Tillemontius consonum judicat consuetudini Basiliï, qui in homiliis in Hexaem. sæpe citat interpretationes Aquilæ & aliorum. Ejusdem Tillemontii iudicio, Commentator, dum in explicando Prophetæ litteram sequitur, explicationes profert, itidem ut Basilius, claras & perspicuas, non longe petitas aut per vim tractas; dum autem in moribus informandis versatur, morum doctrinam tradit, non solum æque sanctam & puram, ac in aliis operibus S. Basiliï, sed etiam, ut in homiliis Basiliï in Psalmos, e singulis prophetæ vocibus deductam.

IV. Sæpe Commentator ex aliis Scripturæ libris testimonia depromit, ut Esaiam illustret. Sic illud Esaiæ, *Et [a] exaltabitur Dominus super eos in iudicio*, illustrat his Psalmi verbis, *Exaltabo te Domine quoniam suscepisti me;* variisque assignat modos, quibus Deus ab homine exaltari possit, sed eosdem profus, ac in hom. in eundem Psalmum 29. Basilius homil. 3. in Hexaem. explicans illud, *Cæli enarrant gloriam Dei*, negat inde colligendum cælos esse animatos, sed Scripturam sic interpretatur. *Sed bonorum constitutionis ratio accurata contemplatione ab hominibus sensu præditis excepta, complet glorificationem Creatoris.* Vitiosa erat hujus loci interpretatio, sed quæ a me allata est confirmatur simillima Commentatoris sententia, qui sic loquitur. *Cæli enarrant gloriam Dei: non quod ad auros nostras emittant vocem sensibilem, sed quod qui in illis meditantis rationibus, quibus*

Eadem Scripturæ interpretanda ratio. a pag. 264.

pag. 17.

pag. 262. Psal. 18. 2.

con.



construunt mundus est, expletus fuerit, & pen- calos quasi vocem edentes celestium omnium verum dispositionem ac ornatum cognoverit, addiscat magnificentiam gloria eius, qui condidit caelos.

Compara- tur hoc opus cum homiliis de jejuniis & in ebriosos.

V. Maxima etiam est similitudo inter ea quae de jejuniis leguntur in commentario & in utraque homilia in jejuniis: quod quidem testimoniorum appositione probandum videtur. Sic igitur Commentator n. 33. p. 215. Itaque a ieiunio quod in oculis est, cavendum nobis est, quod iusto iudicio dicitur a Domino edio haberi, quod

Prov. 10. 3.

& propheta deprecatur, dicens: Non interficiet fame Dominus animas iustorum. Siquidem non de corporali fame loquitur [alioqui dixisset corpora iustorum] sed de animarum inedia. Non enim interficiet fame animas iustorum: alioquin hoc passio in beatorum vita futura esset contrarietas, quandoquidem Paulus in his de quibus gloriatur id enumerat: In jejuniis saepe, item illud: In fame & siti. Famem autem a iustis deprecatur. Verum singula haec praestat iuxta sublimiorem iudicia intelligentiam interpretari. Eiusmodi est & il-

2. Cor. 11. 27.

Psal. 36. 25. 3. Reg. 17. 11.

lud: Non vidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem. Meminimus etiam Heliae, qui a Sidonide petivit panem: quin & semen Jacobi in Aegypto panes querebat. Quod si vitaverimus abiectionem & humilem intelligentiam, iam evanescet ea quae in verborum repugnantia sita est ineptia. Eiusmodi igitur ieiunia ieiunabant Judaei, fame enecantes interiorem suum hominem, quod ad ipsos pervenisset comminatio illa, quae dicit: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & inducam super terram hanc famem: non famem panis, neque sitim aquae; sed famem audiendi verbum Domini. Itaque ieiunia edisse se dicit Dominus, eorum, qui animum suum conficiunt quidem saepe pro salutarium ac vivificantium documentorum inedia: sed pinguescunt praeter modum saginatique anteriorem hominem.

Amos 8. 11.

Basiliius in homil. 2. in Jejun. n. 8. Rursus ab interno mensis jejuniis caveamus, quod & propheta deprecatur, his verbis: (a) Non occidit Dominus fame animas iustorum. Ac rursus: (b) Non vidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem. Nec enim loquitur de panibus sensibilibus, qui noverat filios patriarchae nostri Jacob panum causa descendisse in Aegyptum, sed de spirituali loquitur alimonia, qua interior noster homo perficitur. Nec veniat etiam in nos jejuniis quod Deus comminatur Judaeis: Ecce enim dies veniunt, dicit Dominus, & inducam in terram hanc famem, non famem panis, neque sitim aquae, sed famem audiendi verbum Domini: quam ideo transiit iustus iudex, quod perspicerat eorum mentium verorum dogmatum inedia, fame necari: contra vero, externum eorum habitum supra modum pinguescere & obesum fieri.

a Prov. 10. 3. b Psal. 36. 25.

Amos 8. 11.

Pergit Commentator: Quomodo enim in libra momento, quando lanx altera deorsum vergit, ea quae huic obversa est, attollitur: pariter ratione in homine id ipsum fieri quibus advertens potest. Cum enim pinguescit caro, contingit mentem fieri quodammodo infirmam: extenuari vero saepe numero carnem, dum mens iterum bona habitudine gaudet. Et id ipsum est quod ait Apostolus; quod quantum corrumpitur exterior homo, tantum renovatur interior: item illud; Quando infirmior, tunc potens sum. Nam fuliginosa quaedam exhalationes ex copioso & pingui alimento emissa, densae nubes iusser infusam animam a Spiritu sancto illustrationem intercipiunt.

2. Cor. 4. 16.

2. Cor. 12. 10.

Simili prorsus sententia, licet non iisdem

verbis Basiliius homil. 2. in Jejun. pag. 4. com. 2. pag. 4. 10. 2. An ignoras quod perinde atque in actu hinc atque hinc instructa, qui alteri passus fert suppetias, facit ut altera vincatur: ita qui carni sese adiungit, expugnat spiritum, & qui ad spiritum transit, carnem in servitutem redigit? Hac enim sibi invicem adversantur. Proinde si cupis mentem reddere validam, fac carnem domos ieiunio. Hoc enim est quod ait Apostolus, quod quantum exterior homo corrumpitur, tantum interior renovatur. Item illud: Cum infirmior, tunc potens sum. Postrema Commentatoris periodus reperitur in eadem homilia pagina, pluribus aliis interiectis.

2. Cor. 4. 16.

2. Cor. 12. 10.

Sed tum maxime Basiliius agnoscitur, cum comparantur cum illius in ebriosos homilia, quae in commentario leguntur de ebrietate. Nonnulla & verbis & sententiis similia sunt in commentario & in homilia; sed quae absunt ab homilia non minus praecara sunt, quam quae in utroque reperiuntur, ita ut facile pateat eundem ubique Basilium differere. Quinetiam verisimillimum est Basilium ex commentario in homilia transulisse, quae conveniebant. Quod enim ait in homilia, Quomodo cava, dum torrentes consumunt, plena videtur; sed ubi exundatio praeterit, sicca aridaque relinquit; ita ebriosorum corpus, restagnante vino, plenum quodam modo esse, & madidum, sed simul ut paululum effluit, siccum & humoris expertis relinquit, id apte quidem & in homilia & in commentario dictum est, sed haud scio an aptius in commentario, ubi necessariam habet juncturam cum explanatione, quam subiecit Basiliius his Prophetarum verbis: *Ve illi qui expectant vesperam; vinum enim eos comburet.*

p. 258. & seq. 10. 1.

pag. 68. u. 5. tom. 2.

VI. In Notis ad cap. 9. libri de Spiritu sancto, ubi Basiliius ait (a) universa sese ad Unigenitum convertere, invocabili atque insedabili quodam desiderio & arcano affectu ad auctorem & largitorem vitae respicientia, apposimus hoc commentarii testimonium: [b] Unigenitus ipsum bonum, quod appetunt omnia, cuius amor naturali & inenarrabili modo omnium ratione utentium animis infusatus. Agnosci etiam facile possit Basiliius in illo monastici instituti studio, quod pro se fecit Commentator, cum vehementer inhibetur in illos populi principes, qui voluntarios pauperes, cum beatos praedicare deberent calumniarentur ac contempnent.

Nonnullis aliis exemplis & argumentis confirmatur auctoritatem commentarii Basiliius esse.

a pag. 4. 10. 3. b pag. 252. 10. 1.

pag. 245. 10. 1.

Unum superest, quod diligenter notatum & animadvertum velim. Nimirum Eusebii testimonis, quae in hunc commentarium translata sunt, totidem verbis exstant apud Eusebium, ut perspicui potest in Praefatione primi Tomi operum sancti Basilii. At quae in hoc commentario similia sunt aliis Basilii locis, sententiis tantum non verbis similia sunt, si unum aut alterum locum exceperis. Unde hoc discrimen, nisi quia Basiliius alios de industria & data opera imitabatur; ut autem seipsum imitaretur, satis erat, veluti natura duce, insitas animo sententias & Scripturae intelligentias sequi? Non est ergo cum vereamur hunc commentarium, ut genuinum Basilii laboris monumentum, suscipere.

Saepe Basiliius in hoc opere unum se esse indicat ex senioribus & principibus populi: ex quo saltem presbyterum fuisse perspicitur. Altiorum dignitatis gradum tunc obtinuisse non crediderim, tum quia, cum haec scriberet, nondum aperte prodibat, ut supra diximus, haereticis

pag. 221. 222. 224. 245. 246. 269. 10. 1.

res Pneumatomachorum, quæ tamen anno 371. grassari cœpit, tum quia verisimile est labores episcopatus obtulisse, quominus Basilium ad umbilicum opus perduceret.

Solvuntur obiecta.

tom. 1. Pref. p. 52.

VII. Non valde difficilia sunt ad solvendum, quæ nobis obijciuntur, vel potius ad eorum iudicium, qui hoc opus Basilio tribuunt, confirmandum apposita videntur. Quod enim indignum Basilio fuisse dicitur, oratore præstantissimo, ut ex Eusebii commentario tam multa in suum transferret, id cum sua sponte Basilium non videtur dedecuisse; tum vero præcipue difficultati solvendæ plurimum conducet. Quam non fastidiret Basilium trita a veteribus vestigia, testatum reliquit insigni monumento, Philocaliam dico, quod una cum Gregorio Nazianzeno exegit. Præterea aliter iudicandum de ejusmodi scripto, ac de orationibus, quas cum pronuntiaret Basilium, verisimile non est cum prolixis Eusebii locis memoriam ovarasse. At minime repugnat, ut ex scriptore celeberrimo transferret in commentarium suum quæ convenire videbantur. Denique ut omittam fieri potuisse, ut librarii ex Eusebio in hoc opus Basilii nonnulla assuerent, quemadmodum ejus orationibus ex eodem Eusebio nonnulla inseruerunt; cum Basilium hoc opus non abolverit, quis scit an tale editurus fuisset, quale nunc habemus? Nonne potius verisimile est hæc testimonia ex Eusebio, veluti materiam quamdam Scriptoris iudicio postea expoliendam & illustrandam, fuisse comportata?

Quinetiam decerpta ex alienis messibus loca id afferunt commodi, ut facile intelligamus, cur stilius commentarii non semper Basilii magni eloquentiam redoleat. Ex his enim quæ obiecta sunt, nihil video quod cum aliqua verisimilitudine obiectum sit, præter stili discrepantiam. Sed ille verisimilitudinis color evanescit, ubi animadvertitur in hoc opus, quod maxima ex parte nitorem Basilianæ orationis retinet, aliorum testimonia interdum intexi.

9. 25. & 236.

Frustra obijcitur Commentatoris de demonibus sententia, quos vicinis delectari & nidoribus gaudere & alii non semel pronuntiat. *Hæc quidem, inquit auctor Præfationis, utrumque taleranda essent apud poetas, aut apud locosum scriptorem Lucianum: at eadem in Patrum gravissimo Basilio quis ferat? Scio quidem caelestia quadam corpora angelis a quibusdam Patribus Græcis tribui: sed nullus, quod sciam, eiusmodi nugæ unquam garrivit. Arbitror autem Basilium a tantis deliramentis maxime omnium abhorruisse.*

pag. 227. b

pag. 279. b

Neesse non est longam seriem scriptorum idem sententiarum hic texere. Satis erit unum multis ad demonstrandam hujus iudicii iniquitatem Gregorius Nazianzenus, qui in oratione 4, demones vocat gulosos & fraudulentos, & in oratione 18. corporum & voluptatum amatores; eorumque mercedem esse victimas & libamina pronuntiat, ac per sanguinem & nidorem cum eis affinitatem contrahi.

Inter ea, quæ ut Basilio indigna colliguntur Præfat. num. 56. forte alicujus momenti videri possit quod ait Commentator de intelligibili quadam cruce ad quatuor mundi partes pertinente. Sed id absurdum videri non debet; vel potius eruditionis S. Basilii indicium est, qui similem sententiam apud Martyrem Justinum viderat non longe a fine majoris Apologiæ. Notum hoc opus non fuit S. Hieronymo; neque hujus rei obscura causa est, cum verisimile sit ab ipso Ba-

filio editum in lucem non fuisse. Citantur nonnulli codices MSS. in quibus commentarii in Esaiam a quodam presbytero vulgati dicuntur post mortem S. Basilii.

CAPUT XLIII.

I. De homiliis secundi tomi. Homilia secunda de ieiunio non auferenda Basilio. II. De homiliis 3. 4. 5. III. De homiliis 6. 7. 8. 9. quarum tempus examinatur. IV. De homiliis 10. 20. V. Homilia 21. in episcopatu scripta. De tribus aliis orationibus. De homiliis deperditis. VI. De homiliis in appendicem reiectis. Nonnulla explicantur perperam in his homiliis vituperata. VII. De libris in Eunomium, Ascetico ac duobus libris de Baptismo.

I. Nunc breviter nobis recensendæ sunt aliæ sancti Basilii homiliæ, quarum viginti quatuor in tomo secundo disponuntur eodem ordine ac in aliis editionibus, octo aliæ in Appendicem reiectæ sunt. Agmen ducunt duæ de jejuniis homiliæ in quibus Basilium non id solum hortatur, ut indicta ab Ecclesia ieiunia observentur, & ea ratione, quæ Deo placere possit, observentur, sed etiam ut ne crapula instantibus ieiuniis præmittatur. Quinetiam fatetur non tantum sibi laboris infumendum esse, ut ad ieiunium hortetur, quam ut dehortetur, ne quis bo-

die, inquit, in ebrietatis mala incidat. Nam a ieiunio violando plerisque consuetudo & pudor deterrebant. Nulla enim erat insula, nulla continens terra, non civitas, non gens ulla, non extremus mundi angulus, ubi non audiretur ieiunii promulgatio, quam & exercitus & viatores, & nautæ & negotiatores summo gaudio excipiebant. Unde nec divites nec pauperes ab hac ieiunii lege eximios habet Basilium; mille-ribus tam conveniens ac secundum naturam esse censet ieiunare, quam respirare; pueros, veluti virides plantas, ieiunii aqua irrigandos; senibus eo facilius ieiunium esse, quo antiquior cum eo familiaritas: viatoribus expeditum esse itineris comitem ieiunium. Sed instantibus ieiuniis præire solebat immoderata lætitia. Sic enim nonnulli apud se cogitabant: *Quontam nobis quinque dierum ieiunium indictum est (neque enim apud Græcos ieiunium in quadragesima Sabbato servabatur) hodie nos ipsos temulentia obruamus.* Pravam hanc consuetudinem, veluti pateriam hæreditatem, retinebant, & velut qui longinquam profecionem adornant, die Dominica adversus illos quinque ieiunii dies vino indulgebant. Hanc pravitatem Basilium acerrime insectatur. Utraque oratio diversis annis habita, sed eodem die Dominico, qui ieiunia ad recordationem salutiferæ passionis perducentia antecede-

cedebat. Mirari satis non possum quomodo Basilio secunda oratio de ieiunio abiudicari potuerit. Levissimæ afferuntur causæ: Posterior (a) oratio & elegantia & copia multo inferior: multa in secunda leguntur, quorum alia ex prima sumpta, alia ex eadem expressa, quod parum decere videtur copiosissimum virum Basilium. Secundam orationem multo inferiorem priore esse elegantia & copia nec possum concedere, nec concessuros arbitror quicumque attentius legant. Prima longior est, ac secundam hac una re superat. Quod spectat ad alteram ratiunculam; quid mirum si, cum Basilium eadem de

Tillemont. 85. in Basil.

De homiliis secundi tomi.

or. 1. p. 6. or. 2. n. 4.

or. 2. n. 7.

n. 2.

or. 2. n. 4.

Ibid. n. 7.

pag. 6.

Homilia secunda de ieiunio non auferenda Basilio. a Præfat. 2. n. 4.

re iterum differat ac eadem vitia castiget, eadem sententiam in utraque oratione interdum occurrunt? Sed tamen tanta cum varietate repetuntur, ut novitatis gratia non careant: quod quidem sancti Basilii ubertatem dicendi maxime demonstrat. Pene omiseram, ut rem nullius momenti, quod obijcitur, duabus Basilii de gratiarum actione concionibus tantam inesse varietatem, ut ex iis quæ in priore dicta fuerant, nihil in posteriore reperatur. Manifestum est sua sponte discrimen. Sanctus Basilius in secunda prosequitur quæ pridie differuerat. At dux de jejunijs orationes non eodem anno pronuntiatæ. Citatur hæc secunda oratio a sancto Johanne Damasceno, Symeone Logotheta & Euthymio. Basilius promittit ex more suo matutinam & vespertinam concionem sequentibus diebus.

pag. 9.

De homiliis  
3. 4. 5.

II. Orationem tertiam habuit Basilius in illud Scripturæ, *Attende tibiipf*, quod antea lectum fuerat. Ex brevibus illis verbis uberrimam præceptorum segetem deducit, ac demonstrat, quomodo vigilandum adversus pravas cogitationes, ac ratio ad nostri custodiam adhibenda, quomodo non iis, quæ nostra dicuntur & circa nos sunt, sed nobismetipsis attendere debeamus. Quomodo sua quisque peccata & conditionis suæ officia considerare debeat, quomodo uti præsentibus & futuris providere, nec in aliena vitia, sed in semetipsum inquirere. Quomodo suiipfius cognitio id afferat commodi, ut nec efferamur in prosperis, nec in adversis fragamur, sed ex animæ ac ipsius etiam corporis consideratione ad opificis contemplationem affurgamus.

1. *Thessal.*  
5. 26.

Sequuntur dux de gratiarum actione orationes. Cum explicandum suscepisset Basilius illud Pauli: *Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite*, quæ eodem die lecta fuerant, unam orationem insumpsit in iis refellendis, qui fieri non posse contendebant, ut semper gaudeamus. Postridie autem, cum celebraretur dies festus sanctæ Julittæ martyris, quem ipse Basilius antea annuntiaverat, sanctæ martyris passionem breviter describit, ac hester-nam materiam reprehendens, quomodo semper orare possimus ac in omnibus gratias agere demonstrat.

*Lact. de morte pers.*

Quod spectat ad martyrrium sanctæ Julittæ, cujus festum die Julii trigesimo celebratur, sic totam rem a sancto Basilio discimus. Spoliata omnibus bonis a potentiore quodam urbis cive, id est, Cæsareæ, hominem in jus vocavit, & quomodo sua essent hæc bona, quomodo per vim & impressionem rapta ostendit. Tum ille negat licere mulieri ex lege secum agere; neque enim fas esse ut communis juris participes sint qui Imperatorum deos non colunt, nec fidem christianam ejurant. Ex quibus patet hæc gesta esse sub Diocletiano qui, ut testatur Lactantius, vetuerat ne jus Christianis diceretur. Visus est judici nefarius ille vir æqua dicere, statimque thus & focus mulieri proposita, si vellet legum beneficio perfui. At Julittam minime moverunt deliciarum illecebræ; seque Christianam esse professa est. Cumque sæpe interrogata idem constanter responderet, ab iniquo iudice non solum bonis, sed etiam vita spoliatur, ac igni damnatur. Sic autem ad supplicium progressa est, ut internum animi gaudium efflorescente hilaritate declararet, ac mulieres adstantes ad constantiam hortaretur. Tum

proflit in rogam, *ἄρα ἢ οὐκ ἔστιν ἄρα*, id est, ut interpretatur Tillemontius, læta rogam conscen-<sup>647</sup>.

dit, qui quidem veluti fulgens quidam thalamus, mulieris sanctæ corpus complexus, animam in regionem cœlestem transmissit, venerandum autem corpus propinquis integrum servavit, quod in præclarissimo ad urbem templo collocatum. Narrat Basilius terram sanctæ adventu benedictam, e sinu suo suavissimam aquam naturam emisisse, ita ut sancta illa martyr, iustar matris, eos qui urbem incolunt veluti quodam communi lacte nutriet, aqua videlicet, quæ & sanis tutela erat & ægris solatium. Hoc gratius fuit Cæsariensibus hoc dulcissimi fontis beneficium, quod, ut ait Basilius, communi aquarum circa hunc locum naturæ insita erat salugo. Videtur S. Julitta non in urbe Cæsariensi sepulta fuisse, sed non longe ab ea in loco aquis scatenti, unde sancta martyr eos qui in urbe erant veluti quodam lacte nutrebat.

III. Tres homiliæ sequentes, nempe 6. 7. & 8. materiæ similitudine coniunctæ sunt. Insectatur Basilius avaritiam divitum, & in commendando elemosynæ præcepto omnes ingenii vires profundit. Demonstrat in sexta duplex essentationum genus, res adversas, & prosperas. Posterioris tentationis exemplum petit ab illo divite, qui omnibus rebus circumfluens, dicebat tamen, *Quid faciam*, quasi unus ex miseris. Alias illius voces & latam de illo sententiam similiter explanat.

De homiliis  
6. 7. 8. 9.

Initio septimæ orationis commemorat Basilius, quæ antea in quadam concione dixerat de divite illo adolescente, qui Dominum de vita æterna interrogavit. Nunc demonstrat quam stulte adolescens ille divitias Christo prætulit, idemque eos facere declarat, qui alia quidem præcepta adimplere volunt, sed elemosynæ præceptum violant. Pluribus castigat hoc vitium, & inanes refellit causas, quibus uti solebant, cum sibi liberos esse, ac sibi ad necessarios usus dicerent providendum esse, seque multa pauperibus legaturos promitterent.

Supra consti sumus probare orationem octavam, quæ est in famem & siccitatem habitam fuisse anno 368. cum horrenda fames Cappadociam affligeret. Demonstrat unius calamitatis causam ex hominum peccatis repetendam esse, eorum maxime, qui cum abundant, nihil ex suis acervis emetiebantur pauperibus. Aliam affert causam, nempe ut homines probentur, sive divites, sive pauperes. Postremos hortatur, ut Deo confidant, ac de sua egestate pauperioribus succurrant. Omnium enim calamitatum maximam esse famem, ac eorum, qui hoc malo pereunt, adeo miserabilem esse mortem, ut inter immanissimas belluas numerandus sit, qui corpori fame pereunti non succurrat. Omnibus generatim proponit exempla belluarum, ethnicorum, ac imprimis primorum Christianorum.

De tempore  
homil. 9.

Videntur publicæ quædam preces extra ordinem indictæ fuisse, ut ira divina, cuius indicium erat fames, placaretur. Ait enim Basilius pueros relictis in litterario ludo tabulis in ecclesia ad remissionem animi & oblectamentum vociferari, festumque illis quodammodo diem esse publicam mœstitiam, quæ illis aliquam a studiorum molestiis intermissionem concedit. Queritur quod dum eiusmodi pueri in ecclesiam ventitant, dum infantes qui nec precari noverunt nec possunt, ad confessionem veniunt, id est, ad preces, quibus a Deo peccatorum venia posce-

no. 3.

sciebatur; plerique viri ac mulieres negotia pre-  
cibus præferant ac perpauci secum precentur, iique  
oscitantes ac nunc huc nunc illuc sese convertentes,  
a videque exspectantes dum cantor psalmorum  
versiculos absolverit, ut ex ecclesia tamquam e  
carcere dimissi necessitate precandi eximantur.

*Naz. or. 20.* Non videtur hanc de fame & siccitate orationem  
indicare Gregorius, cum divitum horrea, qui summam  
annonæ caritatem aucupari & calamitatum caupones  
esse solent, Basilium hortatibus suis aperuisse narrat.  
In hac enim oratione non magis divites hortatur  
Basilium, quam ipso etiam pauperes, ut aliis succurrant.  
Quare libentius crederem indicari a Gregorio orationem  
in illud Lucæ, *Destruam horrea mea.* Totus enim  
ibi versatur Basilium in adhortandis divitibus ne  
caupones (a) fiant humanarum calamitatum, ne  
exulcerent vulnera, ne fratrem tempore necessitatis  
ignosent, sed (b) promptuaria aperiant, & frumenti  
fratres (c) participes efficiant. Sed tamen quominus  
hanc orationem ad famis tempus referam, his detineor  
verbis: *Cave exspectes annonam caritatem ad horrea  
apertienda.... Ne famam auri causa, ut communem  
egetatem ob privatam tuam copiam opperiare.*  
Nullam tunc graviolem, quam aliis temporibus, juvandi  
pauperis causam existisse, ex his etiam verbis  
perspici potest: *Nunc quid impedit quominus  
largiari? Nonne adest indigus? ... Esuriens  
contabescit, nudus riget, strangulatur is a  
quo debitum exigitur, & tu elemosinam differis  
in crastinum.*

Demonstrat Basilium in oratione nona Deum  
auctorem malorum non esse, sed calamitates, quæ  
ab eo inferuntur, eo spectare, ut virtus hominum  
probetur, vel ut peccata expientur, vel etiam, si  
minus emendentur improbi, saltem eorum exemplo  
alii meliores fiant. Nullam enim mali esse  
substantiam, sed Adamum ac ipsum etiam diabolium  
liberi arbitrii deterioris usu prolapsos esse.

Conjici posset hanc orationem eodem anno 368.  
pronuntiatum fuisse, aut certe anno 369. ineunte,  
antequam frugum collectio, aut spes colligendi  
famem sedasset. Nam inter calamitates, ex quibus  
nonnulli ansam arripiebant, ut de Dei providentia  
non pie sentirent, numerantur integra (a) urbium  
excidia, (b) famines, siccitates & sterilitas terræ.  
Urbium excidia ad Nicæam anno 368. miserabiliter  
everfam referri possunt, famines & siccitates ad  
Cappadociam.

*IV.* In Oratione decima, quæ est adversus irascentes,  
ostendit Basilium quot & quanta ex iracundia oriuntur  
mala, quam iniquæ & inanes irascendi causæ:  
quomodo iracundia utiliter interdum uti possimus,  
quomodo vitiosam iracundiam superare. Simili  
ratione & via procedit in oratione de invidia:  
quantum miseræ insit huic vitio & quomodo sanandum  
exponit.

Iam diximus primam omnium S. Basilii orationum  
eam esse, in qua sex primos Proverbiorum versiculos  
explanat. Hanc ei materiam deferendi imposuerat  
episcopus Eusebius, cujus precibus confidens  
Basilium rem difficilem sine mora & cunctatione  
aggessus est. Hæc una est ex omnibus Basilii  
homiliis, cui Eusebius interfuerit. Neque hujus  
rei obscura & obstrusa ratio. Secessit enim  
Basilium non multo post ordinationem: reversus  
Cæsaream, unius ecclesiæ,

in quam episcopus venire non solebat, administrationem suscepit.

In oratione decima tertia, quæ inscribitur in sanctum  
Baptisma, castigantur qui suscipiendi Baptismi  
horam prorogant. Demonstrat Basilium totam vitam  
Baptismi tempus esse, sed tamen Paschatis tempus  
maxime Baptismo convenire: perabsurde facere qui  
cum in Christum credant, Christiani tamen non  
sunt. Exponit illorum oculis quot & quanta fugiant  
bona, cum Baptismum fugiant. Voluptatum amori  
& diaboli artificii hanc Baptismi fugam attribuit;  
ac declarat, nisi ad saniolem mentem redeant,  
hoc eos manere, ut vel moriantur sine Baptismo,  
vel Baptismum morbo oppressi non, ut par est,  
suscipiant. Quamvis autem ipsius etiam iuven-  
tutis frænum esse Baptismum doceat; non tamen  
parentes vituperat, qui filiorum Baptismum  
prorogabant, ne eximium hunc thesaurum ad-  
ulescentiæ naufragiis exponerent: in eos tantum  
invehitur, qui cum sui iuris essent, liberiolem  
vitam Baptismo nolebant interrumpi.

Dicta est oratio decima quarta in ebriosos, cuius  
vitii exagitandi hinc Basilium nata est occasio.  
Cum per septem ieiuniorum hebdomadas Evangelium  
gratiæ Dei diu nocturne sine intermissione prædicasset,  
permolestum ei accidit, ut nonnulli ex plebe  
sibi commissa jejuniæ fructus unius vespere  
intemperantia, & accepta per totum quadragesimæ  
tempus monita in ventum effunderent. Nam  
mulieres lascivæ... servitutis Christi excussa  
jugo, velamentis honestatis a capite reiectis,  
contempto Deo, spreto ipsius angelis, virilem  
omnem aspectum circa pudorem ferentes, comas  
agitantes, trabentes tunicas, ac pedibus  
simul ludentes, lascivienti oculo, effuso risu,  
ad saltandum quasi quodam furore concitata,  
omnem juvenum libidinem in seipsis provocantes,  
in martyrum basilicis pro mœnibus civitatis  
choros constituentes, loca sancta officinam  
obscenitatis suæ effecere. Cantilenis meretriciis  
ut aerem conspurcarent, ita terram tripudiis  
pulsantibus pedibus immundis fœdarunt;  
spectaculum sibi ipsius juvenum turbam undique  
statuentes, plane invereconda, prorsusque  
insipientes, nullum insania modum  
omittentes.

Cum vinum hujus lascivie causa existisset,  
demonstrat Basilium quantum sit vitium ebrietas,  
quæ hominem infra belluarum conditionem  
deprimit, incontinentiam movet, ac ipsum etiam  
corpus, non solum animam, corrumpit. Invehitur  
in pharmaca ebrietatis, quæ adhiberi ad  
diutius bibendum solebant, & in multa alia  
intemperanter in convivii fieri solita. Vino  
attribuit quæ nuper contigerant, communes  
vitorum & mulierum choros, risus utrimque,  
cantilenas obscenas, meretricios gestus ad  
libidinem provocantes. Declarat nec puellas  
innuptas cum virginitate, nec nuptas cum  
pudicitia domum rediisse. Si quæ enim corpore  
integras persisterint, at mente integras non  
persisterint. Idem de viris statuit, qui huic  
spectaculo interfuerant. Veretur ne qui ita se  
gesserunt Paschæ tempore, his non multum  
prosit festum Pentecostes. Hortatur tamen  
eos ad penitentiam, ut jejuniis ebrietatem  
expient & saltationem genuflectendo. Rogat  
eos qui lascivie participes non fuerunt, ut in  
quibus peccati penitentiam animadverterint,  
eos tamquam propria membra ægrotantia  
foveant; quos autem viderint perveritas,  
ab eorum consuetudine refugiant.

*Naz. or. 20.*

*a pag. 25.*

*b pag. 26.*

*c pag. 27.*

*pag. 25.*

*a n. 2. & 5.*  
*b n. 3. & 5.*

*De homiliis 10. 20.*

*n. 1.*

*n. 6.*

*pag. 66.*

In

In oratione decima quinta, quae inscribitur A de fide, disserit Basilius de divina natura & de Filii ac Spiritus sancti divinitate. Tanta erant Catholicorum fidei studia, ut auris omnis praeta esset ad audiendam theologiam, nec ecclesia his rebus audiendis fatiaretur. In sequenti homilia explicat initium Evangelii secundum Joannem, usque ad haec verba, *Hoc erat in principio apud Deum*. Multos noverat Basilius ex scriptoribus ethnicis, quos tanta initii Joannis admiratio ceperat, ut illud in scripta sua inscribere non dubitarent.

De oratione decima septima, quae est in S. Barlaam martyrem consuli possunt Praefatio tomi secundi art. 2. & Notae 74. & 75. Tillemontii in persecutionem Diocletiani. Nihil enim mihi videtur ea de re statui posse quod non incurrat in magnas difficultates. Nihil disertius & elegantius duabus sequentibus Basillii in S. Gordium & quadraginta martyres. S. Gordium sub Licinio passum esse merito probat Tillemontius ex Basillii verbis, qui testes illius martyrii adhuc extare declarat. Celeberrima est S. Basillii in quadraginta martyres oratio, quam & (a) Gaudentius & (b) Gregorius Nyssenus laudant.

S. Basilius in oratione vigesima, quae de humilitate inscribitur, demonstrat hominem, postquam a diabolo victus & dejectus est, inania sibi finxisse gloriae ornamenta, divitias, honores, mundi sapientiam; sed veram gloriam in eo positam esse, ut Dei gratiae accepta omnia referamus, memores Petri, qui humanae timiditati traditus est, ac imprimis ab ipso Christo exemplum humilitatis repetentes. Edocet Basilius quibus modis haec eximia virtus comparari possit. Observatione dignum est quod ait diabolus, dum homini insidias struit, sibi metipsum inscientem struxisse, nec tantum nocuisse ei, quem a Deo & a vita aeterna alienaturum se speraverat, quantum se ipse prodidit, transfuga a Deo factus & morti aeternae addictus.

V. Nullam haecenus recensuimus S. Basillii homiliam, quae notae episcopatus praese ferret. Sed vigesima prima, *Quod rebus mundanis adhaerendum non sit, & de incendio extra ecclesiam facto*, cum extra Cappadociam pronuntiata sit, non male ad episcopatum refertur. Nullum enim Basillii presbyteri iter novimus, praeter illud quod Samosata suscepit anno 369. Illuc rursus abiit anno 372. Sed aptior multo conjectura Tillemontii, qui hanc orationem Satalis habitam putat, ubi Basilius anno 372. multa non belle fieri solita emendare conatus est. Id satis convenit iis quos alloquitur. Nam cum eos vehementi oratione saepe castigasset, metueretque ne haec dicendi libertas in hospite displiceret; contra quam metuebatur evenit, ac liberior reprehensio illius audiendi studium accendit. Quare ut eos a diaboli laqueis penitus abducatur, demonstrat eis hostis artificia, quae hac maxime ratione vitari docet, si hanc vitam viam esse meminerimus, nec quidquam esse, quod nostrum dici possit: sed solam animam & corpus nostra esse. Inde ad praecipuum elemosynae inculcandum fertur, quod quidem omnino necessarium esse docet, nec sine aeterni ignis damnatione praetermitti posse. Perorantem nonnulli admonere ut de incendio hesterno verba faceret. Nam incensus privatorum aedibus, ignis ipsi ecclesiae minabatur, sed mirabiliter extinguitus est. Id Dei misericordiae attribuit Basilius,

S. Basillii Oper. Tom. III.

qui diaboli artes in ipsius caput rejecit. Hortatur ut iis succurratur, qui nihil ex incendio, praeter corpus & animam servarunt: ipsi vero acceptum damnum exemplo Jobi coronae materiam efficiant.

Immerito inter homilias collocatur oratio vel tractatus in quo Basilius adolescentes consanguineos edocet, quid habeant utilitatis profane litterae, quid cavendum in poetis, atque in ipsis etiam historicis & rhetoribus; quomodo praclare distis & factis, quae in eiusmodi disciplinis percipiuntur, ad morum institutionem utendum sit. Presbyter erat vel episcopus cum haec scripsit. Ait enim se id aetatis esse, & ex rerum p. 92. B in utramque partem mutatione, quam expertus est, satis magnum usum humanarum rerum consequutum esse, ut adolescentes edoceat. Scriptum opus Caesarem: neque enim his adolescentibus quotidie ad (a) magistrorum ventitantibus alia in a p. ibid. urbe Basilius polliceri potuit, se (b) ejusmodi b p. 92. consiliis eos erudire non desitutum, ac si in c p. 92. [c] se oculos conciant, fore ut suis parentibus non indigeant.

S. Mamantis martyris laudes persequitur Basilius in oratione vigesima tertia, atque ut hoc munus exsequatur, symbolam rogat ab iis, quibus S. Martyr praesto adfuit nomine invocatus, quos ex peregrinatione reduxit, quos erexit ex infirmitate; quibus liberos jam mortuos restituit, quibus prorogavit vitae tempus. Nihil aliud de hoc Martyre discimus ex hac oratione, nisi eum pastorem ovium fuisse, unde accepta occasione Basilius de bonis Ecclesiae pastoribus & de mercenariis disserit.

In oratione vigesima quarta reselluntur Sabelliani & Ariani, ac primi cum Judaeis, postremi cum ethnicis comparantur. Opponit eorum erroribus Basilius accuratam catholicae doctrinae expositionem. Sed cum videret auditores avidè expectere, ut de Spiritu sancto dissemineret, illius divinitatem Scripturae & Traditionis auctoritate defendit, ac cavillationem dicentium, *ingenitus est aut genitus*, resellit. Videtur haec homilia ad episcopatum referenda. Jam p. 103. enim celeberrima erat quaestio de Spiritu sancto: ac omnis arrepta auris ad audiendas de hoc dogmate disputationes. Multi Basilius audiebant, non tam ut ejus doctrina juvantur, quam ut calumniandi ansam arriperent.

Mirum sane est ex tot homiliis, quas Basilius De homi-  
liis deperditis. tum presbyter, tum episcopus in ecclesia Caesariensi habuit, tam paucas ad nos pervenisse. Inter perditas homilias numerare possumus homiliam de elemosyna & iudicio, & aliam, *Quod Deus incomprehensibilis*, quarum primam citat Symeon Logotheta, serm. 4. n. 7. alteram serm. 15. n. 3. Duarum indicantur in superioribus editionibus ad marginem, nempe homilia in Evangelium Matthaei, serm. 16. n. 5. & serm. 19. n. 1. & 3. Sed haec reperimus in homilia in ebriosos. Similiter in sermone 20. p. 576. & 577. indicatur haec homilia, *Quomodo quis sobrius esse debeat*. Sed uterque locus exstat in homilia de humilitate.

VI. Quod spectat ad homilias, quae in appendicem rejectae, ut spuriae, fuerunt; fatendum est eas a Basillii stilo discrepare, si tamen excipias homiliam in sanctam Christi generationem, quae ad Basiliiani sermonis elegantiam maxime accedit. Sed illud asseverare non vereor, Basilio dignissimas esse, si pietas & doctrina spectentur. Levissimus nervus est in auctore homiliae in sanctam Christi generationem, historia Za- De homi-  
liis in ap-  
pendicem  
rejectis.  
Nonnulla  
explican-  
tur perpe-  
ram in his  
homiliis  
vituperata. cha-

p. 70.

n. 3. p. 77.

a Homil. 17.  
b or. 2. in  
quadragin-  
ta mart. p.  
206. n.

p. 84.

Homilia  
21. in epi-  
scopatu  
scripta. De  
tribus aliis  
orationi-  
bus.

charis inter templum & altare occisi, propterea quod sanctissimam Christi matrem, in loco virginibus destinato, post partum collocasset. Non magnum dedecus fuisset S. Basilio in ejusmodi rebus decipi. Majoris momenti est, quod eisdem homilia auctor existimasse dicitur, regum successiones cometis significari. At nihil ab ejus sententia magis alienum. Aie enim de cometis; Maxime videntur ad significandas regum successiones in celo consistere. Sed id insanus astrologis videri ait, quos hoc loco refellit, minime vero Christianis, ut ex toto loco perspicui potest.

Non debuerunt, ut absurdæ & impiæ sententia rejici, quæ in homilia in penitentiam loquuntur. Quid enim vis, inquit auctor homilia, unumne peccatum impetari sanctis an justitiam multam? Fecit peccatum; at fecit etiam justitiam multam. Quid justum est apud justum Deum, paucissime meminisse an maliorum oblivisci? Sic facta, & qua mensura mensi fuerimus, adjuvantur nobis. Si peccata plura sunt, sic peccator: si justitia plures, sic justus. Nequaquam docet justos qui labuntur, salutem ob priora præclare facta consequi sine penitentia; sed loquitur de lapsis per penitentiam resurgentibus, ut patet ex totius orationis proposito, & ex penitentia exemplis quæ mox citata verba præcedunt & sequuntur. Immerito Basilio doctrinæ cum his principiis pugnare existimatur; Simillima docet in homilia de humilitate, ubi sic loquitur: Et, si proximum peccantem videris, cave consideres ipsius peccatum solum; sed etiam quæ fecit aut facit velle, cogita; & sæpe cum deprehendens teipso meliorem, expensis rebus omnibus, non una dumtaxat parte examinata, Neque enim Deus hominem ex parte expendit: Ego enim inquit, opera & cogitationes eorum venio congregaturus, Quinetiam cum Josaphat aliquando ob præsentem peccatum increpares, meminit quoque velle factorum ipsius, his verbis: Verumtamen verba bona inventa sunt in te.

In eandem sententiam accipienda hæc verba: Unumne malum reputat Deus, multa vero bona non reputat? Quos martyres qui primum negant, rursus redintegrata pugna cladem vesarsere? negant autem non animo, sed lingua; Caro namque infirma est. Excidit qui abrogat; rursus cum conficitur, instauratur. Nec enim mala observat Deus, bona vero nullo loco numerat. Et cum quis terqueretur, plerumque cessit cum ferre non posset, non commutans voluntatis propositum, sed labore victus. At dimissus, ac requiem natans, restituitur. Servabiturne dictam brevem adversus illum, tormenta vero non enumerabuntur? At Deus iudex est, non hominum audax. Audet legem præscribere Deo, qui infirmitatem novit, & suppeditat auxilium, dabitque victoriam? Quos sunt qui post vitam malam martyrium sustinuerunt? Num quoniam cupiditas illorum, præparabantur laboribus? Hic etiam de lapsis ad certamen redeuntibus agitur, quos instaurari aie auctor homilia, eisque merita prioris vite restitui contendit. Nec eos qui lingua, non animo jurant, a peccato eximit, sed eos a penitentia sine crudelitate excludi non posse declarat.

Tempus non teram in pluribus aliis explicandis, quæ non merito suo vituperata in his homiliis fuerunt. Quale est quod aie auctor homilia in illud, Ne dederis somnum oculis tuis, belluis solum inesse naturam, hominibus vero rationem, quæ naturæ parens est, Perspicua est hujus loci sententia, nec quisquam ignorare aut

negare possit quæcumque condita sunt, ratione condita fuisse; quo sensu ratio dicitur nature causa.

VII. De tractatibus sancti Basilio non multa nobis supersunt differenda: jam enim de libris adversus Eunomium, de Ascetico, Liturgia, & libro de Spiritu sancto egimus, Quompinus S. Basilio tribuantur duo posteriores adversus Eunomium libri, multæ asseruntur in Prefatione 3. comi. rationes, quarum duæ magni ponderis videntur, stili discrepantia & quod auctor libri 4. legat creati hominem per Deum, Basilius vero dicitur, Neque hæc legendi varietas in libris rejici potest: nam uterque ex sua legendi ratione argumentum adversus hæreticos ducit, Promittit quidem Basilius se explicaturum alibi Scripturæ testimonia, quæ prave ab hæreticis intelligebantur, in his illud Proverb. Dominus creavit me. Sed cum presbyter factus fuerit paulo post tres priores libros absolutos, videntur novæ illæ sacerdotii occupationes obstidisse quompinus promissa persiceret, Quamvis autem magna sit inter hos duos libros & tres priores stili dissimilitudo, non tamen sententia discrepant: & quæ ut absurde & inepte dicta reprehenduntur, ea explicare conabimur, ubi nonnulla in singulis tomis hujus editionis addenda & emendanda proponemus.

Aliæ asseruntur rationes, cur duo illi libri non sint tribuendi Basilio; quod in his libris præter morem & consilium Basilio Spiritus sanctus appelletur Deus: quod Filius prima sæpe dicatur, quam vocem in Eunomio vituperat Basilius: quod Pater, ne quatenus quidem principium est, Filio major esse dicatur, Sed hæc rationes non magni momenti: illa præsertim minime probanda, quam primo loco retuli, Et si enim Basilius Dei titulum interdum Spiritui non tribuebat, in hoc tamen temperamento non persistebat, sed publicè ac privatim, teste Gregorio Nazianzeno, Spiritum sanctum appellabat Deum, ubi tempus & locus ad eam rem idoneum nactus erat, Quinetiam hæc æconomia tum demum uti cœpit, cum factus est episcopus, ac proinde pluribus anni post scriptos in Eunomium libros, Hinc in epistola octava, Spiritum sanctum appellat Deum, Quod si in libro tertio adversus Eunomium non tam conceptis verbis hunc titulum Spiritui sancto tribuit; non videtur id de industria cavisse, sed quia cavillationes Eunomii non ei occasionem attulerunt huius vocis in tam brevi pertractatione usurpandæ, Quamquam eam non obscure usurpat, ut patet ex hoc testimonio: Neque si Deus, inquit, in nobis per Spiritum habitare dicitur, nonne manifesta impletas est, ipsum Spiritum dicere deitatis exortem? Et, si eos qui virtute perfecti sunt, deos nominamus, perfectio autem est per Spiritum; quomodo qui alios efficit deos, ille ipse destitutus deitate est? Nec vere plura fuerit dicere, ut in hominibus, ita & in Spiritu deitatem quæ participatione acquisita sit, honorari, non autem natura ei competere. Qui enim deo effectur Deus, mutabilis est natura, quæ nonnunquam per negligentiam a bonitate excidat. Id autem aperte salutatis baptismi repugnat traditioni: Euntes, inquit, baptizati in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Est enim baptismum sigillum fidei, fides vero assensus est deitati. Nam credere prius oportet, deinde baptisate obsequari. Est autem noster baptismus ex Domini traditione, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, nulla creatura, neque

pag. 315.

p. 65.

Basil. 66. 12.

2. Paral. 19. 3.

pag. 316.

pag. 317.

De libris in Eunomium.

pag. 154. tom. 1. p. 136.

lib. 3. pag. 116.

pag. 166.

Matth. 28. 19.

neque servo Patri ac Filio, coniuncto, cum del-  
tas in Trinitate compleatur. Nam quidquid extra  
hos est, id omne conservum est, etiam si maxime ob  
dignitatum præstantiam alia aliis anteponantur.  
Quod si auctor libri quinti Spiritum in Scriptu-  
ris Deum ac Dominum vocari contendit, *scus*  
& *Verbum*; nequaquam tot locis tamque mani-  
feste, sed eodem jure Dominum ac Deum dici  
contendit.

Neque etiam validum argumentum suppe-  
ditat vox *ysimus*, quæ a Basilio rejecta in li-  
bro secundo, non semel in quarto & quinto  
usurpatur. Eandem vocem ipse Basilius eodem  
sensu usurpat in libro 2. pag. 143. Quod si eam  
rejecit in eodem libro secundo, idcirco rejicit  
quod eam Eunomius instar legis præscriberet  
contemptis vocibus, quas a Scriptura & Tra-  
ditione accepimus.

Quamvis Basilius in libro primo doceat Pa-  
trem majorem esse quatenus principium est &  
causa; contrarium huic doctrinæ videri non de-  
bet quod in libro quarto statuitur, Patrem, ne  
ut causam quidem, majorem esse Filio. Nam,  
Basilii, ut supra observavimus, cum idem sem-  
per sententiat, non eodem semper modo in hæ-  
reticis refellendis versatur; & quamvis Patrem  
initio libri tertii majorem esse ordine & digni-  
tate pronuntiet, quatenus Filius ab illo esse ha-  
bet; negat in libro de Spiritu sancto Patrem  
dignitate præstare.

Videntur autem duo illi libri rudis quædam  
esse & incomposita argumentorum collectio, non  
opus arte & via concinnatum: nec privatim  
Eunomium petere, sed generatim hæreticos  
Triadis inimicos Eadem fere in libro quinto re-  
felluntur ac in libro sancti Basilii de Spiritu  
sancto: nec profecto Eunomium spectare possit  
hæc differendi ratio: *Nam si Spiritum non credis*  
*ex ore Dei processisse; neque Verbum credes....*  
*Quod si non credis in Spiritum, neque in Filium*  
*credis.* Longe aliter refellendus fuit Eunomius,  
cujus manifesta erat in Filium impietas.

Tam multa de Ascetico in Præfatione tomi  
secundi & apud Tillemontium disputata sunt,  
ut hanc materiam attingere non libeat. Hoc  
tantum observabo, Constitutiones monasticas eo  
scriptas esse tempore, quo cænobia majorem in  
modum accreverant. Id perspicui potest ex cap.  
18. ubi Cænobitica vita commendatur. *Sed quia*  
*plerique ascete simul degunt in communitate, an-*  
*imum mutuo exacuentes ad virtutem, & recte fa-*  
*ctorum comparatione seipsos ad progressum in bono*  
*faciendum concitantes; æquum esse putavimus, hos*  
*etiam sermonibus nostris adhortari.* Supra diximus  
Basilium cænobitice vitæ auctorem in Ponto &  
Cappadocia fuisse, ac rara ad modum in his &  
vicinis regionibus cænobia existisse, quo tem-  
pore abbas Pyamon eas peragravit. Quare con-  
stitutiones monasticæ vel in Cappadocia aut Ponto  
aut finitimis regionibus scriptæ non fuerunt,  
vel post Eustathium & Basilium scriptæ sunt.

Fatendum sane est duos libros de Baptismo,  
si verba spectentur, a Basilii nitore sermonis &  
elegantia multum recedere. Sed si sententiarum,  
quarum nulla prorsus non est Basilii, ratio ha-  
beat: si summa pietas in utroque libro mirifi-  
ce spirans, si ipsius scriptoris consideretur au-  
thoritas, qui non solum pluribus Basilii locis uti-  
tur pro suis, sed ipsa etiam Basilii scripta, ut  
propria laboris sui monumenta, citat; equidem  
malim Basilio orationem aliquam minus factam,  
minusque molliter euntem attribuere, quam ho-

S. Basilii Oper. Tom. III.

mini improbo & mendaci præstantissimum opus,  
ac eodem prorsus spiritu, quo omnia Basilii  
scripta, compositum.

Vidimus supra, cum de Eucharistia agere-  
mus in Præfatione, quanta sit librorum de Ba-  
ptismo cum aliis Basilii operibus similitudo. Nam  
quæ leguntur in Regula breviori 309. de iis  
qui minus puri ad Eucharistiam accedunt, ea  
uberius & clarius explicantur in libro 2. de  
Baptismo quæst. 2. & 3. Et quæ in Reg. brev.  
172. ac Moral. 21. de animi affectione ad per-  
cipiendam Eucharistiam necessaria dicta fuerant,  
rursus, illustrantur in libro 1. de Baptismo  
cap. 3.

Docet Basilius in proœmiis quæ Moralibus &  
prolixis regulis præfixit, omnia prorsus Dei præ-  
cepta adimplenda esse, ita ut si vel unum vio-  
letur aut omittatur, certissima sit futura damna-  
tio. Idem principium eodem modo exponitur in  
libro 2. de Baptismo cap. 1. n. 3. & lib. 2.  
Quæst. 4. 5. & 6. Præcipue vero Basilli doctrina  
agnoscitur, cum præceptum, quo jubemur omnes  
actiones ad Deum referre, commendatur in  
libro 2. n. 27. & in hac quæstione libri secun-  
di cap. 8. *An acceptum sit Deo opus præcepti, si*  
*non convenienter Dei præcepto fiat.* Hoc præ-  
ceptum caritatis eodem modo inculcatur in regu-  
la morali 18. cap. 1. & 2. Vide homiliam in  
Psalm. 44. pag. 86. & commentarium in Esa-  
iam n. 39. & 51.

Quinetiam auctor librorum de Baptismo cer-  
tissima Basilii scripta ipse sibi adjudicat. Sic  
enim quæstionem quintam proponit, *utrum ver-*  
*bo culibet non obsequi, sit aliquid ira & morte*  
*dignum, etiam si privatim non singulari conjuncta*  
*sint mina; deinde sic incipit: Dicitur quidem*  
*est fufus de hoc argumento in epistola de concor-*  
*dia, an videlicet verbo culibet non obsequi, sit*  
*aliquid ira & morte dignum.* Indicatur hoc loco  
proœmium Moralium, ubi hæc quæstio fufius  
tractatur, nec immerito hoc proœmium vocatur  
epistola de concordia. Ibi enim declarat Basilius  
adductum se esse ut Moralia scriberet, dum  
dissensionibus Ecclesiam perturbantibus territus,  
causam & remedium mali inquit. Sub finem  
quæstionis decimæ, quæ est de scandalo, hæc  
legimus: *Fufius autem hoc in prioribus quæstio-*  
*nibus exposuimus, ubi & eorum qui scandalum*  
*patiuntur clarius expensa est natura.* Non alia  
sane quæstio hic indicatur, nisi in brevioribus  
regulis interrogatio sexagesima quarta, ubi de  
scandalo differitur & de iis qui scandalizan-  
tur.

Quid ergo hac in re statuemus? Nilus di-  
versus: negare id non possumus. Ac sententiæ  
prorsus gemellæ: & quæ certissima sunt Basilii  
opera, ea sua esse declarat auctor librorum de  
Baptismo. Num improbam fraudem & turpe  
mendacium suspicabimur in tam sancti operis  
parente? Quidvis conjicere malim, quam ejus-  
modi suspicionibus indulgere. Nihil enim in  
operibus Basilii ad morum sanctitatem præstan-  
tius, quam duo de Baptismo libri. Nec credi-  
bile est eum, a quo compositi fuisse dicuntur,  
cum in legendo Basilio accuratissime versatus  
fuerit, non eum saltem ex hac lectione fructum  
percepisse, ut fraudem & mendacium odisset.  
Forse Basilius, dum eum aliquis morbus læso  
affigit, ut citius iis satisfaceret, quorum roga-  
tu scribebat, inceptum a se opus & in iis, quæ  
ad sententiæ spectant, informatum, alicui ex  
suis absolvendum commisit: ita ut sententiæ  
sint

z z

p. 165.

n. 6. 7. & 8.

n. 25.

p. 152.

cap. 6.

p. 162.

De Asceti-  
co.

n. 1. p. 291.

De duobus  
de Baptis-  
mo libris.

pag. 351.  
tom. 2.

pag. 326.

Aut Basiliæ, alium verba habeant auctorem. *Atheca Palatina colloquium Basiliæ cum Gregorio de sacerdotibus.* Suspectum fuit hoc opus Combesii, ob doctrinæ similitudinem cum Ascetico, quod Basilio adjudicat idem Combesius. Sed hæc ratio, ut observat Tillemontius id valet, ut certius Basilio attribuantur libri de Baptismo.

Nihil dicam de pluribus scriptis in appendices tomæ primi & secundi rejectis, de quibus consuli possunt præfationes his tomæ præfixæ. In appendice hujus tertii tomæ habemus librum de Virginitate, de quo egimus in admonitione eidem libro præmissa. Grammaticæ, quæ in nonnullis editionibus sub Basilio nomine prodit, locus in hac novissima editione non visus est

<sup>a</sup> Tillemont. tom. 9. p. 302.  
<sup>b</sup> Theol. part. 4. p. 26.

tribuendus. <sup>a</sup> Compendium esse existimatur operis a recentiore quodam Græco compositi. Narrat (b) Scultetus tres tractatus sub Basilio nomine in bibliotheca sua existare, nempe *expositionem sanctorum patrum Basiliæ & Gregorii theologi de sancta & orthodoxa fide: dialogum sanctorum Basiliæ & Gregorii de visione Dei*, qui latine editus est in editione Parisiensi anni 1603. & *Magni Basiliæ enarrationem in ea quæ in sacra liturgia peraguntur*. Addit idem Scultetus latere in biblio.

Hæc habebam quæ de S. Basilio rebus gestis & scriptis pro facultatis mediocritate differerem. Quo in opere minime dubito, quin multa inter tot difficiles obscurasque quæstiones, aut minus viderim, aut non, ut par erat, pertraxerim. Sed ne quis reprehendat quod sæpe a Tillemontii sententia discedam, cæteros autem, criticos rarius citem & refellam; hujus rei parci reddenda ratio. Tillemontius, magnum illud historię ecclesiasticę lumen, omnium accuratissime de rebus gestis Basiliæ differuit, ac innumera aliorum errata emendavit. Quare necesse non fuit variis aliorum opinionibus referendis & refellendis tempus extrahere, ac rebus tenebras offundere: sed satis erat Tillemontii premere vestigia, & si quid summo illi viro excidisset, observare & emendare. Næc idcirco eximius ille scriptor brevioribus foliis ornandus, quod in ejus scriptis interdum maculæ occurrant; quippe cum eo faciem præferente nævos, ejusmodi deprehendamus, & acceptis ab eo prædiis hos in antiquitate ecclesiastica progressus consequamur.



## INDEX CAPITUM VITÆ SANCTI BASILII.

## CAPUT I.

I. S. Basilii Casarea nascitur. II. Idque circa annum 329. III. De illius avis. IV. De patre Basilio & matre Emmelia. V. Basilii sub avia Macrina ac deinde sub patre puerilis institutio. VI. Casaream Cappadocum mittitur ad studia litterarum, idque multis rationum momentis probatur. pag. xxxvij.

## CAPUT II.

I. S. Basilii e Cappadocia Constantinopolim mittitur. II. Inde Athenas venit. III. Coniungitur amicitia cum Gregorio Nazianzeno. IV. Eorum studia & magistri & discipuli. V. Scribit Basilii Apolinario. Quo anno Athenas reliquit. p. xlj.

## CAPUT III.

I. S. Basilii in patriam redit & scenam mundi aliquid tribuit. II. Probabile est eum post reditum baptizatum fuisse. III. Naucratus illius frater moritur. IV. Vitam monasticam Basilii amplectitur, & Orientis ac Ægypti monasteria invisit. V. Alexandria morbo desentus scribit Eustathio. VI. Secedit in Pontum, frustra illum retrahente Gregorio. p. xliij.

## CAPUT IV.

I. Qui Basilium negant professione monastica vitæ obstrictum fuisse, refelluntur ex ipsius testimoniis. II. Probatur Basilium nihil sibi ex bonis suis reliquum fecisse. III. Professio etiam nominatim & conceptis verbis non pronuntiata violari non poterat. IV. Gregorius mediam inter anachoretas & ascetas actuosos viam elegit. Migades apud Gregorium iidem ac ascetæ actioni dediti. V. Basilii in monasteriis suis medium inter anachoretas ac migades vivendi genus instituit. p. xlv.

## CAPUT V.

I. S. Basilii cum Eustathio Sebasteno amicitia coniungitur. II. Qualis vir existit Eustathius. III. Decepit etiam S. Eusebium Samosatensem Eustathius fidei studium & sanctitatem præ se ferens. IV. Damnatus videtur fuisse in concilio Gangrensi. V. Nonnulla adversus hanc sententiam objecta solvuntur. VI. Non Aetii magister Eustathius, sed Aetii. p. xlviij.

## CAPUT VI.

I. S. Basilii cœnobitica vitæ auctor in Ponto & Cappadocia. II. Antea his in locis ascetæ bini aut terni degebant. III. Gregorio scribit, eumque ad se allicere conatur. Eorum vivendi ratio & occupatio. IV. Basilii labores monasterii finibus non continentur. V. De pluribus epistolis in secessu scriptis. p. liij.

## CAPUT VII.

I. Basilii Constantinopolim venit cum Basilio Ancyrano, cui operam navat adversus hæreticos. II. Dolens quod Dianius subscripsisset, fugit Nazianzum. III. Scribit Moraliam. Huic operi non convenit epistola de fide. Scripta Moraliam sub Constantio. IV. De epistola ad Maximum qui idem videtur esse ac S. Gregorii proditor. V. De pluribus epistolis in secessu scriptis, præsertim de decima quarta, & decima quinta. liv.

## CAPUT VIII.

I. De Juliani imperatoris ad sanctum Basilium epistola. II. S. Gregorius Nazianzenus presbyter creatur. III. Basilii accersitur a Dianio Casariensi, & cum eo communicat. Utrum merito hunc hominem laudaverit Basilii. IV. Dianio Casariensi succedit Eusebius sub Juliano. V. Julianus Casaream tendit. Spuria epistola Basilii & Juliani. VI. Casarienses maxime odit, Basilio & Gregorio minitur. VII. Videtur Basilii sub Juliano scripsisse adversus Eunomium. Sub eodem scripta due alia epistola. VIII. Ad idem tempus referenda S. Athanasii ad Basilium littera. IX. Probatur sub Juliano Gregorium Nazianzi episcopum subscripsisse formulæ non orthodoxæ. X. Statim post mortem Juliani Gregorius Basilium invisit. p. lviii.

## CAPUT IX.

I. Presbyter creatur Basilii. II. Ordinatus anno 364. III. De prima illius oratione & tribus epistolis. IV. Pacis causa secedit in Pontum. V. Redit Casaream, ut hanc ecclesiam Valente adveniente defenderet. VI. Secessio ponenda exeunte anno 364. aut ineunte 365. Reditus anno 365. p. lxij.

## CAPUT X.

I. Basilii arctissima conjunctio cum Eusebio episcopo Casariensi. II. Videtur in monasterio vixisse, & unam præcipue ecclesiam regendam accepisse. III. Basilii auctoritas sub Eusebio in ecclesiasticis negotiis ad Casaream, ut metropolim, spectantibus. IV. Quanam exstiterint ecclesiastica illa negotia. V. Quæ Basilii partes in iis quæ post synodum Lampfacenam gesta sunt. VI. Probatur hanc synodum anno 364. habitam fuisse. p. lxvj.

## CAPUT XI.

I. Quomodo presbyteri munere in ipsa urbe perfunctus Basilii. II. De illius epistolis 22. & 23. III. Caritas Basilii fame grassante. IV. Duo ea de re testimonia Gregorii Nysseni explicantur. V. Fames toto anno 368. perduravit. p. lxix.

## CAPUT XII.

I. Basilii Casario gratulatur inter Nicææ ruinas servato. Eusebio scribit epistolam 27. II. Episcopi sui morte afflictos Neocæsarienses consolatur. III. Item Ancyranos ob Athanasii mortem. Ibidem de epistolis 24. & 25. IV. Probatur utriusque episcopi & Emmeliæ matris Basilii mortem ad annum 368. exeuntem aut 369. ineuntem pertinere. V. Gregorio molestis negotiis implicato opem fert Basilii. VI. Samosata petit Basilii anno 369. Post reditum scribit Eusebio de morte Silvani Tarsensis. VII. Ante episcopatum epistola 35. 37. collocanda. VIII. De aliis primæ classis epistolis. p. lxxij.

## CAPUT XIII.

I. Morsuo Eusebio minus caute Basilii successoris electioni providet. II. Ipse Basilii utriusque Gregorii & Eusebii Samosatensium opera eligitur. III. Intercedunt plures episcopi & ante ordinationem discedunt. IV. Quo anno hæc peracta ordinatio. p. lxxvj.

CA.

## CAPUT XIV.

I. *Cæsariensium magna fidei studia. II. Jus exarabicum Cæsariensis ecclesie probatur. III. Post divisionem Cappadocia idem jus retinuerunt episcopi Cæsarienses. IV. Objecta solvuntur, & decretum secundæ synodi generalis explicatur.* p.lxxix.

## CAPUT XV.

I. *Basilii cura & sollicitudo in ecclesia regenda. II. Ei recens ordinato Gregorius adesse non potest. III. Scribit Basilius ad sanctum Eusebium. IV. Ejusdem litteræ ad eos qui gratulandi causa scripserant. V. Calumnie ei ut nimium severo structæ refelluntur in epistolis 51. 52. VI. Leges ab eolara in epist. 53. 54. 55.* p.lxxxij.

## CAPUT XVI.

I. *S. Basilii scribit S. Meletio. II. Episcopos Cappadocia placat, adjuvante Theologi Gregorii patre. III. Nysseni artificia ad pacem conciliandum. IV. Basilii prior scribit patruo Gregorio eumque placat. Tandem Gregorius Nazianzenus Basilium invisit. V. De epistolis 61. 65.* p.lxxxv.

## CAPUT XVII.

I. *S. Basilii Ecclesiam pacare aggreditur. II. Confugit ad S. Athanasium, misso Dorotheo diacono, ut auxilium ab Occidente impetretur. III. S. Athanasius mittit Petrum presbyterum in Cappadociam. IV. Basilii litteræ ad Meletium & ad Damasum papam. Iterum mittitur Alexandriam Dorotheus ut inde Romam proficiscatur.* p.lxxxvij.

## CAPUT XVIII.

I. *Quo tempore Pneumatomachi palam prodire ceperunt. II. Concio S. Basilii die festo S. Eupsythii. III. Vituperatur quod Spiritum sanctum non appellaverit Deum. Defenditur a Gregorio Nazianzeno. IV. Litteræ ea de re Gregorium inter & Basilium. V. Laudat S. Athanasius œconomiam S. Basilii.* p.lxxxix.

## CAPUT XIX.

I. *Circa hoc tempus Nyssæ ordinatur episcopus Gregorius Basilii frater. II. Basilii Eustochio ejusque servis patrocinium impendit. III. Dolor ejus & scriptæ ab eo epistolæ ob divisionem Cappadocia anno 371. excurte. IV. Theodorus hoc anno regebat Cappadociam. V. Elpidius ejus assessor. VI. Theodorus dignitas abrogatur, vel eam sponte abijcit.* p.xci.

## CAPUT XX.

I. *Initium persecutionis ab adventu Ariatorum. Euippio communionem denegat Basilii. II. Basilii certamen cum Præfecto ac deinde cum præposito coquorum. III. Non interfuit bis præliis Valens. IV. Scriptæ in hac persecutione epistolæ 79. & 80. V. Valens semel & iterum venit in ecclesiam, ut Basilio factam injuriam sarciat. VI. Basilio postea penam exilii infligit ab Arianis impulsus, sed gravi morbo filii cogitur sententiam mutare. VII. Rursus statuit eicere Basilium, sed calamus tertio conteritur. VIII. Insignis Gregorii locus explicatur, ac Valentem interum venisse in ecclesiam probatur ante mortem filii. IX. Miraculum calamorum Cæsarea factum. X. Hac persecutio ad annum 372. referenda.* p. xcij.

## CAPUT XXI.

I. *De epistola 81. II. Scribit Athanasio Basilii antequam Roma redeat Dorotheus: rogat eum ut prior scribat episcopis. III. Elias hoc anno 372. præses Cappadocia. IV. De epistolis Basilii 83. 88. p. xcviij.*

## CAPUT XXII.

I. *S. Athanasius respondet Basilio per Dorotheum Roma revertentem. Negat se priorem posse S. Meletio scribere. II. Probatum Athanasium illum, qui se a Meletio sine communionem dimissum queritur, Alexandrinum esse. III. Dorotheus reddit Basilio litteras Occidentalium. IV. Basilii respondet per Sabinum diaconum. V. Epistola communis Orientalium missa per eundem Sabinum. VI. Consulitur Basilii de domesticis communionibus.* p.c.

## CAPUT XXIII.

I. *Antimus Tyanensis metropolitana jura in secundam Cappadociam sibi arrogat. II. Gregorius Nazianzenus Basilio operam suam porrigit. III. Hac dissensio orta post discessum Valentis. IV. Pugna prope Sasima interest Gregorius ac rediens ordinatur Sasimorum episcopus. V. Reprehensus ob hanc ordinationem Basilii. VI. Peracta est Nazianzi, & ipso die Gregorius orationem septimam pronuntiat. VII. Paulo post invisitur a Nysseno & orationem sextam habet. VIII. Fugit Gregorius abjectis Sasimis, & dolorem suum Basilio significat pluribus litteris.* p. cij.

## CAPUT XXIV.

I. *S. Basilii exstruit prochoropium, & eo nomine accusatur ab episcopis apud Eliam. II. Redit Gregorius paulo post Pascha & coram Basilio quintam orationem pronuntiat. III. Episcopum Doaris ordinat, qui primus oppidi episcopus fuit. IV. De epistola Basilii 95. Elias accusatus Sophronio commendatur a Basilio. V. Petens Sasima Gregorius repellitur ab Antimo. Ejus tamen rogatu agit cum Basilio de congressu. Annuat Basilii ac scribit senatori Tyanensi. VI. Proficiscitur Sebastiam. Ibi Eusebio respondet per epistolam 98. Probatum de Gregorio Nazianzeno hic agi, ac eum ante Pascha ordinatum fuisse. Synodus in qualitates componuntur inter Basilium & Antimum. VII. Rursus in Armeniam Basilii, ut episcopos constitueret: at Theodorus eum juvare non vult, nec cum eo communicare. Cognoscit Basilii de criminibus Cyrillo episcopo illatis. VIII. Rediens scribit Terentio & Eusebio & epist. 101. Poemenium Satalensibus episcopum concedit.* p. cv.

## CAPUT XXV.

I. *S. Basilii conquiritur apud Præfectum, quod clerici Cæsarienses censui addicti fuerint. II. Invisit S. Eusebium. Rediens scribit ad filias Terentii & ad quemdam militem. III. Tres litteræ de negotio Julitte. Inde nata occasio scribendi ad Modestum. IV. Andronicum duces placare conatur Domitiano. V. Pacem conciliat in presbyterio Tarsensi. VI. Simplicia temeritatem comprimit. VII. De epist. 115. 117. VIII. Proditur a discipulis Eustathii.* p. cxl.

## CAPUT XXVI.

I. *Sanctissimus presbyter Cæsarea transit. Per eum agit*

agit Basilius de legatione Romam mittenda. II. Faustus ordinatur ab Antimo contra canones. III. Basilii exilium imminet. Ejus litteræ ad Urbicium & Theodorum. IV. Iter Basilii in Armeniam. V. Atarbius calumniis appetit Basilium. Ipse hæresis Sabellianæ accusatur. VI. Hunc Neocæsariensem episcopum fuisse ostenditur. p. cxliij.

## CAPUT XXVII.

I. Formula a S. Basilio propositæ subscribit Eustathius, sed paulo post omnia perturbat. II. S. Eusebius nascentem discordiam sedare conatur. III. Eustathius a Basilii communione discedit, eumque famoso libello lacerat. IV. Tres ea de re Basilii litteræ. Quo anni tempore hæc acta & scripta sunt. V. Basilius nondum liber ab exiliis minis. Ejus sententia de legatis Romam mittendis. Scribit Abramio per Sanctissimum epistolam 132. p. cxv.

## CAPUT XXVIII.

I. S. Basilii scribit Petro Alexandrino, Pæonio, & Diodoro. II. Incidit in gravissimum morbum & scribit S. Eusebio, Rumor de illius morte. Ad aquas calidas proficiscitur, unde scribit Antipatro. III. Invisitur ab Evagrio & S. Hieronymo. Implorant ejus præsidium Sebasteni orthodoxi. Vocatur ad electionem episcopi Iconiæ. IV. Die morbi quinquagesimo scribit S. Eusebio, ac non multo post Alexandrinis & Antiochenis. V. Duæ S. Eusebii litteræ, quibus respondet Basilius. Quo sensu Bosporium sibi adjunctum nuper fuisse dicit. VI. Nulla hoc anno Romam missa legatio. p. cxviiij.

## CAPUT XXIX.

I. S. Basilii morbus ad æstatem referendus. II. Diem festum S. Eupsychie celebrat, & paulo post tres litteras scribit in gratiam prochoetrophorum. III. Eusebium invitat Casaream, ejusque fratris filio scribit. IV. Invisitur a S. Ephem. V. Maximum tribus litteris commendat. VI. De epistolis 150. - 153. VII. Respondet Basilius Ascholio Thessalonicensi, & Sorano duci, a quo petit reliquias martyrum. VIII. Item Evagrio. Illius animam querunt Ariani. Scribit S. Eusebio & Antiocho. IX. Libenter de dogmate respondet Eupaterio. Epistola ad Diodorum de nuptiis cum sorore uxoris mortuæ. p. cxliij.

## CAPUT XXX.

I. Basilius anno 374. incunte interest funeri Gregorii patris. Scribit Amphilocho recens ordinato. II. Eger scribit ad S. Eusebium, & per Amphilocho ad Jovinum Comitam. Ob missum corpus S. Sabæ gratias agit Ascholio & Sorano. III. Exilium S. Eusebii, ad quem epistola 166. 167. quæ non sunt Basilii. IV. De Glycerio diacono qui cum virginum grege aufugerat. V. De epistolis 172. 175. VI. Furor in Basilium hæreticorum die festo S. Eupsychie. Inde nata occasio scribendi libri de Spiritu sancto. VII. Epistola ad conjugationem anni 374. spectantes. VIII. Nonnulla alia ad Samosatenses, ad episcopos Eusebio amicos & ad Antipatrum. p. cxlv.

## CAPUT XXXI.

I. Scribit sanctus Basilius primam epistolam canonicam. II. Circa idem tempus scripta epistola 189. ad Eustathium, quam Basilii esse ostenditur. III. Ref-

ponder Amphilocho de restituendo episcopatu in civitate Isaurorum, Agit in eadem epistola de cujusdam Georgii negotio, ad quod refertur etiam epistola 192. IV. De alia epistola quæ falso inscribitur Amphilocho. V. Basilium persequitur Pontii Vicarius. p. cxlxx.

## CAPUT XXXII.

I. Gravissimus Basilii morbus ante Pascha anni 375. Quatuor litteræ ad hunc morbum pertinent. II. Accurata historia translationis sancti Dionysii ex epistola sancti Basilii ad sanctum Ambrosium. III. De epistola 198. ad S. Eusebium. IV. Epistola canonica secunda & epistola 200. ad S. Amphil. Paulo post ep. 201. ad eundem scripta. V. Conc. Amphilocho de restituendis episcopibus, ad quod vocatur Basilius. p. cxliij.

## CAPUT XXXIII.

I. Dazimonem perturbat Eustathius & multos abstrahit a communione Basilii, qui ad eos scribit. II. Scribit etiam ad Neocæsarienses. III. Iterum mittit in Pontum & agit de congressu cum episcopis. IV. Neocæsariensibus nihil respondentibus iterum scribit. Duæ alie eadem de re ad amicos litteræ. V. Post festum sancti Eupsychie in Pontum proficiscitur. Eo veniente ad fratris ædes, turbatur Neocæsarea, Scribit ad eos & ad Olympium. VI. Basilio redeunti nuntiatur quid contra ipsum hæretici, quid contra Meletium Paulini sectatores moliantur. Plures his de rebus litteræ. VII. De epist. canonica tertia, & epist. 218. quæ simul missa est. VIII. Litteræ ad Samosatenses, ad Bercæenses & Chalcidenses per Acacium missæ. p. cxlxxvj.

## CAPUT XXXIV.

I. Scribit sanctus Basilius adversus Eustathium epist. 223. & 224. II. Demosthenes Vicarius Ponticæ ecclesiæ persequitur, Concilium hæreticorum Ancyra cogit. Gregorius Nyssenus e manibus Satellitum fugit, ejusque causa scribit Basilius Demostheni. III. Interest huic concilio Eustathius. Scribit Basilius adversus eum epistolam 226. IV. Euphronius Colonienfis ad sedem Nicopolitanam evehitur. Quatuor ea de re epistola Basilii. V. Aliud Nyssæ concilium hæreticorum. VI. Probatum utramque synodum ante annum 376. habitam fuisse. p. cxliij.

## CAPUT XXXV.

I. Amphilocho significat Basilius ea quæ geruntur. Respondet in alia epistola illius litteris & muneribus ad Natale Domini missis. Mittit commentarium in quo solvit illius quæstiones. II. Fronto mercatur episcopatum ab Arianiis. III. Resistunt acriter Nicopolitanis. IV. De epistolis 237. 241. ad Eusebium & ad Nicopolitanos. V. Legati in Occidentem Dorotheus & Sanctissimus presbyteri. VI. Probatum eos hoc anno circa Pascha, non citius profectos fuisse. p. cxlv.

## CAPUT XXXVI.

I. Reprehensus a Parraphilo Basilius ob bellum cum Eustathio, causa suæ justitiam defendit. II. Theophilo injurias redonat, sed roganti, ut cum Eustathio communicet, minime annuit. III. Persequutio Nicopolitanorum ingravescit. De epistola ad Amphilocho, & alia sine inscriptione. IV. Scribit iterum Basilius Parraphilo. De litteris ad Evafenos & initio anni apud Cappadoces. De ep. 252. V. Redeunt Dorotheus & Sanctissimus. Plures Basilii litteræ per Sanctissimum

*num feruntur. Consolatur Boracenses monachos, quorum ades Ariani incenderant. Item alios monachos ab Arianis vexatos. VI. Epistola ad Epiphanium de Apolinario & de rebus Antiocbenis. Scribit Basilius Palladio & Innocentio. VII. Consultus ab Oprimo explicat Scripturæ locum difficilem. VIII. Epistolæ ad Sozopolitanos & ad Urbicium de heresi Apolinariis. p. cxlvij.*

## CAPUT XXXVII.

*I. Dorothæus & Sanctissimus Romam iterum mittuntur. II. Non videntur consecisse quod præcipue illis propositum erat. III. Laudat Basilius confessores Ægyptios quod Apolinarium damnauerint. IV. Reprehendit quod Marcellianos ad communionem receperint. V. Reprehensi etiam fuere a Petro Alexandrino ad quem scribit Basilius ep. 266. VI. Examinatur an jure Basilius dixerit Marcellum ex Ecclesia exiisse. Quo tempore fidei confessio Athanasio oblata a Marcellianis. VII. Petri querelis de Dorothæo respondet Basilius in eadem epistola. p. clij.*

## CAPUT XXXVIII.

*I. Concilium Amphilocheii, in quo laudatur liber de Spiritu sancto. II. Epistolæ nonnullæ anno 377. & 378. scriptæ. III. De pluribus aliis in senectute S. Basilius scriptis. IV. De epistolis in episcopatu quidem scriptis, sed quarum tempus incertum. p. clvi.*

## CAPUT XXXIX.

*I. De epistolis quarum tempus incertum. II. De epistolis Basilius ad Libanium & Libanii ad Basilius. III. Maxime dubiæ videntur. IV. Sex epistolæ spuria. p. clviii.*

## CAPUT XL.

*I. Basilius mors & funus. II. Illius corporis & animi effigies. III. Quanta de illo exstiterint hominum iudicia. p. clx.*

## CAPUT XLI.

*I. Quanta apud antiquos sancti Basilius operum admiratio. II. De novem homiliis in Hexaemeron. III. De tribus homiliis quæ sunt de hominis structura. IV. De homiliis in Psalmos. V. De nonnullis in Psalmos homiliis, quæ spuria aut dubia existimantur. VI. De locis nonnullis, quæ in genuinas homilias assuta dicuntur fuisse. p. clxij.*

## CAPUT XLII.

*I. Commentarium in Esaiam prophetam perpauci Basilio non attribuerunt. II. Scriptum hoc opus intra illud tempus quo Basilius presbyter fuit. Scriptum etiam in Cappadocia. III. Basilius ingenium & sententiæ in hoc Commentario. IV. Eadem Scripturæ interpretanda ratio. V. Comparatur hoc opus cum homiliis de jejuniis & in ebriosos. VI. Nonnullis aliis exemplis & argumentis confirmatur auctorem Commentarii Basilius esse. VII. Solvuntur objecta. p. clxv.*

## CAPUT XLIII.

*I. De homiliis secundæ romi. Homilia secunda de jejuniis non auferenda Basilio. II. De homiliis 3. 4. 5. III. De homiliis 6. 7. 8. 9. quarum tempus examinatur. IV. De homiliis 10. 20. V. Homilia 21. in episcopatu scripta. De tribus aliis orationibus. De homiliis deperditis. VI. De homiliis in appendicem reiectis. Nonnulla explicantur perperam in bis homiliis vituperata. VII. De libris in Eunomium, Ascerico ac duobus libris de Baptismo. p. clxviii.*

## ELENCHUS

*Veterum librorum ad quos exacta & emendata sunt Basilius opera, quæ in hoc tertio volumine continentur.*

**L**iber de Spiritu sancto collatus cum quinque Regiis codicibus & uno Colbertino.

Ad epistolas S. Basilius magno exstare præsidio tres potissimum codices antiquissimi, Coislinianus n. 237. sæculo circiter undecimo scriptus, Harlæanus decimo aut undecimo, & Medicæus quem manu sua accuratissime cum editis contulit vir inter litteratos celeberrimus Antonius Maria Salvini. His tribus codicibus, saltem cum inter se consentiunt, plus visum est tribuendum, quam aliis omnibus. Primus complectitur epistolas 351. Harlæanus 249. Medicæus 323.

Huc accedere codex Reg. 2293. olim cardinalis Marini, complectens epistolas 272. Hic codex annorum est 500. & primus Regius a nobis vocatur. Codex Reg. 2897. quem secundum vocamus, complectitur epistolas 334. Codex Reg. 2896. continens epistolas 33. Codex Reg. 2502. continens epistolas 29.

Codex Reg. 1824. in quo tres epistolæ nempe 45. 243. & 260. Codex Reg. 1906. in quo epistolæ duæ nempe 2. & 46. Codex Reg. 1908. in quo reperitur epistola ad Chilonem.

Habemus etiam varias lectiones ex codicibus Combesianis, Bigotianis duobus, Claromontano, Anglicano, in quo epistolæ 28 Vaticano in quo epistolæ 327. nec non insignis ecclesiæ Parisiensis codice, qui idem videtur esse ac Bigotianorum alter. Suppeditavit bibliotheca Coisliniana codicem 288. in quo epistolæ 328. quem Coislinianum secundum vocamus, & alios nonnullos in quibus aliquot Basilius epistolæ Canones Basilius collati fuerunt cum pluribus codicibus ejusdem bibliothecæ, ex quibus codex 209. non esse sæculi existimatur, & cum Regiis codicibus 2038. 2039. 2043. 2044. 2502. 2505. 2508. 2509. 3027.







clxxxij EPIST. ORDO ANTEA VULGATUS AD NOVUM REDUCTUS.

Ordo novus.	Ordo antea vulgatus.	Ordo antea vulgatus.	Ordo novus.
233. CCCVIII.	Sine inscriptione, patrocini causa, 240.	298. CCXXI.	Bereasis, 182.
234. CXVII.	Sine inscriptione, piae ac religiosae exercitationis causa, 115.	299. CCXX.	Bereasis, 181.
235. CCXCVIII.	Sine inscriptione, causa pii viri, 236.	300. LII.	Ad Canonicas, 78.
236. XXXV.	Sine inscriptione, pro Leontio, 62.	301. CV.	Diaconis Terentii Comitii filius, 109.
237. CCCX.	Sine inscriptione, pro cognatis, 241.	302. CLXXIII.	Theodora canonica, 144.
238. CCXLIX.	Sine inscriptione viri pii causa, 209.	303. CCLVII.	Ad monachos ab Arianis vexatos, 212.
239. XI.	Sine inscriptione, amicitiam erogo, 49.	304. CCLXXXIV.	Ad Censitorem, causa monachorum, 231.
240. CCCXXXI.	Sine inscriptione, 246.	305. LXXXV.	De cavendo iurejurando, 97.
241. CLV.	Sine inscriptione, causa aliptae, 134.	306. CLXXXIV.	Eustatio Himmerii episcopo, 148.
242. CCXIII.	Sine inscriptione viri pii causa, 175.	307. CXIX.	Eustathii episcopo Sebastii, 115.
243. LXXXVIII.	Sine inscriptione, causa exactoris pecuniarum, 98.	308. LXXIX.	Eustathio episcopo Sebastii, 94.
244. CCLXX.	Sine inscriptione de raptu, 226.	309. CCXLV.	Theophilo episcopo, 207.
245. CCLXXXVII.	Sine inscriptione, contra ultores, 232.	310. CLXXXV.	Theodoro episcopo Berensi, 148.
246. CCLXXXVIII.	Sine inscriptione, contra ultores, 232.	311. CCLIV.	Felagio episcopo Laodiceae Syriae, 211.
247. CCCVII.	Sine inscriptione, 240.	312. CXCV.	Euphronio episcopo Coloniae Armeniae, 158.
248. XXXVII.	Sine inscriptione, causa illius qui secum fuerat enutritus, 63.	313. CXXII.	Papemio episcopo Satalorum, 116.
249. CCLXXXIX.	Sine inscriptione, de muliere afflicta, 232.	314. CCLV.	Vito Carthorum episcopo, 211.
250. CCXV.	Dorotheo presbytero, 177.	315. CXXXII.	Abramio episcopo Batnorum, 123.
251. CLXVI.	Eusebio episcopo Samosatorum, 141.	316. CLXXXI.	Otreio Meletines, 147.
252. CLXVII.	Eusebio episcopo Samosatorum, 142.	317. CCLX.	Optimo episcopo, 215.
253. CXXVII.	Eusebio episcopo Samosatorum, 120.	318. CXVIII.	Jovino episcopo Perrhes, 115.
254. XLVIII.	Eusebio episcopo Samosatorum, 76.	319. LXXXI.	Innocentio episcopo, 94.
255. CXLV.	Eusebio episcopo Samosatorum, 130.	320. CXXXIII.	Petro episcopo Alexandriae, 223.
256. Q.	Eusebio episcopo Samosatorum, 107.	321. CCLXVI.	Petro episcopo Alexandriae, 223.
257. CXXXVI.	Eusebio episcopo Samosatorum, 125.	322. CCV.	Elpidio episcopo, 168.
258. CLXII.	Eusebio episcopo Samosatorum, 139.	323. CCXC.	Nestario, 233.
259. XCVIII.	Eusebio episcopo Samosatorum, 105.	324. XCI.	Valeriano Illyricorum episcopo, 100.
260. CCXLI.	Eusebio episcopo Samosatorum, 201.	325. CCLVIII.	Epiphania episcopo, 213.
261. XCV.	Eusebio episcopo Samosatorum, 103.	326. CCLXIV.	Barba Edessa episcopo exulanti, 221.
262. CKLI.	Eusebio episcopo Samosatorum, 128.	327. CCLXVII.	Barba Edessa episcopo exulanti, 224.
263. CXCVIII.	Eusebio episcopo Samosatorum, 179.	328. CXXIV.	Theodoro, 117.
264. CCXXXVII.	Eusebio episcopo Samosatorum, 198.	329. CXCII.	Sophronio Magistro, 157.
265. CXXVIII.	Eusebio episcopo Samosatorum, 110.	330. CCLXXII.	Sophronio Magistro, 227.
266. CLXXXII.	Presbyteris Samosatenibus, 147.	331. LXXVI.	Sophronio magistro, 93.
267. XXXI.	Eusebio episcopo Samosatorum, 60.	332. XCVI.	Sophronio magistro, 103.
268. CXLVI.	Antiocho, 130.	333. CLXXX.	Sophronio Magistro, in Eumathii gratiam, 147.
269. CLXVIII.	Antiocho presbytero fratris Eusebii filio, qui cum patre exul. versabatur, 142.	334. CLXXVII.	Sophronio Magistro, 146.
270. CLVII.	Antiocho, 136.	335. CLXXII.	Sophronio episcopo, 144.
271. CLVIII.	Antiocho, 136.	336. CCLXXXII.	Ad episcopum, 230.
272. CCXVI.	Meletio Antiochiae episcopo, 177.	337. CLIV.	Ascholio episcopo Thessalonicensi, 134.
273. LXXXIX.	Meletio episcopo Antiochiae, 98.	338. CLXIV.	Ascholio episcopo Thessalonicensi, 140.
274. CCLXXXIX.	Modesto praefecto, 111.	339. GLXV.	Ascholio episcopo Thessalonicensi, 140.
275. CCLXXX.	Modesto praefecto, 111.	340. CXCI.	Timotheo chorepiscopo, 233.
276. CXI.	Modesto praefecto, 111.	341. CXXXIV.	Phonio presbytero, 124.
277. CX.	Modesto praefecto, 111.	342. CLVI.	Evagio presbytero, 135.
278. CCLXXXI.	Modesto praefecto, 230.	343. CXXIII.	Urbicio monacho, 117.
279. CIV.	Modesto praefecto, 108.	344. CCLXII.	Urbicio monacho, 219.
280. CCXIX.	Clero Samosateni, 180.	345. CCXXXIV.	Genethio presbytero, 186.
281. CCVIII.	Eulancio, 171.	346. CCCL.	Maximo consolatoria, 236.
282. CCCXXIX.	Phalorio, 246.	347. CCCII.	Uxori Brisonis consolatoria, 238.
283. CLXXIV.	Ad viduam, 145.	348. CCVI.	Elpidio episcopo consolatoria, 169.
284. CCLXXXIII.	Ad viduam, 230.	349. CCXIV.	Terentio Comiti, 175.
285. CCXCVI.	Vidua, 236.	350. LXIV.	Helychio, 85.
286. CCXCVII.	Vidua, 236.	351. LXXII.	Helychio, 90.
287. CVII.	Julitta vidua, 110.	352. CCXCIX.	Censitori, 237.
288. CVIII.	Tutori heredum Julittae, 210.	353. CCCXIII.	Censitori, 241.
289. XCIII.	Ad Caesariam patriciam de comunione, 110.	354. LVI.	Fergamio, 81.
290. CCXXVIII.	Coloniae Magistratibus, 191.	355. CCCXXXIII.	Philagrio Arceno, 244.
291. CCLII.	Ponticae dioecesis episcopis, 211.	356. CXLVII.	Aburgio, 131.
292. CCXXVII.	Clericis Colonienibus consolatoria, 349.	357. CCCIV.	Aburgio, 239.
293. CCLXV.	Eulogio, Alexandro & Harpocrati Aegypti episcopis exulibus, 221.	358. XXXIII.	Aburgio, 61.
294. CLXXXIII.	Samosatorum Senatui, 147.	359. CXCVI.	Aburgio, 158.
295. CCXCV.	Monachis, 235.	360. CLXXXVIII.	Aburgio, 146.
296. CIII.	Satalenibus, 108.	361. LXXV.	Aburgio, 92.
297. CCXXII.	Ad Chalcidas, 182.	362. XXVI.	Caesario Gregorii fratris, 57.
		363. LXV.	Atarbio, 86.
		364. CXXVI.	Atarbio, 119.
		365. CCLXXVI.	Harmatio magno, 228.
		366. CXXXVII.	Antipatro, 225.
		367. CCCXXVIII.	Hyperechio, 246.
		368. CXCIV.	Zoilo, 137.
		369. CXIII.	Meletio archiatro, 177.
		370. CCXII.	Hilario, 274.
		371. LXIII.	Principali Neocaesariae, 85.
		372. XCIV.	Helix rectori provinciae, 202.
		373. XXI.	Leontio sophista, 33.
		374. CLII.	Victori exercitus duci, 193.
		375. CCCXXIV.	Palimico medico, 245.
		376. CXLVIII.	Trajano, 131.
		377. CXLIX.	Trajano, 131.
		378. CLXIII.	Jovino Comiti, 240.
		379. LXXIV.	Martiniano, 95.
		380. CLXXIX.	Arintheo, 146.
		381. CCCXXV.	Magniniano, 245.
		382. CXXXI.	Olympio, 182.
		383. XXIII.	Commendatitia ad monachum, 75.





elxxxiv S. BASILII EPISTOLARUM INDEX ALPHABETICUS

Neocæsares Principali, lxiii.  
 Ad Neocæsarienses, cciv.  
 Ad clericos Neocæsarienses, ccvij.  
 Ad primores Neocæsares, ccx.  
 Nicopolitanis clericis, ccxxix, cclxvj.  
 Magistratibus Nicopolitanis, cccxx.  
 Nicopolitanis presbyteris, cccxxviii, cclx.  
 Nicopolitanis, cclxvij.  
 Nicopolitanis magistratibus, cccxx.  
 Notario, cccxxxiiij.  
 Numerario præfidum, cclij.  
 Numerario æteri, cclij.  
 Occidentalibus, xc, cclxij, cclxiiij.  
 Olympio, iv, xij, xiiij, cxxx, ccxj.  
 Optimo episcopo, cclx.  
 Origeni, xvij.  
 Otreio Meletines, clix.  
 Pæonio presbytero, cxxxiv.  
 Palladio & Innocentio monachis, cclix.  
 Palladio, cclxij.  
 Paregorio presbytero, lv.  
 Parnassi ecclesiam consolatoria, lxiij.  
 Pafnico medico, cccxxiv.  
 Patrophilo Ægeensis ecclesiam episcopo, cclxiv, ccl.  
 Pelagio episcopo Laodicæ Syriæ, ccliv.  
 Pergamio, lvj.  
 Petro episcopo Alexandriæ, cccxiiij, cclxvj.  
 Phalerio, cccxxix.  
 Philagrio Aroeno, cccxxiiij.  
 Pomenio episcopo Satalorum, cclxij.  
 Ponticæ diocesis episcopis, cclij.  
 Præposito, lxxxvj.  
 Præfidi, lxxxiv.  
 Principali, cccxj.  
 Samofatensibus presbyteris, cclxxxij.  
 Samofatensi clero, cclxij.  
 Samofatorum senatui, cclxxxiiij.

Satalenis, cij, ciiij.  
 Sebastie Principali, cccvj.  
 Ad simpliciam hæreticam, ccv.  
 Sophronio episcopo, cclxiiij.  
 Sophronio magistro, xxxij, lxxvj, xcvj, cclxvij, cclxxx,  
 cccij, cclxxij.  
 Sozopolitanis, cclxj.  
 Tarfenibus presbyteris, cclxij.  
 Teclæ, cccxxj.  
 Terentio comiti, xcix, ccciv.  
 Diaconis Terentii comitis filibus, ev.  
 Theodoro, cclxij.  
 Theodoro canonicæ, cclxxij.  
 Theodosio Imperatori, ccclxv.  
 Theodoro episcopo Nicopolitano, cclxj, cclxxx.  
 Theodoro episcopo Beroæ, cclxxxv.  
 Theophilo episcopo, cclxlv.  
 Timotheo chorepiscopo, cccxj.  
 Tractatori præfidum, cclxlv.  
 Trajano, cclxvij, cclxix.  
 Tyanorum senatui, xcviij.  
 Valeriano Illyricorum episcopo, xcj.  
 Valeriano, cclxxviii.  
 Victori, cclij, cclij.  
 Ad Viduam, x, cclxxiv, cclxxxiiij, cccxvj, cccxlvij.  
 Ad Virginem lapsam, xlvj.  
 Vito Carrhorum episcopo, cclv.  
 Urbisio monacho, cclxiiij, cclxij.  
 Zoilo, cclxiv.  
 Epistolæ sine inscriptione, xj, xxiij, xxxv, xxxvj, xxxvij,  
 lxx, lxxvij, lxxviii, lxxxv, lxxxvij, lxxxviii, c, cxvij,  
 cly, ccix, ccxiiij, cclix, colxx, cclxxxiiij, cclxxxv, cclxxxij,  
 cclxxxiv, cclxxxvij, cclxxxviii, cclxxxix, cccxviii, ccc,  
 cccv, cccvij, cccviii, cccix, cccx, cccxiv, cccxv, cccxvj,  
 cccxvij, cccxviii, cccxix, cccxx, cccxxij, cccxxv, cccxxvij,  
 cccxxx, cccxxxj, cccxxxij.

CATALOGUS

Eorum quæ tertio Tomo Operum sancti Basilii Magni continentur.

Liber de Spiritu sancto. pag. 1.  
 Sancti Basilii epistolæ secundum ordinem temporum nunc primum dispositæ & in tres classes distributæ.  
 Classis I. continet epistolæ ante episcopatum scriptas ab anno 357. ad annum 370. quibus adduntur nonnullæ dubiæ, quia vi-  
 dentur ad hoc tempus pertinere. p. 37.  
 II. Quas episcopus scripsit ab anno 370. ad annum 378. p. 76.  
 III. Epistolæ nulla temporis notas signatas cum pluribus dubiis & spuris nonnullis. p. 234.

A P P E N D I X.

Sermones viginti quatuor de moribus per Symeonem Magistrum & Logothetam  
 selecti ex omnibus sancti Basilii operibus.

SERMO I. DE virtute & vitio,	pag. 258.
II. De doctrina & admonitione,	262.
III. De caritate in Deum & proximum,	265.
IV. De eleemosyna,	267.
V. De divitiis & paupertate,	270.
VI. De avaritia,	274.
VII. De peccato,	278.
VIII. De pœnitentia,	283.
IX. De oratione,	288.
X. De jejuniis,	290.
XI. De morte,	292.
XII. De tristitia & animi dejectione,	298.
XIII. De patientia & longanimitate,	301.
XIV. De futuro judicio,	303.
XV. De imperio ac potestate,	305.
XVI. De ingluvie & ebrietate,	308.
XVII. De ira & odio,	311.
XVIII. De invidia & malevolentia,	313.
XIX. De temperantia & incontinentia,	315.
XX. De humilitate & inani gloria,	317.
XXI. De prospera & adversa fortuna, & de prudentia,	319.
XXII. De providentia,	320.
XXIII. De anima,	322.
XXIV. De honore parentibus exhibendo, ac de senectute atque juventute,	323.
Liber de Virginitate,	325.








I

SANCTI PATRIS NOSTRI  
**BASILII,**  
 CESAREÆ CAPPADOCIÆ  
 ARCHIEPISCOPI,  
 LIBER DE SPIRITU SANCTO,  
 AD S. AMPHILOCHIUM ICONII EPISCOPUM.

*Ex interpretatione Erasmi plurimis locis emendata.*

*Proœmium in quo ostenditur necessarias esse A  
 de minutissimis Theologiæ partibus per-  
 scrutationes.*

CAPUT I.



**C**OLLAUDAVI in moribus tuis discendi & laborandi studium; ac supra modum delectatus sum attentione, atque vigilantia elucente in tua illa sententia, qua vocem nullam ex iis quæ in omni sermonis usu de Deo proferuntur, citra examen relinquendam putas, o caput carum, mihi que maxime omnium pretiosum, frater Amphilochi. Postquam enim recte audivisti hanc Domini admonitionem, *Quisquis petit, accipit, & qui querit, invenit*, petendi diligentia, vel desidiosissimum mihi videris ad impartendum excitare posse. Quin & illud in te majorem in modum admiror, quod non tentandi gratia, ut nunc plerique, quæstiones proponis, sed ut quid sit verum investiges. Nam qui curiosis auribus nostra verba captent, quique quæstiones nobis objiciant, horum hoc tempore magna est copia. At in animum discendi avidum, quique ad

*Lec. 11. 10.*

*S. Basilii. Oper. Tom. III.*

ficillimum est incidere. Etenim ut venatorum laqueus & hostium insidiæ, ita fraudem occultam & arte instructam habent multorum interrogationes, qui proferunt in medium quæstiones, non ut ex his aliquid capiant utilitatis, sed ut si minus accommodatas suæ cupiditati responsiones inveniant, hanc belli causam habere justam videantur.

2. *Quod si stulto interroganti sapientia* Prov. 17. 28.  
*imputabitur* : Auscultatorem prudentem Esa. 3. 3.  
 quem propheta cum admirabili consiliario copulavit, quanti æstimabimus? Æquum est profecto ut eum approbatione omni complectamur, ac longius provehamus, manum illius studio simul admoventes, & in omnibus cum eo ad perfectionem contendente laborantes. Nam haud perfunctorie voces Theologicas audire, sed conari, quid in quaque dictione, quid in quaque syllaba reconditi sensus lateat perscrutari, non est eorum qui segnes sunt ad pietatem, sed qui vocationis nostræ scopum intelligunt : quandoquidem nobis propositum est, ut similes efficiamur Deo, quatenus humanæ naturæ fas est. Porro similitudo non est absque cognitione : cognitio vero sine documentis non paratur. Doctrinæ autem initium est oratio, orationis partes syllabæ ac dictiones. Proinde syllabas

A excu-

excitere, non est aberrare a scopo. Nec vero quoniam minutæ, ut alicui forte videbuntur, quæstiones; idcirco & negligendæ sunt: imo quoniam difficilis est inventu veritas, undique nobis est vestiganda. Et enim si ut artes, ita & pietatis acquisitio paulatim minutis accessionibus augetur; nihil est contemnendum iis qui ad cognitionem instituuntur: quemadmodum si quis prima elementa ut minuta contemnat, numquam perfectorum sapientiam assequetur. Næ & Non, syllabæ duæ sunt: attamen bonorum optimum veritas, & extremus pravitatis terminus mendacium, frequenter his minutis verbis comprehenduntur. Sed quid hæc commemoro, cum jam si quis vel capite annuat, tum cum martyrio pro Christo perfungendum est, totam pietatem explevisse judicetur? Quod si hæc ad hunc habent modum, quid esse possit in his verbis, quæ de Deo dicuntur, adeo pusillum, ut vel recte vel secus dictum, non magnum habeat momentum in utramque partem? Nam si ex lege nec unum iota nec apex unus præteribit, quomodo nobis tutum fuerit vel minutissima transilire? At quæ tute a nobis enucleari postulasti, eadem exigua sunt & magna: prolationis quidem compendio exigua, atque ob id fortasse contemptui obnoxia, sed rerum significatarum vi magna: ad similitudinem sinapis, quod cum sit minutissimum inter arida semina, si cura debita adhibeatur, in altitudinem satis magnam exurgit, ubi vis in eo latens sese explicuerit. Quod si quis ridet, nostram videns circa syllabas, ut Psalmi verbis utar; fabulationem; ipse quidem futurum sciat, ut infrugiferum sui risus fructum metat, nos vero haudquam cedentes hominum convitiis; nec illorum vituperatione victi studium investigandi deseramus. Tantum enim abest, ut me harum rerum tamquam minutarum pudeat; ut si vel minimam dignitatis earum partem attingam, tum mihi gratulaturus sim, ut magna quædam assequuto, tum fratri nobiscum hæc perscrutanti, non mediocre lucrum hinc dicturus obvenisse. Itaque cum in minimis verbis conspiciam certamen maximum, spe præmii non detrecto laborem: ratus sermonem tum mihi fore utilem, tum audientibus satis magnum fructum allaturum. Quapropter cum ipso jam, (dicendum enim est) sancto Spiritu ad explanationem accedam. Et si vis ut me in disputationis viam inducam, ad hujus quæstionis originem paulisper divertam.

Unde enata  
hujus libri  
scribendi oc-  
caso.

3. Nuper precanti mihi cum populo, & utroque modo glorificationem absolventi Deo ac Patri, interdum cum Filio una cum sancto Spiritu, interdum per Filium in san-

cto Spiritu; quidam ex iis qui aderant, crimen intenderunt, dicentes nos non modo peregrinis ac novis uti vocibus, verum etiam inter se pugnantibus. Tu porro maxime illorum utilitati consulens, aut si prorsus ipsi insanabiles sint, tamen propter eorum, qui in ejusmodi homines incidunt, securitatem, postulasti quampiam dilucidam doctrinam de vi harum syllabarum evulgari. Jam igitur nobis breviter dicendum est, quantum orationi ratum quoddam & exploratum principium ponentibus fieri potest.

Unde sit orta hæreticorum de syllabis observatio.

## C A P U T II.

4. **E**X illis illa istorum hominum de syllabis ac dictionibus observatio, non simplex est, quemadmodum alicui videri possit, neque ad mediocre malum tendit, sed profundum habet atque obiectum adversus pietatem consilium. Contendunt enim ostendere dissimilem esse prolationem Patris, & Filii, & Spiritus sancti, tanquam inde facilem habituri ipsius etiam secundum naturam dissimilitudinis probationem. Habent enim isti vetus quoddam commentum ab Aetio hujus hæreseos principe inventum, qui in epistolis suis alicubi scripsit ea quæ secundum naturam dissimilia sunt, dissimiliter proferri: ac vice versa, quæ dissimiliter proferuntur, esse dissimilia secundum naturam. Atque ad hujus dicti confirmationem traxit Apostolum dicentem, *Unus Deus & Pater, ex quo omnia, & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia.* Quemadmodum igitur voces se habent inter sese: ita, inquit, se habebunt & naturæ, quæ per ipsas significantur: sed inter se discrepant *per quem & ex quo*: dissimilis igitur Patri Filius. Ex hoc itaque morbo & istorum circa præpositiones nugacitas dependet. Unde Deo quidem & Patri tanquam eximiam quandam portionem attribuunt illud, *ex quo*: Filio vero & Deo assignarunt illud, *per quem*: Spiritui autem sancto, illud, *in quo*; negantque hunc syllabarum usum usquam inverti, ut, quemadmodum dixi, ex discrepantia prolationis simul appareat & naturæ discrepantia. Atqui non obscurum est, eos dum de syllabis subtiliter nugantur, impiæ doctrinæ vim ac robur adstruere. Siquidem his syllabis, *ex quo*, conditorem volunt significari: rursus his, *per quem*, ministrum aut instrumentum: his denique, *in quo*, tempus aut locum declarari: ut is qui condidit universa, intelligatur nihilo honorabilior instrumento: Spiritus autem sanctus

Ab Aetio  
vum Pneu-  
matomacho-  
rum com-  
mentum.

1. Cor. 8.

Etus nihilo plus, quam locus aut tempus, ad res condendas attulisse videatur.

Ariti sunt transferre; nec pudet Christianos ferræ aut mallei vocabulum universæ creaturæ conditori attribuere.

*E mundana Philosophia natam esse de syllabis sopsificam disputationem.*

## CAPUT III.

5. **I**NDuxit porro ipsos in hunc errorem externorum quoque scriptorum observatio, qui voces, *ex quo*, & *per quem*, rebus natura separatis attribuerunt. Siquidem illi putant his vocibus, *ex quo*, significari materiam: his vero, *per quem*, instrumentum designari, aut prorsus ministerium. Vel potius (quid enim vetat, tota illorum doctrina repetita, paucis arguere, & quam isti homines dicant a vero dissidentia, & quam ipsi non consent sibi) qui inani philosophiæ dederunt operam, dum multifariam exponunt causæ naturam, eamque in propria significata dividunt, alias ajunt esse causas principales, alias cooperantes, aut concausales, alias autem hanc rationem habere, ut sine iis nihil efficiatur. Atque harum cuique peculiarem etiam attribuunt appellationem, ita ut aliter opifex, aliter instrumentum significetur. Nam opifici congruere existimant illud, *a quo*; ajunt enim proprie dici, a fabro factum fuisse scamnum: at instrumento convenire illud, *per quem*; dicunt enim, per securim & rebellum & reliqua. Similiter hanc particulam, *ex quo*, illi faciunt propriam materiæ: siquidem e materia fit opificium. Porro particulam, *juxta quod*, putant significare conceptum animo, vel extrinsecus objectum artifici exemplar. Vel enim prius cogitatione sibi depingit id quod facere destinat, & sic quod animo concepit, ad opus perducit: vel ad exemplar jam editum respiciens, ad illius similitudinem operationem dirigit. Hanc autem particulam, *propter quod*, volunt competere fini: scamnum enim esse factum ad usum hominum. Denique his verbis, *in quo*, tempus aut locum indicari. Quando enim factum est? in tali tempore. Ubi factum est? in tali loco. Hæc autem tametsi nihil conferunt ad id quod fit, tamen absque his nihil potest fieri. Operantibus enim & loco & tempore opus est. Has observationes ex inanibus disciplinis ac vana deceptione desumptas cum isti didicerint atque admirati sint, eas etiam ad simplicem & arte omni carentem Spiritus doctrinam transferunt, ut & Deum Verbum diminuant, & Spiritum sanctum rejiciant: qui quidem vocem instrumentis inanimis aut servili ac prorsus humili ministerio a profanis scriptoribus assignatam, loquor de dictione, *per quem*, ad Dominum universorum non velle. *S. Basilii Oper. Tom. III.*

*Harum syllabarum usum sine discrimine in Scriptura adhiberi.*

## CAPUT IV.

6. **N**Os porro frequenter his uti vocibus etiam veritatis sermonem confitemur, haud tamen Spiritus libertatem humilibus & abjectis exterorum disciplinis ullo modo servire dicimus: verum habitatio- ne ejus quod subinde occurrit, enuntiationes congruenter usui convenienterque immutari. Neque enim illud, *ex quo*, prorsus significat materiam, quemadmodum illi putant: sed est Scripturæ familiaris hanc vocem ad supremam causam adhibere. Exempli causa in hoc loco, *Unus Deus ex quo omnia*. Ac rursus, *Omnia autem ex Deo*. Utitur tamen veritatis sermo hac ipsa dictione etiam sæpe de materia, veluti cum ait: *Facies arcam e lignis imputrescibilibus*. Et, *Facies candelabrum ex auro puro*. Et, *Primus homo e terra terrenus*. Et, *E luto compositus es tu æque atque ego*. At isti, ut naturæ, quemadmodum diximus, diversitatem constituent, definierunt hanc vocem soli Patri congruere. Ac principia quidem observationis acceperunt ab externis scriptoribus, non tamen his in omnibus accurate inferviunt: sed Filio quidem secundum præscriptionem illorum, instrumenti vocabulum imposuerunt, Spiritui vero sancto, loci. Ajunt enim, *In Spiritu*: & ajunt, *Per Filium*. At Deo vocem, *ex quo*, attribuerunt, non amplius hic alienos sequentes, sed ad Apostolicos, ut ipsi dicunt, usus transeuntes; secundum quod dictum est, *Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu*. Et, *Omnia autem ex Deo*. Quid igitur est, quod ex hac argutia conficitur? Alia natura causæ, alia instrumenti, alia loci: alienus ergo secundum naturam Filius a Patre, si quidem & instrumentum ab opifice: alienus etiam & Spiritus sanctus, quandoquidem separatur locus aut tempus ab instrumentorum aut eorum qui instrumentis utuntur natura.

*Et de Patre dici per quem, & de Filio, ex quo, & de Spiritu Sancto.*

## CAPUT V.

7. **A**D hunc quidem modum se habent, quæ ab istis afferuntur: nos autem demonstrabimus quod proposuimus, nec Patrem sibi sumentem has voces *ex quo*, ad Filium projecisse has, *per quem*, neque rur-

sus a Filio, sicut isti præscribunt, non recipi Spiritum sanctum in consortium harum vocum, ex quo, aut, per quem, quod tamen nova istorum distributio definit. Unus Deus & Pater, ex quo omnia : & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia. Non sunt hæ voces legem ferentis, sed hypostasises distinguentis. Non enim ut naturæ induceret diversitatem, sed ut inconfusam Patris & Filii notionem exhiberet, ita loquutus Apostolus. Nam quod hæ voces inter se contrariæ non sint, neque velut in prælio separatæ adversus hostilem aciem, ad bellum inter se gerendum excitent naturas ad quas accesserint, inde liquet. Collegit ambas in una & eadem persona beatus Apostolus dicens : Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipsum omnia. Quod autem hæc ad Dominum referat, quivis fatebitur, qui vel tenuiter inspiciat mentem orationis. Cum enim Apostolus prius ex Esajæ prophetia posuisset illud, *Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit?* Subjecit : Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipsum sunt omnia. Quæ certe de Deo Verbo universorum conditore dicta esse a Propheta, ex iis quæ præcedunt, discas licebit. *Quis mensus est manu aquam, & calum palmo, & totam terram pugno? Quis statuit montes in libra, & colles in statera? Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius illi fuit?* Nam hæc dictio, *quis*, hic non prorsus id quod haberi nequit, significat, sed quod est rarum : velut in hoc, *Quis insurget mihi adversus perverse agentes?* Et, *Quis est homo qui vult vitam?* Et *Quis ascendet in montem Domini?* Similiter & hoc loco dictum, *Quis est qui cognovit sensum Domini, & consilii illius particeps fuit?* Pater enim diligit Filium, & omnia ostendit illi. Hic est qui continet terram, eamque pugno complexus est : qui cuncta digessit in ordinem, eaque ornavit : qui & montes æqualiter libravit, & aquis terminos præscripsit, & omnibus quæ in mundo sunt, suum designavit ordinem : qui totum cælum modica totius suæ potestatis particula comprehendit : quam sermo propheticus figurate palmum appellavit. Unde congruenter Apostolus adjecit, *Ex ipso, & per ipsum, & in ipsum omnia.* Ex hoc siquidem iis quæ sunt, causa ut sint manat, juxta voluntatem Dei & Patris. Per ipsum perseverant ac consistunt omnia : universorum conditore unicuique rei creatæ ea etiam quæ ad sui conservationem necessaria sunt dimetiente. Quapropter sane etiam universa sese ad illum convertunt, invincibili atque infedabili quodam desiderio, & arcano affectu ad auctorem & largitorem vitæ respicientia, juxta illud quod scriptum est : *Oculi omnium in te sperant.* Et rursus : *Omnia a te expectant.* Et, *Aperis tu manum tuam, & implet omne animal benedictione.*

8. Quod si adversus hanc nostram expositionem instabunt, quæ illos ratio liberabit, quominus evidenter in se ipsos incurrant? Etenim si concessuri non sunt de Domino dictas esse has tres voces, ex ipso, & per ipsum, & in ipsum : omnino necessum est, ut Deo & Patri proprie tribuantur. Atque hinc palam conciderit illorum observatio. Reperitur enim non modo, ex quo, sed etiam, per quem, accommodari ad Patrem. Quæ vox si nihil præ se fert humile, quam tandem ob causam eam velut inferioris dignitatis assignant Filio? Quod si omnino declarat ministerium, respondeant nobis : Deus gloriæ & Pater Christi, cujus principis est minister? Igitur isti quidem ad hunc modum a seipsis undique subvertuntur, nobis autem utrinque quod firmum est servabitur. Etenim si ve de Filio evicerit dictum esse quod recitavimus, comperietur hæc particula, ex quo, Filio convenire : si ve quis contendat prophetæ verba ad Deum esse referenda, rursus concedet vocem hanc, per quem, Deo congruere ; & utraque vox parem dignitatem obtinebit, eo quod pari ratione de Deo usurpetur. Atque juxta modum utrumque, perspicuum erit has particulas parem inter se habere dignitatem, quod de una eademque persona usurpatæ sint. Sed ad propositum revertamur.

9. Apostolus scribens Ephesiis, ait : *Veritatem autem loquentes in charitate, crescimus in ipsum per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus dum compingitur & connectitur, per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in mensura uniuscujusque partis incrementum corporis facit.* Et rursus in epistola ad Colossenses, ad eos qui non habebant Unigeniti notitiam dictum est : *Qui tenet caput, hoc est Christum, ex quo totum corpus per juncturas & connexiones subministratum, augetur augmento Dei.* Quod enim Christus caput est Ecclesiæ, alio loco didicimus, Apostolo dicente : *Et ipsum dedit caput super omnia Ecclesiæ.* Et, *E plenitudine ejus accepimus nos omnes.* Et ipse Dominus : *De meo accipiet, & annuntiabit vobis.* Et in summa, diligenter legenti varii usus videbuntur illius ex quo. Nam & Dominus, *Novi*, inquit, *virtutem ex me exiisse.* Similiter autem & de Spiritu compluribus locis observavimus illud, ex quo, positum esse. *Qui enim, inquit, seminavit in Spiritu, e Spiritu metet vitam æternam.* Item Joannes, *Ex hoc cognoscimus, quod in nobis est, e Spiritu quem nobis donavit.* Et Angelus, *Quod enim in ea generatum est, e Spiritu sancto est.* Et Dominus ait, *Quod natum est e Spiritu, Spiritus est.* Atque id quidem ad hunc habet modum.



10. Jam vero demonstrandum est hanc vocem, *per quem*, pariter & de Patre, & de Filio, & de Spiritu sancto in Scripturis usurpari. Ac de Filio sane supervacaneum fuerit proferre testimonia, tum quia hoc notum est, tum quod hoc ipsum ab adversariis adstruitur. Nos porro demonstrabimus hanc particulam, *per quem*, etiam de Patre fuisse positam. *Fidelis*, inquit, *Deus per quem vocati estis in consortium Filii ipsius*. Et, *Paulus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei*. Et rursus: *Itaque non es jam servus, sed Filius: quod si Filius, & hæres per Deum*. Item illud: *B Quemadmodum surrexit Christus a mortuis per gloriam Patris*. Et *Esaïas*, *Væ*, inquit, *qui profunde facitis consilium, & non per Dominum*. Quin & de Spiritu sancto possunt etiam apponi multa hujus vocis testimonia. *Nobis autem*, inquit, *Deus revelavit per Spiritum*. Et alio loco, *Bonum depositum custodi per Spiritum sanctum*. Ac rursus, *Alii quidem per Spiritum datus est sermo sapientiæ*.

11. Eadem vero & de syllaba, *in*, dicere possumus, quod etiam hanc de Deo & Patre Scriptura usurparit, velut in veteri testamento. *In Deo*, inquit, *faciamus virtutem*, *Et, In te cantatio mea semper*. Et rursus, *In nomine tuo exultabo*. Et apud Paulum; *In Deo*, inquit, *qui condidit omnia*. Et, *Paulus ac Silvanus & Timotheus ecclesie Thessalonicensium in Deo Patre*. Et, *Si tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei, veniendi ad vos*. Et, *Gloriaris*, inquit, *in Deo*. Et reliqua quæ ne enumerare quidem facile fit. At nobis non est propositum ostentare testimoniorum multitudinem, sed probare observationes ipsorum rectas non esse. Siquidem hanc particulam de Domino ac Spiritu sancto usurpatam esse, tanquam per se notum, demonstrare omittam. Illud tamen necessario dicendum est, prudenti auditori sufficere illam objectorum confutationem, quæ a contrario ducitur. Nam si prolationis diversitas arguit naturam diversam, quemadmodum isti dicunt; jam vocum identitas vel pudore cogit eos fateri essentiam in nullo discrepantem.

12. Neque enim solum cum de Deo fit sermo, harum vocum usus variat; verum etiam ad mutuos invicem significatus sæpe numero transferuntur, quoties altera alterius recipit significationem, veluti, *Posse sedi hominem per Deum*, inquit *Adam*, *perinde atque si dixisset, ex Deo*. Et alibi, *Quæ præcepit Moyses Israeli per mandatum Domini*. Et rursus, *Nonne per Deum horum manifestatio est?* *Joseph* de insomniis cum iis qui in carcere erant, differens & ipse aperte pro *ex Deo* dixit *per Deum*. Et contra, *ex quo*, pro *per quem* usurpavit *Paulus*, velut cum ait: *Factus ex muliere*,

pro *per mulierem*. Nam id nobis alibi perspicue distinxit, cum ait *feminae convenire*, e viro natam esse, viro autem *per feminam*; *Quemadmodum mulier ex viro, ita vir per mulierem*. Sed tamen hic *Apostolus* simul ostendens diversum harum vocum usum, simul obiter corrigens quorundam errorem, existimantium *Domini corpus esse spirituale*; ut ostenderet *carnem Dei gestatricem ex humana massa concretam fuisse*, maluit uti verbo significantiore (nam hæc dictiones, *per mulierem*, transitoria generationis suspicionem erant daturæ: at hæ, *ex muliere*, abunde declarant communionem, quam natura geniti cum genitrice habet) non quod ille secum pugnet, sed ut ostendat has voces facile sibi vicissim cedere. Quando igitur de quibuscumque definitum est proprie dici, *per quem*, de iisdem etiam vox, *ex quo*, usurpatur; qua ratione fit, ut ad pietatis calumniam hæc dictiones inter se profus separentur?

Occurrit iis qui affirmant *Filium non esse cum Patre, sed post Patrem*; ubi & de gloriæ æqualitate.

## CAPUT VI.

13. **A** Tqui nec ad ignorantia excusationem confugere possunt, cum tanto artificio tantaque perversitate dicta nostra excipiant: qui quidem nobis palam indignantur, quod una cum Patre adimpleamus *Unigenito glorificationem*, quodque *Spiritum sanctum a Filio non separemus*. Unde novatores nos appellant, novitatisque architectos & verborum inventores, & quibus non aliis probrosissimis nominibus? Quorum convitia tantum abest ut indigne feram, ut nisi nos ipsorum exitium dolore perpetuoque cruciatu afficeret, propemodum dicerem me etiam ipsis pro maledictis habere gratiam, ut qui mihi concilient beatitudinem. *Beati enim*, inquit, *estis, cum probris vos impetiverint propter me*. Hujusmodi autem sunt ea quorum causa indignantur. Non est, inquiunt, cum Patre *Filius, sed post Patrem*; unde consequitur ut per eum gloria Patri tribuatur, sed cum eo nequaquam. Nam illud *cum eo æqualitatem declarat, per eum* autem, ministerium significat. Neque etiam cum Patre, inquiunt, & Filio collocandus est *sanctus Spiritus, sed sub Filio & Patre*, sic ut non una cum illis collocetur, sed subdatur, neque connumeretur, sed subnumeretur. Atque talibus quibusdam verborum versutiis pervertunt fidei sinceritatem simplicitatemque. Proinde quam veniam assequuntur imperitiæ prætextu, per quos ob istam

1. Cor. 11.  
12.Basilius  
convitiis  
ab hereticis  
appetit.Matth. 5.  
11.

istam curiositatem ne aliis quidem imperitis A esse licet.

14. Nos vero primum illud ipsos rogemus, quomodo dicant Filium post Patrem? Num tempore recentiore, num ordine, an dignitate? Sed nullus adeo demens est ut dicat Conditoem sæculorum, quoquam esse tempore posteriorem, cum nullum sit interval- lum, quod naturalem Filii cum Patre con- junctionem dirimat. Neque etiam homi- num cogitatione filius patre recentior dici possit, non ob id modo quod simul intelligen- tur secundum relationem, verum etiam B quod ea dicuntur posteriora tempore, quæ a præsentis tempore minus absunt: & rursus illa priora, quæ longius absunt a præsentis tempore. Exempli causa, quæ Noe tem- poribus acta sunt, priora sunt iis quæ nar- rantur de subversis Sodomis, quod illa lon- gius distita sint a præsentis tempore: & hæc il- lis posteriora, quod quodammodo appareant præsentis tempori viciniora. At ejus vitæ, quæ omne tempus & omnia sæcula transcen- dit, existentiam metiri distantia a præsentis tempore, an non præter impietatem, om- nem etiam dementiam superat; si quemad- modum res generationi corruptionique ob- noxiæ, aliis aliæ priores esse dicuntur, eum- dem ad modum Deus & Pater, collatus cum Filio & Deo qui est ante sæcula, superat? At enim Patrem esse anteriorem nemo possit animo concipere, eo quod Domini genera- tionem nec ulla prorsus cogitatio, neque ulla notio transcendat: Joanne pulchre dua- bus vocibus cogitationem intra circumscri- ptos terminos recludente, cum ait: *In Prin- cipio erat Verbum.* Nam neque ex hac voce, D erat, cogitatio exitum reperire potest; ne- que principium imaginatio transcendere. Quantumvis enim cogitatione curras ad an- teriora; ex voce, erat, exitum non repe- ris. Et quantumvis institeris videre quæ sint ultra Filium, non poteris tamen superare principium. Itaque pium est iuxta hanc ra- tionem Filium simul cum Patre intelligere.

Joan. 1. 6

Filius non  
subest Patri  
tamquam  
in loco hu-  
miliore.

Psal. 138.  
8.

15. Quod si velut in loco humiliore Fili- um Patri subesse imaginantur: ut in sublimi sedeat Pater, ac dein Filius in locum infe- riorem detrusus sit; fateantur istud, & nos E tacebimus, aperta loquendi ratione per se absurditatem habente. Nam nec in ratioci- nando sibi constant, qui non concedunt Pa- trem ad universa pertingere, cum eorum qui sani sunt, cogitatio credat Deum im- plesse universa: nec recordantur prophetæ dicentis, *Si ascendero in cælum, tu illic es, si descendero ad inferos, ades,* qui supra & infra partiuntur inter Patrem & Filium. At ut nihil dicam ad redarguendam illorum im- peritiam, rebus incorporeis locum attribu- entium; quid excusabit eorum impietatem,

qua tam impudenter repugnant adversan- turque Scripturis? Quod genus est illud,

*Sede a dextris meis: & Consedit in dextra ma- jestatis Dei?* Neque enim dextrum signifi- cat locum inferiorem, quod isti prædicant, sed relationem ad id quod æquale est; quip- pe cum dextrum non accipiatur corporali- ter (sic enim possit etiam esse aliquid sini- strum in Deo) sed honorificis assidendi ver- bis Filii majestatem honoremque scriptura ob oculos ponat. Reliquum est igitur, ut hac voce dignitatis inferiorem gradum indi-

Psal. 109.  
Hebr. 1. 3.

Neque et-  
iam digni-  
tate Filii  
inferior.

1. Cor. 1. 24.

Colos. 1. 15.

Hebr. 1. 3.

cari asserant. Discant igitur quod Christus est Dei virtus, & Dei sapientia, & imago Dei invisibilis, & splendor gloriæ, quodque hunc Pater signavit Deus, seque totum in eo expressit. Hæc igitur & quæcumque his similia sunt per universam Scripturam testi- monia, utrum dicemus humilitatis habere significationem, an ceu præconia quædam, Unigeniti majestatem, & æqualem cum Pa- tre gloriam ebuccinari? Audiant insuper & ipsum Dominum palam suam gloriam cum Patre æqualem asserentem, cum ait: *Qui*

Joan. 14. 9.

*videt me, videt & Patrem.* Ac rursus, *Cum venerit Filius in gloria Patris.* Et, *Ut hono- rificent Filium, quemadmodum honorificant Patrem.* Item illud, *Vidimus gloriam ejus,*

Marc. 8. 38.

Joan. 5. 23.

Joan. 1. 14.

*gloriam tanquam Unigeniti a Patre.* Rursus, *Unigenitus Deus, qui est in sinu Patris.* Ho- rum dum isti nihil considerant, locum ho-

Ibid. 18.

stibus destinatum attribuunt Filio. Nam si- nus paternus, sedes est digna Filio: scabelli vero locus iis convenit, quibus opus est sub- jectione. Nos igitur ad alia properantes obi- ter & in transcurso testimonia attigimus: ti- bi vero per otium licet, collectis probationi- bus, gloriæ sublimitatem, ac virtutis emi- nentiam in Filio perspicere. Quamquam ne hæc quidem auditori æquo parva videbun- tur, nisi quis carnaliter & abjecte intelligat has voces, *dextrum & sinum*: ut loco cir- cumscribat Deum, fingatque figuram ac formam situmque corporalem: quæ ab intel- ligentia rei simplicis & immensæ ac incorpo- ræ longe semota sunt, præterquam quod illius cogitatio humilis, pariter in Patrem cadit atque in Filium. Quare non deicit Fi- lii dignitatem, sed adjungit blasphemix crimen adversus Deum, quisquis talia disse- rit. Quæcumque enim ausus fuerit evome- re in Filium, necesse est ut eadem transferat in Patrem. Nam qui Patri superiorem lo- cum ad præsidendum tribuit, ac Filium di- cit humiliore loco sedere, is quæcumque corporeis accidunt, ea omnia habiturus est suum figmentum consequentia. Quod si istæ imaginationes sunt vino delirantium, ac per phrenitidem mente commotorum; quo- modo pium fuerit eum qui natura, gloria, dignitateque conjunctus est, non simul cum

Patre

Patre adorari & glorificari ab his qui ab ipso A novitates suscipiunt, quemadmodum in ve-  
Joan. 5. 23. edocti sunt, eum qui non honorificat Filium, Matth. 16. 27. non honorificare Patrem? Quid porro dice-  
Matth. 16. 27. mus? Quid justæ excusationis afferemus in  
Matth. 16. 27. formidabili ac communi totius creaturæ ju-  
Matth. 16. 27. dicio, si posteaquam Dominus aperte de-  
Matth. 16. 27. nuntiavit se venturum in gloria Patris, &  
Matth. 16. 27. Stephanus Jesum vidit stantem a dextris  
Matth. 16. 27. Dei, & Paulus Spiritu afflatus testificatus  
Matth. 16. 27. est de Christo, quod est in dextra Dei; at-  
Matth. 16. 27. que etiam cum Pater dicat: *Sede a dextris*  
Matth. 16. 27. *meis*, & Spiritus sanctus testimonium perhi-  
Matth. 16. 27. beat, quod confederit ad dextram majesta-  
Matth. 16. 27. tis Dei; nos throni consortem, & honoris  
Matth. 16. 27. ejusdem participem, ab æqualitatis statu ad  
Matth. 16. 27. inferiorem dejiciamus locum? Siquidem  
Matth. 16. 27. arbitror statione & confessu naturæ, firmit-  
Matth. 16. 27. tatem ac stabilitatem omnimodam significa-  
Matth. 16. 27. ri; juxta quem tropum & Baruc Deum im-  
Matth. 16. 27. mobilem & immutabilem semper esse osten-  
Matth. 16. 27. dens, ait: *Tu sedes in æternum, & nos peri-*  
Matth. 16. 27. *mus in ævum*: dextro autem loco indicari di-  
Matth. 16. 27. gnitatis æqualitatem. An non igitur audax  
Matth. 16. 27. facinus fuerit, Filium glorificationis con-  
Matth. 16. 27. sortio privare, veluti qui mereatur in loco  
Matth. 16. 27. C minus honorato collocari?

*Adversus eos qui dicunt non congruenter de*  
*Filio dici, cum quo, sed, per quem*

## CAPUT VII.

16. **S**Ed hoc loquendi genus, *cum ipso*,  
ajunt, omnino peregrinum est & in-  
usitatum: contra, istud, *per ipsum*, tum ser-  
moni Scripturæ familiarissimum, tum fra-  
trum usu tritum esse. Quid igitur nos ad ista?  
Nimirum beatas esse aures quæ non audie-  
runt vos, & beata corda, quæ a vestris ser-  
monibus servata sunt illæsa. Vobis porro qui  
Christum diligitis, dico Ecclesiam utrum-  
que harum vocum usum agnoscere, neu-  
trumque rejicere, quasi alter alterum de-  
struat. Cum enim in Unigenito naturæ ma-  
jestatem ac dignitatis excellentiam contem-  
plamur, ei cum Patre gloriam esse testamur.  
Rursus cum cogitamus quæ bona nobis sup-  
peditavit, aut quomodo nos ad Deum addu-  
xerit ac Deo asseruerit, confitemur hanc  
gratiam, *per ipsum & in ipso* nobis effici.  
Quare altera particula, *cum quo*, propria est  
glorificantium; altera, *per quem*, propria est  
gratias agentium. Quin & illud mendacium  
est hanc vocem, *cum quo*, ab usu piorum alie-  
nam esse. Quotquot enim morum constan-  
tia, antiquitatis majestatem speciosis novi-  
tatis prætulerunt, ac majorum traditio-  
nem citra mutationem conservarunt, tum  
ruri, tum in civitatibus hac voce utuntur.  
Cæterum qui consuetam fastidiunt, & in vete-  
ra tanquam in obsoleta insurgunt, ii sunt qui

*Traditio*  
*majorum.*

stimento, qui ornatum amant, novum sem-  
per præferunt communi. Videas itaque  
etiamnum rusticanae plebis in hac voce mo-  
rem antiquum: istorum autem artificum, &  
in verborum pugnis contritorum signata no-  
væ sapientiæ cauterio verba. Proinde quod  
a majoribus nostris dictum est, & nos dici-  
mus, gloriam videlicet communem esse Pa-  
tri ac Filio, quapropter cum Filio glorifica-  
tionem Patri persolvimus. Quamquam hoc  
nobis non est satis, sic a Patribus esse tradi-  
tum; nam & illi Scripturæ sequuti sunt sen-  
tentiam, ex testimoniis, quæ paulo ante vo-  
bis e Scriptura citavimus, principia sumen-  
tes. Splendor enim cum gloria intelligitur,  
& imago cum archetypo, & Filius omnino  
cum Patre, cum nec nominum consequen-  
tia, nedum rerum natura, separationem ad-  
mittat.

*Quot modis intelligatur hæc particula, per*  
*quem, & in quo sensu congruentius dici-*  
*tur, cum quo: ubi etiam exponitur, quo-*  
*modo mandatum accipit Filius, & quomodo*  
*mittitur.*

## CAPUT VIII.

17. **I**Taque cum Apostolus gratias agit Rom. 1. 8.  
Deo per Jesum Christum, ac rursus  
cum ait sese per illum accepisse gratiam &  
Apostolatam ad obedientiam fidei in omni-  
bus gentibus, aut cum dicit nos per eum ac-  
cessum habere ad gratiam hanc in qua sta-  
mus & gloriamur, illius erga nos beneficia  
Ibid. 5. declarat, nunc quidem ut a Patre gratiam  
bonorum in nos transfundentis, nunc rur-  
sum ut per se ipsum conciliantis nos Patri  
Siquidem cum ait, *Per quem accepimus gra-*  
Ibid. 5. 2. *tiam & apostolatam*, significat bonorum lar-  
gitionem ab illo proficisci. Rursus cum ait,  
Illud, per quem beneficia accepta significat. Rom. 1. 3. *Per quem accessum habemus*, assumi nos, ac  
Ibid. 5. 2. Deo per Christum conjungi ostendit. Num  
igitur gratiæ quam in nobis operatur confes-  
sio, diminuit illius gloriam? An potius dictum  
verius fuerit, enarrationem beneficiorum,  
decens esse glorificandi argumentum? Hanc  
ob causam comperimus Scripturam non uno  
nomine nobis significare Dominum, nec his  
tantum quæ divinitatem ac magnitudinem  
ejus declarant, sed interdum quidem uti vo-  
cibus naturam exprimentibus: novit enim  
nomen Filii, quod est super omne nomen &  
Filius verum dicere, & unigenitum Deum  
& virtutem Dei & sapientiam & Verbum. Et  
rursus, ob multiplicem in nos beneficen-  
ciam, quam ob divitias bonitatis pro varia  
sua sapientia egentibus præstat, aliis innume-  
ris appellationibus eundem designat, dum  
aliquando vocat illum pastorem, alias regem,  
& rur-

Philipp. 2. 9.

& rursus medicum, denique sponsum, viam, ostium, fontem, panem, securim, ac petram. Hæc enim non naturam indicant, sed, quod aiebam, operationis varietatem: quam ex affectu, quem gerit erga suum figmentum, indigentibus, ut cuique opus est, impartit. Eos enim qui ad ejus regimen confugerunt, quique per malorum tolerantiam communicandi facilitatem præstiterunt, oves appellat; seque talium pastorem esse profitetur, qui vocem ipsius audiunt, nec attendunt doctrinis peregrinis. *Oves enim meæ, inquit, vocem meam audiunt.* Rex autem vocatur eorum, qui jam alius assurrexerunt, ac legitimo imperio, & gubernatione opus habent. Quin & ostium dicitur, eo quod per rectitudinem præceptorum educit ad pias actiones: & rursus tuto perducit ad caulas eos, qui per fidem in ipsum ad cognitionis bonum confugerint. Unde, *per me si quis introierit, & ingredietur, & egredietur, ac pascua inveniet.* Petra dicitur, eo quod validum sit & inconcussum & quavis arce firmius propugnaculum fidelibus. In his hæc vox, *per ipsum*, aptissimum ac clarum usum habet, quoties velut ostium & velut via dicitur. At vero ut Deus & Filius, cum Patre communem habet gloriam: *Quoniam in nomine Jesu omne genu flectetur, caelestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confitebitur, quod Dominus Jesus Christus in gloria sit Dei Patris.* Quam ob rem ambabus vocibus utimur, altera propriam illius dignitatem, altera ejus erga nos munificentiam prædicantes.

18. Omne enim animarum auxilium per ipsum est, atque juxta singula curandi ac providendi genera excogitata est peculiaris quædam appellatio. Cum enim animam incontaminatam, non habentem maculam aut rugam, quasi puram virginem sibi adjungit; sponsum appellatur: cum vero eam pravis diaboli plagis afflictatam recipit, ac peccatis graviter laborantem sanat; medicus vocatur. Utrum igitur quod hisce modis nostri curam gerit, cogitationes nostras eo deducet, ut humiliter de eo sentiamus; an potius e diverso efficiet, ut Servatoris & ingentem potentiam & humanitatem erga nos admiremur, quod & compati nostris infirmitatibus sustinuit, & se ad nostram infirmitatem potuit demittere? Neque enim cælum ac terra, immensaque maria, nec animantia, vel in aquis vel in terris degentia, nec plantæ, nec astra, nec aer, nec anni tempora, nec multiplex universi ornatus, excellentiam potentiam illius perinde commendat, atque quod Deus incomprehensibilis potuit per carnem citra noxam cum morte conflictari, ut nobis sua ipsius passione largiretur immortalitatem. Quod si Apostolus ait: *In his omnibus superamus per eum qui dilexit nos: ne-*

quaquam hac voce humile quoddam ministerium indicat, sed auxilium potius, quod per imperium suæ potentiam operatur in nobis. Siquidem ipsum alligavit fortem, diripuitque vasa illius, videlicet nos, quibus ad omnia mala opera fuerat abusus, fecitque vasa utilia Domino, apparatus ad omne opus bonum, per liberi arbitrii nostri præparationem. Hoc pacto accessum ad Patrem habuimus per ipsum, translati de potestate tenebrarum in partem sortis sanctorum in lumine. Ne igitur dispensationem Filii coactum Rex servili humilitate ministerium existimemus: sed voluntariam sollicitudinem ex bonitate ac misericordia juxta voluntatem Dei & Patris, erga suum figmentum exhibitam. Sic enim servabimus pietatem, si in omnibus rebus ab eo peractis & perfectam illi potentiam testimonio nostro tribuerimus, nec usquam illum a paterna voluntate separaverimus. Quemadmodum utique cum Dominus appellatur via, ad sublimiorem intelligentiam potius, quam ad vulgarem ac communem animo ferimur. Audientes enim viam, profectum eum, qui serie atque ordine per justitiæ opera & scientiæ illuminationem ad perfectionem tendit, intelligimus, semper id quod anterius est appetentes, & ad ea quæ restant nosmetipsos extendentes, donec perveniamus ad beatum finem, quæ est Dei cognitio, quam Dominus per sese in ipsum credentibus largitur. Revera enim bona est via, exorbitationis errorisque nefcia, Dominus noster, ad Patrem, qui verum bonum est, perducens. *Nemo enim, inquit, venit ad Patrem nisi per me.* Talis est igitur noster ad Deum ascensus per Filium.

19. Rursus autem qualis sit etiam Patris erga nos per eundem bonorum suppeditatio, consequens jam fuerit differere. Nimirum cum omnis natura creata, tum hæc visibilis, tum intelligibilis, ad hoc ut consistat, Dei cura egeat; opifex Verbum, Unigenitus Deus opem, quantum cuique opus est, distribuens, varia quidem & omnis generis auxilia, ob varietatem eorum qui beneficio juvantur, sed tamen, unicuique congruentia juxta necessitatis modum dimittitur. Eos qui in tenebris ignorantiam detinentur, illuminat: propterea lumen verum dicitur. Judicat, juxta operum meritum remetiens præmium; ob id judex justus dicitur. *Pater enim neminem judicat, sed omne judicium dedit Filio.* Erigit e ruina, qui e sublimitate vitæ ad peccatum delapsi sunt; ob id vocatur resurrectio. Omnia autem facit contactu virtutis, ac voluntate bonitatis operans. Pascit, illuminat, alit, deducit, medetur, erigit. Quæ non sunt, facit ut sint, condita conservat. Hoc modo bona ex Deo per Filium ad nos perveniunt, majore celeritate in singulis

Johan. 10. 27.

Johan. 10. 9.

1. Cor. 10. 4.

Philipp. 2. 10.

Dei potentia magis enitescit in redemptione, quam in creatione.

Rom. 8. 37.

Matth. 12. 29.

2. Tim. 2. 21.

Coloss. 1. 12. & 13.

Johan. 14. 6.

Philipp. 2. 13.

Johan. 14. 6.

Johan. 5. 22.

Johan. 11. 25.

lis operantem, quam ullus sermo exprime-  
re valeat. Neque enim fulgura, neque lucis  
per aerem tam velox discursus est, non ocu-  
lorum celeres ictus, non ipsius intellectus no-  
stri motus: sed horum quodque magis vincit-  
ur divinæ operationis celeritate, quam ani-  
mantia quæ sunt apud nos maxime segnia,  
non dicam volatiliū, neque ventorum, ne-  
que cœlestium orbium impetu, sed ipsius  
mentis nostræ motu superantur. Nam quo  
randem temporis spatio egeat, qui portat  
omnia verbo virtutis suæ, quique nec cor-  
poraliter operatur, neque manuum opera  
ad creandum opus habet, sed eorum quæ  
fiunt naturam habet voluntate non coacta  
obsequentem? Sicuti Judith, *Cogitasti*,  
inquit, & præsto fuerunt tibi omnia quæ co-  
gitasti. Attamen ne forte ex magnitudine  
eorum quæ fiunt, rapiamur in imaginatio-  
nem, ut putemus Dominum principio ca-  
rere, quid ait is qui per se vita est? *Ego vi-  
vo propter Patrem: Et Dei virtus: Non  
potest Filius a se facere quicquam.* Rursus, is  
qui ex se perfecta est sapientia: *Mandatum  
accepi, quid dicam, & quid loquar:* per hæc  
omnia ducens nos ad Patris cognitionem, &  
admirationem eorum quæ gerebat, ad illum  
referens, ut per ipsum cognoscamus Pa-  
trem. Non enim ex operum differentia Pa-  
ter conspicitur, quasi peculiarem atque se-  
paratam actionem exhibeat, (quæcumque  
enim videt Patrem facientem, hæc & Filius  
similiter facit,) verum ex gloria, quæ ei ab  
Unigenito defertur, operum miraculum  
carpit, dum præter operum magnitudinem,  
de ipso etiam auctore operum gloriatur, &  
exaltatur ab iis qui agnoscunt eum Patrem  
Domini nostri Jesu Christi: *Per quem omnia,  
& propter quem omnia.* Ideo dicit Dominus:  
*Omnia mea tua sunt,* ut ad ipsum originem  
rerum conditarum referens: *Et tua mea,*  
ut inde principia creandi accipiens; non  
quod auxiliis utatur ad operandum, neque  
quod ei particularibus mandatis uniuscujus-  
que operis ministerium concedatur: nam  
istud quidem servile, & a divina dignitate  
immenso semotum intervallo: sed quod Ver-  
bum paternis bonis plenum, resplendens a  
patre; omnia facit ad similitudinem ejus qui  
ipsum genuit. Nam si juxta essentiam nihil  
differt a Patre, nec potentia etiam a Patre  
differet. Porro quorum æqualis est potentia,  
horum omnino æqualis est operatio. Chri-  
stus siquidem Dei virtus est, & Dei sapien-  
tia. Et sic omnia per ipsum facta sunt, omnia-  
que per ipsum & in ipsum condita sunt, non  
quod instrumentali quodam ac servili mini-  
sterio fungatur: sed quod tanquam Conditor  
paternam impleat voluntatem.

Itaque cum ait, *Ego ex me ipso locu-  
tus non sum:* Et rursus, *Sicut dixit mihi Pa-  
ter, ita loquor:* Et, *Sermo quem auditis non  
est meus, sed ejus qui misit me.* Et alibi,  
*Quemadmodum mandavit mihi Pater, sic fa-  
cio:* non quod careat libero arbitrio, ac vo-  
luntatis motu, neque quod ex datis signis  
veniam ac licentiam agendi expectet, ideo  
talibus utitur verbis: sed ut declaret pro-  
prium voluntatem conjuncte atque insepa-  
rabiliter Patri adhærentem. Proinde quod  
dicitur mandatum, ne sermonem imperio-  
sum per vocalia organa prolatum intelliga-  
mus, Filio velat subdito præscribentem  
quid facere debeat: sed juxta sensum Deo di-  
gnum, intelligamus voluntatis communi-  
cationem, veluti formæ cujuspiam in spe-  
culo imaginem, a Patre in Filium sine tem-  
pore demanantem. *Pater enim diligit Fi-  
lium, & omnia ostendit illi.* Itaque quæcum-  
que habet Pater, Filii sunt; non quod hæc  
illi paulatim accrescant, sed adsunt semel  
universa. Non enim inter homines qui ar-  
tem perdidit, ac diutina exercitatione fir-  
mum artis in animo fixumque habitum ge-  
rit, deinceps potest juxta scientiæ rationes,  
quas in mente tenet, per sese operari: Dei  
vero sapientia, architectus universæ crea-  
turæ, semper perfectus, citra doctorem sa-  
piens, Dei virtus, in quo sunt omnes the-  
sauri sapientiæ & scientiæ occulti, eget spe-  
ciali mandato, quo ei modus ac mensura ope-  
rationum præfiniatur. Scilicet tu quidem  
etiam pædagogeum aperies in vanitate cogi-  
tationum tuarum, & hunc quidem facies  
præfidentem loco doctoris, illum vero astan-  
tem cum discipuli imperitia: dein paulatim  
additis præceptionibus discentem sapien-  
tiam, & ad perfectionem procedentem. At  
ex hoc, si modo noveris consequentiam, quæ  
est in ratiocinationibus, observare, inve-  
nies Filium semper quidem discere, nec un-  
quam ad perfectionem pervenire posse, eo  
quod infinita sit Patris sapientia, nec infini-  
tæ rei finis possit apprehendi. Itaque qui non  
concesserit Filium ab initio habere omnia,  
numquam concessurus est illum ad perfectio-  
nem perventurum. Sed pudet me istius hu-  
milis cogitationis, in quam e sermonis serie  
deductus sum. Igitur ad ea quæ sunt in ora-  
tione sublimia iterum revertamur.

21. *Qui vidit me, vidit Patrem:* non fi-  
guram, non formam: pura enim est a com-  
positione divina natura: sed bonitatem vo-  
luntatis, quæcum essentia concurrens, si-  
milis & æqualis, imo potius eadem in Patre  
& Filio intelligitur. Quid igitur sibi vult  
illud, *Factus obediens?* Item illud, *Pro no-  
bis omnibus tradidit eum?* Significatur videli-  
cet Filium a Patre hoc habuisse, ut pro sua  
bonitate operaretur pro hominibus. Tu ve-  
ro & illa audito: *Christus nos redemit a male-  
dicto legis.* Item, *Cum ad huc peccatores esse-*  
mus,

*mus, Christus pro nobis mortuus est.* Diligen-  
ter autem attende etiam verba Domini,  
quod postquam nos de Patre erudit, au-  
thenticis & herilibus vocibus uti solet, di-  
*Matth. 8. 3.* cens: *Volo, mundare.* Et, *Tace, obmute-*  
*Marci, 4.* *sce.* Et, *Ego autem dico vobis: & illud, Mu-*  
*39.* *tum & surdum demonium, ego tibi præcipio:*  
*Marci, 9.* *& quæcumque alia id genus: ut ex his qui-*  
*24.* *dem Dominum & conditorem nostrum co-*  
*gnosceremus, per illa vero Patrem Domini*  
*& Conditorem nostri disceremus. Ita doctri-*  
*na undelibet vera monstratur, scilicet ex eo*  
*quod Pater per Filium creet, neque propte-*  
*rea Patris vim creandi imperfectam argui,*  
*neque Filii operationem ostendi infirmam;*  
*sed voluntatis unitatem conjunctionemque*  
*declarari. Itaque hæc vox, per quem, con-*  
*fessionem habet causæ principalis, non au-*  
*tem sumitur ad infestationem ac reprehensionem*  
*causæ efficientis.*

*Propria ac distincta de Spiritu notiones,  
doctrinae Scripturarum congruentes.*

### C A P U T IX.

22. **J**AM vero etiam de Spiritu communes  
nostræ notiones cujusmodi sint ex-  
pendamus, tum eas quæ nobis de il-  
lo e Scripturis collectæ sunt, tum eas quas  
Patrum traditione non scripta accepimus.  
Primum igitur, quis auditis Spiritus appel-  
lationibus, animo non erigitur, & ad supre-  
mam naturam cogitationem non attollit?  
*Joan. 15. 26.* Nam Spiritus Dei dictus est, & spiritus veri-  
*Psal. 50.* tatis, qui ex Patre procedit: Spiritus rectus,  
Spiritus principalis. Spiritus sanctus, pro-  
pria est illius ac peculiaris appellatio: quod  
sane nomen omnium maxime rem incorpo-  
ream & ab omni materia puram & incompo-  
sitam declarat. Quapropter & Dominus  
cum eam, quæ Deum in loco adorari existi-  
mabat, edoceret, rem incorpoream com-  
*Joan. 4. 24.* prehendi non posse, *Spiritus, inquit, est*  
*Deus.* Proinde fieri non potest, ut qui audit  
Spiritum, naturam loco circumscriptam,  
aut mutationibus & alterationibus obno-  
xiam, aut omnino creaturæ similem sibi ani-  
mo fingat: sed ad id quod summum est cogi-  
tatione progrediens, intelligentem substan-  
tiam cogitet necesse est, virtute infinitam,  
magnitudine incircumscriptam, nec tem-  
porum nec sæculorum dimensionem reci-  
pientem, ea quæ habet bona large impar-  
tientem. Ad quem omnia convertuntur  
quæ egent sanctificatione: quem omnia ap-  
petunt juxta virtutem viventia, cujus affa-  
tu velut irrigantur & adjuvantur, ut perve-  
niant ad proprium suum naturalemque fi-  
nem. Qui perficit cætera, ipse vero in nul-  
lo deficit: qui non vivit per instaurationem,

sed vitam suppeditat, nec accessionibus au-  
gescit, sed statim plenus est: qui in seipso  
firmatur, & nusquam non adest. Origo san-  
ctificationis, lux intelligibilis: universæ po-  
tentia rationali ad veritatis investigatio-  
nem, velut illustrationem quamdam ex sese  
præbens. Natura inaccessus, sed qui capi  
possit ob benignitatem; omnia quidem im-  
plens virtute, sed solis iis qui digni sunt com-  
municabilis, quibus sese non eadem imper-  
tit mensura, sed juxta proportionem fidei  
dispertitur vim suam. Simplex essentia, va-  
rius potentiis: qui singulis totus adest, & to-  
tus ubique est. Qui sic dividitur ut ipse nihil  
patiatur; cujus sic omnes participes sunt, ut  
ipse maneat integer, radii solaris in morem,  
cujus beneficium fruenti tanquam uni adest,  
& tamen terram ac mare illustrat, misce-  
turque aeri: sic & Spiritus Sanctus, unicui-  
que capacium cum adsit quasi soli, sufficien-  
tem omnibus gratiam ac integram infundit:  
quo fruuntur quæcumque de illo partici-  
pant, quantum ipsis fas est natura, non quan-  
tum ille potest.

C 23. Spiritus autem cum anima conjunctio  
non fit loci propinquitate: (nam qui fiat ut  
ad incorporeum corporaliter accedas?) Sed  
a cupiditatibus recessu, quæ post accesserunt  
animæ propter amicitiam erga carnem, &  
a Dei consortio alienarunt. Itaque si quis  
ab eo, quod vitii labe contraxerat, probro  
purgetur, atque ad nativam pulchritudi-  
nem reversus velut regis imaginis formam  
veterem per puritatem reddat, hoc uno de-  
mum modo potest ad Paracletum appropin-  
quare. Ille autem, veluti sol, purum na-  
ctus oculum, ostendet tibi in seipso imagi-  
nem illius qui videri non potest. In beata  
autem hujus imaginis contemplatione vide-  
bis ineffabilem archetypi pulchritudinem.  
Per hunc corda sustolluntur in altum, manu  
ducuntur infirmi, proficientes perficiuntur.  
Hic eis qui ab omni sorde purgati sunt illuce-  
scens, per communionem quam cum ipso  
habent, spirituales reddit. Et quemadmo-  
dum corpora nitida, pellucidaque, conta-  
cta radio, fiunt & ipsa supra modum splen-  
dida, & alium fulgorem ex sese profundunt:  
E ita animæ quæ Spiritum ferunt, illustran-  
turque a Spiritu, fiunt & ipsæ spirituales,  
& in alios gratiam emittunt. Hinc futuro-  
rum præscientia, mysteriorum intelligen-  
tia, occultorum comprehensio, donorum  
distributiones, cœlestis conversatio, cum  
Angelis chorea: hinc gaudium numquam fi-  
niendum, hinc in Deo perseverantia, hinc  
similitudo cum Deo, & quo nihil sublimius  
expeti potest, hinc est ut Deus fias. Com-  
munes igitur nostræ notiones de sancto Spiri-  
tu, quas de magnitudine dignitateque illius,  
deque operationibus, ab ipsis Spiritus elo-  
quiis

Spiritus  
cum anima  
conjunctio  
in quo po-  
sita?

quibus sentire didicimus, ut e multis pauca afferamus, sic habent. Nunc autem ad contradicendi cupidos veniendum est, conabimurque illorum objectiones refellere, quas e falsi nominis scientia nobis proponunt.

*Adversus eos qui dicunt non oportere Patri & Filio adjungere Spiritum sanctum.*

## CAPUT X.

24. **N**on oportet, inquiunt, Patri & Filio adjungere Spiritum sanctum: partim eo quod sit alienæ naturæ, partim quod dignitate sit inferior. Quibus æquum est ut Apostolorum verbis respondeamus: *Deo oportet obedire magis quam hominibus.* Nam si Dominus aperte in tradendo salutifero baptismo præcepit discipulis, ut baptisarent omnes gentes in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti: haud dedignatus cum illo consortium: contra isti dicunt, non oportere Spiritum Patri Filioque conjungere, an non Dei præcepto palam adversantur? Etenim si dicunt hujusmodi conjunctione non declarari ullam communionem, aut consortium; dicant quidnam conveniat hoc existimare, & quam aliam afferant magis peculiarem consortii rationem? Et quidem si Dominus sibi & Patri non adjunxit Spiritum in baptismo; neque etiam nobis vitio vertant quod eos jungimus. Nihil enim nos diversum neque sentimus, neque loquimur. Sin autem illic conjunctus est Patri & Filio Spiritus, nec quisquam est adeo impudens, ut aliud quidquam dicat; ne sic quidem nos in jus vocent, si Scripturas sequimur.

25. Sed belli adversum nos apparatus instructus est, omnisque cogitatio intenta est in nos, & linguæ maledicorum hic vehementius jaculantur quam ii, qui Christum occiderant, olim lapidibus imperierunt Stephanum. Verum ne consequantur, ut lateat nos quidem esse belli occasionem, sed quæ aguntur revera ad excelsum spectare. Iraque in nos quidem machinas & insidias instruunt, seque mutuo exortantur ad ferendas supplicias; ut quisque peritia aut robore valet. Cæterum id quod oppugnatur, fides est, isque scopus communis est omnibus adversariis, & sanæ doctrinæ inimicis, ut soliditatem fidei in Christum concutiant, apostolicam traditionem solo æquatam abolendo. Eapropter, sicut solent qui bonæ fidei debitores sunt, probationes e Scriptura clamore exigunt, Patrum testimonium, quod scriptum non est, velut nullius momenti rejicientes. At de tuenda veritate nihil remitemus, neque ignavia a ferendis illi auxiliis desistemus. Etenim si Dominus nobis, ut

*S. Basilii Oper. Tom. III.*

necessarium ac salutare dogma, Spiritus cum Patre conjunctionem tradidit; his autem ita videtur, sed dividere ac distrahere Spiritum, & ad servilem naturam detrudere; an non verum est, apud illos blasphemiam ipsorum plus habere ponderis, quam Domini præscriptum? Agedum igitur omni contentione deposita, ita de iis quæ in manibus sunt, inter nos disceptemus.

26. Christiani unde nos? Per fidem, dicit quilibet. Salvi autem simus, quo modo? Nimirum regenerati per gratiam quæ confertur in baptismo. Nam unde alioqui? Ergone postquam hanc salutem per Patrem & Filium & Spiritum sanctum ratam ac firmatam noverimus, traditam nobis doctrinæ formam abjiciemus? Id profecto multis dignum suspiriis fuerit, si comperiamur nunc longius abesse a salute nostra, quam tum cum credidimus; si quæ tunc recepimus, nunc abnegamus. Par & æquale damnum est, si quis baptismatis expers decedat de vita sive recipiat baptismum, cui unum aliquod eorum quæ tradita sunt desit.

Et quisquis professionem quam in prima institutione deposuimus, cum liberati a simulacris accessimus ad Deum vivum, in omni tempore non servat, nec eam, quasi tutissimum præsidium per totam suam vitam complectitur, seipsum alienum reddit a promissis Dei, suo ipsius chirographo repugnans, quod in professione fidei deposuit. Nam semihæ vitæ initium est baptismus, ac dierum omnium primus est dies regenerationis; perspicuum est & vocem illam omnium pretiosissimam esse, quæ in adoptionis gratia prolata est. Irane igitur traditionem, quæ me adducit ad lucem, quæ Dei cognitionem largita est, per quam factus sum Filius Dei, qui prius propter peccatum eram hostis, deseram seductus istorum speciosis sermonibus? Quin potius & illud mihi precor, ut cum hac professione contingat hinc decedere ad Dominum: & ipsos hortor, ut inviolatam servent fidem usque ad diem Christi, & indivulsum a Patre & Filio, custodiant Spiritum: doctrinam baptismatis tum in fidei professione, tum in gloriæ persolutione servantes.

*Prævaricatores esse illos, qui negant Spiritum.*

## CAPUT XI.

27. **C**ui vitæ? Cui afflictio, cui angustia ac tenebræ, cui sempiterna condemnatio? Nonne prævaricatoribus? Nonne iis qui fidem abnegarunt? Sed unde probantur abnegasse? Nonne hinc, quod suas ipsi professiones irritas fecerunt? Quid autem professi sunt, aut quando? Professi sunt

B 2 cre-

Pneumatomachi refelluntur argumentis ex baptismo ductis.

Matth. 5. 29.

Matth. 28. 19.

Pneumatomachi in speciem Basilii, revera Deo bellum indicunt.

credere se in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, tum cum renuntiantes diabolo & angelis ejus salutiferam illam vocem ediderunt. Quod igitur istis dignum vocabulum excogitatum est a filiis lucis? Nonne perfugæ ac prævaricatores appellantur, ut qui salutis suæ pacta violarint? Quo igitur nomine eum qui Deum abnegavit, quo eum qui Christum abnegavit, appellem? Quonam alio, quam prævaricatoris ac desertoris? At ei qui negavit Spiritum, quod me vis nomen imponere? Nonne hoc idem? Quippe qui pactum cum Deo initum violavit? Ergo cum & fidei in Spiritum professio beatitudinem pietatis nobis conciliet, & abnegatio crimini abnegati Dei faciat obnoxios: an non horrendum est ipsum nunc rejicere, non ignem, non gladium, non crucem, non flagella, non rotam, non tormenta metuentes, sed solis sophismatibus seductionibusque istorum, qui Spiritui rebelles sunt, deceptos? Testificor omni homini Christum profitenti, & Deum neganti, quod Christus nihil illi proderit: aut Deum invocanti, Filium vero spernenti, quod inanis est fides illius. Item ei qui Spiritum rejicit, testificor quod fides ejus qua profitetur Patrem & Filium, inanis erit: quam nec habere potest, nisi simul adsit Spiritus. Non enim credit in Filium, qui non credit Spiritui, nec credit in Patrem, qui non credit Filio. *Nec enim potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto. Et Deum nemo vidit unquam, sed unigenitus Filius qui est in sinu Patris, hic nobis enarravit.* Insuper talis expertus est veræ adorationis. Neque enim fieri potest, ut quis Filium adoret, nisi in Spiritu sancto, aut ut Patrem invocet, nisi in adoptionis Spiritu.

Gal. 5. 2.

Non credit in Filium qui non credit Spiritui sancto.  
1. Cor. 12. 3.  
Joan. 1. 18.

*Adversus eos qui dicunt sufficere baptismum tantum in nomine Domini.*

## C A P U T XII.

28. **N**eminem vero in fraudem inducat illud Apostoli, quod Patris & Spiritus sancti nomen in baptismatis commemoratione frequenter omittit: neque ideo putet indifferentem esse nominum invocationem. *Quicumque, inquit, in Christum baptizati estis, Christum induistis.* Et rursus, *Quicumque in Christo baptizati estis, in mortem illius baptizati estis.* Nam Christi appellatio, totius est professio: declarat siquidem & Deum qui unxit, & Filium qui unctus est, & Spiritum sanctum qui est unctio: quem admodum a Petro in Actis didicimus, *Jesum Nazarenum, quem unxit Deus Spiritu sancto.* Item in Esaia, *Spiritus Domini super me, eo quod unxit me.* Et Psalmicus ille cantor, Pro-

Gal. 3. 27.

Rom. 6. 3.

Act. 10. 38.

Esa. 61. 1.

Psal. 44. 8.

*pterea unxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ consortibus tuis.* Videtur tamen interdum Apostolus etiam solius Spiritus fecisse mentionem in baptismo: *Omnes enim, inquit, in uno corpore in unum Spiritum baptizati sumus.* His & illud consonat, *Vos autem baptizabimini in Spiritu sancto.* Et, *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto.* At non ideo quis dixerit perfectum esse baptismum, in quo solum Spiritus nomen invocatum est. Oportet enim inviolabilem semper manere traditionem, quæ in vivifica gratia data est. Nam vitam nostram de corruptione qui liberavit, potestatem nobis renovationis dedit: quæ potestas causam habet ineffabilem, & in mysterio reconditam, sed magnam animabus salutem conferentem, ut quidquam addere aut detrudere plane sit ab æterna vita excidere. Proinde si in baptismo separare Spiritum a Patre & Filio, ut periculosum est baptizanti, ita baptismum accipienti inutile; quomodo nobis tutum fuerit, a Patre & Filio distrahere Spiritum? Fides autem & baptismum, duo sunt modi parandæ salutis, inter se cognati & inseparabiles. Nam fides perficitur per baptismum, baptismus vero fundatur per fidem, & utraque res per eadem nomina impletur. Sicut enim credimus in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, sic & baptizamur in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Ac præcedit quidem professio ad salutem perducens, sequitur autem baptismus assignans assensum nostrum.

1. Cor. 12. 13.

Act. 1. 5.

1. Cor. 12. 13.

*Quare apud Paulum angeli simul cum Patre & Filio adjunguntur.*

## C A P U T XIII.

29. **A**tqui & alia sunt, inquiunt, quæ simul Patri & Filio annumerantur, nec tamen continuo simul cum illis glorificantur. Veluti cum Apostolus obtestans Timotheum, Angelos simul adducit, dicens: *Obtestor te in conspectu Dei, & Christi Jesu, & electorum ejus Angelorum:* quos tamen nos minime separamus a reliquis creaturis, neque sustinemus eos Patri & Filio annumerare. Ego vero, tametsi hic sermo nulla dignus est responsione, tam manifestam præferens absurditatem, tamen illud dico, quod confervum etiam testem forte aliquis adducat apud mansuetum ac placabilem judicem, quique maxime sua in eos qui judicentur lenitate minime dubiam & controversam judiciorum æquitatem demonstrat. Cæterum ut aliquis fiat liber e servo, atque vocetur Filius Dei, & a morte revogetur ad vitam, a nullo alio potest dari, nisi ab eo qui naturalem habet societatem & a servili conditione est

1. Tim. 3. 11.



est alienus. Quomodo enim sociabit Deo, A Deo conjunctus est, haud ille quidem a nobis qui ipse est alienus? Quomodo liberos red- pertractus, sed a Domino adjunctus.

det, qui ipse est jugo servitutis obnoxius? Ita- que non ob eadem fit Spiritus & Angelorum mentio : sed Spiritus commemoratur tan- quam auctor ac Dominus vitæ, Angeli vero tanquam conservorum adjutores, fidelesque veritatis testes adhibentur. Siquidem mos est sanctis, Dei præcepta testibus adhibitis tradere, sicut etiam hic ipse ad Timotheum loquitur. *Quæ accepisti a me coram multis te- stibus, ea depone apud fideles homines.* Et nunc Angelos attestatur, sciens Angelos pariter affuturos judici, cum venerit in gloria Pa- tris, ut judicet orbem terrarum in justitia, *Quisquis enim, inquit, confessus fuerit me co- ram hominibus, & Filius hominis confitebitur eum coram Angelis Dei : qui vero abnegaverit me coram hominibus, abnegabitur in conspectu Angelorum Dei.* Et Paulus alibi dicit, *In re- velatione Domini Jesu de cælo cum Angelis.* Hanc ob causam hic jam contestatur coram Angelis eximias sibi præparans probationes ad magnum illud tribunal.

30. Neque hic modo, verum etiam omnes omnino, quibus aliquod verbi ministerium commissum est, nullo tempore contestari ces- sant, imo & cælum & terram in clamant, ut intra quorum ambitum omnia nunc geran- tur, quæque in examine rerum in hac vita gestarum sint simul cum judicandis futura. *Advocabit enim, inquit, cælum sursum, & terram ad dijudicandum populum suum.* Unde Moses traditurus eloquia populo, *Testor, inquit, vobis hodie & cælum & terram.* Et rursus cum canticum diceret : *Attende cælum, & loquar, & audiat terra verba ex ore meo.* Item Esaias : *Audi cælum, & auribus percipe terra.* Jeremias autem etiam stupore quodam percussus fuisse cælum narrat, ob audita impia populi facta : *Obstupuit cælum super hoc, & exhorruit amplius vehementer, quoniam duo etiam mala fecit populus meus.* Itaque & Apostolus sciens Angelos homini- bus præfectos, ceu pædagogos quospiam aut morum gubernatores, vocavit illos in testi- monium. At Jesus Nave etiam lapidem tes- tem sermonum statuit ( jam vero & collis alicubi testis appellatus est a Jacob ) *Eris enim, inquit, lapis in vobis hodie in testi- monium in extremis diebus, cum mentiti fueritis Domino Deo nostro :* fortasse credens virtute divina & lapides vocem emissuros ad incre- pationem transgressorum : sin minus, certe illud fore, ut uniuscujusque conscientia ad- monitionis vehementia prorsus vulneretur. Ad hunc igitur modum, ii quibus commissa fuit animarum gubernatio, testes, quicum- que tandem illi sint, præparant, ut in poste- rum producantur. Sed Spiritus non ad usum occasionis, sed ob naturæ communionem

*Objeccio, quod & in Mosen nonnulli baptiza- ti sunt, & in illum crediderunt ; & hujus solutio, ubi & de figuris.*

## CAPUT XIV.

31. **V**erum, inquit, tametsi baptiza- mur in Spiritu, non inde par est ut Spiritus cum Deo numeretur, quando & in Mosen nonnulli baptizati sunt in nube & in mari. Similiter autem & in confesso est jam fuisse etiam in homines fidem. *Credidit enim populus Deo & Mosi famulo ejus.* Quid igitur, inquit, ex fide ac baptismo Spiritum san- ctum usque adeo attollis ac magnificas supra creaturam, cum eadem jam Scripturarum testimoniis tribuantur etiam hominibus. Quid igitur dicemus? Nimirum illud, quod in Spiritum quidem fides est æque atque in Patrem & Filium ; similiter etiam baptisma. Quod si & in Mosen, & nubem ; velut in um- bram & figuram. Neque vero quoniam divi- na rebus humilibus & humanis præfiguran- tur, ideo & divinorum humilis est natura, quam figurarum adumbratio sæpe præsigni- ficavit. Est enim figura rerum, quæ exspe- ctantur, declaratio per imitationem, quod futurum est indicando præmonstrans. Velut Adam figura futuri, & petra figurate Chri- stus ; & aqua promanans e petra, figura vivi- ficæ potentæ Verbi. *Si quis enim, inquit, sitit, veniat ad me, & bibat.* Et manna ty- pus vivi panis, qui de cælo descendit : & ser- pens super vexillo positus, salutiferæ passio- nis per crucem consummatæ ; eoque qui re- spiciebant ad illum servabantur. Similiter & quæ de eductis Israelitis scripta, ad signifi- cationem eorum qui baptismo salvi fiunt, narrata sunt. Servata sunt enim Israelitarum primogenita, quemadmodum & baptizato- rum corpora, cum gratia datur iis qui san- guine signati fuerunt. Sanguis enim pecudis, figura sanguinis Christi : primogenita vero typus hominis, qui primus conditus est : qui quoniam necessario in nobis est, dum succes- sionis serie usque ad finem transmittitur, ideo in Adam omnes morimur, & regnavit mors usque ad legis consummationem, & Christi adventum. Conservata autem sunt a Deo primogenita, ne ea tangeret extin- ctor, ut ostenderetur, nos jam non amplius mori in Adam, qui in Christo vivificati sumus. Cæterum mare & nebula in præsentem quidem inducebat ad fidem per admiratio- nem ; in futurum autem tamquam typus gratiam venturam præsignabat. *Quis sapiens & intelliget hæc? quomodo mare, per figuram baptisma, separans a Pharaone, que-*

2. Tim. 2. 2.

Luc. 12. 8.

1. Thess. 1. 7.

Non solus Paulus res creatas in testi- monium vo- cat.

Psal. 49. 4.

Deut. 4. 26.

Deut. 32. 1.

Esa. 1. 2.

Jerem. 2. 12.

Gen. 31. 47.

Josue 24. 27.

1. Cor. 10. 2.

Exod. 14. 32.

Non idcirco divina humilia, quia figuris humilibus præ- nuntiata.

1. Cor. 10. 4.

Exod. 17. 6.

Joan. 7. 37.

Num. 21. 9.

Exod. 12. 13.

1. Cor. 15. 22.

1. Cor. 14. 10.

madmodum & lavacrum hoc a diaboli tyrannide: Illud occidit hostem in sese, moritur & hic inimicitia, quæ nobis fuit cum Deo. Ab illo populus exiit illæsus: ascendimus & nos ab aquis tamquam ex mortuis vivi, servati per gratiam ejus qui vocavit nos. Nubes autem umbra doni Spiritus, qui libidinum flammam mortificando membra refrigerat.

32. Quid igitur? num quia typice in Mosen baptizati sunt, ideo exigua est gratia baptismatis? Sane hoc pacto nec aliud quidquam in nostris mysteriis fuerit magnum, si quod in singulis augustum est, per præcedentes figuras deprimamus. Ac ne Dei quidem erga homines charitas magnum quiddam & eximium, qui unigenitum Filium dedit pro peccatis nostris: quandoquidem & Abraham filio suo non pepercit. Nec Domini passio gloriosa; siquidem aries loco Isaac victimæ figuram explevit. Neque descensus ad inferos horribilis; quandoquidem Jonas tribus diebus ac totidem noctibus mortis figuram prius explevit. Idem ergo facit & de baptismo, qui veritatem cum umbra comparat, & cum figuris confert ea quæ figuris significantur, ac per Moysen & mare totam simul evangelicam dispensationem elevare aggreditur. Nam quæ peccatorum remissio, quæ vitæ renovatio in mari, quod donum spirituale per Mosen? Quæ illic peccati interemptio? Non illi Christo commortui sunt, eoque nec cum illo resuscitati sunt. Non portabant imaginem illius cœlestis, non mortificationem Jesu in corpore circumferebant, non exuerunt veterem hominem, non induerunt novum, qui renovatur in agnitionem secundum imaginem illius qui eum condidit. Quid igitur confert baptismata, quorum sola communis appellatio; rerum autem tanta differentia, quanta somnii a veritate, ac umbræ & imaginum, ab his quæ revera subsistunt.

33. Sed & ipsa fides in Mosen, non fidem in Spiritum parvæ esse dignitatis ostendit; sed secundum istorum ratiocinationem, ea potius, quæ de Deo universorum profite-mur, extenuat. *Credidit enim*, inquit, *populus Deo, & Mosi famulo ejus*. Deo itaque copulatus est Moyses, non Spiritui: eratque E typus, non Spiritus, sed Christi. Nam Dei & hominum mediatorem per se ipsum tunc in ministerio legis præfigurabat. Neque enim Spiritus figura erat Moyses, inter Deum & populum intercedens. Data est enim lex disposita per Angelos, in manu mediatoris, videlicet Moyses, secundum provocationem populi dicentis, *Loquere tu nobis, & non loquatur nobis Deus*. Itaque fides in Mosen ad Dominum refertur, mediatorem inter Deum & homines, qui dixit: *Si crederetis*

*A Mosi, crederetis utique mihi*. An igitur parvi momenti fides in Dominum, quia per Mosen præsignata est? Sic si quis in Mosen baptizatus est, non idcirco exigua Spiritus gratia in baptismo. Quamquam alioqui possum dicere consuetudinem esse Scripturæ, Moysis nomine etiam significare legem, velut illud: *Habent Mosem & prophetas*. Itaque de legali baptismo loquens, baptizati sunt, inquit, in Mose. Cur igitur gloriationem nostræ spei, & dives illud Dei ac Servatoris nostri donum, qui per regenerationem renovat velut aquilæ juventutem nostram, contemptibile reddere conantur ii, qui ex umbra & figuris calumniantur veritatem? Profecto animi omnino infantilis est, puerique cui revera lacte est opus, ignorare magnum illud mysterium nostræ salutis: quod quemadmodum ad disciplinas discendas introduci solemus, ita in exercitatione pietatis, dum ad perfectionem inducimur, primum rebus quæ facilius percipiuntur, & quarum cognitio nobis congruit, ceu primis quibusdam elementis instituti sumus: Deo qui nostra gubernat, quasi oculos in tenebris enutritos ad magnum veritatis lumen, paulatim assuefaciendo, subvehente. Dum enim infirmitati nostræ parcat, in profunda sapientiæ suæ opulentia, inque imperscrutabilibus intelligentiæ suæ judiciis placidam hanc nobisque accommodam adhibuit institutionem, prius corporum umbras intueri, & in aquis solem cernere consuefaciens, ne protinus spectaculo puræ lucis offensi caligaremus. Ad consimilem enim rationem tum lex umbram habens futurorum, tum per prophetas facta olim delineatio, quæ est veritatis ænigma, exercitamenta oculorum cordis excogitata sunt: quod videlicet ab his futurus erat nobis transitus facilis ad reconditam in mysterio sapientiam. Itaque de figuris quidem hætenus. Neque enim licet huic loco diutius immorari. Alioqui quod obiter incidit, longe majus fieret argumento principali.

*Responsio ad id quod subinferunt, nos & in aquam baptizari: ubi & de baptismo.*

#### C A P U T XV.

34. Quid igitur ad hæc? Multis quippe solutionibus abundant. Etiam in aquam baptizamur, nec tamen aquam universæ creaturæ præferemus, neque ei Patris ac Filii honorem impertiemus. Atque illorum quidem verba talia sunt, qualia hominum ira commotorum, qui ob affusas rationi ex affectu tenebras, a nullo temperant, quod ad ulciscendum eum a quo offensi sunt faciat. Nos autem ne de his

*Gen. 22. 16.*  
*Ibid. v. 13.*

*Jon. 2. 1.*

Hereticorum ratiocinatio non solum Spiritui injuriosa sed etiam Deo.  
*Exod. 14. 32.*

*Gal. 3. 19.*

*Exod. 20. 19.*

*Joan. 5. 46.*

*Luc. 16. 29.*  
*1. Cor. 10. 2.*

his quidem gravabimur differere. Aut enim ignorantibus docebimus, aut maligne obstitentibus non concedemus. Sed paulo altius.

35. Dei ac Servatoris nostri circa hominem dispensatio, revocatio est a lapsu, reditusque ad Dei familiaritatem ab alienatione quam induxit inobedientia, Hanc ob causam adventus Christi in carne, Evangelicæ conversationis formæ, afflictiones, crux, sepultura, resurrectio, ut homo qui salvus fit per imitationem Christi, veterem illam filiorum adoptionem recipiat. Itaque necessarium est ad vitæ perfectionem Christum

Philip. 3. 10.

imitari, non solum in exemplis, quæ in vita demonstravit, lenitatis, humilitatis ac patientiæ, verum etiam ipsius mortis, sicut Paulus ait Christi imitator: *Conformatus morti ejus, si quo modo perveniam ad resurrectionem ex mortuis*. Quomodo igitur fit, ut simus in similitudine mortis ejus? con-

Rom. 6. 5.

Ibidem v. 4.

Joan. 3. 3.

pulti cum illo per baptismum. Quis igitur est modus sepulturæ, aut quis ex imitatione fructus? Primum quidem necesse est vitæ prioris seriem interrumpi. Id autem nemo potest consequi, nisi natus denuo, juxta

Gal. 2. 11.

Psal. 50. 9.

Domini vocem: siquidem regeneratio, uti ipsum etiam nomen declarat, alterius vitæ initium est. Quare antequam alteram vitam incipias, oportet priori finem imponere. Quemadmodum enim in his qui stadii finem assequuti sese reflectunt, statio quædam & requies inter contrarias motiones interponitur: sic & in mutatione vitæ videbatur necessarium, ut mors inter priorem & posteriorem vitam intercederet, quæ & præcedentia finiat, & initium det sequentibus. Quomodo igitur assequimur descensum ad inferos? Christi sepulturam imitantes per baptismum. Eorum enim qui baptizantur corpora, quodammodo in aquis sepeliuntur. Proinde depositionem operum carnis arcano modo significat baptismus, juxta Apostolum dicentem: *Circumcisi estis circumcissione non facta manu, in exspoliatione corporis carnis, in circumcissione Christi, sepultri cum illo in baptismo*. Ac baptismum quodam modo repurgat animam a sordidibus, quæ ei a carnali sensu accedunt, juxta id quod scriptum est: *Lavabis me & super nivem dealbabor*. Hanc ob causam non Judæorum more in quibuslibet inquinamentis ablui-

A Spiritui. Cum enim duo scopi propositi sint in baptismo, videlicet ut aboleatur corpus peccati, ne postea fructificet morti, tum ut vivatur Spiritu, & fructus habeatur in sanctificatione: aqua mortis exhibet imaginem, corpus velut in sepulchro recipiens; Spiritus vero vim vivificam immittit, a morte peccati renovans animas nostras in pristinam vitam. Hoc igitur est denuo nasci ex aqua & Spiritu: quippe quia mors perficitur in aqua, vitam vero nostram operatur Spiritus. Tribus igitur demersionibus, ac totidem invocationibus, magnum baptismatis mysterium peragitur, ut & mortis figura exprimat, & per traditionem divinæ scientiæ animus illustretur eorum qui baptizantur. Itaque si qua est gratia in aqua, non est ex ipsius aquæ natura, sed ex Spiritus præsentia. Non enim est baptismus depositio sordium corporis, sed conscientiæ bonæ interrogatio apud Deum. Itaque ad eam vitam, quæ est ex resurrectione, præparans nos Dominus, totam evangelicam conversationem proponit; ut non irascamur, ut malorum tolerantibus simus, & a voluptatum amore puri, ut a studio pecuniæ mores sint liberi, præscribens, ita ut quæ illud sæculum juxta naturam possidet, ea nos præcipientes ex animi inductione peragamus. Proinde si quis definiens dicat evangelium esse vitæ, quæ est ex resurrectione, figuram, mihi nequaquam videatur a recto aberrare. Ad scopum igitur revertamur.

1. Petri, 3. 21.

36. Per Spiritum sanctum datur in paradysum restitutio, ad regnum cælorum ascensus, in adoptionem filiorum reditus: datur fiducia Deum appellandi patrem suum, confortem fieri gratiæ Christi, filium lucis appellari, æternæ gloriæ participem esse, & ut semel omnia dicam, esse in omni benedictionis plenitudine, tum in præsentis hoc sæculo, tum in futuro: repositorem nobis in promissis bonorum, quæ per fidem fruenda expectamus, perinde quasi jam adsint, gratiam velut in speculo contemplantes. Nam si talis est arrhabo, quale est illud: quod perfectum est? Et si tantæ sunt primitiæ, quæ erit totius consummatio? Insuper & illinc cognoscitur quantum inter eam gratiam quæ a Spiritu proficiscitur, & baptismum, qui aqua constat, sit discriminis, quod Joannes quidem baptizavit in aqua ad pœnitentiam, Dominus autem noster Jesus Christus in Spiritu sancto. *Ego equidem, inquit, baptiza vos in aqua ad pœnitentiam: qui autem post me venit, potentior me est, cujus non sum dignus ut gestem calceamenta: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni*. Ignis baptismum probationem quæ fiet in judicio, dicens: quemadmodum Apostolus ait, *Uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit*. Et

Matth. 3. 11.

1. Cor. 3. 13.

Et rur-

*vid.* rursus, *Dies enim declarabit, quod in igne patefit*. Jam vero sunt nonnulli, qui in certaminibus pro pietate, revera non imitatione mortem pro Christo perpeffi, nihil symbolis quæ sunt in aqua opus habuerunt ad salutem, nimirum in proprio baptizati sanguine. Neque hæc ita loquor, quod aquæ baptisma spernam, sed ut istorum rationes dejiciam, qui adversus Spiritum eriguntur; quique commiscent non miscenda, & similia faciunt, quæ comparationem respiciunt.

*Quod in omni notione Spiritus sanctus inseparabilis est a Patre & Filio, sive in creatione intelligibilium creaturarum, sive in humanarum rerum dispensatione, sive in iudicio quod expectatur.*

### C A P U T XVI.

37. **A** Did igitur quod initio institutum est redeamus, quod videlicet in omnibus Spiritus sanctus inseparabilis & prorsus indistractus sit a Patre & Filio. Paulus Corinthiis scribens eo in loco in quo de dono linguarum tractat, ait: *Si omnes prophetetis, ingrediatur autem aliquis infidelis, aut idiota, arguitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus: occulta cordis ejus manifesta fiunt, atque ita procidens in faciem, adorabit Deum, renuntians quod Deus sit vere in vobis*. Itaque si ex prophetia, quæ juxta distributionem donorum Spiritus editur, agnoscitur Deus in prophetis esse; consultant isti quem locum attributuri sint Spiritui sancto: utrum æquus sit illum cum Deo jungere, an ad creaturarum ordinem extrudere. Quin & ista Petri ad Sapphiram verba, *Quid est quod conceit inter vos, tentare Spiritum sanctum? non mentiri estis hominibus, sed Deo, ostendunt eadem in Spiritum sanctum, & in Deum esse peccata*. Atque hoc etiam pacto discere poteris, Spiritum sanctum in omni operatione conjunctum & inseparabilem esse a Patre & Filio. Cum Deus efficit distributiones operationum, ac Dominus divisiones ministracionum, simul adest Spiritus sanctus, partitionem donorum pro cujusque dignitate proprio arbitrio dispensans. Nam, inquit, *divisiones donorum sunt, idem autem Spiritus. Et divisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus. Et divisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Hæc autem omnia, inquit, operatur unus & idem Spiritus, dividens seorsim cuique, prout vult*. Attamen non quoniam Apostolus primo loco meminit Spiritus, secundo Filii, tertio Dei & Patris, protinus oportet suspicari ordinem omnino

A inversum esse. A nostra siquidem habitudine sumsit exordium. Nam cum dona accipimus; nobis is qui distribuit, occurrit primum: mox cogitamus eum qui misit, postremo cogitationem perducimus ad fontem auctoremque bonorum.

38. Jam etiam ex rebus initio conditis discas licet Spiritus cum Patre & Filio communionem. Nam puræ & intelligentes & supermundanæ virtutes, sanctæ tum sunt, tum nominantur, ex gratia a Spiritu sancto infusa sanctimoniam consequuntur. Quare si B lentio prætermisus est modus creationis cælestium virtutum: nam ex sensibilibus tantum creatorem nobis aperuit is, qui conditi orbis conscripsit historiam. Tu vero qui facultatem habes ex visibilibus invisibilia deprehendendi, glorifica conditorem in quo condita sunt omnia, sive visibilia, sive invisibilia, sive principatus, sive potestates, sive virtutes, sive throni, sive dominationes, & si quæ aliæ sunt rationales naturæ, quæ nominari non possunt. In horum autem creatione cogita mihi primariam causam eorum quæ fiunt, Patrem, conditricem Filium, perfectricem Spiritum sanctum: ut voluntate quidem Patris sint administratorii Spiritus, Filii vero operatione perducantur ut sint, Spiritus autem præsentia perficiantur. Porro Angelorum perfectio est sanctificatio, & in hac perseverantia. Ac nemo me credat tres originales hypostasies ponere, aut Filii operationem dicere imperfectam. Principium enim eorum quæ sunt, unum est, per Filium condens, & perficiens in Spiritu. Ac nec Pater qui operatur omnia in omnibus, imperfectam habet operationem: neque Filius inconsummatam creationem, nisi a Spiritu perficiatur. Hoc enim pacto nec Pater opus habebit Filio, sola voluntate creans; attamen vult creare per Filium. Neque Filius egebit auxilio, juxta Patris similitudinem operans; sed & Filius vult per Spiritum perficere. Nam *verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum*. Itaque nec verbum est significativa aeris percussio per vocis instrumenta prolata: nec Spiritus oris halitus partibus respiratoriis efflatus: sed Verbum est quod in principio erat apud Deum, & Deus erat. Spiritus autem oris Dei, Spiritus est veritatis, qui a Patre procedit. Itaque tria intelligis, mandantem Dominum, creans Verbum & confirmantem Spiritum. Quæ porro alia possit esse confirmatio, quam in sanctimonia perfectio, confirmationis voce significante constantiam, immutabilitatem & soliditatem in bono. Sanctificatio autem non est absque Spiritu. Neque enim cælorum virtutes suapte natura sanctæ sunt; alioquin nihil different a Spiritu sancto: sed

Spitus sanctus cum Patre & Filio creat.

Col. 1. 16.

Psal. 32. 6.

Jom. 1. 1.

Jom. 15. 26.

jux-

juxta proportionem qua se invicem superant, a Spiritu habent sanctificationis mensuram. Quemadmodum enim cauterium non sine igne intelligitur, cum aliud sit subjecta materia, & aliud ignis: itidem & in cælestibus virtutibus, substantia quidem earum, puta Spiritus est aerius, aut ignis immaterialis, juxta id quod scriptum est, *Qui facit Angelos suos Spiritus, & ministros suos flammam ignis*: quapropter & in loco sunt, & fiunt visibiles, dum iis qui digni sunt, apparent in specie propriorum corporum. Sed sanctificatio, quæ est extra substantiam illorum, perfectionem illis affert per communionem Spiritus. Conservant autem dignitatem per perseverantiam in bono, habentes quidem in eligendo liberum arbitrium, nunquam tamen ab ejus qui vere bonus est consortio excidentibus: ita ut si subduxeris ratione Spiritum, perierint Angelorum choreæ, sublata sint quoque Archangelorum præfecturæ, atque confusa fuerint omnia: vita ipsorum nulli legi, nulli ordini, nulli regulæ subiaceat. Quomodo enim dicent Angeli, *Gloria in excelsis Deo*: nisi a Spiritu accepta potestate? Nemo siquidem potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto, & nullus in Spiritu Dei loquens dixit Jesum anathema: quod sane dixerint pravi & adversarii Spiritus, quorum lapsus comprobatur quod dicimus, virtutes invisibiles esse sui arbitrii, æque ad virtutem atque ad vitium vertibiles, & ob id opus habentes auxilio Spiritus. Ego vero ipsum Gabrielem haud alio modo arbitror prædicere futura, quam præscientia Spiritus, eo quod unum ex divisione donorum Spiritus sit prophetia. Porro qui mysteria visionis viro desideriorum jussus erat annuntiare, unde nactus erat sapientiam, ut posset docere arcana, nisi per Spiritum sanctum cum patefactio mysteriorum peculiariter ad Spiritum sanctum pertineat, juxta id quod scriptum est: *Nobis referavit Deus per Spiritum*. Throni vero & dominationes, principatus & potestates, quomodo beatam traducerent vitam, nisi semper viderent vultum Patris, qui in cælis est. At visio non est absque Spiritu. Quemadmodum enim si in nocte tollas lucernam e domo, cæci sunt oculi, facultates relinquuntur inertes, nec agnoscitur rerum dignitas, sed perignorantiam aurum perinde ac ferrum conculcatur: sic in spiritali ordine, impossibile est piam illam ac sanctam vitam permanere citra Spiritum: nihilo profecto magis quam exercitus in recto ordine manere potest absente duce, aut chorus in consonantia, nisi chori præfectus temperet harmoniam. Qui possent dicere Seraphim, *Sanctus, sanctus, sanctus*, nisi docti per Spiritum, quoties pium fuerit hujus glorificatio.

Anis verba canere. Sive igitur laudant Deum omnes angeli ejus ac omnes virtutes ejus; fit Spiritus ope. Sive adstant millies mille angeli, ac centies centum millia ministrantium; officium suum citra reprehensionem in virtute Spiritus perficiunt. Itaque tota illa supercælestis & ineffabilis harmonia, tum in cultu Dei, tum in ultramundanarum virtutum inter ipsas consonantia nequaquam servari posset, nisi præesset Spiritus. Sic igitur in creatione iis, quæ non proficundo perveniunt ad perfectionem, sed ab ipsa protinus creatione perfecta sunt, adest Spiritus sanctus; in hoc ut perficiatur compleaturque illorum substantia, gratiam suam conferens.

39. Cæterum dispensationes circa hominem quæ factæ sunt a magno Deo, & servatore nostro Jesu Christo juxta bonitatem Dei, quis negabit per Spiritus gratiam esse adimpletas? Sive velis prisca spectare, Patriarcharum benedictiones, auxilium per legem datum, figuras, prophetias, fortiter in bellis gesta, miracula per sanctos edita: sive quæ circa Domini in carne adventum dispensata sunt: per Spiritum gesta sunt. Primo enim adfuit ipsi carni Domini, dum factus unctio, & inseparabiliter conjunctus; sicut scriptum est: *Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum: hic est Filius meus dilectus*. Et, *Jesum a Nazareth quem unxit Deus Spiritu sancto*. Deinceps omnis actio præsentis Spiritu peragebatur. Hic præsens aderat cum & a diabolo tentaretur. *Deductus est*, inquit, *Jesum a Spiritu in desertum ut tentaretur*. Tum edentia miracula indivulsa aderat. *Si enim ego*, inquit, *in Spiritu Dei ejicio demonia*. Nec deseruit excitatum a mortuis. Dominus enim renovans hominem, eique iterum reddens gratiam, quam ex afflatu Dei acceptam amiserat, cum inspirasset in faciem discipulorum, quid ait? *Accipite Spiritum sanctum*. Quorumcumque remiseritis peccata, remittuntur, & quorumcumque retinueritis, retenta sunt. Jam vero Ecclesiæ ordo & gubernatio, nonne palam & citra contradictionem per Spiritum sanctum peragitur? *Ipse enim*, inquit, *dedit Ecclesiæ primum Apostolos, deinde prophetas, tertio doctores*. Ad hæc virtutes, præterea dona sanationum, subsidia, gubernationes, genera linguarum. Hic enim ordo juxta distributionem donorum Spiritus digestus est.

40. Quin si quis accuratius perpendat, comperiet, ne in tempore quidem illo quo expectata Domini apparitio fiet de cælo, otiosum fore Spiritum sanctum, ut quidam arbitrantur: sed simul aderit in illo etiam die revelationis illius, quo judicaturus est orbem terrarum in justitia ille beatus & solus

Lex & prophetiæ & quæ incarnationem spectant, per S. Spiritum adimpleta.

Joan. 1. 33.

Matth. 10. 38.

Matth. 4. 7.

Matth. 12. 28.

Joan. 20. 22.

1. Cor. 12. 28.

Spiritus simul aderit, cum judicabit Filius.

Psal. 103. 4.

Luc. 1. 14.

Luc. 1. 26.

Daniel 10. 10.

1. Cor. 2. 10.

Matth. 18. 10.

Esa. 6. 3.

potens. Quis enim adeo ignarus est bonorum, quæ Deus præparavit dignis, ut nesciat justorum coronam esse Spiritus gratiam, quæ largius tunc perfectiusque dabitur, spirituali gloria cuique pro recte gestis distributa? In splendoribus enim sanctorum mansiones multæ sunt apud Patrem: hoc est, dignitatis discrimina. *Sicut enim stella a stella differt in claritate, ita & resurrectio mortuorum.* Itaque qui consignati sunt Spiritu sancto in diem redemptionis, quique Spiritus primitias, quas accepere, puras & integras servaverint, ii sunt qui audient: *Eu-ge serve bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam.* Similiter & qui contristaverint Spiritum sanctum pravitate studiorum suorum, aut qui non fecerint lucrum e sorte data, ab iis auferetur id quod acceperunt, beneficio in alios translato: aut secundum aliquem ex Evangelistis, etiam penitus discindentur: dissectio siquidem intelligenda est in hoc, quod prorsus a Spiritu sancto alienabuntur. Neque enim corpus dividitur, ut una pars tradatur supplicio, altera absolvatur. Nam id quidem fabulosum, neque iusto dignum iudice, cum totum peccaverit, dimidium addici poenæ. Nec anima in duas partes secatur, cum tota per totum habuerit peccandi affectum, simulque cum corpore malum operetur. Sed dissectio, ut dixi, perpetua est animæ a Spiritu alienatio. Nunc enim tametsi non admiscetur indignis, attamen aliquo pacto videtur adesse semel baptizatis, expectans ut salutem per conversionem consequantur: tum vero in totum ab anima, quæ gratiam ipsius prophanaverit, resecabitur. Eoque non est in inferno qui confiteatur: neque in morte qui memor sit Dei, cum jam non adsit sancti Spiritus adiutorium. Quomodo igitur intelligi potest absque Spiritu sancto fieri iudicium; cum Scriptura declaret ipsum esse & justorum præmium, quando pro arrhabone exhibebitur quod perfectum est; & primam peccatorum condemnationem, cum eo etiam quod habere videntur, spoliati fuerint? Porro maximum argumentum conjunctionis illius, quam Spiritus cum Patre & Filio habet, illud est, quod eodem modo dicitur habere se erga Deum, quo erga unumquemque nostrum se habet Spiritus, qui est in nobis. *Quis, inquit, hominum novit ea quæ sunt hominis, nisi Spiritus, qui est in ipso? Sic & quæ Dei sunt, nemo novit, nisi Spiritus qui ex Deo est.* Et hæc quidem hæcenus.

*Adversus eos qui dicunt non connumerari Patri ac Filio sanctum Spiritum, sed subnumerari: ubi & de pia connumeratione summarius fidei decursus.*

## CAPUT XVII.

41. CÆterum subnumerationem quid dicant, aut in cuius rei significationem vocem hanc usurpent, ne cogitare quidem facile est. Nam & hanc nobis e mundi sapientia fuisse investam, notum est omnibus & perspectum. An vero aliquam habeat propriam rationem ad id quod nunc agitur, hoc consideremus. Ajunt igitur qui rerum inanium periti sunt, quædam nomina esse communia, quorum significatio multa complectitur: alia magis propria, & alia aliis vim habere magis peculiarem. Exempli causa, commune nomen est essentia, quod pariter de omnibus prædicatur, sive inanimis sive animatis. Peculiaris autem animal, quod de paucioribus quidem prædicatur quam illud prius, sed tamen ejus contemplatio magis extenditur, quam eorum quæ illi subiecta sunt. Nam in eo, rationalium simul & irrationalium natura comprehenditur. Rursum magis speciale nomen est homo, quam animal: item vir specialius est nomen quam homo, & viro specialius est hic aut ille vir, puta Petrus, aut Paulus, aut Joannes. An igitur hoc subnumerationem esse sentiunt, rei communis in ea quæ subiecta sunt divisionem? At non crediderim illos ad tantum stuporem devenisse, ut dicant Deum universorum, velut communitatem quamdam ratione sola intelligibilem, nulla autem in hypostasi subsistentem, in subiecta dividi: deinde hanc subdivisionem etiam subnumerationem dici. Istud sane ne insani quidem dixerint. Nam præter impietatem, etiam sermonem instituunt, cum eo quod proponunt pugnantem: siquidem quæ subdividuntur, ejusdem sunt essentia, cujus sunt illa a quibus dividuntur. Sed ob magnam absurditatis evidentiam videmur oratione destitui, nec habere quibus verbis illorum stultitiam reprehendamus, adeo ut mihi videantur propter amentiam aliquid lucrifacere. Quemadmodum enim in corpora mollia cedentiaque non possis egregiam plagam impingere, eo quod obistere contraque niti non queant: ita eos qui palam insaniunt non possis forti ac virili redargutione percellere. Superest igitur, ut abominandam illorum impietatem silentio prætereamus. At non patitur filere me nec fratrum charitas, nec adversariorum improbitas.

42. Quid igitur dicunt? Videte quanta sit in dictis illorum arrogantia. Nos, inquit,

unt, profiteamur, iis qui honore pares sunt. A locum habet, ut dicant alterum connumerari, alterum subnumerari, cum in una eademque serie nomina sint ordinata? In summa porro, quæ res ex omni rerum genere unquam a sua ipsius natura excidit dum numeratur? Nonne potius quæ numerantur, talia perseverant qualia sunt ab initio; numerus autem adhibetur a nobis ceu signum, quo declaratur multitudo suppositorum? Nam ex corporibus alia numeramus, alia metimur, alia libramus: & quorum continua est natura, ea mensura comprehendimus: quorum discreta, numero subijcimus, exceptis iis, quæ ob tenuitatem rursus sunt etiam mensurabilia: quæ vero gravia sunt, libræ momento discernimus. Non itaque quoniam nobis ipsis signa ad quantitatis notitiam excogitavimus, protinus etiam naturam eorum quæ signata sunt, immutavimus. Quemadmodum igitur quæ libra expendimus, ea non sublibramus inter sese, etiam si unum sit aurum, alterum stannum; neque submetimur quæ mensura dijudicantur: ita nec ea quæ numerantur, ullo modo subnumerabimus. Quod si in cæteris nihil est, quod subnumerationem recipiat; qua fronte dicunt Spiritui competere subnumerationem? At hi ethnico morbo laborantes, existimant quæ dignitatis gradu aut naturæ ac substantiæ submissione inferiora sunt, iis convenire subnumerationem.

unt, profiteamur, iis qui honore pares sunt. B convenire connumerationem: iis vero qui inferioris sunt conditionis, subnumerationem. Et istud cur tandem dicitis? Neque enim intelligo absurdam vestram sapientiam. An quod aurum auro connumeratur, plumbum vero non item erit dignum, quod connumeretur, sed ob materiæ vilitatem subnumerabitur auro? Atque etiam vimne tantam tribuitis numero, ut is vel rerum vilium pretium attollere, vel pretiosarum rerum dignitatem dejicere valeat? Ergo rursus aurum pretiosis lapidibus subnumerabis; atque in his ipsis, elegantioribus ac majoribus subnumerabis minus lucidos ac minores. Sed quid non dicant, qui ad nihil aliud vacant, nisi aut ad dicendum, aut audiendum aliquid novi? Posthac cum Stoicis & Epicureis nominentur qui impietatem inita subductaque ratione docent. Quæ namque vel possit fieri rerum viliorum ad pretiosiores subnumeratio? Æreus obolus aureo stateri quomodo subnumerabitur? Quoniam non dicimus, inquiunt, duo possideri numismata, sed unum & unum. C Utrum igitur utri horum subnumeratur? Nam utrumque similiter profertur. Itaque si quodque per se numeres, facis æqualitatem pretii eodem numerandi modo: si autem ea conjunxeris, rursus unam & eandem facis dignitatem, utrumque alteri connumerans. Quod si quidquid in numerando posteriore loco posueris, id habebit subnumerationem; numeranti in manu est, ab æreo numismate numerationem incipere. Sed imperitiæ confutationem in aliud tempus rejicientes, ad ea quæ rem causamque continent, orationem vertamus.

*Quomodo in professione trium hypostaseon  
pium monarchiæ dogma servamus, ubi  
eorum, qui dicunt Spiritum subnumerari,  
refutatio.*

## CAPUT XVIII.

43. Etiamne Filium dicitis subnumerari Patri, ac Spiritum Filio; an soli Spiritui tribuitis subnumerationem? etenim si Filium quoque subnumeratis, rursus eandem impietatis doctrinam instauratis, dissimilitudinem essentiae, dignitatis dejectionem, nativitatem tempore posteriorem, & in summa, omnes simul blasphemias in Unigenitum unico isto verbo revolvere ostendemini: quibus contradicere prolixius est, quam pro presenti instituto, præsertim cum aliis in locis impietas a nobis pro viribus refutata sit. Quod si soli Spiritui putant convenire subnumerationem; discant Spiritum eodem modo pronuntiari cum Domino, quomodo & Filius pronuntiatur cum Patre. Nomen enim Patris & Filii & Spiritus sancti similiter editum est. Itaque quemadmodum se habet Filius ad Patrem, ita ad Filium sese habet Spiritus, secundum traditum in baptismo verborum ordinem. Quod si Spiritus Filio junctus est, Filius autem Patri; liquet ipsum etiam Spiritum Patri adjungi. Quem igitur

44. CUM Patrem & Filium & Spiritum sanctum traderet Dominus, non cum numero simul tradidit. Non enim dixit, In primum & secundum & tertium, neque in unum & duo & tria: sed per sancta nomina, cognitionem fidei ad salutem perducens largitus est. Quare quod nos salvos facit, fides est. Numerus vero, signum declarans quot sint supposita, excogitatus est. Sed qui undelibet sibi ipsis noxas contrahunt, etiam numerandi facultate adversus fidem abutuntur: qui quidem cum nulla alia res ob numeri accessionem immutetur, tamen in divina natura numerum metuunt, ne scilicet per eum honoris Paracleto debiti modum excedant. Sed o sapientissimi, sint maxime supra numerum, quæ non possumus assequi; quemadmodum prisca Hebræorum pietas propriis ac peculiariibus notis ineffabile Dei nomen exarabat, inde etiam ejus supra omnia eminentiam declarans. Quod si & numerus adhibendus est,

*Matth. 28.  
19.  
Quemadmodum se  
habet Filius  
ad Patrem,  
ita Spiritus  
ad Filium.*

*S. Basilii Oper. Tom. III.*

C 2 ne-

nequaquam & per eum depravanda veritas. Aut enim silentio honorentur ineffabilia, aut pie numerentur sancta. Unus Deus & Pater, & unus unigenitus Filius, & unus Spiritus sanctus. Unamquamque hypostasim singulariter efferimus; cum autem connumerare opus fuerit, haudquaquam indote numerando ad plurium deorum notionem efferimur.

45. Neque enim juxta compositionem numeramus, ab uno ad plura facientes incrementum, ut dicamus unum, duo, tria, neque primum, secundum ac tertium. *Ego enim Deus primus, & ego post hæc.* Secundum autem Deum numquam hætenus audivimus: quippe Deum ex Deo adorantes, etiam proprietatem profiteamur hypostaseon, manemusque in uno principatu, non dissipantes theologiam in scissam multitudinem: eo quod unam in Deo Patre & Deo unigenito formam, ut ita loquar, contemplamur, in una & omnino simili deitate expressam. Filius enim in Patre, & Pater in Filio: quandoquidem hic talis est, qualis ille, & ille qualis hic; atque in hoc unum sunt. Itaque juxta personarum proprietatem, unus sunt & unus: at juxta communem naturam, unum sunt. Quomodo igitur si unus & unus sunt, non sunt duo dii? Quoniam rex dicitur & regis imago, non autem duo reges. Neque enim potestas scinditur, neque gloria dividitur. Quemadmodum enim principatus ac potestas nobis dominans una est: sic & glorificatio quam illi deferimus una est, non multæ: nam imaginis honor ad exemplar transit. Quod igitur hic est per imitationem imago, hoc illic natura Filius. Et quemadmodum in iis quæ arte fiunt, similitudo est secundum formam: ita in divina incompositaque natura, in communionem deitatis est unio. Unus autem est & Spiritus sanctus, atque ipse singulariter enuntiatur, per unum Filium uni Patri copulatus, ac per se complens glorificandam super omnia ac beatam Trinitatem: cujus cum Patre & Filio consortium satis illud declarat, quod in turba creaturarum positus non est, sed solitarie profertur. Neque enim unus est de multis, sed unus est. Quemadmodum enim unus est Pater, & unus Filius: ita & unus est Spiritus Sanctus. Et vero a creaturarum natura tantum semovetur, quantum par est id quod singulare est, a collectivis & multitudinem habentibus distare. Patri autem ac Filio in tantum unitus est, quantum consortii habet unitas cum unitate.

46. Sed nec hinc solum probatur naturæ communio: verum illinc quoque, quod ex Deo esse dicitur, non sicut ex Deo sunt omnia, sed tanquam ex Deo procedens: non per generationem quemadmodum Filius,

sed tanquam Spiritus oris ejus. Omnino autem nec os membrum est, nec Spiritus est flatus resolubilis: sed & os, prout Deo convenit, dicitur, & Spiritus essentia vivens, sanctificationis domina: ita ut consortium quidem inde declaretur; modus autem existentiae ineffabilis servetur. Quin & Spiritus Christi dicitur, tanquam illi natura conjunctus. Eoque *si quis Christi Spiritum non habet, hic non est ejus.* Unde solus Spiritus digne glorificat Dominum. *Ille enim, inquit, me glorificabit,* non ut creatura, sed tanquam Spiritus veritatis, dilucide in se ipso declarans veritatem, & tanquam Spiritus sapientiae, Christum qui est Dei virtus & Dei sapientia, in sua magnitudine revelans. Denique tanquam Consolator in se ipso exprimit Consolatoris, a quo missus est, bonitatem; & in sua propria dignitate ejus a quo processit, majestatem exhibet. Est igitur gloria, alia quidem naturalis, veluti gloria solis est lumen: alia externa, quæ ex libera voluntate cum judicio dignis defertur. At hæc rursum gemina est. *Filius enim, inquit, glorificat Patrem & servus dominum suum.* Itaque ex his duabus, ea quæ servilis est a creatura defertur: altera vero quæ, ut ita loquar, contubernalis est, a Spiritu præstatur. Quemadmodum enim de se ipso dixit: *Ego te glorificavi super terram, opus perfeci quod dedisti mihi ut perficerem:* sic & de Paracleto dictum est, *Ille me glorificabit, quoniam de meo accipiet, & annuntiabit vobis.* Et quemadmodum Filius glorificatur a Patre, qui ait, *Et glorificavi, & iterum glorificabo:* sic glorificatur Spiritus per consortium quod habet cum Patre & Filio, & per Unigeniti testimonium, dicentis: *Omne peccatum & blasphemia remittetur vobis hominibus, sed in Spiritum blasphemia non remittetur.*

47. Cum autem per vim illuminatricem intendimus oculos in pulchritudinem imaginis Dei invisibilis, perque hanc subvehimur ad pulcherrimum spectaculum archetypi; ibi videlicet adest inseparabiliter cognitionis Spiritus, vim imaginis speculativam in se ipso exhibens iis, qui veritatis contemplatione delectantur; non foris ostendens, sed in se ipso inducens ad agnitionem. Quemadmodum enim nemo novit Patrem nisi Filius: sic nullus potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto. Non enim dictum est, *Per Spiritum, sed in Spiritu.* Et, *Spiritus est Deus: & qui adorant eum, in Spiritu & veritate oportet adorare:* sicut scriptum est: *In lumine tuo videbimus lumen:* hoc est, in illustratione Spiritus lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in mundum. Itaque in se ipso ostendit Unigeniti gloriam, & veris adoratoribus

in

Esa. 44. 6.

Christiani non adorant secundum Deum, sed Deum ex Deo.

Rom. 8. 9.

Joh. 16. 14.

Malach. 1. 6.

Joh. 17. 4.

Joh. 16. 14.

Joh. 12. 28.

Matth. 12.

31.

Matth. 11.

27.

1. Cor. 12. 3.

Joh. 4. 24.

Psal. 35. 10.

Joh. 1. 9.



in se ipso Dei cognitionem præbet. Proinde A via ad Dei cognitionem est ab uno Spiritu, per unum Filium ad unum Patrem. Ac rursus nativa bonitas & naturalis sanctimonia & regalis dignitas ex Patre per Unigenitum ad Spiritum permanat. Ad hunc modum & hypostases profiteamur, nec pium monarchiæ dogma labefactatur. Cæterum qui subnumerationem ponunt, dicentes primum, secundum ac tertium, sciant sese Deorum multitudinem, juxta gentium errorem in illibatam Christianorum theologiam inducere. Ad nihil enim aliud tendit subnumerationis dolosa inventio, quam ut profiteamur Deum primum, secundum, ac tertium. Sed nobis sufficit a Domino præscriptus ordo, quem qui confundet non minus peccabit, quam peccat istorum impietas. Quod ergo naturalis communio nequaquam modo subnumerationis dissolvitur, velut isti errando putant, satis dictum est. Sed concedamus pertinaci & inaniter sapienti, demusque id quod aliquo posterius est, sic exprimi, ut ei subnumeretur. Videamus jam quid ex hoc sermone consequatur. *Primus*, inquit, *bomo de terra terrenus : secundus homo Dominus de cælo*. Et alibi, *Non primum*, inquit, *quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale*. Ergo si primo subnumeratur secundum, id autem quod subnumeratur vilius est eo cui subnumeratur : igitur secundum vos vilior est spiritualis animali, & homine terreno cœlestis.

1. Cor. 15.  
47.

Ibid. v. 46.

*Adversus eos qui dicunt non esse glorificandum Spiritum.*

## CAPUT XIX.

48. **S**It ita, inquit, at ea gloria nullo pacto debetur Spiritui, ut a nobis glorificationibus sit extollendus. Unde igitur probaturi sumus Spiritus dignitatem intellectum omnem superantem, si Patris & Filii communio visa est istis minime sufficiens ad id testificandum? Sane possumus & ad ea quæ nominibus significantur respicientes, & ad operationum ejus magnitudinem, & ad beneficia quæ in nos, imo quæ in omnem creaturam confert, pro modulo nostro naturæ illius sublimitatem ac potentiam incomprehensibilem percipere. Spiritus vocatus est, ut est illud, Spiritus Deus. Et, *Spiritus vultus nostri, Christus Dominus*. Sanctus dicitur, quemadmodum sanctus Pater, & sanctus Filius. Creaturæ siquidem indita est aliunde sanctimonia : Spiritui vero sanctitas completiva est naturæ. Ideoque non sanctificatur, sed sanctificat. Bonus item dicitur sicut Pater bonus est, & sicut bonus est is qui ex bono natus est : cui boni-

Spiritus divinitas probatur ex nominibus quibus solet designari. Thron. 4. 29.

tas est ipsa essentia. Rectus vocatur, ut rectus Dominus Deus, eo quod per se sit ipsa veritas, & ipsa justitia, nec in hanc nec in illam partem se vertens aut flectens, propter naturæ immutabilitatem. Paracletus nuncupatur velut Unigenitus : sicut ipse ait, *Ego rogabo Patrem meum, & dabit vobis alium Paracletum*. Hoc pacto communia sunt nomina Patri, Filio, & Spiritui sancto, qui has appellationes ex naturæ consortio habet. Unde enim aliunde? Rursum Spiritus principalis, & Spiritus veritatis, & Spiritus sapientiæ dictus est. *Spiritus divinus qui me fecit*. Et, *Beseleel*, inquit, *implevit Deus Spiritu divino sapientiæ & intellectus & scientiæ*. Talia igitur nomina eximia illa quidem & magna, nec tamen, quid ad gloriam attinet, exaggerationem ullam habentia.

Psal. 91. 16.

Jean. 14. 16.

Job. 33. 4.

Exod. 31. 3.

49. At operationes quales sunt? Ineffabiles quidem ob magnitudinem, innumerabiles vero ob multitudinem. Nam quo pacto intelligemus ea quæ fuerunt ante sæcula? Quæ erant illius operationes ante creaturam intelligibilem? Quanta autem ab illo beneficia in creaturam? Ad hæc quæ potestas ad ventura sæcula? Erat enim, & ante erat, & simul aderat cum Patre & Filio ante sæcula. Quare etiam si quid cogitaris ante sæcula, hoc tamen reperias Spiritu esse posterius. Quod si creationem reputes; consolidatæ sunt coelorum virtutes a Spiritu, ita ut consolidationem intelligas firmitatem, quæ non facile bonorum habitu excidat. Etenim quod Deo conjunctæ sunt, quodque ad malitiam verti non queunt, quodque in beatitudine perpetuo perseverant virtutes, id illis a Spiritu accedit. Christi adventus : Spiritus præcurrit. In carne adventus, & Spiritus inseparabilis. Operationes virtutum, dona sanationum; sed per Spiritum sanctum. Dæmones expulsi in Spiritu Dei. Diabolus spoliatus est imperio simul præsentem Spiritu. Peccatorum facta remissio, sed in gratia Spiritus. *Abluti enim estis & sanctificati in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu sancto*. Conjunctio cum Deo, fit per Spiritum. *Misit enim Deus Spiritum Filii sui in corda nostra, clamantem, Abba Pater*. Resurrectio a mortuis, Spiritus virtute. *Emitte siquidem Spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ*. Sive quis creationem accipiat de extinctorum reviviscencia; an non magna Spiritus operatio, qui nobis suppeditat vitam ex resurrectione, & ad Spiritualem illam vitam animas nostras adaptat? Sive creatio dicatur esse eorum, qui hic per peccatum lapsi sunt, in meliorem statum mutatio (nam ita quoque nonnumquam usurpatur juxta Scripturæ consuetudinem, velut cum Paulus dicit, *Si qua in*

Ex operationibus.

1. Cor. 6. 11.

Gal. 4. 6.

Psal. 103. 30.

2. Cor. 5. 17.

*Christo nova creatura*) renovatio quæ hic fit, A Dei, quam spiritus hominis novit quæ in ipso sunt.

& a vita terrestri ac turbulentis affectibus obnoxia ad coelestem conversationem transmutatio, quæ fit in nobis per Spiritum, ad summam admirationem deducit animos nostros. In his utrum metuere debemus, ne dignitatem immodicis honoribus transgrediamur: an contra, ne illius notionem ad humilia deprimamus, etiamsi videamur maxima de eo loqui, quæ quidem humana mente concipi, humanaque lingua proferri possunt? *Hæc dicit Spiritus sanctus*, sicut, *hæc dicit Dominus. Descende, & perge cum illis, nihil hæsitans, quoniam ego misi illos.* Num hæc sunt abjecti ac metu consternati verba? *Separate mihi Barnabam & Saulum in opus ad quod accersivi illos.* Num servus ita loquitur? *Et Esaias, Dominus misit me, & Spiritus ejus. Et, descendit Spiritus a Domino, & deduxit illos.* At ne rursus mihi deductionem accipias pro humili ministerio. Nam hoc opus etiam Dei esse testatur Scriptura. *Deduxisti, inquit, sicut oves populum tuum.* Et, *Qui deducis velut ovem Joseph.* Et, *Deduxit eos in spe, & non timuerunt.* Proinde cum audieris, *Cum venerit Paracletus, ille vobis suggeret, ac vos ducet in omnem veritatem:* cogita deductionem, sicuti doctus es; ne calumniæ cogitatum.

50. At, inquires; *etiam interpellat pro nobis:* proinde quantum is qui supplex est, beneficii auctore inferior est, tantum quoque Spiritus ratione dignitatis a Deo remotus. At tu nondum audisti de Unigenito, quod is est in dextra Dei, & interpellat pro nobis? Itaque quia Spiritus in te est, si tamen omnino in te est, & quia nos excæcatos ad eligendum quod utile est, docet, deducitque, ne eam ob causam piam ac sanctam de eo opinionem amittas. Nam profecto summus fuerit ingrati animi gradus, beneficientis humanitatem ad ingrati animi occasionem vertere. Nolite igitur contristare Spiritum sanctum. Audite quid dicat Martyrum primitiæ Stephanus, inobedientiam ac rebellionem exprobens populo. *Vos, inquit, semper Spiritui sancto resistitis.* Et rursus Esaias, *Exacerbaverunt Spiritum sanctum, & versus est illis in inimicitiam.* Et alibi, *domus Jacob irritavit Spiritum Domini.* Audite, inquam, an non hæc summam potentiam declarent? Iudicio legentium permitto, quas tandem oporteat eos, qui hæc audiunt, opiniones concipere; utrum tamquam de instrumento, deque obediente, & parem conditionem cum creatura sortito, denique nobis servo sentire; an gravissimum vel verbo solo hanc blasphemiam piorum aures subire? *Servum dicis Spiritum?* Sed servus, inquit, non novit quid faciat Dominus ipsius: Spiritus autem non aliter novit quæ sunt

*Adversus eos, qui dicunt Spiritum nec in servili, nec in herili conditione esse, sed in conditione liberorum.*

## CAPUT XX.

51. **N**Equè servus, inquit, neque Dominus, sed liber. O mirum stuporem, o miserandam audaciam ista loquentium! Quid amplius deplorem? Utrum incitiam, an blasphemiam istorum? Qui quidem de Deo dogmata humanis exemplis decorant; ac hominum consuetudinem, per quam dispar est dignitatum excellentia, ad divinam & ineffabilem naturam accommodare nituntur: haud reputantes apud homines quidem nullum esse natura servum. Aut enim potentia oppressi, sub jugum servitutis inducti sunt, velut in bello capti: aut ob paupertatem in servitute adacti sunt, velut Ægyptii Pharaoni: aut juxta sapientem quamdam & arcanam dispensationem, qui inter filios deteriores sunt, parentum voce, sapientioribus ac melioribus in servitute addicti sunt; quam haudquaquam condemnationem, sed beneficium potius dixerit æquus rerum æstimator. Nam qui ob sensus inopiam, non habet in sese id quod natura imperat, huic utilius est alterius fieri mancipium, ut dum dominantis prudentia dirigatur, similis sit currui qui aurigam recipit, aut navi quæ nauclerum habet clavo assidentem. Hanc ob causam Jacob Dominus Esau ex benedictione patris, ut stultus a sapiente vel invitatus beneficio afficeretur, quippe non habens proprium curatorem, videlicet mentem. Et Chanaan filius servus erit fratribus suis, quoniam indocilis erat ad virtutem, imprudentem habens patrem, videlicet Cham. Ad hunc igitur modum hic fiunt servi. Liberi vero sunt, qui effugerunt paupertatem, aut bellum, aut qui aliorum cura non egent. Itaque quamvis hic herus, ille servus appelletur, omnes tamen & quatenus sumus ejusdem inter nos conditionis, & tamquam illius qui nos condidit mancipia, conservi sumus. Illic porro quid potes e servitute eximere? Nam statim ac condita sunt, simul cum eis condita servitus. Sibi enim invicem non imperant, eo quod coelestia plus habendi non tenentur desiderio. Deo autem subiecta omnia, ac tamquam domino debitum timorem, ac tamquam conditori debitam gloriam persolvunt. *Filius enim gloria afficit patrem, & servus dominum suum.* Et ex his duobus alterum omnino Deus requirit. *Nam si pater, inquit, sum ego, ubi est gloria mea? Si Domi-*

nus sum ego, ubi est timor meus? Alioqui vi-  
ta custodiæ ac inspectioni Domini non subdi-  
ta, omnium maxime miserabilis foret. Cu-  
jusmodi sunt virtutes desertrices, quæ quod  
cervicem erexerunt adversus Deum omni-  
potentem, servitutem detrectant, non quod  
aliter natura comparatæ sint, sed quod sub-  
ditæ esse nolint creatori. Quem igitur ap-  
pellas liberum? Eum qui sine rege est? Qui  
neque imperandi alteri potestatem habet,  
neque alterius imperium admittit? At nec  
est istiusmodi natura in rebus conditis, &  
hoc de Spiritu cogitare aperta impietas est.  
Quare si Spiritus creatus est, profecto ser-  
vit cum omnibus. *Omnia enim*, inquit;  
*serviunt tibi*: sin supra creaturam est, regni  
quoque confors est.

Psal. 116.  
91.

*Testimonia ex Scripturis Spiritum appellari  
Dominum.*

## CAPUT XXI.

52. **S**ed quid opus est ex rebus humilibus  
pugnantes, doctrinæ turpiter pa-  
rare victoriam, cum liceat illustriorum ap-  
positione gloriæ excellentiam, cui contra-  
dici non possit, demonstrare? Quod si pro-  
feremus ea quæ nos Scriptura docuit, forsi-  
tan magno vehementique clamore vocife-  
rabuntur, & auribus obturatis Pneumato-  
machi tollentes lapides, aut quicquid forte  
occurrerit, in arma quisque vertentes, in  
nos irruent. Sed non est nobis incolumitas  
anteponenda veritati. Invenimus igitur  
apud Apostolum: *Dominus autem dirigat cor-  
da vestra in dilectionem Dei, & in patientiam  
Christi pro tribulationibus*. Quis est Domi-  
nus dirigens in dilectionem Dei, & in patien-  
tiam Christi pro tribulationibus? Respon-  
deant nobis, qui Spiritum in servitutem  
adigunt. Sive enim de Deo & Patre fuisset  
sermo, omnino dixisset: *Dominus vos diri-  
gat in dilectionem sui*: sive de Filio, addidisset,  
*in suam ipsius patientiam*. Quærant igitur  
quænam sit alia persona, quam Domini  
vocabulo deceat honorari. Huic affine est  
& illud, quod alibi positum est: *Dominus vos  
impleat, & abundare faciat charitate, in vos  
in vicem & in omnes, quemadmodum & nos in  
vos, ad confirmandum corda vestra irreprehen-  
sibilia in sanctificatione, coram Deo & patre  
nostro, in adventu Domini nostri Jesu Christi  
cum omnibus sanctis suis*. Quem Dominum  
precat, coram Deo & Patre nostro in ad-  
ventu Domini nostri irreprehenabilia fide-  
lium Thessalonicensium corda, confirmata  
in sanctitate constabilire? Respondeant no-  
bis, qui cum ministratoriis spiritibus, qui  
mittuntur ad ministerium, collocant Spiritum  
sanctum. At non habent quod respon-

Pneumato-  
machorum  
furor non  
terret Basi-  
lium.

2. Thess. 3.  
5.

1. Thess. 3.  
12.

deant, quapropter audiant & aliud testimo-  
nium, evidenter Spiritum sanctum appel-  
lans Dominum. *Dominus*, inquit, *Spiri-  
tus est*. Et rursus: *tamquam a Domino Spi-  
ritu*. Ne vero ulla relinquatur occasio con-  
tradicens, ipsa Apostoli verba proferam  
in medium: *Usque ad hodiernum enim diem  
idem velamen in lectione veteris testamenti  
manet non revelatum, quod in Christo abroga-  
tur. Cum autem conversus fuerit ad Domi-  
num, tollitur velamen. Dominus autem Spi-  
ritus est*. Cur hoc dicit? Quoniam qui nudo  
intellectui litteræ affidet, & illic circa lega-  
les observationes occupatus est, Judaica lit-  
teræ interpretatione quasi velo tectum ha-  
bet cor: atque id illi accidit, eo quod igno-  
ret corporalem legis observationem in ad-  
ventu Christi abolitam esse, jam figuris ad  
veritatem translatis. Sunt enim supervaca-  
næ lucernæ solis adventu: & cessat lex, &  
prophetiæ silent, simul ut illuxit veritas.  
At qui potuit ad profunda legalis sensus pe-  
netrare, ac discussa legis obscuritate, ceu  
velamento, introire ad arcana, hic Mosen  
imitatus est, velamen, dum loquitur cum  
Deo, tollentem; ipse se etiam convertens  
a littera ad spiritum. Quare velamini quod  
impositum est super faciem Mofi, respon-  
det legalium documentorum obscuritas:  
conversioni autem ad Dominum respondet  
spiritualis intelligentia. Ergo qui in lectio-  
ne legis aufert litteram, convertit sese ad  
Dominum (Dominus autem nunc Spiritus  
dicitur) ac similis redditur Mofi, ex appa-  
ritione Dei faciem glorificatam habenti. Si-  
cut enim quæ juxta floridos colores posita  
sunt, e splendore promanante colorantur  
& ipsa: sic qui evidenter intendit oculos in  
Spiritum, ex illius gloria quodammodo  
transformatur ut fiat illustrior, dum veri-  
tate a Spiritu promanante, ceu luce qua-  
dam, corde illuminatur. Et hoc est trans-  
formari a gloria Spiritus ad propriam glo-  
riam, haud parce, neque tenuiter, sed in  
tantum, quantum par est illustrari eum qui  
a Spiritu illuminatur. Non vereris, o ho-  
mo, Apostolum dicentem: *Templum Dei  
estis, & Spiritus Dei habitat in vobis*? Num  
potuisset umquam servile domicilium appel-  
latione templi honorare? Quid qui Scriptu-  
ram divinitus inspiratam appellat, eo quod  
afflatu Spiritus scripta sit, num contumelio-  
sis & Spiritum attenuantibus verbis utitur?

2. Cor. 3.  
17.  
Ibid. v. 18.

Ibidem v.  
14.

Exod. 34.  
34.

1. Cor. 3.16.

2. Tim. 3.  
16.

*Confirmatio naturalis communionis Spiritus,  
eo quod æque ac Pater & Filius incompre-  
hensibilis est.*

## CAPUT XXII.

53. **N**on solum autem ex hoc quod eas-  
dem habet appellationes, & in  
ope-

operationibus consors est Patri & Filio, dilu-  
cet naturæ illius excellentia; verum etiam  
ex eo quod pariter incomprehensibilis est in-  
tellectu. Quæ enim de Patre loquitur, quod  
fit supra cogitationem humanam, quæque  
de Filio, eadem Dominus & de Spiritu san-  
cto dicit: *Pater iuste, & mundus te non cogno-*  
*vit.* Mundum appellans hic non globum e  
cælo & terra constantem, sed caducam hanc  
innumerisque mutationibus obnoxiam vi-  
tam. Ac de seipso loquens, *Adhuc modicum,*  
inquit, *& mundus me jam non videt, vos au-*  
*tem videtis me;* rursus hic eos qui materia-  
li carnalique vita devincti sunt, & oculis  
tantum expendunt veritatem, mundum ap-  
pellans: qui non amplius oculis cordis visuri  
erant Dominum nostrum, eo quod resurre-  
ctionem non crederent. Hæc autem eadem  
dixit & de Spiritu, *Spiritum,* inquit, *verita-*  
*tis, quem mundus non potest accipere, quod*  
*non videat illum, neque cognoscat eum: vos*  
*autem cognoscitis illum, quod apud vos manet.*  
Carnalis siquidem homo mentem habens ad  
contemplationem haud exercitatem, imo  
vero totam in affectu carnis velut in cœno  
defossam gerens, non potest ad spirituale lu-  
men veritatis attollere oculos. Quapropter  
mundus, hoc est, carnis cupiditatibus addi-  
cta vita, velut oculus imbecillis non ferens  
radii solaris lumen, Spiritus gratiam non re-  
cipit. At Dominus cum hoc discipulis testi-  
monium dedisset, quod mundæ essent vitæ  
ob doctrinam ipsius, dat etiam, ut jam ad  
speculationem contemplationemque Spiritus  
sint idonei. *Jam,* inquit, *vos mundi estis*  
*propter sermonem quem loquutus sum vobis.*  
*Unde mundus quidem non potest illum accipe-*  
*re, quandoquidem non videt illum: vos autem*  
*novistis eum, quoniam apud vos manet.* Eadem  
dicit & Esaias: *Qui stabilivit terram, & que*  
*in ea sunt, deditque spirationem populo, qui*  
*est super illam, & Spiritum calcantibus eam.*  
Nam qui conculcant terrena, iisque supe-  
riores evaserunt, digni prædicati sunt dono  
Spiritus sancti. Quem ergo mundus capere  
non potest, quique a solis sanctis per cordis  
puritatem videri potest, qualem esse existi-  
mandum est, aut quales illi honores compe-  
tere?

*Spiritus glorificationem esse enumerationem  
eorum quæ illi adsunt.*

#### C A P U T XXIII.

54. **E**T reliquæ quidem virtutes singulæ  
in loco circumscripto esse credun-  
tur. Nam angelus qui astabat Cornelio, non  
in eodem momento adstabat & Philippo: ne-  
que qui loquutus est Zachariæ ab altari, per  
idem tempus etiam in cœlo suam implebat

stationem. At Spiritus creditur simul & in  
Abacuch & in Daniele in Babylonia operari;  
& cum Hieremia in catarrhacta, & cum  
Ezechiele super Chobar versari. *Spiritus*  
*enim Domini replevit orbem terrarum.* Et,  
*quo ibo a Spiritu tuo, & a facie tua quo fugiam?*  
Et Propheta, *quoniam ego vobiscum sum, di-*  
*cit Dominus: & Spiritus meus stat in medio ve-*  
*stri.* Eum vero qui ubique est, ac una cum  
Deo adest, cujus esse naturæ credere oportet?  
Utrum omnia complectentis, an particula-  
ribus arctatæ locis, qualem esse naturam an-  
gelorum patet ex dictis? Verum hoc dixerit  
nemo. Igitur qui natura divinus est, qui  
magnitudine incomprehensus, qui potens  
in operationibus, qui bonus in beneficiis, hunc  
non supra modum efferemus, non supra  
modum glorificabimus? Ego vero nihil  
aliud intelligo gloriam, quam enumeratio-  
nem mirabilium, quæ illi adsunt. Itaque aut  
isti interdicerent nobis, ne prorsus mentionem  
faciamus bonorum, quæ ab illo accipimus,  
aut omnino ea quæ illi adsunt commemorasse,  
est summam glorificationem implese.  
Nam ne Deum quidem & Patrem Domini  
nostri Jesu Christi & unigenitum illius filium  
aliter glorificare possumus, quam pro virili  
nostra illius prodigia recensendo.

*Redargutio absurditatis eorum qui non glorifi-*  
*cant Spiritum, ex collatione eorum quæ in*  
*creaturis gloria afficiuntur.*

#### C A P U T XXIV.

55. **D**Einde vero gloria & honore coro-  
natus est quilibet homo. Et glo-  
ria & honor & pax cuivis facienti bonum in  
promissis reposita sunt. Est autem & pecu-  
liaris quædam Israelitici populi gloria, quo-  
rum, inquit, est adoptio & gloria & cultura:  
& suam ipsius gloriam quamdam comme-  
morat psalmorum cantor: *Dum cantaveris*  
*tibi gloria mea.* Et rursus, *Exurge gloria mea.*  
Est autem quædam gloria solis, lunæ, & stel-  
larum. Ac juxta Apostolum fit etiam admi-  
nistratio damnationis cum gloria. Itaque  
cum tam multa sint quæ gloria potiuntur,  
Evis Spiritum unum ex omnibus inglorium  
esse? Et tamen *ministratio,* inquit, *Spiritus*  
*est in gloria.* Qui fit igitur ut ille indignus sit  
qui glorificetur? Et magna quidem est glo-  
ria iusti juxta Psalmorum cantorem. At  
gloria Spiritus juxta tuam opinionem nulla  
est. An non igitur evidens periculum est ne  
talibus dictis inevitabile crimen in nosmet-  
ipsos accersamus? Si homo qui salvus fit ex  
operibus justitiæ, etiam timentes Dominum  
glorificat, multo minus Spiritum debita glo-  
ria fraudabit. Sit, inquiunt, glorificandus,  
sed non cum Patre & Filio. Et qui consenta-  
neum

neum est rationi, alium locum imaginatione designare Spiritui, eo relicto, quem statuit Dominus; & gloriæ consortio spoliare eum qui ubique conjunctus est divinitati, in professione fidei, in baptisate redemptionis, in operatione virtutum, in inhabitatione sanctorum, in beneficiis in subditos conferendis? Neque enim est ullum omnino donum absque sancto Spiritu ad creaturam perveniens; quando ne simplex quidem verbum in defensionibus pro Christo quis possit dicere, nisi adjuvante Spiritu, quemadmodum in Evangeliiis a Domino & servatore

Matth. 10. 19.

2. Cor. 3. 17.

nostro didicimus. Porro ut his omnibus neglectis, atque ea communione, quam in omnibus habet, oblivioni tradita, a Patre & Filio ipsum avellamus, nescio an quisquam sancti Spiritus particeps assensurus sit. In quo igitur ordine illum collocabimus? creaturarum? At universa creatura servit: Spiritus autem liberum reddit. *Ubi enim Spiritus Domini, ibi libertas.* Atque cum multa sint quæ possim hic commemorare, quam non conveniat Spiritum sanctum annumerare rebus creatis, de his dicere nunc superse-  
debo. Nam si incipiam pro argumenti dignitate, & quæ pro nobis faciunt, probationes adducere, & quæ ab adversariis objiciuntur, diluere; prolixo sermone erit opus, loquacitateque voluminis deterrebimus lectores. Idcirco hoc alteri proprio tractatui reservato, propositis adhæreamus.

56. Consideremus igitur singulatim. Natura bonus est, ut bonus Pater, & bonus Filius. Creatura vero per electionem ejus quod bonum est, particeps est bonitatis. Profunda Dei novit: sed creatura per Spiritum accipit arcanorum relevationem. Vivificat cum Deo qui vivificat omnia, cum Filio qui dat vitam. *Qui enim excitavit, inquit, Christum a mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra, per ipsius Spiritum qui inhabitat in vobis.* Atque iterum, *Oves meæ vocem meam audiunt, & ego vitam æternam do illis.* Sed Spiritus quoque vivificat, inquit. Ac rursus: *Spiritus autem, inquit, vita propter justitiam.* Quin & Dominus testatur Spiritum esse qui vivificat. *Caro non prodest quicquam.* Quomodo igitur Spiritum a vivificandi potestate submoventes eum naturæ conjungemus, quæ ipsa vita egeat? Quis adeo contentiosus, quis adeo exors doni celestis, & absque gustu bonorum Dei verborum? Quis adeo spei æternæ expers, ut Spiritum a deitate distractum creaturæ copulet?

Objiciunt Pneumato-  
machi Spi-  
ritum esse  
donum.

Rom. 8. 2.

57. In nobis, inquit, Spiritus est tamquam donum a Deo. At donum nequaquam iisdem honoribus afficitur, quibus is qui dedit. Donum quidem Dei Spiritus est, sed donum vitæ. *Lex enim, inquit, Spiritus vitæ liberavit nos.* Et donum potentæ. *Ac*

S. Basilii Oper. Tom. III.

*Acipietis enim virtutem Spiritus sancti supervenientis in vos.* Num igitur ob id contemnedus est? An non & Filium dedit hominibus? *Qui, inquit, proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo etiam non una cum eo omnia nobis donabit?* Et alibi: *Ut sciamus quæ a Deo nobis donata sunt,* de mysterio assumti hominis loquens. Itaque qui ista loquuntur, an non Judæorum ingratum animum amentiamque superant, qui scilicet excellentiam divinæ bonitatis vertant in occasionem blasphemæ? Accusant enim Spiritum, quod nobis dat fiduciam Deum appellandi patrem nostrum. *Emisit enim Deus Spiritum Filii sui in corda nostra clamantem, Abba pater,* ut illius vox propria fiat eorum qui ipsum acceperunt.

Ab. 1. 8.

Rom. 8. 32.

1. Cor. 2. 12.

Gal. 4. 6.

*Quod Scriptura hac syllaba in pro cum utatur: ubi etiam probatur & idem pollere quod cum.*

## CAPUT XXV.

58. **Q**ui fit igitur, inquit, ut Scriptura nusquam tradat Spiritum glorificari cum Patre & Filio, sed studiose vitet ne dicat, *cum Spiritu*, ac ubique malit glorificare in ipso, quasi hoc congruentius judicet? At ego nequaquam dixerim hanc syllabam in exhibere sensum minus honorificum, imo potius si sane accipiatur, ad maximam celsitudinem erigere mentem; quandoquidem observavimus hanc frequenter usurpari pro *cum*. Quod genus est illud, *Ingrediar domum tuam in holocaustis: pro his vocibus, cum holocaustis. Et eduxit eos in argentum & auro, hoc est, cum argento & auro.* Item illud, *Non egredieris in virtutibus nostris, pro cum virtutibus nostris,* aliaque hujus generis innumerabilia. Omnino lubens ab ista nova sapientia didicero, qualem glorificationem Apostolus absolverit per hanc dictionem *in*, juxta formam quam isti nunc tamquam e Scriptura proferunt. Nusquam enim inveni dictum, *Tibi Patri honor & gloria per unigenitum Filium tuum in Spiritu sancto: qui sermo nunc istis usitator est ipsa, ut ita loquar, respiratione.* Horum quidem singula separatim invenire licet, conjunctim vero posita in hac constructione nusquam poterunt ostendere. Itaque si exacte urgent ea quæ in Scripturis habentur, ostendant unde ista dicant. Quod si concedunt consuetudini; neque nos ab ea excludant.

59. Nos enim ambas dictiones in fidelium usu deprehendentes, ambabus utimur: gloriam quidem Spiritui ex æquo per utramque perfolvi rati, eis vero qui depravant veritatem, credimus magis os obturari per eam

D præ-

præpositionem, quæ cum sensum in Scripturis similem habeat, non ita facile ab adversariis expugnari potest (est autem ipsa illa cui nunc ab istis contradicatur) utpote quæ pro *et* conjunctione sumatur. Nam idem est dicere, Paulus & Silvanus & Timotheus, atque, Paulus cum Timotheo & Silvano. Nominum enim connexio, utraque pronuntiatione similiter servatur. Itaque si cum Dominus dixerit Patrem & Filium & sanctum Spiritum, ipse dicam, Patrem & Filium cum Spiritu sancto; aliudne, quod ad sententiæ vim attinet, dixerit? Porro per conjunctionem *et* connecti nomina, multis testimoniis probari potest. *Gratia enim, inquit, Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communio Spiritus sancti.* Ac rursus, *Obsecro autem vos per Dominum nostrum Jesum Christum, et per charitatem Spiritus.* Itaque si pro conjunctione *et* voluerimus uti præpositione *cum*, quid fecerimus diversi? Ego sane non video, nisi quis ob frigidam grammaticæ regulas conjunctionem tamquam copulativam, ac majorem unionem facientem præferens, præpositionem rejiciat, quasi non obtineat parem vim. Sed si de his a nobis ratio exposceretur, forte multis verbis non opus esset nobis ad respondendum. Nunc vero neque de syllabis, neque de hoc aut illo dictionis sono disputant, sed de rebus juxta vim ac veritatem maximo inter se discrimine dissidentibus. Qua de causa, cum indifferens sit syllabarum usus, isti has quidem admittunt, illas vero ab Ecclesia submovere moluntur. Ego vero etsi primo statim auditu præpositio evidentem utilitatem habet, attamen etiam rationem reddam, juxta quam Patres nostri non otiose illius quoque usum amplexi sint. Nam præterquam quod hæc idem valet quod, *et*, ad refellendam Sabellii malitiam, similiterque atque illa conjunctio hypostaseon proprietatem declarat, velut, *Ego et Pater veniemus, Ego et Pater unum sumus*; præterea eximium habet sempiternæ communionis ac perpetuæ conjunctionis testimonium. Nam qui dixit, cum Patre Filium esse, simul & hypostaseon proprietatem & inseparabile consortium expressit. Quod idem etiam in rebus humanis videre est, in quibus *et* conjunctio declarat communem operationem: & præpositio *cum* quodammodo etiam significat communionem. Quod genus est, Navigarunt in Macedoniam Paulus & Timotheus, sed & Tychicus & Onesimus missi sunt Colossensibus: ex his discimus illos rem eandem fecisse. Sed si audierimus, *connavigarunt, & simul missi sunt*, etiam illud addiscimus, alterum cum altero actionem absolvisse. Ita Sabellii errorem destruens hæc vox ut non alia æque, addit illis &

2. Cor. 13. 13.

Rom. 15. 30.

Cur Patres præpositione cum usi sunt?

2. Cor. 14. 23.

Ibidem 16. 30.

A eos qui directe opposito impietatis genere insaniunt. De his loquor, qui temporalibus intervallis Filium a Patre, & Spiritum sanctum a Filio distrahunt.

60. Cæterum a syllaba *in* eo maxime differt, quod præpositio *cum* mutuam conjunctionem eorum qui communiter aliquid agunt exhibet, velut connavigantium, aut cohabitantium, aut quidvis aliud communiter perficientium: at præpositio *in* declarat relationem ad id in quo sunt operantes. Siquidem cum audimus, *innavigant*, aut *inhabitant*; protinus cogitamus scapham, aut domum. Itaque juxta communem usum, harum syllabarum talis est inter ipsas differentia, majorque inveniri poterit a studiosis. Neque enim mihi vacat de ratione syllabarum exquirere. Quoniam igitur demonstratum est præpositionem *cum* significantissime reddere conjunctionis intelligentiam, inducias a vobis, si videtur, impetret, ac desistite atrox & implacabile bellum cum illa gerere. Sed tamen quamvis hæc vox tam apta sit ad significandum, si cui cordi fuerit in glorificationibus per syllabam *et* nomina connectere & glorificare, quemadmodum in Evangeliiis, ubi de baptisate, didicimus, Patrem & Filium & Spiritum sanctum; etiam ita fiat, nemo contradicturus est. Hac conditione, si videtur, inter nos consentiamus. Sed isti citius abjecerint linguas, quam hanc vocem recipiant. Hoc igitur est, quod nobis acerrimum ac irconciliabile bellum excitat. In Spiritu sancto, inquiunt, danda est gloria Deo, non autem & Spiritui: atque acerrime huic voci tamquam Spiritum deprimenti adhærescunt. De qua non inutile fuerit prolixius dicere. Quæ cum audierint isti, demirabor, si non eam ut proditricem & ad Spiritus gloriam ultro transfugam repudiabunt.

Unde bellum Basilii cum Pneumatomachis.

Quot modis dicitur in, totidem modis de Spiritu accipi.

## CAPUT XXVI.

61. **M**Ihi igitur consideranti videtur, etsi simplex ac brevis est hujus syllabæ pronuntiatio, multa & varia per eam significari. Quot enim modis dicitur *In*, totidem modis invenimus eam syllabam conceptibus de Spiritu subservire. Nam forma dicitur esse in materia, & potentia in eo quod ejus capax est, & habitus in eo qui secundum illum affectus est, aliaque hujus generis multa. Itaque quatenus Spiritus sanctus vim habet perficiendi creaturam rationalem, absolvens illius fastigium, formæ rationem obtinet. Nam qui jam non vivit secundum carnem, sed Spiritu Dei

agi-

agitur, ac filius Dei nominatur; & conformis imagini Filii Dei factus est, spiritualis dicitur. Et sicut cernendi vis est in oculo sano, sic operatio Spiritus in anima purgata. Eoque Paulus optat Ephesius, ut oculos habeant illuminatos in Spiritu sapientiae. Et quemadmodum ars est in eo qui illam adeptus est: ita gratia Spiritus in eo qui recepit eam, semper quidem praesens; at non perpetuo operans. Nam & ars, potentia quidem est in artifice: actu vero tantum, cum secundum illam operatur: itidem Spiritus semper quidem adest dignis, sed operatur prout opus est, aut in prophetis, aut in sanationibus, aut in aliis miraculorum operationibus. Praeterea sicut in corporibus est sanitas, aut calor, aut in genere affectiones facile mobiles: sic & in anima frequenter est Spiritus, in iis qui propter mentis instabilitatem facile gratiam acceptam expellunt, nequaquam permanens: qualis erat Saul, & septuaginta seniores filiorum Israel, praeter Eldad & Modad. (nam apud hos solos omnibus Spiritum mansisse apparet) & in genere, si quis est istis animi proposito conformis. Item quemadmodum verbum est in animo, interdum ut in corde cogitatum; interdum ut lingua prolatum: sic est Spiritus sanctus, vel cum testimonium praebet spiritui nostro, & clamat in cordibus nostris Abba pater, vel cum loquitur pro nobis, juxta id quod dictum est, *Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris, qui loquitur in vobis.* Jam vero & ut totum in partibus, Spiritus intelligitur juxta donorum distributionem. Omnes enim invicem sumus membra, sed habentes dona secundum Dei gratiam nobis datam diversa. Ea propter non potest dicere oculus manui, non opus habeo te: aut rursus caput pedibus, non est mihi vobis opus. Sed omnia quidem simul complent corpus Christi in unitate Spiritus; necessariam autem utilitatem sibi invicem reddunt ex donis. Deus enim posuit membra in corpore, unumquodque illorum ut voluit. Membra autem eandem habent pro se mutuo sollicitudinem, juxta spiritualem mutuae affectionis ipsis insitae communionem. Eoque sive patitur unum membrum, una cum eo patiuntur omnia membra: sive glorificatur unum membrum, simul gaudent omnia membra. Rursus quemadmodum partes sunt in toto, ita singuli sumus in Spiritu, eo quod omnes in uno corpore in unum Spiritum baptizati sumus.

62. Porro quod mirum dictu videbitur, nihilo tamen minus verum est; etiam veluti locus eorum qui sanctificantur, saepenumero dicitur Spiritus. Et constabit ne hoc quidem loquendi genere diminui Spiritum, sed glorificari potius. Nam nomina corporum.

S. Basilii Oper. Tom. III.

alia etiam ad spirituales intelligentias, evidentiae gratia frequenter Scriptura transfert. Observavimus igitur & Psalmum de Deo loquentem, *Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, ut salvum me facias.* De Spiritu vero, *Ecce locus, inquit, apud me; & sta super petram: quid aliud appellans locum, nisi visionem in Spiritu, in qua cum esset Moses, potuit videre Deum. evidentior ipsi apparentem? Hic est locus vere adorationis proprius. Attende enim, inquit, ne offeras holocausta tua in quovis loco, sed in loco quemcumque elegerit Dominus: Deus tuus.* Quod igitur est holocausta spirituale? Sacrificium laudis. Quo in loco hoc offeremus, nisi in Spiritu sancto? Ubi hoc didicimus? ab ipso Domino, dicente, *Veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate.* Hunc locum cum vidisset Jacob dixit; *Dominus est in loco hoc.* Itaque Spiritus vere locus est sanctorum. Sanctus itidem locus est Spiritui proprius, ac praebet seipsum ut inhabitet cum Deo, ac templum illius vocatur. Sicut enim in Christo loquitur Paulus, *Coram Deo, inquit, in Christo loquimur:* & Christus in Paulo, velut ipse ait, *An experimentum queritis qui loquitur in me Christi:* sic & in Spiritu loquitur mysteria, ac Spiritus rursus loquitur in eo.

63. In rebus ergo conditis ad hunc modum multifariam variisque rationibus dicitur Spiritus inesse: verum magis pium est dicere, eum esse cum Patre & Filio, quam illis inesse. Nam gratia ab eo manans, habitante in iis qui digni sunt, ac suas operationes in illis exercente, recte dicitur inesse iis qui sunt illius capaces. At illius substantia quae fuit ante saecula, ac perpetuitas numquam desitura cum Filio & Patre considerata, sempiternae conjunctionis requirit appellationes. Nam *coesse* proprie ac vere dicitur de iis, quae sibi invicem inseparabiliter adsunt. Nam calorem ferro quidem ignito inesse dicimus: at una simul cum ipso igne esse. Item corpori sanitatem inesse dicimus; vitam autem simul cum anima esse. Quare ubi propria & connaturalis atque inseparabilis communio est, haec vox *cum* significatior est, ut quae inseparabilis conjunctionis cogitationem suggerat intellectui. Ubi autem gratia ab ipso proficiscens, accedere ac rursus decedere potest, proprie & vere inesse dicitur; etiamsi illius gratia in iis qui receperunt, saepenumero propter affectus in bono perseverantiam perpetua permaneat. Proinde quoties propriam Spiritus dignitatem intelligimus, cum Patre & Filio ipsum contemplamur: ubi vero gratiam in eos, qui illius sunt participes, operantem reputamus, in nobis esse Spiritum dicimus. Et quae a nobis desertur glorificatio in Spiritu, non

D 2 ha-

Ephes. 1. 17. &amp; 18.

Num. 11. 25. &amp; 26.

Matth. 10. 20.

1. Cor. 12. 21.

Ibid. v. 26.

Spiritus sanctus est veluti locus sanctorum.

Psal. 30. 3.

Exod. 33. 21.

Deut. 12. 13.

Psal. 49. 14.

Joan. 4. 23.

Gen. 28. 16.

2. Cor. 2. 17.

2. Cor. 13. 3.

Magis pium dicere Spiritum esse cum Patre &amp; Filio quam illis inesse.

habet professionem dignitatis illius, sed nostræ ipsorum imbecillitatis confessionem; dum ostendimus nos ex nobis ipsis ad glorificandum sufficientes non esse, sed sufficientiam nostram esse in Spiritu sancto, in quo corroborati, pro beneficiis acceptis Deo nostro gratias absolvimus: juxta quod a malitia purgati sumus; quippe alius alio plus aut minus auxilio Spiritus adjuti ad offerendum hostias laudis Deo. Secundum unum igitur modum, sic pie gratiarum actionem in Spiritu persolvimus, quamquam & hoc invidia non caret, ut aliquis de seipso testificetur, dicatque: Spiritus Dei in me est, & per gratiam illius sapiens factus refero gloriam. Nam hæc vox Paulum decet. *Videor*

1. Cor. 7. 40.

2. Tim. 1. 14.

Dan. 3. 17.

Alia explicatio adorationis in Spiritu.

Joan. 4. 24.

64. Alter autem intellectus est, nec ipse rejiciendus, quod sicut in Filio cernitur Pater, sic Filius cernitur in Spiritu. Itaque adoratio quæ fit in Spiritu, mentis nostræ operationem ut in luce factam indicat, ut discere licet ex iis quæ Samaritanæ dicta sunt. Nam cum illa consuetudine regionis decepta existimaret in loco esse adorationem; Dominus eam dedocens dixit in Spiritu & veritate adorare oportere: nimirum seipsum appellans veritatem. Quemadmodum igitur in Filio dicimus adorationem, velut in imagine Dei ac Patris: sic & in Spiritu tamquam in seipso Domini divinitatem exprimente. Unde & in adoratione inseparabilis est a Patre & Filio Spiritus sanctus. Nam si sis extra illum, nullo pacto es adoraturus: contra, si in illo fueris, nullo modo eum separabis a Deo, nihilo profecto magis quam lumen separabis ab iis quæ visui patent. Impossibile siquidem est cernere imaginem Dei invisibilis, nisi in lumine Spiritus. Et qui intuetur imaginem, hunc impossibile est lumen ab imagine separare. Quod enim ut videas in causa est, id necesse est, ut simul cum iis quæ cernuntur, videatur. Itaque proprie & congruenter per illuminationem Spiritus conspiciamus splendorem gloriæ Dei: per characterem autem ad eum, cujus est character & æquale sigillum, subvehimur.

Unde initium habeat syllaba, cum, & quam vim habeat, ubi & de Ecclesia legibus nullo scripto proditis.

## CAPUT XXVII.

65. **Q**uam igitur ob causam, inquirunt, cum proprie conveniat hæc syllaba

in, Spiritui: ac nobis ad exprimendum quemvis de Spiritu intellectum sufficiat, vos novam istam syllabam induxistis, quid dicitis, *Cum Spiritu, non In Spiritu sancto*; alioquin nec necessariis, nec ab Ecclesia probatis vocibus utentes? Quod igitur hæc syllaba, *in*, Spiritui sancto non in sortem proprie cessit, sed Patris Filiique communis est, in superioribus dictum est. Arbitror autem & illud satis demonstratum, quod *in* non solum nihil detrahit dignitati Spiritus, verum etiam ad summam celsitudinem erigit cogitationes eorum, qui non prorsus mente corrupti sunt. Superest autem differere de syllaba *cum*, unde cœperit, & quam vim habeat, & quomodo Scripturæ concordet.

66. Ex asservatis in Ecclesia dogmatibus & prædicationibus, alia quidem habemus e doctrina scripto prodita, alia vero nobis in mysterio tradita recepimus ex traditione Apostolorum: quorum utraque vim eandem habent ad pietatem; nec iis quisquam contradicet: nullus certe, qui vel tenui experientia noverit quæ sint Ecclesiæ instituta. Nam si consuetudines quæ scripto proditæ non sunt, tamquam haud multum habentes momenti aggrediamur rejicere, imprudentes Evangelium in ipsis rebus præcipuis lædemus, imo potius prædicationem ad nudum nomen contrahemus. Verbi gratia, ut ejus quod primum est & vulgatissimum primo loco commemorem: ut signo crucis eos qui spem collocant in Christo signemus, quis scripto docuit? Ut ad Orientem versi precemur, quæ nos docuit Scriptura? Invocationis verba cum conficitur panis Eucharistiæ & poculum benedictionis, quis sanctorum in scripto nobis reliquit? Nec enim his contenti sumus, quæ commemorat Apostolus aut Evangelium, verum alia quoque & ante & post dicimus, tamquam multum habentia momenti ad mysterium, quæ ex traditione non scripta accepimus. Benedicimus autem & aquam baptismatis, & oleum unctionis, imo ipsum etiam qui baptismum accipit. Ex quibus scriptis? Nonne a tacita secretaque traditione? Ipsam vero olei unctionem, quis sermo scripto proditus docuit? Jam ter immergi hominem, unde haustum? Reliqua autem quæ sunt in baptismo, veluti renuntiare Satanæ & angelis ejus, ex qua scriptura habemus? Nonne ex minime publicata & arcana hac doctrina, quam Patres nostri silentio quieto minimeque curioso servarunt? Quippe illud probe didicerant, mysteriorum reverentiam silentio conservari. Nam quæ nec intueri fas est non initiatis, qui conveniebat horum doctrinam scriptis vulgari? Aut quid tandem sibi voluit magnus ille Moses, qui non omnia quæ erant in templo passus sit omnibus esse per-

Dogmata &amp; instituta ex traditione Apostolorum.

Num. 4. 20.



pervia? sed prophanos extra sacros cancellos statuit; ac priora quidem atria purioribus permittens, Levitas solos dignos censuit

Num. 18.  
21. & 22.

Num. 18.7. loca utomatumque oblationes, & reliqua quæ ad rem sacram pertinent sacerdotibus

Exod. 30.  
10. &  
Levit. 16.2.

assignavit: atque unum ex omnibus selectum in adyta admisit, & ne hunc quidem semper,

sed uno tantum die quot annis: quin & hujus diei certam horam qua fas esset ingredi, præstituit, quo propter novitatem & insolentiam, cum stupore intueretur Sancta Sanctorum: probe sciens pro sua sapientia, res usu tritas & ex se obvias, expositas esse contemptui: rebus vero quæ sepositæ sunt ac raræ, quodammodo naturaliter conjunctam esse summam admirationem ac studium. Ad eundem profecto modum, & qui initio certos ecclesiæ ritus præscripserunt Apostoli & Patres, in occulto silentioque mysteriis suam servavere dignitatem. Neque enim omnino mysterium est, quod ad populares ac vulgares aures effertur. Hæc est ratio, cur quædam citra scriptum tradita sint, ne dogmatum notitia neglecta, propter assuetudinem vulgo veniret in contemptum. Aliud utique est dogma, aliud prædicatio. Nam dogmata silentur, prædicationes vero publicantur. Est autem silentii species etiam obscuritas qua utitur Scriptura, intellectu difficilem reddens dogmatum sententiam, idque ad legentium utilitatem. Hanc ob causam omnes spectamus ad Orientem, cum precamur: pauci tamen novimus, quod id facientes antiquam requirimus patriam, videlicet paradysum, quem plantavit Deus in Eden ad Orientem. Erecti itidem perficimus deprecationes in una sabbati, sed rationem non omnes novimus. Non enim solum quod veluti simul cum Christo resuscitati, quæ sursum sunt quærere debemus, in die resurrectionis datæ nobis gratiæ stando precantes nosmetipsos commonefacimus, sed quod is dies videatur aliquo modo imago venturi sæculi. Eoque cum sit principium dierum, non primus a Mose, sed unus appellatus est. *Facta est enim, inquit, vespera, & factum est mane dies unus:* tamquam qui sæpe recurrat. Igitur unus est idem & octavus, unum illum singularem ac verum octavum, cujus & Psalmista in quibusdam psalmorum inscriptionibus meminit, per se significans, statum videlicet hoc tempus sequuturum, diem non desitutum, vespere nescium, successoris expertem, ævum illud numquam finiendum nec unquam senescens. Necessario igitur in hoc die Ecclesia suos alumnos docet, preces suas stando absolvere, ut assidua commonitione vitæ illius numquam desiturræ, non negligamus ad eam demigrationem parare viati-

Gen. 2. 2.

Acum. Quin & totum illud quinquaginta dierum tempus, admonitio est resurrectionis, quam in altero sæculo expectamus. Nam unus ille & primus dies septies multiplicatus, septem sacræ Pentecostes hebdomadas absolvit. A primo enim incipiens in eundem desinit, per similes, qui in medio intercedunt, dies quinquages evoluit. Unde & æternitatem similitudine refert, dum velut in motu circulari, ab iisdem orsus signis in eadem desinit. Quo in die, corporis erecto habitu precari potius nos Ecclesiæ ritus docuerunt, nimirum per evidentem commonitionem quasi transferentes mentem nostram a præsentibus ad futura. Insuper & quoties genua flectimus, & rursus erigimur, ipso facto ostendimus, quod ob peccatum in terram delapsi sumus, & per humanitatem ejus qui creavit nos, in cœlum revocati sumus.

Gen. 2. 5.

67. Deficiet me dies, si Ecclesiæ mysteria citra scriptum tradita pergam recensere. Omitto cætera: ipsam fidei professionem in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, e quibus habemus scriptis? Etenim si quoniam ex baptismi traditione, juxta pietatis confessionem, ut baptizamus, ita & credere debemus, similem baptismi professionem exhibemus; concedant etiam nobis, ut juxta eandem consequentiam glorificationem fidei confirmabilem persolvamus. Quod si glorificandi modum veluti scripto non traditum rejiciunt, proferant nobis & professionis fidei & cæterorum quæ commemoravimus probationem e Scripturis. Ad hæc cum tam multa sint quæ scripto prodita non sunt, & tantum habent momenti ad pietatis mysterium; unicam dictiunculam quæ a majoribus ad nos devenit, non concedent, quam nos ex inaffectedata consuetudine in ecclesiis, quæ perversæ & corruptæ non sunt, permanentem invenimus, haud mediocre rationem habentem, neque mediocre adjumentum ad mysterii vim afferentem?

Psal. 6. &  
11.

68. Dictum quidem est quæ sit vis utriusque pronuntiationis. Dicetur autem & rursus ubi concordent inter sese, & ubi differant: non quod inter se pugnent per contrarietatem, sed quod utraque peculiarem afferat intellectum ad pietatem. Nam præpositio, *in*, ea quæ ad nos spectant magis declarat: at præpositio, *cum*, exprimit communionem Spiritus cum Deo. Quapropter vobis ambabus utimur, altera quidem dignitatem Spiritus exprimentes, altera gratiam quæ in nobis est enuntiantes. Sic & in Spiritu & cum Spiritu offerimus gloriam Deo: nihil ex nobis dicentes, sed ex tradita a Domino doctrina, velut e regula, ad ea quæ conjuncta sunt, sibi invicem coherent, ac necessariam in mysteriis copulationem ha-

Fidei professio non scripta.

Præpositiones, *in* & *cum* in quo consentiunt & differunt.

habent; dictionem transferentes. Nam eum qui in baptismo connumeratus est, necessariis judicamus & in fide oportere copulari. Professionem autem fidei, velut initium quoddam ac matrem glorificationis fecimus. Sed quid faciendum est? Nunc enim doceant nos, ne baptizemus, quemadmodum accepimus, aut ne credamus, quemadmodum baptizati sumus, aut ne glorificemus, quemadmodum credimus. Demonstret enim aliquis, aut non esse necessariam & indivulsam horum inter se consequentiam, aut in hisce novitatem non esse totius destructionem. At non desunt isti sursum deorsum jactare, glorificationem cum sancto Spiritu carere testimonio, carere scriptura, & alia hujusmodi. Dicitur quidem nihil referre ad sensum, sive dicas, Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto, sive dicas, Gloria Patri & Filio cum sancto Spiritu. Non igitur fas est cuiquam syllabam, & ex ore Domini profectam rejicere, aut expungere: nec quicquam vetat alteram quæ idem pollet, recipere: quæ quomodo cum illa vel conveniat vel discrepet, superius demonstravimus. Confirmat autem sententiam nobis & Apostolus, indifferenter utraque voce utens interdum ita loquens; *In nomine Domini Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri.* Ac rursum, *Congregatis vobis & meo Spiritu cum virtute Domini Jesu.* Nihil interesse ratus, sive conjunctione, sive præpositione ad nomen conjunctionem utaris.

1. Cor. 6. 11.

1. Cor. 5. 4.

*Quod quæ de hominibus dicit Scriptura tamquam una cum Christo regnantibus, ea de Spiritu dici non concedunt adversariis.*

C A P U T XXVIII.

69. **V**ideamus porro an defensionem aliquam Patribus nostris super hujusmodi usu possimus excogitare. Nam qui nobis ita loquendi fuerunt auctores, magis quam nos hærent in crimine. Paulus igitur Colossensibus scribens: *Et vos, inquit, cum essetis mortui delictis ac præputio, vivificavit simul cum Christo.* Num igitur toti populo & Ecclesiæ donavit Deus vitam quæ est cum Christo, sancto autem Spiritui non est vita cum Christo? Quod si istud vel animo concipere impium est, an non pium fuerit, ut habet natura, ita etiam professionem conjunctim persolvere? Adhæc, an non extremi stuporis est, fateri sanctos esse cum Christo? (siquidem Paulus peregrinans a corpore præsens est apud Dominum; & ubi emigravit, jam cum Christo est) hos vero Spiritui, quantum quidem in ipsis est, neque hoc tribuere, ut æque saltem atque homines cum Christo sit? Quin & Paulus seipsum Dei

Coloss. 2. 13.

1. Cor. 5. 8.

cooperatorem appellat in administratione Evangelii: sed Spiritum sanctum, per quem in omni creatura quæ sub celo est, fructificat Evangelium, si cooperatorem appellamus, hic quoque impietatis nos reos peragent? Et ut videtur, vita sperantium in Domino abscondita est cum Christo in Deo: cumque Christus apparuerit vita nostra, tum & ipsi cum eo apparebunt in gloria: ipse autem Spiritus vitæ, qui liberavit nos a lege peccati, nequaquam est cum Christo, neque in vita latente & abscondita cum illo, neque in manifestatione gloriæ, quam nos in sanctis patefacendam esse exspectamus? Hæredes Dei & coheredes Christi nos sumus: Spiritus vero ex hæres est, & exors communione Dei & Christi ejus? Et ipse quidem Spiritus testimonium perhibet Spiritui nostro, quod simus filii Dei: nos vero Spiritui, ne ejus quidem societatis, quam illi cum Deo esse a Domino didicimus, testimonium præbemus? Porro quod est amentis caput, nos per fidem in Christum quæ est in Spiritu, resurrecturos cum illo & simul cum illo sessuros esse in supercoelestibus speramus, dum transformaverit corpus humilitatis nostræ ab animali ad spirituale: Spiritui vero non confessum, non gloriam, non aliud quicquam eorum quæ ab ipso habemus, impertimus? sed quibus nos ipsos esse dignos, ex ejus qui promisit non mendaci munere, credimus, horum nihil Spiritui sancto, quasi superent illius dignitatem, concedimus? Et tibi quidem pro merito licet semper esse cum Domino: & exspectas, ut raptus in nubibus in occursum in aerem, semper sis cum Domino: Spiritum autem nunc esse cum Christo negas? Qui scilicet eum, qui ipsum cum Patre ac Filio numerat ac locat, expellis & ejicis, velut qui impietatem non ferendam admiserit.

Coloss. 3. 3. & 4.

Rom. 8. 17.

Ibid. v. 16.

1. Thess. 4. 16.

Pneumatomachi expellunt eos, qui Spiritum cum Patre & Filio numerant.

70. Pudet reliqua adjungere; quod tu quidem exspectas fore, ut cum Christo glorificeris: siquidem simul affligimur, ut simul quoque glorificemur: Spiritum autem sanctificationis non glorificas simul cum Christo, quasi ne pari quidem tecum honore dignum. Et tu quidem speras te cum eo regnaturum, Spiritum vero gratiæ afficis contumelia, servi famulique locum illi assignans. Atque hæc dico, non ut dumtaxat ostendam tantumdem honoris deberi Spiritui in glorificatione, sed ut illorum dementia redarguam, qui ne hoc quidem illi concedunt, sed velut impietatem horrent, Spiritum cum Patre & Filio in gloria consortium. Quis potest hæc absque gemitu commemorare? Annon manifestum est, ita ut vel puer intelligat, ea quæ nunc fiunt proemia esse defectiois fidei, quam minatus est Dominus? Quibus contradici fas non erat, ea facta sunt ambigua. Cre-

Rom. 8. 17.

Credimus in Spiritum, & nostris ipsorum A professionibus repugnamus. Baptizamur, & rursus pugnamus. Ut vitæ auctorem invocamus, & ut conservum despiciamus. Cum Patre & Filio Spiritum accepimus, & eum ut creaturæ partem contempui habemus. Isti autem, quid orare debeant nescientes, si eo adducuntur, ut aliquid etiam magnifice loquantur de Spiritu, perinde quasi dignitatem ipsius assequantur, quod in dictis modum excedit, reprimunt. Quos suam infirmitatem deplorare oportebat: quoniam idonei non sumus, qui pro beneficiis, quibus re ipsa afficimur, verbis gratias agamus. Superat enim omnem intellectum, ac sermonis naturam redarguit, cum ea ne minimam quidem dignitatis illius partem adæquet, juxta verba libri qui inscribitur Sapientia: *Exaltare enim, inquit, quantumcumque potueris, superat enim & adhuc, & exaltantes eum multiplicat. Nolite laborare, non enim assequimini.* Profecto terribiles vobis istiusmodi sermonum reddendæ rationes, qui a Deo mentiri nescio audistis, irremissibilem esse blasphemiam in Spiritum sanctum.

*Enumeratio virorum in Ecclesia illustrium, qui in scriptis suis usi sunt hac voce, cum.*

## CAPUT XXIX.

71. Sane contra id quod dicunt, glorificationem cum Spiritu carere testimonio, nec in Scripturis existare, illud dicimus: si nihil aliud est receptum absque Scripturis, ne hoc quidem recipiatur: si plurima arcana citra scriptum recepta sunt nobis, cum aliis pluribus & hoc recipiemus. Arbitror autem Apostolicum esse, etiam non scriptis traditionibus in hæere. *Laudo enim, inquit, vos, quod omnia mea meministis & quemadmodum tradidi vobis, traditiones tenetis.* Et illud, *Tenetis traditiones quas accepistis sive per sermonem, sive per epistolam:* quarum una est & hæc de qua nunc agimus, quam qui ab initio præscripserunt, tradideruntque posteris, ulu semper simul cum tempore progrediente, ipsam longa consuetudine in ecclesiis irradicarunt. Ergo si velut in tribunali, probationibus e scripto destituti, multos vobis testes producamus, nonne sententiam absolventem a vobis consequemur? Ego quidem arbitror: *In hoc si quidem duorum a trium testium stabit omne verbum.* Quod si etiam temporis diuturnitatem pro nobis facientem vobis evidenter ostendamus, an non videbimur vobis probabilia dicere; non posse litem istam jure nobis intendi? Veneranda enim sunt quodammodo vetusta dogmata, quæ ob antiquitatem, cæcancicem quamdam, habent quiddam reverendum.

Enumerabo itaque vobis hujus dictionis patronos vindicesque (Simul enim æstimatur in eo quod taceretur, etiam tæmpus) neque enim ex nobis primum initium sumsit. Qui potuit? Nimirum nos revera hesterni sumus, quemadmodum dicit Job; saltem si tam longi temporis, quod huic consuetudini æquale est, habeatur ratio. Equidem ipse, si modo par sit me quod mihi proprium est dicere, vocem hanc tamquam paternam quamdam hereditatem conservo, acceptam a viro multum temporis in servitio Dei versato, per quem & baptizatus sum, & ecclesiæ ministerio admotus. Cæterum cum apud me reputo, an quis veterum ac beatorum virorum his, quibus nunc reclamatur vocibus, usus sit; multos reperio, & ob antiquitatem fide dignos, & accurata, non secundum hos homines, scientia ornatos; quorum alii præpositione, alii conjunctione in glorificatione sermonem copulantes, nihil diversum, sane quod ad rectam attinet pietatis intelligentiam, existimati sunt facere.

72. Irenæus ille, & Clemens Romanus, & Dionysius Romanus, & Alexandrinus Dionysius, id quod etiam auditu mirum est, in secunda ad sibi cognominem epistola de accusatione ac defensione, huic in modum finivit sermonem. Transcribam autem vobis ipsa hominis verba: *His omnibus, inquit, congruenter & nos, forma etiam ac regula a præbiteris, qui ante nos vixerunt, accepta, concordibus vocibus cum illis gratias agentes, tandem nunc vobis scribere desinimus: Deo autem Patri & Filio Domino nostro Jesu Christo cum sancto Spiritu gloria & imperium in secula seculorum, amen.* Nec quisquam dicere possit hæc correctæ fuisse ac immutata. Neque enim ita sermonem confirmasset, dicens videlicet accepisse se formam ac regulam; si in Spiritu dixisset: hujus enim vocis usus creber est. At illud erat, quod egebat defensione. Qui quidem & in medio scripti, sic loquitur adversus Sabellianos: *Sic et quod tres sunt hypostases, divisas esse dicunt, tres sunt etiam si nolint: aut divinam Trinitatem prorsus e medio tollant.* Ac rursum, *divinissima enim ob id etiam post unitatem Trinitas est.* Sed & Clemens simplicius: *Vivit, inquit, Deus & Dominus Jesus Christus & Spiritus sanctus.* Irenæus autem qui vicinus fuit Apostolorum temporibus, quomodo faciat mentionem Spiritus, disputans adversus hæreses, audiamus. *Eos vero, inquit, qui offrenes sunt, & feruntur ad suas concupiscentias, nullum habentes divini Spiritus desiderium, merito Apostolus carnales vocat.* Et alibi dicit idem: *Ne expertes facti divini Spiritus, frustremur regno cælorum, inquit Apostolus, quod caro non possit hereditatem capere regni cælorum.* Quod si cui &

Job. 9. 8.

Dionysius Alexandrinus.

Clemens.

Irenæus.

1. Cor. 3. 3.

1. Cor. 15. 50.

Eu-

Eusebius  
Palæstinus:

Eusebius Palæstinus propter multiplicem A experientiam idoneus videtur, cui habeatur fides; & ex illo voces easdem ostendimus in dubitationibus de priscorum multiplici conjugio. Loquitur enim hunc in modum, se ad dicendum excitans: *Sanctum prophetarum Deum lucis auctorem per Salvatorem nostrum Jesum Christum cum sancto Spiritu invocantes.*

Origenes.

73. Jam vero & Origenem in multis Plakmorum expositionibus deprehendimus, cum sancto Spiritu gloriam deferentem Deo, virum qui non omnino sanas habet in omnibus de Spiritu opiniones: nihilominus & hic multis in locis reveritus consuetudinis robur, pius voces emisit de Spiritu: qui quidem in sexto ni fallor libro Enarrationum in Evangelium Joannis, etiam adorandum Spiritum evidenter pronuntiat, ita scribens ad verbum: *Quoniam aqua lavacrum significat purgationem animæ ab omnibus malitiæ sordibus abluta, nibilo tamen minus & per seipsum, ei qui seipsum præbet divinitati adorandæ Trinitatis, per virtutem invocationum, donorum principium ac fontem habet.* Ac rursus in commentariis, quibus exponit epistolam ad Romanos, *Sacræ, inquit, virtutes capaces sunt Unigeniti & sancti Spiritus deitatis.* Ad hunc modum, opinor, traditionis vis sæpe compulit homines etiam suis ipsorum dogmatibus contradicere. At nec Africanum historicum talis glorificandi forma præterit. Siquidem constat in quinta de temporibus epitoma, & ipsum ad hunc loqui modum: *Nos enim qui & illorum verborum modum didicimus, nec ignoramus fidei gratiam, gratias agimus Patri, qui nobis suis creaturis præbuit universorum Servatorem ac Jesum Christum, cui gloria, majestas, cum sancto Spiritu in secula.* At de cæteris fortassis dubitari possit, aut credi possint immutata eam rationem habere, ut fraus ægre deprehendi possit, cum in unica syllaba positum sit discrimen. Verum quæ pluribus verbis dicta citavimus, ea nec insidias admittunt, & ab ipsis libris paratum habent testimonium. Porro quod alioqui fortassis humiliter foret, quam ut in medium adducatur, sed ei tamen qui de novitate accusatur, perutile

Africanus.

propter temporis antiquitatem, hoc quoque nunc adjicimus. Visum est patribus nostris, vespertini luminis gratiam haudquam silentio accipere, sed mox ut apparuit agere gratias. Quis autem fuerit auctor illorum verborum, quæ dicuntur in gratiarum actione ad lucernas, dicere non possumus. Populus tamen antiquam profert vocem, neque cuiquam umquam visi sunt impietatem committere, quid dicunt, *Laudamus Patrem & Filium & Spiritum sanctum Dei.* Quod si quis etiam novit Athenogenis

Preces lucernarum.

Athenogenis hymnus.

hymnum, quem tamquam aliquod amuletum discipulis suis reliquit, festinans jam ad consummationem per ignem; is novit & martyrum sententiam de Spiritu. Et hæc quidem hætenus.

74. Cæterum Gregorium magnum, & illius voces quo loco ponam? Annon cum Apostolis & prophetis? Virum qui eodem spiritu quo illi versatus, quique sanctorum vestigiis per omnem vitam inhæsit, quique Evangelicæ conversationis vigorem, quamdiu vixit, præstitit. Equidem hoc dixerim: Injuria affecerimus veritatem, si non animam illam annumeremus iis qui Deo juncti sunt, qui velut insignis magna que lucerna in Ecclesia Dei resplenduit, qui e Spiritus ope tremendam habuit adversus demones potestatem. Tantam vero sermonis gratiam acceperat ad obedientiam fidei inter gentes, ut acceptis non plus septemdecim Christianis universum populum & urbanum & rusticanum per agnitionem adjunxerit Deo. Ille & fluminum aquas in diversum vertit, præcipiens illis in magno nomine Christi; & paludem exsiccavit, belli causam præbentem fratribus avaris. Cæterum prædictiones de futuris ejusmodi sunt, ut nihilo sit inferior cæteris prophetis. Sed omnino perlongum fuerit viri percensere miracula: qui propter donorum excellentiam quæ in ipso operabatur Spiritus in omni virtute & signis ac prodigiis, ab ipsis veritatis hostibus alter Moses appellabatur. In tantum in illo in omnibus tum dictis tum factis, quæ per gratiam peragebantur, veluti lumen quoddam refulgebat, cœlestis virtutis indicium, quæ ex occulto affectabatur illum. Hujus adhuc etiamnum magna est apud ejus regionis homines admiratio, novaque ac semper recens memoria sic infixæ est ecclesiis, ut nullo tempore obsolescat. Itaque non factum aliquod, non dictum, non ritum ullum mysticum, ultra quam ille reliquit, ecclesiæ adjecerunt. Quapropter etiam multa ex his quæ apud illos aguntur, imperfecta esse videntur, propter institutionis antiquitatem. Nam qui in ecclesiarum administrationem successerant, nihil ex his quæ post illum excogitata sunt, loco additamenti voluerunt recipere. Unum itaque ex Gregorii institutis est, etiam ille ipse glorificationis modus, cui nunc contradicitur, ex illius traditione in ecclesia custoditus. Nec multum fuerit negotii, ei, qui iter breve susceperit, super his certitudinem accipere. Hanc fidem & Firmiliano nostro fuisse, testantur libri quos reliquit. Insuper & Meletium illum admirandum in eadem fuisse sententia, narrant qui cum illo vixerunt. Sed quid opus est vetera commemorare? Sed & nunc in Oriente, nonne hoc uno

Gregorius magnus.

Firmilianus.

Meletius.

uno potissimum eos qui pie sentiunt agnoscunt, hac voce veluti quodam signo suos ab alienis dijudicantes? Ut autem ego e quodam Mesopotamio audivi, viro & linguæ perito, & sententia incorrupto, ne fieri quidem potest ut aliter lingua vernacula loquantur etiam si velint: sed necesse illis est ut per syllabam, *Θ*, vel potius per voces quæ idem pollent quod illa, juxta proprietatem linguæ regionis illius glorificationem proferant. Quin & Cappadoces sic juxta regionis morem loquimur, jam tum in linguarum divisione, dictionum utilitatem providente Spiritu. Quid porro Occidens totus, propemodum ab Illyrico usque ad fines nostri orbis? Nonne hanc vocem tuetur?

75. Qui sit igitur, ut ego sim innovator, & recentiorum verborum architectus? cum totas nationes, civitates, & consuetudinem omni hominum memoria vetustiore, insuper & viros Ecclesiæ columnas, omni scientia ac virtute Spiritus claros, duces ac patronos hujus vocis exhibeam? Ob hæc hostilis illa acies adversus nos commota est, omnisque civitas, vicus, & omnes extremi fines pleni sunt nos calumniantium vocibus. Molesta quidem hæc ac lugenda cordibus quærentium pacem: verum quoniam est magna patientiæ merces, toleratas pro fide afflictiones sequutura, præter hæc & gladius splendescat, & securis acuatur, & ignis ardeat Babylonico illo vehementius, & omnia suppliciorum instrumenta in nos moveantur; quod ad me quidem attinet, nihil arbitror formidabilius, quam non formidare minas, quas Dominus in Spiritum blasphemias jacentibus intentavit. Igitur apud

cordatos homines ad purgationem mei sufficiunt hæc quæ dicta sunt, quod recipimus vocem adeo gratam ac familiarem sanctis, insuper & tam diutino usu confirmatam. Nam ex quo tempore est annuntiatum evangelium usque ad præsens, ostenditur in ecclesiis usitata fuisse: & quod est omnium maximum, pium ac religiosum sensum habere demonstratur. Cæterum apud magnum illud tribunal, quam nobis excusationem apparaverimus? Nimirum quod induxit nos ad gloriam Spiritus, primum honos illi habitus a Domino, in baptisate Spiritum adjuncte sibi & Patri: præterea, quod quisque nostrum per talem initiationem ad Dei cognitionem institutus est: super omnia vero terror minarum arcens omnem indignitatis & humilioris opinionis cogitationem. Adversarii porro quid tandem dicturi sunt? Quam blasphemiam excusationem afferent? qui neque honorem quem Dominus tribuit Spiritui, reveriti sunt, nec minis illius deterriti. Istitis quidem liberum est de suo consultare negotio, aut etiam mu-

S. Basilii Oper. Tom. III.

tare consilium. Ipse vero optarim, maxime quidem ut Deus bonus det suam pacem, quæ ita in cordibus omnium præsideat, ut isti qui in nos fremunt, & in nos atrociter conglomerati insurgunt, in spiritu lenitatis & charitatis compescantur. Quod si prorsus efferati sunt, nec mansuescere possunt, certe det nobis illorum facta toleranter ferre. In summa, qui mortis sententiam in sese habent, his molestum non est pro fide affligi: sed maxime intolerabile est pro ea non certasse, quando quidem athletic non perinde grave est in certamine plagas accipere, quam ne admitti quidem omnino in stadium. Aut fortassis hoc erat silentii tempus, juxta sapientem Salomonem. Nam quid prodest revera clamare adversus ventum, cum tempestas adeo violenta vitam occupet, a qua mens quælibet eorum qui verbo initiati sunt, ut oculus in quo pulveris aliquid insidet, ita ratiocinationum falsarum errore oppleta, confusa est: quælibet aures gravissimis & insolitis sonis obtunduntur, turbine vero circumaguntur omnia, suntque in periculo ruinæ.

Ecl. 3. 7.

*Expositio præsentis ecclesiarum status.*

### CAPUT XXX.

76. Cui igitur comparabimus præsentem statum? Profecto similis prælio navali, quod ex veteribus offensis viri quidam bellis nauticis assueti ac bellaces, dum multum inter sese odium alunt, suscitarent. Nunc igitur in hac imagine mihi spectata classem utrinque adverso impetu horrendum in modum ingruentem, mox ira jam eo erumpente ut sit immedicabilis, congressos dimicare. Pone si vis violento turbine circumagi classem, caliginemque densam e nubibus incumbere, adeoque obscurare omnes rerum visibilium species, ut nulla jam sit amicorum & hostium discretio, propterea quod ob confusionem symbola militaria sint ignota. Huic imagini evidentiam ergo addamus etiam mare intumescere, atque ab imo sursum ferri, ac vehementem imbrem e nubibus deorsum erumpere, horribilemque procellam ingentibus ac decumanis fluctibus exurgere: post hæc ventis undique concursantibus, totam classem inter se cum fragore collidi, atque ex iis qui in acie stant, alios quidem castra sua prode- re, atque flagrante prælio transfugere; alios vero cogi, ut pariter & scaphas impellant a ventis actas, & occurrant irrupentibus, seseque mutuo per seditionem trucident: quam seditionem partim invidia adversus præstantiores, partim quæ singulis adest vincendi cupiditas excitavit. Ad hæc

Descriptio prælii navalis ingruente procella & seditione.

E cogi-

Basilii impavidus animus,

Math. 28. 19.

cogita confuso quodam & indiscreto sonitu A  
universum illud mare compleri, partim e  
ventorum strepitu, partim e collisione na-  
vium, partim ex undarum impetu ferventium,  
partim ex vociferatione præliantium  
varias voces ob ingruentia mala emittentium,  
ut neque naucleri, neque gubernatoris  
exaudiatur vox, sed sit ingens quædam  
perturbatio confusioque, incredibili quædam  
malorum magnitudine, ob vitæ desperationem,  
omnem eis peccandi licentiam afferente.  
Adjice iisdem & immedicabilem quemdam  
morbum, gloriæ adipiscendæ insanam cupiditatem,  
adeo ut nave jam in fundum prolabente,  
ipsi vectores de primatus contentione nihil remittant.

Ecclesi-  
arum status  
eum prælio  
supra de-  
scripto con-  
paratur.

77. Transi jam ab imagine ad ipsum mali  
exemplar. An non olim videbatur quodam-  
modo Arrianum schisma, in adversariam  
Ecclesiæ Dei partem separatam, in hostium  
acie ipsum per se solum obistere? Verum  
postea quam e longa atrocique contentione  
usque ad manifestum certamen in nos instru-  
cti sunt, tum denique bellum in multas partes  
juxta modos innumerabiles dissectum  
est, sic ut partim ob communem simultatem,  
partim ob privatam suspicionem omnibus  
odium implacabile esset. Hæc vero tempestas  
ecclesiarum, qua tandem marina procella  
non est atrocior? In qua ut omnes patrum  
termini loco moti, sunt ita omne funda-  
mentum, & si quod dogmatum munimen-  
tum, convulsus est. Volvuntur insuper &  
quassantur omnia, putri basi innitentia,  
dumque alii in alios vicissim impetum faci-  
mus, alii ab aliis subvertimur. Et si te prior  
non percusserit hostis; is qui auxiliatur, D  
vulnerat. Quod si ille ceciderit ictus; com-  
milito jam inlurgit. Tantum inter nos habemus  
societatis, quantum communi odio adversarios  
prosequimur. Ubi porro præterierint hostes,  
jam nos inter nos hostes videmus esse. His de  
causis qui enumerare possit naufragiorum  
multitudinem, vel eorum qui hostium impressio-  
ne demerguntur, vel qui ex occultis sociorum  
insidiis occidunt, vel qui per imperitiam ducum  
pereunt; cum ecclesiæ una cum ipsis hominibus,  
hæreticorum dolis velut sub aqua latentibus  
scopulis illisæ, perditæ sint: alii vero ex  
hostibus salutiferæ passionis, qui gubernacula  
occuparunt, circa fidem naufragium fecerint?  
Cæterum turbæ ab hujus mundi principibus  
proficiscentes, qua non procella, quo non turbine  
horribilius subvertunt populos? Ecclesias vero  
caligo quædam adeo plane tristis ac mœsta  
occupat, videlicet luminaribus mundi, quæ  
Deus posuerat ad illuminandas populorum  
animas, domo profligatis. Porro immodica  
jam inter ipsos vincendi contentio, cum jam  
immineat terror

minitans ruinam universi, adimit mali sensum.  
Nam privata similtas plus est quam commune  
publicumque bellum, dum adversarios vincendi  
gloria præfertur publicæ omnium utilitati,  
quibus prælens temporariaque gloriæ voluptas,  
prior ac potior est præmiis in posterum repositis.  
Eoque omnes pariter quocumque possunt modo  
interfetrices manus sibi invicem afferunt.  
Acerbus autem quidam clamor eorum, qui ex  
contentione sese mutuocollidunt, confusaque  
vociferatio, & indistinctus sonitus e  
B numquam silentibus tumultibus, totam prope  
jam ecclesiam implevit, per excessus ac defectus  
rectum pietatis dogma subvertentibus.  
Nam alii quidem ad Judaismum, ob personarum  
confusionem: alii contra, ad paganismum per  
naturarum contrarietatem deferuntur: adeo ut  
nec divinitus inspirata Scriptura inter illos  
sequestram agere possit, nec Apostolicæ  
traditiones illos inter se conciliare valeant.  
Sed unicus amicitie finis est ad gratiam loqui:  
ac sufficiens est inimicitie causa, opinionibus  
dissentire. Porro erroris similitudo res est  
quavis conjuratione firmior ad seditionis  
societatem. Theologus vero quilibet est, is  
etiam, qui maculis innumerabilibus animam  
habeat notatam. Hinc rerum novatoribus  
multa copia simul excitantium seditionem.  
Itaque qui seipso suis elegere suffragiis,  
quique affectant principatum, ii ecclesiarum  
præfecturas sortiuntur, repulsa sancti Spiritus  
administratione: jamque prorsus Evangelicis  
ritibus ob sublatum rerum ordinem confusis,  
ineffabilis est ad præfecturas irruptio,  
unoquoque eorum qui ambitione laborant,  
se in dignitates per vim intrudente.  
Jam vero gravis quædam anarchia ab hoc  
principatus amore populos invasit: unde irritæ  
sunt prorsus ac inanes præfectorum  
exhortationes, dum nemo se magis alteri  
auscultare, quam aliis imperare debere,  
ob factum ex inscitia conceptum existimat.

78. Has ob res filere utilius judicavi, quam  
loqui, tamquam hominis vox per tantos  
tumultus exaudiri non possit. Nam si vera sunt  
quæ dixit Ecclesiastes, Verba sapientum in  
E quiete audiri, plurimum abest, ut in hoc  
statu rerum de his loqui conveniat. Me vero  
etiam illud propheticum dictum reprimat:  
*Intelligens in tempore illo tacebit: eo*  
*quod tempus malum est*, in quo alii quidem  
supplantant, alii vero insultant lapso, alii  
vero applaudunt. Sed qui labascenti manum  
ex misericordia porrigat, nullus est; quam-  
quam juxta legem veterem, ne is quidem  
qui vel jumentum inimici sub onere collapsum  
præterierit, caret reprehensione. Sed non  
itidem sit hisce temporibus. Quinam fieret?  
Quando refrigerata omnium chari-

Ecc. 9. 17.

Amos. 5. 13.

Exod. 23. 5.

ta-

tate, sublata est fratrum conspiratio, concordia vero etiam nomen ignoratur; sublata sunt autem etiam amicæ admonitiones, nusquam viscera christiana, nusquam lacryma ex commiseratione. Non est qui infirmum in fide suscipiet, sed tantum odium inter tribules exarsit, ut quisque magis de proximi lapsibus, quam de propriis recte factis exultet. Quemadmodum autem in contagiis pestilentiarum, etiam ii qui summa cura servant victus rationem, tamen iisdem morbis quibus alii laborant, dum ob consuetudinem eorum qui corrupti sunt, opplen-

**A** nemo sit qui pietati suffragetur, tamen privatim quod officii nostri est peragere, qui quidem ex incendio medio canebant hymnos Deo, haud reputantes multitudinem aspernantium veritatem, sed sibi invicem sufficientes, cum essent tres. Quapropter ne nos quidem deterruit hostium nubes, sed fixa spe in præsidio Spiritus, cum omni fiducia veritatem annuntiavimus. Alioqui foret omnium miserrimum, eos qui convitiis incessunt Spiritum, tam facile adversus piam doctrinam animo efferri ac insolescere: nos vero qui talem habemus protectorem ac patronum, non audere doctrinam traderé, quæ ex majorum traditione perpetua memoriæ serie ad nos usque servata fuit. Magis tamen excitavit impetum nostrum igneus charitatis tuæ non fictæ fervor, morumque tuorum gravitas ac taciturnitas: quæ res spondebant fore, ut ea quæ dicturi essemus non prodirent in vulgus: non quod digna sint quæ celentur, sed ne margaritæ projiciantur porcis. Et hæc quidem hæctenus. Quod si tibi de his satis dictum videtur, sit hic sermonis **C** finis: sin minus, nulla invidia est, studiose insidentem inquisitioni, per interrogationem a contentione alienam aliquid addere cognitioni. Dabit enim Dominus aut per nos aut per alios, eorum quæ defunt complementum, juxta scientiam quæ dignis subministratur a Spiritu.

Basilii filere statuerat, sed charitas non sivit.  
1. Cor. 13. 5.

Dom. 3. 12.

79. Itaque propter has omnes causas silentium erat, sed in diversam partem retraxit charitas, non quærens quod ipsius est, ac vincere cupiens omnem temporum ac rerum difficultatem. Quin & pueri qui fuerunt in Babylonia docuerunt nos, etiam si

## INDEX CAPITUM LIBRI DE SPIRITU SANCTO.

- I. **P**roœmium in quo ostenditur necessarias esse de minutissimis Theologiæ partibus perscrutationes. pag. 1.
- II. Unde sit orta hæreticorum de syllabis observatio. 2.
- III. E mundana Philosophia natam esse de syllabis sophisticam disputationem. 3.
- IV. Harum syllabarum usum sine discrimine in Scriptura adhiberi. ibid.
- V. Et de Patre dici per quem, & de Filio, ex quo, & de Spiritu sancto. ibid.
- VI. Occurrit iis qui affirmant Filium non esse cum Patre, sed post Patrem; ubi & de gloria æqualitate. 5.
- VII. Adversus eos qui dicunt non congruenter de Filio dici, cum quo, sed per quem. 7.
- VIII. Quot modis intelligatur hæc particula, per quem, & in quo sensu congruentius dicitur, cum quo: ubi etiam exponitur, quomodo mandatum accipit Filius, & quomodo mittitur. ibid.
- IX. Propriæ ac distinctæ de Spiritu notionæ, doctrinæ Scripturarum congruentes. 10.
- X. Adversus eos qui dicunt non oportere Patri & Filio adjungere Spiritum sanctum. 11.
- XI. Prævaricatores esse illos, qui negant Spiritum. ibid.
- XII. Adversus eos qui dicunt sufficere baptismum tantum in nomine Domini. 12.
- XIII. Quare apud Paulum angeli simul cum Patre & Filio adjunguntur. ibid.
- XIV. Objectio, quod & in Moſen nonnulli baptizati sunt, & in illum crediderunt; & hujus solutio, ubi & de figuris. 13.
- XV. Responsio ad id quod subinferunt, nos & in aquam baptizari: ubi & de baptis- mate. 14.
- XVI. Quod in omni notione Spiritus sanctus inseparabilis est a Patre & Filio, sive in creatione intelligibilium creaturarum, sive in humanarum rerum dispensatione, si- ve in judicio quod expectatur. 16.
- XVII. Adversus eos qui dicunt non connume- rari Patri ac Filio Spiritum sanctum, sed subnumerari: ubi & de pia connumeratione summarius fidei decursus. 18.
- XVIII. Quomodo in professione trium hypo- staseon pium monarchiæ dogma servamus, ubi & eorum, qui dicunt Spiritum subnu- merari, refutatio. 19.
- XIX. Adversus eos qui dicunt non esse glorifi- candum Spiritum. 21.
- XX. Adversus eos, qui dicunt Spiritum nec in servili, nec in herili conditione esse, sed in conditione liberorum. 22.
- XXI. Testimonia ex Scripturis Spiritum ap- pellari Dominum. 23.
- XXII. Confirmatio naturalis communionis Spiritus, eo quod æque ac Pater & Filius incomprehensibilis. ibid.
- XXIII. Spiritus glorificationem esse enume- rationem eorum quæ illi adsunt. 24.
- XXIV. Redargutio absurditatis eorum qui non glorificant Spiritum, ex collatione eorum quæ in creaturis gloria afficiuntur. ibid.
- XXV. Quod Scriptura hac syllaba in pro cum utatur: ubi etiam probatur & idem pollere quod cum. 25.
- XXVI. Quot modis dicitur in, totidem mo- dis de Spiritu accipi. 26.
- XXVII. Unde initium habeat syllaba cum, & quam vim habeat, ubi & de Ecclesiæ le- gibus nullo scripto proditis. 28.
- XXVIII. Quod quæ de hominibus dicit Scriptu- ra tamquam una cum Christo regnantibus, ea de Spiritu dici non concedunt adverſa- rii. 30.
- XXIX. Enumeratio virorum in Ecclesia illu- strum, qui in scriptis suis usi sunt hac vo- ce, cum. 31.
- XXX. Expositio præsentis Ecclesiarum sta- tus. 33.





SANCTI PATRIS NOSTRI  
 BASILII EPISTOLÆ  
 SECUNDUM ORDINEM TEMPORUM  
 NUNC PRIMUM DISPOSITÆ,  
 ET IN TRES CLASSES DISTRIBUTÆ.

*Classis I. continet epistolas ante episcopatum scriptas ab anno 357. ad annum 370. quibus adduntur nonnullæ dubiæ, quia videntur ad hoc tempus pertinere.*

*II. Quas episcopus scripsit ab anno 370. ad annum 378.*

*III. Epistolas nulla temporis nota signatas cum pluribus dubiis & spuris nonnullis.*

I. CLASSIS.

EPISTOLA PRIMA.

*Alia  
 CLXV.*

*Fingit Basilius sese, dum Eustathium frustra querit in variis regionibus, pene dubitasse an non fato aut fortuna omnia fiant, sed illius litteris recreatum mutasse sententiam; hæc, inquam, fingit ut refellat acutius, & providentiam statuat.*

**EUSTATHIO PHILOSOPHO.** Aegrotandum prorsus fuit, teque idcirco ca-

*Scripta an-  
 no 357.*



Am me animo deficientem ob illatas ab ea, quæ dicitur, fortuna injurias, a qua semper aliquid impedi- menti existit, quominus tecum congregarer, litteris miro quodam modo recreasti ac consolatus es. Jam enim apud me ipse quodam modo versabam, an non forte verum sit, quod a pluribus dicitur, necessitate quadam ac fato res nostras sive parvas sive magnas regi, nec ullius rei nos homines esse dominos; aut si res ita se non habet, fortuna quadam humanam vitam prorsus agitari. Atque his cogitationibus plurimam dabis veniam, ubi causas, quibus ad eas adductus sum, didiceris. Ego reliqui Athenas ob tuæ philosophiæ famam, contemti quæ illic sunt. Præterii autem citius Helle- spon- ti civitatem, quam quisquam Ulysses Sire- num cantus. Et Asiam quidem admiratus sum; sed ad bonorum, quæ in ea sunt, Me- tropolim properabam. Postquam autem veni in patriam, teque ingens lucrum in ea quæsitum non inveni; hinc mihi deinceps multæ varizque occasiones inopinatum obortæ sunt impedimentorum. Vel enim

*Cæsarea  
 metropolis  
 bonorum  
 Asiæ.*

rendum; vel necesse fuit tecum abeunte in Orientem proficisci non posse, & cum tandem aliquando innumeris laboribus in Syriam pervenissem, philosophi, qui in Ægyptum abierat, congressum non assequi. Rursus igitur proficiscendum fuit in Ægyptum longo & difficili itinere, ac ne illic quidem assequendum quod erat in optatis. Sed tam infausto amore capiebar, ut aut ad Persas eundem mihi esset, & ad extremos Busque barbaros simul proficiscendum (siquidem illuc etiam veneras: usque adeo ob- sistebat dæmon) aut hic sedendum Alexandria: id quod & contigit. Puto enim nisi pecudis instar præmonstratum ramum sequendo de- fatigatus essem, futurum fuisse ut vel ultra Nyssam Indicam actus pergeres, ac si quis extremus orbis nostri locus, in eo etiam er- rares. Sed quid multa opus est referre? Nunc postremo cum in patria verferis, tecum esse non contigit, eo quod diuturnis morbis de- tinear: qui nisi deinceps mitiores fiant, ne in hieme quidem prudentiam tuam conve- niemus. Hæc, quæso, nonne sunt opera fati, uti tu dixeris? nonne necessitatis? Hæc nonne propemodum poetarum de Tan- talo fabulas superarunt? Sed, ut dixi, ex litteris tuis melius me habui, nec jam am- plius

*Basilii pe-  
 regrinatio-  
 nes.*

Classis I.

plius in eadem sum sententia. Censeo A hæc simulque jucundissima putabimus: si autem oportere Deo bona largienti gratias rem differat, damnum leniter feremus. agere, procrastinanti vero non succensere. Nam melius profecto, quam nos ipsi eligere possimus, nostra moderatur. Et sane si nobis dederit tecum esse, optima

Alias I.

## E P I S T O L A II.

Gregorio nihil curanti de situ solitudinis Basilii, sed scire aventi, quomodo ibi vivatur, exponit Basilius non quid ipse faciat (humiliter enim fatetur se non multum proficere) sed quid faciendum sit: quanta sint solitudinis ad pietatem adjumenta, quomodo Scripturarum lectioni subjungenda oratio, quid in sermone & in incessu, quid in cibo & potu & vestimento, quid in somno observandum.

## BASILIUS GREGORIO.

Scripta in itinere secessus

I. **A**gnovi epistolam tuam, velut qui amicorum liberos ex apparente in ipsis similitudine cum parentibus cognoscunt. Quod enim ais, loci structuram magni momenti non esse ad ciendum in animo tuo desiderium aliquod vitæ nobiscum agenda, antequam de instituto ac vivendi ratione aliquid didiceris; sententia vere tua est, tuoque digna animo, qui terrena omnia nihil esse existimas, ad beatitudinem nobis in pollicitationibus repositam. Quid autem ipse in hac solitudine noctu ac interdium agam, dicere pudet. Reliqui equidem urbis commorationes, ut innumerabilium malorum causas: at me ipse nondum relinquere potui. Sed similis sum hominibus in mari summa difficultate, eo quod navigandi insolentes sint, laborantibus & nauseantibus, qui navigii magnitudinem, ut vehementius succutientem ægre ferunt, indeque in lembum aut naviculam transeuntes, ubique nauseant & in angustiis versantur. Una enim cum ipsis transit nausea ac bilis. Ad hunc igitur modum se quoque nostræ res habent. Nam insitos animi morbos circumferentes, ubique iisdem perturbationibus sumus obnoxii. Quare non magnopere adjuti sumus hac solitudine. Quæ autem facta oporteret, & unde nobis daretur inhaerere vestigiis eius, qui salutis dux fuit (*Si quis enim, inquit, vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*) hæc sunt.

Matth. 16. 24.

Mentis tranquillitas necessaria est.

2. Enitendum est, ut mentem pacatam ac quietam habeamus. Quemadmodum enim oculus continenter circumactus, & nunc quidem in obliqua deflexus, nunc vero sursum ac deorsum frequenter contortus, clare ac perspicue rem objectam cernere non potest; sed aciem in rem visam defigi oportet, si modo perspicua futura est visio: ita & humana mens sexcentis mundi curis distracta, veritatem clare conspiciere non potest. Sed eum quidem qui nondum nuptiarum vinculis constrictus est, rabidæ cupiditates, ac impetus non facile superabiles,

& amores perditissimi conturbant: conjugio autem illigatum alius curarum tumultus excipit; in orbitate desiderium prolis, susceptis liberis, de his educandis sollicitudo: uxoris custodia, domus cura, fervorum gubernatio, accepta contractis in rebus damna, contentiones cum vicinis, forenses concertationes, negotiationis alea, agriculturæ labores. Unaquæque dies oritur suam ferens animi caliginem: quin & noctes diurnas curas excipientes, iisdem rerum speciebus mentem fallunt. Horum autem una vitatio est, secessus a toto mundo. Verum secessus a mundo, non est corpore extra ipsum esse, sed animam ab affectionum cum corpore consensione avellere, ac sine civitate esse, sine domo, sine propriis rebus, sine amicorum societate, sine possessionibus, sine rebus ad victum necessariis, sine negotiis, nullas res contrahentem, humanarum disciplinarum expertem, paratum ad suscipiendas corde informationes, quæ ex doctrina divina ducuntur. Est autem cordis præparatio, documentorum ex prava consuetudine illud præoccupantium oblivio. Nam nec in cera scribere potest, qui jam insitas litteras non deleverit: nec animo divina dogmata mandare, qui anticipatas e consuetudine opiniones ex eo non sustulerit. Ad id autem plurimum affert adjumenti solitudo, quæ vitiosos animi nostri motus consopit, ac rationi otium dat eos ex animo penitus excindendi. Quemadmodum enim belluæ, si demulceantur, facile vinci possunt; ita libidines, iræ, pavores, moerores, venanata illa animæ mala, solitudine sopita, nec irritamento jugi efferata, vi rationis facilius superantur. Esto igitur locus aliquis hujusmodi, qualis hic noster, ita ab hominum commercio liber, ut religiosæ exercitationis continuatio a nullo extraneo intercidatur. Pietatis autem exercitatio animam divinis cogitationibus alit. Ecquid igitur beatius, quam in terra contentum angelorum imitari; statim quidem ac dies incipit ad preces surgentem, hymnis & canticis creatorem venerari; exinde sole jam clare dilucescente ad opera conversum,

Solitudinis utilitas.

co-

comitante ubique oratione, hymnis etiam opera tamquam sale condire? Siquidem hilarem jucundamque animæ æquabilitatem hymnorum solatia conferunt. Quies igitur principium expurgationis animæ, nec lingua loquente res humanas, nec oculis nitidos corporum colores aut concinnitates circumspicientibus; nec auditu animæ vigorem dissolvente per acroamata modorum ad voluptatem compositorum, aut per hominum facetorum ac ridiculorum verba: id quod maxime animi vim frangere solet. Mens enim, quæ ad externa non dissipatur, neque per sensus in mundum diffunditur, redit quidem ad se ipsa; per se autem ad Dei cogitationem ascendit; atque decore illo illustrata ipsius etiam naturæ obliviscitur, nec jam cibi cura distrahitur aut amictus sollicitudine; sed terrenis curis vacua, omne suum studium ad æterna bona adispiscenda transfert; quomodo colat temperantiam atque fortitudinem, quomodo justitiam, ac prudentiam, ac reliquas virtutes, quæ sub hæc genera distributæ singula decenter in vita peragenda viro probo suggerunt.

Scripturam meditationis.

3. Maxima autem via ad officii investigationem est, & Scripturarum divinitus inspiratarum meditatio. In his enim & rerum agendarum præcepta reperiuntur, & beatorum hominum res gestæ litteris traditæ, veluti animata quædam vitæ secundum Deum institutæ simulacra, ad bonorum operum imitationem proponuntur. Ac proinde quicumque in re quisque mendose sese ipse habere senserit; in illam imitationem assidue incumbens, tamquam ex communi quadam medicinæ officina, appositum suæ infirmitati medicamentum invenit. Ac castitatis quidem amator historiam Josephi assidua lectione evolvit, atque ab eo actiones temperantiæ plenas ediscit, non solum a voluptatibus continentem illum reperiens, sed etiam habitu in virtute firmum. Fortitudinem vero discit a Jobo, qui rebus suis retro sublapsis, ac egens ex divite, orbis ex pulchræ proles parente temporis momento factus, non solum idem permansit, infractos animi sensus ubique retinens; sed ne amicis quidem, qui ad consolandum venerant, insultantibus & dolores conjunctim intendentibus, ira commotus est. Rursus quis reputans quomodo clemens simul & magnanimus esse possit, ita ut animo in peccatum, clementiæ erga homines utatur; inveniet Davidem generosum quidem in bellicis facinoribus, clementem vero & placidum in inimicis ulciscendis. Talis & Moses, ingenti quidem ille animo in eos insurgens, qui in Deum peccaverant, sed leniter inflictas sibi calumnias perferens. Ac omnino, ut pictores, cum imagines ex imaginibus pingunt, crebro ad exemplar

respicientes, inde formam in suum opus transferre conantur: sic etiam qui sese omnibus virtutis partibus absolutum perficere studet, ad sanctorum vitas, velut ad simulacra quædam viva & actuosa, respicere debet, & quod illis inest boni suum imitando facere.

Classis I.

4. Preces rursus lectionibus succedentes vegetiorem ac fortio rem animam amore in Deum concitatam excipiunt. Est autem oratio illa præclara, quæ perspicuam Dei notionem animæ imprimit: idque Dei inhabitatio est, insidentem intus Deum memoria complecti. Sic Dei efficiuntur templum; cum nec terrenis curis perpetuus memoriæ tenor interpellatur, nec improvisis commotionibus perturbatur intellectus; sed omnia fugiens Dei cultor ad Deum secedit, repellens provocantes ad libidinem affectiones, ac in studiis ad virtutem ducentibus immoratur.

Preces lectionibus subjungendæ.

5. Atque illud quidem in primis studio esse debet, sermone non inscite uti, sed interrogare sine litigandi studio, respondere sine ambitione; non interpellare differentem, si quid dicat utile, neque cupidum esse proprii sermonis ostentationis causa interferendi; modum tenere loquendi & audiendi: discere etiam sine verecundia, docere liberaliter, nec occultare si quid ab alio didiceris; velut improbæ mulieres facere solent, quæ spurios partus subjiciunt; sed grato animo parentem doctrinæ prædicare. Vocis vero sonus mediocris præferendus est, ut nec exilior auditum præterfugiat, nec nimia contentione importunus sit. Expendendum tecum prius quid dicturus sis, atque ita demum edendum & vulgandum. Adeuntibus affabilem esse oportet, atque in colloquiis suavem; nec voluptatem facietis sermonibus aucupari; sed benigna adhortatione lenitatem obtinere. Ubique asperitas, etiamsi objurgandum sit, rejicienda. Si enim prior te ipse per humilitatem abjeceris, hoc pacto ei, cui curatione opus est, acceptus eris. Plerumque vero utilis nobis & illa increpationis ratio a propheta adhibita, qui cum David peccasset, non a semetipso sententiam induxit condemnationis, sed accersita persona utens, ipsum proprii judicem peccati constituit; ita ut cum in se ipse sententiam dixisset, nihil jam succenseret arguenti.

Quomodo utendum sermone.

6. Consentaneus autem humili ac demisso sensui tristis oculus atque deorsum vergens, habitus neglectus, squalida coma, vestis sordida; adeo ut quæ lugentes data opera faciunt, ea sua sponte nobis inesse videantur. Tunica cingulo ad corpus adstricta sit: cinctus neque illa exsuperet, id enim muliebre; neque laxus ita ut tunica diffluat; id enim molle. Incessus esto nec segnis, ne animum dissolutum arguat; nec rursus ve-

Quid in cultu corporis ac victu observandum.

he-

*Classis 1.* hemens ac superbus, ne stolidos animi impetus indicet. Unus vestimenti scopus, ut idoneum sit carnis ad hiemem & æstatem operimentum. Neque vero in colore floridum exquiratur, neque in opere tenue ac molle. Etenim in veste pigmentorum lautitias conlectari, non absimile est venustatis studio, quo mulieres ducuntur, dum genas & crines alieno flore inficiunt. Sed & eo usque crassa tunica sit, ut socia opus non habeat, ad eum qui induitur calefaciendum. Calcearium autem pretio quidem vili, sed cui nihil desit ad usum explendum. Et ut semel omnia uno verbo complectar, ut in veste necessarium præcipue sectandum: ita in cibo panis explebit necessitatem: aqua sedabit sitim recte valenti: quibus accedent quæcumque ex leguminibus pulmenta corpori vires ad necessarios usus conservare possunt. Edere autem decet non hellantium speciem præbentes, sed ubique modestiam & mansuetudinem atque in voluptatibus continentiam retinentes, ne tunc quidem animam a Dei cogitatione habentes otiosam, sed ex ipsa alimentorum natura, & corporis ea suscipientis structura, divinarum laudum materiam ducentes, quod varia ciborum genera qualitati corporum accommodata, ab eo qui omnia moderatur, inventa sint.

*A* Preces ante cibum fiant, quæ donis Dei dignæ sint, tum, quæ nunc largitur, tum quæ in futurum recondidit. Preces etiam post cibum, quæ & gratiarum actionem pro acceptis bonis & promissorum petitionem habeant. Hora una capiendo cibo destinata, eademque per circuitum revertens; adeo ut ex viginti quatuor horis diei ac noctis, vix illa una ad curandum corpus infumatur: reliquas asceta in animi exercitatione transigat. Somni leves sint, ejusque modi, qui excuti facile possint, naturalem cum tenui vitæ ratione necessitudinem habentes: imo vero de industria magnarum rerum curis interrumpantur. Nam altiore correptum esse sopore, membris solutis, ita ut facilis pateat aditus imaginibus a ratione alienis, id quotidianæ morti addicit ita dormientes. Sed quod aliis diluculum, id pietatis cultoribus media nox: cum maxime nocturna quies otium animæ largiatur, neque oculis, neque auribus quicquam visu aut auditu exitiosum in cor immittentibus, sed mente sola per se cum Deo rationem habente, seque corrigente per peccatorum recordationem & regulas sibi ipsi præscribente ad vitia declinanda, ac Dei auxilium ad ea, quæ studio habet, perficienda implorante.

## E P I S T O L A I I I.

*Laudat Basilius Candidiani in bonorum perfuntione moderationem animi & litterarum studium: ejus præsidium implorat adversus violentiam agrestis cujusdam, qui ipsius ades invaserat & expilaverat.*

## C A N D I D I A N O.

*Scripta in Scythia*  
1. **C**UM in manus sumsi epistolam tuam, contigit mihi quiddam auditu dignum. Reveritus sum illam quasi publicum quidpiam annuntiantem; dumque ceram resolverem, intuens extimui, quantum nullus Spartiata reus Laconicam scytalem. Sed postquam solvi ac singula perlegi, subiit mihi ridere, partim quidem præ gaudio, quod nihil audiræ novi; partim vero quod cum Demosthenis rebus tuas compararem. Nimirum posteaquam ille paucis quibusdam saltatoribus tibicinibusque suppeditasset, non amplius Demosthenes, sed choragus vocari voluit: tu vero idem ipse es, sive suppedites, sive non (suppeditas autem pluribus militum denis millibus, quam quot ille hominibus necessaria subministrabat) qui quidem nobis non pro dignitate scribis, sed consueto more, nec quicquam remittis de litterarum studio; sed, ut ait Plato, in ipsa tempestate ac æstu negotiorum, veluti sub murum quemdam validum abscedens, nullo prorsus tumultu mente turbaris: imo nec

Dalios, quantum in te est, perturbari finis. Ac res quidem tuæ tales, magnæ profecto & admirandæ his qui perspicere possunt; rursus autem minime admirandæ, si quis eas cum toto vitæ instituto comparet. Jam vero nostras audi, quæ & mirabiles sunt, & merito nobis acciderunt.

2. Agrestis quidam ex iis qui nobiscum Annesis commorantur, mortuo famulo meo, non se negotii quidquam cum illo habuisse dixit, non ad me accessit, non conquestus est, non rogavit, ut a volente acciperet, non minatus est se vim facturum, nisi acciperet; sed subito cum nonnullis ipsi temeritate similibus domum nostram invasit, mulieresque quæ eam custodiebant, verberibus contudit, ac effractis foribus exportavit omnia, partim sibi ipse rapiens, partim ad diripiendum cuilibet proponens. Itaque ne extremus nos infirmitatis terminus simus, videamurque omnibus ad injurias idonei; quod studium omnibus nostris in rebus ostendisti, hoc idem nunc ut impendas exorari te sine. Hac enim una re tranquillitas nobis servetur, si strenuo tuo præsidio instructi simus.

Eri-

*Mias*  
CLXXIII.

*Scripta in*  
*Scythia*

*Demosthe-*  
*nes Chora-*  
*gus vocari*  
*voluit.*

*Plato.*

Basilii le-  
vi multa  
contentus.

mus autem multa hac contenti, si a pa- A ob ea solum quæ perpeffi sumus indigna-  
gi præposito comprehensus, brevi tempo- mur: sed in posterum etiam securitate  
re in carcere includatur. Etenim non indigemus.

Classis I.

Alias  
CLXIX

## E P I S T O L A IV.

*Olympio qui dona miserat, perurbane gratias agit Basilius, incusans quod contubernalem suam pauperiem expulerit.*

O L Y M P I O . .

Scripta in  
secessu.

**E**Cquid agis, o præclare, qui amicam nobis paupertatem & philosophiæ nutrice[m] solitudine expellis? Arbitror enim fore, ut ipsa tibi iudicium intenderet unde vi, si qua ei loquendi facultas accederet: Volui ego cum hoc homine una degere, nunc quidem Zenonem laudante, qui amissis naufragio omnibus nihil non virile loquutus est, sed euge, dixit, o fortuna, redigis nos ad detritum pallium: nunc vero Cleanthem mercede aquam ex puteo haurientem, unde & ipse victitabat, & magistris æra persolvebat. Quin & Diogenem numquam inter-

Zenonis  
præclare dictum.

Cleanthes  
mercede aquam hauriebat.

misit admirari, id sibi laudi habentem, ut solis naturæ rebus contentus esset; adeo ut poculum etiam projecit, postquam a puero didicit cavis manibus inclinans bibere. His te & talibus contubernalis nostra incusaret, nunc magnificis donis expulsa. Adjiceret autem & aliquid minarum: Si hic te iterum deprehendero, Siculas aut Italicas delicias priora exstitisse ostendam: ita te accurate copiis meis ulciscar. Sed de his hætenus. Gavifus autem sum, cum audivi te jam remedia aggressum esse; teque his juvari precor. Sacræ autem tuæ animæ convenit sollicitudinum & molestiarum expers corporis curatio.

Diogenes  
poculum  
projicit.

Alias  
CLXXXVIII

## E P I S T O L A V.

*Consolatur Nectarium Basilius unici filii morte afflictum.*

**AD NECTARIUM CONSOLATORIA.** C ob ea quæ acciderunt lugere, & lacrymas effundere volumus, tempus vitæ nobis non sufficiet; nec si homines omnes nobiscum gemant, infortunio planctum adæquare poterunt: imo etiam si fluviorum aquæ lacrymæ fiant, nequibunt casus illius lamenta explere.

Scripta in  
secessu.

**I.** **N**ondum tertium aut quartum diem traduxeram intolerabilis casus auditione percussus; & cum adhuc ambigerem, quia ne clare quidem potuerat nobis molestæ rei nuntius id quod acciderat enarrare; cumque rumorem vix reciperem, quia falsum esse optabam; accepi litteras episcopi, quibus accurate infausta res significabatur. In quo quidem quantum ingemuerim, quantumque effuderim lacrymarum, quid attinet vel dicere? Quis enim adeo corde lapideo, aut omnino humanæ naturæ expers, ut in ejusmodi eventu nihil patiat, aut modicum dolorem animo accipiat? Domus splendidæ successio, fulcimentum generis, patriæ spes, parentum piorum germen cum innumeris votis educatum, in ipso ætatis flore ex mediis patris manibus ereptum abit. Hæc quam adamantis naturam non valeant dissolvere, & ad commiserationem adducere? Quare nihil est magni, si & nos penitus hoc infortunium percussit, qui vobis prorsus sumus ab initio addicti; & gaudia vestra & molestias, nostra facimus. Atque hætenus quidem pauca esse videbantur quæ vobis molestiam afferent, imo pleraque ex sententia vobis fluere; sed subito dæmonis invidia evanuit tota illa domus felicitas, & animarum hilaritas; ac hominibus tristis historia facti sumus. Igitur si

2. Sed si velimus Dei donum, quod cordibus nostris indidit, nunc promere, rationem dico sobriam, quæ & in rebus secundis modum novit animabus nostris præstitueret, & in tristioribus casibus res humanas in memoriam revocare, nosque admonere eorum, quæ & vidimus & audivimus, vitam videlicet infortuniis hujusmodi esse refertam, ac multa calamitatum humanarum esse exempla, & præter hæc omnia mandatum Dei esse, ut qui in Christum credunt, non lugeant mortuorum causa, ob spem resurrectionis; ac patientiæ magnæ magnas esse apud certaminum judicem coronas gloriæ repositas: si igitur rationi permiserimus ut hæc nobis occinat, licebit fortasse modicum aliquod mali lenimen invenire. Quare adhortor te, ut strenuum athletam, ut contra plagæ magnitudinem obnitaris, nec succumbas ponderi doloris, neque absorbearis animo; persuasum habens, etsi rationes eorum quæ a Deo dispensantur, nos latent; at profecto quod a sapiente nosque amante dispensatur, accipiendum, etiam si molestum sit. Novit enim ipse, quomodo uni-

Mandatum  
Dei ut non  
lugeamus  
mortuos.

S. Basilii Oper. Tom. III.

F cui-

classis I. cuique dividat quod utile est, & quam ob  
causam inæquales vitæ terminos nobis præ-  
stituat. Est enim causa aliqua hominibus  
indeprehensa, ob quam alii quidem citius  
hinc abripiuntur, alii vero diutius in hac ca-  
lamitosa vita ad ærumnas perferendas relin-  
quuntur. Itaque in omnibus adorare illius  
in nos amorem debemus, nec ægre ferre:  
memores magnæ illius & celeberrimæ vocis,  
quam magnus ille athleta Job emisit, cum  
in uno convivio liberos decem exiguo tem-  
poris momento oppressos vidit: *Dominus de-*  
*dit, Dominus abstulit, sicut Domino visum,*  
*ira & factum est.* Admirabilem illam vocem  
nostram faciamus: par merces a justo iudice  
paria præclare facta designantibus. Non su-  
mus filio orbati: sed restituiamus ei qui mu-

Job 1. 21.

Alias  
CLXXXIX.

## E P I S T O L A V I.

*Basilii Nectarii uxorem similiter consolatur.**NECTARII conjugii consolatoria.*Scripta eo-  
dem tempo-  
re.Mors pueri  
duarum  
provincia-  
rum plaga.

I. **N**olebam alloqui dignitatem tuam, C  
considerans ut oculo inflammato  
lenimentum vel tenerrimum dolorem af-  
fert, ita animæ gravi mœrore afflictæ, et-  
iam si multum solatii ferat oratio, mole-  
stam tamen quodammodo videri, in ipso  
doloris articulo adhibitam. At ubi mihi in  
mentem venit, sermonem mihi cum Chri-  
stiana futurum, jam pridem in rebus divi-  
nis instituta, nec ad humanos casus imparata;  
non existimavi æquum esse ut officio meo  
deessem. Novi qualia sint matrum viscera;  
cumque peculiariter considero tuam in om-  
nes benignitatem atque mansuetudinem,  
conjicio quantum probabile fit in præsentibus  
malis dolorem esse. Filium amisisti,  
quem viventem matres omnes prædicabant  
beatum, talesque suos esse optabant: mor-  
tuum vero perinde luxerunt, ac si suum quæ-  
que humo contexisset. Illius mors plaga ex-  
stitit provinciarum duarum, & nostræ, &  
Cilicum. Cum illo magnum & illustre ge-  
nus concidit, veluti fulcro sublato concus-  
sum. O incursum mali dæmonis, quantum  
potuit mali patrare! O terra talem coacta E  
fulcipere casum! Horruit forte ipse sol, si  
quis in eo lensus, triste illud spectaculum.  
Et quis tantum dicere poterit, quantum  
inops consilii animus suggerit?

2. Verum nostra non sunt citra providen-  
tiam, quemadmodum in Evangelio didici-  
mus, ne passerem quidem cadere sine vo-  
luntate Patris nostri. Quare si quid conti-  
git, voluntate contigit Conditoris nostri.  
Quis autem Dei voluntati resistit? Suscipia-  
mus quod accidit; moleste enim ferentes,  
neque id quod factum est reparamus, ac præ-

terea nosmetipsum perdimus. Ne culpemus  
justum Dei iudicium. Nimum imperiti su-  
mus, quam ut arcana illius iudicia explore-  
mus. Nunc Dominus amoris in se tui peri-  
culum facit. Tibi nunc tempus est, ut per  
patientiam partem martyrum consequare.  
Machabæorum mater septem filiorum mor-  
tem conspexit, nec ingemuit, nec ignobi-  
les lacrymas effudit: sed gratias agens Deo,  
quod videret eos igne & ferro & acerbissimis  
verberibus e vinculis carnis exsolvi; Deo  
quidem probata fuit, celebris vero habita  
est apud homines. Afflictio magna, fateor  
& ego: sed & magna a Domino præmia pa-  
tientibus reposita. Mater cum effecta es,  
puerumque vidisti, ac gratias egisti Deo;  
plane sciebas mortalem a te, cum mortalis  
sis, genitum esse. Quid igitur mirum, si  
mortuus est mortalis? Sed dolet nobis, quod  
præter tempus. Incertum, utrum hoc non  
fuerit tempestivum: nos siquidem eligere  
quæ animabus utilia sunt, & præfinire ter-  
minos humanæ vitæ non novimus. Circum-  
spice totum terrarum orbem, in quo habi-  
tas; & cogita omnia mortalia esse quæ vi-  
dentur, omnia corruptioni obnoxia. Res-  
pice ad coelum; & illud ipsum aliquando dis-  
solvetur: ad solem; ne ille quidem perman-  
nebit: stellæ omnes, animalia terrestria &  
aquatilia, terræ ornatus, terra ipsa, om-  
nia corruptioni obnoxia, omnia paulo post  
non amplius futura. Horum cogitatio fit  
casus solatium. Cave calamitatem seipsa  
metiaris, ita enim tibi videbitur intolerabi-  
lis: sed eam cum omnibus rebus humanis  
comparans, inde reperies illius solatium.  
His autem omnibus illud validissimum ad-  
dendum habeo: parce marito: alter alteri  
solamen estote: ne facias ei graviores cala-  
mi-

Omnes ad  
idem diver-  
sorium ten-  
dimus.Machabæo-  
rum mater.

mitatem, dolore te ipsa conficiens. **Omni-** A ut sua non enarrabili potentia tangens cor  
no autem arbitror sermonem solatio impa- tuum, cogitationibus bonis animum tuum  
rem esse : sed precibus in re præfenti opus illustret, ut in te ipsa consolationis habeas  
esse censeo. Precor itaque ipsum Dominum, argumenta.

Precibus in dolore opus est.

Classis I.

## E P I S T O L A VII.

Alias II.

*Basiliius significat futurum se providisse, ut penuria verborum accusaretur, nec tamen idcirco consulentibus respondendum non esse. Hortatur Gregorium, ut totum se tradat veritatis defensionem, nec se consulat.*

## GREGORIO SODALI.

Scripta videtur in secessu.

**N** E tum quidem ignorabam, cum scriberem prudentiæ tuæ, vocem omnem theologiam impari esse cogitationi dicentis, impari interrogantis desiderio; propterea quod sermo imbecillius nescio quomodo solet cogitatis rebus inservire. Si ergo infirma cogitatio nostra, & cogitatione inferior lingua; quid expectandum nobis fuit in iis quæ differuimus, nisi penuriam verborum objectum iri? Neque tamen idcirco potui silentio prætermittere quod quærebatur. Nam prodicionis periculum est,

Prodicionis periculum, si non libenter dentur de Deo responsa.

si non libenter dentur de Deo responsa his qui Dominum diligunt. Illa igitur, sive satis esse videantur, sive etiam accuratiore quodam additamento indigeant, tempus proprium, ut emendentur, postulant. Quod autem nunc ad rem attinet, hortamur te, uti jam etiam hortati sumus, ut totum te veritatis defensionem, ac motibus menti tuæ ad bonum stabiliendum a Deo impressis tradas, his contentus nec amplius quidquam a nobis requirens: qui cum multo inferiores simus quam quis suspicari possit, imbecillitate nostra doctrinam lædimus magis, quam roboris. Cuiusmodi patrocinio nostro addimus veritati.

## E P I S T O L A VIII.

Alias CXLI.

*Percussus casu inopinato Basiliius, cum se ad Gregorium recepisset, desiderium suorum bis litteris lenit, eosque admonet ut caveant ab Arianis. Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum confiteri oportere statuit. Tres deos affingentibus respondet, Deum natura, non numero unum dici: simile & dissimile rejicit, identitatem substantiæ requirit, ac Filium Patri esse consubstantialem declarat. Plura explanat Scripturæ loca ab adversariis objecta. Denique S. Spiritus divinitatem probat.*

*APOLOGIA de secessu ad Cæsarienses, & de fide pertractatio.*

Scripta anno 360.

**I.** SÆpe miratus sum, cur eo sitis in me animo affecti, & unde vos tenuitas nostra, eaque exigua & modica ac fortasse nihil habens amabile, tantopere capiat; nosque sermonibus adhortemini, amicitiam & patriam commemorantes, veluti profugos quosdam paternis visceribus ad vos rursus conantes revocare. Ego autem profugum me esse fateor, neque negaverim: sed jam causam, si cupitis, ediscetis. Maxime quidem re inopinata tunc percussus, quem admodum qui ob repentinos strepitus illico expavescunt, non cohibebam cogitationes, sed elongavi fugiens, ac tempore multo a vobis abfui. Deinde vero & desiderium quoddam subiit mihi sacrorum dogmatum, & philosophiæ quæ circa illa veritatur. Quomodo enim possim, ajebam, habitantem in nobis malitiam domare? Quis mihi fiat Laban, liberans me ab Esau atque ad supernam philosophiam deducens? Quoniam autem, Deo dante, voti compotes, quantum licuit, facti sumus, electionis invento vase *S. Basilii Oper. Tom. III.*

Basiliius inopinata re percussus fugit.

Gen. 28. 5.

& puteo profundo, dico autem Christi os **D** Gregorium; nobis parumper, quæso, parum, rogamus, concedite temporis; non quod in urbe commorationem ambiamus (neque enim ignoramus, homines hoc pacto a maligno decipi) sed quod versari cum sanctis longe utilissimum esse judicemus. Dum enim de divinis dogmatibus aliquid dicitur, auditurque frequentius, contemplationum quemdam habitum, qui ægre amittatur, suscipimus. Et res quidem nostræ ita se habent.

Christi os Gregorius.

2. Vos autem, o divina & omnium mihi charissima capita, cavete Philistinorum pastores, ne quis puteos vestros clanculum obstruat, & puram eorum, quæ ad fidem pertinent, cognitionem oburbet. Hoc enim eis semper studio est, non ex Scripturis sacris docere animas simpliciores, sed sapientia extranea veritatem circumvenire. Qui enim *ingenitum* & *genitum* in nostram fidem introducit, docetque eum qui semper est, aliquando non fuisse, eumque qui natura ac semper pater est, patrem fieri, & Spiritum sanctum non esse sempiternum, nonne ille palam Philistæus est, invidens patriarchæ

Ariani sunt Philistæi.

nostri ovibus, ne ex pura & in vitam æternam saliente aqua bibant, sed illud prophetæ oraculum trahant in semetipsos: *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, ac foderunt sibi ipsis cisternas obrutas, quæ non poterunt aquam continere*; cum confiteri oporteat Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum, uti eloquia divina, & qui ea sublimius intellexerunt, docuerunt. Cæterum ad eos qui tres deos nobis exprobrant, illud dicatur; unum nos Deum non numero, sed natura confiteri. Quidquid enim unum numero dicitur, id vere unum non est, neque natura simplex: Deum vero simplicem & incompositum confitentur omnes. Non igitur unus numero est Deus. Quod autem dico, est ejusmodi. Unum numero mundum esse dicimus, non tamen unum natura, neque simplicem illum quemdam. Dividimus enim ipsum in elementa ex quibus constat, in ignem, aquam, aerem & terram. Rursus homo unus numero dicitur. Unum enim hominem sæpe dicimus, sed non simplex quidam ille est, cum ex corpore & anima constet. Similiter & angelum unum numero dicimus, sed non unum natura, neque simplicem: siquidem essentiam cum sanctimonia hypostasim angeli intelligimus. Itaque si quidquid unum est numero, unum natura non est; & quod natura unum ac simplex est, unum numero non est, nos autem Deum natura unum dicimus; quomodo nobis numerum affingunt, quem prorsus a beata illa ac spiritali natura amovemus? Numerus enim pertinet ad quantitatem: quantitas vero corporali naturæ conjuncta est; numerus ergo corporeæ est naturæ. At Dominum nostrum corporum opificem esse credimus. Quapropter & numerus omnis ea designat, quæ materialem ac circumscriptam naturam sortita sunt: monas vero & unitas simplicis ac incomprehensibilis essentia insignis. Quisquis igitur numerum aut creaturam confitetur Filium Dei, aut Spiritum sanctum, imprudens materialem ac circumscriptam naturam inducit. Circumscriptam autem dico, non modo eam quæ loco continetur, sed etiam quam prænotione comprehendit is, qui ipsam e nihilo producturus est, quæque scientia comprehendi potest. Quidquid igitur sanctum est, habet autem naturam circumscriptam, & adventitiam sanctitatem, obnoxium esse potest malitiæ. Filius autem, & Spiritus sanctus, fons est sanctimoniam, unde rationalis quæque creatura pro virtutis ratione sanctificatur.

3. Nos secundum veram doctrinam neque similem, neque dissimilem Patri Filium dicimus. Nam æque utrumque horum repugnat. Enimvero simile & dissimile, qualitatibus habita ratione dicuntur: Deus au-

Simile & dissimile re jicit Basiliius.

tem liber est a qualitate. Verum identitatem naturæ confitentes & consubstantialia admittimus, & compositionem fugimus; cum is qui secundum essentiam Deus & Pater est, Deum secundum essentiam & Filium genuerit. Ex hoc enim consubstantialia ostenditur. Nam Deus secundum essentiam Deo secundum essentiam consubstantialis. Siquidem & homo dicitur Deus, velut in hoc loco, *Ego dixi: dii estis*. Quin etiam dæmon appellatur Deus, secundum illud, *Dii gentium dæmonia*. Sed illi quidem ex dono, hi vero ex mendacio nomen accipiunt. Deus vero solus est secundum essentiam Deus. Cum autem dico, *solus*, essentiam Dei sanctam & increatam significo. Nam vox, *solus*, & de uno aliquo homine, & de universa prorsus natura dicitur. De uno aliquo, velut cum verbi gratia dicitur de Paulo, solum raptum esse ad tertium usque cælum, & audisse arcana verba, quæ non liceat homini loqui: de natura vero universa, velut cum David dicit: *Homo sicut fœnum dies ejus*. Hic enim non hominem aliquem, sed universam naturam indicat: nam omnis homo temporarius & mortalis. Sic intelligimus de natura dicta esse & illa: *Qui solus habet immortalitatem*. Et, *soli sapienti Deo*. Et, *Nemo bonus, nisi unus Deus*. Hic enim *unus* significat idem, quod *solus*. Et, *qui extendit cælum solus*. Et rursus *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies*. Et, *Non est Deus præter me*. Nam *unus* & *solus* de Deo dicuntur in Scriptura, non ad distinctionem a Filio aut Spiritu sancto, sed adversus eos qui cum dii non sint, dii tamen falso nominantur, ut est illud: *Dominus solus duxit eos, & non erat cum eis Deus alienus*. Et, *everterunt filii Israel Baalim, & nemora Astaroth, & serviebant Domino soli*. Et iterum Paulus: *Sicut sunt dii multi & domini multi: nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia: & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia*. Verum hic quaerimus, quomodo cum dixisset, *Unus Deus*, ea voce non fuerit contentus (diximus enim, cum *solus* & *unus* de Deo dicuntur, significari naturam) sed & vocem *Pater* apposuerit, & Christi fecerit mentionem. Suspicio itaque existimasse hoc loco vas electionis Paulum, satis non esse tantummodo Deum Filium, & Deum Spiritum sanctum prædicare; id quod per dictionem, *Unus Deus*, declaraverat, nisi præterea per adjunctionem *Patris*, cum ex quo omnia sunt, exprimeret, & per mentionem Domini, Verbum per quod omnia sunt, significaret, & rursus per Jesu Christi adjunctionem, Incarnationem annuntiaret, & passionem poneret ob oculos: & resurrectionem commonstraret. Nam illud, Jesus Christus, notiones tales nobis indicat. Quapropter etiam Dominus

ante



ante passionem non vult dici Jesus Christus, & discipulis præcipit, ut ne cuiquam dicant ipsum esse Jesum Christum. Propositum enim illi erat post absolutam dispensationem ac resurrectionem ex mortuis, & in coelos assumptionem, tum demum ipsis committere, ut eum Jesum Christum prædicarent. Eiusmodi est & illud: *Ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum*: illud itidem: *Creditis in Deum, & in me credite*: ubique cogitationem nostram præmuniente Spiritu sancto; ne accedentes ad alterum, altero excidamus; neve theologiæ intenti negligamus dispensationem, atque in impietatem, dum in aliquo offendimus, incidamus.

4. Verba autem divinæ Scripturæ, quæ arrepta adversarii, & ad suam ipsorum sententiam detorta, nobis ad eversionem majestatis Unigeniti obijciunt, simili modo expendamus, notionem eorum pro viribus explicantes. Ac primum nobis proponatur illud: *Ego vivo propter Patrem*. Hoc enim unum est ex jaculis, quæ in cælum vibrantur ab his, qui eo impie utuntur. Illud autem dictum hoc loco non ipsam ante sæcula; ut arbitror, vitam designat: (quidquid enim propter alterum vivit, vita ipsa esse nequit; quemadmodum neque quod ab alio calefactum est, calor ipse esse potest: Christus autem & Deus noster dixit: *Ego sum vita*) Sed vitam hanc in carne, & in hoc tempore factam, quam propter Patrem vixit. Nam ipso volente in vitam hominum advenit: neque dixit, *Ego vixi propter Patrem*; sed, *Ego vivo propter Patrem*, aperte præfens tempus significans. Potest autem & vitam dicere, quam vivit Christus, Verbum Dei habens in seipso. Atque id ipsum esse, quod significatur, ex his quæ sequuntur videbimus. *Et qui manducat me*, inquit, *vivit propter me*. Edimus enim ipsius carnem, & bibimus ipsius sanguinem, participes facti, per incarnationem & sensibilem vitam, Verbi & sapientiæ. Carnem enim & sanguinem, totam suam mysticam in carne conversationem vocavit, & doctrinam ex practica & naturali & theologica notione constantem declaravit: per quam & nutritur anima, & ad eorum quæ sunt contemplationem interim præparatur. Et hæc est fortasse illius dicti sententia.

5. Ac rursus, *Pater meus major me est*. Utuntur enim & hoc dicto ingrati creaturæ, mali progenies. Ego vero ex hac etiam voce consubstantialem esse Filium Patri credo demonstrari. Comparationes enim scio proprie inter ea quæ ejusdem naturæ sunt fieri. Angelum namque angelo dicimus majorem, & hominem homine justiore, & volucrum volucris velociorem. Itaque si comparationes inter ea quæ ejusdem speciei sunt, insti-

tuuntur; Pater autem secundum comparationem dictus est Filio major; consubstantialis Patri Filius. Inest autem & alia notio his verbis. Quid enim mirum, si majorem se ipso Patrem confessus est, qui Verbum est & caro factus est: cum & angelis visus sit secundum gloriam minor, & hominibus secundum speciem. *Minuisti enim eum*, inquit, *paulo minus ab angelis*. Et iterum, *Eum autem qui modico quam angeli minoratus est*. Item, *Vidimus eum, & non habebat speciem, neque decorem: sed species ejus deficiens præ omnibus hominibus*. Hæc autem omnia sustinuit propter multam suam in opus suum benignitatem, ut perditam ovem recuperaret, & introduceret servatam, & eum, qui ab Jerusalemis Jerichunta descenderat, ob idque inciderat in latrones, ad propriam rursus patriam sanum incolumemque reduceret. An etiam præsepe ei exprobrabit hæreticus, per quod cum esset ratione destitutus, a Verbo nutritus est? An obijciat paupertatem, quod lectulus defuit fabri filio? Propterea Pater minor Filius, quod tua causa factus est mortuus, ut te a mortalitate liberaret, & cælestis participem vitæ faceret. Velut si quis & medicum accuset, quod demittens se ad morbos, particeps foetoris fiat, ut sanet ægrotantes.

6. Propter te & horam & diem judicii ignorat, quamquam nihil sapientiam veram latet, omnia enim per ipsam facta sunt. Hominum autem nemo unquam quod fecit ignorat. Verum id ita dispensat ob tuam infirmitatem, ut neque ii qui peccaverunt, ob præfiniti temporis angustiam in desperationem adducantur, quasi non relictum sit poenitiæ tempus: neque rursus ii qui diu cum adversaria potestate pugnant, ob temporis diurnitatem aciem deserant. Itaque consulit utrisque per ignorationem quam præ se fert; alteri quidem ob præclarum certamen tempus contrahens, alteri vero propter peccata poenitiæ tempus reservans. Quamquam cum se ipse in Evangeliiis inter eos qui ignorant, ob multorum, ut dixi, infirmitatem numeraverit; in Actis Apostolorum velut perfectos seorsum alloquens, non sine sui ipsius exceptione dicit: *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate*. Atque hæc quidem prima aggressione dicta sint rudius. Sed jam inquirenda sublimior dicti intelligentia, & pulsandæ fores scientiæ, si quo modo possim patrem familias excitare, qui spirituales panes petentibus se largitur; quandoquidem amici sunt & fratres quos, convivio excipere cupimus.

7. Sancti discipuli Salvatoris nostri, cum ad summum contemplationis, quantum hominibus fas est, pervenissent, & Christi

Classis I.

Psal. 8. 6.

Heb. 2. 9.

Esa. 53. 3.

Quo sensu Christus dicitur noscere diem &amp; horam.

Joan. 1. 2.

Mar. 13. 32.

Act. 1. 7.

Subtilior ejusdem dicti explicatio.

Joan. 17. 3.

Joan. 1. 1.

Joan. 6. 58.

Explicatio verborum Christi: Ego vivo propter Patrem.

Joan. 11. 25.

Joan. 6. 58.

Joan. 14. 28.

Explicatur illud: Pater major me est.

Elaſus I.

fermone expurgati fuiſſent, finem quærent, & beatitudinem extremam noſſe deſiderant; id quod & a ſuis angelis & a ſeipſo ignorari Dominus pronunciauit, diem appellans accuratam omnem eorum, quæ de Deo cogitantur, comprehensionem: horam vero, unitatis ac monadis contemplationem, quarum ſcientiam ſoli Patri attribuit. Suspicio igitur Deum dici id quod eſt de ſeipſo ſcire, & id neſcire quod non eſt. Juſtitiam enim & ſapientiam noſſe dicitur Deus, cum ipſe juſtitia & ſapientia ſit: iniuſtitiam vero & malitiam ignorare; non enim eſt iniuſtitia neque malitia, qui condidit nos Deus. Itaque ſi dicitur Deus, id quod eſt de ſeipſo noſſe, atque id neſcire quod non eſt; non eſt autem Dominus noſter ſecundum incarnationis conſiderationem, & craſſiorem doctrinam, extremum illud bonum deſiderabile: non igitur cognouit Saluator noſter finem, & extremam beatitudinem. *Sed neque angeli, inquit, ſciunt*: hoc eſt, neque contemplatio quæ in ipſis eſt, neque rationes minorum ſunt extremum illud bonum deſiderabile. Nam horum etiam ſcientia craſſa eſt, ſi comparetur cum ea, quæ eſt facie ad faciem. *Solus autem Pater, inquit, nouit*: quippe & ipſe eſt finis, & extrema beatitudo. Cum enim non amplius Deum in ſpeculis, neque per aliena cognoscemus, ſed ad ipſum veluti ſolum & unum accedemus; tunc & extremum finem ſciemus. Nam Chriſti regnum eſſe ferunt omnem materialem cognitionem: Dei vero & Patris, immaterialem, &, ut ita dixerim, ipſius diuinitatis contemplationem. Atque etiam Dominus noſter & ipſe finis eſt, & extrema beatitudo ſecundum Verbi conſiderationem. *Quid enim ait in Evangelio? Et ego reſurſcitabo eum in nouiſſimo die*: reſurrectionem dicens tranſitum a materiali cognitione ad immortalen contemplationem; diem autem nouiſſimum appellans eam cognitionem, poſt quam non eſt alia. Tunc enim mens noſtra excitatur, & ad beatam ſublinitatem erigitur, cum Verbi unitatem ac monada contemplata fuerit. Sed quoniam mens noſtra craſſior effecta terræ illigata eſt, & luto admiscetur, & contemplationi nudæ intenta eſſe non poteſt; per cognatas corpori ipſius pulchritudines manu ducta, conditoris operationes conſiderat, eaque interim effectibus cognoscit, ut ita paulatim aucta, poſſit aliquando ad ipſam etiam nudam diuinitatem accedere. In eandem autem arbitror ſententiam dictum fuiſſe & illud. *Pater major me eſt*: illud itidem, *Non eſt meum dare, ſed quibus paratum eſt a Patre*. Hoc enim eſt quod & Chriſtus regnum tradere dicitur Deo & Patri; cum primitiæ, non finis ſit, ſecundum rudiorem, ut dixi, do-

1. Cor. 13.  
12.

Mat. 13. 32.

Chriſti regnum omnis materialis cognitio.

John. 8. 40.

John. 14. 28.  
Matth. 20.  
23.1. Cor. 13.  
24.

ctrinam, quæ noſtri, non ipſius Filii reſpectu intelligitur. Quod autem hæc ita ſe habent, rurfus diſcipulis in Actis Apoſtolorum interrogantibus, *Quando reſtirnes regnum Israel*, reſpondit. *Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ Pater poſuit in propria poteſtate*. Hoc eſt, non eorum eſt, qui carni & ſanguini illigati ſunt, talis regni cognitio. Poſuit enim Pater contemplationem iſtam in propria poteſtate; poteſtatem dicens eos, qui ſub ipſius ſunt poteſtate: proprios vero eos, quos rerum inferiorum igno-  
ratio non tenet. Nolim autem intelligas tempora & momenta ſenſibilia, ſed quædam cognitionis intervalla a ſole intelligibili facta. Oportet enim iſtam Domini noſtri precationem ad finem perducere ac impleri. *Jesus enim eſt qui precatus eſt, Datis, ut & ipſi in nobis unum ſint, ſicut ego & tu, Pater, unum ſumus*. Deus enim cum unus ſit, ſi in ſingulis fuerit, omnes unum efficit, & accedente unitate perit numerus. Atque equidem ſic aggreſſus ſum hoc dictum ſecundo tentamine. Quod ſi quis meliora dicat, Caut noſtra pie emendet; & dicat, & emendet, & eum pro nobis remunerabit Dominus. Nulla enim apud nos habitat inuidia, ut qui nec contentionis, nec inanis gloriæ ſtudio ad hanc verborum investigationem acceſſerimus, ſed propter fratrum utilitatem, ne teſtacea vasa theſaurum Dei habentia ab hominibus ſaxeo corde præditis & incircumciſis, qui ex ſtulta ſapientia armati ſunt, circumveniri videantur.

Act. 1. 6.

Tempora &amp; momenta non debent ſenſibilia exiſtimari.

John. 17. 21.

Explicatur illud, Dominus creauit me.  
Prov. 8. 22.1. Cor. 13.  
28.

Act. 9. 4.

Matth. 25.  
36.  
Ibid. 52.  
53.

in

in carcere versatur, seipsum inclusum esse dicit. Ipse enim peccata nostra tulit, & morbos portavit. Una autem ex infirmitatibus est quod subjecti non simus; & hanc portavit. Quapropter & res adversas, quæ nobis accidunt, proprias suas facit Dominus; obeam quam nobiscum habet societatem, perpeffiones nostras suscipiens.

9. Sed & illud, *Non potest Filius facere a se quidquam*, usurpant Dei hostes ad audientium everfionem. Mihi autem & hoc dictum maxime declarat ejusdem naturæ esse Filium ac Patrem. Etenim si unaquæque rationalium creaturarum aliquid a seipsa facere potest, libere in pejus meliusve inclinans, Filius autem non potest a semetipso quidquam facere; Filius creatura non est. Quod si creatura non est, Patri est consubstantialis. Ac rursus nulla creatura quodcumque vult, potest efficere: Filius autem omnia quæcumque voluit, fecit in cælo & in terra: non est igitur creatura Filius. Et iterum, creaturæ omnes aut constant ex contrariis, aut contrariorum sunt capaces. Filius vero est ipsa justitia, & a materia secretus: proinde Filius creatura non est. Quod si creatura non est, consubstantialis est Patri.

10. Sed jam quidem satis pro viribus proposita dicta explanavimus. Jam deinceps etiam ad eos qui Spiritum sanctum oppugnant, sermonem convertamus, ut omnem animi eorum altitudinem, quæ se contra Dei cognitionem effert, dejiciamus. Spiritum sanctum creaturam dicis. Omnis autem creatura serva est Creatoris: *Omnia enim*, inquit, *sunt serva tua*. Si vero servus est, adventitiam quoque habet sanctitatem: quidquid autem adventitiam sanctitatem habet, capax est malitiæ: at Spiritus sanctus, cum secundum essentiam sanctus sit, fons appellatur sanctitatis: non est igitur creatura Spiritus sanctus. Quod si creatura non est, consubstantialis est Deo. Quomodo autem servum vocas, dic mihi, eum, qui te per baptismum e servitute eximit? Nam, inquit, *Lex Spiritus vitæ liberavit me a lege peccati*. Sed neque mutabilem audebis unquam ejus essentiam dicere; si modo ad potentiæ adversæ naturam respicias, quæ fulguris in morem e cælo lapsa est, & veræ vitæ excidit, propterea quod ascitam externamque sanctitatem habuit, succellitque consilio malo mutatio. Itaque postquam & unitate excidit, & angelicam abiecit dignitatem, ex moribus dictus est diabolus, extincto quidem priore ac beato habitu, excitata vero adversa illa potentia. Ad hæc si Spiritum sanctum dicit creaturam, circumscriptam ac finitam illius naturam inducit. Quomodo ergo stabit illud: *Spiritus Domini replevit orbem terrarum*? Illud

quoque, *Quo ibo a Spiritu tuo?* Sed neque ipsum natura simplicem, ut apparet, confitetur. Dicit enim ipsum numero unum. Quidquid autem unum numero est, id, ut dixi, simplex non est. Si vero simplex non est Spiritus sanctus, ex essentia & sanctitate constat: quod autem est ejusmodi, compositum est. Sed quis adeo demens fuerit, ut Spiritum sanctum dicat compositum, ac non simplicem, & Patri & Filio consubstantialem secundum simplicitatis rationem?

II. Quod si sermone progrediendum est, majoraque inspicienda; hinc maxime divinam sancti Spiritus potentiam contemplemur. Tria creationum genera in Scriptura nominata invenimus. Unum quidem ac primum, ex nihilo productionem: secundum vero, ex pejore in melius immutationem; tertium, resurrectionem mortuorum. In his reperies Spiritum sanctum una cum Patre & Filio operantem. Cæli enim producuntur. Quid jam dicit David? *Verbo Domini cæli firmati sunt: & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum*. Rursus creatur homo

per baptismum. *Si qua enim in Christo nova creatura*. Jam quid dicit discipulis Salvator? *Euntes docere omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*. Vides & hic una adesse cum Patre & Filio Spiritum sanctum. Quid autem dices & de resurrectione mortuorum, postquam defecerimus, & in nostram pulverem reversi fuerimus? Terra enim sumus, & in terram ibimus, & mittet Spiritum sanctum, & creabit nos, & renovabit faciem terræ.

Nam quod sanctus Paulus resurrectionem dixit, id David renovationem appellavit. Rursus autem audiamus eum, qui ad tertium usque cælum raptus est. Quid dicit? *Templum estis Spiritus sancti in vobis inhabitantis*. Templum autem omne, Dei templum est. Quod si templum sumus Spiritus sancti; Spiritus sanctus Deus est. Dicitur autem & templum Salomonis: verum tamquam ejus qui extruxit. Quod si sic sumus templum Spiritus sancti, Spiritus sanctus Deus est: *Qui enim omnia condidit, Deus est: si vero tamquam ejus, qui adoratur, & inhabitat in nobis, confiteamur ipsum esse Deum*.

*Adorabis namque Dominum Deum tuum, & illi soli servies*. Quod si eis vox illa, *Deus*, displicet; discant quid hoc nomen significet. Nimirum ex eo quod posuerit omnia, vel spectet omnia, Deus nominatur. Si igitur Deus dicitur, eo quod posuerit vel spectet omnia; Spiritus autem cognoscit omnia quæ Dei sunt, velut spiritus, qui in nobis est, novit quæ nostra sunt: igitur Spiritus sanctus Deus est. Et rursus, si gladius Spiritus verbum est Dei, Deus est Spiritus sanctus. Illius est enim gladius, cujus

Classis I.  
Psal. 138.7.

Tria creationum genera in Scripturis.

Psal. 32.6.

2 Cor. 5.17.

Matth. 28.

Psal. 103.

1 Cor. 6.19.

Matth. 4.10.

Nomen Dei unde deductum?

1 Cor. 2.10.

Ephes. 6.17.

Joan. 5.19.  
Item illud:  
Non potest Filius facere a se quidquam.

Divinitas Spiritus sancti.

2 Cor. 10.5.

Psal. 118.

Rom. 1.4.

Rom. 8.2.

Sap. 1.7.

Classis I. cujus etiam verbum vocatur. Quod si etiam A  
*Pfal.* 117. nominatur Patris dextera, (*Dextera enim*  
*Exod.* 15. 6. *Domini fecit virtutem: &, Dextera tua, Do-*  
*Luc.* 11. 20. *mine, percussit inimicos; Dei autem digitus*  
 Spiritus sanctus est, secundum illud, *Si ego*  
*in digito Dei ejicio demonia; id quod in alio*  
*Matth.* 12. *Evangelio scriptum est: Si ego in Spiritu Dei*  
*ejicio demonia*) Spiritus sanctus ejusdem na-  
 turæ ac Pater & Filius.

12. Atque ista quidem nobis de adoranda  
 & sancta Trinitate in præsentia dicta sint.  
 Nunc enim fieri nequit, ut latius rationem  
 illius exquiramus. Vos vero acceptis a no-  
 stra humilitate seminibus, maturam spicam  
 vobis ipsis excolite; siquidem & a nobis, ut  
 nostis, exigitur talium usura. Confido au-  
 tem Deo, fructum allaturos vos & trigecu-  
 plum & sexagecuplum, & centuplum, ob  
*Matth.* 5. 8. *vestræ vitæ puritatem. Nam Beati mundo*  
*corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Neque  
 vero regnum cœlorum aliud quidquam pu-  
 tetis, fratres, quam eorum quæ sunt con-  
 templationem: quam etiam divinæ Scriptu-  
*Luc.* 17. 21. *ræ vocant beatitudinem. Regnum enim cœ-*  
*lorum intra vos est.* Circa internum autem  
 hominem nihil aliud quam contemplatio  
 consistit. Reliquum est igitur, ut contem-  
 platio regnum sit cœlorum. Quorum enim  
 nunc umbras videmus quasi in speculo, post-  
 modum terreno hoc corpore liberati, & in-  
 corrupto ac immortalis induti, horum arche-  
 typa videbimus. Cernemus autem, si modo  
 vitam nostram ad id quod rectum est, dire-  
 xerimus, atque recta fides curæ nobis fuerit,  
*Sap.* 1. 4. *sine quibus nemo Dominum videbit. Nam*  
*in malignam animam, inquit, non introibit*  
*sapientia, neque habitabit in corpore obnoxio*

*peccato.* Nemo autem reclamet, dicens:  
 qui res ante pedes positas ignoras, de incor-  
 poreâ & prorsus immateriali essentia nobis  
 philospharis. Illud enim absurdum judico,  
 ut sensus quidem finamus libere suis operari  
 materiis; mens vero sola a propria operatio-  
 ne arceatur. Ut enim sensus sensibilia, ita  
 mens intelligibilia attingit. Simul autem &  
 hoc dicendum, naturalia judicia documenti  
 expertia a conditore nostro Deo indita fuisse.  
 Visum enim nemo edocet ut percipiat colo-  
 res aut figuras: neque auditum ut sonos &  
 voces: neque olfactum, ut bene & male olen-  
 tium rerum vapores: neque gustum ut sapo-  
 res ac succos: neque tactum, ut mollia & du-  
 ra, aut calida aut frigida. Neque sane quis-  
 quam mentem docebit intelligibilia assequi.  
 Et quemadmodum sensus, si quid ipsis acci-  
 derit incommodi, egent solum curatione, &  
 suum ipsorum munus explent facile: ita &  
 mens carni illigata, & ortis ex ea phantasiis  
 oppleta, fide indiget & recta vita, quæ pe-  
 des ipsius velut cervi cujusdam præparant,  
 eamque ad alta erigunt. Hoc ipsum etiam  
 sapiens ille Salomon admonet; ac nunc qui-  
 dem nobis objicit non verecundantem opifi-  
 cem formicam, ac per eam nobis actuosam  
 viam describit: nunc vero sapientis apicu-  
 læ in fingendis favis organum: ac per eam  
 naturalem contemplationem suggerit, in  
 qua etiam de sancta Trinitate doctrina ad-  
 miscetur; siquidem ex rerum creaturarum pul-  
 chritudine convenienter creator consideratur.  
 Sed jam gratiis actis Patri & Filio & Spi-  
 ritui sancto, finem imponamus litteris: si-  
 quidem modus omnis, ut etiam est in pro-  
 verbio, optimus est.

## E P I S T O L A I X.

*Laudat Basilius in Maximo amorem primariorum bonorum, suum de Dionysii Ale-*  
*xandrini scriptis iudicium profert, & de simili secundum essentiam. Invitat ut ad se*  
*veniat (sibi enim ægrotanti & latenti in solitudine integrum non esse ad eum ire)*  
*aut saltem scribat.*

## MAXIMO PHILOSOPHO.

*Scripta cir-*  
*ca annum*  
*361.*  
 1. **I**Magines vere animorum sunt fermo-  
 nes. Cognovimus itaque te ex litte-  
 ris, quantum, ajunt, ex unguibus leonem:  
 gavisque sumus, quod invenerimus te haud  
 segniter affectum erga primaria ac maxima  
 bona, dilectionem Dei & proximi. Indicium  
 autem facimus, hujus quidem, tuam in nos  
 humanitatem; illius vero, studium scientiæ.  
 Omnia autem in his duobus posita esse, nul-  
 li Christi discipulo ignotum est.

Primaria  
 bona.

2. Cæterum quæ postulas Dionysii scri-  
 pta, venere illa quidem ad nos, & valde  
 multa: sed non adsunt libri, & idcirco non  
 misimus. Sententia autem nostra hæc est.

**D**Non omnia viri hujus admiramur: imo sunt,  
 quæ prorsus etiam improbemus. Nam fere  
 illius quæ nunc circumstrepit, impietatis,  
 Anomœam dico, is est, quantum quidem  
 scimus, qui primus semina hominibus præ-  
 buerit. Causa autem, opinor, non senten-  
 tiæ pravitas, sed vehemens studium Sabel-  
 li adversandi. Hunc ergo ego arborum cul-  
 tori soleo comparare, detortam recentem  
 plantam erigenti; deinde, immoderate re-  
 trahendo, aberranti a medio, & ad contra-  
 riam partem plantam abducenti. Tale ali-  
 quid & huic viro contigisse comperimus.  
 Cum enim Libyos impietati occurreret ve-  
 hementer; non intellexit se nimio conten-  
 dendi studio in contrarium malum delabi.

Dionysius  
 cum arbo-  
 rum cultore  
 comparatur.

Et

Et cum ei satis esset non idem esse subjecto Patrem & Filium demonstrare, atque hæc adversus blasphemum palmaria tenere; ut manifestam prorsus & redundantem victoriam habeat, non modo hypostaseon alienitatem statuit, sed etiam essentiali differentiam, ac potentiam gradus, & gloriæ diversitatem. Quare inde contigit, ut mutarit quidem malum malo, a recta autem doctrina aberrarit. Hinc etiam non sibi constat in scriptis, nunc quidem tollens consubstantiale propter eum, qui hac voce ad hypostases destruendas prave utebatur; nunc vero admittens in iis quæ defensionis causa ad cognominem scripsit. Ad hæc de Spiritu voces emisit minime dignas Spiritu, ab adorata illum deitate sejungens & in inferioribus una cum creata ac ministra natura numerans. Vir igitur ille est ejusmodi.

Inconstan-  
tiæ accusatur.

Basilii Sententia de simili.

3. Ego vero, si mea ipsius exponenda sententia, *simile secundum essentialiam*, si modo illud, *citra differentiam ullam*, adjunctum habeat, suscipio, ut eodem rediens ac consubstantiale, secundum sanam videlicet Consubstantialis sententiam. Quod cum intelligerent Nicæni patres, postquam, *Lumen de lumine, & Deum verum de Deo vero*, & aliis ejusmodi nominibus Unigenitum appellarunt, consequenter Consubstantiale adjecere. Neque igitur luminis a lumine, neque veritatis a veritate, neque Unigeniti essentiali a Patris essentiali, ulla unquam excogitari differentia potest. Itaque si quis ita, ut dixi, acceperit, admitto vocem.

Si quis, autem illud, *citra ullam differentiam*, abscindat a simili, id quod Constantinopoli factum est, suspectum habeo verbum, ut Unigeniti gloriam imminuens. Nam in imaginibus etiam obscuris & quæ plurimum ab exemplaribus dissident, simile concipere non raro solemus. Quoniam igitur Consubstantiale arbitror minus esse fraudi obnoxium, sic & ipse profiteor. Sed cur non accedis ad nos, o optime, ut coram de ejusmodi rebus colloquamur inter nos, nec res tanti momenti inanimis litteris committamus, præsertim cum alioqui nostra vulgare non omnino statuerimus? Ne igitur & ipse nobis dicas illud Diogenis ad Alexandrum, tantumdem esse huc a vobis, & istuc a nobis viæ. Nos enim præ infirmitate fere; plantarum in morem, eodem semper loco detinemur; prætereaque illud, *latitare in vita*, inter primaria bona ducimus. Tu autem vales, ut audio, & præterea cum te ipsum orbis terrarum civem feceris, æquum est ut huc etiam ad nos, tamquam ad aliquam tuæ patriæ partem ventites. Nam si vobis actualis competunt populi & urbes, quibus recte facta ostenditis; at nobis ad contemplationem & mentis meditationem, qua Deo jungimur, optima adjutrix requies: quam multam atque abundantem in hoc secessu metitimus; quod quidem cum ipso dictum sit, qui illam nobis suppeditat, Deo. Quod si omnino colendi potentatus sunt, ac nos qui humi jacemus contemnendi; tu certe alia scribas, & ita nos exhilares.

Classis I.

Alias  
CLXXV.

## E P I S T O L A X.

*Basilii Dionysium mittit ad ipsius matrem, ut eam in solitudinem alliciat; velut columba cicur unguento oblita emittitur, ut alias odore attrahat.*

## A D V I D U A M.

Scripta in  
secessu.

Talis quædam ars est columbas aucupandi. Postquam unam ceperunt qui ejusmodi rebus operam dant, eamque cicurem ac secum vescentem effecerunt: tum vero illius alis unguento oblitis, ipsam conjungi sinunt externis. Unguenti autem illius fragrantia liberum illum gregem ei, cuius ipsa cicur est, possessionem addit. Nam fragrantiam sequuntur & reliquæ, tectum-

que subeunt. Sed quo consilio inde exordior epistolam? Postquam cepi filium Dionysium, olim Diomedem, atque illius animæ alas divino unguento inunxi; misi ad tuam dignitatem, ut & ipsa una cum eo convoles, & nidum petas quem apud nos is, quem dixi, compegit. Quod si dum vivo, hæc viderim, ac dignitatem tuam ad sublime vitæ genus translatam; multis personis Deo dignis opus mihi erit, ut ei debitum honorem adimpleam.

Filius viduæ Dionysius, olim Diomedes.

Alias  
CCXXXIX.

## E P I S T O L A XI.

*Basilii diem festum celebraverat cum filiis unius ex amicis suis, quem per eos salutat, ac hortatur, ut si curis Dei dono exsolvatur, secum vitam traducat.*

SINE inscriptione, amicitie ergo.

Scripta in  
secessu.

Postquam Dei gratia diem sanctum transegimus cum filiis nostris, ac vere S. Basilii Oper. Tom. III.

E perfecta solemnia celebravimus Domino, ob eximium eorum in Deum amorem; sanos præmifimus ad tuam præstantiam, Deum benignissimum precantes, ut & ipsis detur pacificus

G ficus

Classis I. ficus angelus adiutor ac viæ comes, teque Antiquius habeas, quam ut vitam degas nobiscum. Existimo enim te non inventurum qui ita diligant, & amorem vestrum tanti faciant. Quandiu igitur, Deo dispensante, separati erimus, des operam ut nos ad omnem occasionem litteris consolers.

Alias  
CLXXI.

## E P I S T O L A XII.

*Olympium perurbano hortatur Basilius ut sapius ad se scribat.*

## O L Y M P I O.

Scripta videtur in secessu.

**S**cribebas nobis prius pauca, nunc vero ne pauca quidem: ac videtur breviloquentia tempore progrediens omnino fieri

B taciturnitas. Redi itaque ad consuetudinem, quandoquidem non amplius quæmur, quod Laconice ad nos scribas; sed & breves litteras, ut magni tui amoris argumenta, plurimi faciemus. Tantum nobis scribe.

Alias  
CLXXII.

## E P I S T O L A XIII.

*Amica salusatio.*

## O L Y M P I O.

Scripta videtur in secessu.

**Q**uemadmodum res cæteræ, sua quæque tempestate mature proveniunt,

C vere quidem flores, æstate vero spicæ, & autumno malum: ita hiemis fructus sunt sermones.

Alias  
XIX.

## E P I S T O L A XIV.

*Basilius significat Gregorio sibi statutum esse non expectare illius advenum, sed statim proficisci ad suam Ponti solitudinem: situm hujus loci pluribus describit, ac Tiberinam pro illo lepide contemnit.*

## GREGORIO SODALI.

Scripta post an. 360. antequam esset presbyter.

**I.** EGO cum frater Gregorius ad me scripsisset velle se jam pridem nobiscum congregari, tibi que addidisset idem etiam statutum esse; partim quia sæpe deceptus sum, segnior ad credendum factus, partim & negotiis distractus, expectare non potui. Mihi enim jam in Pontum migrandum est, ubi forte aliquando, Deo volente, finem oberrandi faciemus. Nam cum vix tandem projecissem spes inanes, quas de te quondam habebam, imo, si verius loquendum est, somnia, (nam mihi probatur qui spes vigilantium somnia esse pronuntiavit) abcessi in Pontum vitæ institutum quærens. Illic mihi Deus agrum ostendit cumulate moribus meis congruentem, ita ut qualem sæpe feriantes ac lusitantes animo fingere solemus, talem re ipsa videamus.

Spes vigilantium somnia.

**2.** Mons enim est altus, densa sylva contextus, frigidis ac limpidis aquis Septentrionem versus irriguus. Hujus ad radices supinus campus substernitur, humoribus ex monte defluentibus jugiter pinguescens.

Huic autem sylva sponte circumfusa variarum omnique generis arborum, ei est propemodum septi loco ac valli, adeo ut exigua sit, si cum eo comparetur, vel ipsa Calypsus insula, quam omnium plurimum Homerus ob pulchritudinem miratus videtur. Parum enim abest quin insula sit, quatenus septis in orbem undelibet clauditur. Nam profundis voraginibus ex duabus partibus præruptus est: a latere vero amnis e præcipiti labens, est & ipse murus continuus, ascensuque difficilis. Mons autem utrinque extensus & per curvatos anfractus voraginibus junctus, per vias montis infimas partes intercludit. Habent autem infimæ illæ partes aditum unum, cujus nos domini sumus. Porro habitationem aliæ quædam fauces excipiunt, altam quamdam cervicem in vertice erigentes, sic ut campus ob oculos expansus pateat, liceatque e sublimi fluvium etiam circumfluentem intueri: qui, ut mihi quidem videtur, non minorem oblectationem affert, quam Strymon ex Amphipoli aspicientibus. Hic enim fluente lentiore restagnans, etiam præ quiete fluvius esse fere desinit: ille vero omnium, quos

quos ego viderim, fluviorum celerrime fluens, ex vicina rupe non nihil fit asperior: a qua sese refundens, in profundum vorticem convolvitur; atque adeo mihi & cuivis inveniendi aspectum omnium jucundissimum, incolisque commoditatem uberrimam præbet, ac piscium innumerabilem copiam in vorticibus nutrit. Quid attinet exhalationes a terra manantes, aut auras e fluvio commemorare? Florum sane aut canorarum avium multitudinem alius fortasse miretur: sed mihi his animum advertere non vacat. Quod autem maximum de hoc loco dicere possumus, illud est, quod cum ob situs opportunitatem ad omnes fructus proferendos idoneus sit, unum omnium mihi jucundissimum

quietem ac tranquillitatem alit; non solum quatenus ab urbanis tumultibus liber est, sed etiam quia ne viatorem quidem ullum ad nos transmittit, si eos excipias, qui intervenandum nobiscum miscentur. Nam præter reliqua feras etiam enutrit, non urfos aut lupos vestros (absit) sed cervorum atque sylvestrium caprarum greges, leporesque, & si quid his simile. Num igitur cogitas, quo ego periculi stultus venerim, cum hujusmodi sedem Tiberina, orbis terrarum barathro, commutare cuperem? quem ad locum nunc properanti veniam dabis. Nam profecto nec Alcæon inventis Echinadibus amplius oberrare voluit.

## EPISTOLA XV.

*Basilii Arcadio commendat cives metropolis.*

## ARCADIO COMITI PRIVATARUM.

*Scripta in secessu.*

**D**edere majus beneficium quam accipere Metropolis nostræ cives, cum mihi litterarum ad tuam dignitatem occasionem obtulerunt. Illis enim humanitas, cujus causa epistolam acceperunt a nobis, etiam ante litteras nostras parata erat, ob consuetam & tibi natura insitam in omnes comitatem. Nos autem occasionem salutandæ probitatis tuæ non imitabilis in maximo lu-

cro duximus: precantes Deum sanctum, ut te ei magis ac magis placente, & rerum tuarum splendore majorem in modum crescente, cum ipsi lætemur, & cum his qui ex tua potestate beneficia percipiunt, gaudeamus: tum etiam aliquando eos qui nostras tibi litteras in manus tradiderint, ita redeuntes excipiamus, ut cum omnibus lenitatem tuam laudent, semperque perspiciant non inutilem sibi deprecationem nostram apud tuam eximiam beneficentiam existisse.

## EPISTOLA XVI.

*Alias CLXVIII.*

*Refellitur Eunomii temeritas divinæ naturæ comprehensionem sibi arrogantis, cum ne minutissimorum quidem animalium cognitionem investigando assequi posset.*

ADVERSUS EUNOMIUM  
HÆRETICUM.

*Scripta imperante Juliano.*

**Q**ui eorum quæ sunt investigationem comparari posse dicit, is procul dubio via quadam & ordine mentem suam ad eorum quæ sunt, cognitionem appulit; & in rebus captu facilibus & minutis exercitatus, ita demum per hanc cognitionem, ad eam quoque quæ cogitationem omnem superat, suam comprehendendi facultatem promovit. Qui igitur eorum quæ sunt cognitionem apprehendisse se gloriatur, is animalis minutissimi ex iis quæ in conspectum cadunt, naturam explicet, & quæ sit formicæ natura dicat: an spiritu & anhelitu contineatur ipsius vita: an corpus ossibus distinctum: an compages nervis atque ligamenti firmata: an muscutorum & glandularum ambitu contineatur nervorum situs: an medulla a sincipite ad caudam usque

**D**una cum dorsi vertebris protendatur: an membris quæ moventur, ex nervosæ membranæ complexu motum imprimat: an sit in ipsa jecur, & in jecore vas quoddam, quod fel suscipiat, sintne renes, & cor, & arteriæ, & venæ, & pelliculæ, & diaphragmata: sitne animal nudum an pilosum: utrum ungulas indivisas, an pedes multifidos habeat: item quanto tempore vivat, & quomodo aliæ alias gignant: quandiu gestetur foetus, & quomodo neque omnes formicæ pedestres sint, neque omnes alatæ; sed reptantibus humi aliis; aliæ per aerem ferantur. Qui ergo de eorum quæ sunt cognitione gloriatur, interim formicæ nobis explicet naturam; atque ita demum ejus potestatis, quæ intellectum omnem superat, naturam scrutetur. Quod si minutissimæ formicæ naturam nondum cognitione apprehendisti, quomodo incomprehensibilem Dei naturam imaginatione tua comprehensam esse gloriaris?

Classis I.

Alias  
eclclxxxiv.

## E P I S T O L A XVII.

*Laudat Basilius Origenis scripta & susceptam veritatis defensionem : persecutorum prædicis exitium : Origeni ejusque filiis prospera omnia precatur.*

O R I G E N I.

Scripta im-  
perante Ju-  
liano.

**E**T dum audiris, oblectas; & dum legeris, per scripta majori nos afficis lætitia. Ac Deo quidem optimo gratiæ multæ; qui fecit, ut nihil detrimenti acciperet veritas ex eorum prodicione, qui summam videlicet potestatem habent; sed per vos defensionem doctrinæ veritatis implevit. Illi quidem velut cicuta aut aconitum, & si qua est alia exitialis herba, brevi tempore cum

A floruerint, illico exarescent. Vobis vero Dominus mercedem efflorescentem ac semper novam ob ea, quæ pro ipsius nomine loquuti estis, largietur. Propter quæ det vobis Dominus & prosperitatem omnem domesticam, & in filios filiorum benedictionem transmittat. Cæterum liberos tuos nobilissimos, expressam bonitatis tuæ effigiem, vidi libenter atque amplexus sum, precorque illis quidquid ipse pater precetur.

Alias  
CCXL

## E P I S T O L A XVIII.

*Hortatur Basilius Macarium & Joannem, ut spe regni cœlestis, quæ sola non fallit, nec potentium minis, nec falsorum amicorum vituperiis à pietate deterreantur.*

M A C A R I O E T J O A N N I.

Scripta vi-  
detur sub  
Juliano.

**N**equè agricolis agriculturæ novi sunt labores, neque nauis pelagi tempestas inexpectata, neque operariis mercæ conductis æstivus sudor insolitus; nec profecto his, qui piam vitam elegerunt, mundi hujus afflictio improvisa. Sed unicuique eorum, quos diximus, proprius æ notus artem exercentibus adjunctus est labor, non ille quidem propter se eligendus, sed ad bonorum expectatorum perfruitionem. Spes siquidem, quæ hominum omnem continent ac consociant vitam, insitam unicuique harum rerum difficultatem consolantur. Atque ex iis quidem, qui pro terræ fructibus aut rebus terrenis desudant, alios spes omnino frustratæ sunt, cum cogitatione tenus expectatis potiti essent: quibus au-

Btem etiam ex sententia processit eventus, iis spe altera iterum opus fuit, præterlabente ac marcescente celeriter priorè. Verum iis solis qui pro pietate laborant, nec mendacium abolevit expectationem, nec finis labores labefactavit, stabili ac firmo excipiente cœlorum regno. Vos ergo non conturbet mendax calumnia, nec minæ terreant eorum, qui summam potestatem habent: non risus contristet aut contumelia familiarium, nec condemnatio ab hominibus curam & studium præ se ferentibus, a quibus fortissima ad decipiendum esca prætenditur, simulata adhortatio; quandiu veritatis doctrina nobis patrociniabitur. His autem omnibus oblectetur recta ratio, defensorem sibi advocans & adiutorem, magistrum pietatis Dominum nostrum Jesum Christum, pro quo & pati dulce est, & mori lucrum. Philip. 2.  
21.

Alias  
111.

## E P I S T O L A XIX.

*Per Petrum Basilius rescribit Gregorio, cujus Laconicas in epistolas vocatur.*

G R E G O R I O S O D A L I.

Scripta vi-  
detur Cæsa-  
reæ, cum es-  
set presby-  
ter.

**L**itteræ venerunt mihi non ita pridem a te, plane tuæ, non tam indicis manus, quam propriis epistolæ notis. Pauca enim erant verba sententiam uberem exhibentia. Ad quas statim non respondimus, quod nos quidem peregre essemus, tabella-

Drius vero, cum epistolam uni familiarium nostrorum dedisset, prope discesserit. Sed nunc per Petrum alloquimur te, simul & salutationis persolventes debitum, & occasionem alterius epistolæ præbentes. Omnino autem nullus labor epistolæ Laconicæ, quales sunt, quæ a te subinde ad nos perveniunt.

EPI.



## E P I S T O L A XX.

Alias  
LXXXIII.

*Amice objurgat Leontium Basilium, quod raro scribat; eumque probat inexcusabilem esse, utpote numquam carentem occasionibus scribendi, ac praterea sophistam: sibi vero excusationem petit, tum ex crebris occupationibus, tum quia non jam eo usitur dicendi genere, quod placeat sophistis. Mittit sua adversus Eunomium opera.*

## LEONTIO SOPHISTÆ.

Scripta an.  
364.

**R**aræ quidem tibi & a nobis litteræ; non tamen rariores quam tuæ; idque, cum multi continenter a vobis ad nos venerint. Quibus singulis si ordine litteras commisisses, nihil impediret quominus videremur una tecum esse, teque perinde frui, ac si adessemus, & tecum versaremur: adeo continua fuit multitudo ad nos venientium. At cur non scribis, cum quidem negotium nullum sit, sophistæ scribere? Imo si manus pigra est, ne scribere quidem opus erit; alius enim tibi dabit operam. Lingua autem sola opus est, quæ etiam si nas non alloquatur, at profecto unum ex iis qui tecum sunt, alloquetur. Quod si nemo adsit, secum ipsa loquetur; tacebit autem nequaquam, cum sit & sophistica & attica: non magis, quam luscinia, quando eas vernum tempus ad canendum excitaverit. Nobis enim crebræ illæ occupationes, quibus nunc distinemur, excusationem fortasse afferant, si litteris desimus: & quædam veluti sordes ex continuo vulgaris sermonis usu jam contractæ non im-

Sophista  
lingua ta-  
cere non  
potest.

merito deterrent, quominus vos sophistas alloquamur; qui nisi sapientia vestra dignum aliquid audieritis, indignabimini, nec perferetis. Te vero contræquum est tuam vocem ad omnem occasionem promulgare, cum sis maxime omnium quos novi Græcorum ad dicendum idoneus: novienim, ut puto, qui inter vos sunt celeberrimi: quare nulla excusatio tacenti. Atque hæc quidem hæctenus. Misi autem & scripta adversus Eunomium, quæ quidem utrum lusus dicenda sint, an lusu paulo graviora, tibi ipsi judicandum relinquo: qui quod attinet quidem ad tuam ipsius personam, his, opinor, non amplius indiges: sed adversus perversos, in quos incideris, telum tibi non infirmum futurum spero; non quod ita multum scripti robore confidamus, sed quod probe sciamus idoneum te esse, qui ex paucis argumentis multa invenias. Quod si quid tibi infirmius, quam esse oportebat, videbitur, redargue, ne pigeris. Hoc enim potissimum amicus ab adulatore differt, quod hic quidem ad delectationem loquitur, ille vero ne molesta quidem prætermittit.

Diferimen  
amici &  
adulatoris.Alias  
ccclxxxiii.

## E P I S T O L A XXI.

*Accusatus in superiore epistola Leontius, quod non scriberet, videtur in ipsum Basilium crimen converterisset, & Julianum accusasse quod litteras suas non reddidisset. Unde perurbane Basilium & se & Julianum defendit.*

## LEONTIO SOPHISTÆ.

Scripta an.  
364.

**V**idetur aliquid ex communi rerum statu in propriis suis bonus Julianus percipere. Reposcitur enim & ipse, & accusatur vehementer, quando quidem nunc omnia iis, a quibus exigitur, quique accusantur, redundant. Non tamen tributorum debitiones sunt, sed epistolarum. Quamquam, quomodo debitor sit, ignoro: semper enim epistolam dedit, atque hanc detulit. Nisi forte & apud te celeberrimum illud quadruplum primas obtinet. Neque enim tanti æstimare Tetractyn Pythagoræ, quanti nunc

Referta omnia  
hominibus  
accusatis.

Quadruplum.

quadruplum qui pecunias publicas colligunt. Et forte contrarium fieri par erat, ut qui sophista es, ac tanta dicendi copia affluis, mihi ipse quadruplo solvendo obstrictus esses. Nec me existimes hæc succensentem scribere. Oblector enim tuis etiam reprehensionibus; siquidem a pulchris ajunt omnia cum pulchritudinis accessione fieri; adeo ut & dolere & irasci non eos dedecet. Libentius sane viderit quis amicum irascentem, quam alium colentem. Numquam igitur desinas talia incusare. Litteræ enim erunt ipsæ criminationes, quibus mihi nullus sermo carior, quique majorem ferat voluptatem.

Alias  
ccccxi.

## E P I S T O L A XXII.

*Monastica vitæ officia breviter exponit Basilium non appositis scriptura testimoniis, sed hac pertractandi ratione in aliud tempus dilata.*

## DE perfectione vitæ Monasticæ.

Scripta videtur  
ante an. 366.

**M**ulta cum sint, quæ divinitus inspirata Scriptura iis, qui Deo stu-

dent placere, observanda declarat; de his solis interim, de quibus nunc apud vos commota quæstio est, ut didici ex ipsa sacra Scriptura, brevem admonitionem subjicere necesse.

Classis I.

Non jurandum.

Quæcumque utenda traduntur, ut ad Dominum pertinentia, tractari debent.

cessarium esse duxi; ita ut de quaquere testimonium, haud sane ad percipiendum difficile, agnoscendum iis relinquam, qui in legendo exercentur & alios submonere poterunt. Oportet Christianum ea quæ vocatione coelesti digna sunt, sentire, ac dignam Evangelio Christi vitam degere. Non oportet Christianum animo evagari, neque ulla re a recordatione Dei, ejusque placitorum & judiciorum abduci. Oportet Christianum, justificationes legis in omnibus transcendentem, neque jurare, neque mentiri. Non oportet blasphemare: non contumelia afficere: non pugnare: non semetipsum ulcisci: non malum pro malo reddere: non irasci. Oportet quacumque læsum injuria patientem esse, atque tempestive eum qui læsit redarguere, non propriæ vindictæ studio, sed correctionis fraternæ secundum mandatum Domini. Non oportet in absentem fratrem quidquam dicere, illius traducendi consilio, quod quidem obtrectatio est, etiamsi vera sint quæ dicuntur. Aversari de fratre detrahentem oportet. Scurrilia non proferenda. Non ridendum, nec proferendi dicaces. Non loquendum otiose, aliquid proferendo, quod nec ad utilitatem audientium pertineat, nec ad necessarium & concessum nobis a Deo usum: adeo ut & laborantes studeant, quantum fieri potest, silentio laborare; bonos autem ipsos sermones iis proponant, quibus commissum est prudenter dispensare sermonem ad ædificationem fidei; ne sanctus Dei Spiritus afficiatur tristitia. Non oportet ut quisquam ex supervenientibus libere accedat ad fratrum aliquem aut colloquatur, antequam, ii quibus cura disciplinæ in omnibus servandæ commissa est, expenderit an ita placeat Deo, ut aliis prodesse possit. Non oportet vino inservire, neque carnis teneri desiderio, nec ullo prorsus in cibo aut potu voluptatem querere; nam qui certat, servat temperantiam in omnibus. Nihil eorum quæ utenda unicuique traduntur, oportet habere ut proprium, aut reservare; sed tamen quod spectat ad curam & sollicitudinem, omnibus, ut ad Dominum pertinentibus, attendentem, nihil eorum quæ projecta aut neglecta sunt, si ita acciderit, præterire. Non oportet quemquam vel sui ipsius dominum esse, sed velut a Deo traditum in servitutem fratribus unanimis, ita & sentire omnia, & facere; unumquemque tamen in suo ordine.

2. Non oportet murmurare, nec in rerum necessariorum angustiis, nec in operum labore, quandoquidem unumquodque judicii est eorum, quibus commissa rerum illarum potestas. Nec clamor fieri debet, nec quævis alia species, aut motus ex quo significetur iracundia, aut animi aberratio ab hac per-

suasione, Deum esse præsentem. Oportet vocem usu metiri. Non oportet petulanter aut contemtim cuiquam respondere, aut quidquam facere, sed in omnibus modestiam atque reverentiam erga omnes ostendere. Non oculis innuendum est cum dolo; nec aliqua quælibet species adhibenda, aut membri motus qui fratri afferat tristitiam, aut contemtum indicet. Ornatus in vestibus aut calceis queri non debet; quod quidem vana ostentatio est. Vilia quæque adhibenda ad usum corporis. Nihil ultra id quod necessarium est, aut ad magnificentiam infumendum; quod quidem abusus est. Honor exquirendus non est, aut ambiendus primatus. Debet unusquisque cæteros sibi anteferre. Non oportet inobsequentem esse. Non oportet otiosum comedere eum, qui laborare potest: sed & qui occupatur in eorum aliquo, quæ ad Christi gloriam præclare fiunt, vim sibi ipsi facere debet ad studium operis pro viribus conficiendi. Oportet unumquemque, præpositis approbantibus, cum ratione & animi persuasione ita omnia facere, usque ad ipsum etiam esum & potum, ut ad Dei gloriam referenda. Non oportet ab uno ad alium laborem transire, citra approbationem eorum qui sunt rebus ejusmodi moderandis præpositi; nisi quempiam ineluctabilis necessitas ad auxilium debilioris subito vocaverit: debet unusquisque manere in eo quod ipsi præscriptum est; nec propriam mensuram transgrediens, aggredi non præscripta; nisi ii, quibus hæc commissa sunt, aliquem auxilio indigere judicaverint. Non oportet reperiri quempiam ab alia officina in aliam abeuntem. Nihil ex contentionis studio aut ex similitate cum aliquo suscepta faciendum.

3. Invidendum non est alterius laudi, neque cuiusquam vitiis lætandum. Oportet in charitate Christi dolere & affligari de fratris vitiis, gaudere vero ob illius recte facta. Non oportet indifferentem esse erga peccantes, aut silentio eos tolerare. Oportet ut qui redarguit, cum omni commiseratione redarguat ex Dei timore, & eo consilio ut convertat peccantem. Oportet ut qui redarguitur aut increpatur, libenter id accipiat, suam ipsius in increpatione utilitatem agnoscens. Non oportet ut, cum aliquis accusatur, alius coram illo aut coram aliis nonnullis contradicat accusanti. Quod si quando accusatio videatur alicui a ratione aliena, privatim coarguentem interrogare debet, atque aut persuadere, aut persuaderi. Oportet unumquemque quantum in se est, ei qui adversum se aliquid habuerit, mederi. Non succensendum ei quem peccasse poenitet, sed ex corde condonandum. Oportet eum qui peccati poenitere se dicit, non compun-

Omnia ad Dei gloriam facienda, nec esu nec potu exceptis.

gi solum ob peccatum admissum, sed fructus A etiam pœnitentiæ dignos facere. Qui pro prioribus peccatis correptus est, ac veniam consequutus, is si rursus peccaverit, deterius priore comparat sibimetipsi iudicium iræ. Qui post primam & alteram admonitionem permanet in delicto, suo indicandus præposito, si forte eum a pluribus correptum pudeat. Quod si ne sic quidem emendatus fuerit, deinceps excindendus est, ut scandalum, atque habendus pro ethnico ac publicano ad securitatem eorum qui obedientiam sibi studio habent, secundum id quod dictum est, *Impiis cadentibus iusti timore corripiuntur*. Sed & desendus est, ut membrum a corpore abscissum. Non oportet in iracundia fratris solem occidere, ne nox utrumque separet, ac in die iudicii crimen ineluctabile relinquat. Tempus non protrahendum ad sui emendationem, eo quod non constet de castina; quippe cum multi post multa

consilia, castinum non adepti sunt. Non oportet ventris satietate decipi, ex qua imagines nocturnæ nascuntur. Non oportet distrahi opere immoderato, nec debet quisquam frugalitatis terminos excedere, secundum Apostolum dicentem: *Habentes autem alimenta, & quibus regamur, his contenti erimus*; propterea quod copia ultra necessitatem perducta imaginem avaritiæ exhibet, avaritia vero idololatriæ nomine damnatur. Non oportet argenti cupidum esse, neque thesauros colligere in res inutiles quæ non conveniant. Oportet ut qui ad Deum accedit, paupertatem amplectatur in omnibus, & confixus sit timore Dei, secundum eum qui dicit; *Confige timore tuo carnes meas*; a *judiciis enim tuis timui*. Det autem Dominus, ut quæ diximus cum omni animi persuasione suscipientes, ad Dei gloriam dignos fructus Spiritus, Dei beneplacito, atque Domini nostri Jesu Christi auxilio ostendatis, amen.

Classis I.

I. Tim. 6. 8.

Col. 3. 5.

Psal. 118. 120.

## EPISTOLA XXIII.

Cum quidam in eo loco, ubi tunc erat Basilius, monasticam vitam amplecti vellet, distulit eum Basilius, volens eum in monasterio suo suscipere; sed nunc mutato consilio eum mittit, ac præcipit ut se non expectato suscipiatur, eique aliquis, quem ipse elegerit, præficiatur vitæ sanctioris magister.

## COMMENDATITIA AD MONACHUM.

Ille, ut ait, condemnans vitæ hujus vanitatem, atque exploratum habens præsentis vitæ oblectamenta hic finem habere, materiam dumtaxat æterno igni præparantia, & cito transeuntia, convenit me volens ab hac misera valdeque luctuosa vita secedere, ac relictis carnis voluptatibus deinceps viam ad Domini mansiones deducentem ingredi. Quoniam ergo, si instituti vere beati sincero desiderio tenetur, habetque in sua anima bonum ac laudabilem amorem, diligens Dominum Deum ex toto corde, & ex totis viribus & ex tota mente, necesse est ut illi ob oculos vestra pietas arctæ ac coangustatæ viæ incommoda & asperitates ponat, eumque constituat in spe bonorum, quæ nunc nondum videntur, sed in promissionibus reposita sunt his qui Domino digni fuerint; idcirco per epistolam adhortor incomparabilem vestram in Christo perfectionem, ut eum si fieri potest, instituat, & sine me renuntiationem illi secundum

Dei beneplacitum conficiatis, ac informetur & elementis imbuatur secundum ea quæ a Patribus sanctis statuta & scriptis mandata sunt; deinde ei proponantur omnia quæcumque ad vitæ asceticæ accuratam rationem attinent, & sic admittatur, labores pro pietate sponte suscipiens, ac sese suavi Domini jugo submitte; & ad imitationem illius qui propter nos egenus factus est carnemque gestavit, vitam instituens, ac secundum propositum currens ad vocationis supernæ præmium, laudem a Domino consequatur. Ego enim illum hic amoris erga Deum coronam accipere studentem distuli, volens ipsum cum vestra pietate inungere ad ejusmodi certamina, & unum ex vobis, quem ipse petierit, magistrum ei præficere, qui eum præclare exercent, & intenta ac beata sollicitudine spectatum athletam efficiat, principem tenebrarum hujus sæculi & spiritualia nequitie, quibuscum nobis secundum beatum Apostolum lucta est, vulnerantem & prosternentem. Quod ergo volebam vobiscum agere, vestra in Christo dilectio etiam sine me perficiat.

2. Cor. 8. 9.

Ephes. 6. 12.

## EPISTOLA XXIV.

Negat Basilius se calumniis facile credidisse; hortatur Athanasium, ut nullum illis det locum ac liberos, ut pars est, diligat.

ATHANASIO, Athanasii episcopi Ancyrae patri.

UThominis vita calumniis superior sit, id ex rebus difficillimis unam esse, ne

edicam ex iis quæ fieri non possunt, & mihi persuasum est, & tuæ probitati dubium arbitror non esse. Sed nullam ex se ansam, neque iis qui res accurate observant, neque

Calumnias effugere difficile ansam non dare haud difficile.

iis

Alias  
ccclxxxiii.

Scripta  
videtur Casarea cum  
esset præf-  
byter.

Alias  
LIV.

Scripta ante  
an. 359.

*Classis I.* iis qui injuriæ causa lapsibus nostris insidiantur, præbere; id & fieri potest, & hominum est prudenter & accommodate ad pietatis normam viventium. Nos autem non adeo faciles esse arbitreris, aut adeo credulos, ut sine examine a quibusvis obtreccionibus admittamus. Meminimus enim spiritualis præcepti, vanum rumorem admittendum non esse admonentis. Sed tamen quoniam vos ipsi, qui dicendi arti datis operam, ea quæ apparent non apparentium signa esse dicitis; illud censemus (nec moleste feras, si quid a nobis docentium more dicetur. *Exod. 23. 1.* Nam infirma mundi & abjecta elegit Deus, ac sæpe per hæc electorum salutem dispensat) quod, inquam, dico admoneoque, illud est: ut sermonem omnem & omnem decoram actionem considerate exequamur, & secundum Apostoli præceptum nullam demus ulla in re offensionem. Decere enim arbitror, ut qui multum in doctrina percipienda exsudavit, gentiumque & urbium gubernacula tenuit, ac magnam progenitorum virtutem æmulatur, ipsius vita in

A virtutis exemplum proponatur. Porro amorem erga liberos non verbis nunc demonstrare debes, qui utique jam pridem demonstrasti, ex quo pater factus es; nec naturali solum amore uti, quem etiam bruta animalia foetibus suis exhibent, uti & tu dixisti, & experientia declarat: sed dilectionem etiam animi inductione & voluntate intendere, eo magis quod eos tales esse vides, qui paternis votis digni sint. Quare non opus est hæc nobis persuaderi, cum satis sit testimonium quod ex rebus ipsis percipitur. Illud autem veritatis causa non in tempestivum adjicere, fratrem Timotheum chorepiscopum non esse, qui rumores ad nos detulerit. Nam nec coram, neque per litteras parvi quidquam aut magni, quod calumniæ affine esset, de te loquutus deprehenditur. Quamobrem aliquid nos audivisse non negamus: sed affirmamus Timotheum non esse, qui tibi struxerit calumnias. Omnino autem audientes, si nihil aliud, illud certe Alexandri faciemus, ut calumniam patienti alteram aurem integram reservemus.

Alexandri  
factum imi-  
tatur Basilius.

*Atlas*  
LIII.

## E P I S T O L A XXV.

*Amica & caritatis plena expostulatio cum Athanasio Ancyrano, qui Basilium nec per litteras admonitum, nec per communem aliquem amicum, palam & aperte insectabatur & minabatur, ac omnibus Cæsarea venientibus dicebat noxas quasdam ab eo scribi & componi.*

*ATHANASIO EPISCOPO ANCYRÆ.*

*Scripta ante*  
*an. 359.*

*Nihil Basilio inexpectatum.*

**N**untiarunt mihi quidam ex his qui Ancyra ad nos veniunt, multi autem sunt hi, ac ne numerare quidem facile sit; uno autem ore omnes referentes, te charum caput (quomodo verbis utar lenissimis? (non suavissime nostri meminisse, neque pro tuis moribus. Me vero nihil rerum humanarum, probe scias, percellit, nec cujusquam ex omnibus inexpectata immutatio; cum dudum naturæ imbecillitatem & in contraria mutabilitatem perspexerim. Unde neque, si quid rerum nostrarum retro sublapsum est, & ex pristino honore convicia atque injuriæ nobis nunc fiunt, id magni facio. Sed illud mihi revera præter opinionem & instar monstri visum est, eum te esse qui ita erga nos affectus sis, ut irascaris nobis, ac succenseas, imo etiam jam minas aliquas intentes, ut referunt qui audivere. Ac minas quidem omnino (verum enim dicetur) irrisi. Equidem effem omnino puer, si ejusmodi formidatam terricula. Hoc vero mihi & terribile & multa dignum sollicitudine visum est, quod integritas tua, quam inter paucos tum rectæ fidei firmamentum, tum veteris ac veræ dilectionis semen in solatium ecclesiis servari credimus, usque adeo præsentis rerum status particeps sit, ut quo-

Crumlibet hominum calumniæ plus apud te valeant, quam longa nostri experientia, & ad rerum absurdarum suspicionem sine argumentis abducaris. Quamquam, quid dico suspicionem? Qui enim indignatus est ac minatus, ut de te referunt, non suspicantis sed jam clare & explore persuasi videtur quodam modo iracundiam declarasse.

2. Sed, ut dixi, in hoc tempus causam rejicimus. Nam quanti laboris erat, o admirande, in brevi epistola, quibus de rebus velles, velut solum cum solo colloqui: aut si litteris res ejusmodi non crederes, nos ad te accersere? Quod si hæc omnino renuntiare oportebat, ac dilationi spatium non dabat difficilis ad coercendum iracundiam; ac certe unum aliquem ex familiaribus, & ad tegenda arcana idoneis licebat sermonis ad nos perferendi ministrum adhibere. Nunc vero quis est exiis, qui ad vos qualicumque negotiorum causa proficiscuntur, cujus aures hoc sermone non circumsonuerint, noxas quasdam a nobis scribi & componi? Nam isto te vocabulo usum esse aiunt, qui totidem verbis tua referunt. Me autem multa animo & cogitatione versantem, nihil quidquam de consilii inopia eximit. Quare & aliquid tale mihi in mentem venit, num quis hæreticus dolose suis ipsius scriptis nomen meum adscribens, rectitudini tuæ molestiam crearit, atque

Atque ad vocem istam emittendam adegerit. Ad docuerunt, contumeliam hanc facere voluisse. Classis I.  
 Non enim iis quæ a nobis scripta sunt adversus eos, qui Filium & Deum Deo & Patri secundum essentiam dissimilem dicere ausi sunt, aut adversus eos qui Spiritum sanctum creaturam & opificium esse blasphemo ore  
 ses, qui magna illa ac celebria certamina pro recta fide pertulisti. Liberabis autem nos ab hac sollicitudine, si modo volueris quæ te ad hanc in nos offensionem commoverint, aperte significare.

Alias  
CCCLXII.

EPISTOLA XXVI.

*Cæsarium Basilius in eo terræ motu, qui Nicæam evertit, mirabiliter servatum hortatur, ut gratias re & opere Deo persolvat ac eandem semper mentem retineat, quam in ipso periculi articulo habuerat.*

**CÆSARIO GREGORII FRATRI.** Eadem semper mens retinenda, quam tempore periculi habuimus.  
Scripta anno 368. **G**ratia Deo, qui mirabilia sua & in te ostendit, teque ex tali morte servavit patriæ ac nobis amicis. Reliquum jam est, ut ingrati non videamur, nec indigni beneficio tanto, sed pro viribus enarremus Dei miracula, & quam re experti sumus benignitatem, eam celebremus; nec verbis tantum persolvamus gratias, sed & opere tales simus, qualem & nunc esse te persuasum habemus, facta ex miris in te editis conjectura. Atque ut adhuc magis Deo servias hortamur, accessionibus semper timorem augens, & ad perfectionem progrediens, ut prudentes dispensatores vitæ nostræ deprehendamus, ad quam nos benignitas Dei reservavit. Nam si omnibus nobis præceptum est, ut exhibeamus nos Deo tamquam ex mortuis viventes, quomodo non id magis præceptum iis, qui ex portis mortis erecti sunt? Id au-  
Rom. 6. 13. tem maxime, ut mihi quidem persuadeo, præstiterimus, si velimus eandem semper retinere mentem, quam tempore periculorum habebamus. Omnino enim venerat nobis in mentem vitæ vanitas, ac nihil fidum esse in rebus humanis, nihil stabile, ut quæ tam facile mutantur. Subierat etiam nos, ut verisimile est, quædam præteritorum poenitentia, & de futuris promissio, Deo, si servaremur, inserviendi, ac nobis ipsis diligentia omni invigilandi. Si quam enim nobis cogitationem mortis periculum imminens injiciat, hæc te arbitror, aut his quam simillima cogitasse. Quare necessarii cujusdam debiti solutione obstricti sumus. Hæc simul lætus ob Dei munus, simul & de futuris sollicitus perfectioni tuæ subicere ausus sum. Tuum autem est verba nostra æquo & leni animo accipere, quemadmodum & coram in colloquiis solebas.

Alias  
VI.

EPISTOLA XXVII.

*Basilius ex morbo sanatus hieme impeditur, quominus invisat Eusebium. Properaturum se pollicetur, si per anni tempus & per famem liceat.*

**EUSEBIO EPISCOPO SAMOSATORUM.**  
Scripta anno 368. **U**bi Dei gratia ac præsidio tuarum precum paululum emergere ex morbo visus sum, ac recollegi meas vires; tunc hiems supervenit, domi nos includens, nec loco sinens moveri. Etsi enim solito longe mitior occurrit, mihi tamen satis vehemens fuit ut impediret, quominus non modo eo vigente iter ingredi, sed nec paululum quidem ex cu-  
 biculo prospicere possem. Sed neque hoc parvi duco, quod dignus habear, qui cum tua pietate per litteras colloquar, jamque in antecessum spe responsionum acquiescam. Quod si & tempestas sinat, & vitæ nobis adhuc supersit tempus, nec impervium nobis iter fames efficiat; cito sane precum tuarum subsidio voti compotes esse, teque domi invenientes, in multo otio magnis tuæ sapientiæ thesauris exfatari possumus.

Alias  
LXII.

EPISTOLA XXVIII.

*Consolatur Neocæsarienses morte episcopi sui afflictos, & hortatur ut tranquillum statum, quem curis defuncti acceptum referre debent, nimium lugendo non amittant, sed diligenter caveant a lupis, & pro se quisque conentur pastorem eligere similem his, qui a Gregorii tempore usque ad hunc beatum ecclesiam rexerunt.*

**ECCLESIAE Neocæsariensi consolatoria.** **E**nt honorem beato viro vobiscum, qui ei conjunctissimi estis, una persolverem; tum ut moeroris, quem casus attulit, ex ipso rerum tristium spectaculo particeps forem, tum  
Scripta anno 368. **P**ostulabant quidem quæ acciderunt nostram ipsorum præsentiam; tum  
 S. Basili Oper. Tom. III. H etiam

etiam ut de necessariis consiliis vobiscum communicarem. Sed quia corpoream conjunctionem multa interpellant; reliquum erat ut per litteras vobiscum partiter præsentia. Miras igitur viri dotes, propter quas etiam maxime damnum nobis intolerandum accidisse arbitramur, nec epistolæ mensura capiat, & alioquin intempestivum de præclare factorum multitudine sermonem instituere, cum adeo conciderit animus noster ob mœrorem. Quodnam enim illius factum tale est, quod aut e nostra memoria excidat, aut silentio jure ac merito prætermittatur? Fieri enim non potest, ut semel omnia dicantur acervatim: ex parte autem dicere, vereor ne prodicionem habeat veritatis. Intērit vir omnium æqualium in omnibus simul humanis bonis præstantissimus, columen patriæ, ecclesiarum decus, columna & fulcimentum veritatis, firmamentum fidei in Christum, suorum tutela, adversariis inexpugnabilis, legum paternarum custos, novitatis inimicus, ostendens in seipso priscam Ecclesiæ speciem, ad veterem statum, veluti ad sacram quamdam imaginem, ecclesiæ sibi commissæ formam effingens ita ut, qui cum eo vixerunt, una cum iis qui ante ducentos annos & amplius luminarium instar resplenduerant, vixisse sibi videantur. Adeo nihil de suo, nec ullum recentioris mentis inventum vir ille promebat: sed secundum Moysis benedictionem proferre noverat ex cordis sui arcanis, bonis scilicet thesauris, vetera veterum, & vetera ante faciem novorum. Hinc & primo loco non secundum ætatem in conventibus episcoporum dignus habebatur, sed supra omnes erat sapientiæ antiquitate, primas communi concessu obtinens. Quanta autem talis institutionis utilis, nemo requisierit, modo in vos oculos convertat. Nam soli quos noverimus, aut certe cum paucis admodum in tanta rerum tempestate ac procella tranquillam illius gubernatione vitam egistis. Non enim vos attigit hæreticorum ventorum æstus, submersiones importans & naufragia animabus facile mutabilibus. Neque vero attingat umquam, o universorum Domine, qui famulo tuo Gregorio, a quo basis ecclesiæ ab initio compacta, tranquillitatis longissimæ munus dedisti: quam vos hoc tempore amittere nolite; neque immodicis lacrymis, ac totos vos mœrori dedendo, rerum necessariorum opportunitatem insidiantibus prodatis. Quod si omnino lugendum est (ita sane non sentio, ne in hoc iis qui spem non habent, similes simus) vos, si videtur, postquam veluti lugubris quidam chorus proprium vobis ducem præfereritis, concinnius cum ipso casum desite.

Atque is quidem, etsi ad extremam se-

nectutem non pervenit, at certe quod ad tempus, quo vobis præfuit, attinet, satis vitæ habuit. Corporis autem tantum particeps fuit, quantum necesse erat, ut animi constantiam in illius doloribus perferendis ostenderet. Forte autem vestrum aliquis existimet, tempus commiserationis esse incrementum & amoris accessionem, non autem satietatis occasionem his qui experti sunt, ita ut quanto longiori tempore estis beneficium experti, tanto amplius orbitatem sentiatis; cæterum corporis justii vel umbram apud pios quovis honore dignam esse. Atque oprandum quidem ut multi ex vobis sic animo affecti sint (neque enim ego ipse dixerim virum esse negligendum) sed hoc consilii do, ut dolorem humaniter perferatis. Etenim quæcumque dicere possint qui damnum deplorant, neque a me ipso ignorantur. Silet quidem lingua fluviorum in morem aures alluens: cordis autem profundum a nemine hætenus comprehensum, somniis debilius, quantum sane ad homines attinet, avolavit. Quis illo ad futurum prævidendum acutior? Quis in tam stabili ac firma animi indole idoneus fuit, qui fulgure citius res aggredere? O civitas multis quidem jam malis præoccupata: sed tamen nullo profus in partibus ad vitam necessariis sic læsa! Nunc defloruit tibi ornatus pulcherrimus, conticuit ecclesia, conventus tristes sunt, confessus sacer coryphæum desiderat, sermones mystici explanatorem expectant, pueri patrem, senes æqualem, optimates principem, populus patronum, pauperes nutritorem; omnes nominibus maxime propriis ipsum vocantes, in propria calamitate luctum sibi quisque proprium atque convenientem edunt. Sed quo mihi sermo præ lacrymarum voluptate rapitur? Non evigilabimus? Non nosmetipsos colligemus? Non respiciemus ad communem Dominum, qui postquam unumquemque sanctorum ætati suæ sivit inservire, congruis temporibus ad se rursus revocavit? Nunc in tempore illius verborum recordamini, qui cum concionaretur apud vos, semper admonebat, *Cavete canes*, inquit, *cavete operarios malos*. Canes non pauci. Quid dico canes? Imo vero lupi graves, qui sub ovium specie dolum contegentes, ubique terrarum gregem Christi divellunt: qui vobis vitandi sunt vigilantis alicujus pastoris præsidio. Hunc vestrum quidem est petere, animis ab omni contentione atque ambitione repurgatis: Domini vero, ostendere, qui a magno illo ecclesiæ vestræ duce Gregorio usque ad hunc beatum, alterum in alterius locum sufficiens, semperque adaptans, velut ex quadam pretiosorum lapidum commissura, mirum ornamentum ecclesiæ vestræ largitus

Masonius  
priscæ Ec-  
clesiæ insti-  
tutorum  
Radiofus.

1. 2. v. 26. 10.

In conciliis  
non pro-  
ximate pri-  
mas habe-  
bat.

Neocæsarea  
multis jam  
malis præ-  
occupata.

Laus suc-  
cessorum  
Gregorii  
magni.

gitus est. Quare nec de successuris desperandum est. Novit enim suos Dominus, & proferre in medium potest, quos fortasse non exspectamus.

3. Dudum me volentem sermoni finem imponere, dolor cordis non finit: sed obtestor vos per Patres, per rectam fidem, per hunc beatum, erigatis animum, proprium sibi quisque id quod agitur ducentes, & rerum in utramque partem exitus participes se in primis fore existimantes, ita ut rerum communium curam, ut plerique solent, in proximum non rejiciatis; ac postea unoquoque in animo suo res negligente, omnes sibi ipsi per incuriam proprium malum imprudentes accersant. Hæc autem sive ut vicinorum commiserationem, sive ut idem sentientium communionem, sive etiam quod verius est, ut charitatis legi obsequentium,

& periculum silentii declinantium, omnium cum benevolentia excipite; persuasum illud habentes vos esse nostram gloriationem, quemadmodum & nos vestra erimus in Domini die: nosque prout pastor vobis dabitur, vel arctius charitatis vinculo vobiscum esse conjungendos, vel prorsus disjungendos, quod quidem absit, neque Dei gratia fiet, neque sane ipse nunc contumeliosi quidquam dixerim. Hoc autem scire vos volumus, etsi beatum illum ad ecclesiarum pacem concurrentem non habuimus propter quasdam, ut ipse nobis affirmavit, anticipatas opiniones; sed tamen idem cum ipso sentiendi, eumque semper certaminum adversus hæreticos participem advocandi, nos, Deo teste & hominibus qui nostri periculum fecerunt, nullum tempus intermisisse.

Classis I. Silentii periculum declinat Basilius.

Mufonius cum Basilio non concurrebat ad pacem ecclesiarum.

## EPISTOLA XXIX.

*Basilii Ancyranis significat acceptum ex morte eorum episcopi Athanasii dolorem, cuius summa de ecclesiis merita prædicat. Hortatur ut caveant, ne rursus in electione episcopi dissensiones nascantur.*

ECCLESIAE ANCYRÆ  
CONSOLATORIA.

Scripta an. 368. exunte.

Duturnum nobis silentium imposuit animi stupor ex gravissimo tristic eventus nuntio. Postquam vero paululum quodam modo ex taciturnitate nos recollegimus, quam velut ii, quorum aures vehementi tonitru percussæ sunt, passi sumus; necessario nunc de eo quod accidit, ingenuimus, & inter luctus epistolam hanc ad vos misimus, non consolandi gratia (quis enim sermo inveniatur tantæ calamitatis?) sed cordis nostri dolorem, quantum possumus, vobis hac voce significantes. Opus nunc mihi essent Jeremiæ lamentationes, & si quis sane alius ex beatis hominibus calamitatem maximam modo commoventis animis idoneo lamentatus est. Cecidit vir, vere columna & firmamentum ecclesiæ: vel potius ipse quidem ad beatam vitam sublatus a nobis abiit: non leve autem periculum est, ne multi subtrahito hoc fundamentamento corruant, & quæ in nonnullis putrida sunt, manifesta fiant. Clausum est os,

& iusta dicendi libertate, & gratiæ verbis ad fratrum ædificationem scatus. Abierunt mentis consilia, quæ vere in Deo commovebatur. O quoties mihi (accusabo enim me ipse) indignari subiit in virum, quod totus in eo desiderio ut discederet, essetque cum Christo, permanere in carne propter nos non prætulit. Cuiam deinceps ecclesiarum curam deferemus? Quem adjuvemus molestiarum socium? Quem lætitiæ participem? O gravem tristemque solitudinem! Quomodo plane similes facti sumus solitario pellicano? Sed tamen juncta inter se ecclesiæ membra, velut ab anima quadam, ab ipsius regimine in unam consensionem & accuratam communionem compacta, & servantur constanter per pacis vinculum ad spiritualem coagmentationem, & servabuntur semper, Deo id largiente, ut firma ac immota maneat beatæ illius animæ opera, quæcumque ecclesiis Dei exantlavit. Verum certamen non parvum incumbit, ne rursus lites ac discordiæ in præfuls electione nascentes, omnem simul laborem ex qualibet dissensione subvertant.

Phil. 1. 23.

Athanasio Basilio curam ecclesiarum deferebat.

Psal. 101. 7.

Metuit ne rursus discordiæ in electione episcopi nascentur.

Alias VII.

## EPISTOLA XXX.

*Præter morbos, hiemem & negotia aliæ causæ Basilius prohibere ad Eusebium proficisci. Matrem amisit, unde morbus recruduit. Ecclesiis non melius est quam ipsius corpori. Narrat electos fuisse Ancyra & Neocæsareæ episcopos. Precibus Eusebii acceptum refert, quod inimicorum insidias effugerit.*

EUSEBIO EPISCOPO  
SAMOSATORUM.

Scripta an. 369.

SI omnes ordine scriberem causas, quibus in hunc usque diem detentus sum, S. Basilii Oper. Tom. III.

quamquam ad tuam pietatem proficisci omnino cupiebam; historiæ seriem infinitam pertexerem. Morbos quidem alios aliis succedentes, hiemis molestiam, negotiorum

H 2 con

Classis f.

Matris  
mōtē lū-  
get:

continuitatem omitto dicere, cum nota A meum affectus sunt, bona quidem spe nulla sint, & jam prius indicata præstantiæ tuæ. Nunc autem, quod unicum habebam vitæ solatium, matrem etiam ob mea peccata amisi. Nec me derideas, qui id ætatis lugem orbitatem: sed ignosce mihi, separationem animæ patienter non ferenti, cui nihil comparandum in reliquis rebus video. Rursus igitur mihi reversi sunt morbi, rursusque in lecto decumbo, exiguis prorsus viribus fluctuans, & tantum non singulis horis necessariam vitæ finem expectans. Ecclesiæ autem non alio fere modo ac corpus B plurimam.

Dati Neocæsareæ &amp; Ancyrae episcopi. Infidias inimicorum effugit Basilius.

Alias  
ECLXVII:

## E P I S T O L A XXXI.

*Fames nondum sedata Basiliū detinet, quominus comiteretur Hypatium consanguineum suum. Hunc sanare concessum non fuerat his qui dona curationum habebant. Quamobrem eum commendat Eusebio, ut vel fratres religiosissimos accersat, qui ei medeantur, vel ipsum ad illos cum litteris mittat.*

## EUSEBIO EPISCOPO SAMOSATORUM.

Scripta  
anno 367:

Nondum nos fames reliquit; quapropter in civitate remanere necesse habemus, vel dispensationis causa, vel commiserationis in afflictatos. Unde ne nunc quidem potui comitem me vitæ præbere colendissimo fratri Hypatio, quem non tantum honoris causa fratrem appellare possum; sed propter naturalem quæ inter nos intercedit necessitudinem: consanguinei enim sumus. Quali ille morbo laboret, neque tuam præstantiam fugit. Dolemus autem, quod in

eo spes omnis abscissa sit levamenti, quandoquidem iis qui sanationis dona habent, nihil in illo eorum quæ solent, operari concessum est. Quocirca rursus precum tuarum auxilium implorat. Tu autem exorari te sine, ut opem solitam non deneges, tum ob tuam erga ægrotantes commiserationem, tum nostra causa, qui pro eo precamur: & si fieri potest, fratres religiosissimos ad temetipsum accersas, ut in tuis ipsius oculis ei medela afferatur. Sin hoc fieri nequit, illum cum litteris dimittere & fratribus ultra commorantibus commendare digneris.

His qui sanationis donum habebant, nihil concessum in Hypatio operari.

Alias  
LXXXIV.

## E P I S T O L A XXXII.

*Cum Casarius moriens sua omnia pauperibus legasset, ejus pater & frater quidquid reliquum fuit de ipsius bonis, quæ expilata fuerant, id statim in pauperibus sublevandis & debitoribus absolvendis insumserunt sed postea Sycophantæ: multi prodierunt, qui pecuniam a se Casarium accepisse dicerent. Unde Gregorium molestissimis negotiis implicatum Basilius Sophronio commendat.*

## SOPHRONIO MAGISTRO.

Scripta  
anno 369.Magnæ  
erant cala-  
mitates &  
iniferiæ,  
cum hæc  
scriberentur:

Particeps est temporis & Deo dilectissimus frater noster Gregorius episcopus. Dolet enim cum omnibus & ipse injuriis continuis, velut inexpectatis quibusdam plagis percussus. Nam homines Deum non timentes, fortasse etiam & magnitudine malorum coacti, calumnias illi inferunt eo nomine, quod Casarius pecunias ab ipsis acceperit. Nec damnum molestum est; dudum enim didicit pecunias contemnere; sed quia cum exiguam omnino partem acceperint illius bonorum, eo quod res ipsius penes E fervos essent ac homines servis nihilo indole meliores, qui, liberrime pretiosissima quæque partiti, paucissima omnino eis reserverunt, hæc illi existimantes nulli obnoxia esse creditori, mox in egenos insumsere, tum ob

suam ipsorum propensionem, tum ob defuncti vocem. Fertur enim dixisse moriens: *Mea omnia volo esse pauperum.* Itaque ut dati a Casario mandati ministri, statim hæc dispenserunt utiliter. Et nunc circumstat Christiani quidem paupertas, unius autem ex forensibus hominibus negotiorum moles. Quapropter in animum subiit hæc omnia tuæ omnino laudabili probitati indicare, ut & virum honorans, qui tibi jam pridem notus est, & Dominum glorificans, qui in se suscipit quæ servis suis fiunt, & honorem nobis habens, qui eximio quodam modo tui sumus, cum ea quæ convenient, de hoc viro dicas Comiti thesaurorum, tum modum excogites summa tua prudentia, quo ab istis calumniatoribus & intolerandis molestiis liberetur.

Casarii morientis mandatum.



2. Omnino autem nemo virum ita ignorat, ut aliquid de eo suspicetur indecori, quasi pecuniarum amore hæc fingat. Est enim in promptu liberalis illius animi demonstratio. Quod enim reliquum est de Cæsarii bonis, id libenter cedit ærario, ut opes ipsius illic custodiantur, patronus vero ærarii respondeat iis qui adoriuntur, & probationes requirat, quia nos ejusmodi rebus idonei non sumus. Discere enim potest perfectio tua, neminem, quamdiu licuit, discessisse non compotem eorum quæ volebat, sed nullo quemque negotio consequutum esse quod petebat, ita ut multos etiam pœniteret, quod non plus ab initio petissent, ex quo etiam

A maxime plures facti sunt calumniatores. Dum enim ad priorum exemplum respiciunt, alium alius excipit sycophanta. Adhortamur igitur gravitatem tuam, ut his omnibus obsistat, cohibeatque, velut fluentum quoddam, ac intercيدات malorum continuitatem. Nosti autem quomodo sis huic rei remedium allaturus, ita ut minime exspectes, dum te modum edoceamus: qui cum simus hujus vitæ negotiorum inexperiti, hoc ipsum ignoramus, quomodo his liberari possimus. Itaque sis ipse & consiliarius & patronus, auxilii genus summa tua prudentia excogitans.

Classis I.

Basilii & Gregorius negotiorum inexperiti.

Alia  
CCCLVIII.

E P I S T O L A XXXIII.

*Idem Gregorii negotium Aburgio commendat.*

A B U R G I O.

Scripta  
anno 369.

ET quisita veterem amicitiam novit honorare & virtutem revereri, & cum afflictis dolere, ut tu ipse? Cum igitur Deo dilectissimum fratrem nostrum Gregorium episcopum negotia apprehenderint, neque alias tolerabilia, ac maxime moribus ipsius contraria; visum est nobis optimum esse ad tuum confugere patrociniū, & a te ali-

quam molestiarum solutionem reperire conari. Ærumna enim intolerabilis est, negotia cum cogi tractare, qui ab his & natura & voluntate alienus est; & pecunias a paupere reposci, & in medium protrahi, ac forenses fieri, qui jam pridem vitam quietam ducere statuit. Sive igitur Comitem thesaurorum alloqui utile judicaveris, sive quosvis alios, id tuæ sit prudentiæ.

Alia  
V.

E P I S T O L A XXXIV.

*Luget Basilius ecclesiam Tarsensem ab hæreticis, dum episcopi cunctantur, occupatam; sed dolorem lenit Eusebii recordatione, a quo nihil prætermisum ad ecclesiæ utilitatē. Deum precatur, ut eum ecclesiis conservet, sibi que rursus cum illo congregari concedat.*

EUSEBIO EPISCOPO SAMOSATORUM.

Scripta  
anno 369.

Quomodo fileam in hoc rerum statu; aut id a me impetrare non valens, quomodo dignam his quæ eveniunt aliquam orationem reperiam, ut vox nostra non suspirio similis sit, sed lamentationi gravitatem mali abunde significanti? Perit nobis & Tarsus; neque id solum molestum est, etsi intolerabile: nam illud molestius, civitatem tantam ac tam opportune sitam, ut Isauros, Cilices, Cappadoces, ac Syros per seipsam jungat, unius aut duorum hominum temeritate, in perniciem nullo negotio conjectam fuisse, dum vos cunctamini, deliberatisque & vos mutuo respicitis. Optimum igitur fuerit, secundum solertiam medicorum (omnino autem magna mihi copia, ob morbum mecum habitantem, ejusmodi exemplorum) qui cum doloris magnitudo modum excessit, stuporem in laboribus ægrotanti conciliant, ita quoque nostris ipsorum animis, ne intolerandis

Doloribus corripiantur, stuporem in malis precari. Sed tamen quamvis sic misere afflicti simus, una utimur consolatione, ut respiciamus ad tuam mansuetudinem, ac tui cogitatione & recordatione, dolorem animi mitigemus. Quemadmodum enim oculis, posteaquam intente res splendidas conspexere, recreationis aliquid affert ad cæruleos ac virides colores redire; ita quoque animis nostris veluti blanda quædam contrectatio dolorem abigens, recordatio tuæ lenitatis ac diligentiae est; & maxime cum omnia a te pro virili facta esse consideremus. Ex quibus & abunde nobis hominibus, si de rebus æquo animo judicemus, nihil culpa tua periisse ostendisti; & apud Deum tui bonarum rerum studii magnam tibi mercedem comparasti. Utinam autem concedat te nobis & suis ecclesiis Dominus ad utilitatem vitæ hominum & emendationem animarum nostrarum, nobisque iterum dignetur tuum perutilem congressum concedere.

Claſſis I.  
Alias  
CCXXXVI.

## EPISTOLA XXXV.

*Commendat Leontium Baſilius tamquam alterum ſeipſum.*

**SINE INSCRIPTIONE, PRO ANON** in ea paupertate, in qua nunc divino  
**LEONTIO.** beneficio verſor, ſed opulentiam quamdam

*Scripta  
ante epiſco-  
patum.*

**D**E multis quidem, ut ad me pertinen-  
tibus tibi ſcripſi: ſed & de pluribus  
ſcribam. Nam nec fieri poteſt, ut indigen-  
tes deſint; nec mihi beneficia denegare in-  
tegrum. Non eſt tamen quiſquam mihi con-  
junctior, & qui me, ſi quid ei proſpere eve-  
niat, magis conſolari poſſit, quam colen-  
diſſimus frater Leontius: cujus domum ita  
ſuſcipe, quaſi memetipſum naſtus fuiſſes

conſequutum, & prædia poſſidentem. Nam  
palam eſt fore, ut pauperem me non face-  
res, ſed ſervares præſentia, aut copiam  
augeres. Hoc itaque facias etiam prædictæ  
viri domui rogamus. Erit autem tibi a me  
pro his omnibus conſueta merces, preces  
ad Deum ſanctum pro laboribus, quos ſu-  
ſcipis, bonum te & probum præbens, ac  
petitiones indigentium ante vertens.

*Baſilius  
prædia non  
poſſidet.*

*Alias  
CCXXXVIII.*

## EPISTOLA XXXVI.

*Rogat Baſilius, ut preſbytero qui cum ipſo educatus fuerat, eique ad victum labore ſuo  
miniſtrabat, nova peræquatio non noceat.*

**SINE INSCRIPTIONE, AUXILII B**quod rogo? Ut ei deſcriptio antiqua ſerve-  
**CAUSA.** tur. Enimvero non parum laborat, mihi

*Scripta  
ante epiſco-  
patum.*

**N**Oviſſe jamdudum nobilitatem tuam  
arbitror, loci illius preſbyterum  
una mecum fuiſſe educatum. Quid igitur  
aliud dicendum mihi eſt, quo benignita-  
tem tuam uxorem, ut videas illum amice,  
atque ei ad negotia opem feras? Si enim me  
amas, ut proſecto amas; non dubium quin  
& quos eodem loco ac meipſum habeo, to-  
tis viribus recreare coneris. Quid igitur eſt

Enimvero non parum laborat, mihi  
ad victum miniſtrans, eo quod ego, ut  
ipſe ſcis, nihil proprium habeam, ſed ami-  
corum & propinquorum rebus ſuſtenter.  
Itaque perinde ut meam, imo ut tuam ha-  
be hujus fratris domum, & pro collato in  
eum beneficio præbebit Deus & tibi, &  
domui, & toti tuo generi opem conſue-  
tam. Scias autem mihi proſus curæ eſſe,  
ut ex peræquatione nulla huic viro injuria  
inferatur.

*Alias  
CCXLVIII.*

## EPISTOLA XXXVII.

*Commendatur idem preſbyter, eademque de cauſa.*

**SINE inſcriptione, cauſa illius qui ſecum C**permaneat; ne benefica in omnes dignita-  
*fuerat enutritus.* tis tuæ præſentia, huic viro cauſa ſit & ori-  
go moleſtiæ. Sed quia etiamnum ex eadem

*Scripta  
ante epiſco-  
patum.*

**S**uſpectam jam habeo epiſtolarum multi-  
tudinem. Ac vehementer quidem;  
nec perentium importunitatem ferens; cla-  
mare cogor. Sed tamen ſcribo, cum aliam  
mei expediendi viam invenire non poſſim,  
quam ſi dem illis litteras flagrantibus ſubin-  
de a nobis. Vereor itaque ne quia multi lit-  
teras perferunt, unus e multis exiſtimetur  
& frater ille. Ego enim multos mihi in pa-  
tria amicos ac cognatos eſſe fateor, meque  
parentis loco conſtitutum eſſe propter digni-  
tatem illam, in qua ſum a Domino colloca-  
tus. Hunc autem collataneum habeo nu-  
tricis meæ unum filium, & precor, ut do-  
mus in qua fui enutritus, in eodem ſtatu

permaneat; ne benefica in omnes dignita-  
tis tuæ præſentia, huic viro cauſa ſit & ori-  
go moleſtiæ. Sed quia etiamnum ex eadem  
domo alor, nihil habens meorum, ſed cha-  
rorum ſuſtentatus facultatibus; precor ut  
huic domo, in qua nutritus ſum, ita par-  
cas, ut mihi alimenti copiam conſervatu-  
rus. Pro his te Deus æterna requie remune-  
ret. Atque illud etiam, quod omnium ve-  
riſſimum eſt, dignitati tuæ notum eſſe vo-  
lo, ſervitiorum partem maximam illum a  
nobis habuiſſe, hanc mercedem alimento-  
rum meorum parentibus meis ſuppeditanti-  
bus. Merces autem illa non eſt omnino do-  
num, ſed uſus per vitam. Quare ſi quid  
grave illis acciderit, licet ei illa ad me re-  
mittere, & ego via alia tributis ac exactori-  
bus ero obnoxius.

Alias  
XLIII.

Cum metueres Basilius, ne Gregorius frater, ut multi alii, essentiam ab hypostasi non satis secerneret; exponit ei quid intersit inter utrumque: ac tres hypostases, unam essentiam in Trinitate defendit, idque illustrat exemplo ex Iride petito. Explicat quo sensu Paulus splendorem gloriae & figuram hypostasis dixerit.

GREGORIO fratri de discrimine essentiae & hypostasis. A intellectu, ad proprietatum se converterit considerationem, per quas alterum ab altero separatur; non jam amplius ratio, per quam unumquodque cognoscitur, cum ea ratione, quae de alio profertur, per omnia consentiet, quamvis in aliquibus communitatem habere comperiatur.

Scripta videtur anno 369. aut 370.

I. Q Uoniam multi essentiam, quae communis est, in mysticis dogmatibus non secernentes ab hypostase ratione, in easdem recidunt notiones, nihilque existimant interesse, utrum essentia an hypostasis dicatur (unde etiam placuit nonnullis sine examine res ejusmodi admittentibus, ut unam essentiam, ita & hypostasim unam dicere: & vice versa, qui hypostases tres profitentur, etiam essentiarum divisionem secundum eundem numerum ex hac confessione statuendam esse putant) propterea ne tu quoque similia patiaris, brevem ea de re sermonem tibi commentarii loco confeci. Harum igitur vocum, ut paucis rem declarem, notio haec est.

Duo nomen generata.

2. Ex omnibus nominibus, alia de rebus pluribus & numero differentibus dicta, notionem quamdam magis generalem habent, velut *homo*. Qui enim hoc dixit, communi natura per id nomen indicata, non circumscriptit hac voce certum quemdam hominem, proprie isto nomine designatum. Non enim magis Petrus homo est, quam & Andreas, & Joannes, & Jacobus. Itaque communitas rei significatae similiter omnes, qui sub eodem nomine recensentur, comprehendens, subdivisionem postulat, per quam non hominem generatim, sed Petrum aut Joannem cognoscamus. Alia vero nomina magis peculiarem habent notionem, quam non communitas naturae consideratur in re significata, sed cujusdam rei circumscriptio nullam habens cum eo quod similis est naturae, in eo quod proprium est, communionem; exempli causa, Paulus, aut Timotheus. Non enim jam ejusmodi vox in naturam communem fertur, sed a generali significatione separans, rerum quarundam circumscriptarum notionem nominibus declarat. Itaque cum duobus aut etiam pluribus simul conjunctis, puta, Paulo, & Silvano, & Timotheo, inquiritur essentiae humanae definitio, non aliam quis in Paulo reddet essentiae rationem, aliam in Silvano, & aliam in Timotheo: sed quibus verbis Pauli essentia ostensa fuerit, eadem etiam aliis convenient; ac consubstantiales inter se sunt, qui eadem essentiae ratione designantur. Ubi vero quis eo, quod commune est,

Homines inter se consubstantiales.

bus intulit, sic ut natura quidem eo nomine ostendatur, subsistens autem res, & proprie nomine designata, minime significetur. Qui autem Paulum dixit, ostendit in re hoc nomine significata subsistentem naturam. Hoc igitur hypostasis est, non indefinita essentiae notio, quae ob communitatem rei significatae nullam sedem reperit, sed quae quod commune in aliqua re & incircumscripsum est, per conspicuas proprietates restringit ac circumscribit; quemadmodum & Scriptura ipsa solet simile quidpiam facere, cum in multis aliis locis, tum in historia Jobi. Nam quae ad ipsum attinent narratura, postquam primo id quod commune est commemoravit, & dixit, *homo*; statim dirimit per id quod proprium est, addendo *quidam*. Sed essentiae quidem descriptionem, ut sermonis proposito nihil conducentem reticuit: illud autem *quidam* propriis notis indicat, & locum referens & morum indicia, & quaecumque extrinsecus collecta distinctura illum erant, & a communi significato separatura; adeo ut perspicua in omnibus esset illius, cujus res gestae narrantur, descriptio, ex nomine, ex loco, ex animi proprietatibus, ex iis quae extrinsecus in eo conspiciantur. Quod si essentiae dedisset rationem, nulla sane fuisset eorum, quae dicta sunt, in naturae explicatione mentio. Eadem enim ratio fuisset ac de Baldad Sauchita, deque Sophar Minnaeo, & de singulis, quorum ibi mentio fit, hominibus. Quam igitur in nostris rebus agnovisti discriminis rationem inter essentiam & hypostasim, eam & ad divina dogmata transferens, non errabis. De Patris essentia quidquid tibi suggeret cogitatio (fas enim non est ad certam ullam ac definitam cogitationem animum sistere, eo quod persuasum sit hanc essentiam supra omnem esse cogitationem) id & de Filio intelliges, similiter & de Spiritu

3. Hoc igitur dicimus, quod proprie dicitur, id hypostasis nomine indicari. Qui enim hominem dixit, confusam quamdam ideam per indefinitam significationem auri-

Una essentia, tres hypostases explicantur.

ritu

Classis 17

ritu sancto. Nam ratio increati & incomprehensibilis una & eadem in Patre & in Filio & in Spiritu sancto est. Neque enim aliud magis est incomprehensibile, aut increatum, aliud minus. Quoniam autem oportet per proprias notiones inconfusam Trinitatis distinctionem habere; quod communiter consideratur, quale est, quod increatum dico, quod est supra omnem cogitationem, aut si quid ejusmodi; id nequaquam una assumemus ad proprietatem dijudicandam: sed requiremus tantum per quæ uniuscujusque notio dilucide & citra admistionem ab ea, quæ simul consideratur, sejuncta sit.

4. Itaque non abs re esse mihi videtur hoc pacto rationem investigare. Quodcumque ad nos ex divina potestate bonum venerit, omnia in omnibus efficientis gratiæ opus esse dicimus, quemadmodum ait Apostolus:

1. Cor. 12. 11.

*Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens sigillatim unicuique prout vult.* Inquirentes autem, an a solo sancto Spiritu bonorum largitio originem habens, ita ad dignos perveniat, rursus a Scriptura

Jo. 1. 3.

huc deducimur, ut largitionis bonorum, quæ Spiritus sanctus in nobis efficit, auctorem & causam unigenitum Deum esse credamus. Omnia enim per ipsum facta esse, & in ipso consistere a sancta Scriptura didicimus. Cum igitur ad hanc intelligentiam fuerimus eventi, rursus a divinitus inspirato adminiculo ceu manu ducti docemur, omnia ab illa quidem virtute ex nihilo produci, non tamen ab illa sine principio; sed quamdam esse virtutem ingenite & sine principio subsistentem, quæ causa est rerum omnium causæ. Nam ex Patre Filius, per quem omnia, quocum semper Spiritus sanctus inseparabiliter intelligitur. Non enim potest quisquam de Filio cogitare, qui non sit prius a Spiritu illustratus. Quoniam igitur Spiritus sanctus, a quo omnis in rem creatam bonorum largitio scaturit, Filio quidem cohæret ac conjunctus est, quicum simul sine ullo intervallo concipitur; habet vero esse ex ea causa, quæ Pater est, connexum, unde & procedit; illius secundum hypostasim proprietas hoc signo declaratur, quod post Filium & cum Filio cognoscitur, & quod ex Patre subsistit. Filius vero qui ex Patre procedentem Spiritum per sese ac secum notum facit; ac solus unigenite ex ingenita luce effulsit, nullam, quod ad signorum, quibus dignoscitur, proprietatem attinet, cum Patre aut Spiritu sancto communitatem habet: sed iis, quæ dixi, signis solus agnoscitur. Qui autem est super omnia Deus, præcipuam quamdam suæ hypostasis notam, quod Pater est, & quod nulla subsistit ex causa, solus habet, hæcque rursus indicio & ipse proprie cognos-

citur. Quapropter in essentiæ communitate dicimus nec cohærere, nec communicari posse quæ considerantur in Trinitate indicia, per quæ proprietas constituitur traditarum in fide personarum, unaquaque propriis indicibus discrete intellecta; ita ut ex dictis indicibus differentia hypostasim deprehendatur; at vero, quantum attinet ad id quod immensum est, quod comprehendi non potest, quod creatum non est, quod loco nullo circumscribitur, & reliqua ejusmodi omnia, discrimen nullum sit in vivifica natura:

in Patre, inquam, & Filio, & Spiritu sancto, sed continua quædam & indivisa societas in ipsis perspiciatur. Atque per quas quis cogitationes majestatem unius earum, quæ in Trinitate creduntur, personarum intellexerit, per easdem sine ullo prorsus discrimine procedet, in Patre, & Filio, & Spiritu sancto gloriam atque majestatem cernens: nullo spatio inter Patrem & Filium, & Spiritum sanctum intercedente, in quo mens velut vacuo obambulet. Nihil enim est, quod inter ipsos medium inseratur: neque præter

divinam naturam ulla alia res est subsistens, quæ ipsam a seipsa rei alienæ interpositu dividere queat; neque spatii cujuspiam non subsistentis vacuitas intercedit, quæ divinæ essentiæ harmoniam hiulcam efficiat, continuum interjectu vacui dirimens. Sed qui Patrem intellexit, & eum in seipso intellexit, & Filium animi perceptione simul est complexus: qui autem percepit Filium, a Filio Spiritum non separavit, sed consequenter quidem secundum ordinem, conjuncte vero secundum naturam, trium simul permixtam in seipso fidem expressit. Et qui Spiritum tantum dixit, comprehendit simul

Rom. 8. 9.

hac confessione & eum cujus Spiritus est. Et quia Christi est Spiritus, & ex Deo, quemadmodum dicit Paulus: ut ex catena extremum unum qui apprehendit, alterum etiam extremum simul attraxit: ita qui Spiritum attraxit, ut ait propheta, & Filium & Patrem per ipsum simul traxit. Quin etiam Filium si quis vere apprehenderit, habebit eum utrinque, hinc quidem Patrem suum, illinc vero Spiritum proprium una secum

adducentem. Neque enim a Patre qui semper est in Patre abscindi poterit, neque a proprio Spiritu umquam sejungetur qui in ipso efficit omnia. Similiter autem & qui Patrem recepit, simul quoque & Filium & Spiritum potestate recepit. Non enim potest ullo modo sectio aut divisio excogitari, ita ut aut Filius absque Patre intelligatur, aut Spiritus sejungatur a Filio: sed in his ineffabilis quædam & incomprehensibilis deprehenditur tum societas, tum distinctio, neque hypostasim differentia naturæ conjunctionem divellente, neque essentiæ communitate in-

dicio-

Iridis ex-  
emplo il-  
lustratur  
unitas ef-  
sentia &  
distinctio  
persona-  
rum.

diciorum proprietatem confundente. Ne mireris autem si idem & conjunctum, & discretum esse dicimus, & quamdam cogitamus, velut in ænigmate, novam & admirabilem, discretionem conjunctam, & conjunctionem discretam. Etenim si quis non ex contendendi & calumniandi studio sermonem audit, potest etiam in rebus, quæ sensu percipiuntur, quiddam simile inveniri.

5. Ac verba quidem mea accipite, ut exemplum & umbram veritatis, non ut ipsam rerum veritatem. Non enim fieri potest, ut omnino quadret id quod in exemplis speculamur, cum iis, ad quæ usus exemplorum adhibetur. Unde igitur dicimus discretum simul & conjunctum ex iis, quæ nostris sensibus conspicua sunt, spectari? Jam olim arcus in nube splendorem verno tempore vidisti; arcum illum dico, quem communis loquendi usus iridem vocare consuevit: quem quidem harum rerum periti dicunt conflari, tum cum admiscetur humor aliquis aeri; vi ventorum id quod in vaporibus humidum ac crassum est, effectum jam nebulosum, in pluviam exprimente ac resolvente. Ferunt autem fieri hoc modo. Ubi solis radius oblique id quod in nebula densum & opacum est, penetravit, deinde recta orbem suum in aliqua nube impressit; quidam luminis quasi repercussus ac reditus ad seipsum fit, splendore ab eo quod humidum & nitens est contrariam in partem reflexo. Quoniam enim ea inest flammeis fulgoribus natura, ut si in rem quampiam lævem inciderint, rursus reflectantur ad semetipsos; rotunda est autem solis figura, quæ per radium in humido lævique aere imprimitur; propterea necessario secundum solaris orbis figuram, aer etiam qui nubi proximus est, per splendescentem fulgorem circumscribitur. Itaque is fulgor & in se continuus & divisus est. Multicolor enim ac multiformis cum sit, secum variis tincturæ floribus latenter commiscetur, colorum inter se diversorum commissuram atque permissionem oculis nostris, nemine sentiente, surripiens; adeo ut non agnoscat medius intercedens cæruleum inter & rutilum locus, ac miscens per se & separans diversitatem colorum, aut rutilum inter & purpureum, aut istum inter & electrinum. Nam omnium splendores simul conspecti, & micant, & dum signa mutæ conjunctionis occultant, judicium effugiunt, ita ut deprehendi non possit quo usque pertineat id quod rutilum est, aut smaragdinum in fulgore, & unde incipiat non jam tale esse, quale in fulgore apparet. Quemadmodum igitur in hoc exemplo & colorum discriminaclare dignoscimus, & alterius ab altero intervallum sensu deprehendere non possumus; sic mihi, quæso, existima & de divinis

S. Basilii Oper. Tom. III.

dogmatibus rationem iniri posse; ita ut hypostaseon quidem proprietates, seu flos quidam eorum quæ in iride apparent, in singulis personis, quæ in sancta Trinitate creduntur, effulgeant: nullum vero, quod ad naturæ proprietatem attinet, intelligatur alterius ab altera discrimen, sed in essentiæ communitate proprietates, per quas unaquæque persona dignoscitur, in unaquaque resplendeant. Nam & illic in exemplo essentia, quæ multicolorem illum splendorem emittebat, & per solarem radium refringebatur, una erat: flos vero rei conspectæ, erat multiformis: nimirum ratione ipsa etiam per rem creatam nos docente, ut in dogmatis rationibus non conturbemur, si quando in quæstionem ad investigandum difficilem incidentes, in iis quæ dicuntur admittendis quasi vertigine laboremus. Quemadmodum enim in iis quæ oculis apparent, potior visa est causæ ratione experientia; ita & in dogmatibus captum nostrum longe transcendentibus, perceptione quæ ratiocinando comparatur, potior est fides, & separationem in hypostasi, & conjunctionem in essentia docens. Quoniam igitur aliud commune, aliud peculiare in sancta Trinitate consideravit nostra disputatio; communionis quidem ratio refertur ad essentiam, hypostasis vero proprium cujusque signum est.

6. Sed fortasse putat aliquis non congruere expositam de hypostasi doctrinam cum sententia Apostoli scripturæ, ubi de Domino dicit, eum splendorem gloriæ ipsius, & figuram hypostasis esse. Si enim hypostasim tradidimus esse proprietatum uniuscujusque concursum, illud autem confessum & exploratum est, quemadmodum in Patre aliquid proprie consideratur, per quod solus agnoscitur, ita idem eodem modo de Unigenito quoque credi; qui fit ut hoc loco Scriptura hypostasis nomen Patri soli adscribat, Filium vero formam dicat hypostasis, non suis, sed Patris insignibus & notis designatum? Etenim si hypostasis proprium existentia uniuscujusque signum est; Patris autem proprium illud esse, ut ingenitus sit, explorata res est, ac Patris tamen proprietatibus Filius figuratur ac designatur; igitur non jam proprium illud Patri manet, ut solus dicatur ingenitus; siquidem Patris proprietate ipsa etiam Unigeniti existentia designatur.

7. Sed nos hoc dicimus, ad aliud hoc loco propositum spectare Apostoli orationem, ad quod respiciens his usus est vocibus, *gloriæ splendorem* dicens, *et hypostasis figuram*: quod propositum si quis diligenter consideraverit, nihil reperiet his quæ diximus contrarium, sed sermonem ad singularem quamdam notionem revocatum. Non enim ut hypostases inter se ex signis conspicuis fecer-

Classis I.

Objicitur  
Filius dici  
figuram  
hypostasis  
Patris.

Heb. 1.3.

Explicatio  
objecti  
teimonii.

Etiam i. nantur, apostolica instituitur oratio, sed ut genuina indivisaque & consociata Filii ad Patrem relatio intelligatur. Quemadmodum enim non dixit: *Qui est gloria Patris* (quamquam veritas ita se habet) sed hoc prætermisso, ut explorato, non aliam quamdam gloriæ speciem in Patre, & aliam in Filio cogitandam esse docens, ipsius Patris gloriæ splendorem esse Unigeniti gloriam deternit; ex lucis exemplo perficiens, ut Filius cum Patre indivise intelligatur. Quemadmodum enim ex flamma quidem splendor, neque tamen flamma posterior, sed simul ut effulcit flamma, etiam lux simul resplenduit: sic vult etiam ex Patre quidem Filium intelligi, neque tamen ulla intervalli distantia a Patris existentia Unigenitum dirimi, sed semper una cum causa id quod ex causa est concipi. Eundem igitur ad modum, veluti sententiam prius expositam interpretans, etiam hypostasis figuram dicit, corporalibus nos exemplis ad invisibilium manu ducens intelligentiam. Quemadmodum enim etsi corpus omnino in figura est, alia figuræ, alia corporis ratio, ac si quis utriusvis horum tradat definitionem, neutiquam in eam quæ alterius est incidat; sed tamen etiam si ratione figuram a corpore discreveris, natura non admittit discretionem, sed alterum cum altero conjunctim intelligitur: ita rem explicari oportere censet Apostolus: quamvis fidei doctrina inconfusam ac discretam doceat hypostaseon differentiam, nihilominus tamen Unigeniti etiam cum Patre coherentiam ac veluti concretionem his verbis declarat; non quod in hypostasi quæque non sit Unigenitus, sed quod in sua cum Patre conjunctione nihil medium admittat, adeo ut quisquis animi oculis Unigeniti characterem intente respexerit, veniat etiam in hypostasis Patris intelligentiam; non tamen mutata aut permixta proprietate, quæ in ipsis consideratur, quasi vel Patrem genitum, vel Filium ingenitum animo fingamus, sed quod fieri non potest, ut si alter ab altero disjungatur, jam id quod reliquum fuerit, per se solum intelligamus. Nam fieri non potest, ut quis, Filio nominato, etiam non cogitet de Patre, cum appellatio hæc per relationem Patrem quoque simul indicet.

8. Quoniam igitur qui Filium videt, videt & Patrem, ut ait in Evangelio Dominus; propterea Unigenitum hypostasis Patris characterem esse pronuntiat. Et quo magis perspecta fiat hæc sententia, & alias Apostoli voces adjiciemus, in quibus Filium imaginem Dei invisibilis, & eundem rursus bonitatis ipsius imaginem esse dicit, non quod differat imago ab exemplari, si invisibilitatis bonitatisque habeatur ratio, sed ut perspicuum sit idem esse quod exemplar, etiam si aliud sit. Non enim possit imaginis ratio servari, nisi per omnia conspicuam ac cujuscumque differentię expertem habeat similitudinem. Proinde imaginis pulchritudinem qui perspexit, exemplar mente complectitur. Et qui Filii velut formam mente concepit, hypostasis paternæ expressit effigiem, illum per hunc videns, non ingeniti rationem quæ Patris est, in effigie cernens, (alioquin idem profusus esset, & non aliud) sed pulchritudinem ingenitam in genita intuens. Quemadmodum enim qui in puro speculo impressam formæ speciem perspexit, claræ expressi vultus cognitionem adeptus est: sic qui Filium cognoverit, effigiem paternæ hypostasis per Filii notitiam animo suscepit. Omnia enim quæ Patris sunt, conspiciuntur in Filio, & omnia quæ Filii sunt, in Patre manent, & totum rursus habet in semetipso Patrem. Quare Filii hypostasis quasi forma ac facies est, qua Pater cognoscitur: & Patris hypostasis in forma Filii agnoscitur, manente quæ in illis consideratur proprietate ad claram hypostaseon distinctionem.

## E P I S T O L A XXXIX.

*Basilium invitatur Julianus ut ad se veniat.*

## JULIANUS BASILIO.

**N**on bellum denuntiat, ait proverbium: at ego addam etiam illud comædiæ veteris: *o nuntium verborum aureorum!* Age igitur, re ipsa ostende, & ad nos quamprimum advola. Certe amicus ad amicum venies. Publica ac assidua circa negotia occupatio videtur quidem quodam modo molesta esse iis, qui perfunctorie id agunt: qui vero diligentiam adhibent, modesti sunt, ut mihi persuadeo, ac prudentes, & prorsus ad omnia idonei. Quare sumo mihi relaxatio-

nem, ita ut liceat nihil negligenti etiam requiescere. Vivimus enim inter nos non cum sola aulica simulatione, quam te credo hætenus expertum esse; ex qua qui laudant, majori odio prosequuntur, quam inimicissimos; sed cum decenti invicem libertate arguentes cum opus est & reprehendentes, non minus diligimus inter nos, quam qui maxime amici sunt. Ex eo accidit (quod sine invidia dicere liceat) ut dum relaxamur, seria agamus: & dum seria agimus, minime fatigemur, & secute dormiamus: siquidem & vigilans, non pro me magis quam pro cæteris

ris omnibus, ut par est, vigilo. Hæc apud te fortasse nugatus sum, & effutivi levitate quadam animi : (me ipsum namque, sicut Astydamas, collaudavi.) Verum tamen ut tibi persuadeam conspectum tuum, sapientis videlicet hominis, magis nobis profutu-

rum, quam impedimenti quidquam allaturum, hæc scripsi. Propera igitur, ut dixi, publico ufurus cursu : cumque apud nos, quantum tibi videbitur, fueris; tum quo voles a nobis, ut decet, dimissus proficisceris.

Class. I.

## E P I S T O L A XL.

Alias  
CCVII.

*Justat Julianus lenitatem suam, potentiam ac dominatum, spem saporis sub leges mittendi cum Indis, & Saracenis, originem denique ex Constantio; & Basilium impudentiæ accusat, quod talem se spernat. Leniter edicit, ut sibi Cæsarea transeunti mille auri libræ præsto sint. Minatur Basilio, nisi id fecerit. Addit se intellexisse quæ legit & condemnasse.*

## JULIANUS BASILIO.

**I**nitam mihi a puero lenitatem & humanitatem hæcenus præ me ferens, omnes qui sub sole degunt in meam potestatem redege. Ecce enim barbaræ omnes nationes, quæ ad Oceani usque limites incolunt, ad meos pedes munera perferunt. Similiter autem & Sagadares qui ad Danubium habitant, pulchrivaripuriformes, quorum aspectus speciei humanæ similis non est, sed forma prorsus efferata, ii nunc meis pedibus advolvuntur; & quæ meo imperio conveniunt, facturos pollicentur. Neque huc dumtaxat feror: sed oportet me quam celerime in Persidem venire, & Saporem illum Darii nepotem profigare, donec mihi vectigalis ac tributarius fiat: ac simul etiam vicina Indorum ac Saracenorum regio devastanda, donec hi omnes mihi primas concedentes, vectigalia & tributa pendant. Tu vero supra horum potentiam sapis, pietate indutum te esse dictitans, sed præ te ferens impudentiam, & ubique me Romanorum impe-

rio indignum esse divulgans. Nonne ipse nosti me, Constantii illius potentissimi nepotem esse? Quamvis autem hæc de te sic cognoverim; non tamen discedo a priore illi animi affectione, quam ego & tu adhuc ætate juvenes communem inter nos habuimus. Sed placido ac sereno animo tibi edico, ut auri libras mille mihi abs te mittantur cum Cæsarea transibo, & adhuc publicum iter tenebo, quam citissime ad Persicum bellum contendens; ac profecto, nisi tu hoc feceris, paratus sum Cæsaream totam destruerè, & antiqua illius ornamenta evertere; ac ibi & templa & statuas erigere; adeo ut omnibus persuadeam, ut morem gerant Romanorum imperatori, nec efferantur. Itaque memoratum aurum numero campano ponderans & admetiens, tuto, per unum aliquem ex fidelibus tuis familiaribus ad me mittas, illudque tuo annulo obsignes; ut cognoscente te tandem aliquando, licet fero, nullum veniæ locum esse, ego delictis tuis placet. Quæ autem legi, intellexi & condemnavi.

## E P I S T O L A XLI.

Alias  
CCVIII.  
& CCIX.

*Juliani impietatem liberrime arguit Basilius, ridet auri summam homini verbis viventi imperatam. Negat ei impie in Deum se gerenti profuturam legem in veneficos latam. Denique pronuntiat eum non intellexisse quæ legit; si enim intellexisset, condemnaturum non fuisse.*

## BASILIUS AD HÆC JULIANO.

**E**xigua sunt tua præsentis fortunæ præclare facta: improba vero quæ contra nos egregie gessisti, vel potius non contra nos, sed contra temetipsum. Ego enim contremisco, cum in mentem venit te purpura indutum, ac tuum infame caput corona redimitum esse, quæ sine pietate non ornat imperium tuum, sed ignominia aspergit. Tu porro excelsus, & supra modum magnus effectus, posteaquam scelesti ac omnis virtutis &onestatis hostes dæmones te in hoc pertraxerunt, non solum supra omnem

humanam naturam sentire coepisti, sed etiam in Deum verticem tollere, ac Ecclesiam omnium matrem ac nutricem injuria afficere, significans mihi, homini vilissimo, ut auri libras mille ad te mittam. Et auri quidem pondus animum meum non percussit, quamvis valde magnum sit; sed amaras mihi lacrymas excussit, ob hanc tuam celeritatem perniciem. Nam mecum ipse confidero, me & tuam strenuitatem sacras ac optimas litteras simul didicisse. Nimirum evolvimus uterque sanctas ac a Deo inspiratas scripturas, atque tunc nihil te latuit. Nunc vero indecorus factus es, ejusmodi

S. Basilii Oper. Tom. III.

I 2 cla-

*Elasus i.* elatione animi veluti castris circumclusus. A sublato interitum; atque a vobis iudicatum  
*Basilii pau- peritas.* Noveras nos nudius tertius, serenissime, pecuniarum copiam cupidos non esse; & tamen nunc mille auri libras a me petivisti. Velis nobis, serenissime, parcere; qui tantum possidemus, quantum, si hodie comedere voluerimus, nobis non sufficiet. Cessat apud nos, ut par est, coquorum ars: nec eorum culter sanguinem attingit. Ciborum nostrorum optimi, quibus affluimus, herbarum folia sunt cum pane asperrimo, & vino acescente: ne scilicet stupentes sensus nostri ob ventris ingluviem in vesania versentur. *Juliani lex adversus veneficos.*  
 2. Nunciavit & illud mihi Lausus spectabilis tuus tribunus, ac sincerus mandatorum tuorum minister, accessisse mulierem quamdam ad tuam serenitatem ob filii veneno

*Alas h.*

## EPISTOLA XLII.

*Chiloni demonstrat auctor epistolæ non satis esse recte incipere, sed in perseverantia omnia esse posita: plura tradit solitariae vitæ præcepta, in his ut non statim ad summam perfectionis se intendat, sed paulatim progrediatur. Cavendum in primis monet, ne per speciosam causam recte in seculo vivendi & spirituales conventus obeundi, solitudinis fastidium obrepat.*

## AD CHILONEM DISCIPULUM SUUM.

*Non satis est præclare incipere.*  
 1. **S**alutaris rei auctor ero tibi, germane frater, si libenter a me consilium de rebus agendis acceperis: ac de his maxime, de quibus ipse rogasti ut tibi consilium daremus. Nam solitariam quidem vitam incipere multi fortasse ausi sunt: sed rem, ut par est, absolvere pauci profecto elaboraverunt. Ac omnino non in proposito solum consistit exitus: sed in exitu laborum fructus. Nulla ergo utilitas, non properantibus ad propositi finem, sed initio solo monachorum vitam circumscribentibus: quin etiam & deridendum relinquunt suum ipsorum propositum, in ignavia & levitatis crimen apud externos incurrentes. Nam & de talibus Dominus *Execl. 18. 26. & 27.*  
*Execl. 18. 26. & 27.*  
 dieit: *Quis volens domum edificare, non prius sedens computat sumtum, an habeat quibus opus sit ad absolvendum? ne posteaquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, incipiant illudere ei prætereuntes, dicentes: Hic homo fundamentum posuit, & non potuit consummare.* Initium igitur alacrem ac promptum in virtute progressum habeat. Etenim generosissimus athleta Paulus nolens nos de vita bene ante acta securos otari, sed quotidie ultra progredi, ait: *Quæ retro sunt obliviscens, ad ea vero quæ sunt priora extendens meipsum, juxta scopum persequor ad brevium supernæ vocationis.* Nam talis est tota hominum vita non contenta iis quæ præcesserunt, sed nutrita non magis præteritis quam futuris. Quid enim prodest homini hesternæ ventris satietas, hodie infirmitate fame conveniens cibi solatium non inveni-  
 niente? Sic igitur neque animæ lucrum ullum ex recte facto hesterno, quod ab hodierno opere justo deseritur. *Qualem enim, inquit, reperio te, talem te iudico.*  
 2. Itaque vanus est iusti labor, inculpati item sunt peccatoris mores, superveniente immutatione, alteri quidem a virtute ad vitium, alteri autem a vitio ad virtutem translato. Hæc & Ezechielem velut ex persona Domini docentem audire licet. *Si enim, inquit, justus declinans deliquerit, non recordabor eorum quæ juste fecit antea: sed in peccato suo morietur.* Dicit autem id ipsum & de peccatore: *Si considerans fecerit justitiam, vivet in ipsa.* Quo enim tot ac tanti labores famuli Moïsi, cum ipsum vel unius momenti contradictio terræ promissæ aditu arcuerit? Quo & Giezi cum Elisæo convictus, cum sibi lepram pecuniæ amore asciverit? Quid & sapientiæ multitudo Salomonem juvit, tantisque Dei amor præteritus, cum postmodum insano mulierum amore delapsus sit in idololatriam? Sed neque beatum Davidem mentis aberratio inculpatum dimisit, ob admissum in uxorem Uriæ peccatum. Satis autem esset & Judæ a virtute ad vitium lapsus, ad eum, qui vitam secundum Deum agit, communiendum: qui tam diu Christi discipulus, postea magistro ob exiguum lucrum divendito, sibi ipse laqueum paravit. Illud itaque perspectum tibi sit, frater, non eum qui bene incipit, perfectum esse: sed qui bene definit, eum esse Deo probatum. Ne igitur dederis, frater, somnum oculis, neque



neque palpebris tuis dormitationem, ut sal-  
vus fias velut dama ex cassibus, & velut avis  
ex laqueis. Considera per medios te laqueos  
transire, & supra excelsum murum ambula-  
re, ex quo periculosus cadenti lapsus. Qua-  
propter ne statim ad vitæ asceticæ apicem re-  
metipsum intendas: maxime vero ne tibi  
ipse confidas, ut ne ob imperitiam ex sum-  
mo ascetici instituti labaris. Nam satius fu-  
erit paulatim proficere. Itaque voluptates  
vitæ sensim subtrahe, tuam omnem consue-  
tudinem delens, ne forte si subito omnes si-  
mul voluptates irritaris, tibi ipse turbam  
tentationum accersas. Cum autem unum  
voluptatis morbum vi superaveris, accinge  
te ad voluptatem aliam debellandam; & ita  
demum voluptates omnes tempestive doma-  
bis. Nam voluptatis quidem nomen unum,  
sed res diversæ. Sis itaque primum, frater,  
in tentatione omni patiens. Qualibus autem  
tentationibus fidelis probatur, damnis mun-  
danis, criminationibus, mendaciis, contu-  
macia, obrectationibus, persecutionibus?  
His & similibus probatur fidelis. Deinde sis  
etiam quietus, non præceptis verbis, non liti-  
giosus, non in contentionem pronus, non  
cupidus gloriæ vanæ, non effluens arcana,  
sed fide dignus, non in sermone multus, sed  
esto semper non ad docendum, sed ad discen-  
dum paratus. Ne curiose de vita mundana  
inquiras, unde nihil tibi accessurum sit emol-  
umentum. Ait enim: *Ut ne loquatur os meum  
opera hominum.* Qui enim ea quæ peccato-  
rum sunt lubens loquitur, cito in se exsusci-  
tat voluptates. Imo potius curiosus sis in vi-  
ta justorum exquirenda: ita enim tibi ipse  
comparabis utilitatem. Ne sis tui ostenden-  
di cupidus, pagos aut domos circumcursans;  
sed hæc ut animarum laqueos fuge. Si quis  
autem te ob multam pietatem, in domum  
suam multis de causis invitet, discat qui ta-  
lis est fidem Centurionis sequi, qui, cum  
Jesus curationis ergo ad ipsum properaret,  
deprecatus est his verbis: *Domine, non sum  
dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum  
dic verbum & sanabitur puer meus.* Cum au-  
tem ei Jesus dixisset: *Vado, sicut credidisti,  
fiat tibi:* puer illa ipsa hora sanatus est. Hoc  
itaque tibi notum sit, frater, non Christi  
præsentia, sed petentis fide liberatum fuisse  
ægroantem. Ita & nunc precante te in quo  
fueris loco, & ægroto credente se precibus  
tuis adjutum iri, evenient illi omnia ex sen-  
tentia.

3. Plus autem quam Dominum propin-  
quos tuos non diliges. *Qui enim, inquit,  
patrem, aut matrem, aut fratres supra me di-  
ligit, non est me dignus.* Quid vero sibi vult  
Domini mandatum? *Si quis, inquit, non  
tollit crucem suam, & sequitur me, non potest  
meus esse discipulus.* Quod si iis qui sanguine

A tibi conjuncti sunt, una cum Christo mor-  
tuus es, quid rursus vis cum illis versari?  
Sin autem quæ destruxisti propter Christum,  
rursus ædificas propter cognatos tuos, præ-  
varicatorem teipsum constituis. Ne igitur  
ob affinium tuorum usus a loco tuo recedas:  
recedens enim a loco tuo, fortasse a moribus  
tuis recedes. Non amator sis turbæ, non ru-  
ris, non civitatum, sed solitudinis: apud  
te metipsum manens semper citra ullam  
mentis aberrationem; precationem & psal-  
modiam opus tuum esse existimans. Neque  
etiam lectiones negligas, Testamenti Novi  
maxime, propterea quod sæpe ex Veteri Te-  
stamento oritur detrimentum: non quod  
scriptæ sint res noxiæ, sed quod eorum qui  
læduntur, mens infirma. Omnis enim pa-  
nis ad alendum idoneus; sed nocet infirmis.  
Sic igitur omnis Scriptura divinitus inspira-  
ta est atque utilis, nec in ea quidquam in-  
quinatum; nisi quod quis inquinatum esse  
putat, id ipsi inquinatum est. Omnia autem  
proba, quod bonum est tene: ab omni spe-  
cie malæ abstine. Omnia enim licent, sed  
non omnia expediunt. Itaque his quibuscum  
versaris nulla in re sis offendiculo, sis lætus,  
fratrum amans, blandus, humilis, non ex-  
cidens hospitalitatis proposito per edulio-  
rum lautitiam, sed præsentibus contentus,  
nihil a quoquam ultra quotidianum solita-  
ritæ vitæ usum accipias: ac præsertim fuge  
aurum velut animæ insidiatorem, & pecca-  
ti patrem, ac diaboli ministrum. Te ipse  
avaritiæ obnoxium ne constitueris, obtentu  
ministerii erga pauperes. Si quis autem ego-  
norum gratia afferat tibi pecunias, & aliquos  
noveris indigere, ei ipsi cui sunt pecuniæ,  
consilium da, ut fratribus indigentibus di-  
stribuat, ne forte conscientiam tuam coin-  
quinent acceptæ pecuniæ.

4. Voluptates fuge: prosequere continen-  
tiam. At corpus quidem laboribus exerce:  
animam vero assuescito tentationibus. Pro-  
certo tenens corporis & animæ dissolutionem  
mali cupiscumque esse liberationem, bono-  
rum æternorum expecta fruitionem, cujus  
omnes sancti effecti sunt participes. Tu ve-  
ro indefinenter expendens ac librans, diabo-  
lico suggestui oppone piam cogitationem, ei  
velut in trutina momento lancis præponde-  
ranti cedens. Et præsertim cum prava insur-  
gens cogitatio dixerit: *Quæ utilitas degendi  
in hoc loco? Quod lucrum secessus ab homi-  
num societate? An ignoras constitutos a Deo  
episcopos ecclesiarum Dei cum hominibus  
ex more vivere, & spiritales indefinenter  
celebrare conventus, quos qui obeunt plu-  
rimum percipiunt utilitatis? Illic enim Pro-  
verbiorum aperiuntur ænigmata: explican-  
tur apostolica documenta: exponuntur evan-  
gelicæ sententiæ, theologia auditur; illic*

con-

Non statim  
assurgen-  
dum ad  
summum  
perfectio-  
nis.

Classis I.

Scriptura-  
rum lectio,  
maxime  
Novi Te-  
stamenti.

2. Tim. 3.  
16.

1. Thes. 5.  
21.

1. Cor. 6. 12.

Non eum-  
dem in do-  
mos eorum  
qui rogant  
ut fanen-  
tur.  
Matth. 8. 8.

Luc. 14. 27.

Cogitatio  
relinquen-  
da solitu-  
dinis, ob-  
tentu ma-  
joris utili-  
tatis.

**C**lassis I. congressus fratrum spiritualium, magnam A  
 occurrentibus ex vultus aspectu utilitatem  
 præbentium. Tu autem te ipse a tantis bo-  
 nis effecisti alienum, atque hic desides bel-  
 luarum in morem efferatus. Vides enim hic  
 solitudinem magnam; inhumanitatem non  
 modicam, penuriam doctrinæ, disjunctio-  
 nem a fratribus, ac spiritum erga Dei man-  
 datum valde inertem ac socordem. Cum igitur  
 talibus ac tantis te speciosis rationibus  
 prava insurgens cogitatio frangere voluerit;  
 opponere ei per piam ratiocinationem ipsius  
 rei experientiam, dicens: Quandoquidem B  
 tu mihi dicis bona esse quæ in mundo sunt,  
 propterea ego illuc transmigravi, indignum  
 me ipsum judicans mundi bonis. Sunt enim  
 mundi bonis mala admixta, ac longe exsu-  
 perant mala. Nam cum aliquando accessis-  
 sem ad spirituales conventus, in unum fra-  
 trem vix tandem incidi, qui Deum timere  
 videbatur; sed is tenebatur sub diabolo; at-  
 que ex ipso audivi lepidos sermones, & con-  
 fictas ad obvios quosque decipiendos fabulas.  
 Multos post ipsum offendi fures, raptores,  
 tyrannos. Vidi ebriorum speciem indeco-  
 ram: vidi sanguinem oppressorum. Vidi  
 quoque mulierum pulchritudinem, qua pu-  
 dicitia mea torquebatur. Ac fornicationis  
 quidem opus effugi: sed virginitatem meam  
 cordis cogitatione inquinavi. Et multos qui-  
 dem sermones animæ utiles audivi: sed ta-  
 men nullum apud magistrum reperi dignam  
 sermonibus virtutem. Post hoc rursus audi-  
 vi innumerabiles tragœdias, quæ effemina-  
 tis modis animum subibant. Rursus audivi  
 citharam suaviter resonantem, plausum sat-  
 tantium, scurrarum vocem, stoliditatem D  
 multam, facetias, turbæ immensæ clamo-  
 rem: Vidi lacrymas spoliatorum, dolores  
 eorum qui abducebantur a tyrannide, ejula-  
 tum eorum qui torquebantur. Et vidi, &  
 ecce non erat conventus spiritualis, sed ma-  
 re ventis agitatum ac turbatum, omnes si-  
 mul fluctibus suis tentans obruere. Dic mi-  
 hi, o cogitatio mala, & temporariæ volu-  
 ptatis ac vanæ gloriæ dæmon, quid mihi est  
 lucri, si hæc & spectem & audiam, cum nul-  
 li eorum quibus injuria fit, opem ferre que-  
 am: neque liceat mihi imbecilles defendere, E  
 aut errantes corrigere: imo etiam insuper  
 me ipse forte perditurus sim. Quemadmo-  
 dum enim paululum aquæ puræ magna ven-  
 ti procella ac pulvere dissipatur: sic quæ no-  
 bis videmur præclare in sæculo facere, ma-  
 lorum multitudine obruantur. Nam tragœ-  
 diæ, velut pali, in cordibus eorum qui in  
 sæculo sunt, per lætitiæ ac gaudium infi-  
 guntur, ut psalmodiæ puritati tenebras of-  
 fundant. Porro ejulatus gemitusque homi-  
 num injuriam a tribulibus patientium pro-  
 feruntur, ut pauperum ostendatur patientia.

Quomodo  
 hæc tenta-  
 tio repel-  
 lenda.

Sæculi ma-  
 lorum des-  
 criptio.

5. Quæ igitur mihi alia utilitas, nisi certe  
 animæ damnum? Itaque eam ob causam ego  
 velut passer transmigro in montes. Sum  
 enim sicut passer ex laqueo venantium libe-  
 ratus. Etenim in hac solitudine dego, o ma-  
 la cogitatio: in qua Dominus versatus est.  
 Hic quercus Mambre: hic scala ferens ad  
 cœlum, & angelorum castra a Jacob conspe-  
 cta: hic solitudo, in qua populus purifica-  
 tus legem accepit, & ita deam in terram  
 promissionis ingressus Deum vidit. Hic mons  
 Carmelus, in quo Elias commorans placuit  
 Deo: hic campus, in quem cum Esdras se-  
 cessisset, omnes libros divinitus inspiratos,  
 Deo jubente, eructavit. Hic solitudo, in  
 qua beatus Joannes locustas edens, homini-  
 bus poenitentiam prædicavit. Hic mons Oli-  
 varum, in quem cum Christus ascendisset  
 oravit, orare nos docens. Hic Christus so-  
 litudinis amator. Ait enim: *Ubi duo sunt*  
*aut tres congregati in nomine meo, ibi sum in*  
*medio eorum.* Hic angusta & arcta via, quæ  
 ducit ad vitam. Hic doctores, & prophetæ,  
 in solitudinibus errantes ac montibus, spe-  
 luncisque & foraminibus terræ. Hic Aposto-  
 li & Evangelistæ, & monachorum semota  
 ab urbibus vita. Hæc itaque ultro suscepi,  
 ut consequar quæ Christi martyribus & om-  
 nibus aliis sanctis promissa sunt; ut vere ac  
 citra mendacium dicam: *Propter verba labio- Psal. 164*  
*rum tubrum ego custodivi vias duras.* Novi  
 enim charum Deo Abraham qui voci Dei  
 obsequutus est, & in solitudinem migravit;  
 & Isaac potentia oppressum, & Jacob patri-  
 archam peregrinantem: pudicum Joseph  
 divenditum: pueros tres abstinentiæ inven-  
 tores, qui adversus ignem pugnarunt: Da-  
 nielem semel & iterum in fossam leonum  
 coniectum: Jeremiam libere loquentem,  
 cœni lacui addictum: Esaiam arcanorum  
 spectatorem, serra sectum: abductum in ca-  
 ptivitatem Israelem: Joannem adulteri ob-  
 jurgatorem, capite truncatum: martyres  
 Christi de medio sublatos. Et quid pluribus  
 moror? ubi & ipse salvator pro nobis crucifi-  
 xus est, ut morte sua vivificaret nos, &  
 unumquemque nostrum ad patientiam inci-  
 taret ac traheret. Ad hunc festino, & ad Pa-  
 trem, & ad Spiritum sanctum. Legitimus  
 inveniri conor, indignum memet judicans  
 mundi bonis. Cæterum neque ego propter  
 mundum, sed mundus propter me. Hæc  
 igitur apud temetipsum reputans, eaque di-  
 ligenter, ut tibi dictum est, exsequens, de-  
 certa pro veritate usque ad mortem. Ete-  
 nim Christus ad mortem usque factus est ob-  
 ediens. Sed & Apostolus dicit: *Videte ne*  
*quando sit in illo vestrum cor pravum, ut de-*  
*sciscat a Deo vivente: sed exhortemini vos in-*  
*vicem, & edificate singuli singulos, quam-*  
*diu dicitur dies hodiernus.* Nam dies hodie-  
 nus

Laus solit-  
 tudinis.

Esdras om-  
 nes libros  
 Scripturæ  
 Dei manda-  
 to eructa-  
 vit.

Matth. 18.  
 20.

Psal. 164.

Hebr. 3. 12.

nus significat totum vitæ nostræ tempus. Sic A que exhilarabis, & Deum glorificabis in sæcula sæculorum, Amen. Class. I.

## EPISTOLA XLIII.

*Basilii, seu quivis alius epistolæ auctor, evangelica præcepta solitariis breviter exponit.*

## ADMONITIO AD JUNIORES.

Alias  
II.

**D**isce tu qui solitariam vitam degis, qui- que fidelis homo ac pietatis cultor es, & edocere evangelicum vivendi genus, corporis in servitutem redactionem, spiritum humilem, mentis puritatem, iræ extinctionem. Coactus insuper adde propter Dominum: damno affectus, ne litiges: odio habitus, dilige: persecutione appetitus, susti-

neto: male audiens obsecra. Sis peccato mortuus: sis una cum Deo crucifixus: curam omnem transfer in Dominum, ut reperiaris ubi angelorum sunt myriades, primogenitorum conventus, Apostolorum throni, Prophetarum præcellentes sedes, sceptrâ Patriarcharum, Martyrum coronæ, justorum præconia. Inter hos justos ut tu ipse annumereris, concupisce, in Christo Jesu Domino nostro. Ipsi gloria in sæcula, Amen.

## EPISTOLA XLIV.

Alias  
III.

*Lapso monacho auctor epistolæ primum peccati magnitudinem, deinde misericordiam divinam ante oculos ponit, & ut ad se veniat, benigne hortatur.*

## AD MONACHUM LAPSUM.

**S**alutem non dicimus, quia non est salus impiis. Adhuc enim incredulus sum, nec in pectus meum intrat tantum nefas ac magnum facinus, quod admisisti: si quidem res, uti jam omnibus manifesta est, ita sese habet. Admiror enim quomodo sapientia tanta absorpta sit, quomodo tam accurata vivendi ratio dissoluta: unde circumfusa fuerit cæcitas tanta: quomodo nihil prorsus considerans, talem ac tantam animarum perniciem induxeris. Id enim si verum est, tradidisti & tuam ipsius animam barathro, & omnium qui impietatem hanc audiunt, robur exsolvisti. Irritam fecisti fidem: aberrasti a certamine bono. Quapropter doleo tua causa. Quis enim sacerdos, ubi audierit, tua causa non lamentabitur? quis ecclesiasticus non plangit? quis laicus tristitia non afficitur? quis monachus non moeret? Forte etiam sol ob tuum lapsum obscuratus est, & virtutes cælorum commotæ sunt ob exitium tuum. Quin & lapides sensu expertes insaniam tuam desleverunt: ploravere quoque inimici ob iniquitatis tuæ magnitudinem. O magnam cæcitatem! O miram crudelitatem! Deum non timuisti: homines reveritus non es: non te amici moverunt: sed simul omnium naufragium fecisti: simul spoliatus es omnibus. Quocirca iterum causa tua, miser, doleo. Qui regni violentiam atque difficultatem omnibus annuntiabas, regna excidisti. Qui doctrinæ motum omnibus incutiebas, Dei non habuisti timorem ob oculos tuos. Qui sanctimoniam prædicabas, scelestus deprehenderis. Qui de paupertate gloriabare, pecuniarum

inventus es raptor. Qui imminens a Deo supplicium differendo ostendebas, tibi ipse caccersivisti supplicium. Quomodo te lugebo? Quomodo tua causa dolebo? Quomodo excidit lucifer qui mane oriebatur, & contritus est in terra? Cui libet audienti auris utraque tinniet. Quomodo Nazareus auro splendidior, fuligine factus est obscurior? Venerandus filius Sion, quomodo factus est vas inutile? Cujus in sacris Scripturis legendis prædicabatur memoria ab omnibus, ejus hodie memoria cum sonitu perit. Qui erat ingenio acri & veloci, velociter interit: præditus prudentia multiplici, multiplex peccatum perpetravit. Quibus enim profuit doctrina tua, si ex tuo exitio damnum acceperit. Qui aures colloquiis tuis adhibuerunt, obturavere perniciem tua audita. Ego vero lamentans tristemque vultum præ me ferens, & undelibet exsolutus, & cinerem velut panem comedens, sacco in plagam meam injecto, tibi ejusmodi præconia recenseo: imo potius orationem funebrem componens, consolationem nullam, nullamque medelam admitto; quippe abscondita est ab oculis meis consolatio, nec est fomentum apponere, neque oleum, neque ligamenta. Est enim plaga mea doloris plena: unde sanabor?

2. Si qua igitur adhuc spes tibi superest salutis: si qua exigua Dei recordato, si quod desiderium futurorum bonorum, si quis metus suppliciorum, quæ servata sunt non penitentibus, resipisce velociter: attolle oculos tuos in cælum, intellige, desiste a tua nequitia, excute circumfusam tibi ebrietatem, insurge in eum qui te prostravit. Fortiter conare e terra resurgere. Recordare boni

Misericordiam spes ostenditur.

Peccati & scandali magnitudo.

Classis 1.

Jerem. 8. 4.

Ezech. 18. 32.

Prov. 18. 3.

Psal. 1. 1.

Alias  
171

boni pastoris, qui persequens eruet te. Etiam si super sint crura duo, aut auriculæ summimas, resili ab eo qui te vulneravit. Memor esto miserationum Dei, qui curat oleo & vino. Ne desperes salutem. Revoca in memoriam quæ scripta sunt, nempe lapsum resurgere, aversum converti, percussum curari, a bestiis captum liberari, confitentem non rejici. Non enim vult Deus mortem peccatoris, quemadmodum vult converti ipsum, & vivere. Ne contemseris, velut in malorum profundum collapsus. Tempus patientiæ est, tempus lenitatis, tempus curationis, tempus emendationis. Lapsus es? exsurge. Peccasti? desine. Ne stes in via peccatorum, sed resili. Nam cum conversus ingemueris, tunc servabere. Est enim ex laboribus sanitas, & salus ex sudoribus. Vide igitur ne forte, dum servare vis quæ

acum nonnullis pactuses; inita cum Deo pacta, quæ coram multis testibus professus es, transgrediare. Ne igitur ob humanas quasdam ratiocinationes cuncteris ad me venire. Ego enim receptum mortuum meum lugebo, ego curabo, ego amare flebo super contritione filiarum generis mei. Excipient te omnes, omnes se tibi laborum socios adjungent. Ne despondeas animum: memor sis dierum antiquorum. Est salus: est emendatio. Confide; ne desperes. Non est lex citra misericordiam morte condemnans, sed gratia differens pœnam, exspectans emendationem. Nondum occlusæ sunt fores: audit sponsus non dominatur peccatum. Redintegra de novo luctam: ne moreris, sed tui ipsius & omnium nostrum miserere in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria & imperium nunc & semper in sæcula sæculorum, Amen.

Pacta cum  
Deo coram  
multis  
testibus  
im-  
ta.

## E P I S T O L A XLV.

*Cum quidam relictis magnis opibus monasticam vitam amplexus esset, ac postea ex summo pietatis fervore in adulterium & alia scelera incidisset, auctor epistolæ, qui cum eo Hierosolymis commoratus fuerat, peccati & scandali magnitudinem ei exponit, simulque spe misericordiæ divinæ, & exemplo Judæorum ac Gentilium, qui tunc ad Dei cultum compellebantur, ad certamen revocat.*

## AD MONACHUM LAPSUM.

**D**uplex timor subiit mentis meæ sinus tua causa. Aut enim præoccupans me immisericors quidam animi motus in crimen inhumanitatis conjicit: aut rursus misereri volentem, etiam ut ad vitia remollescam, male convertit. Quare & hanc meam epistolam exaraturus, manum quidem torpescentem ratiocinationibus corroboravi, sed vultum ex concepta propter te tristitia anxium mutare non potui: tanto mihi, tua causa, incusso pudore, ut oris etiam flexus, labiis meis in luctum conversis, statim concideret. Hei mihi, quid scribam, aut quid cogitem in trivio constitutus? Si mihi prioris tuæ vanæ vivendi rationis veniat in mentem, cum circumfluere te divitiarum, ac humi repens gloriola, horreo: cum adulatorum te sequeretur multitudo, fruererisque brevi ac temporaria voluptate, non sine manifesto periculo & iniquo quæstu: & partim quidem magistratum timor te de salute cogitantem exagitaret: partim vero publicorum negotiorum tumultus tuam interturbarent domum, atque malorum frequentia mentem tuam ad eum, qui opitulari tibi poterat, retorqueret: cum paulatim Servatorem circumspicere meditareris, timores quidem tibi ad tuam utilitatem inferentem, liberantem vero ac protegentem te, quærei, dum in tuto esses, illuseras: cum te ad innovandos acquirendosque honestos

mores exerceres, periculosissimam tuam opulentiam nihili faciens, reique familiaris curam & uxoris consuetudinem refugiens. Quin etiam totus sublimis, velut peregrinus & erro, agris & civitatibus peragratis, petisti Hierosolyma, ubi & ipse tecum commoratus ob athleticos te labores beatum prædigabam, cum per septenarios circulos jejunos perseverans Deo philosophareris, simulque congressus humanos veluti in fugam conversus devitares, atque tranquillo ac solitario vivendi genere tibi parato, civiles tumultus declinares. Præterea corpus tuum cilicio aspero lancinans, & zona dura adstringens Dumbos tuos, patienter ossa tua atterebas. Quin & ilia inedia concavans, ea usque ad dorsum partes laxa effecisti, atque fasciarum molli rejecto usu, abdomen intrinsecus cucurbitæ in morem contractum, renibus adhærescere cogebas. Ad hæc, evacuato carnis toto adipe, exsiccasti strenue meatus sub ventre sitos, & ipso ventre inedia coarctato, faciebas ut costarum partes, tecti quasi quædam eminentia umbram inducerent partibus umbilici. Atque contracto toto organo, nocturnis horis confitens Deo, lacrymarum rivis barbæ pilos madefactos complanabas. Quid autem opus est recensere me singula? Memineris quot sanctorum ora exceperis osculo, quot sacra corpora amplexus sis, quot viri manus tuas velut intaminatas foverint, quot servi Dei velut venerantes confugerint ad genua tua complectentes.

2. At

2. At horum quis tandem finis? Adulterii A fama nuntiati crimen, sagitta velocius per-  
volans, aures nostras sauciat, acutiore sti-  
mulo viscera nostra compungens. Quæ tam  
artificiosa præstigiatoris verlutia in tam per-  
piciosum casum te conjecit? Quænam dia-  
boli sinuosa retia te constringentia virtutis  
nervos immobiles reddiderunt? Quo abiere  
laborum tuorum narrationes? Sed fortasse  
æquum non est his fidem adhibere? Et quo-  
modo non ex manifestis ea etiam credemus  
quæ hætenus abscondita fuerunt; siquidem  
animas quæ ad Deum confugiebant, jura-  
mentis horrendis obstrinxisti, cum tamen  
nominatim quidquid his voculis est, & non  
amplius est, diabolo attribuat. Itaque si-  
mul quoque exitiosi perjurii fuisti sponsor,  
atque instituti ascetici caractere in contem-  
tum adducto, ad Apostolos usque, ipsum-  
que Dominum dedecus ac infamiam trans-  
misisti. Dedecorasti castitatis gloriationem:  
labe aspersisti continentia vovum, captivo-  
rum facti sumus tragoedia, a Judæis & Genti-  
libus res nostræ in scenam & actus deducun-  
tur. Discidisti monachorum studia: diligen-  
tiores cautioreque in metum formidinem-  
que conjecisti, adhuc diaboli potestatem ad-  
mirantes: negligentiores vero ad sequendum  
incontinentia exemplum traduxisti. Dissol-  
visti, quantum in te fuit, gloriationem Chri-  
sti, qui dixit: *Confidite, ego vici mundum,* Joan. 16. 33.  
*ejusque principem.* Craterem dedecoris mis-  
cuiisti patriæ. Vere implevisti proverbium,  
*Velut cervus sagitta ictus in jecore.* Sed quid  
jam? Non cecidit fortitudinis turris, o fra-  
ter: non obsorduerunt correctionis ac con-  
versionis remedia: non occlusa est civitas  
Bper fugii. Ne in profundo malorum perma-  
neas, nec te tradas homicidæ. Novit Do-  
minus elisos erigere. Ne procul fugias, sed  
ad nos recurre. Resume iterum labores ju-  
veniles, secundis recte factis humi repentem  
sordidamque voluptatem delens. Respice  
ad finis diem, ita vitæ nostræ vicinum ac pro-  
pinquum; & nosce quomodo jam Judæorum  
& Gentilium filii ad Dei cultum compellun-  
tur, nec omnino abneges mundi Servato-  
rem: ne te maxime horribilis illa compre-  
headat sententia: *Non novi vos, quinam*  
Judæi & Gentiles convertuntur.  
*Csisis.*

Matth. 5.  
17.

Alias  
V.

## EPISTOLA XLVI.

*Virginem lapsam, vehementer arguit auctor epistola, eamque virginitatis voto, quod negabat, vere obstrictam fuisse demonstrat; ac dolorem suum significat, quod Christo sponso derelicto impium corruptorem elegerit. Postremo mortis, judicii & æterni supplicii metu, ac spe misericordiæ divinæ ad pœnitentiam adducere conatur.*

## AD VIRGINEM LAPSAM.

1. **N**unc tempus exclamandi propheti-  
cum illud, ac dicendi: *Quis dabit*  
Jerem. 9. 1. *capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacry-*  
*marum, & deplorabo vulneratos filia populi*  
*mei? Quamvis enim illos altum silentium*  
*teneat, jaceantque semel malo obruti, ac*  
*lethale vulnus ipsum etiam mali sensum ab-*  
*stulerit; nos tamen sine lacrymis tantum ca-*  
*sum prætermittere non oportet. Etenim si*  
*quorum corpora in bello percussa erant, eos*  
*Jeremias innumeris lacrymis dignos judica-*  
*vit; quidnam quis dixerit in tanta anima-*  
Esa. 22. 2. *rum calamitate? Vulnerati tui, inquit, non*  
*sunt vulnerati gladii, & mortui tui non sunt*  
*mortui belli. Sed veræ mortis aculeum desleo,*  
*peccatum grave, & ignita maligni jacula,*  
*quæ animas una cum corporibus crudeliter*  
*combussere. Certe scelere tanto in terra con-*  
*specto valde ingemuerint Dei leges, quæ in-*  
*terdicunt semper, ac clamant, olim quidem,*  
Dent. 5. 21. *Non concupisces uxorem proximi tui: per sacra*  
Matth. 5. 28. *vero Evangelia: Quisquis viderit mulierem*  
*ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam*  
*in corde suo. Nunc autem vident adulterium*  
*impudenter committere ipsam Domini*  
*sponsam, cujus caput Christus. Profecto &*  
*S. Basilii Oper. Tom. III.*

ipfi ingemiscant sanctorum spiritus: Phinees  
quidem zelotes, quod non etiam nunc ei li-  
ceat, hasta in manu sumta, corporaliter  
scelus ulcisci: Joannes vero Baptista, quod  
non possit, relictis supernis sedibus, ut olim  
solitudine, ad redarguendam iniquitatem  
accurrere; ac si quid pati oporteat, caput  
potius amittere quam loquendi libertatem.  
Quin potius, siquidem & nobis beati Abe-  
lis exemplo, licet mortuus, adhuc loqui-  
tur, etiam nunc clamat & vociferatur altius  
Joannes, quam olim de Herodiade: *Non li-*  
Matth. 14. 4. *cet tibi habere eam.* Et si enim Joannis cor-  
pus, prout naturæ necessarium est, divi-  
nam sententiam excepit, filetque lingua,  
*tamen verbum Dei non est alligatum.* Qui  
2. Tim. 2. 9. *Enim nuptiis confervi violatis loquendi li-*  
*bertatem ad mortem usque perduxit, quo-*  
*nam esset animo futurus, si tantam contu-*  
*meliam sancto Domini thalamo illatam con-*  
*spiceret?*

2. At tu, postquam divinæ illius conjun-  
ctionis abjecisti jugum, atque intaminatum  
veri regis thalamum fugiens; in turpem il-  
lam impiamque corruptelam fæde lapsa es,  
cum jam non habeas quomodo amaram  
hanc accusationem effugias, nec ullo modo  
aut arte malum illud abscondere queas, præ-

K cps

**Classis I.** **C**eps in audaciam prorumpis. Et quoniam **A**rum, qui nunc in Jeremiæ spiritu ambulant; impius in profundum malorum lapsus, deinceps contemnit, ipsa etiam pacta cum vero sponso inita abnegas, neque esse te virginem, nec umquam promississe clamitans, quamvis multa acceperis, multa demonstraveris virginitatis pignora. Revoca tibi in memoriam præclaram professionem, quam professa es coram Deo, angelisque & hominibus. Revoca tibi in memoriam societatem venerandam, & sacrum virginum chorum, ac cœtum Domini, & ecclesiam sanctorum. Memineris quoque aniculæ in Christo aviæ, quæ virtute juvenescit etiamnum, & floret: matris itidem quæ in Domino cum illa decertat, & novis quibusdam ac insuetis laboribus consuetudinem dissolvere conatur: similiter & sororis partim illas pro viribus imitantis, partim etiam vincere contendentis, & avita præclare facta virginitatis ornamento superantis, & te sororem, uti putabat, ad simile certamen tum sermone, tum vita haud ignave provocantis. Horum recordare, & angelicæ una cum eis circa Deum choreæ, & spiritualis in carne vitæ, & cœlestis in terra instituti. Recordare dierum tranquillorum, & noctium illuminatarum, & cantilenarum spiritualium, & psalmodiæ sonoræ, precum sanctarum, thoricasti atque intaminati, virginei progressus, mensæ sobriæ, ac præclare precantis ut incorrupta tibi virginitas servaretur. Ubi tua illa gravis species & honesti mores, vestis vilis virginem decens, pulcher ex pudore rubor, & decorus ex abstinentia ac vigiliis efflorescens pallor, atque omni pulchro colore decentius elucescens? **D** Quoties in precibus pro virginitate citra maculam servanda, forte lacrymas effudisti? Quot litteras ad sanctos exarasti, per quas tibi eorum efflagitabas preces, non ut humanas nuptias, imo ignominiosam illam corruptionem assequereris, sed ut a Domino Jesu non excideres? Quoties sponsi accepisti dona? Quid opus est honores etiam illius causa ab iis, qui ejus sunt, delatos memorare? convictum cum virginibus: factos cum eisdem progressus: salutationes a virginibus exhibitas: laudes ob virginitatem: **E** virgineas eulogias, litteras ut ad virginem scriptas? At spiritus aërii, qui nunc in filiis contumaciæ operatur, exigua aura modo suscepta, abnegasti hæc omnia, & pretiosam illam & dimicatione omni retinendam possessionem brevi voluptate commutasti: quæ ad tempus quidem guttur tuum illinit & exhilarat, sed postea felle amarior comperietur.

Esa. 1. 21.

3. Ad hæc quis non ingemiscens dicat: *Quomodo facta est meretrix civitas fidelis Sion?*

Esa. 1. 21.

*Quomodo autem non ipse Dominus ad eo-*

*rum, qui nunc in Jeremiæ spiritu ambulant; aliquos dicat? Vidisti quæ fecit mihi virgo Israel? Ego despondi ipsam mihi ipsi in fide & integritate, in justitia, & in judicio, & in misericordia atque miserationibus, quemadmodum & per Oseam prophetam ei promissi. Ipsa vero dilexit alienos, & vivente me viro adultera audit, nec veretur viri alterius esse. Quid vero sponsæ dux divinus ac beatus Paulus, vetus ille & novus hic, quo sequestro ac doctore, relicta paterna domo, Domino conjuncta es? An non dicat tanto malo dolens uterque? *Timor enim quem timebam, venit mihi; & quem metuebam, occurrit mihi. Desponsavi enim te uni viro, virginem castam exhibere Christo: sed metuebam semper, ne quodam modo, ut serpens Evam decepit verlutia sua, ita aliquando corrumparentur sensus tui. Quapropter innumeris incantamentis semper conatus sum affectuum tumultum comprimere, & innumeris excubiis Domini sponsam custodire, & vitam innuptæ semper exponebam, quod innupta sola curat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu; & virginitatis dignitatem enarrabam, & templum Dei te appellans, velut alas addebam, alacritate erigens ad Jesum; & per mali timorem ad cavendum casum suppetias ferebam, cum dicerem: Si quis templum Dei profanat, hunc perdet Deus. Sed & præsidium ex precibus meis addebam, si qua ratione integrum tibi corpus & anima & spiritus posset citra reprehensionem in adventu Domini nostri Jesu Christi servari. At frustra hæc omnia in te laboravi, mihi que amarus existit dulcium illorum laborum exitus, rursusque ingemendi necessitas ob eam, de qua gaudere me oportebat. Ecce enim decepta es a serpente amarulentius quam Eva. Corrupta est non mens tua solum, sed etiam una cum mente corpus tuum. Et horrendum illud, quod & dicere pudet, nec tamen filere queo, (Est enim velut quidam ignis in ossibus meis accensus & ardens, resolvorque undique & non possum ferre) tollens utique membra Christi, membra fecisti meretricis. Hoc unum ex omnibus malum nequit cum alio comparari: hoc novum est in vita facinus. *Pertransite, inquit, insulas Chethim & videte, & in Cedar mittite, & considerate vehementer, an facta sint talia, an permutarint gentes deos suos: & isti non sunt dii.* Virgo autem mutavit gloriam suam, ejusque gloria est in turpitudine sua. Obstupuit cœlum ob hoc, & inhorruit terra vehementius. Dicit etiam nunc Dominus: Duo mala perpetravit virgo: me dereliquit verum animarum sanctarum sanctum sponsum, & confugit ad impium & iniquum animæ simul ac corporis corruptorem. Defecit a Deo**

Jerem. 18.

13.

Ose. 2. 19.

Job. 3. 25.

2. Cor. 11.

2.

1. Cor. 7.

34.

1. Cor. 11.

17.

Jerem. 2.

10.

Deo servatore suo, & præbuit membra sua A  
serva immunditiæ & iniquitati ad iniquita-  
tem. Oblita est autem mei, dicit Domi-  
nus, & post amatorem suum ibat, a quo  
non juvabitur.

Rom. 6. 19.  
Ose. 2. 13.

Luc. 17. 2.

4. Expediret ei ut mola asinaria circa col-  
lum ipsius posita fuisset, & in mare projectus  
effret, potius quam offendiculo fuisset virgi-  
ni Domini. Quis servus contumax ita insa-  
niit, ut in herilem thorum se ipse injiceret;  
aut quis prædo eo amentitiæ devenit, ut ipsa  
Dei donaria contingeret, non vasa inanima-  
ta, sed corpora viventia, & animam inha-  
bitantem habentia factam ad imaginem  
Dei? Quis umquam auditus est in media ci-  
vitate & serena meridie imagini regiæ for-  
mas immundorum porcorum inscribere au-  
sus esse? Nuptias humanas si quis violave-  
rit, immisericorditer coram duobus aut tri-  
bus testibus moritur. Quanto graviore sup-  
plicio, putatis, dignus censetur, qui Fi-  
lium Dei viventis conculcavit, eique pro-  
missis obstrictam sponsam adulterio conta-  
minavit, ac spiritum virginitatis contume-  
lia affecit? At illa, inquit, volebat, nec  
invitæ vim intuli. Sed & libidinosa illa Ægy-  
ptia domina pulchri Josephi amore insanie-  
bat; verum non vicit virtutem pudici furor  
impudicæ, neque illa manibus vim inferen-  
te, ad iniquitatem ille adactus. At illa hoc  
decreverat, inquit, nec amplius erat vir-  
go, & si ego non voluissem, fuisset ab altero  
corrupta. Oportebat quidem & Filium ho-  
minis tradi: sed væ illi per quem traditus  
est. Atque scandala venire necesse est: sed  
væ illi per quem veniunt.

Adulte-  
rium est  
virginis  
Deo confe-  
cratæ cor-  
ruptela.

Gen. 39. 12.

Jerem. 2. 4.

Jerem. 3. 7.

Idem 2. 22.

5. Ad hæc autem, *Numquid qui cadit, D*  
*non resurgit: aut qui se avertit, non converti-*  
*tur?* Cur avertit se virgo averfione impu-  
denti, tametsi audivit Christum sponsum  
per Jeremiam dicentem: *Et dixi postquam*  
*scortata fuit hæc omnia, ad me revertere, &*  
*reversa non est. Numquid resina non est in Ga-*  
*laad, aut medicus non est ibi? Quare non*  
*ascendit sanatio filie populi mei?* Ac multa  
quidem reperias in divina Scriptura mali re-  
media, multa ex interitu ad salutem medi-  
camenta, de morte atque resurrectione my-  
steria, de horrendo judicio deque æterno  
supplicio testimonia, de poenitentia & ve-  
nia peccatorum dogmata; innumera illa  
conversionis exempla, drachmam, ovicu-  
lam, filium qui consumserat res suas cum  
scortis, perditum & repertum, mortuum  
& rursus viventem. Utamur his mali re-  
mediis: per hæc animæ nostræ medeamur.  
Cogita autem diem extremam (siquidem  
non tu sola sæculum æternum vives) anxietate-  
m, suffocationem, mortis horam, urgen-  
tem Dei sententiam, festinantes angelos,  
animum interea graviter perturbatum, &

Judicii di-  
vini metus  
injicitur.

seque miserabiliter ad ea quæ hic sunt con-  
vertentem, ac ineluctabilem longæ illius  
peregrinationis necessitatem. Describe mihi  
in mente tua extremum communis vitæ  
finem, cum veniet Filius Dei in gloria sua  
cum angelis suis: *Veniet enim & non flebit:* Psal. 49. 3.  
nimirum quando veniet judicaturus vivos  
ac mortuos, atque unicuique secundum opus  
suum redditurus, quando tuba illa magnum  
quiddam ac horrendum sonans excitabit eos  
qui ab orbe condito dormierint, & procedent  
qui bona fecerint, in resurrectionem vitæ,  
qui vero mala, in resurrectionem judicii.  
Revoca tibi in memoriam Danieli oblatam  
Dei visionem, quomodo nobis ob oculos  
judicium ponat. *Aspiciebam, inquit, donec* Dan. 7. 9.  
*throni positi sunt, & antiquus dierum sedit.*  
*Vestimentum ejus candidum, quasi nix: &*  
*capillus capitis ejus, quasi lana munda: rota*  
*ejus ignis ardens. Flumen ignis trabeat in con-*  
*spectu ejus. Mille millia deserviebant ei: &*  
*dena millia denum millium assistebant ei. Judi-*  
*ciique locum constituit, & libri aperti sunt,*  
C bona, mala, manifesta, occulta, actiones,  
verba, cogitationes, omnia acervatim, ut  
ab omnibus & angelis & hominibus exaudiri  
possint, clare & aperte revelantes. Ad hæc  
quomodo affectos necesse est esse eos qui ma-  
le vixerint? Ubi itaque anima illa abscon-  
detur, quæ in oculis tot spectatorum subito  
visa fuerit dedecoris plena? Quali vero cor-  
pore infinita illa & intolerabilia perferet  
supplicia? Ubi ignis inextinctus, & ver-  
mis indefinenter puniens, & imum inferi  
tenebricosum & horrendum & ululatus  
Damari, & ejulatus ingens, & ploratus, &  
stridor dentium, & ubi mala finem non ha-  
bent. Ab his post mortem liberari non da-  
tur, neque est industria ulla, neque ars ef-  
fugiendi amara supplicia.

6. Hæc nunc vitare licet. Dum autem  
licet, erigamus nosmetipsos ex casu, ne-  
que de nobis ipsi desperemus, si a malis di-  
scesserimus. Jesus Christus venit in mun-  
dum peccatores salvos facturus. *Venite, ado-* Psal. 94. 6.  
*remus & procidamus ante illum, & ploremus*  
*coram ipso.* Verbum vocans nos ad poeniten-  
tiam, clamat ac vociferatur: *Venite ad me* Matt. 11.  
*omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego* 28.  
*refeciam vos.* Est igitur via salutis, si modo  
velimus. Deglutivit mors prævalens: sed  
probe scito, Deum rursus abstulisse lacry-  
mam omnem ab omni facie poenitentium. Psal. 25. 8.  
*Fidelis Dominus in omnibus verbis suis.* Non  
mentitur cum dicit: *Si fuerint peccata vestra* Psal. 144.  
*quasi phœnicum, sicut nivem dealbabo: si* 13.  
*vero fuerint ut coccinum, sicut lanam dealba-* 13.  
*bo.* Paratus est magnus ille animarum me-  
dicus morbum tuum sanare; qui non tui so-  
lius, sed eorum omnium, qui peccato in

Misericor-  
diæ spes  
ostenditur.

Psal. 94. 6.

Matt. 11.

28.

Psal. 25. 8.

Psal. 144.

13.

13.

13.

Classis I. *servitutum additi sunt, promptus est liberator. Verba illius sunt: dulce illud ac salutare os dixit: Non opus habent valentes medico, sed male habentes. Non veni ad vocandum justos, sed peccatores ad pœnitentiam. Quænam ergo tua excusatio est, aut alterius cujusvis, cum hæc ipse clamet? Vult Dominus purgare te a doloris plaga, ac post tenebras tibi lumen ostendere. Quærit te pastor bonus, ovibus quæ non erravere, derelictis. Te ipsa si dedideris, non cunctabitur, neque dedignabitur te suis ipsius humeris portare, lætus quod ovem suam perditam invenerit. Stat pater ac expectat tuum ab errore reditum. Revertere tantummodo, teque longe adhuc stante, accurrens cadet in collum tuum, & amicis amplexibus jam*

*penitentia expurgatam complectetur. Quinetiam stola prima animam induet, homine vetere cum operibus suis exutam, annulumque manibus mortis sanguine ablutis circumponet, & calceos dabit pedibus a via mala ad cursum Evangelii pacis conversis. Atque lætitiæ ac gaudii diem annuntiabit suis tum angelis, tum hominibus, ac omnibus modis salutem tuam celebrabit. Ait enim: Amen dico vobis, quod gaudium est in celo coram Deo, super uno peccatore pœnitente. Quod si quispiam ex iis qui stare sibi videntur, vitio verterit, quod cito assumpta es; ipse ille bonus pater pro te respondebit, dicens: Lætandum est & gaudendum, quia hæc filia mea mortua erat, & revixit, & deperdita erat, & inventa est.*

## II. CLASSIS.

Epistolæ quas S. Basilius episcopus scripsit ab anno 370. ad annum 378.

## EPISTOLA XLVII.

*Gregorius Theologi pater Eusebium Samosatensem, misso Eustathio diacono, invitat ad electionem episcopi Cæsariensis, ut eo adjuvante Basilius eligi possit.*

## GREGORIO SODALI.

*Anno 370.  
Psalm. 57. 7.*

*Ariani antea metropoli Cappadociæ insidiati sunt.*

**Q**uis dabit mihi alas sicut columbæ, aut quomodo senium meum renovetur, ut ad dilectionem vestram transire, & meum vestri desiderium exsatiare possim, & molestias animi narrare, & a vobis aliquod afflictationum levamen consequi? Nam mortuo beato episcopo Eusebio, metus nos cepit haud parvus, ne forte qui aliquando ecclesiæ metropolis nostræ insidiati sunt, eamque hæreticis zizaniis comple-  
re voluerunt, nunc occasionem nacti, factam multo labore in hominum animis pietatem pravis suis doctrinis eradicent, ejusque scindant unitatem: quod & in multis ecclesiis factitarunt. Postquam autem & clerici litteræ ad nos venerunt, exhortantes ut ne ejusmodi tempore despiciamus; circumspiciens quoque versum, recordatus sum vestræ

*C*haritatis rectæque fidei, & studii quod semper in ecclesias Dei adhiberis. Atque ea de causa mihi dilectum Eustathium condiaconum, qui vestram gravitatem adhortetur, exoretque ut exantlatis omnibus pro ecclesiis laboribus hunc quoque addatis, simulque senium meum vestro recreetis congressu, ac percelebrem sanæ ecclesiæ pietatem instauretis, præficientes ei una nobiscum (si modo digni habeamur, qui vobiscum opus bonum adjuvemus) pastorem secundum Domini voluntatem, qui possit ipsius populum gubernare. Habemus enim ob oculos virum, nec vobis ignotum: quem si obtinere possumus, scio acquisituros nos magnam apud Deum fiduciam, atque in populum, qui nos advocavit, beneficium maximum collaturos. Sed iterum atque sæpius rogo, ut omni deposita segnitie occurratis & hiemis difficultates antevertatis.

*Alias  
ECLIV.*

## EPISTOLA XLVIII.

*Hiemem excusat Basilius cur non scripserit. Mittit epistolas Antiochia allatas. Nar- rat de Demophilo simulacrum pietatis & rectæ fidei præ se ferente, & de episcoporum, post egressum Eusebii, adventu & schismatico animo. Rogat ut se revisat vere ineunte.*

## EUSEBIO EPISCOPO SAMOSATORUM.

*Hiemem  
episcoporum.*

**V**ix nacti sumus qui litteras ad tuam pietatem deferret, siquidem nostri homines ita hiemem exhorrescunt, ut ne pau-

*lulum quidem ex ædibus prospicere velint. Nam tanta nivium copia abluti sumus, ut cum ipsis ædibus cooperti jam duos menses in speluncis latitemus. Prorsus itaque nobis ignoscas, cum & Cappadocum animi timiditatem, & corporum torporem noveris, si citius*

*Cappadocum timidas & torpor.*



citius non scripsimus, neque fecimus præstantiam tuam eorum quæ Antiochia allata sunt certiolem: quæ quidem omnino tibi nota facere rancidum est & frigidum, ut qui dudum didiceris, ut verisimile est; sed tamen nihil incommodi esse existimantes, etiam cognita significare; misimus allatas per lectorem epistolas. Ac de his quidem hætenus. Constantinopolis autem jamdudum habet Demophilum, ut & illi ipsi narrabunt, atque ut procul dubio jam prius sanctitati tuæ nuntiatum est. Ac de illo quidem simulacrum quoddam rectæ fidei & pietatis ab omnibus advenientibus, summo consensu jactatur; adeo ut etiam dissidentes civitatis partes coaluerint in unum, atque ex vicinis

episcopis nonnulli conjunctionem amplexi sint. Nostri autem spe & expectatione non existere meliores. Nam cum statim post egressum tuum advenissent, multa quidem tristitia dixere, multa etiam fecere, ac tandem discesserunt firmato nobis schismate. Utrum autem melius aliquid futurum sit, atque utrum ab improbitate discessuri sint, nemini nisi Deo compertum est. Itaque res præsentis sunt ejusmodi. Ecclesia autem reliqua per Dei gratiam præolare stat, teque exoptat, simul ac ver prodierit, iterum apud nos videre, & per bonam tuam doctrinam renovari. Mihi autem corpus solito melius non se habet.

Classis II.

Cappadociae episcopi a Basilio dissident.

Demophilus.

## EPISTOLA XLIX.

*Basilius gratias agit Arcadio, qui conceptam a se de eo spem significaverat. Promittit ei Basilius martyrum reliquias, ad ecclesiam ab ipso constructam, si quas reperire possit.*

## ARCADIO EPISCOPO.

**G**ratias egi Deo sancto lectis pietatis tuæ litteris; precorque ut & ego ea spe, quam de me concepisti, dignus sim, & tu honoris, quem mihi habes in nomine Domini Jesu Christi, mercedem perfectam referas. Valde autem lætatus sum, quod curam Christiano dignam suscipiens, domum ad gloriam nominis Christi construxe-

Cris, ac vere dilexeris, sicut scriptum est, decorem domus Domini: tibi ipsi præparans celestem mansionem, destinatum in requie diligentibus nomen Christi. Quod si reliquias martyrum investigare possim; cupio & ipse studii tui adiutor esse. Nam si in memoria æterna erit justus; profecto bonæ illius memoriz, quam tibi Sanctus imper-

Psal. 25. 8.

Initio episcopatus.

## EPISTOLA L.

*Basilius gratias agit episcopo cuidam ætate & virtute venerando, qui prior ad eum scripserat abortandi causa.*

## INNOCENTIO EPISCOPO.

**E**ccei alii conveniebat, & timidis fiduciam addere, & dormientes excitare, nisi tuæ Domini mei pietati: qui tuam in omnibus rebus perfectionem in hoc quoque declarasti, quod te etiam ad nos humiles demittere volueris, ut germanus discipulus illius qui dixit: *Illic sum in medio vestri, non tamquam recumbens, sed tamquam ministrans*. Nam & ipse dignatus es nobis ministrare spiritualem tuam lætitiā, atque venerandis tuis litteris animos nostros recreare, & velut puerorum infantiam ulnis

divine magnitudinis amplecti. Precare igitur (bonum tuum animum rogamus) ut digni simus qui a vobis magnis viris adjuvemur, & os ac sapientiam accipiamus, ut vobis audeamus Spiritum sanctum ducem habentibus succinere: cujus te amicum ac glorificatorem esse audientes, magnas ob illam tuam firmam ac stabilem in Deum dilectionem gratias agimus, orantes ut pars nostra cum veris adoratoribus inveniatur, inter quos & tuam perfectionem reperiri persuasum habemus, & magnum illum & verum Episcopum, qui totum orbem suis miraculis complevit, Dominum rogamus.

Christus magnus &amp; verus episcopus.

Initio episcopatus.

Luc. 22. 27.

Alias LXXXVI.

## EPISTOLA LI.

*Refellit Basilius affectam sibi calumniam, quod Dianium Casariensem anathematizasset. Fatetur se doluisse, quod is formula Constantinopoli a Georgio allata subscripsisset; sed tamen ad ejus communionem accessisse, postquam ab illo ægrotante ascertis, nihil eum contra Nicenam fidem sibi proposuisse cognovit.*

## BOSPORIO EPISCOPO.

**Q**uomodo putas animum meum vulneratum fuisse auditione illius ca-

lumniz, qua me asperferunt nonnulli ex hominibus non metuentibus judicem perditurum omnes, qui loquuntur mendacium; ita

Psal. 5. 7.

Initio episcopatus.

ut

ut noctem totam ob dilectionis tuæ verba pe-  
ne insomnem transegerim : adeo medium  
cor meum tetigerat mæror. Revera enim  
secundum Salomonem, calumnia virum hu-  
miliat : nec quisquam ita obduruit & percal-  
luit, ut animo non moveatur, & humi non  
sternatur, si in ora incidat ad mendacium  
proclivis. At enim necesse est omnia perfer-  
re, omnia sustinere, nostram ipsorum ul-  
tionem permittentes Domino, qui nos non  
despiciet. *Nam qui calumniatur pauperem,  
irritat ipseus conditorem.* Cæterum qui no-  
vam illam blasphemiam fabulam adversum  
nos concinnarunt, videntur omnino non  
credere Domino, qui rationem nos in die ju-  
dicii vel de otioso verbo reddituros pronun-  
tiavit. Dic autem, quæso, egone beatissi-  
mum Dianium anathematizavi? Hoc enim  
de nobis dictitarunt. Ubi? vel quando? co-  
ram quibus? quo prætextu? nudis verbis, an  
scripto? alios duces sequens, an ipse incœ-  
ptor & auctor facinoris? O impudentiam ho-  
minum omnia facile loquentium! O con-  
temptum judiciorum Dei! Nisi forte com-  
mento suo hanc etiam tragœdiam adjicient,  
factum me esse aliquando ita dementem, ut  
mea ipsius verba non noscerem. Nihil enim  
ejusmodi, dum rationis compos fui, aut fe-  
cisse me scio, aut omnino facere voluisse.  
Sed potius mihi hujus rei conscius sum, me  
ab ineunte ætate educatum fuisse in illius  
amore; & intuendo considerasse quam esset  
ille vir aspectu venerabilis, quanta majesta-  
te præditus, quantum dignitatis sacerdotia-  
lis ore præferens. Postquam autem mihi de-  
inceps & ratio adfuit, tum vero & ex animæ

Abonis eum noveram ipsiusque delectabar  
consuetudine, simplicitatem & ingenuita-  
tem ac liberalitatem morum perspicuus, &  
quæcumque alia propria erant viri orna-  
menta, animi mansuetudo, magnanimitas  
simul & lenitas, decori studium, animus iræ  
expers, hilaritas & affabilitas gravitate per-  
mixta. Quare ipsum inter homines virtute  
spectatissimos numerabam.

2. Sed tamen circa extremum vitæ tem-  
pus (non enim celabo veritatem) dolui de  
illo inconsolabiliter cum pluribus in patria  
Dominum timentibus, quod subscripsisset  
fidei a Georgio Constantinopoli allatæ. De-  
inde, ut ille pro sua morum lenitate & man-  
suetudine non gravabatur omnibus paterno  
pectore satisfacere, cum jam in morbum,  
ex quo etiam e vita discessit, incidisset; no-  
bis accersitis, dixit, Domino teste, se scri-  
pto Constantinopoli allato in simplicitate  
cordis assensisse, sed nihil ad fidei Nicææ a  
sanctis Patribus expositæ everfionem sibi  
proposuisse, neque aliud in corde habere,  
quam quod ab initio traditum acceperat :  
Cimo etiam precari se, ut ne separetur a sorte  
beatorum trecentorum decem & octo epis-  
coporum, qui piam illam doctrinam orbi  
annuntiarunt. Quare omni cordis dubita-  
tione ob hanc asseverationem soluta, ad ejus  
communione, ut tumet etiam nosti, ac-  
cessimus, & mære desimus. Igitur quæ  
nobis cum hoc viro intercessere, ejusmodi  
sunt. Quod si quis dicat se nefariæ alicujus  
in illum contumeliæ conscius nobis esse; is  
non in angulo fufurret serviliter, sed in aper-  
tam lucem prodiens, libere arguat.

Alias  
CCC.

## E P I S T O L A LII.

*Cum rumores iniqui de canonicis ad Basilium, de Basilio ad canonicas perlatis fuissent, utrosque dedocuit Bosphorius. Multa de Consubstantiali differit Basilius, quod a nonnullis rejici, a patribus Antiochenis vituperatum fatetur : aptissimum tamen esse contendit adversus hæreses Arii & Sabellii. Refellit eos qui Spiritum sanctum Filio aut Patri præponebant.*

## AD CANONICAS.

Initio epi-  
soparum.

Bosphorius.

I. **Q**UANTUM nobis antea doloris attulit  
molestus rumor, quo aures nostræ  
circumsonuerunt; tanta affecit  
lætitia religiosissimus episcopus frater noster  
Bosphorius, meliora de vestra pietate nar-  
rans. Dixit enim, Dei gratia, omnes illos  
rumores hominum esse commenta, non ac-  
curate veritatem rerum vestrarum cog-  
nitam habentium. Addebat autem se & ca-  
lumnias invenisse apud vos de nobis nefan-  
das, qualesque protulerint, qui non exspe-  
ctant se vel otiosi verbi rationem reddituros  
judici in die justo retributionis illius. Qua-  
re gratias egi Domino, cum ipse sanatus ex

noxia de vobis opinione, quam, ut verifi-  
mile est, ex hominum calumnia suscep-  
eram; tum etiam vos audiens deposuisse fal-  
sas de me suspensiones, ubi audistis quæ fra-  
ter noster asseveravit. Qui quidem vobis  
suam ipsius sententiam dum exposuit, om-  
nino & nostram simul declaravit. Una enim  
in utroque nostrum de fide sententia: siqui-  
dem & eorumdem patrum heredes sumus,  
qui quondam Nicææ magnum pietatis præ-  
conium promulgarunt: cujus reliquæ quidem  
E partes calumniæ nulli obnoxie sunt; sed vo-  
cem consubstantialis male a nonnullis acce-  
ptam, sunt qui nondum receperint: quos  
quis & jure reprehenderit, ac rursus venia  
dignos judicavit. Nam Patrum vestigiis non  
infi-

Nonnulli  
consubstan-  
tiale non-  
dum rece-  
perunt.

insistere, nec sua sententia vocem illorum A potiore ducere, res est reprehensione digna, ut plena arrogantiae. Rursus autem vituperatam ab aliis vocem, suspectam habere, videtur id quodam modo mediocrem illis excusationis veniam conciliare. Nam revera qui in Pauli Samosatensis causa convenerant, vocem hanc quasi male sonantem culparunt. Dixerunt enim consubstantialis voce exhiberi notionem substantiae & eorum quae ex substantia; adeo ut divisa substantia appellationem consubstantialis conciliet iis, in quae divisa est. Quae quidem B cogitatio locum aliquem habet in aere & in conflatis ex eo numismatibus: at in Deo Patre & in Deo Filio substantia non est antiquior, neque utrique superposita intelligitur: hoc enim cogitare, aut dicere, omnem impietatis modum excedit. Quid enim ingenito antiquius sit? Tollitur etiam hac blasphemia fides in Patrem & Filium: nam inter se fratrum rationem habent quae ex uno subsistunt.

2. Et quia Filium ex nihilo productum, adhuc tunc erant qui dicerent; ut hanc quoque praeciderent impietatem, consubstantialia usurparunt. Nam sine tempore est & sine intervallo Filii cum Patre conjunctio. Demonstrant autem & superiora verba hanc illorum esse mentem. Postquam enim dixerunt lumen de lumine, atque Filium ex Patris substantia genitum esse, non vero factum; his consubstantialia subjunxerunt: indicantes, quam quis luminis rationem in Patre reddiderit, eam & Filio aptam & congruentem futuram: siquidem lumen verum cum vero lumine, secundum ipsam luminis notionem, dissimilitudinem nullam habebit. Cum igitur Pater lumen sit principii expers, Filius vero lumen genitum, ac uterque lumen & lumen, jure consubstantialia dixerunt, ut naturae aequalem dignitatem demonstrarent. Non enim quae fratrum inter se rationem habent, dicuntur consubstantialia, id quod quidam existimant; sed cum & causa & id quod ex causa existentiam habet, ejusdem sunt naturae, consubstantialia dicuntur.

3. Caeterum vox eadem Sabellii quoque E pravitatem corrigit: tollit enim hypostasis identitatem, & perfectam personarum notionem inducit. Neque enim quidquam sibiipsi consubstantialia est: sed alterum alteri.

Quare praeclare ac pie se habet illa vox, & hypostaseon proprietatem definiens, & naturae sine ullo discrimine similitudinem demonstrans. Cum autem ex Patris substantia Filium esse discimus, eumque genitum, non autem factum; ne prolabamur in corporales perpeffionum cogitationes. Non enim divisa est substantia a Patre in Filium: neque fluendo dilapsa generavit, neque proferens, quemadmodum arbores fructus proferunt: sed inenarrabilis & indeprehensus cogitationibus hominum divinae generationis modus. Humilis enim revera & carnalis est mentis, caducis ac temporalibus assimilare aeterna, ac existimare, quemadmodum corporalia, ita & Deum pari modo generare; cum oporteat sumtis ex contrario argumentis ad pietatem concludere; quia mortalia sic, immortalem non sic. Neque igitur neganda generatio divina, nec corporeis cogitationibus contaminanda mens.

4. Sanctus autem Spiritus cum Patre quidem & Filio numeratur, quia & supra rem creatam est; sed eo ordine numeratur, quem C in Evangelio didicimus a Domino dicente: *Euntes baptizate in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.* Qui autem praeposit Filio, aut Patre dicit antiquiorem, resistit Dei ordinationi & a sana fide alienus est; acceptum glorificationis modum non servans, sed sibiipsi vocum novitatem, ut placeat hominibus, excogitans. Si enim Deo est superior, ex Deo non est. Scriptum est enim: *Spiritus autem ex Deo est.* Si autem ex Deo; qui fieri potest, ut eo ex quo est, antiquior sit? Jam vero quae infania, cum unus sit D ingenitus, aliquid aliud dicere ingenito superius? Sed neque prior est Unigenito; quippe cum inter Filium & Patrem nihil medium sit. Si autem non est ex Deo, est vero per Christum; omnino non est. Quare illa circa ordinem novitas ipsius existentiae habet everfionem, & fidei totius negatio est. Aequae igitur impium est, & eum ad rem creatam deducere, & aut supra Filium aut supra Patrem ponere, sive secundum tempus, sive secundum ordinem. Atque haec quidem sunt, quae a vestra pietate E audivimus requiri: quod si Dominus dederit, ut in unum veniamus, fortassis de his fusius disceptabimus, ac nobis, quibus de rebus certiores fieri cupimus, aliquid quod satisfaciat & persuadeat a vobis exhibebitur.

class. II.

Adversus eos qui spiritum Patri &amp; Filio preponunt.

Matt. 28. 19.

1. Cor. 2. 12.

Non dicuntur consubstantialia, quae fraterna tenentur cognitione.

Classis II.

Alias  
LXXVI.

## E P I S T O L A L I I I .

*Demonstrat Basilius chorepiscopis, sive episcopis sibi subditis, quorum nonnulli pretio manus imponere ferebantur, quanta sit hujus facti turpitudine; ac declarat ab altaribus recessurum, si quis post hanc acceptam epistolam tale quidpiam designaverit.*

## CHOREPISCOPI S.

Initio epi-  
scopatus.

**R**Ei turpitudine, de qua scribo, hoc ipso quod in suspicionem omnino venit ac sermonem, dolore animum meum implevit. Hactenus sane visa est mihi incredibilis. Quod ergo de illa scribo, qui sibi ipse conscius est, accipiat ut medelam; qui autem non conscius, ut præmunitionem; indifferens vero, quod quidem deprecor ne in vobis reperiat, ut obtestationem. Quid autem est, quod dico? Dicuntur nonnulli ex vobis ab iis qui ordinantur, pecunias accipere, idque pietatis nomine inumbrare. Hoc autem pejus est. Etenim si quis malum sub specie boni perficit, poena duplici dignus est: quandoquidem & quod non bonum est, facit, & utitur ad peccatum committendum bono, ut ita dicam, adjutore. Hæc si ita se habent, deinceps non fiant, sed emendentur: siquidem necesse est dicere argentum accipienti, quod ab Apostolis dictum est ei, qui dare volebat, ut Spiritus sancti participationem emeret; *Pecunia tua tecum sit in perditionem*. Nam levius delinquit qui præ inscitia emere vult, quam qui Dei donum vendit. Venditio enim facta est; & quod tu gratis accepisti, id si vendideris, tamquam Satanæ venditus gratia privabere.

Ab. 2. 20.

Alias  
CLXXXI.

## E P I S T O L A L I V .

*Renovat Basilius antiquas Ecclesiæ leges de clericorum in pagis electione, & pravas novitates, quæ obrepserant, abrogat.*

## CHOREPISCOPI S.

Initio epi-  
scopatus.

**P**ER molestum mihi est, quod jam canones Patrum defecerint, ac disciplina omnis ecclesiis abacta sit; & timeo, ne paulatim, hac indifferentia progrediente, res ecclesiasticæ in summam confusionem delabantur. Observata olim in Dei ecclesiis consuetudo, ecclesiæ ministros omni diligentia probatos admittebat; ac in omnem eorum vitam sedulo inquirebatur, an non essent maledici; an non ebriosi, an non prompti ad pugnas, an juventutem suam frenarent, ita ut sanctimoniam, sine qua Deum nemo videbit, exercere possent. Atque hoc examinabant quidem presbyteri & diaconi, qui una cum ipsis habitabant: referebant autem ad chorepiscopos, qui cum suffragia testium

Mos anti-  
quus eli-  
gendorum  
in pagis  
ministro-  
rum.

**A**Nam cauponariam introducis in res spirituales, & in ipsam ecclesiam, ubi corpus & sanguis Christi concredita nobis sunt. Hæc ita fieri non oportet. Quale autem sit artificium, dicam. Putant se ideo non peccare, quod non ante accipiant, sed post ordinationem accipiant. Accipere autem, est quantumque accipere.

Putabant  
se non  
peccare,  
quia post  
ordinationem  
accipiebant.

2. Rogo itaque, reditum illum, imo potius viam in gehennam ducentem relinquitte, nec manus ejusmodi muneribus contaminantes, indignos vos efficiatis, qui mysteria sancta celebretis. Ignoscite autem mihi. Primum quidem tamquam non credens, deinde tamquam fidem adhibens, interminor. Si quis post hanc meam epistolam tale aliquid admiserit, ab his quidem quæ hic sunt altaribus secedet: quæret autem ubi Dei donum emens denuo divendere queat. Nos enim ac Dei ecclesiæ consuetudinem talem non habemus. Cæterum uno addito desinam. Propter avaritiam ista fiunt. Avaritia autem & radix malorum omnium est, & vocatur idololatria. Nolite igitur Christo præferre simulacra ob modicum argentum; nec rursus Judam imitari, quæstus causa iterum tradentes eum, qui semel pro nobis crucifixus est. Alioquin & agri & manus eorum, qui hos fructus percipiunt, Aceldama vocabuntur.

Minatur  
secessio-  
nem ab al-  
taribus.

veracium accepissent, ac episcopum admonuissent, sic sacrorum numero ministrum adscribebant. Nunc autem primum quidem nos excludentes, ac ne referre quidem ad nos dignati, omnem in vosmetipsos auctoritatem transtulistis: deinde rem negligentes, presbyteris & diaconis permisistis, ut quos vellent, vita non examinata, secundum animi affectionem, aut ex consanguinitate ortam, aut ex alia aliqua amicitia, in ecclesiam indignos introducerent. Quapropter multi quidem ministri in unoquoque pago numerantur: sed dignus ministerio altarium ne unus quidem, ut vos ipsi testificamini, hominum penuria laborantes in electionibus. Quoniam igitur video rem in malum jam insanabile progredi, nunc præsertim, cum plurimi militiæ metu, seipsos in ministerium

Multi in  
singulis  
pagis mi-  
nistri.Multi me-  
tu militiæ  
obrepunt.

CON-

conjiciant; necessario accessi ad Patrum canones renovandos; ac vobis scribo, ut mittatis mihi catalogum ministrorum cujusque pagi, & a quo quisque introductus sit, & quæ ejus sit vivendi ratio. Habete autem & ipsi apud vos catalogum, ut cum scriptis apud nos repositis vestra conferantur, nec cuiquam liceat seipsum, cum voluerit, inscribere. Ita sane, si qui post primam indictionem a presbyteris introducti; inter

A prima indictione introducti a presbyteris laici sunt & denuo examinentur.

Alias CXCVIII.

*Decretum Basilii adversus extraneas mulieres cum Pargorius presbyter minus observaret; hortatur eum Basilius ut parendo potius quam excusando sese defendat: secus, depositionem minatur, atque ipsam etiam excommunicationem tum ipsi, tum eam recipientibus, si sacerdotium citra emendationem sibi arroget.*

EPISTOLA LV.

PAREGORIO PRESBYTERO.

Initio episcopatus.

**L**Egi tuas litteras cum omni patientia; sumque admiratus, cur cum possis apud nos breviter & facile factis tuis causam agere, in rebus reprehensis persistere velis, ac longis sermonibus curare tentes insanabilia. Nec primi, nec soli, Pargorio, sancivimus, ut ne una cum viris habitarent mulieres. Sed lege canonem a sanctis nostris Patribus editum in synodo Nicæna, qui manifeste sancivit extraneas mulieres non esse. Vita autem coelebs in eo honestatem habet, ut a convivio mulieris separetur. Quare si quis verbo professus, re ipsa quæ conjugatorum sunt facit, palam est eum virginitatis quidem honestatem in nomine persequi, sed nequaquam ab indecora voluptate abstinere. Tanto ergo magis oportebat te postulationi nostræ facile cedere, quanto te ais esse liberiores ab omni corporea libidine. Neque enim virum septuaginta annos natum existimo libidinosè habitare cum muliere.

Nicænus canon adversus extraneas mulieres.

B nec quod turpe aliquod facinus fuisset admisum, idcirco constitui quæ constitui; sed quod ab Apostolo didicimus offendiculum fratri non ponere ad scandalum. Scimus autem quod a nonnullis recte geritur, aliis occasionem esse peccandi. Quare præcepimus, sanctorum Patrum decretum sequentes, ut a muliercula separetis. Quid igitur chorepiscopum incusas, & veteris inimicitia facis mentionem? Quid de nobis quereris, quod faciles calumniis aures præbeamus: ac non potius de te ipse, qui adduci non potes, ut a mulieris consuetudine recedas? Ejice igitur illam ex tuis ædibus, & in monasterio constitue. Sit illa cum virginibus, & apud te serviant viri, ut ne Dei nomen propter vos blasphemetur. Hæc donec feceris, innumerabilia quæ per epistolas scribis nihil te jvabunt; sed morieris otiosus, ac reddes Domino rationem otii tui. Quod si ausus fueris citra emendationem sacerdotium tibi vendicare, anathema eris omni populo; & qui te receperint, excommunicati D per omnem ecclesiam erunt.

Jubet mulierem in monasterio constitui.

EPISTOLA LVI.

Alias CCCLIV.

*Basilius querentem Pergamium, quod litteris suis non respondisset, placare conatur, seque non arrogantia ex potestate orsa, sed sollicitudine, qua nunc distringitur, adductum esse declarat, ut Pergamii oblivisceretur.*

PERGAMIO.

Initio episcopatus.

**S**UM equidem natura proclivis ad oblivionem, sed accessit mihi & negotiorum multitudo, quæ innatam infirmitatem adauget. Quamobrem etsi non memini me litteras accipere nobilitatis tuæ, tamen te ad me scripsisse persuasum habeo; non enim mentiturum te prorsus fuisse. Quod autem non respondi, culpa non fuit mea, sed illius qui responsa non poposcit. Nunc autem ad te veniunt hæc litteræ, quæ & præterita ex-

culent & salutationis alterius initium præbeant. Quare cum ad me scribes, ne alterum scribendi ordinem a te incipi opineris, sed hisce litteris debitum persolvi. Quamvis enim mea epistola prioris tuæ sit remuneratio; quia tamen plus duplo modum excedit, utrumque ordinem explebit. Vides qualia nos cavillari cogat otium? Tu vero desine, o vir optime, paucis verbis magna crimina, quæque nequitia superari non possint, inferre. Nam amicorum oblivio, & contemptus ex potestate ortus, omnia simul

*Et sic it* mala complectuntur. Sive enim secundum A  
 Domini præceptum non diligimus; neque  
 etiam impositam nobis notam & caracte-  
 rem retinemus. Sive fastu inani & arrogan-  
 tia replemur inflati: incidimus in diaboli  
 iudicium ineluctabile. Quare si de nobis ita  
 sentiens, his verbis usus es; precare ut im-  
 probitatem, quam in nostris moribus de-  
 prehendisti, fugiamus; sin autem consuetu-  
 dine quadam inconsiderata ad has voces de-  
 venit lingua, nos ipsi consolabimur; tuam-  
 que benignitatem, ut ex factis testimonia  
 proferat, rogamus. Illud enim probe scias,  
 hanc sollicitudinem, qua nunc distringimur,  
 occasionem nobis factam esse humilitatis.  
 Quapropter tui tunc obliviscemur, cum &  
 nosmetipsos ignorabimus. Cave igitur, ne-  
 quando negotia indolis ac morum malorum  
 indicium esse ducas.

*Alias*  
 LV.

## E P I S T O L A LVII.

*Meletium hortatur Basilius ut sæpius scribat, & in magnis molestiis versantem con-  
 soletur. Optat ut sibi illum aliquando videre contingat; jamque huic cupiditati obse-  
 queretur, nisi fratres retinuisissent certis de causis, quas Theophrastus narrabit.*

MELETIO EPISCOPO ANTIO- B  
 CHIÆ.

*Anno 371.*

**S**I quo modo nota fieret pietati tuæ  
 magnitudo lætitiæ, quam mihi affers,  
 quotiescumque scribis, scio te nunquam  
 oblatam scribendi occasionem prætermis-  
 sum fuisse; sed & consulto multas nobis  
 subinde epistolas facturum, cum non igno-  
 res mercedem consolationi afflictorum a  
 benigno Deo repositam. Omnia enim hic  
 dolore plena sunt, ac una nobis est avoca-  
 tio malorum, sanctitatis tuæ cogitatio,  
 quam manifestiorem nobis efficit tuum per  
 litteras omni sapientia ac gratia refertas col-  
 loquium. Quare cum epistolam tuam in  
 manus sumimus, primum quidem modum  
 ipsius intuemur, eamque tantum diligimus,  
 quanto uberior fuerit ac copiosior: deinde  
 legentes, semper quidem occurrente oratio-  
 ne delectamur: fini vero appropinquantes,  
 afficimur molestia; adeo quidquid dixeris  
 in litteris, bonum est. Nam bonum est quod  
 a bono corde redundat. Quod si nobis con-  
 tingeret tuis precibus, dum in terra versa-  
 mur, etiam coram congregari, & ab ipsa vi-  
 va voce utilia dogmata recipere, aut aliqua  
 tum ad præsens tum ad futurum sæculum  
 viatica; id certe judicarem bonorum ma-  
 ximum, ac benevolentia divinae præmium  
 Creputarem. Jamque huic obsequeremur  
 cupiditati, nisi germanissimi ac in omnibus  
 amantissimi fratres cohibuissent: quorum  
 propositum ne litteris evulgem, id fratri  
 Theophrasto exposui, ut præstantia tuæ  
 singula declaret.

*Alias*  
 XLIV.

## E P I S T O L A LVIII.

*Captivus Basilius simplicitatem fratris, qui falsam nomine avunculi epistolam attule-  
 rat, & aliam pariter falsam postea misit. Cum tertia venisset, merito dubitavit Basi-  
 lius, qui bis deceptus fuerat, sed tamen respondit episcopis, ut par erat. Hortatur fra-  
 trem ut sibi difficilem vitam ingresso adset, seque venturum promissit, si ab episco-  
 pis congruenti modo vocetur.*

GREGORIO FRATRI.

*Anno 371.*

**Q**uomodo tecum litteris pugnem? Quo-  
 modo te digne tangam ob tuam in  
 omnibus simplicitatem? Quis tertio,  
 dic mihi, in eisdem incidit casses? Quis  
 tertio in eundem incidit laqueum? Ne bel-  
 lua quidem id facile committat. Fictam mi-  
 hi epistolam unam attulisti, velut a per-  
 quam venerando episcopo & communi no-  
 stro patruo conscriptam, decipiens me ne-  
 scio qua gratia. Hanc accepi ut ab episcopo  
 per te allatam. Quidni enim? Ostendi ami-  
 cis multis præ gaudio, gratias egi Deo. De-  
 prehensum est commentum, ipso episcopo  
 propria voce negante. Propterea pudore  
 affecti sumus: optavimus terram nobis de-  
 hiscere, fallaciae & mendacii ac fraudis pro-  
 bris aspersi. Aliam rursus mihi reddiderunt,  
 ut per famulum tuum Asterium ab ipso epi-  
 scopo mihi missam. Ne hanc quidem vere:  
 episcopus ipse misit, quemadmodum reve-  
 rendissimus frater Anthimus nobis renuntia-  
 vit. Rursus tertiam nobis attulit Adaman-  
 tius. Quomodo per te tuosque missam susci-  
 pi a me decebat? Cupivi lapideum mihi cor  
 esse, ut neque recorderer præteritorum,  
 neque animadverterem præsentia, ut pla-  
 gam omnem demissis in terram oculis more  
 pecudum ferrem. Sed quid faciam meo  
 ipsius animo, qui post unum & alterum ex-  
 perimentum nihil inexploratum admitte-  
 re potest? Hæc scripsi, simplicitatem tuam  
 perstringens, quam alioqui Christianis non  
 con-

*Simplicitas  
 Gregorii  
 non con-  
 gruens  
 Christianis.*

con-

congruentem, huic tempori haud convenire video; ut saltem deinceps tum ipse tibi caveas, tum mihi parcas: siquidem, libere enim me ad te loqui oportet, talium minister es fide haud dignus. Verumtamen quicumque fuerint, qui scripserint, eis, ut par erat, jam respondimus. Sive igitur tentamentum mihi injiciens, epistolam misisti, sive revera accepisti ab episcopis; habes responsa. Te vero decebat alia in presenti tempore curare, frater cum sis, necdum naturæ oblitus, neque me inimici loco habeas: quandoquidem vitam ingressi su-

mus, quæ corpus nostrum conterit, ac animam quoque conficit, propterea quod vires nostras superat. Cæterum quoniam sic mihi bellum indicere statuisti, idcirco adesse te nunc oportebat, atque negotiorum esse participem. *Fratres enim, inquit, in necessitatibus utiles sint.* Quod si revera nostrum congressum admittunt episcopi omni reverentia dignissimi; & locum nobis definitum & tempus indicent, meque per suos homines accersant. Ut enim patruo meo occurrere non recuso: ita nisi modo congruenti

Classis II.  
Basilii vitam ingressus quæ ipsius corpus conterit, & animam conficit.  
Ecclesiæ 40.24.

B vocatus fuero, non feram.

Alias  
XLVI.

## E P I S T O L A L I X.

*Rumpit silentium Basilius, ac dissensionis causis in sua peccata rejectis avunculum obtestatur, ut tandem aliquando similitudinem deponat, ex qua totæ civitates & populi læduntur. Facturum se promittit quidquid ei pacis conciliandæ causa visum fuerit esse faciendum.*

## GREGORIO PATRUO.

Anno 371.  
Esa. 42.14

1. **S**ilui. Num & semper silebo, ac amplius committam ut molestissimum silentii damnum contra meipsum obfirmem, nec ipse scribens, nec alloquentem audiens? Ego enim cum hactenus in hac tristi sententia permanerem, videor mihi non immerito prophetæ verba & ipse posse proferre: *Toleravi sicut parturiens*: semper quidem concupiscens aut congressum, aut sermonem, semper autem proposito excidens ob mea peccata. Non enim ullam aliam eorum, quæ fiunt, causam excogitare queo, nisi quod persuasum mihi est veterum me peccatorum in dilectionis tuæ separatione pœnas lere; si tamen de te separationem vel nominare fas est a quolibet homine, nedum a nobis, quibus ab initio patris loco fuisti. Sed peccatum meum nunc, velut densa quædam obducta nubes, horum omnium ignorantiam induxit. Cum enim considero, præter dolorem qui mihi ea ex re creatus est, aliud nihil inde consequutum me esse, quomodo non merito nequitie meæ abscribam præsentia? Cæterum sive peccata sunt eorum quæ acciderunt causa, hic mihi molestiarum finis esto: sive aliquid consilii intendebatur, adimpletum omnino est quod expetebatur. Non enim modicum est damni tempus. Quapropter continere me amplius cum non possem, prior rupi vocem, obsecrans ut & nostri memor sis, & tui ipsius, qui per omnem vitam, majorem quam consanguinitas exigebat, nostri curam ostendisti, nuncque civitatem diligas nostra causa, non autem propter nos te ipse ab alienis a civitate.

2. Si qua igitur consolatio in Christo, si qua communio Spiritus, si qua viscera & miserationes, exple votum meum: siste hic tristitia: initium aliquod affer rerum deinceps

S. Basilii Oper. Tom. III.

hilariorum, ducem te aliis præbens ad optima; minime autem alium ad illicita sequens. Neque enim corporeus character ita proprius cujusquam deputatus est, ut animi tui pax & mansuetudo. Par igitur fuerit, cum talis sis, alios ad te trahere, ac omnibus ad te accedentibus præstare, ut veluti cujusdam unguenti fragrantia, morum tuorum lenitate impleantur. Nam etiam si quid nunc obsistat, tamen paulo post ipsum etiam pacis bonum cognoscetur. Quamdiu autem ob dissensionem calumniæ locum habebunt, necesse est suspiciones semper in pejus adaugeri. Sane ne illis quidem decorum est nos negligere, sed maxime omnium, præstantiæ tuæ. Si quid enim peccamus, meliores erimus admoniti: hoc autem fieri non potest citra congressum. Sin autem nihil facimus mali, cur odio habemur? Atque hæc quidem ad meam ipsius defensionem profero.

3. Quid autem ecclesiæ, quæ nostri dissidii non ad suam utilitatem participes sunt, pro seipsis dixerint, melius quidem tacere. Non enim ut molestiam exhibeam, verba facio; sed ut molestis rebus finem imponam. Tuam autem prudentiam omnino nihil fugit: sed multo majora ac perfectiora quam quæ nos cogitamus, ipse tua mente poteris excogitare, aliisque dicere: qui certe etiam ante nos ecclesiarum vidisti detrimenta, magisque quam nos doles, jam olim edoctus a Domino, neminem ex minimis contemnere. Nunc autem damnum non uno aut altero circumscribitur, sed totæ civitates ac populi calamitatum nostrarum participes sunt. Famam enim in remotis provinciis quid vel dicere attinet, qualis futura sit de nobis? Decet igitur ut tua magnanimitas contentionis studium aliis relinquat, imo ex illorum etiam animis extrahat, si fieri potest: ipse autem patientia molestias superes.

L 2 Nam

Totæ civitates hujus dissensionis participes.

Basilii peccatis suis attribuit quæ acciderant.

Ibid.

*Elamis ii.* Nam ulcisci se, cuiusvis irati est: sed ipsa **A**nim in optatis est, ut in ecclesia appareat etiam ira superiorem esse, hoc certe tuum est solius, & si quis tibi virtute consimilis. Illud autem non dicam, eum qui nobis succenset, in insontes iram immittere. Itaque si adveniendū ad nos, si scribendo, si ad te accersendo, si quocumque volueris modo, consolare animum nostrum. Nobis pietas tua, & nos simul & populum tum ipso conspectu, tum gratiæ tuæ sermonibus cures. Quod si istud fieri potest, erit optimum: si vero aliud quid videbitur, & illud amplectemur. Hoc tantum a te certo impetrem, ut quod prudentiæ tuæ visum fuerit, id nobis significes.

*Alias XLV.*

## EPISTOLA LX.

*Significat Basilius se fratris adventu & litteris avunculi spem pacis afferentibus recreatum fuisse. Probaturum se promittit quidquid avunculo de congressus tempore & loco placuerit. Fratri se diffidere testatur, ob ea quæ prius gesta fuerant.*

## GREGORIO PATRUO.

*Anno 371.*

**E**T antea libenter videbam fratrem meum. Quid ni enim? cum & frater meus sit, & talis: & nunc eodem affectu suscepi advenientem, nihil meo amore immutato. Absit enim sic afficiar animo, ut & naturæ obliviscar, & cum propinquis inimicitias geram. Sed & corporis infirmitatum, & aliorum animi dolorum consolationem duxi esse viri præsentiam, & a præstantia tua per ipsum allatis litteris valde sum delectatus; quas quidem jamdudum mihi cupiebam venire, non aliam ob causam, nisi ut ne & nos vitæ humanæ adderemus tristem historiam mutæ inter propinquissimos dissensionis, voluptatem quidem inimicis afferentis, amicis vero mœrorem, ac Deo displicentis, qui in perfecta dilectione characterem ac notam suorum discipulorum posuit. Quocirca & necessario rescri-

*Christiani character caritas.*

*Alias XLVII.*

## EPISTOLA LXI.

*Basilius respondet litteris, quibus Athanasius excommunicatum a se fuisse Libya ducem nuntiaverat. Declarat ducem ex litteris Athanasii sic ecclesiæ innotuisse, ut nemo cum eo ignem aut aquam aut tectam commune velit habere.*

## ATHANASIO ALEXANDRIÆ EPISCOPO.

*371.*

**L**Egi sanctitatis tuæ litteras, in quibus adversus Libya ducem, hominem nefandum, ingemisti. Ac deflevimus quidem patriam nostram, quod talium malorum mater sit & nutrix. Deflevimus quoque Libyam regionem vestræ vicinam, malorum nostrorum participem, ac moribus ferinis traditam hominis crudeliter simul & flagitiose viventis. Hoc igitur erat, quod **B**sapienter dixerat Ecclesiastes: *Va tibi civitas, cuius rex junior est.* (Est autem hic quidam etiam molestus) *Et cuius principes non a nocte comedunt, sed in ipso meridie lascivunt, pecoribus ipsis effertur in alienas nu-*

*Eccl. 10. 16.*

**B**bo, pro nobis ut ores obsecrans, & in reliquis rebus curam nobis ut propinquis impendas. Quid autem sibi velint quæ acta sunt, quoniam præ incertitia intelligere non possumus, id statuimus verum judicare, quod ipse nobis exponere dignatus fueris. Necesse est autem reliqua etiam a tua prudentia definiri, mutuum inter nos congressum, tempus accommodum, & idoneum locum. Si igitur omnino gravitas tua ad nostram humilitatem descendere non recusat, nosque aliquo sermone impertire; si cum Calis, si privati fieri congressum volueris, morem geremus; cum semel apud nos statuerimus servire tibi in caritate, ac omnino exsequi quæ ad Dei gloriam a tua pietate nobis præcipientur. Cæterum fratrem perquam reverendum non coegimus quidquam nobis viva voce dicere, quia neque antea ipsius sermo operum testimonio confirmabatur.

**D**pias furentes. Illam quidem flagella manent a iusto iudice, æquali mensura ipsi rependenda, quæ prior ipse illius sanctis inflixit. Innotuit autem & ecclesiæ nostræ ex litteris pietatis tuæ, & abominandum ipsum existimabunt omnes, sic ut non ignem, non aquam, non tectum cum ipso commune habeant, si quid profit hominibus ita animi impotentibus communis atque unanimis condemnatio. Satis autem magna illi infamiae nota, vel ipsæ litteræ, dum ubique leguntur. Non enim intermitteremus eas omnibus ejus & propinquis & amicis & hospitibus ostendere. Omnino autem, etiam si non eum protinus tangant inflictæ poenæ, quemadmodum Pharaonem; certe aliquando gravem & acerbam ei remunerationem in posterum ferent.

*Cum excommunicato nec ignis nec aqua nec tectum commune.*

EPI-



Alias  
CLXXXV.

## E P I S T O L A LXII.

*Parnassenam ecclesiam, cuius episcopus obierat, ex antiquo more consolatur Basilius; demique operam hortatur, ut a Deo pastorem secundum eius voluntatem impetrent.*

## ECCLESIAE PARNASSI CONSOLATORIA.

Circa anno  
371.  
Mos anti-  
quus scri-  
bendi ad  
alias eccle-  
sias.

**E**T morem sequentes antiquum ex longa temporum serie vigentem, & fructum Spiritus, dilectionem secundum Deum, vobis exhibentes, per litteras pietatem vestram invisimus, ac dolorem vobiscum in hoc eventu, & rerum quæ in manibus sunt sollicitudinem partimur. Ac de molestis quidem rebus hoc tantum dicimus, tempus esse ut respiciamus ad præcepta Apo-

1. Theff. 4.  
12.

stoli, nec mereamus ut & ceteri, qui spem

*A non habent; nec tamen hunc casum citra ullum doloris sensum feramus, sed damnum quidem sentiamus: at dolori minime succumbamus, pastorem ob illius obitum beatum existimantes, ut qui in senectute pingui decesserit, & in maximis a Domino honoribus requieverit. De cæteris autem rebus, hæc habemus quæ adhortemur, mœrore omni deposito, ad sese redeundum esse, & ad necessariam ecclesiae curam assurgendum, ut Deus sanctus suam ovile curet, vobisque donet pastorem secundum suam voluntatem, qui vos cum scientia pascat.*

Alias  
CCCLXXI.

## E P I S T O L A LXIII.

*Basilius per honorifice salutat principalem Neocæsareæ, quem ex fama tantum & ex colloquiis Elpidii communis amici noverat; petitque ab eo ut se numero amicorum adscribat.*

## PRINCIPALI NEOCÆSAREÆ.

Circa anno  
371.

**V**irum sapientem, etiam si longe terrarum degat, etiam si numquam oculis viderim, amicum judico; sententia tragici Euripidis est. Quapropter etsi nobis ex congressu, qui coram fit, nondum magnanimitatem tuam cognoscere contigit, me tamen tibi amicum esse & familiarem dico. Ne putes assentationem esse hunc sermonem. Famam enim amicitiae conciliatricem habeo, magno sonitu restuas omnibus hominibus prædicantem. At postquam & cum digno omni reverentia Elpidio congressi sumus, ita nobis innotuisti & tantopere nos cepisti, ac si diu tecum fuissetis versati, ac longa experientia quæ tibi insunt bona cognovissetis. Non enim desit ille tua no-

**C**his ornamenta sigillatim narrare: animi magnitudinem, altam & excelsam mentem, morum facilitatem: rerum experientiam, mentis prudentiam, vitæ gravitatem hilaritate permixtam; vim dicendi, & quæcumque alia ipse quidem longo nobiscum colloquio recensuit, nobis autem scribere non est integrum, ne ultra modum epistolam producamus. Quomodo igitur virum talem non amarem? quomodo continere me possem, quominus exclamans animi mei affectum declarem? Salutationem itaque suscipe, vir eximie, quæ tibi ex vera ac sincera amicitia adhibetur: longe enim absunt a servili ac illiberali adulatione mores mei: meque scribe in amicorum tuorum numero, litteris te frequentibus ostendens & absentiam deliniens.

Alieni ab  
assentatione  
mores  
Basili.

Alias  
CCCL.

## E P I S T O L A LXIV.

*Per honorifice salutat Hesychium, quem & olim cognoverat, & ex sermone Elpidii plurimi faciebat.*

## HESYCHIO.

Circa anno  
371.

**M**ulta quidem me etiam ab initio cum tua dignitate conjungebant, communis litterarum amor, ubique ab his qui experti sunt pervulgatus, & antiqua nostra cum viro admirabili Terentio amicitia. At postquam vir optimus, qui que mecum omnis necessitudinis nomen adimplet, omni

**E** honore dignus frater Elpidius mecum sermonem habuit, ac singula virtutum tuarum ornamenta narravit (est autem, si quis alius, maxime idoneus, qui & virtutem hominis spectet, eamque sermone prædicet) in me tantum tui accendit desiderium, ut te nostris aliquando antiquis laribus adesse precer: quo non auditione sola, sed experientia etiam ornamentis tuis fruamur.

EPI-

Classis II.

Alias  
CCCLXIII.

## E P I S T O L A LXV.

*Prior scribit Atarbio Basilius, eique cedit quamvis natu major; ac rogat ut & ipse deinceps caritatem præ se ferat, & cogitet quanti intersit mutua concordia ad bellum repellendum, quod in orbem circuibat, ac tandem ad eos perventurum erat.*

## AT ARBIO.

Circu anno  
871.In amicitia  
vinci idem  
valet ac  
vincere.

2. Cor. 13-7.

**E**Cquis erit silentii finis, si ego ætatis re-  
poscens jura, exspectem a te fieri ini-  
tium salutandi, tua autem dilectio diutius  
velit in malo quiescendi consilio perseverare?  
Sed cum ego in amicitia vinci idem valere  
existimem, ac vincere, profiteor me tibi  
concedere hoc laudis & gloriæ in propria  
sententia retinenda studium. Ipse autem  
prior ad scribendum accessi, non ignorans  
caritatem omnia sufferre, omnia sustinere,  
nusquam quod suum est querere; quapropter  
numquam excidit. Nam dejici non potest,  
qui se per caritatem proximo submittit.  
Fac igitur & ipse saltem deinceps primum  
& maximum spiritus fructum, caritatem,  
præ te ferens, projicias irascentium  
tristitiam, quam nobis per silentium declarasti,  
& concipias corde lætitiā, pacem cum  
fratribus idem sentientibus, studium &  
solicitudinem pro ecclesiarum Domini  
perpetuitate. Noveris enim, nisi parem

A nos laborem pro ecclesiis suscipiamus, ac  
sanæ doctrinæ adversarii ad earum ever-  
sionem & cumulatam ruinam; nihil impedire  
quominus veritas ab inimicis everfa pereat,  
ac condemnationis & ipsi participes simus,  
quod non omni studio atque alacritate in  
mutua concordia ac in his quæ ad Deum  
spectant conspiratione, sollicitudinem pro  
virili ad ecclesiarum conjunctionem ostenderimus.  
Hortor igitur hanc opinionem ex animo  
tuo ejicias, te nemine alio ad communio-  
nem indigere. Non enim est viri secundum  
caritatem ambulantis, aut Christi legem  
adimplentis, sese a fratrum conjunctione  
abscindere. Simul autem velim & illud  
cogitet bonus tuus animus, belli malum  
quod in orbem circumagitur, tandem aliquando  
ad nos etiam perventurum; ac si nos quoque  
una cum aliis injuriæ participes simus,  
non inventuros, qui commiserescant, eo  
quod lætitiæ tempore iis qui injuria afficiebantur,  
commiserationis symbolam non erogaverimus.

Bellum in  
orbem cir-  
cumagitur.

## E P I S T O L A LXVI.

Alias  
XLVIII.

*Rogat Athanasium Basilius, ut Occidentales ad succurrendum Orienti excitet; & cum dissidium Antiochenum solus sedare possit, hanc provinciam suscipiat.*

ATHANASIO EPISCOPO  
ALEXANDRIÆ.

Anno 371.

**I.** NEmini arbitror tantum doloris af-  
ferre præsentem ecclesiarum sta-  
tum, seu potius, ut verius loquar, confu-  
sionem, quantum præstantiæ tuæ, qui com-  
paras cum priscis præsentia, quantumque  
hæc ab illis distent, intelligis, ac illud etiam  
consideras, si res eodem impetu in pejus dila-  
bantur, nihil prohibiturum, quominus eccle-  
siæ brevi in aliam quamdam formam peni-  
tus transmutentur. Hæc sæpe mecum ipse  
cogitavi, si nobis adeo miserabilis ecclesia-  
rum depravatio videtur, quali eum animo  
his in rebus esse par sit, qui priscam tranqui-  
litate & in fide concordiam ecclesiarum  
Domini expertus est? At quemadmodum  
plurima pars doloris ad præstantiam tuam  
pervenit: ita decere arbitramur, ut & solli-  
citudinis pro ecclesiis plurima ad tuam  
prudentiam pertineat. Dudum novi & ipse  
pro mediocri mea rerum notitia, unam esse  
ecclesiis nostris auxilii viam, si nobiscum  
conspirent Occidentales episcopi. Nam si vo-

cluerint, quod adhibuerunt studium in uno  
aut altero, perverse in Occidente sentire  
deprehensis, illud etiam pro nostrarum  
partium parœcia ostendere; fortasse rebus  
communibus non nihil accesserit utilitatis,  
Imperatore multitudinis auctoritatem  
reverente & populis ubique ipsos sine  
dubio sequentibus. Quis autem ad hæc  
perficienda potentior est prudentia tua?  
Quis ad videndum quid deceat acutior?  
quis ad perficienda quæ profunt  
efficacior? Quis ad dolendum  
Dex fratrum afflictione propensior?  
Quis perquam reverenda canitie  
tua Occidenti toti venerabilior?  
Relinque aliquod monumentum  
mortalibus, tua vivendi ratione  
dignum, pater in primis venerande.  
Innumeros illos pro pietate exantlatos  
labores hoc uno facto exorna: mitte  
aliquos ex sancta tua ecclesia viros  
in sana doctrina potentes ad  
Occidentales episcopos: expone illis  
calamitates quibus premimur: sug-  
gere modum opis ferendæ: fias  
Samuel ecclesiis: affigere una cum  
populis bello oppugnatis: offer  
pacificas preces: pete gratiam a  
Domino, ut aliquod pacis monumentum  
ecclesiis im-

Unus aut  
alter hære-  
ticus in Oc-  
cidente de-  
prehens.

mittat. Scio epistolas infirmas esse, ut A res tanti momenti suadeatur. Sed neque tu aliorum exhortatione indiges, non sane magis quam generosissimi pugiles puerorum acclamatione: neque nos docemus ignorantem, sed festinanti impetum intendimus.

2. Ad reliquas quidem res Orientis fortasse tibi plurimum etiam adiumento opus est, atque Occidentales necesse est expectare. Sed praeclarus Antiochenae ecclesiae status aperte ex tua pietate pendet; ita ut in alios quidem temperamento utaris, alios vero B compescas, atque ecclesiae robur per concordiam restituas. Tibi enim, sapientissimorum medicorum more, curandi initium a praecipuis partibus esse faciendum, melius ipse quam quisquam alius perspicias. Quid autem habeant orbis terrarum ecclesiae, quod praefendum sit Antiochiae? quam si

Ecclesia Antiochena maximi momenti.

contingeret ad concordiam redire, nihil impediret, quominus velut caput corroboratum universo corpori sanitatem suppeditet. Revera autem tua indigent sapientia & evangelica commiseratione urbis illius aegritudines, quae non ab haereticis modo scissa est, sed ab iis etiam, qui idem inter se sentire se dicunt, discerpitur. Haec vero conciliare, & ad unius corporis harmoniam redigere, illius est solius, qui & ficcis ossibus, ut ad nervos & carnem denuo redeant, non enarrabili sua potestate largitur. Dominus autem omnino magna per eos, qui se digni sunt, efficit. Rursum igitur & hic magnanimitatem tuam decere tantarum rerum administrationem speramus, adeo ut populi quidem tumultum compescas, praefecturas autem particulares abroges, & omnes sibi invicem subicias in dilectione, ac robur primum Ecclesiae restituas.

classis II.

EPISTOLA LXVII.

*Rogatu Dorothei apertius explicat Basilium, quod prioribus indicaverat litteris, sic Antiochiae res componendas, ut Meletius ecclesiae corpori praesit, in alios autem aconomia adhibeatur: ita enim & ipsi Occidentalibus placuisse, ut littera per beatum Sylvanum allatae restantur.*

ATHANASIO EPISCOPO ALEXANDRIAE.

Mihi quidem satis esse videbatur in prioribus litteris, praestantiae tuae tantum indicare, quidquid ex sanctae ecclesiae Antiochenae populo in fide firmum est, in unam concordiam & unitatem adducendum esse; id, inquam, satis esse videbatur, ut demonstrarem religiosissimo episcopo Meletio oportere, quae in plures partes nunc divisa sunt adjungere. Sed quia idem ille dilectus condiaconus noster Dorotheus clariorem de his mentionem postulavit, necessario testatur & universo Orienti in votis esse, & a nobis Meletio omnimodo conjunctis experi,

Cum eum videamus ecclesiam Domini gubernantem; virum & fide inculpatum, & tum vita nullum cum aliis comparationi locum relinquentem; tum quod ipse universo, ut ita dicam, corpori ecclesiae praesit, reliqua vero sint, velut partium segmenta. Quare undique necessarium simul & utile huic viro conjungi alios, velut fluminibus magnis minoras: circa alios autem aliquod temperamentum adhiberi, quod & illis conveniat, & pacificet populum, & prudentiae tuae ac perquam celebri solertiae studioque competat. Caeterum eximiam tuam prudentiam nullo modo laet, eadem jam & unanimibus tuis Occidentalibus placuisse; ut ostendunt litterae per beatum Sylvanum nobis allatae.

Meletius sanctitate nemini comparandus.

Meletii episcopatum Occidentales comprobant.

EPISTOLA LXVIII.

*Cum Meletio agit Basilium, de Dorotheo Romano mittendo. Nuntiat de Evippii adventu, & aliorum Arianorum expectatione.*

MELETIO EPISCOPO ANTIOCHIAE.

Hactenus quidem voluimus retinere apud nos religiosissimum fratrem Dorotheum condiaconum, ut eum sub finem negotiorum dimittentem, singulas res gestas praestantiae tuae per ipsum significaremus. Sed tamen quoniam dum diem ex die differimus, in longum tempus protrahi sumus, statim atque nobis, ut in rebus difficillimis, consilium aliquod de rebus agen-

dis in mentem venit, misimus praedictum virum, qui sanctitatem vestram conveniat, referatque per se ipse singula, & commentaridam nostrum ostendat, ut si utilia videantur quae a nobis excogitata sunt, ea in rem conferri curet vestra praestantia. Haec autem ut in summa dicam, vicit sententia, ut idem ille frater noster Dorotheus Romanum proficiscatur, exciterque aliquos ex Italia qui nos invitant, mari utentes, ut interpellatores devitent. Animadvertit enim eos qui

Anno 371.

Alias LVII.

Anno 371.

Classis II.  
Viri potentes nihil audent de exilibus suggerere.

qui apud Imperatorem potentes sunt, neque velle; neque posse illum de exilibus submonere: sed quod nihil pejus in ecclesiis fieri videant, id pro lucro ducere. Igitur si & prudentiæ tuæ utile consilium esse visum fuerit, dignabere & epistolas exarare, & commentarium dictare, de quibus, & ad quos ipsum verba facere oporteat. Atque ut

Auctoritatem aliquam habeant litteræ, adjunges omnino eos qui idem sentiunt, etiam si non adsint. Hic autem res incertæ adhuc & dubiæ; cum Euippius advenerit quidem, sed nondum quidquam declaraverit. Minantur quidem & concursum quemdam eorum, qui idem ac illi sentiunt, ex Armenia Tetracoli & ex Cilicia.

Euippius advenerit: ceteri Ariani expectantur.

Alia Lili.

EPISTOLA LXIX.

*Laudat Basilium Athanasii studium & curam omnium ecclesiarum: gratias agit ob missum ad se Petrum presbyterum. Iterum ad eum mittit Dorotheum, ut ejus consiliis munitus Romam proficiscatur. Narvat visum esse Romam scribere, ut inde idonei legati mittantur, ac placere nonnullis, ut Romani Marcellum damnent, sibi que idem videri. Rogat denique ut Dorotheum ad primam navigationem dimittat, & legatos ex Occidente advenientes moneat, quomodo pax concilianda sit ac in primis ecclesia Antiochena curanda.*

ATHANASIO EPISCOPO ALEXANDRIÆ.

Anno 371.

Athanasio tanta aliarum ecclesiarum cura quanta propria.

Quam dudum de tua præstantia opinionem habemus, eam tempus progressus semper confirmat: vel potius simul crescit ex eorum quæ singulatim sunt accessionibus. Nam plerisque aliis satis est sua cujusque propria circumspicere: tibi vero ad satis non est, sed tanta inest tibi omnium ecclesiarum cura, quanta illius, quæ privatim tibi a communi nostro Domino concredita est: quippe qui nullum tempus intermittas differendi, admonendi, scribendi, ac subinde mittendi, qui optima commoneant. Atque nunc etiam dignum omni honore fratrem Petrum e sacro clericali cœtu missum multo cum gaudio excepimus, & bonum peregrinationis ipsius consilium laudavimus, quod quidem præ se fert secundum præstantiæ tuæ mandata, concilians contraria ac divulsa conjungens. Unde & nos cum aliquid in hujus rei studium conferre vellemus, convenientissimum initium rebus daturus duximus, si velut ad universorum apicem, ad tuam confugeremus perfectionem, ac te & consiliario, & duce eorum quæ agenda sunt uteremur. Hac de causa & fratrem Dorotheum diaconum ecclesiæ, cui reverendissimus episcopus Meletius præest, bono rectæ fidei studio utentem, & pacis ecclesiarum videndæ cupidum, ad pietatem tuam remisit, ut consiliis tuis obsequens (quæ & tempore & rerum experientia, & quod præ ceteris habeas a Spiritu consilium, tutiora ac securiora efficere potes) ita demum expetita ac desiderata aggrediatur. Hunc & suscipies videlicet, & intueberis pacificis oculis, eumque precum subsidio firmatum, ac litterarum viatico munitum, imo etiam honorum qui apud te sunt nonnullis adjunctum, ad proposita de-

Bduces. Nobis autem operæ pretium esse visum est, ad episcopum Romæ scribere, ut res nostras invisat, & consilium dare, ut cum illinc communi ac synodico decreto aliquos mitti difficile sit, ipse hoc negotium suo Marte aggrediatur, eligens homines idoneos ad perseverandos itineris labores; idoneos ad eos, qui apud nos perversi sunt, lenitate ac animi constantia corrigendos; apte & temperate utentes sermone, secumque habentes quæcumque post Ariminense concilium gesta sunt, ad eorum quæ per vim Cilicæ facta fuerant dissolutionem; neque, nemine sciente, citra strepitum per mare huc adveniant, ut opinionem inimicorum pacis prævertant.

2. Requiritur autem & illud a nonnullis qui hic sunt, ac necessario quidem, ut etiam nobis ipsis videretur, ut ipsi Marcelli hæresim velut perniciosam, & noxiam, & a sana fide alienam exterminent. Nam hætenus in omnibus quas scribunt litteris, Arium quidem infausti nominis virum susque deque anathemate ferire, & ab ecclesiis relegare non cessant: Marcello vero qui impietatem ei ex diametro oppositam protulit, & in ipsam divinitatis Unigeniti existentiam impius fuit, & Verbi appellationem præve accepit, nullum videntur intulisse vituperium. Qui Verbum quidem dictum fuisse Unigenitum concedit, ad usum & ad tempus progrediens, sed rursus ad eum unde prodiit revertens, neque ante exitum esse, neque post reditum subsistere. Atque hujus rei argumenta sunt servati apud nos nefariæ illius scriptionis libri. Sed tamen nusquam eum reprobare visi sunt; idque eo nomine vituperati, quod eum ab initio ex veritatis ignorantia in ecclesiasticam etiam communionem receperint. Igitur & illius, ut par est, fieri mentionem res præsentis postulant, ut qui occasionem quærunt, occasio-

Petit Basilium ut Marcelli hæresim damnetur a Romanis.

caſionem non habeant, dum ſani ad tuam A dem ſentiunt, omni ratione ad conjunctio- Class II.  
 ſe ſanctitatem adjungunt, & qui circa ve- nem compellant, etiamſi nonnullos repe-  
 ram fidem claudicant, manifeſti omnibus riant, qui privatas qualdam diſcordiarum  
 fiunt; ita ut deinceps eos qui idem ac nos inter ſe cauſas habeant; ne populus ortho-  
 ſentiunt, agnoſcamus, nec jam velut in doxus multas in partes ſcindatur, una cum  
 nocturna pugna nullum ſit amicorum & ini- præpoſitis abſcedens. Studium enim in eo  
 micorum diſcrimen. Hortamur ſolum, ut ponendum eſt, ut paci poſthabeantur omnia,  
 ſtatim ad primam navigationem prædictus ac præ omnibus eccleſiæ Antiochenæ cura  
 diaconus mittatur, ut poſſit ſaltem anno ſuſcipiatur, ne ſana illius pars circa perſo-  
 ſequenti aliquid eorum, quæ precamur, nas ſciſſa debilitetur. Sed magis hæc omnia  
 perfici. Illud autem ante etiam quam dica- & ipſe deinceps curabis, poſteaquam, quod  
 mus, ipſe & intelligis, & curabis videlicet, optamus, adjuvante te Deo, omnes habue-  
 ut ubi, Deo volente, advenerint, non im- Bris tibi, quæ ad eccleſiarum ſtatum perti-  
 mittant eccleſiis ſchiſmata: ſed eos qui ea- nent, committentes.

*Alias*  
 CCKX.

## E P I S T O L A LXX.

*Oriens mala eximiis coloribus depingit Baſilius, & Damafum rogat, ut ex more  
 & inſtituto deceſſorum ſuorum auxilium ferat, imprimis Dionyſii, qui olim in Cappa-  
 dociam miſerat, qui captivos redimerent.*

## SINE INSCRIPTIONE DE SYNODO.

Anno 371.

**D**ilectionis antiquæ leges renovare, & Patrum pacem, cœleſte illud Chriſti donum ac ſalutare quod tempore exaruit, ad vigorem iterum revocare, neceſſarium quidem nobis ac utile; jucundum autem, ſat ſcio, & tuo Chriſti amanti animo videbitur. Quid enim fiat jucundius, quam homines tanto locorum intervallo ſejunctos, caritatis vinculo videre in unam membrorum harmoniam in corpore Chriſti colligari? Omnis propemodum Oriens, Pater colendiſſime, (dico autem Orientem quidquid ab Illyrico ad Ægyptum uſque protenditur) ingenti tempeſtate ac æſtu exagitur: cum dudum quidem ſparſa hæreſis ab inimico veritatis Ario, nunc vero impudenter emergens, ac veluti radix amara fructum exitioſum proferens, jam dominetur; propterea quod ſanæ doctrinæ in unaquaque parœcia ſigniferi per calumniam ac injuriam exciderunt eccleſiis, tradita autem his, qui ſimpliciorum animas captivas ducunt, rerum potestas. Horum unicam ſolutionem exſpectavimus, miſerationis veſtræ viſitationem: ac nos temper conſolata eſt mirabilis veſtra caritas præterito tempore, & læto rumore allato, fore ut a vobis inviſeremur, animis ad breve tempus corroborati ſumus. Poſtquam autem ſpe excidimus; non jam am-

Oriens  
 quidquid  
 ab Illyrico  
 ad Ægyptum  
 patet.

plius ferentes, eo devenimus, ut vos per litteras obſecremus, ut ad opem nobis ferendam excitemini, & ex his qui idem ac nos ſentiunt mittatis aliquos, qui vel diſſidentes concilient, vel Dei eccleſias ad amicitiam reducant, vel ſaltem perturbationis auſtores vobis clariuſ indicent; ita ut deinceps vobis manifeſtum ſit, quibuſcum communionem deceat habere. Omnino autem nihil expoſcimus novi, ſed quod & cæteris olim beatis ac Deo dilectis viris uſitatum & præcipue vobis. Novimus enim ex ſerie memoriæ, a patribus noſtris interrogatis & litteris etiamnum apud nos aſſervatis edocti Dionyſium beatiffimum illum epiſcopum, qui apud vos & recta fide & reliquis virtutibus denituit, inviſiſſe eccleſiam noſtram Cæſarienſem, & patres noſtros per litteras conſolatum eſſe, ac miſiſſe, qui fratres captivos redimerent. Nunc autem difficilior ac triſtior eſt rerum noſtrarum ſtatus, & cura majore indiget. Neque enim terrenarum ædium lugemus demolitionem, ſed excidium eccleſiarum: neque corporum ſervitutem, ſed animarum captivitatem quotidie ab hæreſis propugnatoribus perfici videmus. Quare niſi jam ad ſuppeticas ferendas excitemini, paulo poſt nec quibus manum porrigatis inventuri eſtis, omnibus ſub hæreſis poteſtatem redactis.

Olim uſita-  
 tum, præ-  
 cipue Ro-  
 manis epi-  
 ſcopis, alias  
 eccleſias  
 per litteras  
 inviſere.  
 Dionyſius  
 Romanus.

*Alias*  
 XXXIII.

## E P I S T O L A LXXI.

*Gregorio dolorem ſuum ſignificat Baſilius, quod amiciffimi ſibi homines cuidam calumniatori aures præbeant. Negat deſenſione opus eſſe: culpam rejecit in Gregorium, quod ſecum magnam anni partem non traducat: rogat ut ſecum adverſus imminentem hoſtem certaturus veniat. Quo ex certamine ſperat ſe ſaltem exilii laudem reportaturum.*

## GREGORIO BASILIUS.

Anno 371. I.  
 Hellenius.

**A**ccepi pietatis tuæ litteras per fratrem ſane quam reverendum Hellenium: & quæcumque nobis ſignificaveras, S. Baſilii Oper. Tom. III.

ipſe aperte narravit. Audientes autem quomodo affecti fuerimus, nihil omnino dubitas. Sed quia decrevimus dolore omni potiore facere noſtrum in te amorem, accipi-

M

pi-

clausi hinc primus etiam hæc, ut par erat; ac precamur Deum sanctum, ut reliquos dies vel horas sic in animi erga te affectione conservemur, quemadmodum & præterito hæcenus tempore, in quo nullius nobis ipsis neque parvi neque majoris delicti sumus conscii. Quod si ille, qui nunc primum sese ad vitam christianorum emergere profitetur, ac sibi honorificum futurum putat, nobiscum conflictari, ea effingit quæ non audivit, & narrat quæ non intellexit; nihil mirum. Sed illud mirandum & ab opinione abhorrens, quod ejusmodi rerum auditores habet germanissimos mihi apud vos fratres: nec auditores modo, sed & discipulos, ut videtur. Quod si alioqui mirum esset talem esse eum qui docet, meque eum esse cui maledicunt; certe temporum infelix status nihil nos ægre ferre docuit. Nam jam dudum majores his contumeliæ familiares nobis factæ sunt ob nostra peccata. Ego igitur, si necdum istius fratribus meæ de Deo sententiæ experimentum dedi, ne nunc quidem habeo quod respondeam. Quibus enim longum tempus non persuasit, quomodo brevis epistola persuaseat? Sin illa satis sunt, nugæ existimantur quæ proficiuntur a calumniatoribus. Sed tamen si permiserimus effrenatis linguis & expertibus disciplinæ cordibus, de quibus voluerint loqui, auresque ad suscipiendum paratas habuerimus; non nos solum res aliorum secus accipiemus, sed nostras etiam alii.

Basilio jam dudum familiares factæ majores contumeliæ.

Adem hortabar ne fieret, nunc autem desessus sileo, quod non una conveniamus. Nam si ex veteri pacto & pro debita nunc ecclesiis a nobis cura, magnam anni partem simul traduceremus, aditum non dedissemus calumniantibus. Tu autem, si videtur, his quidem vale dicito: ipse vero exorari te sine, ut nobiscum ad propositum certamen allaboreres, ac nobiscum occurras ei qui bellum nobis infert. Si enim tantum appareas, suppresses ipsius impetum, eosque qui ad patriæ res evertendas conspirant, dissipabis, ubi Bipsis notum feceris te, Dei gratia, coetus nostri ducem esse; ac omne os loquentium contra Deum iniquitatem obrurabis. Hæc si fiant, res ipsa declarabit quis tui ad præclara facinora sectator, & quis claudicans ac veritatis doctrinæ ignavus proditor. Quod si res Ecclesiæ proditæ sunt, parum mihi curæ fuerit eos verbis convincere, qui tanti me faciunt, quanti facere possint qui nondum suo se modulo metiri didicerunt. Enimvero brevi, Deo largiente, ipsis operum testimoniis calumniæ arguentur; siquidem expectamus pro veritatis doctrina forte etiam nos majus aliquid passuros: sin minus, saltem omnino ex ecclesiis & patria ejectum iri. Sed si nihil evenerit eorum quæ speramus; non procul abest Christi judicium. Quare si congressum ob ecclesias exposcis, paratus sum, quocumque advocaveris, accurrere: sin autem, ut calumnias diluam; de his respondere nunc mihi non vacat.

Sperat Basilium se saltem in exilium iturum.

2. His autem illud in causa est, quod pri-

Alia  
CCCLi.

EPISTOLA LXXII.

*Hesychium rogat Basilium, ut sibi in placando Callisthene operam navet.*

HESYCHIO.

Circa anno  
371

**N**Ovi & amorem in me tuum, & rerum optimarum studium. Quare cum mihi placandus sit desideratissimus filius Callisthenes; existimavi, si te socium caperem sollicitudinis, facilius me perfecturum quod cupio. Succenset ille vir disertissimo Eustochio, nec immerito succenset. Servorum ipsius in se audaciam ac furorem incusat. Hunc rogamus exorari se sinat, ut eo timore contentus, quem & temerariis illis & eorum heris incussit, contentionem, ve-

nia data, dissolvat. Nam hoc pacto utrumque consequetur, & honestam speciem apud homines, & laudem apud Deum; si modo terrori velit patientiam admiscere. Tu igitur, si qua tibi cum illo viro intercedit amicitia ac familiaritas, ab eo id beneficii postula: & quos noris in civitate idoneos ad eum flectendum, socios adhibe sollicitudinis, dicens eis rem mihi gratissimam fore. Quin & diaconum sic dimitte, ut quarum rerum causa missus est, his perfectis redeat. Nam pudet me homines qui ad me confugiunt, nihil juvare posse.

Alia  
ccclxxviii.

EPISTOLA LXXIII.

*Laudat Callisthenem Basilium, quod Eustochii servis iratus rei arbitrium sibi permiserit. Perenti ut in locum, ubi injuriam fecerant, abducantur, demonstrat multa inde consequi incommoda. Concedit ut Sasima usque sistantur; vel potius rogat ut sibi vindicta permittatur; ac si juravit Callisthenes traditurum se eos ad pœnam secundum leges, contentus sit pœna, quam Ecclesiæ leges imponunt, & militem, quem miserat, cito revocet.*

Circa anno  
371

CALLISTHENI.

**G**Ratias egi Deo lectis tuæ gravitatis litteris: primum, quod hominis

honorem libenter mihi habentis veniret ad me salutatio: siquidem virorum præstantissimorum colloquium plurimi facio. Alterum

VO-

voluptati fuit, recordationem bonam consequi. Signum autem recordationis litteræ, quas ubi accepi, ac earum sensum intellexi; miratus sum quomodo vere, ut omnium erat opinio, paternam mihi reverentiam exhibuerint. Quod enim æstuans & iratus & ad ulciscendos molestiæ auctores paratus, multum remisisti de impetu, nosque rei dominos fecisti; id mihi locum dedit in te tamquam in filio spiritali lætandi. Pro his igitur quid aliud superest, nisi ut tibi bona precemur? ut amicis quidem sis gratissimus, inimicis vero formidandus, & omnibus pariter reverendus, ut & qui aliqua in re officio suo defuerint, cognita tua lenitate culpent se ipsi, quod in te virum talem deliquerint.

2. Sed quia iussisti famulos in locum, ubi turbam ac tumultum excitarunt, abduci; scire velim quid tuæ bonitati id requirenti propositum sit. Si enim aderes ipse, & facinoris pœnas ipse repetes, aderunt pueri: quid enim aliud faciendum, si id tibi statutum est? Sed nescio ego quid jam beneficii accipero, si pueros ex supplicio eruere non valeam. Quod si te negotia per viam detinuerint, quis homines illic suscipiet? Quis pro te illos ulciscetur? Quod si videtur ut tibi in conspectum prodeant, idque omnino statutum; jube Salsimos usque sistantur, ac ibi ostende lenitatem morum tuorum & magnanimitatem. Postquam enim in potestatem acceperis eos qui offenderunt, & hoc pacto demonstraveris non contemptui habendam esse tuam dignitatem; illæfos dimitte, quemadmodum prioribus litteris rogavi-

A mus, gratiam a nobis iniens, & a Deo facti mercedem expectans. Classis II.

3. Hæc autem dico, non quod res ita perfici debeat, sed cedens commotioni tuæ, ac metuens, ne quid iracundiæ minus coctum resideat; & quemadmodum oculis inflammatis vel mollissima medicamenta dolorem ferunt, ita & nunc oratio mea accendat te magis quam compescat. Illud enim maxime decorum foret, ac tibi maximum ornamentum afferre posset, mihi que non parvam apud amicos & æquales meos gloriæ materiam, si vindicta mihi permetteretur. Omnino autem etiam si juraveris traditurum te eos ad supplicium secundum leges; neque animadversio nostra minor est ad vindictam, neque divina lex ignobilior observatis in sæculo legibus. Sed fieri poterat, ut hic ex legibus nostris, in quibus & ipse spem salutis positam habes, puniti, & te jurisjurandi necessitate solverent, & ipsi parem peccatis pœnam explerent. Sed rursus epistolam longius produco. Nam dum hæc tibi persuadere vehementer studeo, nihil eorum quæ in mentem veniunt, præterire possum; veritus scilicet ne ideo irrita sit mea precatio, quod aliquid in docendo prætermiserim. At enim, colendissime ac germane Ecclesiæ fili, confirma spes meas, quas in te nunc positas habeo, & consentientia omnium de tua animi moderatione & lenitate testimonia; ac militi scribe ut a nobis cito discedat. Is enim hætenus nihil odii aut contumeliæ omisit: quippe cum malit te molestia non afficere, quam omnes nos familiares ac amicos habere.

Jurisjurandi interpretatio. Lex Ecclesiæ non minor ad vindictam, quam lex sæculi.

E P I S T O L A LXXIV.

Alias  
ccclxxix.

*Basilii malorum patriæ descriptione Martinianum adducere conatur, ut Imperatorem adeat, & quanta ex divisione Cappadociæ consequantur incommoda demonstrat, vel saltem scribendo operam ferat in tanta calamitate.*

MARTINIANO.

Anno 371.

1. **Q**uanti me arbitraris, quanti æstimaturum, ut in unum aliquando inter nos veniamus, tecumque diutius verſer, adeo ut omnibus bonis quibus ornatus es, perfruar? Si enim plurimum valet ad eruditionis testimonium, multorum hominum vidisse urbes, & mores nosse; id existimo brevi tempore tuum congressum præstare. Quid enim refert utrum multos sigillatim videas, an unum qui omnium simul experientiam adeptus sit? Imò vero maxime præstare dixerim, quæcumque rerum optimarum cognitionem sine labore conciliant, & puram ab omni vitii perturbatione scientiam virtutis colligunt. Enimvero sive facinus præclarissimum, sive senten-

**D**tia memoratu digna, sive virorum alios superantium instituta, omnia in animi tui thesauro reconduntur. Quare non annum tantum, sicut Alcinous Ulyſsem, sed per totam vitam meam audire te exoptarim, eamque longam hac de causa fieri, quamvis mihi gravis sit & molesta. Sed quid ego nunc scribo, cum adesse oporteret? Quia me afflictata patria festinanter ad se vocat. Qualia autem patiat, non ignoras, vir optime. Eam enim, veluti Pentheum, vere Mænades quidam, dæmones, discerpere: si quidem eam secant atque refecant, vulnera, imperitorum medicorum more, per inscientiam suam reddentes graviora. Itaque cum laboret dissecta; reliquum est ut ei tamquam ægrotanti medeamur. Scripserunt igitur ac nos urgent cives, atque accede-

Mira Martiniani eruditio.

S. Basilii Oper. Tom. III.

M 2 dere

claus. 11. dere necesse est, non quod rebus aliquid al-  
laturi simus auxilii, sed ut derelictionis ex-  
probrationem effugiamus. Nosti enim pro-  
clives esse ad sperandum qui in angustiis  
sunt, proclives & ad conquerendum, sem-  
per in id quod prætermissum est, culpam  
conferentes.

2. Equidem & ejus rei gratia convenire te  
debebam, ac consilium dare; vel potius ob-  
secrare ut strenuum quiddam ac prudentia  
tua dignum excogites, nec patriam nostram  
in genua prolapsam despicias: sed in aulam  
proficiscens ac libertate tua utens denunci-  
eis, ne sibi videantur duas ex una possidere  
provincias: neque enim ex alia quadam ter-  
ra alteram harum inducere: sed idem fere  
egerunt, ac si quis equum aut bovem possi-  
dens, deinde duas in partes dividens, duos  
pro uno habere sibi videatur; non enim effe-  
cit duos, sed unum e medio sustulit; ac de-  
monstres etiam iis qui plurimum possunt,  
imperium non hoc pacto adaugeri, neque  
enim robur innumero, sed in ipsis rebus po-  
situm esse: siquidem nunc arbitramur alios  
quidem fortasse veritatis ignoratione, alios  
vero eo quod nolint verbis molesti esse, alios  
parvi pendentes, ea quæ sunt negligere. Si  
igitur Imperatorem ipsum adire posses, id  
& rebus commodissimum foret & præclaro  
vitæ tuæ instituto decorum. Sin autem hoc  
alioqui grave est tum ob anni tempestatem,  
tum ob ætatem quæ, uti tu ipse dicis, comi-  
tem habet pigritiam; ac saltem scribendi  
nullus labor. Quamobrem si litterarum præ-  
sidium patriæ impertias; primum quidem  
consciis tibi metipsum eris, nihil quod in tua  
potestate situm esset, a te fuisse omissum: de-  
inde afflictis etiam; ipsa commiserationis  
specie satis magnum afferes solatium. Sed  
utinam fieri posset, ut interesses ipsis rebus,  
ac oculis tuis mœstitiam videres. Sic enim  
forte ex rerum conspectarum evidentia  
commotus, vocem aliquam & animi tui  
magnitudine & civitatis afflictione dignam  
emitteres. Sed tamen narrantibus nobis fi-  
dem ne deroges. Revera Simonide, aut ali-  
quo simili Poeta indigeremus, evidenter  
scienti calamitates lugere. Sed quid dico  
Simonidem? Æschylum dicere oportuit, E-  
aut si quis alius ei similis, calamitatis ma-  
gnitudinem clare exponens, voce alta la-  
mentatus est.

3. Nam cœtus illi, sermonesque & eru-  
ditorum virorum in foro colloquia, ac quæ-

## EPISTOLA LXXV.

Alias  
CCCLXI.

*Aburgium monet Basilius quid patriæ debeat, eumque illius malorum pictura permovere  
conatur, ut auctoritate sua utatur ad opem civibus ferendam.*

## ABURGIO.

Ann. 372.

Cum multa sint, quibus indoles tua su-  
per alios eminet; nihil tamen tibi tam

Acumque civitati nostræ antea nomen & fa-  
mam pepererant, nos deseruere. Quare  
eruditorum & eloquentium hominum rarius  
nunc quisquam ad forum accedere depre-  
hendatur, quam olim Athenis infamæ no-  
tis inulti, aut manibus non puri. Introdu-  
cta est autem horum loco Scytharum quo-  
rumdam aut Massagetarum inscitia. Una  
autem vox est exactorum, & eorum a qui-  
bus exigitur, quique flagellis cœduntur.  
Porticus utrinque lugubre quiddam perso-  
nantes, velut propriam videntur vocem  
edere, de his quæ sunt ingementes. Occlu-  
sa autem gymnasia & noctes non illustratas  
non finit aliquo nos in numero habere ipsa  
de vita sollicitudo. Non enim leve pericu-  
lum est, ne a motis optimatibus, velut ful-  
cris corruentibus, simul evertantur omnia.  
Ecquis autem sermo exprimendis nostris  
malis par fuerit? Alii abierunt fugientes,  
pars senatus nostri non ignobilior, perpe-  
tuum exilium Podando præferentes. Cum  
autem Podandum dico, Ceadem me Laco-  
nicum dicere puta; aut sicubi naturale ba-  
crathrum vidisti; quæ loca nonnulli Charo-  
nia, nomine sua sponte occurrenti, appel-  
larunt, exitiosam auram exhalantia. Ejus-  
modi loco persimile existima Podandi ma-  
lum. Ex tribus igitur partibus, alii cum  
uxoribus ac focis fugiunt, alii abducuntur  
ut captivi, maxima pars optimatum civi-  
tatis, miserandum amicis spectaculum, ini-  
micorum vota explentes; si quis tamen om-  
nino existit, qui nobis tantum mali impre-  
cetur. Tertia jam relicta pars est. Hi au-  
tem amicorum ac familiarium non ferentes  
Deseccum, simulque infirmiores quam ut  
rebus necessariis provideant, vitam ipsam  
oderunt. Hæc hortamur ut nota omnibus  
facias, tua ipsius voce ac justa dicendi liber-  
tate, quam tibi vita conciliat; clare illud  
prædicens, nisi cito consilium mutent, non  
habituos in quibus humanitatem osten-  
dant. Vel enim aliquid auxilii laturus es  
communibus rebus, vel saltem idem factu-  
rus, quod Solon, qui cum cives derelictos  
defendere non posset, arce jam occupata,  
armatus ante fores sedebat, hoc ipso habi-  
tu declarans, se his quæ fiebant non assenti-  
ri. Hoc autem pro certo scio, etiam si quis  
nunc sententiam tuam non probet, paulo  
post benevolentiam simul & prudentiam maxi-  
mam laudem tibi daturum, cum res vide-  
rit ita, ut prædictæ fuerant, evenire.

Olim At-  
henis nec  
infames in  
foro, nec  
manibus  
non puri  
videban-  
tur.

Charonia.

proprium est, quam patriæ amor, repen-  
dente te justas illi vices, ex qua ortus talis  
evasisti, ut claritas tua per totum orbem  
terrarum celebretur. Itaque illa ipsa patria,  
quæ



quæ te progenit ac enutrivit, in veterum A tum insidiantibus dudum nostro casui. Cu- Class. II.  
 historiarum incredibilem statum devenit; jus est igitur manum nobis porrigere? Aut  
 nec quisquam in urbem nostram adveniens, cuius lacrymas commiserationis nostra cau-  
 etiam si fit ex iis quibus maxime nota est, sa profundere? nisi clementiæ tuæ, quem  
 illam agnoscat. Adeo in omnem solitudi- etiam alienæ civitatis similiter afflictæ mala  
 nem subito transmutata est; pluribus qui- tangerent, non modo illius, quæ te in lu-  
 dem jam antea magistratibus ei ablati, nunc cem edidit. Itaque si qua polles potentia,  
 autem fere omnibus Podandam translatis. eam in præsens tempus nobis ostende. Ma-  
 Ab his avulsi qui residui sunt, in omnem & gna profecto habes a Deo adjumenta, qui  
 ipsi desperationem inciderant, ac omnium te nullo tempore dereliquit, tibi que multa  
 animos ita infregerunt, ut jam rari sint et- dedit benevolentæ suæ argumenta: tantum  
 iam incolæ in civitate, atque hic ingens fa- velis omnino ad curam nostri suscipiendam  
 cta sit solitudo, miserandum quidem amicis B exfurgere, atque auctoritatem qua vales,  
 spectaculum, valde autem jucundum & gra- ad opem civibus ferendam adhibere.

Alias  
 CCCXXXI.

EPISTOLA LXXVI.

*Corporis infirma valetudine & ecclesiarum cura detinetur Basilius, quominus in aulam proficiscatur. Sed interim per litteras confugit ad Sophronium in summo patriæ communis exitio.*

SOPHRONIO MAGISTRO.

anno 371.

**M**agnitudo quidem calamitatum, quæ patriæ nostræ acciderunt, memeti- C  
 ipsum in aulam proficisci cogeret, & magna- concidens, urbanis ædibus desertis, per  
 nimitati tuæ mœrorem, quo civitas nostra agros & rura divagatur. Jam defecit rerum  
 afficitur, exponere, cæterisque quicumque necessariorum tractatio: ac omnino specta-  
 plurimum in rebus potestis. Sed quia & cor- culum fœdissimum facta est, quæ prius tum  
 poris infirma valetudo, & ecclesiarum me de litteratis viris, tum de reliquis bonis,  
 cura detinet, interim per epistolam lamen- quibus opulentæ urbes abundant, gloriaba-  
 tari apud tuam magnitudinem festinavi; de- tur. Unum autem duximus, ut in malis,  
 clarans nec naviculam in mari vehementi- solatium, calamitates nostras apud tuam  
 bus ventis immersam ita velociter ex oculis clementiam deslere, ac obsecrare, si quid  
 umquam evanuisse, neque urbem ullam potes, ut civitatis in genua provolutæ por-  
 terræ motibus excussam aut aquis submer- rigas manum. Modum vero quo rebus op-  
 sam ita subito periisse, ut civitas nostra hac D non possum. Sed tibi omnino & invenire ob-  
 nova rerum administratione absorpta in exi- prudentiam facile; & uti inventis ob datam  
 tium funditus incidit. Atque adeo nostra in tibi a Deo potestatem non difficile.

Alias  
 CCXXXVI.

EPISTOLA LXXVII.

*Videatur hanc epistolam Basilius ad Elpidium præsidis Tharasi assessorum scripsisse. Hortatur ut a Præside non discedat, sed tantas curas, quæ ex divisione Cappadocia supervenerant, cum eo partiatur.*

SINE INSCRIPTIONE DE  
 THERASIO.

anno 371.

**I**llud etiam ex bona præfectura magni & inter nos de necessariis rebus loquamur:  
 percepimus Therasii, quod facundia maxime autem præfenti tempore, quo hiems  
 tua crebro apud nos venerit. Verum hoc E hæc inducias brevissimas nobiscum fecit.  
 ipsum amissimus Præsidi privati. Spero autem te non discessurum a viro im-  
 quæ nobis semel a Deo concessa sunt, firma primis admirando Therasio, decere existi-  
 manent, atque in nostris invicem animis mantem cum eo tantas curas partiri, ne-  
 per memoriam insident, etiam si corpore que etiam frustra occasionem amplecten-  
 disjungamur, saltem frequenter scribamus, tem, ex qua tibi & amicos videre & ab ipsis  
 videri liceat. Multa autem cum habeam dicenda & de multis, in congressum distu-  
 ejusmodi committere.

Classis II.  
Alias  
CCXV.

## E P I S T O L A LXXVIII.

Rogat Basilius ut Elpidius, vir maxime idoneus qui Cappadocia afflictis rebus succurrat, remanere in hac provincia jubeatur.

SINE INSCRIPTIONE PRO  
ELPIDIO.

Anno 371.

**N**on me latet bonum illud studium, quo erga colendissimum sodalem nostrum Elpidium afficeris; quomodo pro tua consueta prudentia humanitatis ostendæ occasionem Præfecto subministraveris. Nunc igitur ut hoc beneficium absolvas, per epistolam te rogo ac Præfectum moneas, ut peculiari mandato patriæ nostræ virum

A hunc præficiat, ex quo tota pene publicorum negotiorum cura dependet. Quomobrem multas poteris ac speciosas suggerere causas Præfecto, quibus necessario adducetur, ut illum in nostra patria remanere jubeat. Cæterum quo in statu res nostræ sint, & quam vir sit rebus gerendis idoneus, profecto nihil opus est te a nobis edoceri: cum hoc ipse pro tua prudentia plane intelligas.

Alias  
CCCVIII.

## E P I S T O L A LXXIX.

Gratiâs agit Eustathio Basilius, quod ad se certamini expositum scripserit, & Eleusinium optimum commilitonem miserit. Narrat se cum Præfecto & cubiculi Præposito jam pugasse.

## EUSTATHIO EPISCOPO SEBASTIÆ.

Anno 371.

**E**T, antequam litteras tuas acciperem, haud ignorabam quantum pro quavis anima labores, maxime vero pro nostra humilitate, eo quod huic certamini expositus sim: & postquam reddidit litteras perquam colendus Eleusinius, ipsumque præsentem conspexi; Deum laudavi, qui nobis adiutorem talem ac commilitonem per spiritua-

le auxilium in certaminibus pro pietate subeundis concessit. Noscat porro summa tua pietas nobis jam pugnas aliquas cum magni potestatibus fuisse, easque vehementes; cum & Præfectus, & cubiculi Præpositus ex propria animi affectione pro adversariis nostris disputarent; sed nos hactenus animo inconcusso assultum omnem sustinuisse miseratione Dei, quæ nobis suppeditavit opem Spiritus, ac per ipsum imbecillitatem nostram corroboravit.

Pugnâ Basilius cum magnis potestatibus.

Alias  
XLIX.

## E P I S T O L A LXXX.

Sperat Basilius ecclesias Athanasii precibus & consiliis ex tempestate horrenda servari posse. Hortatur ut nec precari cesset, nec scribere. Prætermisam ab eo scribendi occasionem dolet: magnum sibi solatium a Deo accepisse videretur, si Athanasium videre contingeret.

ATHANASIO ALEXANDRIÆ  
EPISCOPO.Anno 371.  
aut 372.  
Invenio.

**Q**uo magis ecclesiarum morbi ingravescunt, eo magis omnes ad tuam convertimur præstantiam, unum nobis malorum solatium superesse credentes, tutelam tuam; qui & virtute precum, & rerum optimarum in negotiis suggerendarum scientia, servare nos posse ex hac horrenda tempestate apud omnes pariter, qui vel tantillum aut auditu aut experientia præstantiam tuam noverunt, existimaris. Quare

ne cesses & precari pro animabus nostris, & nos per litteras excitare: quarum si scires quanta sit utilitas; numquam sane oblatam tibi ad nos scribendi occasionem prætermisisses. Quod si precum tuarum ope haberer dignus, qui viderem te, ac iis quæ in te sunt bonis perfruerer, atque ad meæ vitæ historiam congressum cum tuo vere magno & apostolico animo adjicerem; profecto mihi viderer ærumnis, quas in omni mea vita perpeffus sum; parem a Dei benignitate consolationem accepisse.

Alias  
CCCXIX.

## E P I S T O L A LXXXI.

Rogatus ab Innocentio Basilius ut, eo mortuo, ipsius ecclesiæ curam suscipiat, tantum onus a se deprecatur. Sed alteri illius petitioni libenter annuens, offert ei presbyterum omni virtutum genere ornatum, ut eum successorem suum designet. Alium petierat Innocentius, bonum illum quidem, sed prædicto viro longe inferiorem.

## INNOCENTIO EPISCOPO.

Anno 172.

**Q**uam gavisus sum acceptis dilectionis tuæ litteris, tantum dolui quod mihi sollicitudinis, quæ meas vires

superat, onus imposueris. Quomodo enim possim ex tanto intervallo tantum munus sustinere? Quamdiu enim vos quidem possidet ecclesia, tamquam in propriis fulcris quic-

quiescit: si vero de vestra vita Dominus quid-  
 piam statuerit, quosnam hinc vobis pares  
 ad fratres curandos mittere valeam? Quod  
 spectat ad petitionem tuam, quam per lit-  
 teras significasti (recte quidem & prudenter  
 faciens, ut vivus videre velis eum, qui ele-  
 ctum Domini gregem post te gubernaturus  
 est, id quod & beatus Moses & exoptavit  
 & vidit) cum igitur & locus amplus sit, &  
 celebris; tuumque opus apud multos clarum,  
 ac tempora difficilia, magno indigentia gu-  
 bernatore ob continuas procellas, & inur-  
 gentes in Ecclesiam fluctus; tutum animæ  
 meæ esse non putavi rem perfunctorie tra-  
 ctare; maxime cum habeam in memoria  
 quod scripsisti, te mihi coram Domino ad-  
 versaturum, lites ob ecclesiarum incuriam  
 intendentem. Ne igitur tecum in iudicium  
 veniam, sed potius locium te reperiam meæ  
 apud Christum defensionis; circumspiciens  
 in presbyterii urbis confessu, elegi pretio-  
 sissimum vas, alumnum beati Hermogenis,  
 qui magnam illam atque insuperabilem fi-  
 dem scripsit in magna synodo; presbyterum  
 ecclesiæ a multis jam annis, gravibus ac  
 constantibus moribus præditum, peritum

Beatus Her-  
 mogenes.

canonum, hominem accuratæ fidei, in  
 continenti & ascetico instituto hætenus de-  
 gentem, etsi illius jam carnem consumsit  
 austerioris vitæ rigor: pauperem ac nullos  
 in hoc mundo reditus possidentem, adeo ut  
 ne panis quidem copia ipsi suppetat, sed  
 manuum labore una cum fratribus, qui cum  
 eo sunt, victum sibi comparet. Hunc libet  
 mittere. Si igitur viro tali indiges, non ve-  
 ro juniore aliquo, ad hoc tantum idoneo ut  
 mittatur, ac negotia peragat exteriora;  
 cito ad me prima occasione oblata scribere  
 ne graveris, ut hunc tibi virum mittam,  
 electum Dei, & huic rei aptum, reveren-  
 dum adeuntibus, & in mansuetudine ad-  
 versantes erudientem: quem statim etiam po-  
 teram mittere. Sed quia ipse prior efflaga-  
 rasti hominem, cætera quidem probum ac  
 nobis dilectum, sed nominato viro longe  
 inferiorem; tibi meam ipsius sententiam  
 notam esse ac perspectam volui: ut si indiges  
 ejusmodi viro, aut unum aliquem ex fra-  
 tribus mittas, qui ipsum circa jejunia assu-  
 mat: aut mihi scribas, si neminem habes  
 qui ad nos usque itineris laborem perferre  
 possit.

Alia  
 LI.

## E P I S T O L A LXXXII.

*Confugit ad Athanasium in summis Ecclesiæ malis, & rogat ut communem episto-  
 lam scribat pluribus episcopis ejus communionem appetentibus, sed initium ab eo fieri  
 volentibus: aut si suspecti sint episcopi, eam ad se mittat: non prius se illam tradi-  
 turum, quam responsa ab episcopis acceperit.*

ATHANASIO EPISCOPO  
ALEXANDRIÆ.

Anno 371.  
 exeunte, aut  
 372. incum-  
 bit.

CUM quidem ad res ipsas respicimus,  
 intuemurque difficultates quibus boni  
 quælibet effectio quodam quasi vinculo im-  
 pedita detinetur, tum vero in summam de  
 nobis ipsis desperationem venimus. Sed cum  
 rursus in tuam gravitatem conjicimus,  
 oculos, cogitamusque te medicum morbo-  
 rum, quibus ecclesiæ laborant, a Domino  
 nostro reservatum; animos resumimus, & ex  
 desperatione, in quam lapsi fueramus, ad  
 spem erigimur meliorum. Dissoluta est  
 Ecclesia omnis, quemadmodum neque pru-  
 dentia tua ignorat. Ac vides prorsus ex-  
 mentis contemplatione, velut ex alta qua-  
 dam specula, quæ ubique gerantur: quomodo  
 velut in pelago, multis simul navigantibus,  
 fluctus violentia omnes simul inter se colli-  
 dantur; fiatque naufragium, partim ob  
 externam causam mare violenter exagitan-  
 tem, partim ob navigantium sibi mutuo  
 obstantium ac se impellentium perturba-  
 tionem. Satis est in hac similitudine sermo-  
 nem concludere, cum nec sapientia tua quid-  
 quam amplius requirat, nec rerum status

det nobis dicendi libertatem. Ad hæc autem  
 quis idoneus gubernator? Quis fide dignus,  
 qui Dominum excitet, ut increpet ventos  
 & mare? Quis alius quam qui a puero pro  
 pietate in certaminibus dimicavit? Quoniam  
 igitur vere nunc propendet quidquid inter  
 nos circa fidem sanum est, ad eorum, qui  
 idem sentiunt, communionem atque uni-  
 tatem; fidenter patientiam tuam rogarum  
 venimus, ut nobis omnibus scribas epistolam  
 unam, quæ quid agendum sit ad moneat.  
 Sic enim volunt a te initium sibi fieri collo-  
 quiorum ad communionem pertinentiam.  
 Sed quia fortasse suspecti videntur tibi ob  
 memoriam præteritorum, hoc velim, faci-  
 as, pater religiosissime, epistolas ad epi-  
 scopos mihi mitte, aut per aliquem eorum  
 quibus istic fidem habes, aut etiam per fra-  
 trem Dorotheum condiaconum nostrum,  
 quas cum accepero non prius dabo, quam ab  
 eis responsa accepero; sin minus, peccator  
 ero in te omnibus diebus vitæ meæ. Hoc  
 profecto majorem metum incutere non de-  
 buit ei, qui id primus dixit ad patrem, quam  
 nunc mihi ad te patrem spiritualem dicen-  
 ti. Quod si hoc omnino apud te desperatum  
 est; saltem nos in hoc ministerio crimine  
 libe-

Genes. 43.  
 10.

classis II. libera, qui sine dolo & artificio, pacis studio A sentimus, conjunctionis, ad hoc legati & & mutuz inter nos, qui de Domino idem interpretis munus accessimus.

Alias  
ccccxxvii.

## E P I S T O L A LXXXIII.

*Consistorem hortatur Basilius, ut miseræ Cappadociæ calamitates subleves, eique commendat unius ex amicis suis possessionem quamdam, quæ circa Chamanenem sita erat, & tributis promebatur.*

## C E N S I T O R I.

Anno 372.

**M**ihi quidem consuetudo cum tua nobilitate & coram congressus brevis B admodum existit: sed accepta ex auditu cognitio, qua multis viris insignibus jungimur, nec exigua, nec contemnenda. An vero & apud te ex fama in aliquo numero sumus, ipse melius noveris. Tua quidem existimatio talis apud nos est, qualem diximus. Quoniam autem vocavit te Deus ad munus humanitati demonstrandæ idoneum, per quod potes patriam nostram omnino solo æquatam instaurare: decere me arbitror tuam bonitatem admonere, ut spe divinæ remunerationis talem te exhibere velis, ut C & ipse operam dabo, ut cum tua urbanitate immortalæ memoriam consequaris, & re-

quiei æternæ hæres evadas ob allevatas calamitosis ærumnas. Cum autem & mihi quædam sit circa Chamanenem possessio, eam æque ac tuam tuearis rogo. Nec mireris, si mea dicam, quæ sunt amicorum: nam cum reliquis virtutibus & amicitiam didici, ac memini illius qui sapienter dixit, *amicum esse alterum seipsum*. Hanc igitur possessionem, quæ ad illum pertinet, velut meam tuæ dignitati commendo; ac rogo, ut considerans domus molestias, des illis & præteritorum temporum consolationem & in futurum optabilem eis habitationem istam reddas, quæ ob tributorum ei impositorum multitudinem fugienda est & desperata. Sed & ipse operam dabo, ut cum tua urbanitate conveniens de singulis plenius differam.

Alias  
ccclxxxix.

## E P I S T O L A LXXXIV.

*Præsidentem Cappadociæ, quem Eliam esse credimus, perhonorifice salutat Basilius, ejusque factum reprehendit, quod dum senis cujusdam nepotem annos quatuor natum curiæ addidit, ipsum senem in nepote rursus ad munera publica protraxerit. Pluribus probat mutandum esse quod decretum inique fuerat.*

## P R Æ S I D I.

Anno 372.

**1.** **F**ere incredibile est quod scripturus D sum: scribetur tamen veritatis causa. Etsi cupiditate omni tenebar, quam possem sæpissime cum tua probitate colloquendi; postquam tamen hanc litterarum occasionem nactus sum, non accurri ad lucrum, sed hæsitavi ac me retraxi. Illud itaque ea in re mirabile est, quod quæ contingere cupiebam, ea ubi contingere, non sum amplexus. Hoc autem fuit causæ, quod puderet me videri non puræ amicitia causa, sed aliquid utilitatis aucupantem subinde scribere. Sed illud mihi in mentem venit E (quod & tu considerans velim existimes me non quæstus magis quam amicitia causa in colloquium venire) aliter præsidem alloqui decere ac privatos. Non enim nobis eodem modo adeundus est medicus ac plebeius; neque etiam præses eodem modo ac privatus: sed danda est opera, ut hujus arte, illius auctoritate ad nostros usus perfruamur. Quemadmodum enim ad solem ambulantes, velint nolint, umbra omnino sequitur: ita & cum magistratibus colloquia quæstus quidam comitatur, levamen afflictorum. Pri-

mam igitur epistolæ causam adimpleat ipsa magnanimitatis tuæ salutatio; quod ipsum, etiam si nullum aliud scribendi argumentum suppeteret, causam æquam esse putandum est. Saluteris igitur a nobis, vir optime, ac omni hominum generi custodiaris, præfecturas ex præfecturis gerens, & alios atque alios tua administratione adjuvans. Id enim & mihi facere mos est, & tibi debetur ab iis, qui vel tantillum tuam in administranda provincia virtutem experti sunt.

2. Post votum illud, meam quoque pro misero senæ precationem excipe, quem diploma regium muneribus publicis exemit; vel potius cui & ipsa ante regem senectus immunitatem necessariam dederat. Confirmasti & ipse beneficium regis, naturam reveritus, & publicis rebus providens, ut mihi videtur, ne quod periculum, homine propter ætatem desipiente, in rem publicam inveheretur. Quomodo autem illum, vir admirande, alia rursus via imprudens in media negotia protraxisti? Quod enim illius nepotem nondum annos quatuor natum curiæ addidisti, quid aliud est quam senem in nepote rursus de integro ad publica munera pertrahere? Nunc autem rogo ætatis

tis utriusque miserearis, & utrumque liberes ob ea quæ insunt utrique miseratione digna. Alter quidem parentes non vidit, nec cognovit, sed per alienas manus in hanc vitam ingressus est, statim a cunabulis parente utroque orbatu: alter vero tamdiu in vita reservatus est, ut nullum calamitatis genus effugeret. Vidit enim filii mortem immaturam: vidit & domum successoribus destitutam: videbit autem nunc, nisi quid tua humanitate dignum cogites, solamen orbitatis, in occasionem sibi innumerabilium malorum converti. Non enim puerulus in

curialium album adscribetur, aut tributa colliget, aut militibus annonam suppeditabit: sed rursus necesse miseri senis canitiem dedecorari. Concede igitur gratiam & legibus consentaneam, & naturæ congruentem: jubens ut alteri quidem usque ad virilem ætatem concedatur, alter autem in lecto mortem exspectet. Continua autem negotia & ineluctabilem necessitatem alii excusent. Neque enim tui moris est aut calamitosos spernere, aut leges parvi facere, aut amicis non cedere supplicantibus, etiamsi te ab hominibus circumsteterint negotia.

Alias  
CCCV.

## EPISTOLA LXXXV.

*Quod sæpe in conventibus & in privatis colloquiis rogaverat Basilius, ut rustici ob vectigalia jurare non cogentur, idem nunc per litteras obtestatur.*

## DE CAVENDO JURE JURANDO.

Anno 372.

**N**on desinimus in omni conventu contestari, & privatis in colloquiis idem inculcare, ut rustici ob publica vectigalia ad jusjurandum ab exactoribus non adigantur. Reliquum erat, ut etiam per litteras de iisdem coram Deo & hominibus contestaremur, consentaneum esse, ut mortem hominum animabus inferre desinatis, & aliquos alios exigendi modos excogitetis, ac per vos hominibus liceat animas a vulnere integras habere. Ad te hæc scribimus non quod indigeas, ut te verbis hortemur, (habes enim domestica Domini metuendi incitamenta) sed ut per te discant omnes, qui ex te pendent, Sanctum ad iracundiam non

provocare, & rem vitam mala consuetudine indifferentem non facere. Neque enim eis ullo pacto ad exactiones profunt juramenta: & malum certissimum in animo suscipiunt. Ubi enim homines in perjuriis exercitati fuerint, non amplius solvere properant, sed fraudis instrumentum ac dilationis ansam sibi inventum esse jusjurandum existimant. Sive igitur Dominus celeres pœnas inferat perjuris; non habebunt qui in jus vocati respondeant, consumtis supplicio debitoribus: sive patienti animo eos toleret Dominus; quoniam, ut prius dixi, qui patientiam Domini experti sunt, ipsius contemnunt bonitatem; ne frustra legem violent, neque in seipos Dei iram accendant. Dixi quæ debui, videbunt im-

Alias  
CLXXIX.

## EPISTOLA LXXXVI.

*Petit Basilius ut per quos direptum Dorothei presbyteri frumentum, per eosdem restituatur.*

## PRÆPOSITO.

Anno 372.

**S**cio maximum & primum præstantiæ tuæ studium esse, ut omni ratione juri faveas. Alterum, ut & amicis beneficias, & eos qui ad tuæ magnanimitatis patrocini-um confugiunt, tueare. Concurrunt itaque omnia in causa præsentis. Nam & justa res est, pro qua deprecamur; & nobis pergrata, quos inter tuos amicos numerare dignatus es; & eis debita, qui constantiæ tuæ auxilium ad injurias quas acceperunt propulsandas implorant. Frumentum enim quod dumtaxat ad necessarium vitæ usum optatissimus frater Dorotheus habebat, quidam ex

illis, quibus rerum publicarum administratio concredita est, in Berisis diripuerunt, sive sua sponte ad hanc violentiam, sive ab aliis inducti. Verum nulla ex parte res culpa caret. Quid enim minus lædit, quam qui ex se malus est, qui aliorum ministrat improbitati? siquidem idem damnum his qui injuria afficiuntur. Petimus igitur, ut per quos hic spoliatus est, ab his frumentum ablatum recipiat, nec eis liceat facinoris culpam in alios rejicere. Quanti autem momenti est rei frumentariæ penuriam effugere, tanti faciemus tuæ magnanimitatis beneficentiam, si eam conferre dignatus fueris.

Classis II.

Alias  
ECCXC.

## E P I S T O L A LXXXVII.

*Eadem de re scribit Basilius ad Præsidentem, quem Eliam esse credimus.**SINE inscriptione de iisdem rebus.*

Anno 372.

**M**iratus sum quomodo te sequestro tantum nefas perpetratum sit in compresbyterum; adeo ut quod unicum habebat sustentandæ vitæ præsidium, id ei ereptum sit. Quod autem gravissimum est, illud est, quod qui hoc ausi sunt, facinoris culpam in te transferunt: quem par erat non modo non permittere, sed etiam totis viribus impedire quominus hæc committantur, ma-

axime quidem in quosvis homines; sin minus, saltem contra presbyteros, eosque quotquot idem ac nos sentiunt, ac eandem pietatis viam ineunt. Itaque si qua tibi cura est ut me recrees; fac cito quæ acta sunt corrigantur. Potes enim, Dei dono, & hæc & his adhuc majora perficere, quibus consultum volueris. Scripsi autem & ad patriæ Præpositum: ut si sua sponte æqua facere noluerint, iudiciorum auctoritate facere cogantur.

Alias  
ECCXLIII.

## E P I S T O L A LXXXVIII.

*Hortatus fuerat Basilius civitatem ad symbolam auri comparatitii, sed cum magistratus plerique essent in agris, postulat a Præsidente, ut vel de auri summa aliquid interim remittat, vel tempus præstitutum proroget.*

*SINE inscriptione, causa exactoris pecuniarum.*

Anno 372.

Præsidis humanitas &amp; constantia.

**Q**uam difficile sit aurum comparatitium cogere, omnium maxime præstantia tua novit: neque ullum paupertatis nostræ testem tam locupletem habemus, quam temetipsum: qui summa humanitate & nostri misertus es, & hæcenus, quantum in te fuit, indulgenter nobiscum egisti, nusquam a leni illo morum tuorum statu discedens ob metum eorum, quæ a sublimioribus potestatibus imminabant. Quoniam igitur reliquum est nobis de tota

summa paululum auri; ac illud ex symbola, ad quam civitatem universam hortati sumus, necesse est colligi; clementiam tuam rogamus, nobis præstitutum tempus paulisper proroges, ut & qui ab urbe absunt, admoneantur. In agris enim sunt plerique magistratum, ut ne ipse quidem ignoras. Quod si ita mitti potest, ut tot libræ desint, tantumdem enim nobis reliquum est, hoc ut fiat, te rogo; & reliquum postea mittetur: sin autem omnino necesse est illud simul transmitti in thesauros; id quod ab initio cessavit, ut tempus indictum nobis producas.

Plerique Magistratum in agris erant.

Alias  
ECLXXIII.

## E P I S T O L A LXXXIX.

*Litteris solatur Basilius desiderium vivendi Meletii, eumque per Dorotheum obtestatur ut pro se oret, & si ad Occidentales scribendum sit, littera dicat: se enim jam scripsisse per Sabinum, sed tamquam a synodo mittendum qui litteras perferat. Negat se apud Athanasium quidquam promovere posse, nisi a Meletio ejusque sociis initium fiat communionis Athanasio offerendæ.*

*MELETIO EPISCOPO ANTIOCHIÆ.*

Anno 372.

**B**onus Deus occasiones nobis salutandæ dignitatis tuæ præbens, vehementiam desiderii demulcet. Nam testis ipse est desiderii nostri, quo flagramus, vultus tui videndi, ac bona tua & utili animabus doctrina perfruendi. Nunc autem per religiosissimum ac optimum fratrem Dorotheum condiaconum advenientem obtestor te, in primis ut depreceris pro nobis, ne populo simus offendiculo, neque precibus vestris impedimento, quominus Dominum placetis. Deinde suggerimus etiam, ut omnia per prædictum fratrem digneris ordi-

nare: ac si ad Occidentales scribendum est, propterea quod litteræ sunt necessario etiam ab uno e nostris perferendæ, has ipsas litteras dicte. Nos enim nacti diaconum Sabinum ab illis missum; scripsimus ad Illyricos, & ad Italiæ & Galliæ episcopos, & quosdam alios, qui privatim ad nos litteras dederant. Consentaneum autem, ut tamquam a communi synodi mittatur aliquis, qui litteras secundas deferat, quas ipse iubeto exarari.

2. Quod jam ad reverendissimum episcopum Athanasium attinet, probe scientem eximiam tuam prudentiam monebo, fieri non posse, ut meis litteris aliquid promoveatur, aut quidquam eorum quæ oportet perficia-

ficiatur, nisi & a vobis, qui tunc ipsius communionem procrastinastis, hanc ipsam aliquo pacto accipiat. Ajunt enim ipsum omnino propendere ut nobiscum jungatur, & quidquid poterit, collaturum; sed dolere, quod & tunc dimissus sit sine communione, & etiamnum promissa maneant irrita. Res autem Orientalium quomodo se habe-

ant nequaquam profecto latet aures pietatis tuæ: ac per se ipse accuratius omnia prædictus frater enarrabit. Quem quidem dignare statim post Pascha dimittere, quia responsa Samofatis expectat: ejusque & propensam voluntatem approba, & precibus tuis corroboratum, ad res propositas agendas dimitte.

Classis II.

Alias  
LXI.

## E P I S T O L A X C.

*Declarat Basilius quantum lætitiæ perceperit, ex litteris Occidentalium, & ex adventu Sabini; aquo doctos Occidentales de rebus Orientis tandem auxilio venturos sperat. Quod quidem ut impetret, Orientalis ecclesiæ calamitates describit. His quæ canonice in Occidente gesta, sunt assensurum se profiteretur.*

*SANCTISSIMIS fratribus ac episcopis Occidentalibus.*

Anno 372.

Præclarus  
ecclesiarum  
Occidentali-  
um statu-  
tus.

**B**onus Deus, qui semper afflictionibus consolationes admiscet, nobis etiam nunc largitus est inter multos dolores, ut modicum aliquod solatium nancisceremur ex litteris, quas a vestra integritate reverendissimus pater noster Athanasius acceptas ad nos transmisit, fidei rectæ testimonium & inviolabilis vestræ concordie atque conspirationis argumentum habentes, ita ut & pastores Patrum vestigia sequentes, & Domini populum cum scientia pascentes exhibeant. Hæc omnia adeo nos exhilararunt, ut mœrorem nostrum solverent, & exiguum quemdam risum animis nostris concitarent ex tristi hoc rerum statu, in quo nunc versamur. Auxit autem nobis solamen Dominus per religiosissimum filium & condiacorum Sabinum, qui & ea quæ apud vos præclare geruntur, enarrans accurate, aluit animas nostras; & de rebus nostris experientia edoctus, perspicue vobis enuntiabit: ut primum quidem constanti & vehementi ad Dominum prece nobiscum decertetis; deinde vero ut & pro viribus solatium ecclesiis afflictatis afferre ne recusetis. Nam hic omnia fatiscunt, fratres reverendissimi; & deficit ad continuos adversariorum assultus ecclesia, non secus ac navigium quoddam in medio mari fluctuum impulsibus sibi invicem succedentibus agitata; nisi Dei nos bonitas cito visitet. Quemadmodum igitur proprium ipsorum bonum ducimus, vestram inter vos concordiam & unitatem; ita & rogamus, ut nostrarum vos dissensionum misereat; nec quia locorum situ distiti sumus, nos a vobis sejungatis, sed quia spiritus communionem jungimur, nos in unius corporis concentum admittatis.

2. Notæ autem calamitates nostræ, vel nobis tacentibus: siquidem per totum terrarum orbem jam personuerunt. Contemnuntur Patrum dogmata: nullo numero habentur apostolicæ traditiones: novatorum inventa regnant in ecclesiis: de cætero homines verborum artifices sunt, non theologi: primas tenet mundi sapientia, expulsa crucis gloriatione. Abactis pastoribus introducuntur lupi graves, qui Christi gregem discerpunt. Domus orationis destitutæ concionatoribus: solitudines lamentantibus refertæ. Seniores lugent, dum antiqua comparant cum præsentibus, juniores miserabiliores sunt, qualibus privati sint, ignorant. Atque hæc quidem apta ad eorum commiserationem commovendam, qui Christi dilectionem edocti sunt; sed comparatus cum rerum veritate sermo longe ab ipsarum magnitudine abest. Si quod igitur solatium dilectionis, si qua communicatio spiritus, si qua commiserationis viscera, ad ferendas nobis suppetias concitemini. Arripite studium pietatis: nos ex hac tempestate eripite. Proferatur & apud nos libere bona illa Patrum promulgatio, infamem Arii hæresim evertens, ecclesias vero in sana doctrina ædificans, in qua Filium Patri consubstantialem confitemur, atque Spiritus Sanctus pari honore simul & numeratur, & adoratur; ut quam vobis Dominus dedit pro veritate libertatem, & in divinæ salutarisque Trinitatis confessione gloriationem, hanc & nobis per vestras preces opemque vestram largiatur. Cæterum ille ipse, quem jam dixi, diaconus singula dilectioni vestræ nuntiabit. Omnibus autem quæ canonice a vestra præstantia acta sunt, assensi sumus, apostolicum vestrum rectæ doctrinæ studium laudantes.

Classis II.  
Alias  
CCCXXIV.

## E P I S T O L A XCI.

*Valeriani litteris respondet, cumque per Sabinum salutatur, & obtestatur ut oret pro miseris ecclesiæ Orientalis rebus; quibus sanandis necessarium esse docet Occidentis auxilium.*

VALERIANO ILLYRICORUM  
EPISCOPO.

Anno 371.

Quam dulce Basilio cum episcopis longe remotis caritate conjungi.

Prov. 25. 25.

**G**Rates Domino largienti nobis, ut dilectionis veteris fructum in tua puritate videamus: qui scilicet adeo corpore se junctus, nobis te per epistolam conjunxisti, nosque spiritali tuo & sancto desiderio complexus, non enarrabilem quemdam amorem animis nostris indidisti. Nam re ipsa vim didicimus proverbii illius: *Ut animæ siccanti aqua frigida, ita nuntius bonus de terra longinqua.* Magna enim est apud nos fames caritatis, frater colendissime. Causa autem manifesta: nimirum eo quod multiplicata sit iniquitas, multorum refrixit caritas. Eam ob causam & litteras tuas plurimi fecimus, & vices rependimus tibi per eundem virum religiosissimum condiaconum nostrum & fratrem Sabinum: per quem & tibi nosmet notos facimus, & te obsecramus, ut in precibus pro nobis invigiles, ut tandem aliquando rebus nostris Deus sanctus tranquillitatem ac quietem impertiat, & ventum hunc ac mare increpet; ita ut li-

beremur ex illo æstu & perturbatione in qua nunc constituti sumus, summam semper submersionem exspectantes. Sed id nobis magnifice Deus in præsentem indulgit, ut vos audiremus summo consensu & unitate inter vos esse conjunctos, ac veritatis doctrinam sine impedimento apud vos annuntiari: si quidem aliquando (si modo non jam conclusum est hujus mundi tempus, sed adhuc vitæ humanæ dies supersunt) necesse est, ut fidem renovetis Orienti, & bonorum quæ ab eo accepistis, remunerationem eidem in tempore persolvatis. Nam sana apud nos pars, quæque majorum pietatem tætetur, non parum fatiscit; diabolo multis ac variis artificiorum assultibus pro sua ipsius astutia eam concutiente. Utinam autem vestris precibus, qui Dominum diligitis, extinguatur prava illa & populorum deceptrix erroris Ariani hæresis; reluceat autem bona Patrum nostrorum doctrina, qui Nicæam convenerunt, adeo ut consentanea salutari baptismati glorificatio adimpleatur beatæ Trinitati.

Sana pars in Oriente fatiscit.

Alias  
LXIX.

## E P I S T O L A XCII.

*Orientales ad scribendum impellit non solum solatium in narrandis arumnis; sed etiam spes illa, Occidentales tandem auxilio venturos, ubi de rebus Orientis ex Sabino cognoverint. Describunt calamitates Orientis, ut bis permoti Occidentales episcopi mirantur, qui & hæresis progressus coerceant & pacem inter ipsos catholicos reconcilient.*

## AD ITALOS ET GALLOS,

Anno 371.

**R**eligiosissimis ac sanctissimis fratribus comministris in Italia & Gallia unanimis episcopis Meletius, Eusebius, Basilius, Bassus, Gregorius, Pelagius, Paulus, Anthimus, Theodotus, Vitus, Abramius, Jovinus, Zenon, Theodoretus, Marcianus, Barachus, Abraamius, Libanius, Thalassius, Joseph, Boethus, Iatrius, Theodotus, Eustathius, Barsumas, Joannes, Chosrhoes, Isaacis, Narses, Maris, Gregorius, Daphnus in Domino salutem. Affert aliquid solatii afflictis animis ipsum suspirium sæpius ex imo corde ductum, ac lacryma erumpens vim afflictionis repellit. Nobis autem non, ut suspirium & lacrymæ, solatium affert mala nostra caritati vestræ narrare: sed præterea nos fovet melior quædam spes, forsitan fore, ut, si dolores nostros vobis denuntiaverimus, excitemus vos ad ferendam nobis opem, quam quidem ecclesiis Orientalibus

Ca vobis affuturam jampridem speravimus, necdum tamen sumus assequuti; Deo, qui omnia in sapientia moderatur, omnino secundum arcana justitiæ suæ judicia, ut in his tentationibus diutius detineamur, dispensante. Non enim ignorastis, fratres reverendissimi, res nostras, quarum fama ad extremas etiam orbis terrarum partes pervenit: neque certe affectum omnem exuistis erga unanimes fratres, cum discipuli sitis Apostoli, qui proximi dilectionem legis complementum esse docet. Sed, quod jam diximus, inhibuit vestram alacritatem justum Dei judicium, quod constitutam ob peccata nostra afflictionem nobis plene admetitur. Vos tamen adhortamur, ut nunc saltem & ad veritatis studium, & ad nostri commiserationem excitemini, ubi omnia didiceritis, etiam quæcumque antea aures vestras effugere, a religiosissimo fratre nostro condiacono Sabino, qui poterit vobis ea quoque, quæ epistolam prætereunt, per se ipse enarrare: per quem exhortamur vos, ut



ut viscera induatis miserationis, omnique **A**ces fundunt, ferentes omnes aeris injurias Classis II.  
 deposita segnitie laborem dilectionis susci-  
 piatis, & neque viae longitudinem, neque  
 domesticas occupationes, neque aliud quid-  
 quam humanum cogitatis.

Hæresis ab  
 Illyrico ad  
 Thebaidem  
 depascitur.

2. Neque enim ecclesia una periclitatur;  
 neque duæ aut tres in gravem hanc tempe-  
 statem delapsæ. Nam ferme a finibus Illy-  
 rici usque ad Thebaidem hæresis malum  
 depascitur. Cujus prava semina prius qui-  
 dem infamis Arius jecit: altis autem radici-  
 bus firmata a pluribus, qui Arium inter &  
 nostram ætatem interjecti impietatem stu-  
 diose excoluere, nunc exitiosos fructus pro-  
 tulerunt. Nam pietatis eversa sunt dogma-  
 ta: confusæ ecclesiæ leges: hominum Domi-  
 num non timentium ambitio in præfecturas  
 insilit, jamque aperte præmium impietatis  
 principatus propositus est, ita ut qui gravio-  
 res blasphemias rufatus est, dignior ha-  
 beatur, qui populo episcopus præsit. Periit  
 gravitas sacerdotalis: defecere qui gregem  
 Domini cum scientia pascant; ambitiosis  
 pauperum pecunias in proprios usus & in  
 mulierum largitiones semper insumentibus. **C**  
 Evanuit accurata canonum disciplina: pec-  
 candi multa libertas. Nam qui hominum  
 studiis ad principatum devenerunt, in hoc  
 ipso studii gratiam rependunt, quod omnia  
 ad voluptatem indulgeant peccantibus. Pe-  
 riit judicium æquum: quisque ex sui cordis  
 voluntate ambulat: nequitia modum nul-  
 lum habet: exleges populi: deest Præpositis  
 dicendi libertas. Servi enim eorum, a qui-  
 bus collatum beneficium, qui hominum  
 opera sibiipsis dominatum compararunt,  
 Jam quoque & illud mutui belli relum a qui-  
 busdam, defensio videlicet doctrinæ sanæ,  
 excogitatum est: & dum privata odia occul-  
 tant, pro veritate se odisse simulant. Alii  
 vero dum fugiunt ne turpissimis criminibus  
 arguantur, populis furorem ad mutuam di-  
 scordiam inspirant, ut communibus malis  
 res suas obumbrent. Quapropter & impla-  
 cabile est hoc bellum: iis qui mala egere,  
 communem pacem, ut occulta ipsorum de-  
 decora detegentem, metuentibus. Ob hæc  
 rident increduli, fluctuant qui firmiter non  
 credunt: fides est ambigua, offunditur ani-  
 mis ignoratio, eo quod veritatem imiten-  
 tur, qui doctrinam in malitia adulterant.  
 Silent enim piorum ora: soluta vero blasphe-  
 ma omnis lingua: profanata sunt sancta: fu-  
 giunt precatationis domos populi saniores, ut  
 impietatis scholas, ac in solitudinibus ad  
 Dominum in cœlis inhabitantem cum ge-  
 mitibus & lacrymis manus attollunt. Per-  
 venerunt autem profecto & usque ad vos  
 quæ in plerisque civitatibus geruntur. Ni-  
 mirum populi cum uxoribus liberisque &  
 ipsis senibus pro mœnibus effusi, sub dio præ-

Defensio sa-  
 næ doctrinæ  
 prætextus  
 belli.

Populi sub  
 dio pro mœ-  
 niibus præ-  
 cantur.

3. Quæ lamentatio his calamitatibus di-  
 gna? Quales lacrymarum fontes his malis  
 pares erunt? Itaque dum adhuc nonnulli vi-  
 dentur stare, dum adhuc veteris status vesti-  
 gium servatur, priusquam cumulatam ec-  
 clesiis superveniat naufragium, festinate ad  
 nos, jam festinate, ita precamur, fratres  
 germanissimi: in genua provolutis manum  
 porrigite. Fraternalia vestra viscera commo-  
 veantur nostra causa, profundantur lacry-  
 mæ commiserationis. Mediam orbis partem  
 ab errore absorberi ne sinatis: nec fidem  
 apud eos feratis extinguere, apud quos primum  
 illuxit. Quid igitur factum opus sit, ut rebus  
 nostris subveniatis, & quomodo commiserationem  
 ostendatis erga divexatos, nullo mo-  
 do a nobis necesse erit vos discere: sed sanctus  
 ipse Spiritus vobis suggeret. At certe celeri-  
 tate opus est ad eos, qui supersunt, servan-  
 dos, & plurium fratrum præsentia, ut syno-  
 di numerum expleant, qui huc advenient:

Plures pe-  
 tuntur le-  
 gati qui sy-  
 nodi nume-  
 rum exple-  
 ant.

**U**t non solum ex eorum qui miserint gravita-  
 te, sed etiam ex suo ipsorum numero pondus  
 atque auctoritatem ad res emendandas ha-  
 beant: qui & fidem in Nicæa a nostris patri-  
 bus scriptam instaurent, & hæresim proscri-  
 bant, & ecclesiis loquantur pacifica, eos qui  
 idem sentiunt, ad concordiam adducentes.  
 Hoc enim profecto omnium maxime di-  
 gnum est miseratione, quod & ea pars quæ  
 videtur esse sana, divisa est in semetipsam:  
 ac nos circumstant, ut verisimile est, simi-  
 les calamitates his, quæ olim Hierosolymis,  
**D** Vespasiano obsidente, acciderunt. Illi enim  
 simul & externo premebantur bello, & do-  
 mesticum tribulium seditione absumebantur.  
 Apud nos autem præter apertum hæretico-  
 rum bellum, aliud præterea ab iis, qui vi-  
 dentur recte sentire, excitatum, ad extre-  
 mam debilitatem ecclesias perduxit. Ob quæ  
 & maxime indigemus auxilio vestro, ut qui  
 apostolicam profitentur fidem, excogitata  
 a se schismata dissolventes, deinceps aucto-  
 ritati Ecclesiæ subjiciantur: ut perfectum  
 fiat Christi corpus jam in omnibus membris  
**E** integritati restitutum; ac non solum alio-  
 rum bona laudemus, id quod nunc facimus,  
 sed etiam nostras ipsorum ecclesias in pristi-  
 num rectæ fidei decus restitutas videamus.  
 Revera enim laude summa dignum est, quod  
 a Domino pietati vestræ datum est, adulte-  
 rinum quidem a probo ac puro discernere,  
 patrum vero fidem sine ulla dissimulatione  
 prædicare: quam quidem & nos suscepimus,  
 agnovimusque apostolicis notis signatam:  
 eique & cæteris omnibus, quæ in synodico  
 scripto canonice & legitime statuta sunt,  
 assentimur.

Dissentiones  
 inter ipsos  
 Catholicos.

EPI-

Classis II.

Alias  
CCLXXXIX.

## E P I S T O L A XCIII.

*Docet Basilius bonum esse & perutile quotidie communicare: observat quater singulis hebdomadibus Cæsarienses, atque etiam sæpius communicare. Respondet alteri quæstioni an persecutionis tempore liceat communionem manu sua accipere, si nec presbyter adsit, nec diaconus.*

## AD Cæsariam Patriciam de communione.

Circæ ann.  
372.

John. 6. 55.

**S**ingulis etiam diebus communicare, ac participem esse sancti corporis & sanguinis Christi bonum est & perutile; cum ipse perspicue dicat: *Qui comedit meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.* Quis enim dubitat quin vitæ continenter esse participem, nihil aliud sit quam multiplica ratione vivere? Nos quidem quater singulis hebdomadibus communicamus, Dominica die, quarta die, in Parasceve & Sabbato, & aliis diebus, si Sancti alicujus memoria recolatur. Quod autem persecutionum temporibus cogitur quis, absente sacerdote aut diacono, communionem sua ipsius manu accipere, id grave non esse su-

A pervacuum est ostendere; quia hoc diuturna consuetudo ipsis rebus confirmat. Omnes enim in solitudinibus monachi, ubi non est sacerdos, communionem domi servantes, suis ipsorum manibus sumunt. Alexandria autem & in Ægypto unusquisque etiam de plebe ut plurimum habet domi communionem, & quando vult, per se ipse fit illius particeps. Postquam enim semel sacerdos sacrificium absolvit, ac porrexit: qui illud, ut totum simul accepit, is dum quotidie participat, merito credere debet se ab eo qui dedit participare & accipere. Enimvero etiam in ecclesia sacerdos porrigit partem: quam qui suscipit; cum omni potestate retinet, & sic ori admovet propria manu. Itaque idem valet, si quis partem unam a sacerdote accipiat, siue multas simul.

In Ægypto laici communicant domi.

Alias  
CCCLXXXII.

## E P I S T O L A XCIV.

*Cum amplissimum ædificium construeret Basilius, inde illius accusandi arrepta causa: huc accesserunt ab episcopis dissidentibus aliæ criminationes. Primam accusationem repellit; ac ædificium suum Imperatoris iudicio comprobatum, & rei publicæ utile esse docet. Cæteras differt in aliud tempus. Interim Præsidem rogat ut Alexandri factum imitetur.*

## HELLÆ RECTORI PROVINCIÆ.

Anno 372.

**V**olebam & ipse tuam dignitatem adire, ne ob absentiam minus aliquid haberem, quam qui calumniantur: sed quia infirma corporis valetudo prohibuit, solito longe vehementius ingruens; necessario ad scribendum veni. Ego igitur, vir admirande, cum nuper una cum tua præstantia versarer, volebam & de omnibus meis exterioribus negotiis cum tua prudentia communicare; volebam & de ecclesiis sermonem instituere, ut nihil postea calumniis loci relinqueretur. Sed me repressi: omnino præposterum esse existimans, ac immoderatum studium, viro tanta negotiorum multitudine onerato curas adhuc, easque non necessarias injicere. Ad hæc, dicitur enim quod res est, & alias timui ne forte in necessitatem veniremus vulnerandæ mutuis altercationibus animæ tuæ, quæ pura sua in Deum pietate perfectam religiosi cultus mercedem percipere debet. Nam revera si ipsi te ad nos abstrahamus, parum tibi otii ad res publicas relinquemus; ac idem fere faciemus, ac si quis naulerum, qui navem nuper compactam in magna gubernat tempestate, sar-

C cinis novis prægravet, cum aliquid detraxere oneris, & quantum fieri potest, allevare oporteat. Unde mihi videtur & magnus Imperator, ubi nostram hanc sollicitudinem perspexit, veniam dedisse, ut ecclesias per nos ipsi administraremus. Jam vero eos qui sinceris tuis auribus obstrepunt, interrogatos volo, quid a nobis rebus publicis allatum sit detrimenti: quid parvum magnumve in rebus communibus nostra ecclesiarum gubernatione lædatur? Nisi quis dicat damnum ab eo rebus afferri, qui precationis domum magnifice exstructam erigit Deo nostro, & ædes circum illam, aliam quidem liberali specie, episcopo privatim additam, alias vero inferiores Dei famulis ex ordine distributas; quarum usus communis vobis Rectoribus, & vestro comitatu. Ecquem injuria afficimus, dum peregrinis, siue hac transeuntibus, siue medela aliqua ob morbum indigentibus hospitia construimus: atque his necessarium constituimus solatium, agrorum curatores, medicos, jumenta, deductores? Quibus necesse fuit & artes adjungi, tum quæ ad vitam sunt necessaria, tum quæ ad honestius vitæ institutum fuerunt excogitatæ: alias rursum ædes ad faciendam

Descriptio ædificii, quod Basilius cepit construere.

*Melias in-  
vitus Cap-  
padociz  
administra-  
tionem su-  
cepit.*

da opera idoneas; quæ omnia ipsi loco orna-  
tum, & Rectori nostro gloriam ferunt, lau-  
de in eum redundante. Tu certe non idcir-  
co ad nos regendos invitatus adductus es, quod  
solus animi magnitudine possis opera colla-  
psa instaurare, loca non habitata incolis  
compleri, & uno verbo solitudines in urbes  
transformare. Qui igitur ad hæc se adjuto-  
rem præbet, eum abigere & injuriis afficere  
consentaneum, an honorare ac colere? Ne-  
que existimes, vir optime, verba tantum  
esse quæ dicimus: siquidem jam in opere ver-  
samur, cum materiam hæcenus comporta-  
verimus. Hæc igitur ad nostram coram Re-  
ctore defensionem dicta sint. Quæ autem  
par est adversus accusatorum querelas, ut

A christiano & amico existimationem meam classis II.  
curæ habenti, respondere, ea nunc necesse  
est prætermittere, ut & epistolæ modo lon-  
giora, & aliunde inanimis epistolis non tuto  
committenda. Sed ne ante congressus nostri  
tempus nonnullorum calumniis inductus,  
aliquid de tua in me benevolentia remittere  
cogaris; fac idem quod Alexander. Nam  
& illum ferunt, cum quidam ex familiari-  
bus calumnia appeteretur, aurium quidem  
alteram accusatori præbuisse: alteram vero  
diligenter manu occlusisse; demonstrantem  
oportere ut qui recte judicaturus est, non  
totus statim a præoccupantibus abducatur:  
sed dimidium auditus integrum ad defensio-  
nem servet absenti.

*Factum  
Alexandri  
judicibus  
imitan-  
dum.*

## E P I S T O L A XCV.

*Alias  
CCLXI.*

*Invitatus a Meletio & Theodoto Basilius ad diem festum, medio mense Junio cele-  
brandum, scripserat ad Eusebium per Theophrastum diaconum. Quo mortuo ante perla-  
tas litteras, cum dies tantum triginta superessent, litteras illas misit Basilius Eustathio,  
ut cito perferrentur ad Eusebium. Declarat Basilius se ad hunc locum & diem venturum,  
si ipse etiam veniat Eusebius: secus vero, nequaquam iturum, sed potius profecturum  
ad ipsum Eusebium.*

EUSEBIO EPISCOPO  
SAMOSATORUM.

*Anno 372.*

Cum dudum scripseram pietati tuæ tum  
aliis de rebus, tum ut in unum veni-  
remus; spe excidi, non perlatis in manus  
dignitatis tuæ litteris, quas beatus diaco-  
nus Theophrastus accepit quidem, dum  
necessario ad circuitum quemdam conficien-  
dum peregrinamur, sed minime transmi-  
sit ad tuam pietatem, eo quod illum mor-  
bus, ex quo mortuus est, anteverterit.  
Unde tam sero veni ad scribendum, ut ob  
summas temporis angustias nihil sit utilita-  
tis ex his litteris expectandum. Nam reli-  
giosissimus episcopus Meletius & Theodotus  
mihi præcepere ut ad ipsos proficiscar; tum  
ad amoris significationem congressum offe-  
rentes; tum etiam emendationem aliquam  
eorum; quæ nunc molestiam afferunt, fieri  
volentes. Indixerunt autem nobis tem-  
pus quidem conveniendi, medium mensem

C Junium proxime sequentem: locum vero  
Phargamum, locum insignem Martyrum  
splendore, ac frequentissimo conventu sin-  
gulis annis ab ipsis celebrato. Cum autem  
mihi, postquam reditu meo didici beatum  
diaconum obiisse, & litteras apud me iner-  
tes jacere, otium non esset, eo quod  
adhuc triginta tres dies nobis ad diem con-  
stitutum supersint; nisi celeriter ad reve-  
rendissimum fratrem Eustathium communi-  
strum nostrum has litteras, ut ipsius opera  
transmittantur ad tuam gravitatem; ac ci-  
to rursus responsa ad nos referantur. Et-  
enim si fieri potest, aut alioqui placitum ti-  
bi, ut eo venias, nos quoque veniemus:  
sin minus; nos certe, Deo volente, con-  
gressus debitum ab anno præterito contra-  
ctum persolvemus; nisi rursus impedimen-  
tum aliquod nobis acciderit ob peccata: con-  
gressum vero cum episcopis in aliud tempus  
differemus.

*Phargamus  
insignis lo-  
cus Marty-  
rum splen-  
dore.*

## E P I S T O L A XCVI.

*Alias  
CCCXXXII.*

*Demonstrat Basilius quantum afflictæ Cappadociz damnum fecerit, ablato ei præstantissimo  
præsidente (Helia.) Rogat ut illum Sophronius commendet Imperatori, & illatas  
ei criminationes diluat.*

## SOPHRONIO MAGISTRO.

*Anno 372.*

Equis ita civitatem suam diligens, ac  
patriam, a qua editus in lucem & nu-  
tritæque ac parentes honorans, uti tu ip-  
se, qui & urbi universæ generatim & cuique  
figillatim bona precaris, nec precaris solum,

E sed vota etiam per te ipse confirmas? Hæc  
enim potes, Deo dante, atque utinam pos-  
sis quam diutissime, ita benignus ac cle-  
mens. Sed tamen, hac te potestate prædi-  
to, patria nostra per somnium ditata est,  
viro quidem commissa, qualem non alium  
dicunt, qui res nostras antiquissimas sciunt,

in

Classis II.

in rectoris sedem conscendisse, sed cito eo privata improbitate nonnullorum, qui ex illius libero & nescio assentationis animo ansam belli ei inferendi arripuerunt, & calumniæ ei instruxerunt, clam tuæ præstantiæ auribus. Quapropter omnes univèrse lugemus, rectore ablato, qui solus poterat jam in genua provolutam urbem nostram denuo erigere, æqui sincero custodi, affabili injuriam patientibus, terribili delinquentibus, æquabili & eodem pauperibus & divitibus, & quod maximum est, res Christianorum ad antiquum decus revocante. Quod enim a muneribus omnium quos scimus hominum maxime abhorruit, nec cuiquam præter jus gratificatus est, id ut exilius cæteris illius virtutibus prætermittimus. Hæc quidem sero testificamur, nosmetipsos more eorum, qui næcias cantitant, consolantes, nihil rebus auxilii ferentes. Sed tamen nec illud inutile, ut viri memoria in magno tuo pectore recondatur, eique ut bene de patria merito gratiam habeas; ac si quis ex iis, qui se justitiæ posthabitos fuisse moleste ferunt, in ipsum insurrexerit, tuearis ac defendas, omnibusque aperte demonstres eum a te inter necessarios adscribi: satis causæ esse putans ad necessitudinem, tum bonum de eo testimonium, tum ipsam rerum experientiam, quæ tempori minime respondet. Nam quæ ne multis quidem annis ab alio fiant, hæc brevi tempore ab eo perfecta. Porro satis magnum nobis beneficium, ac eorum quæ acciderunt solamen, si & illum commendes Imperatori, & illatas ei criminationes diluas. Hæc tibi universam existima patriam una voce mea differere, ac commune omnium votum esse, ut præstantiæ tuæ ope aliquid huic viro prospere ac feliciter cedat.

Alia  
LXVIII.

## E P I S T O L A XCVII.

*Eximium pacis studium declarat Basilius in vehementi illa dissensione, quæ ei cum Antbimo ob Cappadociæ divisionem supervenit.*

## SENATUI TYANORUM.

Anno 372.

Qui occulta revelat, & cordium consilia in lucem profert Dominus, largitus est vilibus & abjectis intelligentiam difficilium ad deprehendendum, ut nonnulli putant, machinationum. Nihil igitur latuit nos; nec quidquam eorum quæ facta sunt, occultum fuit. Attamen nos neque videmus, neque audimus quidquam aliud, quam Dei pacem, & quæ ad eam ferunt. Nam etsi alii potentes sunt, & magni, & sibiipsis fidentes, tamen nos nihil sumus & nullius pretii; quare numquam tantum nobis sumemus, ut in solitudine videamur nobis negotia conficere posse: quippe cum probe sciamus, magis nos uniuscujusque fratrum auxilio indigere, quam tantum alteram alterius ope: siquidem & ex ipsa corporis nostri constitutione societatem necessariam esse Dominus nos docuit. Cum enim hæc ipsa nostra membra considero, quorum nullum sibiipso ad agendum satis est; quomodo mihi ipse videbor ad vitæ negotia sufficere? Neque enim pes tuto gradiatur non suffulciente altero: neque oculus recte videat, non habens alterum consortem, &

Ex corporis  
constitutione  
necessariam  
esse societatem  
Dominus  
docuit.

Cum eo socialiter his quæ videntur, intentus. Auditus accuratior, qui per utrosque meatus vocem suscipit, & fortior apprehensio digitorum conjunctione. Et in summa, nihil neque eorum quæ natura, neque eorum quæ libera voluntate perficiuntur, citra conspirationem eorum quæ ejusdem generis sunt, perfici video; cum & preces ipsæ, si desint qui conspirent, longe sint seipsis debiliores, ac Dominus inter duos aut tres, qui ipsum concorditer invocaverint, medium se fore promiserit. Sed & dispensationem ipsam Dominus suscepit, ut per sanguinem suæ crucis sive terrena sive cœlestia pacificaret. Quare ob hæc omnia, in pace manere reliquos dies nostros optamus, in pace fieri obdormitionem nostram precamur. Statui pacis causa nec laborem ullum prætermittere, non humile dictu quidquam aut factu, non itineris longitudinem vereri, non quidquam aliud molestum refuge-re, ut mercedem pacificationis adipiscar. Quod si quis nos viam ad hæc monstrantes sequitur, hoc optimum, & voti finis est: si autem in contrarium trahat, ego certe ne sic quidem a mea sententia recedam. Unusquisque autem operum suorum in remunerationis die, fructus agnoscat.

EPI-

Alias CCLIX.

EPISTOLA XCVIII.

Rationes exponit cur Nicopolim non iverit. Iturum se dicit in banc urbem, ut cum Meletio colloquatur; vel etiam cum eodem Samosata venturum. Indictus cum episcopis secunda Cappadocia congressus; item alius cum Eustathio. Excusatione utitur, cur missa non sint ad Eusebium littera episcoporum. Perstat in suo consilio ut Gregorius sit episcopus. Nuntiat Palmatium Maximo ad persecutionem ministrare. Rogat Eusebium ut ad se veniat.

EUSEBIO EPISCOPO SAMOSATORUM.

Anno 372.

I. CUM Nicopolim mente animoque ferrer; postquam urbanitatis tuae litteras accepi quibus venturum te negabas, relaxatus sum ex mea cupiditate; simulque totius meae infirmitatis recordatus. Venit autem mihi in mentem & eorum qui advocaverant perfunctoria invitandi ratio, qui cum me per honoratissimum fratrem Hellenium Nazianzi Peraequatore in transcurso vocassent; qui iterum de iisdem submoneret; aut me deduceret non dignitati sunt mittere. Iraque cum ob peccata nostra simus ipsis suspecti, timuimus ne illorum conventus laetitiam praesentia nostra obturbaremus. Nam cum magnanimitate tua vel ad magnas tentationes accingi non pigramur; absque te autem vel intuendis levibus arumnis impares sumus. Quoniam igitur de rebus ecclesiasticis futurus erat mihi cum illis congressus & celebritatis quidem tempus praetermissi, congressum autem in quietum ac expers perturbationis tempus distuli; meque satius esse duxi Nicopolim venientem de necessariis ecclesiarum rebus cum religiosissimo episcopo Meletio colloqui, & Samosata pergere recuset: sin autem non recuset; simul cum eo ad volabimus, modo id mihi ab utroque declaretur, videlicet ab illo ipso nobis de his rescribente (scriptus enim) atque a tua pietate.

Præfilius cum Eusebio magnas tentationes non tu met, leves sine illo formidat.

Episcopi secundae Cappadociae

2. Eramus etiam cum episcopis secundae Cappadociae congressuri: qui postquam alte-

Arius provinciae nomen habuerunt, subito existimarunt se ex alia ac nos natione & gente esse, tantumque nos ignorarunt, quantum qui nullum prorsus periculum fecere, necumquam in colloquium venerunt. Expectabatur autem & alius congressus cum reverendissimo episcopo Eustathio, quocum congressi sumus. Nam quia multi clamabant aliquid ab eo in fide adulterari, venimus ei in colloquium, eumque invenimus Dei ope ad omnem rectam fidem bono animo affectantem. Porro episcoporum litterarum culpa illorum ipsorum, a quibus nostras transmitti oportebat, ad dignitatem tuam missae non sunt: sed & me fugerunt, e memoria ob assiduas curas elapsae. Caeterum fratrem Gregorium vellem, & ego ecclesiam gubernare ingenio suo parem. Ea autem erat ecclesia omnis quae sub sole est, in unum collecta. Cum autem fieri id non queat, episcopus sit, non ex loco ornamentum accipiens, sed loco ex sese addens: Nam viri vere magni est non magnis tantum parem esse: sed etiam, quae parva sunt facultate sua magna facere. Quid autem faciendum Palmatio, qui post tot ac tantas fratrum admonitiones adhuc ministrat Maximo ad persecutiones? Sed tamen ne nunc quidem litteras ad illum mittere gravantur: nam quominus veniant & corporea in valetudine & domesticis negotiis prohibentur. Novaris porro, Pater Deo dilectissime, res nostras tua omnino praesentia indigere, ac necesse esse ut venerandum senium adhuc semel moveas, quo Cappadociam jam fluctuantem & casui proximam sustentres.

Basilium contemunt.

Eustathius multis suspectus.

Palmatius Maximi minister ad persecutiones.

Cappadocia casui proxima.

EPISTOLA XCIX.

Alias CLXXXVII.

Terentio exponit Basilium, quomodo desertus a Theodoto perficere non potuerit, quod ex mandato Imperatoris & litteris Terentii suscepit, ut episcopos Armeniae daret. Caeterum curae sibi fuisse, ut episcopos pacificaret, ac multa non recte fieri solita in Armenia emendaret. Accepisse etiam se a Saralensibus suffragia, quibus rogabatur ut eis episcopum daret; ac de infidelis Cyrillo Armeniae episcopo calumniis cognovisse.

TERENTIO GOMITI.

Anno 372.

I. CUM diligenter admodum in id incubuissem, ut ex parte saltem & Imperatoris mandato obtemperarem & amicissimis dignitatis tuae litteris, cujus ego sermonem omnem, omnemque sententiam volun-

Drate recta ac bono consilio plenam esse certo scio; studium meum ad opus deducere mihi non licuit. Causa autem, prima quidem & verissima, peccata mea, quae ubique occurrunt mihi, ac meos gressus subvertunt: deinde etiam episcopi, qui datus adjutor fuerat, animi a nobis alienatio. Nescio enim

S. Basilii Oper. Tom. III.

O quid

quid passus reverendissimus frater noster Theodotus, qui ab initio promiserat tuam se nobis operam in omnibus daturum, nosque libenter Getasis Nicopolim adduxerat, ubi nos vidit in civitate, sic aversatus sit, sic peccata nostra metuerit, ut neque ad matutinas preces, neque ad vespertinas nos voluerit assumere: æqua ille quidem faciens, quod ad me attinet, ac vitæ meæ convenientia, sed non utiliter communi ecclesiarum tranquillitati consulens. Horum autem causam nobis afferebat, quod non gravaremur reverendissimum episcopum Eustathium in communionem recipere. Quod autem egimus, est ejusmodi.

Basilium  
Theodotus  
Ad preces  
noluit assu-  
mere.

2. Vocati ad conventum, quia fratre Theodoro habebatur, ac caritate impulsu, ut vocanti obsequeremur; ne congressum videremur irritum & inutilem reddere, dedimus operam ut in colloquium cum prædicto fratre Eustathio veniremus. Ac illi quidem proposuimus quæcumque de fide illum criminatur frater Theodotus; rogavimusque, si rectam fidem sequeretur, manifestum id nobis faceret, ut cum eo communionem haberemus: sin autem alieno esset animo, probe sciret nos quoque ab ipso abalienatum iri. Itaque cum multos sermones inter nos habuissemus, diemque illam totam in his expendendis insumsissemus, flexo jam in vespere die discessimus ab invicem, colloquio nullam ad certam conclusionem perducto. Sed iterum sequenti die mane confidentes, de iisdem disseruimus, accedente jam & fratre Pœmenio Sebastix presbytero, & vehementer adversariam nobis doctrinam defendente. Paulatim igitur & ea dissolvimus, quorum nomine videbatur me accusare, & eos ad assentiendum iis quæ a me quærebantur adduxi, ita ut gratia Domini inveniremur ne de minimis quidem rebus inter nos dissidentes. Ita igitur circa nonam fere horam surreximus ad precandum, ac Domino gratias egimus, nobis largienti, idem ut sentiremus, idemque loqueremur. Ad hæc oportebat me & scriptam aliquam confessionem ab homine accipere, ut & illius adversariis manifesta fieret hæc assensio, & cæteris idoneum exstaret illius propositi monumentum. Sed ipse volui ob plurimam diligentiam, cum fratre Theodoro congregiens, libellam fidei ab ipso accipere, eique quem nominavi viro offerre: ut duo consequeretur, nempe ut & ipse fidem rectam confiteretur, & his satisfaceret, nullam habentibus contradicendi materiam, post acceptas ipsorum conditiones. At Theodotus, priusquam didicisset quam ob causam convenissemus, & quid ex colloquio consequuti essemus, non jam nos ad synodum vocandos judicavit. Sed e medio itinere reversi sumus, animum de-

Pœmenius  
adversatur  
sane doctrina.

Eustathius  
tandem de  
fide con-  
sentit cum  
Basilio.

Aspondentes, quod nostros pro pace ecclesiarum labores irritos redderet.

3. Postea igitur imposita mihi necessitate in Armeniam eundi, cum nossem singulare hominis ingenium, vellemque coram locuplete teste cum ipse rationem eorum quæ egeram reddere, tum illi satisfacere; veni Getasa in agrum religiosissimi episcopi Meletii, ubi & ipse, quem dixi, Theodotus mecum interfuit: sicque ibi accusatus ab eo ob conjunctionem cum Eustathio; dixi ex congressu consequutum me esse, ut eum in omnibus idem ac nos sentientem haberem. Cum autem asseveraret Eustathium negasse, postquam ab eo discessimus, suisque propriis ipsum discipulis affirmare, se nulla prorsus in re nobiscum de fide consensisse, ad hæc ego occurrebam (ac vide, vir in primis admirande, an non justissimas huic rei & invictissimas responsiones attulerimus) persuasum mihi esse conjecturam facienti ex reliqua viri constantia, ipsum haud ita leviter in contraria circumferri, neque nunc quidem confiteri, nunc vero negare quæ dixerit; hominem mendacium in rebus minimis, ut horribile quiddam, aversantem, nedum in rebus tanti momenti ac ita omnium fama celebratis veritati umquam adversari velit. Quod si vera esse contingat quæ a vobis distantur, proponendus est ei libellus, qui omne recte fidei specimen complectatur. Quod si eum subscribendo assentiri reperero, manebo in illius communionem: sin autem deprehendero recusantem, ab illius conjunctione discedam. Cum autem hæc probarentur episcopo Meletio, & fratri Diodoro presbytero (nam iis quæ fiebant intererat) illic sane quam reverendus frater Theodotus assensus est; cumque adhortatus esset, ut descenderemus Nicopolim, tum ut ecclesiam ipsius inviseremus, tum & ipsum itineris comitem Satalos usque haberemus; ac nos Getasis reliquisset; ubi Nicopolim venimus, oblitus eorum quæ & a me audierat, & quæ nobiscum pactus fuerat, nos iis, quas paulo ante retuli, contumeliis ac ignominiosis affectos dimisit.

Getasa ager  
Meletii.

4. Quomodo ergo possem, caput præstantissimum, mandatorum quidquam perficere, & episcopos Armeniæ dare? sic erga me affecto curarum socio, cujus opera sperabam me idoneos viros inventurum, eo quod in ejus partecia non desint, & religiosi, & prudentes, & linguæ periti, & qui reliquos usus gentis proprios sciant, quorum nomina cum sciam, volens tacebo, ne quid impedimenti nascatur, quominus alio saltem tempore Armeniæ utiliter consulatur. Et nunc cum Satala usque cum tali corpore pervenissem, reliqua quidem visus sum Dei gratia constituere; cum pacem composuerim inter epi-

SCO.

Basiliius pacificat Armeniam.

scopos Armeniæ, eosque, ut par erat, alloquutus sim, ut deponerent consuetam indifferentiam, ac sincerum pro Domini ecclesiis studium resumerent: quin & regulas ipsis dederim de iis, quæ indifferentem in Armenia peccabantur, quomodo illos deceret curam suscipere. Accepi autem & a Satalorum ecclesia suffragia, quibus rogabar ut episcopum ipsis darem. Curæ etiam mihi illud fuit, ut de aspersa criminatione fratri nostro Cyrillo Armeniæ episcopo inquirerem; ac Dei gratia reperimus falso commotam ex calumnia illius inimicorum, quam

& manifeste coram nobis confessi sunt. Atque utcumque Satalorum populum visi sumus ipsi placare, ita ut non jam ab illius communionem refugiat. Quod si hæc parva sunt; & nihili facienda, at nihil a nobis amplius perfici poterat, ob mutuam inter nos ex diaboli artificio dissensionem. Atque hæc quidem tacenda erant, ne mea ipsius probra vulgare videar; sed quia aliter causam dicere non poteram apud magnanimitatem tuam, in necessitatem veni omnis rerum gestarum veritatis enarrandæ.

Classis II.

Satalorum populum cum Episcopo reconciliat.

Alias CCLVI.

## E P I S T O L A C.

*Gratias agit Basiliius ob litteras ab Eusebio in vicina Armenis regione acceptas. Retinet antiquum eundi Samosata desiderium, quamvis & æger sit & negotiorum mole oppressus. Invisat Eusebium ad diem festum sancti Euppsychii, qui erat septimus Septembris. Sibi enim illius consilio ad multa opus esse, in his ut deliberet de molestiis sibi simplicitate Gregorii Nysseni exhibitis.*

EUSEBIO EPISCOPO  
SAMOSATORUM.

Anno 372.

**S**ic vidi litteras dilectionis tuæ in regione Armenis vicina, quemadmodum videant navigantes facem eminus in mari splendentem, præsertim si ventis mare intumuerit. Nam natura quidem suaves, ac plurimum habentes solatii litteræ gravitatis tuæ: sed tunc maxime earum suavitatem tempus auxit; quod quale fuerit, quantoque nos mœrore affecerit, non equidem dixerim, cum semel statuerim eorum, quæ molestiam attulerunt, oblivisci, sed condiaconus noster pietati tuæ enarrabit. Me autem reliquit omnino corpus, adeo ut ne levissimos quidem motus possim sine dolore ferre; sed tamen precor, ut possit mihi antiquum desiderium nunc saltem ope precum

Btuarum adimpleri; quamquam in multas me difficultates coniecit ipsa peregrinatio, tamdiu neglectis ecclesiæ nostræ rebus. Quod si Deus, dum in terra versamur, concedere dignetur, ut in ecclesia nostra pietatem tuam videamus; certe bonas spes etiam de futuris rebus habebimus, nos a Dei donis non omnino exclusos esse. Hoc itaque si fieri potest, rogamus ut fiat in solemnem conventum, quem singulis annis celebramus in memoria beatissimi martyris Euppsychii jam appropinquante, die septima mensis Septembris. Nam circumstant nos digna sollicitudine negotia; quæ auxilio tuo indigent, tum ad constitutionem episcoporum, tum ad deliberationem & considerationem eorum, quæ in nos meditatur Gregorii Nysseni simplicitas: qui synodos cogit Ancyræ, nec ullum nobis insidiandi modum prætermittit.

Memoria martyris Euppsychii die 7. Septembris.

Basiliius acceptas injurias oblivioni tradit.

Alias CCII.

## E P I S T O L A CI.

*Redux ex Armenia Basiliius cum didicisset de morte insignis alicujus personæ; consolatur hac epistola eum, quem præcipue hoc eventu afflictum sciebat.*

## CONSOLATORIA.

Anno 372.

**O**ptandum erat epistolam primam scriptis, lætiorem habere litterarum materiam. Nam hoc pacto res nobis ex sententia successissent, quia omnibus volumus pietatis institutum profitentibus, totam vitam ad prosperos successus perducere. Sed cum vitæ nostræ moderator Dominus pro non enarrabili sua sapientia, omnino ad utilitatem animarum nostrarum hos eventus dispensaverit, per quos tibi quidem molestam vitam constituit, nos vero qui tibi caritate in Deo conjuncti sumus, a fratri-

bus nostris, quo in rerum statu sis, edoctos ad commiserationem adduxit; necessarium nobis visum est, solatium, quod in nobis situm est, tibi afferre. Itaque fieri si posset, ut ad eum usque locum, in quo tuæ nobilitati versari contingit, proficiscerer, utique nihil prius fecissem. Quoniam vero & corporis adversa valetudo, & negotiorum quibus distinemur multitudo, hoc ipsum iter quod subiimus, ad magnum ecclesiarum nostrarum damnum convertit; per litteras præstantiam tuam invisere in animum induximus, admonentes calamitates ipsas non frustra Dei servis a Domino, qui nos gubernat,

S. Basilii Oper. Tom. III.

O 2 nat,

Classis M. nat, accidere, sed ad probationem veræ in A betur : tamen hoc nobis persuasum esse de-  
 Deum conditorem nostrum dilectionis. bet, omnino utile esse quod evenit, si ve-  
 Quemadmodum enim certaminum labor nis ob patientiæ mercedem ; si ve animæ af-  
 athletas ad coronam, ita etiam Christianos sumtæ, ne diutius in hac vita immorans, Quidquid  
evenit, no-  
bis utile  
est.  
 probatio in tentationibus ad perfectionem vigente in hoc mundo malitia repletur. Si  
 adducit ; si modo ea quæ a Domino dispen- enim hac vita circumscriberetur Christia-  
 santur, cum debita patientia in omni gra- norum spes, non immerito sane molestum  
 tiarum actione suscipiamus. Domini boni- videretur citius a corpore disjungi : sin au-  
 tate gubernantur omnia. Nihil eorum quæ tem veræ vitæ initium est, iis qui secundum  
 nobis accidunt, ut molestum accipere oport- Deum vivunt, animæ e corporis vinculis  
 ter, etiamsi in præsentia infirmitatem no- solutio ; quid tristitia afficimur, sicut & ii  
 stram tangat. Et si enim rationes ignoramus, qui spem non habent ? Fac igitur hortatu  
 ob quas unumquodque eorum quæ contin- B meo, ut doloribus non succumbas, sed his  
 gunt, veluti bonum a Domino nobis exhi- te celsiorem superioremque ostendas.

Alias  
CLXXXIII.

## E P I S T O L A CII.

*Certiores facit, præmissis Nicia, Satalenses, se eorum precibus adductum esse, ut eis consanguineum suum, & sibi & matri & populo carissimum, omnibus rebus eorum utilitati posthabitis, episcopum concederet.*

## CIVIBUS SATALENIS.

Anno 372. **E**Go tum vestris tum populi totius pre-  
 cibus commotus, & ecclesiæ vestræ curam suscepi ; & vobis coram Domino pol-  
 licitus sum, nihil me prætermisurum eo-  
 rum quæ penes me forent. Quapropter co-  
 actus sum, uti scriptum est, quasi pupillam  
 oculi mei tangere. Adeo honor quem vobis  
 maximum habeo, rei nullius recordari me  
 sivit, non consanguinitatis, non consuetu-  
 dinis, quæ mihi a puero cum viro existit, C  
 præ vestris postulatis : sed omnium quæ mihi  
 privatim cum eo ad conjunctionem interce-  
 dunt, oblitus, non reputans gemirum co-  
 piam, quam populus meus isto præposito  
 destitutus edet, non lacrymas universæ il-  
 lius cognationis, non ipsius matris jam se-  
 nis, quæ solo illius auxilio sublevatur, mœ-  
 stitiam attendens, horum simul omnium,  
 quæ talia & tanta sunt, rationem non ha-  
 bens, id unum spectavi, ut ecclesiam ve-

Basilii  
omnia post-  
habet utili-  
tati eccle-  
siæ, cui da-  
tur episco-  
pus.

stram viri tanti præfectura ornarem, eique  
 succurrerem, jam ob diurnam præpositi  
 privationem in genua provolutæ, & multo  
 ac valido adminiculo, ut erigatur, indigen-  
 ti. Nostra itaque sic se habent. Vestra au-  
 tem jam reposcimus, ne minora videantur  
 spe nostra & fide, quam viro dedi, illum a  
 me ad amicos mecumque conjunctissimos  
 mitti, sed ut quisque vestrum alius alium  
 suo in virum studio ac amore superare con-  
 tur. Ostendite igitur præclaram illam con-  
 tentionem, ac magnitudine obsequii cor  
 illius demulcete, ut eum capiat oblivio pa-  
 triæ, oblivio cognatorum, oblivio populi  
 tantum pendens ab ejus regimine, quan-  
 tum infans recens natus ab ubere materno.  
 Præmisimus autem Niciam, ut ea quæ acta  
 sunt dignitati vestræ nota faciat, & diem  
 festum agatis in antecessum, ac Domino qui  
 opera nostra vestrum votum adimplere di-  
 gnatus est, gratias rependatis.

Alias  
CCXCVI.

## E P I S T O L A CIII.

*Nuntiat Satalensibus virum præstantissimum a se episcopum illis concedi.*

## SATALENSIBUS.

Anno 372. **P**Erduxit ad exitum Dominus populi sui  
 petitiones, eique per nostram humi-  
 litatem pastorem dedit, dignum nomine,  
 nec verbum, ut plerique solent, caupo-

Dnantem, sed qui vobis rectam doctrinam  
 diligentibus, vitamque Domini præceptis  
 consentaneam profitentibus, placere ma-  
 jorem in modum possit in nomine Domi-  
 ni, qui illum spiritualibus suis donis ad-  
 implevit.

Alias  
CCLXXIX.

## E P I S T O L A CIV.

*Cum ad alias Cappadociæ calamitates illud accessisset, ut omnes ecclesiæ ministri cen-  
 sui subjicerentur ; rogat Modestum Basilii, ut, immunitatem aliquam  
 non denegeret, eamque episcopi arbitria committat.*

## MODESTO PRÆFACTO.

Anno 372. **A**D virum tantum vel litteras dare,  
 etiamsi nulla alia sit causa, maximo

Est honori intelligentibus ; quia colloquia  
 cum viris dignitate cæteros longe superanti-  
 bus, plurimum splendoris iis, quibus id  
 ob-



obtulerit, afferunt. Mihi autem pro uni- **A** nec in personas eorum, qui nunc adscripti Classis II.  
 versa patria laboranti necessaria est apud sunt, conferatur remissio, ( sic enim bene-  
 tuam magnanimitatem deprecatio, quam ficium transiturum est ad successores : quos  
 rogo leniter & tuo more perferas, ac patriæ non semper contingit ministerio sacro esse  
 nostræ jam in genua inclinatæ manum por- dignos ) sed secundum liberæ descriptionis  
 rigas. Negotium porro cujus causa te pre- formam , communis quædam clericorum  
 camur, ejusmodi est. Eos qui Deo nostro fiat concessio, adeo ut qui ecclesias guber-  
 ministrant, presbyteros videlicet & diaco- nant, quovis loco ministrantibus immuni-  
 nos, vetus census immunes reliquit. Qui tatem donent. Hæc & tuæ magnanimitati  
 autem nunc recensio operam dant, ii, ut immortalæ recte factorum gloriam confer-  
 nullo a sublimi tuâ potestate accepto man- vabunt, & Imperatoris familiæ precatores  
 dato, eos recensere, nisi forte quidam multos comparabunt, & ipsis rebus publi-  
 aliunde ab ætate immunitatem haberent. **B** cis non parum afferent emolumentum : liqui-  
 Rogamus igitur, ut hoc nobis tuæ benefi- dem non omnino clericis, sed iis qui quovis  
 centiæ monumentum relinquant, quod ven- tempore affliguntur, immunitatis solatium  
 turo omni ævo bonam tui memoriam con- præstamus ; quod quidem, & cum liberi  
 servet, nobisque concedas, secundum le- sumus, non prætermittimus, ut perspice-  
 gem antiquam census, sacros ministros ; re potest quisquis voluerit.

Alias  
CCCL.

## EPISTOLA CV.

*Dolet se significat, quod Terentii filias Samofatis non viderit. Laudat earum in Tri-  
 nitatis confessione constantiam, quamvis in medio impietatis degant; easque hortatur ut  
 perseverent, & eorum qui Filii aut Spiritus divinitatem negant, communionem & collo-  
 quium fugiant.*

*DIACONISSIS Terentii conatibus  
 filiabus.*

Anno 372.

**E** Go & cum Samofata advenissem, spe- **C** rum omnium principium; Filium unigeni-  
 ravi venturum me in sermonem di- tum, ex eo genitum, verum Deum, per-  
 gnitati vestræ : & hujus rei compos minime fectum ex perfecto, imaginem vivam, Pa-  
 factus, æquo animo damnum non tuli; con- trem totum in semetipso ostendentem : Spi-  
 siderans quandonam futurum sit, ut velego ritum sanctum existentiam a Deo habentem,  
 possim rursus ad regiones vestras accedere, sanctitatis fontem, vim vitæ conciliatricem,  
 vel vobis ad nostras venire placeat. Verum gratiam perfectos efficientem :  
 hæc sint in Domini voluntate posita. Quod per quem homo in filium adoptatur, & id  
 autem nunc agitur; ubi inveni proficiscen- quod mortale est, immortalitate donatur:  
 tem ad vos filium Sophronium, lætus hanc conjunctum Patri & Filio in omnibus, in  
 ei epistolam dedi, quæ & salutationem vobis gloria, & æternitate, in potestate & regno,  
 perferat, & nostram animi sententiam in dominio & divinitate, quemadmodum  
 declaret, qui scilicet Dei gratia non defini- **D** & ipsa baptismatis salutiferi traditio testa-  
 mus vestri meminisse ac pro vobis Domino tur. At vero qui aut Filium aut Spiritum  
 gratias agere, quod radice bonæ bona sitis dicunt esse creaturam, aut omnino Spiritum  
 germina, bonis operibus foecunda, & vere in ministrorum ac servorum redigunt  
 tamquam lilia in medio spinarum. Quod ordinem, longe absunt a veritate; quorum  
 enim cum tanta perversitas hominum veri- fugienda communio ac sermones vitandi,  
 tatis doctrinam corrumpentium vos circum- velut animarum perniciæ. Quod si umquam  
 stet, minime tamen fraudibus ceditis, nec Domino largiente in unum veniamus, fu-  
 ad vigentem nunc novitatem relictis aposto- sius vobiscum de fide differam; adeo ut ex  
 licis fidei documentis transferimini; quo- deductis e Scriptura demonstrationibus tum  
 modo non dignum sit, pro quo grates ma- veritatis vim, tum hæresis debilitatem per-  
 gnæ Deo agantur? quomodo non magnas spiciatis.

Communis  
fugienda  
eorum qui  
Spiritum  
sanctum  
dicunt esse  
creaturam.

Alias  
GCCCVII.

## EPISTOLA CVI.

*Militem maximis virtutibus præditum Basilium in sua peregrinatione cognoverat. Nunc acceptæ  
 ab eo epistolæ respondet, & ad perseverantiam hortatur.*

*MILITI.*

Anno 372.

**C** Um pro multis debeam grates Domi- **E** regrinatione accipi; bonum maximum ju-  
 no persolvere, quæ ab eo in mea pe- dicavi, quod boni Domini dono præstan- Perfectus  
Dei amor  
in vita mi-  
litari.  
 gnovi, qui in militari etiam vita perfectum  
 Dei

Classis II. Deiamorem & caritatem servari posse, & A & corroborare, & Dei amorem nutrire ac  
 Christianum non ex vestimenti forma, sed augere semper stude; ut & tibi bonorum ab  
 ex animi habitu dignosci debere demon- eo copia accrescat. Nullo autem indigeo  
 strat. Et tunc igitur libentissime sum tecum argumento, quo te mei memorem esse  
 congressus: & nunc, quoties recordor, ma- edocear, cum res ipsæ perhibeant testimo-  
 xima fruor voluptate. Itaque strenue age, nium.

Alias  
 cclxxxvii.

E P I S T O L A CVII.

*Julittam consolatur, quam durus exactor promissi immemor premobat. Scripsisse se ait ad illum  
 & ad Helladium, sed ad Præfectum scribere ausum non esse.*

JULITTÆ VIDUÆ.

Anno 372.

**O**Mnino dolui, lectis nobilitatis tuæ lit-  
 teris, quod eadem te iterum circum-  
 stent angustiarum. Ecquid autem faciendum  
 hominibus, ita versipelle ostendentibus in-  
 genium, & alias aliud dicentibus, nec stan-  
 tibus in suis ipsorum pactis? Si enim post  
 factas coram me & coram Ex-Præfectis pol-  
 licitationes, nunc quasi nihil dixisset, tem-  
 pus præstitutum ita coarctat; videtur ille  
 vir omnem erga nos pudorem abjecisse. Lit-  
 teras tamen ad illum dedi, pudorem incu-  
 tiens, eique sua promissa in memoriam re-  
 vocans. Scripsi autem & ad Helladium,

B Præfecti domesticum, ut per ipsum de tuis  
 rebus certior fiat Præfectus. Ego enim de-  
 cere non putavi tantum mihi licentiæ sume-  
 re cum tanto iudice; eo quod nondum ei de  
 ulla re privata scripserim, verearque ne quo  
 pacto rem improbet: quippe cum summi vi-  
 ri in eiusmodi rebus, ut nosti, facile irascan-  
 tur. Si ergo aliquid inde accedet emolumentum,  
 erit Helladio adscribendum, viro & pro-  
 bo & optime de me sentienti, & Deum ti-  
 menti, & summam libertatem apud Præfe-  
 ctum obtinenti. Potest autem sanctus te ex  
 C omni ærumna eximere, si modo ex animo  
 vero ac sincero spem in eo reponamus.

Alias  
 cclxxxviii.

E P I S T O L A CVIII.

*Mirari se significat, quod cum Julittæ tempus concessurum se promississet, nunc pro-  
 missa perficere nolit. Revocat ei in memoriam aliud promissum de chartis omnibus, si au-  
 rum de quo convenerat accepisset, viduæ reddendis.*

TUTORI HÆREDUM JULITTÆ.

Anno 372.

**M**iratus sum, ubi audivi te bonarum  
 illarum promissionum ac liberalita-  
 ti tuæ convenientium oblitum, nunc huic  
 forori violentissimam ac implacabilem exa-  
 ctionem inferre. Et quid coniciam ex his  
 quæ dicuntur, nescio. Nam & tibi pluri-  
 mam eorum, qui tui periculum fecere, te-  
 stimonio liberalitatem scio attribui, & pro-  
 missorum memini, quibus te coram me &  
 illo obstrinxisti: cum diceres tempus quidem  
 brevius scribi, sed te amplius concessurum,  
 eo quod te velles ad rei necessitatem accom-  
 modare, & huic viduæ ignoscere, quæ tan-  
 tam simul pecuniæ summam e domo sua  
 Emittere cogitur. Quænam autem causa,  
 cur mutatio tanta contigerit, ego intellige-  
 re non queo. At quæcumque fuerit, rogo

te, ut tuæ liberalitatis memor, & ad Do-  
 minum bonæ voluntatis remuneratorem  
 respiciens, tempus induciarum initio pro-  
 missum concedas: ut possint venditis rebus  
 suis debitum dissolvere. Illud etiam probe  
 memini pollicitum te esse, si aurum, de quo  
 convenerat, acciperes, chartas omnes,  
 tum eas quæ coram iudicibus, tum quæ pri-  
 vatim confectæ, mulieri prædictæ traditu-  
 rum. Obsecro itaque, & mihi honorem  
 defer, & magnam tibi apud Dominum be-  
 nedictionem compara, in memoriam pro-  
 missa revocans, teque hominem esse cogno-  
 scens, ac tempora illa exspectare debere,  
 quibus ope divina indigebis. Quam quidem  
 tibi ipse per præsentem duritiam ne inter-  
 cluseris: sed misericordias Dei in te ipsum  
 converte, benignitatem omnem & clemen-  
 tiam afflictis demonstrans.

Alias  
 ccccxxii.

E P I S T O L A CIX.

*Rogat Basilium Helladium comitem, ut sua apud Præfectum gratia viduam tueatur, quæ  
 præter sortem etiam usuras reddere cogebatur, contra pactiorum  
 & promissorum fidem.*

HELLADIO COMITI.

Anno 372.

**Q**uamvis benignitati tuæ obstrepere re-  
 fugiam ob magnitudinem potestatis  
 tuæ, ne amicitia tua ultra modum

impleri videar; tamen me res necessariæ  
 quiescere non sinunt. Hanc igitur sororem  
 quæ & sanguine mihi conjuncta est, & ob  
 viduitatem afflicta, & res filii orphani  
 pro-

procurat, ubi vidi jam ultra vires ærumnis intolerabilibus constringi, misertus illius, atque animo dolens, rogare te festinavi, ut si qua suppetat facultas, misso ab ea viro operam navare digneris; ut quod ipsa præfens coram me promiserat, eo jam reddito nulla amplius ei fiat injuria. Sic enim pacta fuerat, ut si sortem solveret, remitterentur usuræ. Nunc igitur qui res illius hæredum procurant, præter sortem usuras etiam conantur exigere. Igitur ut perspectum & exploratum habens Dominum res viduarum atque orphanorum suas facere: ita studi- **B** ad optima quæque utenti largitus est.

Classis II.

Alias  
CCLXXVII.

## EPISTOLA CX.

*Basiliius data a Præfesto scribendi licentia utitur, ut ei commendet Tauri incolas, quibus graviora ferri tributa imponebantur.*

## MODESTO PRÆFECTO.

Anno 372.

**Q**uam mihi honoris ac libertatis concessisti, morum lenitate non veritus te ad nos demittere, tanta tibi atque etiam majora, quamdiu vixeris, a bene nostro Domino incrementa tribui splendoris precamur. Me autem & jam pridem scribere & honore, qui ex te percipitur, perfrui cupientem retinebat amplissimæ dignitatis reverentia: quippe cum viderer, ne quando libertate immoderatus viderer. Nunc vero simul & accepta ab

incomparabili tua magnanimitate scribendi licentia, simul & necessaria res hominum afflictorum confidere coegit. Si quid igitur tenuissimorum preces apud viros potentissimos valuerint: sine te, vir in primis admirande, hoc exorem, ut pro tua benigna voluntate, rusticitati miserandæ salutem largiaris; ac jubeas ut ferri tributum iis qui Taurum ferri feracem incolunt, fiat tolerabile, ne statim obruantur, sed publicis usibus diu inserviant: quam rem omnium maxime curæ esse admirandæ tuæ humanitati persuasum habeo.

Alias  
CCLXXVI.

## EPISTOLA CXI.

*Commendat amicum, qui a Præfesto accersitus fuerat ob illas ei criminationes.*

## MODESTO PRÆFECTO.

Anno 372.

**A**lias quidem magnanimitati tuæ obstrepere ausus non fuisset, qui & metum metiri, & potestates dignoscere sciam. Sed ubi amicum mihi hominem vidi difficultatibus implicatum, eo quod accersitus sit; hanc ei epistolam præbere ausus sum, ut eam, veluti quoddam supplicantis insigne offerens, aliquid humanitatis consequatur.

**D**Certe autem, etsi nullius pretii sumus, moderatio ipsa Præfectorum humanissimum potest flectere, & nobis veniam conciliare: ut si vir nihil peccavit, ipsius veritatis beneficio salvus sit & incolumis: si quid autem commisit, illud ei mea supplicantis causa remittatur. Quo autem in statu sint res nostræ, quis melius quam tu novit, qui ea quæ in unoquoque infirma sunt, consideras, ac mirabili tua providentia omnia moderaris.

Alias  
CLXIV.

## EPISTOLA CXII.

*Cum Domitianus Basilii necessarius in Andronicum, præpotentem virum peccasset; Basiliius hortatur Andronicum, ut Domitiano in metu & ignominia degenti novum supplicium non infligat, cæterisque qui eum intuentur, pene metu mortuis & quid futurum sit observantibus, humanitatis laudandæ materiam præbeat.*

## ANDRONICO DUCI.

Anno 372.

**S**i corpore ita valerem, ut facile peregrinationem sustinere possem & hiemis molestias ferre, non equidem scriberem; sed ipse ad tuam magnanimitatem proficil-

**E**cerer duabus de causis; ut & vetus promissi debitum persolverem; (nam promississe scio, venturum me Sebastiam, atque præstantia tua fruiturum: quod quidem feci, sed congressus compos non fui, propterea quod paulo post tuam probitatem adveni) deinde ut & le-

Classis II. & legationem per me ipse obirem; quam  
mittere hæcenus reformidabam, non tanti  
faciens me, ut ejusmodi beneficium conse-  
quar; ac illud etiam cogitans neminem esse  
qui vel principi vel privato per litteras æque  
persuadere possit, ac si ipse coram adsit, &  
ex criminibus alia diluat; pro aliis suppli-  
cet, aliis veniam precetur; quorum nihil  
facile fieri possit per epistolam. Sane his om-  
nibus unum habens quod opponam, te scili-  
cet divinum caput, cui satis erit nostram de  
re sententiam declarare, reliqua vero addes  
ex temetipso; rem sine cunctatione aggressus  
sum.

2. At vides quomodo circuitione utar;  
dum aperire vereor ac refugio, qua de causa  
orationem instituam. Dometianus ille ne-  
cessarius noster est ab antiquo ex parentibus,  
sic ut nihil omnino differat a fratre. Quomo-  
dum enim quod verum est non dicam? De-  
inde causam elocutus, ob quam hæc pertulit,  
dignum esse dixi qui sic pateretur. Neque  
enim quisquam sit, qui si parum aut multum  
in tuam virtutem peccaverit, poenam effu-  
giat. Sed quoniam videmus hunc in metu &  
ignominia degentem, salutemque ipsius in  
tua sententia sitam, satis illum poenæ dedis-  
se judicavimus, & ut magnanimum quid-  
dam simul & humanum de eo cogites, obse-  
cramus. Nam rebelles sub potestate redi-  
gere, & fortis est viri, & vere imperantis:  
at benignum esse ac mansuetum in prostra-  
tos, hominis est magnanimitate & clemen-  
tia omnes superantis. Fraque tibi, si voles,  
in uno & eodem licebit tuam & in ulciscendo  
& in servando ad arbitrium magnanimita-  
tem ostendere. Hic modus supplicii satis fit  
Dometiano, metus eorum quæ expectat,  
& quæ se pati dignum esse novit. His nihil  
illi ad poenam adjicias supplicamus. Illud  
enim considera dominos eorum qui læserant  
existisse multos ex his qui ante nos vixere,  
de quibus nullus ad posteros transmissus ser-  
mone; at vero iram remisisse, qui philosophia  
vulgus antecelluerunt; quorum immorta-  
lis memoria in omni ævo perhibetur. Ad-  
datur igitur & hoc præconis tuis. Largire

A nobis, qui tua celebrare cupimus, ut hu-  
manitatis exempla superioribus temporibus  
decantata laudando superemus. Sic & Croe-  
sus filii interfectori iram remisisse dicitur,  
seipsum ad supplicium offerenti: & magnus  
ille Cyrus huic ipsi Croeso amicus post victo-  
riam fuisse. Hos inter te numerabimus, &  
pro virili hæc prædicabimus, nisi exiles qui-  
dam esse omnino tanti viri præcones existi-  
memur.

3. Cæterum illud cæteris necesse est adde-  
re, eos qui quidvis deliquerint, non ob ea  
quæ jam admitta sunt puniri (qua enim arte  
quæ facta sunt, infecta reddantur?) sed ut  
aut ipsi deinceps meliores fiant, aut aliis sa-  
piendi sint exemplum. Horum autem neu-  
trum nunc deesse quisquam dixerit. Ipse  
namque horum recordabitur etiam post  
mortem: reliquos vero, dum in hunc intue-  
ntur, metu mortuos esse puto. Quare quid-  
quid supplicio adjecerimus, nostram ipso-  
rum iram explete videbimur: quod multum  
abesse, ut de te verum sit, ego sane dix-  
erim, neque adduci potuissem, ut ejusmodi  
verbum ullum proferrem, nisi majori bene-  
ficio affici dantem quam accipientes perspi-  
cerem. Neque enim paucis perspicua erit  
ista animi magnitudo. Nam Cappadoces  
omnes quid futurum sit observant, qui qui-  
dem optaverim ut inter reliqua tua orna-  
menta hanc quoque magnanimitatem nu-  
merent. Finem epistolæ imponere vereor;  
ratus, quod omissum fuerit, mihi damno-  
fore. Tantum hoc adjungam, eum etsi a  
multis epistolas habet ipsius incolumitatem  
ac salutem exposcentibus; nostram omni-  
bus potiolem duxisse, cum nescio unde di-  
dicerit nos apud tuam præstantiam in aliquo  
esse numero. Ut igitur neque eum spes fal-  
lat, quam in nobis habet, & nobis liceat  
apud nostros gloriari; te, Domine perquam  
eximie, exorari sinas, ut nostræ annuas  
petitioni. Profecto autem nullo deterius eo-  
rum qui unquam philosophati sunt, consi-  
derasti res humanas: & nosti quam bonus  
thesaurus iis, qui omnibus egentibus ope-  
ram suam præbent, jam olim repositus sit.

Nocentes  
non puni-  
untur ob ea  
quæ jam  
facta sunt;  
sed ut vel  
ipsi vel alii  
meliores  
fiant.

EPISTOLA CXIII.

*Monstrat Basilius in magna rerum ecclesiasticarum perturbatione liberaliter agendum  
esse cum infirmioribus; nec amplius quidquam a fratribus exposcendum, nisi ut fidem Ni-  
cænam recipiant, & Spiritum Sanctum fateantur creaturam dici non debere, nec cum iis  
qui dicunt, communicandum.*

PRESBYTERIS TARSENSIBUS.

Circa annum  
372.

Congressus cum illo, magnas habui Deo  
sancto gratias, qui & me illius præ-  
sentia ex multis angoribus consolatus est, &  
vestram caritatem perspicue per ipsum

E ostendit. Nam vestrum fere omnium veri-  
tatis studium in viri unius proposito cogno-  
vi. Quæ igitur privatim inter nos locuti su-  
mus, ea ipse vobis referet. Quæ autem ex  
me caritatem vestram par est cognoscere,  
hæc sunt. Tempus plurimum incumbit ad  
ever-

everfionem ecclesiarum, idque jam a longo tempore perspeximus. Ædificatio autem ecclesiæ, delictorum emendatio, erga debiles commiseratio, sanorum fratrum defensio nulla prorsus est. Sed neque remedium ullum, quo aut morbus prior curetur, aut impendens caveatur. Ac profecto similis est ecclesiæ status (ut claro utar exemplo, etiam si vilius esse videatur) vetusto vestimento, quod facile qualibet occasione discinditur, nec potest iterum ad pristinum robur redire. Itaque ut in tali tempore, magno opus est studio ac multa diligentia, ut aliquid accedat emolumentum ecclesiis. Emolumentum est autem membra prius divulsa conjungi. Fiet autem conjunctio, si velimus, quibus in rebus animas non lædimus, in his nos ad infirmiores accommodare. Cum igitur ora multa in Spiritum sanctum aperta sint, ac linguæ multæ ad jaciendas in illum blasphemias sint exacutæ: rogamus vos, ut quan-

tum in vobis est, ad parvum numerum blasphemantes redigatis; & qui Spiritum sanctum creaturam esse non dicunt, eos recipiatis in communionem, ut blasphemii relinquuntur soli, ac vel pudore suffusi ad veritatem redeant, vel si in peccato manent, auctoritate careant ob paucitatem. Nihil igitur amplius exposcamus: sed volentibus nobiscum conjungi fratribus fidem Nicænam proponamus: ac si ei assentiuntur, illud quoque exigamus, Spiritum sanctum creaturam dici non oportere, & eos qui dicunt, recipi ab ipsis in communionem non debere. Nihil autem præter hæc exposcendum esse censeo. Enimvero persuasum mihi est diuturniore inter nos consuetudine ac mutua citra contentionem exercitatione, si etiam quid amplius adjiciendum sit explanandi causa, daturum id Dominum, qui ipsum diligentibus omnia cooperatur in bonum,

Classis II.

Rom. 8. 28.

Ecclesiæ  
interest in-  
dulgentiam  
in infirmos  
adhiberi.

Alias  
CCIV.

## E P I S T O L A CXIV.

*Cum exorta esset in clero Tarsensi aliqua dissensio, Basilius pacis constituendæ cupidus hanc Cyriaco conditionem fert, ut Nicenam fidem nulla prorsus excepta voce recipiat, & fateatur Spiritum sanctum creaturam dici non debere, nec cum iis qui dicunt communicandum. Spondet pro fratribus nihil eos amplius ab eo petituros.*

## CYRIACO TARSIS COMMORANTI.

Quantum sit pacis bonum, quid opus est apud pacis filios dicere. Quia igitur magnum illud bonum, & admirandum, & omnibus qui Dominum diligunt maxime expetendum, jam pene ad nudam vocem redactum est, eo quod multiplicata sit iniquitas refrigerata jam in multis caritate; hoc unum arbitror iis qui germane & vere Domino serviunt, studio esse debere, ut ecclesias variis partibus multisque modis inter se discissas ad unitatem reducant. Quod & ego facere dum aggredior, immerito curiosi hominis crimen sustineam. Nihil enim Christiani tam proprium est, quam pacem conciliare; unde & hujus rei mercedem maximam nobis Dominus promisit. Postquam igitur cum fratribus congressus sum, eorumque perspexi magnum in fratres & in vos, sed & multo majorem in Christum amorem, ac fidei integritatem & firmitatem; & utrumque ipsis magno esse studio, ut neque a vestra caritate segregentur, neque fidem sanam prodant; hac eorum bona mente comprobata, ad vestram gravitatem scribo, obsecrans omni caritate, ut eos vere

& ex animo conjunctos, omnisque ecclesiasticæ curæ participes habeatis. Quin & illis spondendi rectam esse vestram mentem, ac vos Dei gratia pro vestro veritatis studio ad omnia paratos esse, quæcumque pro veritatis doctrina pati oportuerit. Quæ autem, ut mihi persuadeo, neque vobis adversantur, & prædictis fratribus satis sunt ad integram persuasionem, hæc sunt: ut fidem a Patribus nostris, qui Nicææ quondam convenerunt, editam profiteamini, nullamque in ea vocem rejiciatis, sed sciatis trecentos decem & octo patres, qui citra contentionem convenerunt, non sine Spiritus sancti afflatu locutos esse; atque illud etiam huic fidei addatis, Spiritum sanctum creaturam dici non oportere, nec cum iis qui dicunt; communicandum, ut Dei Ecclesia pura sit, zizanium nullum sibi admistum habens. Hæc si illis vestra caritas ad persuasionem proposuerit; ipsi quoque & consentaneum vobis parati sunt obsequium exhibere. Ego enim pro fratribus spondeo, eos nulla in re esse contradicturos, sed cumulatissime modestiam omnem vobis exhibituros; si modo perfectio vestra hoc unum quod a vobis expetunt, lubenter ipsis concesserit.

Nicæni Pa-  
tres non si-  
ne Spiritus  
sancti affla-  
tu loquuti.

Nihil tam  
proprium  
Christiani,  
quam pa-  
cem conci-  
liare.

Classis II.  
Alias  
CLXXXVII.

## E P I S T O L A CXV.

*Iracundam mulierem monet parum prodesse sine justitia liberalitatem in pauperes : rogat ut se docere desinat, sed potius cogitet de judicio Dei, ubi nec servi testes aderunt, nec eunuchi. Horum vitia nativis coloribus describuntur.*

## AD SIMPLICIAM HÆRETICAM.

Circa annum  
372.

**T**Emere homines & odio prosequuntur meliores, & diligunt pejores. Quapropter & ipse contineo linguam, contumeliarum mearum opprobrium silentio premeo. Ego autem supernum judicem expectabo, qui novit malitiam omnem in fine ulcisci. Nam etiam si quis pecunias arena copiosius profundat, si justitiam conculcat, animam suam lædit. Semper enim Deus sacrificium, non quasi, opinor, eo egeat, quærit: sed pretiosum sacrificium, mentem piam ac justam admittit. Quando autem quispiam prævaricando se ipse proculcat, ejus preces pro impuris ducit. Itaque de extrema die te ipsa commoneas, & nos, si videbitur, ne doceto. Novimus plura quam tu, & internis spinis non tam præfocamur, neque paucis bonis decuplam malitiam admiscemus. Excitasti in nos & lacertas & rubetas, bestiolas quidem vernas, sed immun-

Adas. At e supernis veniet avis, quæ has depascetur. Mihi enim reddenda ratio, non ut tu existimas, sed ut Deus judicare novit. Quod si & testibus opus erit, non sistentur servi, neque eunuchorum genus inhonestum ac perniciosum, non inquam, genus illud, neque femineum, neque masculum, mulierum amore insaniens, invidum, mercede vili conductum, iracundum, fractum, ventri serviens, avarum, sævum, coenæ plorans jacturam, inconstans, illiberale, quidvis accipiens, insatiabile, furiosum, & zelotypum: & quid jam ultra dicendum est? simul ut natum est, ferro damnatum. Quomodo ergo fieri poterit, ut horum mens recta sit, quorum & pedes distorti sunt? Hi caste quidem vivunt absque mercede per ferrum: sed amore insaniunt absque fructu, ob suam ipsorum turpitudinem. Non hi producentur judicii testes, sed oculi justorum, & conspectus virorum perfectorum, quotquot tunc oculis ea cernent, ad quæ nunc animi cogitatione respiciunt.

Eunuchorum vitia nativis coloribus depict

## E P I S T O L A CXVI.

Alias  
CLXXIV.

*Firminum cum audisset Basilius, relicta vitæ asceticæ exercitatione, arma sequi, dehortatur eum ab hoc consilio, atque auctor est, ut beatos progenitores malit patria regenda, quam paternum avum armorum professione imitari.*

## F I R M I N O.

Circa annum  
372.

**E**T raræ sunt litteræ tuæ & breves, sive segnitie scribendi, sive alioqui satietatis, quæ ex copia nasci posset, vitandæ consilio; sive quod etiam te ipse sermonis brevitati assuefacias. Nobis certe nihil satis est, sed etiam si redundant copia, desiderio impares sunt; eo quod velim singulas res tuas discere, quomodo tibi corpus habeat, quomodo pietatis exercitatio; utrum in iis quæ initio decrevisti, perseveres; an aliquid novi consilii susceperis, ut quæque res accidunt, ita sententiam immutans. Quod si idem permaneres, multitudinem litterarum non exposceremus: sed satis nobis esset hoc tantum: *Ille illi: valere nos scias, & vale.* Quoniam autem audimus, quæ & dicere nos pudet, te relicto beatorum progenitorum ordine ad avum paternum transfugere,

C& Brettanium fieri velle pro Firmino, hæc ipsa avemus audire, & quibus rationibus ad hanc vitæ viam ineundam adductus sis, discere. Verum quoniam ipse ob consilii pudorem conticivisti: nos te adhortamur, ut pudore digna consilia non capias, & si quid subit animum tuum, hoc ex mente expulso, iterum ad te redeas, ac longo vale militiæ armisque & castrorum molestiis dicto, revertare in patriam, satis ad vitæ securitatem & ad omnem splendorem existimans, urbi, itidem ut majores, præesse: id quod tibi citra laborem obventurum confidimus, respicientes tum ad idoneas naturæ dotes, tum ad competitorum paucitatem. Sive igitur hoc consilium ab initio captum non est, sive captum postea rejectum est, cito nobis significato: si vero, quod absit, eadem manent consilia, sua sponte nuntiata nobis veniat calamitas; litteris vero opus non habemus.

EPI-

Alias  
CCXXXIV.

## E P I S T O L A CXVII.

*Firminus respondet præcedenti epistolæ, dolorem suum significat, quod a pietatis exercitatione discessisset: promittit deinceps se ad priorem vitam rediturum; seque impetraturum sperat ut dimittatur. Cæterum Dei auxilio confidit suam virginitatis servandæ voluntatem regiis mandatis potiore futuram.*

*SINE inscriptione, piæ ac religiosæ exercitationis causa.*

Circa annum  
372.

**E**GO & alias tuæ me dignitati deberi puto; & nunc illa sollicitudo, in qua verfor, necessario me ejusmodi ministeriis obnoxium facit, etiam si quivis e turba præcepta tradat, nedum tu, quem multa mecum & alia jura conjungunt. Itaque præterita expendere necesse non est: siquidem dicere licet, causam me fuisse molestiarum; dum a bona illa pietatis exercitatione, & quæ sola ad salutem ducit, pertinaciter discessi; unde & cito huic perturbationi ad tentationem traditi sumus. Atque hæc quidem transferunt, nec carere admonitione, ut ne iterum in eadem mala incidam. Quod attinet ad futura; pietati tuæ persuas-

issimum esse velim, ea nobis Dei dono facillime processura; cum res & æqua sit, nec quidquam grave habeat; & amici nobis multi, qui sunt in aula, prompto animo gratificentur. Itaque delineabitur a nobis rogatio ad similitudinem dati libelli vicario: quam quidem si nulla protrahat mora, statim dimittar, ex scripto solutionem metus afferens. Persuasum autem habeo in ejusmodi rebus potiore esse regiis mandatis voluntatem nostram, quam si immutatam ac immotam a proposito vitæ perfectæ exhibuero, inexpugnabilis nobis & inviolabilis Dei auxilio virginitatis erit custodia. Fratrem autem mihi a te traditum & lubens vidi, & inter familiares habeo: quem & Deo & tuo testimonio dignum esse opto.

Alias  
CCCXVIII.

## E P I S T O L A CXVIII.

*Jovinum Basilus per bonarum invitatur ut sese invisat.*

**JOVINO EPISCOPO PERRHES.**

Anno 372.  
excursus, dicit  
373. in eum  
se.Quodnam  
scelus a Do-

**H**ABEO te debitorem boni debiti. Nam mutuo dedi tibi caritatem, quam mecum scœnore recipere oportet: siquidem & Dominus noster hoc scœnoris genus nequa-

quam averfatur. Solve igitur, o carum caput, in nostram patriam veniens. Et hæc quidem fors est. Quænam vero versura? Quod is vir ad nos venturus sis, qui tanto nobis præstas, quanto parentes liberis sunt meliores.

mino non  
prohibi-  
tum.Alias  
CCCXVII.

## E P I S T O L A CXIX.

*Cum duo Eustathii discipuli, Basilus & Sophronius, perfidiam suam horrendis in Basilium calumniis ac illiberali fuga est ejus domo nudassent; Basilus Eustathium misso ad singula narranda fratre Petro, obsecrat, ut improbis discipulis aurem non præbeat, ac disjuncta magis adstringere conetur, quam dissidium augere.*

**EUSTATHIO EPISCOPO SEBASTIÆ.**

Anno 372.  
excursus 373.  
in eum se.

**E**TIAM per dignum omni honore ac religiosissimum fratrem meum Petrum tuam saluto dilectionem, obsecrans, sicut alia quavis in occasione, ita & nunc ut pro me preceris, ut ex fugiendis his ac noxiis moribus mutatus, tandem aliquando dignus evadam Christi nomine. Profecto autem etiam si nihil dicam, colloquimini inter vos de rebus nostris, & quæ gesta sunt, accurate indicabit, ut ne sine examine pravas contra nos suspiciones accipias, quas probabile est eos struere, qui nos contumeliosis & præter Dei timorem & præter hominum opinionem vexaverunt. Qualia enim nobis ostenderit eximius ille Basilus, quem veluti vitæ meæ præsidium a tua pietate su-

disceperam, equidem vel dicere verecundor: dilces autem singula a fratre nostro edoctus. Atque hæc dico, non eum ulciscens (precor enim non imputari ipsi a Domino) sed providens ut stabilis mihi a te dilectio permaneat, quam vereor ne calumniarum magnitudine commoveant, quas illos ad lapsus defensionem credibile est adornare. Quodcumque autem nobis crimen inferant; interroget eos prudentia tua, an nos insimulaverint, an peccati, cujus nunc nos inculant, emendationem postulaverint; an omnino sui contra nos doloris significationes dederint. Nunc vero sese vultu hilari ac simulatis dilectionis sermonibus immensam quamdam doli & acerbatis voraginem animo occultasse, illiberali fuga ostenderunt.

Basilus  
Eustathii  
discipulus.

*S. Basilii Oper. Tom. III.*

P 2 In

**Classis II.** In quo quidem quantum nobis mœroris attulerint, quantum risus moverint iis, qui semper piam vitam in misera hac urbe exerceantur, & veluti artem ad fidem faciendam, & simulationem ad decipiendum excogitari commentum pietatis affirmant, profecto etiam si nos nequaquam narraverimus, notum est prudentiæ tuæ ac perspectum: adeo ut nullum jam vitæ institutum tam suspectum sit ad improbitatem his civibus, quam vitæ asceticæ professio. Quæ quidem quomodo curanda sint, tuæ erit prudentiæ cogitare. Quæ enim contexuit in me crimina Sophronius, bonorum non sunt proemia, sed divisionis separationisque initia, eoque tendunt, ut caritas etiam, quæ in nobis est, refrigescat. Quem quidem ut miseratio tua a noxio illo impetu coerceat, obsecramus: ac tua dilectione coneris ea quæ disjuncta sunt, magis adstringere, nec eorum, qui ad dissidium erumpunt, intendere separationem.

Vita ascetica scelerum discipulorum Eustathii dedecorata.

Sophronius Eustathii discipulus.

Aliaz LVIII.

## EPISTOLA CXX.

*Monitus ab Eusebio Basilius scribendum esse ad Occidentales, nec reperiens quomodo scribat, mittit commentarium Meletio per Sanctissimum. Sperat consilia de se Antiochiæ iniata brevi ad exitum ventura. Nuntiat Faustum, qui est cum Papa, præter canones ordinatum fuisse loco Cyrilli: Meletium rogat ut id omnibus indicet.*

**MELETIO EPISCOPO ANTIOCHIÆ.** B

Anno 373.

**L**itteras accepi a religiosissimo episcopo Eusebio, quæ præcipiunt, ut rursus scribatur ad Occidentales de rebus quibusdam ecclesiasticis. Et voluit a nobis informari epistolam, eamque ab omnibus communicatoribus subscribi. Quoniam igitur non inveni, quomodo scriberem de his quæ præcepit, commentarium pietati tuæ misi, ut, & eo lecto, & iis, quæ a desideratissimo fratre Sanctissimo compresbytero referentur, attente auditis, ipse de his rebus, ut tibi videbitur, scribere digneris. Nos parati sumus & scriptum illud comprobare, & communicatoribus cito deferendum curare, ut cum omnium subscriptionibus proficiatur, qui iturus est ad Occidentis episcopos. Cito nobis quid sanctitati tuæ in

mentem venerit, significari jube, ut quæ tibi visa fuerint, non ignoremus. De iis autem quæ struuntur aut etiam jam structa sunt contra nos Antiochiæ, dignitati tuæ ille ipse frater referet; nisi antevertens rerum fama quæ gesta sunt nuntiet. Nam spes est fore, ut minæ ad exitum brevi perveniant. Volo autem pietatem tuam scire, a fratre Anthimo Faustum, qui est cum Papa, episcopum ordinatum fuisse, ne suffragiis quidem acceptis, & loco ordinatum reverendissimi fratris Cyrilli, ita ut Armenia seditionibus referta sit. Quapropter ne in nos mentiantur, neve rerum confusio nobis detur crimini, hæc dignitati tuæ significavi. Dignaberis autem absque dubio & ipse ea reliquis indicare. Arbitror enim multos hac ordinis perturbatione afflictum iri.

Sperat minas ad exitum perditum iri.

Aliaz CXC.

## EPISTOLA CXXI.

*Theodotum hortatur Basilius ut Sanctissimo aures præbeat; eumque facit de ordinatione Faustii certiozem.*

**THEODOTO EPISCOPO NICOPOLITANO.**

Anno 373.

**A**cerba hiems ac longissima, adeo ut ne litterarum quidem solatium facile habuerimus. Unde raro me scio & ad tuam pietatem scripsisse, & litteras accepisse. Sed quia desideratissimus frater noster Sanctissimus compresbyter ad vos usque iter suscepit, per ipsum & dignitatem tuam saluto, & obtestor ut pro me preceris, & memora-

**D**to fratri aurem accommodes, ut quo sint loco res ecclesiarum, ab ipso docearis, atque pro virili studium ac operam in res propositas conferas. Scias autem Faustum ad nos venisse habentem a Papa litteras, quæ ut ordinaretur episcopus petebant. Cum autem pietatis tuæ & reliquorum episcoporum polceremus testimonia, contentis nobis abiit ad Anthimum, & ab illo accepta, nobis non admonitis, ordinatione rediit.

Aliaz CCCXXIII.

## EPISTOLA CXXII.

*Scribit ad Pœmenium Basilius de ordinatione Faustii; ac rogat ut certiozem se faciat, utrum ea res sanari necne possit.*

**POEMENIO EPISCOPO SATALORUM.**

Anno 373.

**P**etiisti procul dubio litteras ab Armenis, cum per tuam civitatem reverfi-

**E**sunt; & causam didicisti, cur ipsis non dederim epistolam. Siquidem ex amore veritatis loquuti sunt, dedisti nobis tua sponte veniam: sin autem occularunt; quod equidem



dem non existimo ; saltem ex nobis audi. **A** Faustum admisi ad communionem, aperte classis II.  
 Egredius ille in omnibus Anthimus, qui testificans, nisi vestras mihi litteras afferat,  
 jam a multo tempore pacem nobiscum pepi- cum me alienum ab eo omni tempore futu-  
 gerat, ubi tempus opportunum invenit su- rum, tum unanimes meos, ut idem de illo  
 am ipsius gloriam inanem explendi, & ali- sentiant, adducturum. Itaque si sanabilia  
 quid molestiæ nobis exhibendi, Faustum or- sunt quæ evenere, da operam ut & ipse scri-  
 dinavit, propria auctoritate propriisque bas, tribuens ei testimonium, si vitam il-  
 manibus, nullius ex vobis exspectato suffra- lius laudabilem vides, & alios adhorteris.  
 gio, ac nostra his in rebus irrita diligentia. Sin autem insanabilia; & hoc mihi indica,  
 Quia ergo disciplinam veterem perturba- ut eorum omnino nullam amplius habeam  
 vit, vosque est aspernatus, quorum ego rationem; quamquam, uti demonstrarunt,  
 suffragium præstolabar, ac rem fecit, ut jam se in eam partem excitarunt, ut suam  
 equidem arbitror, haud gratam Deo; hanc **B** ipsorum communionem ad Anthimum  
 ob causam in illos indignatione commotus, transferant, nobis nostraque ecclesia, ut  
 ad neminem Armenorum litteras ulla de- obsoletis ad amicitiam contemtis.

Basilii dili-  
gentia in  
canonibus  
observan-  
dis irrita.

Alias  
CCCXLIII.

EPISTOLA CXXIII.

*Dolorem significat Urbicio quod ad se tentationum æstu flagrantem non venerit. Hortatur ut veniat aut consolaturus aut deducturus.*

URBICIO MONACHO.

Anno 373.  
**E**Ras adventurus ad nos (& in proximo erat bonum) ut nos summo saltem digito tentationibus æstuantem refrigerares. Quid deinde? Obstiterunt mea peccata, & impetum represserunt, ut sine ulla medela laboremus. Quemadmodum enim in fluctibus, alius quidem definit, alius vero insurgit, & alius horrore nigrescit: ita quoque malorum nostrorum alia cessavere, alia præsentia sunt, exspectantur alia, ac unicum malorum nobis, ut plurimum, remedium,

Ecclesie  
mala cum  
fluctibus  
comparan-  
tur.

tempori cedere, nosque persequutoribus subducere. At jam ad sis nobis, aut conso-  
 Claturus, aut daturus consilium, aut etiam deducturus, ac certe iplo conspectu facturus, ut melius me habeam. Et quod maximum est, precare etiam atque etiam, ut ratio nostra a malo & a fluctu non obruatur: sed in omnibus gratum Deo animum servemus, ne inter malos servos numeremur, beneficienti quidem gratias rependentes, castiganti vero per adversa, morem non gerentes; sed potius ex ipsis ærumnis utilitatem capiamus, tum maxime ei credentes, cum eo indigemus maxime.

Alias  
CCCXXVIII

EPISTOLA CXXIV.

*Significat suum amicorum desiderium, quibus cum careret inter ærumnas, vitam sibi prorsus injucundam trahere videbatur.*

THEODORO.

Anno 373.  
**D**icunt nonnulli eos qui amoris morbo capti sunt, cum violenta quadam necessitate ab amatis divelluntur, si in dilectæ formæ imaginem intueantur, morbi vehementiam oculis perfruendo compescere. Utrum autem hæc vera sint, necne, dicere non queo. Sed quod mihi erga tuam probitatem accidit, ab his non longe abest. Quoniam enim evenit mihi affectio quædam in sacram tuam ac doli expertem animam, ut ita dicam, amatoria, desideratis autem fruendi copia non est, quemadmodum neque ullo alio bono, ob peccatorum meorum impedimentum; mihi visus sum imaginem

**D**bonitatis tuæ expressissimam in religiosissimorum fratrum nostrorum præsentia videre. Ac mihi si contigisset cum tua ingenuitate absque illis congregari, visus essem mihi & illos in te conspiciere; propterea quod dilectionis modus in unoquoque vestrum tantus est, ut æque quisque superandi studium præ se ferat. Gratias de iis Deo sancto egi; precorque ut, si quod adhuc tempus ad vivendum superfit, fiat mihi per te vita jucunda: quemadmodum nunc quidem miseram rem esse vitam ac fugiendam existimo, a carissimorum consuetudine separatam. Non est enim, mea sententia, in quo quis bono animo esse possit, si ab iis, qui vere diligunt, disjungatur.

Basilii vi-  
tam ab  
amicis dis-  
junctam  
miseram  
existimat.

Classis II.

Alias  
LXXVIII.

## E P I S T O L A CXXV.

*Redeuntibus ad veritatem aut suspectis Nicæna fides præscribenda, secundum sanam interpretationem. Nam Marcellus Consubstantiali, quidam a Sabellio orti his vocibus ex alia essentia vel hypostasi abusi sunt, quamvis synodus non idem esse doceat essentiam & hypostasim. Fides Nicæna totidem verbis refertur; sed quia de Spiritu sancto obiter tantum ibi actum est, illud nunc necessario præscribendum, ut anathematizentur, qui Spiritum creaturam dicunt aut sentiunt, aut natura sanctum esse non confitentur. Glorificandus est cum Patre & Filio: & ab eorum communione recedendum, qui illum dicunt creaturam. Ad dicitur adversus calumniantes, nec genitum illum, nec ingentum dici. Anathematizantur qui eum administratorium dicunt aut Filio præponunt, & Filium Patri.*

*EXEMPLAR fidei a sanctissimo Basilio dictatæ, cui subscripsit Eustathius Sebastiæ episcopus.*

Anno 373. I.

**Q**ui aut alia fidei confessione præoccupati sunt, & ad orthodoxorum unitatem transire volunt, aut etiam nunc primum ad institutionem doctrinæ veritatis cupiunt accedere, ii docendi sunt scriptam a beatis Patribus fidem in concilio olim Nicææ coacto. Hoc ipsum autem fuerit utile etiam adversus eos, quos suspicio est doctrinæ sanæ adversari, quique speciosis suis effugiis sensum opinionis pravæ contegunt. Nam his quoque sufficit hæc ipsa fides. Velenim emendabunt suum ipsorum occultum morbum: aut eum in imo occultantes, ipsi quidem fraudis iudicium ferent, nobis vero facilem in die iudicii defensionem parabunt, cum revelabit Dominus abscondita tenebrarum & patefaciet consilia cordium. Sic itaque suscipiendi sunt, ut credere se confiteantur secundum verba a Patribus nostris edita Nicææ, & secundum sanam his verbis significatam sententiam. Sunt enim nonnulli, qui in hac etiam fide doctrinam veritatis depravent, & illius verborum sensum ad suum ipsorum arbitrium detorqueant. Siquidem ausus est & Marcellus, cum in Domini nostri Jesu Christi hypostasim esset impius, ipsumque nudum verbum esse statueret, inde ansam principiorum arripere; Consubstantialis notionem male exponens. Et nonnulli ab impia Sabellii Lybientis hæresi, hypostasim & essentiam idem esse rati, ansam inde trahunt ad blasphemiam suam defensionem, quod ita in fide scriptum sit: *Si vero quispiam dixerit ex alia essentia aut hypostasi Filium esse, eum anathemate ferit catholica & apostolica Ecclesia.* Non enim idem dixerunt illic essentiam & hypostasim. Etenim si una & eadem notio subiecta vocibus; quid opus erat utraque? Sed perspicuum est, aliis quidem (Filium) ex Patris essentia esse negantibus, aliis vero neque ex essentia esse, sed ex aliqua alia hypostasi dicentibus, illos ita demum utramque opinionem tamquam a sententia ecclesiasti-

Marcellus & quidam Sabelliani synodo Nicæna abusi sunt.

Hypostasis quo sensu usurpata a synodo.

ca alienam rejecisse. Nam ubi suam ipsorum declarabant sententiam, dixerunt ex essentia Patris Filium, non amplius adjectives illud, *ex hypostasi*. Quare illud quidem ad everfionem positum est nequioris sententiæ; hoc vero declarationem habet salutaris dogmatis. Confitendum igitur est Consubstantialem esse Patri Filium, quemadmodum scriptum est. Confitendum etiam, in propria hypostasi Patrem esse, in propria Filium, in propria Spiritum sanctum, quemadmodum & ipsi manifeste expoluerunt. Plene enim & clare ostenderunt, dicendo: *Lumen de Lumine*, aliud quidem esse lumen quod genuit, aliud vero quod genitum est, lumen tamen & lumen, ita ut una & eadem sit essentia ratio. Apponamus autem jam & ipsam, quæ Nicææ conscripta est, fidem.

2. *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium tam visibilium quam invisibilium factorem. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei, genitum ex Patre unigenitum, hoc est, ex essentia Patris. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: genitum non factum, Consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, tum quæ in cælo, tum quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, factus homo: passus est, & resurrexit tertia die, ascendit ad cælos, venturus ad iudicandum vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Qui autem dicunt, erat aliquando, quando non erat, & antequam nasceretur, non erat, & quod ex non existentibus factus est, aut dicunt eum ex alia hypostasi aut essentia esse, aut mutabilem aut alterabilem Dei Filium, eos anathemate percutit Catholica & Apostolica Ecclesia.*

3. Quoniam igitur hic cetera quidem plene & accurate defuita sunt, partim ad emendanda quæ læsa fuerant, partim ad præcavenda quæ suborbitura prævidebantur; doctrina autem de Spiritu sancto strictim posita, nec ullam disquisitionem visa requirere, eo quod nondum tunc esset hæc mora quaestio, sed sine insidiis insita esset credentium animis de illo sententia: paulatim autem crescentia impietatis semina, quæ prius quidem

Fides Nicæna.

Cur de Spiritu strictim loquuta synodus?

dem ab Ario hæresis auctore jacta, postea vero ab iis qui illius errores improbe exceperunt, ad ecclesiarum perniciem enutrita sunt, ipsaque impietatis series in blasphemiam contra Spiritum erupit; propterea adversus eos, qui sibiipsis non parcunt, neque inevitabiles minas a Domino nostro Spiritus sancti blasphematoribus intentatas prospiciunt, illud necessario proponendum est: oportere ut anathemate feriant eos, qui Spiritum sanctum dicunt esse creaturam, & eos qui sic sentiunt, & eos qui non contentur eum natura sanctum esse, sicut natura sanctus est Pater, & natura sanctus est Filius, sed ipsum a divina ac beata natura abalienant. Rectæ autem sententiæ argumentum est, illum non separare a Patre & Filio (oportet enim nos baptizari quemadmodum accepimus, & credere, quemadmodum baptizamur, glorificare vero ita, ut credimus, Patrem & Filium & Spiritum sanctum) atque etiam ab eorum, qui Spiritum creaturam dicunt, ut aperte blasphemantium, communionem recedere: hoc explorato & citra controversiam manente (nam necessaria est ob sycophantas observatio) neque ingentum dici a nobis Spiritum sanctum; unum enim novimus ingentum, & unum rerum principium, Patrem Domini nostri Jesu Christi: neque genitum; unum

enim esse unigenitum, in fidei traditione didicimus: Spiritum autem veritatis ex Patre procedere edocti, ex Deo esse confitemur citra creationem. Præterea anathemate feriendi, qui administratorium dicunt Spiritum sanctum, ut qui illum in creaturarum ordinem hac voce detrudant. Nam administratorios spiritus creaturas esse nobis tradidit Scriptura, ubi dicit: *Omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi*. Denique propter eos qui omnia permiscunt, nec doctrinam in evangeliiis relictam custodiunt, necesse est hoc quoque declarare, eos etiam, qui ordinem nobis a Domino traditum invertunt, & Filium ante Patrem, & Spiritum sanctum ante Filium collocant, fugiendos esse, ut qui aperte cum pietate pugnent. Immotus enim & inviolabilis custodiendus ordo, quem ex ipsa Domini voce traditum accepimus, dicentis: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti*.

Classis II.

Hob. 1. 14

Quidam Filium Patri &amp; Spiritum Filio præponunt.

Matth. 28. 19.

*Subscriptio Eustathii episcopi.*

Eustathius episcopus hæc a me tibi Basilio lecta agnovi; & ea quæ supra scripta sunt, comprobavi. Subscripsi autem una mecum præsentibus fratribus, Frontone nostro, & chorepiscopo Severo, & aliis quibusdam clericis.

## E P I S T O L A CXXVI.

Alias  
CCCLXIV.

*Atarbius, qui adveniente Nicopolim Basilio aufugerat, commonebat Basilium ut ad se veniat, rationem eorum redditurus, quæ contra Basilium in Ecclesia & contra fidem dixisse eum viri graves asseverabant.*

## A T A R B I O.

Anno 373.

CUM Nicopolim usque venissem, sperans me & tumultus excitatos sedaturum & quantum fieri posset, remedium, his, quæ præter ordinem ac legem ecclesiasticam acta fuerant, laturum; dolui vehementer, ubi probitatem tuam non offendi, sed te omni celeritate didici excessisse, idque e medio fere conventu, qui a vobis habebatur. Quapropter necessario ad scribendam epistolam veni, qua te ut ad nos accedas commoneo; ut ipse per te moerorem nostrum lenias, quo ad mortem usque percussus sumus, postquam audivimus te media in ecclesia ausum ea esse, quæ hactenus auribus nostris inaudita erant. Atque hæc quidem etsi molesta ac gravia, adhuc tamen tolerabilia sunt, utpote in hominem gesta, qui vindictam eorum quæ passus est Deo

committens, totus in eo est ut conciliet pacem, nec sua culpa noxii quidquam populo Dei eveniat. Sed quia nonnulli ex honorandis & fide omni dignis fratribus nuntiaverunt nobis quædam in fide a te novari, & contra sanam doctrinam pronuntiari; his magis commoti, atque magno æstu agitati, ne præter innumera vulnera ab his, qui in evangelii veritatem peccaverunt, Ecclesiæ inflicta, adhuc etiam malum aliud nascatur, renovata ac redintegrata veteri hostis ecclesiæ Sabellii hæresi, (his enim fratres enarraverunt nobis affinia esse dicta) eam ob causam scripsimus, ut ne graveris ad nos parvo itinere confecto accedere, ac plene de his rebus satisfaciens, tum dolorem nostrum mitigare, tum Dei ecclesias solari, quæ nunc intolerabili & gravi dolore & ob ea quæ gesta sunt, & ob ea quæ rumor est a te dicta esse, afficiuntur.

De se ipse loqui videtur.

Classis II.

Alias  
CCLIII.

## E P I S T O L A CXXVII.

*Narrat se Nicopoli gravibus molestiis laborantem, adventu Jovini recreatum fuisse; ac Eusebium rogat ut eum pro rebus sua & canonum causa fortiter gestis collaudet.*

EUSEBIO EPISCOPO  
SAMOSATORUM.

Anno 373.

**D**Eus benignissimus, qui paria molestiis solatia innectit & consolatur humiles, ne imprudentes nimia tristitia absorbeantur, æqualem iis, quæ nobis Nicopoli obtigerunt, perturbationibus consolationem adjunxit, religiosissimum episcopum Jovinum in tempore adducens. Qui quidem quam opportune nobis advenerit, ipse exponat. Nos enim, ne epistola multum protrahatur, tacebimus; tum etiam ne videamur eos, qui mutatis animis amici nobis fa-

Acti sunt, culpæ commemoratione quodam modo notare. Sed largiatur Deus sanctus, ut in regiones nostras adventes, ut tuam gravitatem amplectamur ac singula referamus. Solent enim quodam modo quæ in experiendo molestiam attulerunt, aliquam in narrando consolationem habere. Cæterum pro iis quæ cumulate quidem, quantum ad ipsius in nos amorem attinet, præcipue autem ac fortiter, quantum ad accuratam canonum observationem, episcopus religiosissimus conatus est, lauda illum; ac Domino gratias age, quod alumni tui ubique virtutis tuæ effigiem repræsentent.

Jovini studium canonum.

Eusebii alumni virtutem illius repræsentant.

Alias  
CCLXV.

## E P I S T O L A CXXVIII.

*Eusebio, qui gratiam inter Basilium & Eustathium sarcire voluerat, respondet Basilium se pro pace mori paratum esse, sed veram pacem querere; atque ut Eustathius clare & sine ambagibus respondeat, optare. Affirmat eum nihil ejusmodi facturum, neque a mediis hominis consilio discessurum. Unde concludit se non debere cum eo communicare, ne denegatam Eubippio communionem Eubippii similibus reddere videatur. Quid agendum cum aliis fidem Patrum non recipientibus exponit.*

EUSEBIO EPISCOPO  
SAMOSATORUM.

Anno 373.

Basilium vitam pro pace profunde paratum, sed veram pacem vult.

**I.** Ego meum ad pacandas Domini ecclesias studium re quidem demonstrare nondum digne potui; sed cordi meo tantam inesse hujus rei cupiditatem dico, ut meam etiam libenter vitam profundam, ut odii flamma a maligno accensa extingatur. Ac nisi pacis studio non abnegaverim venire Coloniam; non pacificetur mihi vita. Veram equidem illam pacem, quæ nobis ab ipso Domino relicta est, exquiro: & quod volui mihi ad persuasionem dari, hominis est nihil aliud quam veram pacem desiderantis; quamvis aliter nonnulli veritatem pervertentes interpretentur. Utantur igitur illi suis linguis, ut volunt; nam profecto illos aliquando horum verborum poenitebit.

2. Cæterum sanctitatem tuam oro, ut eorum quæ initio proposita fuere meminerit, nec decipiatur alias pro aliis quæstionibus responsiones excipiens, neque vim & pondus addat eorum cavillationibus, qui sine dicendi facultate, ex solo animi sui proposito omnium nequissime veritatem depravant. Proposui enim simplicia & clara & facilia ad recordandum verba, utrum eos, qui non recipiunt Nicænam fidem, arceamus a communione; & utrum cum iis, qui crea-

cturam dicere Spiritum sanctum audent, partem habere nolumus. Ille autem, cum ad verbum quæstionibus respondere debuisset, ea nobis quæ misisti contarcinavit; idque non mentis simplicitate, ut aliquis suspicetur; neque ob hanc causam, quod consequentia animadvertere non posset. Sed illud ei in mentem venit, si neget quæ proponimus, fore ut se ipse populis aperiat & nudet: sin autem nobis assentitur, discessurum se ab illo mediis hominis consilio, quo nihil hactenus antiquius habuit. Fucum ergo nobis non faciat, neque cum aliis tuam etiam circumveniat prudentiam: sed breve nobis responsum mittat ad quæstionem, aut confitens communionem cum fidei hostibus, aut negans. Hæc ei si persuaseris, & miseris mihi rectas, & quales precor, responsiones; ego sum qui hactenus omnia peccavi: ego illam omnem culpam in me recipio: tunc a me humilitatis significationem reposce. Quamdiu autem horum nihil fiet, ignosce, religiosissime Pater, si non possim cum simulatione ad Dei aram accedere. Nisi enim hoc metuerem, cur me ipse ab Euiippii communionem se junxissem, viri adeo in litteris excellentis, adeo ætate provecti, ac tot & tanta amicitia jura mecum habentis? Quod si hæc recte &, ut par erat, pro veritate gessimus; ridiculum utique fuerit cum iis,

Eustathio nihil antiquius, quam medium esse.

Euiippius.

iis, qui eadem ac ille dicunt, per hosce perpolitos ac lepidos homines, qui medii videntur, conjunctum videri.

Quomodo curandi, qui fidem patrum non recipiunt.

3. Non tamen mihi omnino faciendum videtur, ut nos ab his, qui fidem non recipiunt, alienemur, sed ut aliquam illorum curam secundum antiquas caritatis leges suscipiamus, ipsisque scribamus unanimi consensu, omnem consolationem cum misericordiae visceribus adhibentes, ac patrum propofita fide ad communionem illos provocemus; ac si eos quidem ad assentiendum

adduxerimus, nos communiter cum illis jungamus: sin autem id non assequamur, nobis inter nos contenti simus, & alternantem illum animum e nostris moribus amoveamus, revocantes evangelicam & doli expertem disciplinam, in qua vivebant qui ab initio accedebant ad fidem. *Erat enim, inquit, credentium cor unum & anima una.* Itaque tibi si auscultaverint, id optimum est: sin minus, agnoscite belli auctores, ac deinceps de reconciliatione ad nos litteras dare desinite.

Classis II.

AR. 4. 32.

Alia LIX.

## E P I S T O L A CXXIX.

*Refert Basilius absurdum quoddam Apollinarii testimonium, cujus ut auctor ipse Basilius existimaretur, Sebasteni fuerant machinati. Nuntiat quæ de se apud aulam statuta fuerant, & postea rescissa vel dilata. Agit etiam de Sanctissimo ac de litteris ad Occidentales mittendis, quos rogandos putat ut communionem suam non sine delectu concedant.*

MELETIO EPISCOPO  
ANTIOCHIÆ.

Anno 373.

I. Sciebam novum auribus præstantiæ tuæ visum iri, quod nunc infertur crimen proclivi ad omnia dicenda Apollinario. Nam nec ipse ante hoc tempus eum accusari noveram: sed nunc Sebasteni alicunde illa perscrutati, in medium protulerunt; ac scriptum, ex quo maxime nos etiam ut eadem sentientes condemnant, talia habens verba circumferunt: *Quare ubique conjuncte, magis vero unite alicitari intelligere necesse est primam identitatem; secundam & tertiam eandem dicentes. Quod enim primo est Pater, hoc est secundo Filius, & tertio Spiritus sanctus. Rursus autem, quod primo est Spiritus, hoc secundo Filius, quatenus etiam Dominus est Spiritus: & tertio Pater, quatenus videlicet Spiritus est Deus. Et ut violentius significetur res non enarrabilis, Pater paterne Filius est, Filius vero filialiter Pater. Atque similiter de Spiritu; quatenus sane unus Deus Trinitas est.* Hæc sunt quæ divulgantur, quæ quidem numquam possum credere commenta esse circumferentium; quamvis ex eorum in nos calumnia nihil illos existimem non audere. Cum enim ad quosdam ex suis scriberent; postquam calumniam in nos effudere, hæc addiderunt, hæreticorum quidem verba esse asseverantes, scripti autem parentem tacentes, ut apud vulgus nos existimemur auctores esse. Sed tamen non eo usque, ut verba commiserentur, processisset eorum astus, ut mihi quidem ipse persuadeo. Unde, ut & E

btatem accedentis, mentionem facere. Et hæc quidem hætenus.

2. Venit autem ex aula quidam nuntians, post primam Imperatoris motionem, ad quam eum impulerunt qui calumnias nobis inferunt, latam esse alteram quamdam sententiam, ut ne dederemur accusatoribus, neque illorum traderemur voluntati: id quod initio fuerat decretum: sed interim fieret aliqua dilatio. Si igitur aut ista ita maneant, aut aliquid aliud humanius statuetur, pietati tuæ significabimus. Sin autem priora vincent, ne hoc quidem te latebit.

Imperator rescindit latam de Basilio sententiam.

3. Cæterum frater Sanctissimus a multo sane tempore apud vos est, & quid requirat, præstantiæ tuæ innotuit. Itaque si quid necessarium habere videatur epistola ad Occidentales; eam a te exarata ad nos mittere digneris, ut ab unanimibus subscribi curemus, ac paratam habeamus subscriptionem in charta separata, quam possimus connectere cum charta, quæ a fratre nostro presbytero circumfertur. Ego enim cum in commentario nihil invenirem, quod rem causamque contineret; non habui, qua de re scriberem Occidentalibus. Necessaria enim præoccupata sunt: superflua vero scribere prorsus vanum est: de iisdem autem molestiam exhibere, nonne etiam ridiculum fuerit? Illa autem mihi visa est velut intacta esse materia, locumque litteris dare, si ipsos adhortemur, ne sine judicio recipiant communionem ex Oriente venientium: sed semel una parte electa, reliquos communicatorum testimonio admittant, nec cuilibet fidei formulam scribenti, sub doctrinæ orthodoxæ obtentu assentiantur. Ita enim reperientur cum hominibus inter se pugnantibus communicare: qui verba quidem sæpe eadem proferunt, sed pugnant inter se, quantum qui maxime dissentiant.

Q

Ita-

S. Basili Opera. Tom. III.

Classis II.  
Utraque  
pars jactat  
acceptas ab  
Occidente  
litteras.

Alias  
CXCVI.

Itaque ne magis hæresis accendatur, dum A cum judicio communionem peragant, & eas  
qui inter se dissentiant, acceptas ab ipsis lit- quæ cum accedentibus ad ipsos, & eas quæ  
teras sibi mutuo objiciunt; rogandi sunt, ut scripto secundum Ecclesiæ normam fiunt.

Duplex  
commu-  
nionis ge-  
nus.

E P I S T O L A CXXX.

*Reprehensus a Theodoro Basilius quod nihil scripsisset de Eustathio, respondet se idcirco non scripsisse, quod res omnibus nota sit, non quod parvi facienda. Neque enim Eustathii discessio a communione Basilii, convitia in Basilium adjuvante Theophilo Cilice, fides Ariana Gelasio data in Cilicia, scripta in Basilium calumniis referta, reordinatio, novum facinus de Eustathio nuntiatum, videri levia possint, ut quidam Basilio videri dicebant. Duas causas affert cur Eustathio non responderet.*

THEODOTO EPISCOPO  
NICOPOLITANO,

Anno 373. I.

**R**ecte atque convenienter nos tetigi-  
sti, frater colendissime prorsus ac  
desideratissime, quod ex quo a tua pietate  
tunc discessimus, ferentes Eustathio illas de  
fide propositiones, nihil tibi neque parvum  
neque magnum de illius rebus significaveri-  
mus. Ego autem non quod facile contem-  
nenda sint, quæ ab eo in me commissa sunt,  
neglexi: sed quod fama apud omnes jam ho-  
mines pervulgata sit, nec quemquam a me  
doceri opus sit, ut hominis propositum co-  
gnoscat. Huic enim rei & ipse providit,  
quasi metueret ne paucos haberet suæ sen-  
tentiaæ testes, epistolas contra me conscri-  
ptas in remotissima quaque loca transmit-  
tens. Itaque se ipse a nostra communione  
abscidit, neque in constitutum locum con-  
venire nobiscum in animum inducens, ne-  
que discipulos suos adducens, ut promiserat:  
sed me dilacerans una cum Theophilo Cili-  
ce in frequentissimis conventibus, nuda &  
aperta criminatione, ut aliena ab ipsius do-  
ctrina populi animis dogmata inferentem.  
Hæc quidem satis magna erant, ut nostram  
omnem cum eo conjunctionem dirimerent.  
Postquam vero & in Ciliciam venit, atque  
Gelasium quemdam conveniens, eidem fi-  
dem exposuit, quam conscribere erat Arii  
folius, & si quis germanus illius discipulus;  
tum demum magis etiam in disjunctione ob-  
firmati sumus; illud animo considerantes,  
neque Æthiopem pellem suam umquam  
mutaturum, neque pantheram maculas  
suas; neque hominem in perversis nutritum

dogmatibus hæresis vitium deterere posse.  
2. His audax facinus addidit, ut in nos  
scriberet, vel potius componeret longos ser-  
mones omni convitio ac calumnia refertos:  
quibus nihil respondimus hætenus, propte-  
reaquod edocti sumus ab Apostolo non nos  
metipsums ulcisci, sed locum iræ dare; tum  
etiam quia cum considerarem diffimula-  
tionis profundum, qua sese nobis omni tem-  
pore insinuavit, muti quodam modo præ-  
stupore effecti sumus. Verum etiam si nihil  
horum esset, id quod recens ausus est, cui-  
nam horrorem & hominis detestationem pe-  
nitus non ingeneret? Qui videlicet ut audio,  
(si modo verus rumor, nec commentum est  
ad calumniam excogitatum) etiam reordi-  
nare nonnullos ausus est, quod hætenus ab  
hæreticorum nemine factum videtur. Quo-  
modo ergo hæc leniter ferre possimus, & la-  
nabilia hominis peccata existimare? Itaque  
sermonibus falsis ne abducamini, neque ho-  
minum facile omnia in malam partem acci-  
pientium suspicionibus fidem adhibeatis,  
quasi nos res hujusmodi in indifferentibus  
ponamus. Hoc enim tibi persuadeas, vir  
nobis desideratissime ac colendissime, num-  
quam me tantum doloris animo meo acce-  
ptum scire, quantum nunc, cum de eccle-  
siasticarum legum perturbatione audivi.  
Sed solum precare, ut det nobis Dominus  
nihil ex iracundia agere, sed caritatem ha-  
bere, quæ se indecore non gerit, nec infla-  
tur. Vide enim quemadmodum qui ea ca-  
rent, supra mensuram humanam elati sint,  
& indecore se gerant, ea facinora auden-  
tes, quorum præteritum tempus non habet  
exempla.

Rom. 12.  
19.  
Cur Basilius Eustathio non  
respondet.

Nullus hæreticus  
reordinare  
ausus est.

1. Cor. 13.  
4 & 5.

Alias  
CCCLXXXII.

E P I S T O L A CXXXI.

*Significat Basilius acceptum dolorem ex Eustathii calumniis. Hæc tribuit peccatis suis. Declarat se nec tres deos admittere, nec Apolinarii communionem amplecti, quamvis ad eum ante plures annos scripserit. Fusius diluet singulas criminationes, si opus erit.*

O L Y M P I O.

Anno 373. I.

**I**doneus certe rerum inopinarum audi-  
tus, ut tinnitum in utrisque homi-

nis auribus efficiat. Quod & mihi nunc con-  
tigit. Etsi enim maxime jam exercitatis  
meis auribus acciderunt scripta illa, quæ in  
me circumferuntur, proptereaquod & pri-  
us

us. ego ipse epistolam accepi; meis quidem peccatis dignam, sed quoniam ab iis a quibus scripta est, nequaquam expectassem; tamen posteriora tantum mihi visa sunt in se habere acerbitatis, ut obscurarent priora. Quomodo enim non fere de meæ mentis statu delectus sum; cum in epistolam ad religiosissimum fratrem Dazinam scriptam, innumeris contumeliis, intolerandisque in me insultationibus, & assubribus referam, quasi in deterrimis contra Eusebium consiliis deprehensus essem? Sed & statim argumenta, ut vera esse conjecta in nos probra viderentur, apposita sunt ex scriptis nescio a quo compositis. Ac partem quidem agnovimus factorum ab Apolinario. Nam quæ scripta esse, neque ita tamen hæc ipsum data opera nonquam legi, sed ex aliis aut vi partibus. Alia vero nonnulla repetita scripta, quæ nec unquam legi, nec alio referente audivi, fatque horum testis est in celo fidelis. Quomodo igitur, qui mendacium verfantur, qui caritatem complementum legis esse didicerunt, qui debilitatem infirmitates portare se profitentur, adduci potuerint, ut his nos columnis oppeterent, & ex alienis scripturibus condemnarent, multa mecum considerans, causam invenire non possum, nisi quod, id quod initio dixi, huius etiam

rei molestiam, poenarum, quæ mihi ob peccata debita sunt, partem esse judicavi. Nam primum quidem animo dolui, quod veritates a filiis hominum diminutæ sint; deinde vero egomet mihi timui, ne etiam aliis peccatis odium hominum adicerem, nihil esse fidei in ullo prorsus homine existimans; siquidem illi ipsi, quibus in maximis rebus confidebam, tales erga me, tales erga ipsam veritatem sese præbuerant. Novos igitur, fratres, & quisquis veritatis amator, nec mea esse scripta, nec mihi probata, siquidem non ex mea sententia composita fuerunt. Quod si scripsi aliquando ante annos multos ad Apolinarium aut ad aliquem alium, accusari non debeo. Nam nec ipse accuso, si quis ex sodalitate aliquo in hanc abscissus est, (omnino autem homines novissis, tamen nominatim non appello), quia unusquisque suo ipsius peccato morietur. Hæc quidem ad missum totum respondi, ut & ipse veritatem intelligas, & iis qui veritatem in injustitia detinere nolunt, manifestam facias. Quod si fusius singulas criminationes diluere oportuerit; & hoc adjuvante Deo, præstabo. Nos, fratres Olympi, neque deos tres dicimus, nec cum Apolinario communicamus.

Classis II

Timet Basilium non nulli jam homini fidat.

Alias CCCXXV

**EPISTOLA CXXXII.**  
Cum varii de Abramio sermones essent, scribit ad eum Basilium statim ac didicit in adibus Saturnini comitis Antiochia versari.

**EPISTOLA CXXXII.**  
Cum varii de Abramio sermones essent, scribit ad eum Basilium statim ac didicit in adibus Saturnini comitis Antiochia versari.

Anno 373

**ABRAMIO EPISCOPO BATNORUM.**  
Quo in loco pietas tua versetur ab autumnino prorsus ignoravi. Etenim incertos rumores reperiebam, aliis te Samofatis commorari nuntiantibus, aliis rure, aliis vero te circa Batnas ipsas visum a se esse affirmantibus: quapropter haud cre-

**ABRAMIO EPISCOPO BATNORUM.**  
Quo in loco pietas tua versetur ab autumnino prorsus ignoravi. Etenim incertos rumores reperiebam, aliis te Samofatis commorari nuntiantibus, aliis rure, aliis vero te circa Batnas ipsas visum a se esse affirmantibus: quapropter haud cre-

Alias CCCXXV

**EPISTOLA CXXXIII.**  
Petrum salutat & horrat, ut quemadmodum cæterarum rerum, ita etiam Arbanaſii in se amaris successor sit; & fraternitatis ubique diffusæ curam eodem studio, ac beatissimus ille vir, suscipiat.

**EPISTOLA CXXXIII.**  
Petrum salutat & horrat, ut quemadmodum cæterarum rerum, ita etiam Arbanaſii in se amaris successor sit; & fraternitatis ubique diffusæ curam eodem studio, ac beatissimus ille vir, suscipiat.

Anno 373

**PETRO EPISCOPO ALEXANDRIÆ.**  
Corporalis quidem amicitia conciliatorum sunt oculi, eamque diuturna consuetudo confirmat. Sed veram caritatem donum Spiritus constituit, conjungens longo distantia locorum intervallo, ac amicis præstans ut sese invicem cognoscant, non corporeis notis, sed animæ proprietatibus. Quod ipsum & in nobis Domini gratia per S. Basilii Oper. Tom. III.

**PETRO EPISCOPO ALEXANDRIÆ.**  
Corporalis quidem amicitia conciliatorum sunt oculi, eamque diuturna consuetudo confirmat. Sed veram caritatem donum Spiritus constituit, conjungens longo distantia locorum intervallo, ac amicis præstans ut sese invicem cognoscant, non corporeis notis, sed animæ proprietatibus. Quod ipsum & in nobis Domini gratia per S. Basilii Oper. Tom. III.

amicitia unde oritur.

Spiritualis

excipias, mihi que sæpe de tuis rebus scribas, & curam suscipias fraternitatis ubique diffusæ, visceribus iisdem ac studio eo-

dem, quo & beatissimus ille vir in omnes; qui Deum in veritate diligunt, usus est.

Classis II.

Alias CCGXLI.

EPISTOLA CXXXIV.

Gratias agit quod nuper scripserit, hortatur ut sapius scribat. Negat se copiam habere librarii aut notarii.

PÆONIO PRESBYTERO.

Anno 373.

Quantopere me litteris oblectaveris, profecto ex iis quæ scripsisti conjecturam facis, adeo puritas cordis, ex quo verba illa profluxere, accurate ex litteris perspiciebatur. Nam aquarum rivulus fontem suum indicat; sermonis autem natura pectus, unde emanavit, depingit ac designat. Quare absurdum quiddam & a verisimili longe alienum mihi fateor evenisse. Cum enim tuas semper litteras legere per-

cuperem; ubi epistolam in manus sumsi, ac legi; iis quæ scripta erant non sum delectatus magis, quam dolui, jacturam confidens, quanta nobis per silentii tempus evenerit. Sed quia scribere coepisti, hoc facere ne intermittas. Nam magis delectabis, quam qui multas pecunias avaris mittunt. Scriptor autem nullus mihi aderat, neque ex iis qui eleganter scribunt, neque ex iis qui velociter. Nam quos exercueram, horum alii ad pristinum vitæ institutum redire; alii vero diuturnis morbis afflictati labores ferre non possunt.

Alias CLXVII.

EPISTOLA CXXXV.

Basiliius ingenue exponit quid de duobus libris a Diodoro compositis sentiat, & de dialogis scribendis multa peracute observat. Sperat Diodorum plura scripturum: ipse vero tantum se a scribendo, quantum a valetudine & otio remotum esse dicit. Primum librum remittit; alterum retinet, volens describere, nec copiam habens tachygraphi.

DIODORO ANTIOCHIÆ PRESBYTERO.

Anno 373.

1. Legi missos a tua præstantia libros. Et secundo quidem valde oblectatus sum, non solum propter brevitatem, ut par erat hominem jam ad omnia segniter & debilitate sese habentem; verum etiam quod simul & frequens est sententiis, ac perspicuum adversariorum objecta, tum etiam objectis responsa continet: & simplex nec elaboratum dicendi genus congruere mihi visum est Christiani proposito, non tam ad ostentationem, quam ad communem utilitatem scribentis. Prior vero, vim quidem eandem in rebus habens, sed dictione uberiori & variis figuris ac dialogorum gratiis exornatus, multo mihi visus est & tempore ad legendum & mentis labore ad colligendas sententias ac memoria tenendas indigere. Adversariorum enim intertextæ vituperationes, laudesque nostrorum, etsi quasdam ex dialogo suavitates operi videntur afferre; quia tamen detinent & morantur, continuationem sententiæ divellunt, atque contentiosæ orationis firmitatem relaxant. Illud enim omnino solertiæ tuæ notum est, eos etiam ex philosophis exteris qui dialogos scripsere, Aristotelem quidem & Theophrastum, statim res ipsas attigisse, quod conscii sibi essent deesse sibi lepores platonicos. Pla-

to autem ea est dicendi facultate, ut simul & sententias impugnet, & personas comico more describat, Thrasymachi quidem temeritatem ac impudentiam vituperans, Hippiaæ vero levitatem mentis atque ignaviam, arrogantiam quoque & fastum Protagoræ. Ubi vero indefinitas personas in dialogos introducit, utitur quidem personis differentibus ad rerum perspicuitatem, sed nihil aliud ex personis admittet argumentis: id quod in legibus præstitit.

dialogis scribendis.

2. Oportet itaque & nos, qui non gloriæ studio ad scribendum ducimur, sed documenta relinquere utilium sermonum fraternitati instituiimus, si quam omnibus jam decantatam ex morum pervicacia personam subjiciamus, nonnulla etiam ex personæ indole orationi attexere; si tamen nobis omnino decorum est homines vituperare, rebus omissis. Sed si indefinitæ sint personæ differentes; illi adversus personas excursus intercidunt continuationem, nec ad ullum finem utilem pertingunt. Hæc eo dixi, ut exploratum sit, te non misisse labores tuos in adulatoris manus, sed cum fratre maxime ingenuo communicasse. Dixi autem non ad eorum quæ scripta sunt correctionem, sed ad eorum quæ scribentur, cautionem. Nam profecto qui tanta in scribendo facultate & diligentia utitur, non deterrebitur a scribendo; quandoquidem &

Quid Christianis observandum in dialogis scribendis.

Aristotelis & Theophrasti discrimen a Platone in



& qui suppeditant argumenta, minime cessant. Nobis autem satis erit vestra legere. Tantum enim abest ut scribere possimus, quantum ferme dixerim, ut valeamus, aut vel modicum otium habeamus a negotiis. Remisi autem nunc per lectorem majus ac

A primum volumen, a me, quantum mihi licuit, perlectum. Alterum vero retinui volens describere, nec copiam hactenus habens cujuscumque, qui velociter scribat. Ad tantam enim penuriam invidendæ Cappadocum res devenere.

Classis II.

Alias  
CCLVII.

EPISTOLA CXXXVI.

Morbum suum describit Basilius, queritur res ecclesiasticas dilapsas esse & proditas. Jamdudum Eusebium invisisset, nisi cum detinisset per duos menses Eustathii diaconi morbus, ac deinde alii, qui cum Basilio erant, agrosissent, ac postremo ipse Basilius.

EUSEBIO EPISCOPO SAMOSATORUM.

Anno 373. I.  
Isaacus.

Quo in statu deprehenderit nos vir probus Isaacus, ipse tibi melius enarrabit, licet lingua illius par non sit, ut tragicè exponat quæ majorem in modum patiebar: tanta erat morbi magnitudo. Sed tamen quid verisimile sit, quisquis me vel paululum novit, perspicere potest. Nam si dum videbar valere, iis, quorum despecturus salus, infirmior eram; qualis in morbo fuerim cognoscere licet. Quamquam oportebat, (dæ enim veniam febri inepienti) cum mihi morbus secundum naturam esset, in hac habitus mutatione nunc me in præclarissima valetudine constitui. Sed quia Domini flagellum est, quod accessionibus pro merito nostro dolores intendit; in morbum ex morbo incidi, adeo ut quod inde consequitur, vel puero manifestum sit, nostrum illud integumentum necessario solutum iri, nisi forte Dei benignitas tempus nobis pro sua patientia ad poenitentiam concedens, efficiat etiam nunc, ut sæpe antea, solutionem quamdam & exitum ex malis inextricabilibus. Atque hæc quidem, ut ei gratum & nobis utile, ita se habebunt.

2. Res autem ecclesiasticæ quomodo dilapsæ & proditæ sint, dum nos propriæ securitatis causa quæ ad proximum attinent negligimus, ac ne hoc quidem intelligere pos-

B sumus, rebus communibus male cadentibus, privatas etiam simul perire; quid attinet vel dicere, præsertim ad te, qui cuncta longe ante prævidens & in antecessum testatus es & declarasti: & prior ipse exsurrexisti, & alios excitasti, litteras scribens, coram accedens, quid non agens, quam vocem non emittens? Quorum quidem meminimus, ut quæque res evenit, sed inde nihil jam adjuvatur. Nunc autem, nisi mihi mea peccata obstiterint, (ac primum quidem religiosissimus ac dilectissimus frater

1014  
1114

Eusebii labor ecclesiasticæ causa.

nostro Eustathius condiaconus in morbum gravem delapsus, totos me duos menses distinuit, dum diem ex die valetudinem illius exspecto: deinde qui mecum sunt omnes ægrotarunt, quorum reliquias narrabit frater Isaacus: postremo tandem ego ipse hoc sum morbo correptus) jamdudum apud tuam præstantiam forem, non rebus communibus quidpiam afferens emolumentum, sed mihi metipsum lucrum non parvum ex tuo congressu concilians. Etenim statueram extra ecclesiasticam esse tela, eo quod imparati-

Eustathius diaconus.

dimus adversus ea quæ struuntur ab adversariis. Servet te omnibus hominibus magna Dei manus, generosum fidei custodem, ac vigilantem ecclesiarum defensorem; dignoque nos efficiat, qui tuo congressu ac colloquio ante obitum ad animarum nostrarum utilitatem potiamur.

Alias  
CCCLXVI.

EPISTOLA CXXXVII.

Basilius cum jam totum mensem aquis calidis curaretur, hac utitur excusatione, cur Antipatro gubernacula capeffente, adesse non possit. Rogat ut iudicium de quodam Palladiæ propinque suæ negotio in adventum suum differatur.

ANTIPATRO.

Anno 373.

Nunc mihi videor maxime sentire damnum, quod ex morbo patior; quando, tanto viro patriæ nostræ gubernacula capeffente, ipse abesse ob curationem corporis cogor. Jam enim totum mensem aquis natura calidis curor, ut inde aliquid utilitatis accepturus. Videor autem frustra laborare in solitudine, vel etiam dignus

Mortui calidis non juvantur.

esse quem plerique rideant, ut qui ne proverbium quidem intelligam, quod mortuos calidis non juvari dicit. Quapropter, quamquam ita me habeo, prætermittis rebus omnibus, ad tuam amplitudinem proficisci volo, ut bonis quæ in te sunt, perfruar, & domus meæ rebus, per integritatem tuam, ut par est, consulam. Propria enim mea est matris nostræ colendissimæ Palladiæ domus: quam non solum generis propinquitas nobis

con-

Classis II.

conspingit, sed etiam morum probitas fecit, ut matris loco eam haberemus. Cum igitur tumultus quidam circa illius domum commotus sit, rogamus tuam magnanimitatem, ut paulisper disquisitionem differas, adventumque nostrum expectes, non ut jus corrumpatur, (millies enim mori malle, quam ejusmodi gratiam a iudice legum juril-

que amante exprobrare) sed ut ea quæ a me scribi non deest, me referente ex meo ipsius ore discas. Nam hoc pacto neque tu a veritate aberrabis, neque nos quidquam molesti patiemur. Rogo igitur, ut, cum personam in tuto positam sit atque a cohorte detineatur, hanc gratiam molestia & invidia carentem nobis non deneges.

Alia VIII.

**EPISTOLA CXXXVIII.**  
Mortuum suum, cuius tum quinquagesimus erat dies, excausat, cur in Syriam proficisci non possit, quamvis huius rei cupidissimus sit, ut consiliis Eusebii ad multa, quæ scribere licet, utatur. Interim nuntias ei quid Evagrius Romam rediens proposuerit. Narrat Sebastianus de ulcere Eustathii ad se confugere, sequi ad Leonienfibus advocari, ut episcopum illi det, morbus Faustino. His de rebus consilium exquirat Eusebium.

**EUSEBIO EPISCOPO SAMOSATORUM.**

anno 373.

**Q**uo me animo putas fuisse, cum epistolam accepi pietatis tuæ? Si enim aditodium quod mihi in epistola significasti respiciebam, statim, ut recta ad Syros convolare, incitabar: sin autem ad corporis imbecillitatem, qua constrictus decumbebam, non modo id mihi deesse sentiebam, ut volare possem, sed etiam ut me in lecto convertere. Nam quinquagesimum hunc diem agebam in infirmitate, cum advenit nobis dilectus ac optimus frater noster conlitaconus Elpidius. Multum quidem febre eram confectus: quæ nutriente materia destituta, & in arida hac carne velut in exsiccato quodam cilychnio circumvoluta, marcorem ac longam ægritudinem peperit. Deinde vero antiqua mea plaga, hec illud accedens, exclusit me a cibis, expulit ab oculis somnum, & in confiniis detinuit vitæ ac mortis; tantum vivere sinens, quantum opus erat ad sentiendos dolores, quibus me extimulabat. Quare & aquis usus sum natura calidis, & nonnulla a medicis remedia accepi. Omnia autem superavit ingens illud malum, quod quidem si adsit consuetudo, forte alius perferat; subito autem inflatum nullus adeo adamantinus ut sustineat: a quo diu vexatus, nunquam tantum dolui, quantum nunc ab eo impeditus, quominus in sinceræ tuæ dilectionis congressum colloquiumque veniam. Quali enim sim animi voluptate privatus, novi & ipse, etsi extremo digito dulcissimum ecclesiæ vestræ mel anno præterito degustavi.

Elpidius diaconus.

Quam para vera caritas.

2. Mihi autem & ob alia necessaria negotia opus erat, tuam ut pietatem convenirem, ac de multis communicarem, & multa discerem. Neque enim licet hic veram caritatem deprehendere. Quod si quis etiam

Bonissimo amante inveniant, tamen nemo est, qui posteaque ac perfecta tua prudentiaque experientia, quam ex multis pro reclusis laboribus consequutus es, consilium nobis de rebus propositis dare. Ac cætera quidem scribere non licet, quæ vero vel proferreturum sit, hæc sunt. Presbyter Evagrius Pompejanus Antiochensis filius, qui quondam in Occidentem iocum beato Eusebio profectus fuerat, rediit nunc Roma, petens a nobis epistolam, ad verbum ipsa illa quæ ab eis scripta sunt, continentem:

(nostra autem nobis retro retulit, ut viris illic accuratioribus non placentia) ac legationem aliquam per viros fidedignos celeriter mitti, ut speciosam illi occasionem habeant nos invisendi. Qui Sebastianus idem ac nos sentiunt, occulto pravæ opinionis Eustathii ulcere detecto, aliquam a nobis ecclesiasticam sollicitudinem exposcunt. Iconium civitas est Pisidiæ, olim quidem post primam maxima: nunc vero & ipsa præidet ei parti, quæ ex diversis segmentis composita, propriæ provinciæ sortita est gubernationem. Ipsa & nos invitat, ut se invisamus, ut episcopum ei demus. Mortuus est enim Faustinus. An igitur ordinationes peregrinas oporteat non detrectare, qualemque oporteat dare Sebastianus responsionem, & quomodo erga Evagrii consilia affici par sit, edoceri ipse per me volebam, conveniens tuam præstantiam: quibus omnibus præsens me infirmitas privavit. Si quem ergo nactus fueris cito ad nos venientem, dignare de omnibus mihi responsa mittere: sin minus, precare in mentem mihi veniat quod fuerit Deo acceptum. In conventu autem mentionem nostri jube fieri, & ipse quoque precare pro nobis, & populum tibi adjuge, ut reliquos dies aut horas peregrinationis nostræ servire, ut Domino gratum est, nobis donetur.

Basilii eusebii que socio- rum scripta Romæ displicuerunt.

EPI.

## E P I S T O L A CXXXIX.

*Alexandrinis oblata occasione Eugenii monachi consolatur Basilius, & ad constantiam gravissima persecutione vexatos hortatur. Libenter eos invisere, nisi morbo & luporum metu abesse prohiberetur.*

## ALEXANDRINIS.

Anno 373. I.

**A**D nos quidem jamdudum persecutionum, quæ Alexandria ac in reliqua Ægypto factæ sunt, rumor ac fama pervenit, atque, ut par erat, animos nostros affecit. Perspeximus enim astutiam belli diabolici, qui, ubi vidit in hostium persecutionibus multiplicari ecclesiam ac magis florere, mutavit suum ipsius consilium, nec jam aperte bellum gerit, sed occultas nobis insidias struit, obtegens callidam nocendi voluntatem nomine quod circumferunt, ut & patiamur eadem quæ Patres nostri, nec videamur pati pro Christo, eo quod Christianorum nomen habeant & ipsi persecutores. Hæc considerantes diu sedimus nuntio rerum gestarum obstupesciti. Revera namque insonuerunt utræque nostræ aures, cum didicimus impudentem atque inhumanam hæresim persecutorum vestrorum, qui non ætatem reveriti sunt, non labores vitæ pietatæ, non amorem populorum; imo vero cruciarunt corpora, affeceruntque ignominia, & in exilium ejecerunt, & quorum bona invenire potuerunt, ea diripere: neque hominum veriti improbationem, neque horrendam justitiam remunerationem prævidentes. Hæc nos perculserunt, & propemodum mente emoverunt. Ad has autem cogitationes illa etiam accessit: Num Dominus ecclesias suas reliquit? num novissima hora est, & defectio per hæc ingreditur, ut reveletur tandem iniquus ille, filius perditionis, qui adversatur, & affertur adversus omnem, qui dicitur Deus aut numen?

2. Sed tamen si temporaria est ista tentatio, ferte illam, boni Christi athletæ: si etiam res summo interitui traditæ sunt, animo ne concidamus ob præsentia, sed expectemus e caelis revelationem, & adventum magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Etenim si creatura omnis dissolvetur, & transmutabitur mundi hujus figura, quid mirum est nos quoque, qui rerum creaturarum pars sumus, communibus malis affi-

Ac, ac tradi afflictionibus, quas pro virium nostrarum modulo infligit nobis justus iudex, non tentari nos sinens supra id quod possumus, sed dans una cum tentatione exitum, ut perferre possimus? Exspectant vos, fratres, martyrum coronæ: parati sunt confessorum chori manus vobis porrigere, inque suum numerum recipere. Memineritis veterum sanctorum, quorum nemo deliciis inserviens, aut adulationibus delinitus, coronas patientiæ consequutus est; sed omnes per magnas afflictiones quasi per ignem tentati, experimentum sibi dederunt. Alii enim ludibriis & flagris probati sunt, alii dissecti sunt, alii denique occisione gladii occubuerunt. Hæ sunt gloriationes sanctorum. Beatus, qui dignus habetur, qui patitur pro Christo. Beatior qui majora patitur, quandoquidem afflictiones temporis præsentis dignæ non sunt, quæ comparentur cum gloria, quæ deinceps revelabitur in nobis.

3. Quod si fieri posset, ut ad vos ipse proficiscerer, nihil prætulisset congressui vestro, ut & Christi athletas viderem amplectererque, & precum, ac donorum spiritualium, quæ in vobis sunt, particeps fierem. Sed quia corpus meum jam diuturno morbo confectum est, adeo ut ne e lecto quidem possim descendere; & quia multi nobis insidiantur, instar luporum rapacium occasionem observantes, si quando Christi oves rapere possint; necessario vos per litteras invisere constitui, adhortans vos, primum quidem, ut intente precemini pro me, ut dignus fiam, qui reliquos saltem dies aut horas Domino secundum regni evangelium serviam; deinde vero, ut etiam ignoscatis absentiam meam & huic litterarum dilationi ac moræ. Vix enim copiam habuimus hominis, qui nostro desiderio posset subservire. Dico autem filium nostrum Eugenium monachum, per quem obsecro vos, ut pro nobis ac universa Ecclesia oretis, ac nobis rescribatis de rebus vestris, ut his cognitis lætiores efficiamur.

1. Cor. 10. 13.

Rom. 8. 18.

Eugenius monachus.

## E P I S T O L A CXL.

*Antiochenos Basilius ob corporis debilitatem invisere non potest, sed eos per litteras in arumais consolatur ad patientiam hortatur. Apponit fidem Nicænam, mentis suæ fatuus tradere non audens; additque Pneumatomachos excommunicandos.*

## ECCLESIAE ANTIQCHENÆ.

Anno 373. I. Psal. 54. 7.

**Q**uis dabit mihi alas, sicut columbæ, & volabo ad vos ac explebo meum

Econgregandi cum vestra caritate desiderium? Nunc autem non solum alas mihi defunt, sed ipsum etiam corpus, dudum quidem

Classis II. dem mihi longa ægritudine debilitatum, A cum infinito illo sæculo, quod in spe repositum est. nunc vero molestis continuis penitus attritum. Quis enim animo ita adamantino, quis ita commiserationis omnis ac mansuetudinis expers, ut audiens gemitum undique aures nostras ferientem, velut ex tristi quodam choro communem quamdam ac consonam lamentationem edent, non animo doleat, non humi procumbat, & non penitus inextricabilibus his curis tabescat? Sed Deus sanctus potest nos ex iis quæ inextricabilia sunt solvere, & aliquam nobis ex diutinis laboribus respirationem largiri. B ne segnitiei crimen sustineamus, ipsa quoque verba in epistola referre. Hæc autem sunt: *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium, sive visibilium, sive invisibilium factorem. Et in unum Dominum Jesum Christum, filium Dei, genitum ex Patre unigenitum, hoc est, ex essentia Patris; lumen de lumine; Deum verum ex Deo vero: genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, & quæ in cælo sunt, & quæ in terra. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit: incarnatus est, homo factus est, passus est, & resurrexit tertia die: ascendit ad cælos, venturus est ad iudicandum vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Qui autem dicunt, erat aliquando, quando non erat, & antequam gigneretur, non erat, & quod ex non existentibus factus est, aut ex alia hypostasi aut essentia esse dicunt, aut mutabilem aut alterabilem Filium Dei, eos anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia.* His credimus: sed quia definita non est de Spiritu sancto doctrina, nondum tunc Pneumatomachis apparentibus; anathematizandos esse eos, qui dicunt creatæ esse ac servilis naturæ Spiritum sanctum, silentio prætermiserunt. Nihil enim omnino in divina ac beata Trinitate creatum est.

Fides Nicæna Cæsareæ dudum viguit.

ANAS  
ECLXII.

E P I S T O L A C X L I I .

*Cum questus fuisset Eusebius quod Basilius ad se non venisset, cumque eum hortatus fuisset ad rerum ecclesiasticarum defensionem; Basilius absentiam tueretur morbi excusatione; res ecclesiasticas non sua culpa adversariis tradi demonstrat, sed episcoporum sibi communi-  
one conjunctorum, ad quos & Bosphorius nuper accessit. Narrat quomodo eos hortatus sit, cum ad urbem ipsius morte audita venissent; sed queritur, quod statim ac recesserunt, ad ingenium redeant.*

EUSEBIO EPISCOPO  
SAMOSATORUM.

ANAS  
373.

I. J Am duas litteras accepi a divina tua & absolutissima prudentia, quarum una nitide nobis describebat, quomodo a populo sub manu sanctitatis tuæ constituto expectati fuerimus, quantumque intulerimus doloris a sanctissimo conventu absentes. Al-

tera vero, antiquior quidem, ut e scriptura conjicio, sed posterius nobis reddita, documenta continebat te digna & nobis necessaria, ut ne Dei ecclesias negligamus, neve paulatim negotia adversariis tradamus, unde res eorum augeantur, nostræ vero minuantur. Ac mihi quidem videor utrique respondisse, sed tamen etiam nunc; (siquidem incertum est an ii quibus hoc ministerium

rium commissum fuerat, responsa nostra Ater mihi morbis ex vehementi mœrore re-  
fervaverint) de iisdem causam dico: quod deuntibus. Quid autem solus facere possim?  
quidem ad absentiam attinet, excusationem quandoquidem canones, ut & ipse non igno-  
verissimam scribens, cujus famam etiam ras, uni ministeria ejusmodi non concedunt.  
usque ad tuam sanctitatem pervenisse puto: Jam vero quodnam remedium non adhibui?  
quod morbo detentus fuerim, qui me usque Quodnam judicium ipsis non revocavi in  
ad ipsas mortis januas perduxit. Imo etiam memoriam, partim per litteras, partim  
nunc cum de his scriberem, adhuc ferens cum coram congressi essemus? Venerunt  
morbi reliquias scribebam. Hæ autem sunt enim & usque ad urbem audito mortis meæ  
ejusmodi, ut alteri possint esse morbus ad nuntio. Sed quia, Deo visum est, ut me  
ferendum difficilis. B vivum deprehenderent, eos, ut par erat,  
sum alloquutus. Ac præsentem quidem

Basiliius  
morbi reli-  
quias fere-  
bat, cum  
hæc scribe-  
ret.

Bosporius.

2. Quod autem non nostra segnitie res ec-  
clesiarum adversariis traditæ sunt; hoc pie-  
tati tuæ perspectum esse volo, episcopos no-  
bis communionem conjunctos, sive socordia,  
sive quod adhuc suspicioso in nos nec puro  
affecti sunt animo, sive diabolo bonis operi-  
bus obstante, suam nobis operam præstare  
nolle. Sed specie quidem plures inter nos  
conjugimur, adjuncto nobis & optimo Bos-  
porio: at revera nullam ad rem ex his, quæ  
maxime sunt necessariæ, nos adjuvant: ita  
ut maxima ex parte hæc animi obstet ægri-  
tudo, quominus vires resumam, continen-

sum alloquutus. Ac præsentem quidem  
reverentur, & omnia quæcumque officii  
sunt pollicentur: at simul ut recesserunt,  
iterum recurrunt ad suam ipsorum senten-  
tiam. In his nos quoque communis rerum  
status participes sumus, Domino palam nos  
deserente, quorum caritas ob multiplica-  
tam iniquitatem refrixit. Sed nobis ad om-  
nia sufficiat magna tua ac potentissima apud  
Deum deprecatio. Forte enim aut rebus  
aliquid proderimus, aut si optato exitu aber-  
remus, condemnationem effugiemus.

Episcopi  
Basilium  
præsentem  
reverentur:  
absentem  
vero non  
item.

## E P I S T O L A CXLII.

*Rogat Basiliius ut pauperum hospitia vectigalibus eximantur.*

## NUMERARIO PRÆSIDUM.

ANNO 373. CONVOCAVI omnes ad conventum beati  
martyris Euplychii fratres nostros  
chorepiscopos, ut notos facerem dignitati  
tuæ. Sed quia abfuisti, per litteras eos ne-  
cesse est sistere integritati tuæ. Cognosce  
igitur fratrem istum, qui dignus est ob Do-  
mini timorem, cui tua prudentia fidem ha-

beat. Et quæcumque pauperum causa ad  
tuam bonam voluntatem retulerit, ei ut ve-  
rum dicenti digneris fidem habere, atque  
afflictatos pro virili adjuvare. Dignaberis  
autem procul dubio & pauperum domum ad  
D pagos ipsi commissos pertinentem invisere,  
ac omnino vectigalibus eximere. Hoc enim  
jam & tuo collegæ visum est exiguam egeno-  
rum possessionem tributis eximere.

## E P I S T O L A CXLIII.

*Idem petit ab altera numerario.*

## ALTERI NUMERARIO.

ANNO 373. MIHI quidem si liceret dignitatem  
tuam convenire, per me ipse pror-  
sus retulisset quibus de rebus sollicitus sum,  
& afflictorum defensionem suscepissem. Sed  
cum me corporis infirma valetudo, ac ne-  
gotiorum impedimenta retrahant, me illo  
co hunc fratrem chorepiscopum tibi com-  
mendo, ut ei aures sincere accommodans;  
ipso utaris consiliario, ut homine & amore  
veritatis & prudentia ad consilium de rebus  
dandum idoneo. Postquam enim pauperum  
hospitium ab eo gubernatum visere digna-

tus fueris (invises enim, fat scio, nec præ-  
teribis: siquidem nec rei inexpertus es: sed  
ut a quodam ad me relatum est; unum ex  
E his quæ Amasæ constructa sunt, ex bonis  
quæ tibi Dominus tradidit sustentas) ubi,  
inquam, & hoc videris; concedes ei omnia  
quæ opus erunt. Jam enim & collega tuus  
aliquam mihi erga egenorum hospitia hu-  
manitatem pollicitus est. Hoc autem dico,  
non ut alium ipse imiteris (par enim te aliis  
recte factorum ducem esse) sed ut scias jam  
nobis ab aliis reverentiam his in rebus habi-  
tam fuisse.

Classis II.  
Alias  
CCCCXX.

## E P I S T O L A CXLIV.

*Eandem immunitatem petit ac in duabus præcedentibus epistolis.*

**TRACTATORI PRÆSIDUM.** *Ata, quæ tibi curæ sunt, utilem futurum, eo*

Ann. 373.

**C**Ognoscis profecto illum ex mutuo in urbe colloquio. Sed tamen eum tibi & per litteras sisto & commendo, ut ad mul-

quod pie ac prudenter possit agenda suggerere. Quæ autem mihi in aurem dixisti, ea nunc tempus est exsequi; postquam memoratus frater pauperum statum tibi indicaverit.

Alias  
CCLV.

## E P I S T O L A CXLV.

*Quamvis multæ magnæque rationes Eusebium prohibere videantur, quominus peregre eat; non tamen desperat Basilius cum omnia impedimenta superaturum. Quare eum rogat, ne spem ecclesiæ Cæsariensis irritam faciat, quam de ejus adventu Basilius anno præterito e Syria rediens attulerat.*

**EUSEBIO EPISCOPO  
SAMOSATORUM.**

Ann. 373.

**N**Ovi innumeros labores tuos, quos pro Dei ecclesiis exantlasti; nec negotiorum multitudinem ignoro, quibus detineris, commissam administrationem non perfunctorie, sed secundum Dei voluntatem gerens. Illum etiam cogito, qui vobis e propinquo imminet, sub quo vos necesse est, veluti aves sub aquila formidantes, non longe a suo quemque recto excurrere. Horum nihil me latet. Sed desiderium res violenta, tum in iis sperandis, quæ parabilia non sunt, tum in aggrediendis quæ fieri non possunt. Vel potius spes in Domino omnium rerum fortissima. Non enim temeraria cu-

Valens imminet e propinquo Samosatis.

Spes in Domino rerum omnium fortissima.

Alias  
CCLXVIII.

## E P I S T O L A CXLVI.

*Antiochum, qui manu sua salutem apposuerat vicissim salutatur Basilius & hortatur, ut animæ salutem animum intendat.*

**ANTIOCHO.**

Ann. 373.

**N**on possum te inertis aut pigritis acculare, quod cum tempus incidisset scribendi, conticueris. Quam enim veneranda mihi manu salutem misisti, hanc pluris facio quam multas epistolas. Te igitur vicissim saluto, ac exhortor, ut strenue ad animæ salutem incumbas, omnes carnis affectiones ratione frænans, ac indefinenter Dei cogitationem velut in sanctissimo quo-

dam templo, ita in animo tuo consecratam habens: atque ut in actione omni & in omni sermone ante oculos habeas Christi iudicium; ita ut tibi opera singula ad accuratum illud ac tremendum examen collecta, gloriam in die remunerationis afferant, coram omni creatura laudem consequenti. Quod si non gravetur ad nos usque proficisci magnus ille vir; parum non erit lucri te unum cum ipso in nostra regione conspiciere.

Alias  
CCCLVI.

## E P I S T O L A CXLVII.

*Aburgio Basilius Maximum commendat, ac rogat, ut hominem longe optimum, qui Cappadocia præses fuerat, omnibus rebus spoliatum, & in ærumnis jacentem adversus calumniam tueatur.*

**ABURGIO.**

Ann. 373.

**F**abulam hætenus credebam Homeri carmina, cum perlegerem alteram illius poësis partem, in qua Ulyssis calamitates

Enarrat. Sed fabulosa illa hætenus & incredibilia, omnino nos probabilia existimare docuit longe optimi Maximi calamitas. Nam & hic præfuit genti non vilissimæ, quemadmodum

dum ille dux fuit Cephalleniorum. Ac Ulyſſes quidem cum pecuniæ plurimum exportasset, nudus reversus est: hunc autem eores adversæ redegerunt, ut pene in alienis & laceris pannis domui suæ visus sit. Atque hæc perpeſsus est, forte quia Læstrygonas in se instigavit, ac in Scyllam incidit, habentem in muliebri forma caninam immanitatem ac feritatem. Cum igitur vix eilicuerit ex ineluctabili illa procella emergere, te mea opera supplex rogat, ut naturam communem reverearis, ac calamitatibus, quas non merito suo passus est, commotus de rebus illius non taceas, sed viris potentibus nunties, in primis ut præsidii aliquid contra structam calumniam habeat: sin minus, ut propositum illius, qui in ipsum debacchatus est, divulgetur. Non leve enim homini injuriis affecto solatium, eorum, qui ipsi insidiati sunt, improbitatis declaratio.

Classis II.

Alias  
CCCLXXVI.

## E P I S T O L A CXLVIII.

*Maximum Trajano commendat Basilius, ac rogat ut ei in judicio patrocinium impendat.*

T R A J A N O.

Anno 373.

**M**ultum affert afflictis solatii vel posse deslere calamitates suas; maxime, cum viros nacti fuerint morum probitate idoneos, qui eorum doloribus commoveantur. Unde & omni honore dignus frater Maximus, qui patriæ nostræ præfuit, talia passus, qualia nondum quisquam hominum, & suis rebus omnibus tum paternis tum pristino labore partis nudatus, innumeris afflictus corporis incommodis, dum susdeque errat, ac ne ipsum quidem civis statum, cuius causa liberi nihil intentatum relinquere solent, ab injuriis integrum retinens, pluribus apud me casus suos lamentatus est, ac rogavit, ut malorum suorum Iliadem breviter tibi ante oculos ponerem. Ego autem cum aliter illius ærumnas levare non possem, libenter id præstiti beneficii, ut pauca ex multis quæ ab eo audivi, dignitati tuæ refer-

Brem, quandoquidem eum pudebat, ut mihi videbatur, calamitates suas aperte exponere. Nam quæ evenere, si auctorem injuriæ nequam esse demonstrant, certe eum qui passus est, maxima miseratione dignum ostendunt; siquidem illud ipsum in mala divinitus immissa incidere, argumento est quodammodo eum qui hæc patitur afflictationibus esse traditum. Sed tamen satis, est illi ad solatium malorum, ut benigno illum aspicias oculo, ac uberem illam gratiam, quam omnes experiuntur, nec tamen possunt absumere (gratiam dico lenitatis tuæ) etiam in illum extendas. In judicio autem magno ei fore ad vincendum præsidio patrocinium tuum, nobis omnibus certo persuasum est. Atque omnium dignissimus est ipse ille, qui meas litteras, ut sibi aliquid profuturas poposcit, quem cum aliis videamus totis suæ vocis viribus laudes gravitatis tuæ prædicantem.

Alias  
CCCLXXVII.

## E P I S T O L A CXLIX.

*Is ad quem scripta est hæc epistola, viderat primordia ærumnarum Maximi; sed postea pœnæ ac contumeliæ graviores inflictæ sunt, ac vicarius modo advenerat, ut mala expleret. Homini miserrimo opem implorat Basilius.*

T R A J A N O.

Anno 373.

**I**psæ oculis vidisti calamitateſtu viri quondam clari, sed nunc miserrimi omnium Maximi, qui patriæ nostræ præfuerat; atque utinam non præfuisset! Existimo enim fore, ut multi gentium gubernacula fugiant, si administrationes ad ejusmodi exitum reditura: sunt. Quare quid opus est singula enarrem, & quæ vidi, & quæ audivi, viro ob eximiam ingenii aciem idoneo, qui ex paucis factis ea quæ omittuntur existimet? Sed tamen forte superflua loqui tibi non videbor, hoc si dixerò, cum multa & gravia ante tuum adventum in ipsum perpetrata

D sint, quæ postea gesta sunt talia esse, ut superiora humanitatem existimare cogant. Tantam contumeliæ & damni & ipsius corporis incommodorum magnitudinem habuere, quæ in ipsum postmodum a vicario excogitata sunt. Et nunc cum cohortalibus apparitoribus venit, ut reliqua sua mala hic impleat; nisi tu magnam tuam manum prætere velis afflicto. Supervacaneam rem scio me facere, qui tuam clementiam ad humanitatem adhorter. Quia tamen hunc virum cupio juvare; dignitatem tuam E rogo, ut innatæ tibi ad bonum propensione aliquid mea causa adjicias: adeo ut manifesta sit homini meæ pro illo deprecationis utilitas.

## E P I S T O L A CL.

*Heraclidas ab Amphiloquio accusatus, quod non secum secederet in deserta loca, ut promiserat, pluribus refellit banc criminationem. Exponit quid rerum agat in pauperum hospitio ad urbem Cæsaream; seque ab Amphiloquio separari negat, quamvis locorum intervallo disjunctus sit. Refert deinde quæ præcepta a Basilio acceperit: hortatur ut Amphiloquius ad Basilium veniat, a quo erudiri melius esse statuit, quam in desertis locis vagari.*

**AMPHILOQUIO, HERACLIDÆ A** tus desertorem aliquem reposcant. Detinet autem me maxime meum ipsius cor, eorum quæ dixi sibi conscium.

**Ann. 373. I. E**Go & eorum, quæ inter nos aliquando differuimus, memini: nec quid dixerim, quid ex generosa tua indole audierim, oblitus sum; & nunc vita publica non distineor. Quamquam enim corde idem sum, ac veterem hominem nondum exui; tamen ipsa specie, & quod longe a sæculi negotiis recesserim, videor jam vitæ secundum Christum viam ingressus esse. Sædeo autem mecum ipse, velut qui sese mari commissuri sunt, prospiciens futurum. Nam qui navigant ventis indigent ad felicem cursum; nobis vero opus est qui nos manu ducat, ac tuto per amaros vitæ fluctus transvehat. Nam indigere me perspicio, primum quidem fræno adversus juventutem: deinde stimulis ad pietatis cursum. Horum autem conciliatrix ratio videlicet, nunc quidem temperans quod in nobis incompositum est, nunc vero animæ pigritiam excitans. Rursus indigeo remediis aliis, ut fordes ex consuetudine contractas eluam. Scis enim nos, qui diu foro assuefacti fuimus, nec parcos esse verborum, nec cautos adversus eas, quæ in mente excitantur a maligno, cogitationes. Vincimur autem & honore, nec facile de nobis ipsis magni aliquid sentire desinimus. Adversus hæc magno mihi opus esse & perito arbitror magistro. Deinde vero expurgari etiam animæ oculum, ut omnibus ignorationis tenebris quasi lippitudine aliqua liberatus, fixo intuitu pulchritudinem majestatis Dei conspiciere possit, non parvi laboris esse reor, neque parum afferre utilitatis. Atque hæc tuam quoque prudentiam perspicere, ac optare ut aliquis detur ad eam rem adjutor, exploratum habeo: ac si Deus aliquando dederit, ut tuam dignitatem conveniam, plura certe de quibus sollicitum me esse par est, ediscam. Nunc enim, quæ mea est imperitia, quot & quantis indigeam ne cognoscere quidem possum. Sed tamen me primi conatus non pœnitet: neque labat & vacillat anima in proposito vivendi secundum Deum; quod ipsum mihi timuisti, præclare teque digne faciens, ne conversus retrorsum, salis statua fierem, quod mulieri cuidam contigisse audio. Sed adhuc me cohibent externæ potestates, quasi magistrat-

Ductore  
es regio  
opus est  
his, qui  
pietatem  
amplectun-  
tur.

Gen. 19. 26.

2. Quoniam autem meministi pastorum, teque denuntiasti accusaturum, mihi in hac mea tristitia risum movisti, quod etiamnum rhetor sis, nec a timore incutiendo discedas. Ego namque ita existimo, nisi omnino, ut imperitus aberrem a veritate, unam esse viam ad Dominum ducentem, & quicumque ad ipsum pergunt, itineris ejusdem esse socios, & eodem vitæ fœdere progredi. Quare quo abiens separari a te possum, nec tecum simul vivere, & tecum servire Deo, ad quem simul confugimus? Corpora enim nostra locis disjungentur: sed profecto Dei oculus ambos simul intuetur; siquidem & vita mea digna fuerit, quæ a Dei oculis conspiciatur; hoc enim legi alicubi in Psalmis; *Oculi Domini super justos*. Equidem cupio, & tibi & cuivis alii propositum tuo simile habenti, etiam corpore conjungi, & ante Patrem nostrum, qui in cœlis est, tota nocte ac die tecum genua flectere, & si quis alius est, qui rite Deum invocet. Novi enim communionem in precibus multum utilitatis afferre. Quod si quoties mihi contigerit in diverso angulo jacenti ingemiscere, mendacium me omnino sequetur; pugnare non possum adversus ea quæ a te dicta sunt, meque ipse ut mendacem condemno, si quid ejusmodi loquutus sum secundum pristinam indifferentiam, quod me mendacii crimine obstringat.

Quicumque ad Dominum pergunt, eodem eunt itinere, licet separati videantur.

Psalm. 33. 16.

3. Postquam prope Cæsaream veni, ut rerum statum perspicerem, in ipsa urbe nolui commorari, sed ad proximum pauperum hospitium confugi, ut ibi discerem quæ volebam. Deinde cum eo venisset ex more religiosissimus episcopus, retuli ad eum quibus de rebus mandaverat eruditio tua. Quæ autem respondit, ea nec memoria retineri poterant, & epistolæ modum superabant. In summa autem de paupertate hunc dixit esse modum, ut extrema tunica suam quisque possessionem definiat. Atque ex Evangelio testimonia exhibebat: unum quidem Joannis Baptistæ dicentis: *Qui habet duas tunicas, det non habenti*: aliud autem Domini veteris, ne discipuli duas tunicas haberent. Addebat autem his & illud: *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus*.

Basilii de paupertate præcepta.

Luc. 3. 11. Matt. 10. 10.

Matt. 19. 21.

13j-



*Matth. 13. 45.* Ajebat & ipsam margaritæ parabolam ad hoc pertinere : quod qui margaritam perquam pretiosam invenit mercator, abiens vendidit omnia sua bona, & illam emit. Rursus his addebat, non oportere, ut quis sibi ipse rerum suarum distributionem committat, sed ei, cui hoc munus creditum est, ut res pauperum dispenset. Atque id ipsum ex Actis confirmabat, quippe quia vendita bona sua afferentes, ante Apostolorum pedes ponebant, & ab eis unicuique, prout cuilibet opus erat, distribuebatur. Dicebat enim experientia opus esse, ut is qui vere pauper est ab eo, qui ex avaritia mendicat, secernatur. Et quidem quisquis calamitoso dat, dedit Domino, & ab eo mercedem accipiet : qui vero errabundo omni tribuit, projicit cani, molesto quidem ob impudentiam, sed non miserando ob indigentiam.

4. Quomodo autem nos quotidie vivere oporteat, de eo pauca dicere incœpit, pro rei magnitudine; sed vellem ab ipso illo disceres. Non enim a me obliterari accuratam documentorum diligentiam convenit. Mihi autem in optatis est, tecum aliquando illum adire, ut & memoria accurate dicta retinens, tua etiam ipsius prudentia quæ defuerint invenias. Illud enim memini ex multis quæ audivi, doctrinam illam quomodo Christianum vivere oporteat, non tantum indigere sermone, quantum exemplo quotidiano. Scio autem nisi te detineret vinculum fovendæ patris senectutis, nec te quidquam aliud antepositurum episcopi colloquio, nec mihi auctorem futurum, ut eo relicto in desertis locis vager. Speluncæ enim & saxa exspectant nos : sed hominum subsidia nobis non semper adsunt. Quare si me tibi consilium dare pateris, persuadebis patri, ut tibi a se ad breve tempus discedendi concedat facultatem, & virum adeundi, qui multa cum factis aliorum periculo, tum sua ipsius prudentia & novit & impertire ad euntibus potest.

## EPISTOLA CLI.

Alias  
LXXXI.

*Invitat ad scribendum, ac declarat nonnullorum factum, qui discesserant a communione (episcopi sui Eustathii) non sibi esse voluptari, quemadmodum nec merces libenter navigantes ejiciunt; sed tamen a se non improbari, quia veritatis amatoribus nihil Deo antiquius.*

## EUSTATHIO ARCHIATRO.

*Ann. 373.* SI qua utilitas litterarum nostrarum, nulum tempus intermitte scribendi nobis & excitandi ad scribendum. Ipsi enim manifeste lætiores efficimur, dum prudentium virorum, qui Dominum diligunt, epistolas legimus. Utrum autem & ipsi apud nos aliquid, quod operæ pretium sit, inveniat, nosse vestrum est, qui nostra legitis. Equidem nisi negotiorum multitudine abducerem, scribendi assidue gaudio non abstererem. Vos vero, quibus minus est curarum, quoties fieri potest, litteris nos demulcete. Nam puteos ajunt haustos meliores fieri. Videtur autem tuarum admonitionum, quæ ex arte medica petuntur, supervacaneus labor; cum nos ferrum non adhibeamus, sed

in semetipsos ruant, qui facti sunt inutiles. Hæc est igitur Stoici sententia : Quoniam, inquit, res non fiunt ut volumus; ut fiunt volumus. Ego autem his quæ fiunt, ex animo assentiri non possum : sed tamen aliquid necessarium a nonnullis præter animi sententiam fieri, haud improbo. Neque enim vos medici, ægrotum urere, aut alio modo dolorem creare vultis : sed tamen sæpe id faciendum existimatis, morbi difficultatem sequentes. Neque navigantes libenter merces ejiciunt : sed ut naufragia effugiant, ejectionem perferunt, pauperem vitam morti præferentes. Quare existima nos etiam separationem eorum, qui se separaverunt, moleste quidem & cum uberrimis lacrymis ferre, sed ferre tamen : siquidem veritatis amatoribus, nihil est Deo & spe in Deum antiquius.

## EPISTOLA CLII.

Alias  
CCCLXXIV

*Silentii sui causam exponit Basilus, confidenter deinceps scripturum se promittit. Gratias agit quod suas pro Ecclesia preces Victor antevertit.*

## VICTORI EXERCITUS DUCI.

Circa  
annum 373.

AD aliquem alium si non scriberem, forte non immerito sustinerem legnitiei aut oblivionis crimen. Tui vero quomodo

E possim oblivisci, cujus nomen apud omnes homines prædicatur? aut quomodo te negligere, qui omnes fere in terrarum orbe fastigio dignitatum antecellis? Sed silentii mei manifesta est causa. Viro tanto molestiam exhi-

Classis II. exhibere vereor. Quod si ad reliquas virtutes tuas hæc accessit, ut non modo litteras quæ a me mittuntur suscipias, sed eas etiam quæ non mittuntur, requiras; ecce & nunc confidenter scribo, & scribam deinceps: Deum sanctum orans, ut tibi honoris, quem mihi habes, vices rependat. Meas porro pro ecclesia preces antevertisti, cum omnia A feceris, quæcumque ego petiissem. Facis autem non hominibus gratificans, sed honoranti te Deo: qui tibi alia quidem bona in præfenti vita largitus est; alia autem dabit in futuro ævo, propterea quod cum veritate in illius viis ambulasti, ac cor tuum ab initio ad usque finem in fidei integritate immotum ac inconcussum servasti.

Alias  
ccccxxviii.

EPISTOLA CLIII.

Gratias agit Victori Basilius quod sui memor sit, nec amorem ob ullam calumniam imminuat.

VICTORI EXCONSULI.

Circa ann.  
373.

Quoties mihi contingit litteras legere dignitatis tuæ, toties gratias ago Deo sancto, quod perstes & memor mei, & amorem, quem semel rectissimo iudicio, B aut bona consuetudine suscipere voluisti, nullam ob calumniam imminuens. Rogo igitur Deum sanctum, ut & tu permanes in eodem erga me animo, & ego dignus sim honore, quo me per epistolam prosequeris.

Alias  
ccccxxviii.

EPISTOLA CLIV.

Respondet Basilius litteris Ascholio, cujus laudat caritatem, ut rem maxime raram, ac studium in beatissimum Athanasium, ut certissimum sanæ doctrinæ argumentum. Rogat ut qualibet occasione oblata scribat.

ASCHOLIO EPISCOPO THESSALONICENSI.

Anno 373.

Mundi amicitia discrimen a caritate.

Facile numerabiles, qui caritatem colunt.

Recte fecisti & secundum dilectionis spiritualis legem, quod prior ad nos scripseris, nosque egregio exemplo ad simile studium provocaveris. Nam mundi amicitia oculis indiget ac congressu, ut inde nascatur consuetudinis initium. Sed qui spiritualiter amare sciunt, nequaquam carne utuntur amicitia conciliatrice; sed fidei communionem ad spirituales conjunctionem ducunt. Itaque grates Deo, qui corda nostra consolatus est, dum caritatem non in omnibus refrixisse ostendit: sed reperiri alibi terrarum, qui discipulorum Christi propriam notam præ se ferant. Ac res quidem vestrae persimiles mihi visæ sunt fidei in nebula nocte alias aliis cœli partes illustrantibus: quorum gratus quidem splendor, sed eo gratior, quod non expectatur. Tales & vos estis, ecclesiarum lumina, pauci admodum & facile numerabiles, in hac tristi rerum conditione, quasi in nocte illu- ni coruscantes: præter virtutis gratiam, inde etiam, quod rari sitis inventu, desiderium moventes. Cæterum litteræ tuæ tuum nobis animum abunde patefecere, Quamquam enim breves erant syllabarum numero; at ex recta sententia idoneum nobis tui propositi specimen dedere. Nam beatissimi Athanasii studiosum esse, argumentum evidentissimum est sanæ in maximis rebus sententiæ. Pro accepta ergo ex litteris lætitia plurimam habemus gratiam præstantissimo filio nostro Euphemio: cui & ipse precor auxilium omne a sancto contingere, & te hortor ut tecum preceris, ut cito eum recipiamus cum ornatissima conjugis ipsius, filia nostra in Domino. Ipse autem exorari te sine, ut ne lætitiā nostram exordio circumscribas, sed oblata quovis tempore occasione scribas, & amorem in nos tuum colloquio frequenti adaugeas: ac de ecclesiis, quæ apud vos sunt, quomodo concordiam servant, significes; pro nostris autem preceris, ut etiam apud nos tranquillitas magna fiat, Domino nostro ventos ac mare increpante.

Amor beatissimi Athanasii sanæ doctrinæ nota.

Euphemius.

Alias  
ccxli.

EPISTOLA CLV.

Basilius Sorani Scythiæ ducis, propinqui sui, querelis respondet: rationem reddit cur ad eum non scripserit, demonstrat se illius oblivisci non posse, nec in precibus ecclesiasticis, nec privatim: & a se & a chorepiscopo accusationem nescio quam repellit. Hortatur ut persequutionem pro Christo patientibus pergat succurrere. Rogat denique ut patriæ mittat reliquias martyrum.

SINE INSCRIPTIONE CAUSÆ ALIPTÆ.

Anno 373.

Epistola, quam primam & solam dignata est nobis nobilitas tua scribere, multæ continentur accusationes, quibus incertus sum quomodo respondeam: non iustarum rationum inopia, sed quia in criminationum multitudine difficilis est præcipuarum delictus, & unde initium nobis medellæ lumen dum sit. Sed forte eodem ordine quo res scri-

scriptæ sunt, incedentes, sic singulis occurrere debemus. Quinam hinc in Scythiam proficiscerentur hætenus ignoravi, ac ne de iis quidem, qui e domo tua profecti sunt, admonitus sum, ut per illos te salutarem; quamvis omnino id mihi studio habeam, ut dignitatem tuam quavis occasione oblata salutem. Fieri autem non potest tui ut obliviscar in precibus, nisi prius nostrum illud opus, ad quod nos Dominus destinavit, oblivioni tradamus. Nam profecto meministi ecclesiasticarum prædicationum, cum fidelis sis Dei gratia, in quibus & pro fratribus peregrinantibus precamur: & pro iis qui inter militares copias recensentur, & pro iis qui ob Domini nomen libere loquuntur, & pro iis qui spirituales fructus edunt, preces in sancta Ecclesia facimus. Quorum omnino in plerisque, vel etiam in omnibus arbitramur tuam quoque præstantiam comprehendere. Cæterum qui tui privatim possem oblivisci, cum tam multa sint, quæ com-

In precibus ecclesiasticis fit mentio peregrinantium, militum &c.

moveant me ad recordationem: talis soror, filii sororis tales, cognatio tam egregia, tam nostri amans, domus, domestici, amici: quæ quidem nobis etiam si nolimus, bonam tuam voluntatem in memoriam necessario revocant. Quod autem ad aliud attinet; ille frater nihil mihi intulit molestiæ, neque sententia ulla fuit a nobis prolata, quæ illum læderet. Dolorem itaque in eos qui mendacia retulerunt, converte, meque & chorepiscopum reprehensione omni exsolve. Quod si litem intendat ille scholasticus, tribunalia publica & leges habet. Itaque te rogo, ut de his nihil prorsus conqueraris. Tu vero quidquid facis boni, tibi ipse colligis: & quod levamen affers his qui ob Domini nomen persecutionem patiuntur, illud tibi ipsi in antecessum in die remunerationis præparas. Recte autem feceris, si & reliquias martyrum patriæ mittas; siquidem, ut nobis scripsisti, persecutio illicitatunum Domino martyres facit.

Alias CCCXLII.

## E P I S T O L A CLVI.

*Laudat Basilius in Evagrionem & ipse præ se fortè studium pacis; sed eam conciliare difficilimum fatetur esse, nec sibi congruere ut id solus aggrediatur; cum præsertim episcopus sit Antiochiæ Meletius, ad quem proficisci non potest; sed tamen scripturum se ad illum promittit. Declarat se nec parvum studiosum esse, nec accusationibus in quemquam præoccupatum. Mirum sibi accidisse dicit, quod ex Dororbeo acceperat, Evagrionem noluisse Dororbei conventus esse participem. Addit sibi integrum non esse Romam mittere: animam suam ab adversariis quæri, nec tamen se quidquam de suo ecclesiæ defendendæ studio remissurum.*

## EVAGRIO PRESBYTERO.

Anno 373.

I. **T**antum absuit ut moleste ferrem longitudinem litterarum ut contra brevis mihi visa sit epistola præ legendi voluptate. Quid enim pacis nomine jucundius auditu? Aut quid sanctius & Domino gratius, quam de rebus hujusmodi consilium inire? Tibi igitur præstet Dominus mercedem pacificationis, tam præclara tibi proponenti, & tam studiose in rem, quæ beata prædicatur, incumbenti. Nos autem existima, caput venerandum, quod spectat ad voluntatem & desiderium videndi aliquando illius diei, quo omnes eundem coetum implebunt qui sententia inter se divisi non sunt, nemini in hoc studio primas concedere. Profecto enim essemus vere mortalium omnium absurdissimi, si schismatibus ac divisionibus ecclesiarum, oblectaremur, nec conjunctionem membrorum corporis Christi maximum bonorum duceremus. At quantum nobis inest desiderii, tantum scito facultatis deesse. Non enim ignorat perfecta tua prudentia, tempore corroborata mala primum quidem tempore indigere ut sanentur: deinde forti ac firma agendi ratione, si quis velit ad imum ipsum

pertingere, adeo ut ægrotantium morbi radicibus evellantur. Non te fugit quod dico, ac si clarius loquendum, nullus timor.

2. Amorem sui consuetudine diutina radices in animis habentem, neque vir unus extirpare potest, nec epistola una, nec tempus breve. Suspicionibus enim ac contradictionum jurgia, nisi sit aliquis pacis sequester auctoritate pollens, omnino tolli non possunt. Quod si gratiæ rivi in me affluerent, si & sermone & opere & donis spiritualibus idoneus essem, ut eos qui sibi invicem adversatur, flecterem, negotium tantum esset suscipiendum. Forte tamen ne tunc quidem nobis suaderes, ut soli ad emendationem aggredermur, cum episcopus sit, Dei Gratia, ad quem ecclesiæ cura præcipue pertinet, qui neque ad nos venire potest, neque nobis interim obhiemem peregrinari facile, vel potius nullo modo integrum est, non solum quia corpus mihi infirmitate diutina confectum est, sed etiam quia Armeniacorum montium transitus paulo post fiet impervius etiam iis qui ætate omnino vigent. Atque hæc quidem ei per litteras significare non gravabor. Nihil tamen exspecto ex litteris alicujus momenti eventurum, tum viri accuratam agn-

Basilius res majores solum aggredi non vult.

Classis II.  
Sermo litterarum  
feracius per-  
suadet.

Basilii  
privatus  
cum nemi-  
ne conten-  
tiones ha-  
bet.

agendi rationem considerans, tum ipsam lit-  
terarum naturam: quia non solet idoneus esse  
ad clare persuadendum sermo transmissus,  
Nam multa opus est dicere, ac multa vicif-  
sim audire: & quæ obijciuntur solvenda,  
& inferenda quæ suffulciunt; quorum nihil  
potest litterarum sermo iners & inanimus in  
charta projectus. Verumtamen, quod jam  
dixi, scribere non gravabor. Scias autem,  
frater vere religiosissime & nobis desideratis-  
sime, nullam mihi cum quoquam, Dei B  
gratia, privatam esse contentionem, Neque  
enim memini me curiose inquirere crimina,  
quibus quisque obnoxius est aut dicitur.  
Quare sic vos attendere sententiæ meæ con-  
venit, ut hominis, qui nihil ex propensione  
facere possit, neque accusationibus in quem-  
quam præoccupatus sit. Tantummodo, Dei  
voluntate, omnia ex institutis ecclesiasticis  
& rite fiant,

3. Tristitia autem nos affecit desideratissi-  
mus filius Dorotheus condiaconus, dum de  
pietate tua nuntiavit, refugisse te illius con-  
ventus esse participem. Atqui hæc non erant,  
de quibus colloquuti inter nos fueramus, si  
ego memini. Mittere autem in Occidentem  
mihi prorsus integrum non est, neminem  
habenti idoneum ad hoc ministerium. Quod  
si quis ex fratribus qui apud vos sunt, eccle-  
siarum causa laborem suscipere volet, is scit  
procul dubio & ad quos profecturus sit, &  
ad quem finem, & quorum sit litteris com-  
muniendus & qualibus. Ego namque con-  
jectis in orbem oculis mecum video nemi-  
nem. Ac precor quidem, ut inter septies  
mille viros numerer, qui genu ante Baal non  
incurvavere. Cæterum animam quoque  
nostram quærunt, qui suas manus in omnes  
injiciunt, sed non propterea de studio eccle-  
siis Dei debito quidquam remittam.

Animam  
Basilii que-  
runt hære-  
tici.

Alias  
ECLXX.

## E P I S T O L A CLVII.

*Dolorem suum significat Basilius quod præterita æstate non inviserit Eusebium. Queritur  
quod ad se ne scribat quidem Eusebius, eumque accusat pigritiæ:  
rogat ut pro se precetur.*

## A N T I O C H O.

Ann. 373.

Q Uam moleste tulisse me putas, quod  
tuo congressu præterita æstate carue-  
rim? Atqui ne aliis quidem annis  
congressus talis fuit, mihi ut satietatem af-  
ferret, sed tamen res desideratæ etiam per  
somnia vitæ non nihil afferunt diligentibus  
solatii. Tu vero ne scribis quidem; adeo

Cpigeres: unde & tua absentia nulli alii cau-  
sæ magis tribuenda, quam quod pigeris ad  
peregrinationes caritatis causa suscipien-  
das. Sed ea de re nihil amplius a nobis dica-  
tur. Precare autem pro me, ac Dominum  
roga, ut ne me deserat: sed quemadmodum  
me a præteritis tentationibus exemit, ita  
etiam ab imminentibus liberet, ad gloriam  
nominis ipsius, in quo spem collocavimus.

Alias  
ECLXXI.

## E P I S T O L A CLVIII.

*Dolet Basilius quod Antiochum non viderit: rogat ut pro se precetur: commendat  
fratrem camelis præpositum.*

## A N T I O C H O.

Ann. 373.

Q Uandoquidem obstiterunt mihi pec-  
cata mea, quominus possem quod  
dudum habebam tui congressus desi-  
derium, ad exitum perducere; litteris sal-  
tem absentiam delinio, atque adhortor,

Dut ne mei in tuis precibus intermittas me-  
minisse, ut si vivam, mihi te perfrui done-  
tur: sin minus, precibus tuis adjutus cum  
bona spe ex hoc mundo emigrem. Cæterum  
fratrem camelis præpositum tibi commen-  
damus.

Alias  
CCCLXXXVII.

## E P I S T O L A CLIX.

*Gaudet Basilius interrogari se ab hominibus timentibus Deum. Declarat se adhaerere fidei  
Nicænæ, sed ob exortam de Spiritu sancto quæstionem, addere glorificationem Spiritus  
sancti cum Patre & Filio, nec ad communionem admittere eos, qui Spiritum sanctum  
creaturam dicunt. Differt in aliud tempus uberiora documenta.*

## EUPATERIO ET FILIÆ.

Circa an-  
num 373.

I. Q Uantum voluptatis attulerint mihi  
litteræ dignitatis tuæ, conjicis pro-  
fecto ex his ipsis quæ scripsisti. Quid  
enim jucundius sit homini, in optatis haben-

Eti cum timentibus Deum semper colloqui,  
& utilitatis, quæ ab illis percipitur, esse  
participem, quam ejusmodi litteræ, qui-  
bus Dei inquiritur cognitio. Si enim vita  
nobis Christus est, consequens est & sermo-  
nem

nem nostrum de Christo esse, & cogitationem atque actionem omnem ex illius pendere mandatis, & animam nostram ad illius imaginem debere effingi. Itaque de eiusmodi rebus interrogatus gaudeo ac gratulor interrogantibus. A nobis igitur, ut verbo dicam, Patrum Nicææ congregatorum fides omnibus postea excogitatis præfertur: in qua confitentur Filium esse consubstantiallem Patri, ejusdemque naturæ, cujus est qui genuit. Nam lumen de lumine & Deum de Deo, & bonum de bono tum sancti illi Patres confessi sunt: tum nos qui eorum vestigiis insistere laudiducimus, hoc ipsum nunc testificamur.

Cur synodo Nicææ ali- quid edden- dum.

2. Sed quia nunc prodiens ab hominibus semper novi aliquid inducere conantibus quæstio, ab antiquioribus autem prætermis- sa eo quod nemo contradiceret, relicta est inexplanata ( dico quæstionem de Spiritu sancto ) ideo aliquid ea de re adjicimus, Scri- pturæ menti convenienter; quia ut bapti- zamur, ita & credimus: ut credimus, ita & glorificamus. Cum igitur baptisma nobis a Salvatore datum sit, in nomen Patris & Filii & Spiritus sancti; consentaneam bap- tismati confessionem fidei, consentaneam etiam fidei glorificationem adhibemus: Spi- ritum sanctum una cum Patre & Filio glo- rificantes; eo quod persuasum sit nobis, il- lum a natura divina non esse alienum. Ne- que enim eorumdem honorum esset parti- ceps quod alienum foret secundum natu- ram. Eorum autem qui Spiritum sanctum creaturam esse dicunt, miseremur, ut qui

A in peccatum non condonabile blasphemix in illum emissæ, per hanc vocem incidant. Nam rem creatam a divinitate divisam esse nihil opus est eos monere, qui vel tantillum in scripturis exercitati sunt. Creatura ser- vit, Spiritus liberat: creatura vita indiget, Spiritus est qui vivificat: creatura doctrina eget, Spiritus est qui docet. Creatura san- ctificatur, Spiritus est qui sanctificat. Sive dixeris angelos, sive archangelos, sive cœ- lestes omnes potestates, per Spiritum sancti- moniam accipiunt. Spiritus autem natura- lem habet sanctitatem, non gratia accep- tam, sed ipsius essentix insitam: unde & Sancti appellationem singulari ratione obti- net. Quod ergo natura sanctum est, quem- admodum Pater natura sanctus est, & Filius natura sanctus; id nec patimur a beata ac divina Trinitate separari & abscindi: nec ad- mittimus eos, qui facile ipsum inter crea- turas recensent. Hæc quasi in summa dicta sint, vestræ tamen pietati satis copiose. Nam ab exiguis seminibus uberem pietatis fructum, Spiritu sancto vobis opitulante, demeretis. *Da enim occasionem sapienti, & erit sapientior.* Cæterum uberiora documen- ta in congressum differemus, in quo & ob- jecta solvere, & ampliora ex scripturis pro- ferre testimonia, & sanam omnem fidei ra- tionem confirmare poterimus. In præsen- tiarum autem, brevitati ignoscite. Nam ne scripsissem quidem omnino; nisi damnum majus existimassem petita prorsus denega- re, quam inchoate satisfacere.

Classis II.

Prov. 9. 9.

Alias CXCVII.

## E P I S T O L A CLX.

*Cum Basilus ab initio episcopatus prohibuisset matrimonium cum uxoris mortuæ sorore; quidam hac lege offensus litteras sub Diodori nomine adversus eum circumtulit. Inde nata occasio hujus Basilii epistolæ, in qua decretum suum defendit ex consuetudine ecclesiæ suæ: objectum ex Moysi silentio argumentum dissolvit; imo Moysen non tacuisse contendit: ac postremo naturalem cognationem his nuptiis confundi demonstrat.*

## D I O D O R O.

Circa an- num 373.

I. **V**enerunt nobis litteræ nomine Dio- dori inscriptæ, at in reliquis quem- vis alium potius decentes quam Diodorum. Videtur enim astutus aliquis personam tuam induens, sic sibi voluisse auctoritatem apud auditores comparare. Qui quidem ab aliquo interrogatus, an sibi liceret mortuæ uxoris sororem in matrimonium ducere, interro- gationem non perhorruit, sed placide etiam audivit, ac lascivam libidinem fortiter pror- sus & pugnaciter adjuvit. Quod si adessent litteræ, eas ad te misissem, tatisque habe- res facultatis & ad tuam & ad veritatis de- fensionem. Sed quia qui illas ostenderat, rursus abstulit, & contra nos, qui id ab ini-

S. Basilii Oper. Tom. III.

Dio prohibuimus, velut tropæum quoddam circumtulit, licentiam se habere dictitans scripto mandatam; nunc ad te scripsi, ut duplici manu spuriam illam epistolam oppu- gnemus; nec quidquam ei roboris relinqua- mus, ne facile possit legentibus nocere.

2. Primum itaque, quod in eiusmodi re- bus maximum est; morem nostrum objice- re possumus, ut vim legis habentem, eo quod nobis a viris sanctis traditæ sint regulæ. Mos autem ille est eiusmodi, ut si quis impu- ritatis vitio aliquando victus in illicitam duarum sororum conjunctionem inciderit, neque id matrimonium existimetur, neque omnino in ecclesiæ cœtum admittantur, priusquam a se invicem dirimantur. Qua- re etiam si nihil aliud dici posset, satis esset

Consuetudo vim legis habet in ejusmodi rebus.

S ipsa

claus. II. ipsa consuetudo ad boni custodiam. Sed quia Arent, noxium esse exemplum patriarchæ. qui hanc scripsit epistolam, adulterino argumento malum tantum conatus est in mores hominum inducere; necesse est, ut nec ratiocinationem subsidium omittamus, quamquam in rebus valde conspicuis: argumentatione potior est uniuscujusque prænotio.

3. Scriptum est, inquit, in Levitico: *Uxorem super sorore ejus non accipies æmulam, ad revelandam turpitudinem ejus super eam, adhuc vivente ea.* Inde igitur manifestum esse dicit mortuæ sororem accipere licere. Bre nolens; sed generatim impuritates vituperavit? Sic & Apostolus Paulus ait: *Fornicatio autem & omnis immunditia ne nominetur quidem in vobis sicut decet sanctos: immunditiæ nomine tum virorum tum mulierum obscœna facinora comprehendens.* Quare non omnino silentium licentiam dat voluptariis.

Ad hoc primum quidem dicam, quæcumque lex dicit, iis qui in lege sunt dicere; alioqui sic & circumcissioni & sabbato & abstinentiæ ciborum subjiemur. Neque enim si quid inveniamus appositum nostris voluptatibus, jugo servitutis legis nos ipsi subjiemur: si quid autem visum fuerit grave in legalibus, tunc ad libertatem, quæ in Christo est, confugiemus. Interrogati sumus an scriptum sit, ut accipiatur uxor post ipsius sororem. Dicimus, quod tutum nobis est & verum, hoc scriptum non esse. Quod autem silentio prætermisum est, id per consequentis illationem colligere, legislatoris est, non legem recitantis; siquidem hoc pacto licebit volenti facinus aggredi, etiam adhuc viventis uxoris accipere sororem. Nam ipsum illud sophisma etiam ad eam rem appositum est. Scriptum est, inquit, *Non accipies æmulam*: proinde accipi eam extra æmulationem non prohibuit. Qui autem libidini patrociniabitur, æmulationis expertem esse affirmabit indolem sororum. Quare sublata causa, ob quam ambarum connubium prohibuit, quid impedit quominus sorores accipiantur? Sed hæc scripta non sunt, ajemus. Sed neque illa statuta sunt. Consequentiis autem intelligentia pariter ambabus licentiam tribuit. Verum oportebat paulisper ad ea, quæ legem præcedunt recurrendo, difficultate liberari. Videtur enim non omne peccatorum genus comprehendere legislator: sed peculiariter Ægyptiorum unde Israel exierat, & Chanaanorum ad quos transferebatur, mores interdiceret. Sic enim habet ad verbum: *E*

Lev. 18. 3. *Secundum instituta terræ Ægypti, in qua habitastis in ea, non facietis: & secundum instituta terræ Chanaan, in quam ego inducam vos illuc, non facietis, neque in legirimis eorum ambulabitis.* Verisimile est hoc peccati genus tunc inter gentes non viguisse. Quapropter opus non fuit legislatori, ut illud cavendum curaret: sed satis ei fuit mos non doctus ad sceleris reprehensionem. Quomodo igitur majore verito, minus prætermisit? quia videbatur multis carni indulgentibus, ut cum sororibus adhuc viventibus habita-

Nos autem quid facere oportet? Quæ scripta sunt dicere, an prætermisum accuratius scrutari? Proinus, non oportere uri una pellice Patrem & Filium, in his legibus scriptum non est: sed apud prophetam crimini maximo datur. *Filius enim, inquit, & pater ad eandem puellam ingrediebantur.* Quot autem alia cupiditatum impurarum generum quidem doctrina excogitavit, tacuit vero divina Scriptura, honestatem suam rerum turpium appellationibus scœdare nolens; sed generatim impuritates vituperavit? Sic & Apostolus Paulus ait: *Fornicatio autem & omnis immunditia ne nominetur quidem in vobis sicut decet sanctos: immunditiæ nomine tum virorum tum mulierum obscœna facinora comprehendens.* Quare non omnino silentium licentiam dat voluptariis.

4. Ego autem neque tacitam illam partem fuisse dico: imo etiam a legislatore vehementer admodum fuisse prohibitam. Illud enim, *Non ingredieris ad omnem carnis suæ affinem ad revelandam eorum turpitudinem*, hanc etiam affinitatis speciem completitur. Etenim quid viro affine magis est quam sua ipsius uxor, imo quam sua ipsius caro? Non enim amplius duæ sunt, sed una caro. Itaque per uxorem soror ad viri affinitatem transit. Quemadmodum enim matrem uxoris non assumet, neque filiam uxoris, propterea quod neque suam ipsius matrem, neque suam ipsius filiam: ita nec uxoris sororem, propterea quod neque suam ipsius sororem. Et vice versa, neque uxori licebit sese viri affinibus conjungere. Sunt enim utrinque communia affinitatis jura. Ego porro cuilibet de nuptiis consulenti testificor, præterire figuram hujus mundi, & tempus breve esse, *ut qui habent uxores tamquam non habentes sint.* Quod si mihi perperam legat illud: *Crescite & multiplicamini*: rideo legum tempora non discernentem. Fornicationis remedium nuptiæ secundæ, non occasio lasciviæ. Si se non continent, Nubant, inquit: non vero, & nubentes legem violent.

5. Isti autem, quorum animus vitio turpitudinis lippus est, ne ad naturam quidem respiciunt, quæ jam olim generis nomina discrevit. Ex qua enim cognatione natos appellabunt? Fratresne, an consobrinos vocabunt? Siquidem nomen utrumque eis ob confusionem congruit. Ne facias, o homo, amitam novercam infantium; nec quæ in matris loco fovete debet, eam æmulatione implacabili armaveris. Nam solum novercarum genus etiam post mortem odium ac inimicitiam extendit. Imo, alii inimici mortuis reconciliantur; novercæ odisse post mortem

Levit. 18. 18. Silentium Moysi obicitur Basilio.

Ephes. 5. 3.

Silentium non dat licentiam.

Moses non siluit de his nuptiis.

Levit. 18. 6.

1. Cor. 7. 29.

Gen. 1. 22.

1. Cor. 7. 9.

Naturalis cognatio confunditur his nuptiis.

tem incipiunt. Summa dictorum hæc est: **A**tem modus epistolæ cohibet. Precor autem, Classis II.  
 Si quis legitime nuptias appetit, totus orbis ut vel nostra admonitio vitium superet, vel  
 terrarum patet: sin libidine impellitur, ob non serpat in nostram regionem hoc piacu-  
 1. *Thef. 4. 4.* id magis etiam excludatur, *ut discat vas suum lum; sed in quibus admissum est locus, in*  
*possidere in sanctificatione & honore, non in his permaneat.*  
*passione desiderii.* Me plura dicere paran-

Alias  
CCCXCIII.

EPISTOLA CLXI.

*Amphilochium consolatur Basilius, tum cum fugeret ordinationem, gratiæ retribus irretitum. Hortatur ut praviæ doctrinæ pravisque moribus constanter obsistat. Rogat ut si se longo morbo debilitatum invisere velit, nec tempus nec signum expectet.*

AMPHILOCHIO ORDINATO  
EPISCOPO.

Anno 374. **B**enedictus Deus, qui sibi placentes  
 in singulis ætatibus eligit, electio-  
 nisque secernit vasa, & his utitur ad ministe-  
 rium sanctorum: qui nunc etiam te, cum fu-  
 geres, ut tunc dixisti, non nos, sed voca-  
 tionem quam per nos futuram suspicabaris,  
 inevitabilibus gratiæ retribus illigavit, ac in  
 mediam Pisidiam deduxit, ut homines Do-  
 mino capias, & ex profundo pertrahas ad lu-  
 cem, quos cepit diabolus, ut suam ipsius  
 faciant voluntatem. Dic igitur & tu quæ  
 beatus David dicebat. *Quo ibo a spiritu tuo,*  
 1. *Reg. 9. 3.* *& quo a facie tua fugiam?* Talia enim opera-  
 tur miracula benignissimus Dominus noster.  
 Asinæ pereunt, ut rex Israel fiat. Sed ille  
 cum Israelita esset, Israeli datus est: te vero  
 non habet quæ enutrivit & ad tantum per-  
 duxit virtutis apicem: sed vicinam videt  
 proprio ornatu decoram. Sed quia unus po-  
 pulus sunt quotquot in Christum sperant,  
 & nunc una ecclesia qui Christi sunt, quam-  
 quam ex multis locis nominatur; gaudet  
 etiam patria, & lætatur Domini dispensa-  
 tionibus, neque amisisse se unum virum exi-  
 stimat, sed per unum totas ecclesias acquisi-  
 visse. Tantummodo largiatur Dominus, ut  
 & præsentem videamus, & absentes audiamus  
 tuum in Evangelio profectum ac rectum ec-  
 clesiarum ordinem.

Amphilo-  
chius fugie-  
bat Basili-  
um.

*Psal. 138. 7.*  
1. *Reg. 9. 3.*

*1. Reg. 9. 3.*  
1. *Reg. 9. 3.*

*1. Reg. 9. 3.*  
1. *Reg. 9. 3.*

*1. Reg. 9. 3.*  
1. *Reg. 9. 3.*

**B**citata superior animo, immerfabile custodi  
 falsis & amaris praviæ doctrinæ fluctibus na-  
 vigium; expectans tranquillitatem, quam  
 faciet Dominus, simul ut vox inventa fue-  
 rit digna, quæ ipsum excitet ut ventos & ma-  
 re increpet. Quod si nos jam longa ægritudi-  
 ne properantes ad necessarium exitum invi-  
 sere cupis; nec tempus nec a nobis signum  
 expectes; quippe cum scias nullum tempus  
 paternis visceribus commodum non esse ad  
 dilecti filii complexum; ac sermone omni  
 præstantiorem esse mentis affectionem. No-  
 li onus viribus fortius lamentari. Si enim  
 ipse hoc esses oneris portaturus, ne sic qui-  
 dem grave foret, sed prorsus intolerabile.  
 Si vero Dominus tecum portat: *Jacta super*  
*Dominum curam tuam, & ipse faciet.* Sine  
 te hoc unum commoneam, ut in omnibus  
 caveas, ne ipse pravis moribus una cum aliis  
 abripiare, sed mala quæ prius obtinuerunt,  
 per datam a Deo tibi sapientiam in melius  
 transferas. Misit enim te Christus, non ut  
 alios sequere, sed ut ipse præeas his qui sal-  
 vantur. Quinetiam, rogo, pro me prece-  
 dris, ut si adhuc in hac vita remaneo, dignus  
 habear qui te una cum tua ecclesia videam:  
 sin hinc jam abire jubeor, illic vos videamus  
 apud Dominum, illam quidem, tamquam  
 vitem, bonis operibus affluentem; te vero,  
 tamquam sapientem agricolam, & bonum  
 servum demenso confervis tempestive di-  
 stribuendo, mercedem fidelis prudentisque  
 dispensatoris reportantem. Quotquot me-  
 cum sunt, pietatem tuam salutant. Valens  
 lætusque sis in Domino: clarus in donis spiri-  
 tus & sapientiæ custodiaris,

*Psal. 54. 23.*  
*Episcopus non debet sequi, sed præire.*

Alias  
CCLVIII.

EPISTOLA CLXII.

*Non desperat Basilius se precibus Eusebii impetraturum, ut ad eum veniat, & morbo sanetur, quo a die Paschæ usque ad hunc diem laborat, tam vario & multiplici ut exprimi non possit. Sperat tamen Barachum fratrem satis multa dicturum, ut causa dilationis probeur.*

EUSEBIO EPISCOPO  
SAMOSATORUM.

Anno 374. **V**idetur me res eadem & tardum facere  
 ad scribendum, & rursus scribendi ne-  
 S. *Basili Opera. Tom. III.*

**C**essitatem afferre. Cum enim ad itineris mei  
 respicio debitum, & congressus emolumentum  
 considero; plane mihi epistolas contem-  
 nere subit, ut quæ ne umbræ quidem ratio-  
 nem

Classis II. nem explere possint, si cum veritate comparantur. Rursus autem cum cogito hoc unicum solatium maximis & præcipuis privato superesse, ut virum tantum salutem, & pro more solito rogem, ut ne mei obliviscatur in precibus; subit mihi litteras non parvi facere. Ac spem quidem adventus nec ipse projicere animo volo, nec tuam pietatem desperare. Pudet enim me, si non precibus tuis tantum videar confidere, ut vel juvenis ex senē fiam, si hoc necessarium sit, non solum paulo valentior, ex infirmo & profus attenuato, qualis sane nunc sum. Cur autem jam non adsim, causas verbis dicere haud mihi facile, non solum præsentis infir-

Quantum  
Basiliius  
confidat  
Eusebii præ-  
cibus.

mitate impedito, sed etiam numquam habenti tantam dicendi facultatem, ut multiplicem ac varium morbum perspicue exprimam. Cæterum a die Paschæ usque ad hunc diem febres, ventris resolutiones, & viscerum commotiones, sicut fluctus me immergentes, emergere non sinunt. Præsentia autem quæ & qualia sint, dicere poterit & frater Barachus, si minus eo modo, qui dignus sit veritate, saltem quantum satis est ad dilationis causam significandam. Omnino autem persuasum mihi est, si nobiscum sincere precatus fueris, me ab omnibus molestiis facile liberatum iri,

Barachus.

Alias  
666xxviii.

## E P I S T O L A CLXIII.

*Laudat Jovini litteras, in quibus ejus animus depictus erat. Libenter cum inviseret, nisi morbo detineretur, qui quantum sit, narrandum testi oculato Amphilochio relinquit.*

## JOVINO COMITI,

Ann 374.  
Oratio men-  
tis effigiem  
exprimit.

Vidi tuum animum in litteris. Nam vera pictor nullus tam accurate corporis effigiem assequi potest, quam oratio mentis arcana exprimere. Nam & morum gravitatem, & honoris veritatem, & animi in omnibus sinceritatem apte nobis effinxit litterarum sermo, unde & tuæ absentia magnum nobis solatium attulit. Quare non te fugiat qualibet oblata scribendi occasione uri, atque hoc ex longo intervallo colloquium impertire; quandoquidem coram con-

veniendi spem abstulit corporis infirmitas; quæ quanta sit dicet tibi religiosissimus episcopus Amphilochius, qui & rem novit eo quod multum nobiscum fuerit, & quæ vidit verbis exprimere potest. Cæterum nota esse volo incommoda mea, non aliam ob causam, nisi ut deinceps veniam consequar, & pigritiæ crimen effugiam, si vos invisere omitram. Quamquam hujus rei jactura non tam excusatione indiget quam consolatione. Nam si possem cum tua gravitate convenire, id equidem iis, quæ studio digna aliis videntur, longe antiquius haberem,

Amphilo-  
chius.

Alias  
666xxxviii.

## E P I S T O L A CLXIV.

*Laudat Basiliius eximias Ascholi litteras, & gratias agit ob missum ad se martyris corpus, cujus hortator fuerat Ascholius. Sed mœrore affectum se dicit, dum comparat cum præsentis rerum statu, quæ de beato Euryche, & de martyrum constantia scripserat Ascholius.*

ASCHOLIO EPISCOPO  
THESSALONICÆ,

Ann 374.

I. Quanto nos gaudio repleverint litteræ sanctitatis tuæ, nos sane non facile demonstrare possimus; sermo siquidem rei clare explicandæ impar est: ipse autem apud te ipsum existimare debes, ex eorum quæ scripsisti pulchritudine conjecturam faciens. Quid enim non habebat epistola? Nonne in Dominum amorem? Nonne mirum quiddam de martyribus, ita perspicue certaminis modum describens, ut res nobis poneret oculos? Nonne & in nos ipsos honorem ac dilectionem? Nonne quidquid præterea quis dixerit? Ita ut, ubi episcopus noster sumsi, eamque legis præcipue in ea gratiam Spiritus perhi viderer præcis temporibus ver-

Diari, cum florent ecclesiæ Dei, fide radicatæ, conjunctæ caritate, membris variis qua si in corpore uno unam conspirationem habentibus: cum manifesti essent qui persequerentur; manifesti itidem qui patiebantur persequutionem; cum populi bello oppugnati multiplicarentur, ac martyrum sanguis ecclesias irrigans, veritatis athletas multo plures aleret, posterioribus priorum exemplo sese ad certamen parantibus. Tunc Christiani pacem habebamus inter nos: pacem illam quam reliquit Dominus, cujus nunc ne vestigium quidem nobis jam superest, adeo illam crudeliter a nobis invicem abegimus. Veruntamen redierunt animi nostri ad præscam illam beatitudinem, ubi litteræ ex remota regione venerunt, dilectionis pulchritudine efflorescentes; ac Martyr nobis advenit a barbaris ultra Istrum ha-

Antiquus  
ecclesiarum  
status.

bi-



bitantibus, per se ipse prædicans fidei illi-  
vigentis integritatem. Quis animarum no-  
strarum his in rebus lætitiā enarrare possit?  
Quænam excogitetur dicendi vis, quæ cla-  
re valeat affectum in corde nostro recondi-  
tum enarrare? Profecto cum vidimus athle-  
tam, illius hortatorem felicem prædicavi-  
mus: qui apud justum iudicem iustitiæ coro-  
nam & ipse recipiet, eo quod multos ad cer-  
tandum pro pietate corroboraverit.

Ascholi-  
us  
hortator  
martyris.

Beatus Eu-  
tyches.

2. Quoniam beatum virum Eutychem in  
memoriam nobis revocasti, patriamque no-  
stram exornasti, ut quæ pietatis semina præ-  
buerit, oblectasti quidem nos recordatione  
præteritorum, sed affecisti tristitia his quæ  
videmus arguendis. Enimvero nemo no-  
strum Eutychi virtute similis: qui utique  
tantum abest ut barbaros Spiritus virtute ac  
donorum illius efficacia mansuefaciamus,  
ut eos etiam qui mansueti sunt, peccatorum  
nostrorum magnitudine feroces reddamus.  
Nobis enim causam & peccatis nostris ad-  
scribimus, cur tantopere diffusa sit hæreti-

corum potentia. Etenim nulla fere pars or-  
bis terrarum hæresis incendium effugit. Tua  
autem narratio, athletica certamina, cor-  
pora pro pietate dilacerata, furor barbaro-  
rum ab hominibus corde impavidis contem-  
tus, varia tormenta persequentium, de-  
certantium in omnibus constantia, lignum,  
aqua, quibus consummati martyres. No-  
stra vero qualia sunt? Refrixit caritas: Pa-  
trum vastatur doctrina: naufragia circa fi-  
dem crebra: silent piorum ora: populus a  
precactionis ædibus abactus, sub dio ad Do-  
minum, qui in coelis est, manus attollit.  
Ac graves quidem sunt afflictiones, nusquam  
tamen martyrium, eo quod qui nos vexant,  
eodem ac nos appellentur nomine. Eam ob  
causam cum ipse Dominum precare, tum  
strenuos omnes Christi athletas ad adhiben-  
das pro ecclesiis preces tibi adijunge: ut si  
quid adhuc temporis superest mundi consti-  
tutioni, nec jam in contrarium impetum  
feruntur omnia, reconciliatus ecclesiis suis  
Deus, ipsas ad prisam pacem reducat.

Classis II.

Orientis  
mala descri-  
buntur.

## EPISTOLA CLXV.

Alias  
CCCXXXIX

Narrat Basilium acceptam ex Sorani litteris lætitiā, eumque laudat, quod & antea  
pro fide certamina sustinuerit, & nunc Martyris nuper coronati corpore patriam hono-  
raverit. Rogat ut pro se precetur.

ASCHOLIO EPISCOPO  
THESSALONICÆ.

Anno 374.

Votum nobis antiquum adimplevit  
Deus sanctus, cum nobis dignatus est  
concedere, ut veræ pietatis tuæ litteras ac-  
ciperemus. Hoc enim maximum est, &  
maxime exoptandum, videre te & videri a  
te, ac Spiritus donis, quæ in te sunt, per  
nosmetipsos perfrui. Sed quia id & loci di-  
stantia aufert, & negotia quibus privatim  
uterque nostrum detinemur; in secundis vo-  
tis fuerit, ut anima frequentibus tuæ in  
Christo caritatis litteris alatur. Quod &  
nunc nobis contigit, cum prudentiæ tuæ  
epistolam in manus sumimus. Plus enim  
quam gemini facti sumus, iis quæ a te scripta  
sunt perfruentes. Erat enim revera & tuam  
ipsum intueri animam, velut in speculo quo-  
dam, ita in sermone relucens. Illud au-  
tem multiplici me lætitia affecit, non solum  
quod is sis quem omnium testimonia prædi-  
cant: sed etiam quod egregiæ tuæ dotes pa-

triæ nostræ sint ornamenta. Enim vero ve-  
luti viridis quidam surculus ab eximia radi-  
ce profectus, fructibus spiritualibus natio-  
nem exteram replevisti. Quare nec injuria  
patria nostra de suis gloriatur germinibus.  
Et cum pro fide certamina sustineres, Deum  
glorificabat, bonam Patrum hæreditatem  
in te audiens custodiri. Tua autem nunc  
qualia sunt? Martyre, qui nuper in vicina  
vobis barbaria decertavit, patriam hono-  
rasti, velut gratus agricola ad eos qui semi-  
na præbuerunt, fructuum primitias mit-  
tens. Vere digna Christi athleta dona: Mar-  
tyr veritatis nuper iustitiæ corona redimi-  
tus, quem & læti suscepimus, ac Deo, qui  
jam in omnibus gentibus Christi sui Evan-  
gelium adimplevit, gloriam dedimus. Si-  
ne autem hoc te rogem, ut nostri qui te di-  
ligimus, memineris in precibus, ac sedulo  
Dominum pro animabus nostris preceris; ut  
& nobis aliquando donetur Deo incipere ser-  
vire secundum viam mandatorum ipsius,  
quæ nobis dedit ad salutem.

Sorani pro  
fide certa-  
mina susti-  
nuit.

Cappadocia  
Scythis  
præbuit  
semina pie-  
tatis.

## EPISTOLA CLXVI.

Alias  
CCLI.

Basilium seu potius Gregorium beatum prædicat Eupraxium, quod ad Eusebium se  
conferat; sed multo beatiorum ipsum Eusebium, cui exilium gratulatur, eumque rogat  
ut pro se precetur & ad se pergat scribere.

EUSEBIO EPISCOPO  
SAMOSATORUM.

Anno 374.

Carus mihi in omnibus ac inter germa-  
nos amicos omni honore dignus frater

Enoster Eupraxius; carior & germanior visus  
ob animum in te suum. Qui quidem, etiam  
nunc ad tuam pietatem festinavit, (ut Davi-  
dis verbis utar) tamquam cervus plurimam  
sitim

Eupraxius.

*Classis II.* fitim & intolerabilem apto ad potum & puro fonte restringens. Ac beatus quidem quod consuetudine tua & congressu dignus habitus fuerit. At tu beatorum qui his, quæ pro Christo passus es & pro veritate excludisti, ejusmodi coronidem imposuisti, ad quam pauci ex iis qui Deum timent, pervenere. Non enim inexploratam ostendisti virtutem, nec quieto tantum tempore recte navigasti, & aliorum gubernasti animas: sed inter tentationum difficultates enituiti, & persequentibus factus es superior, forti animo migrans e patria. Ac paternum quidem solum habent alii, nos vero supernam civitatem: alii nostrum fortasse thronum, nos Christum. O præclara negotiatio! qualia contemimus? Qualia lucrati sumus? Transivimus per ignem & aquam: confido autem fore ut etiam in refrigerium educamur. Non enim nos perpetuo derelinquet Deus, neque rectæ doctrinæ persecutio ipsi erit contemptui: sed secundum multitudinem dolorum nostrorum consolationes ejus lætificabunt nos. Atque hoc quidem pro certo habemus & optamus. Tu vero, rogo, vota fac pro nostra humilitate: & quotiescumque se obtulerit occasio, nobis per litteras benedicere ne graveris, & lætiores reddere de rebus tuis erudiens, id quod & nunc facere non es indignatus.

*Alias ECLII.*

## EPISTOLA CLXVII.

*Basilii, seu potius Gregorius acceptam ex litteris Eusebii lætitiā significat: molestias excusat & negotia, quod cum non invisat: ipsius litteras sibi & lucro & honori apud multos esse restatur.*

EUSEBIO EPISCOPO  
SAMOSATORUM.*Anno 374.*

**E**T cum scribis, & cum nostri memor es, lætitia nos afficis: & quod hoc majus est, cum nobis in litteris benedicis. Nos porro, si digni tuis laboribus & tuo pro Christo certamine essemus; concessum nobis fuisset, ut ad te profecti pietatem tuam complecteremur ac patientiæ in ærumnis exemplum caperemus. Sed quia ea re indigni sumus, molestias multis ac negotiis detenti, quod secundum est, facimus; salutamus tuam præstantiam, precamurque ut ne nostri defatigeris meminisse. Nam litteris tuis dignos haberi non lucrum dumtaxat nobis est; sed gloriatio etiam apud multos atque ornamentum, quod apud virum virtute tanta præditum, tamque Deo conjunctum, ut ei alios etiam tum sermone tum exemplo conjungere queat, aliquo in numero sumus.

*Alias ECLXIX.*

## EPISTOLA CLXVIII.

*Quantum dolet Basilii Ecclesiam pastore destitutam; tantum Antiochi felicitatem prædicat, quod cum Eusebia versetur.*

*ANTIOCHO presbytero fratris Eusebii filio, qui cum patruo exulante versabatur.*

*Anno 374.*

**Q**uam doleo ecclesiam pastoris tantum destitutam regimine, tantum felices vos prædico, quibus contrigit ejusmodi tempore cum viro esse magnum pro pietate certamen decertante. Persuatum enim mihi est vos quoque, a quibus propensa illius voluntas præclare excitatur & extimulatur, eandem sortem a Domino consequuturos. Quantum autem lucrum in summo otio perfrui viro tot ac tantum ex doctrina, tum ex rerum experientia consequuto? Quare certo scio vobis nunc demum cognitum esse virum illum, quali sit prudentia; propterea quod præterito tempore & ipse mentem habebat in multa distractam, nec vobis tantum erat a vitæ negotiis otii, ut toti accumberetis ad spirituale fluentum e puro viri pectore promanans. Sed largiatur Dominus, ut & vos ei sitis solatio, & ipsi aliorum non indigeatis consolatione. Quod utique persuasum habeo de cordibus vestris, conjecturam faciens & ex mea ipsius experientia, qua vestri paulisper periculum feci, & ex optimi magistri summa doctrina, quocum vel unum diem versari satis est ad salutem viatici.

*Alias ECLXXII.*

## EPISTOLA CLXIX.

*Glycerius quidam diaconus, cum multas virgines congregasset, & noctu aufugiens choros cum illis duceret, Gregorius hanc captivitatem collegit. Unde cum rogat Basilii, ut Glycerium redire jubeat, virginesque a tyrannide liberet, saltem eas quæ redire volunt. Glycerio modeste redeunti veniam promittit; secus vero, depositionem minatur.*

## GREGORIO BASILIUS.

*Circa annum 374.*

**N**egotium quidem suscepisti lene, atque humanum, cum contemptoris E. Glycerii (sic enim interim scribimus) captivitatem collegisti, communeque nostrum dedecus, quoad ejus fieri potuit, contexisti.

Ope-

Operæ autem pretium est, ut pietas tua gestarum ab eo rerum certior facta, sic ignominiam diluat. Gravis ille nunc & venerandus apud vos Glycerius, a me quidem ordinatus est Venensis ecclesiæ diaconus, ut & presbytero ministraret, & opus ecclesiæ curaret. Est enim, quamvis ad alia absurdus, saltem ad manuum officia haud male a natura comparatus. Posteaquam autem diaconus institutus est, opus quidem perinde neglexit, ac si nullum ei prorsus impositum esset. Coactis autem miseris virginibus, privata auctoritate atque potentia, partim sua sponte ad eum accurrentibus (nec enim te fugit, quam ad huiusmodi res prompta sit juvenus) partim invitis & repugnantibus, gregis imperium sibi arrogare aggressus est; ac patriarchæ nomine & habitu sibi imposito, statim insolenter se efferre coepit, non causa aliqua probabili ac pietate eo deveniens, verum hanc parandi victus rationem, ut alius quamlibet aliam, sibi proponens: ac parum absuit quin totam etiam ecclesiam sedibus suis commoveret; contemnens presbyterum suum, virum & vitæ instituto & ætate venerandum, contemnens chorepiscopum, ac nos etiam tamquam nullius pretii homines; semperque tumultibus ac perturbationibus urbem atque universum clerum implens. Ac tandem, ubi a me & a chorepiscopo levibus verbis objurgatus est, ne contemtor evaderet: (nam juvenes etiam ad eandem contumaciam exercebat) facinus admodum audax & inhumanum excogitat. Virgines, quotquot potuit, per sacrilegium prædatus, nocte observata, fugam capeffit. Omnino tibi gravia hæc videbuntur. Tempus quoque considera. Habebatur ibi conventus, atque ingens undecumque, ut par est, confluebat multitudo. Ille autem vicissim chorum suum introduxit, juvenes sequentem, ac tripudiantem, ac plurimum quidem tristitiæ piis afferentem, plurimum autem risus lascivis & lingua procacibus. Neque his contentus, etsi tam atrocibus & horrendis; sed etiam parentes, ut audio, virginum, orbitatem non ferentes, atque dispersam turbam reducere cupientes, & ad filiarum suarum pedes cum gemitibus, ut consentaneum est, accidentes, admirandus juvenis cum prædatoria sua manu contumeliis atque ignominia afficit. Hæc velim non ferenda existimet pietas tua: etenim hoc ludibrium commune omnium nostrum est; sed in primis jube eum cum virginibus redire; misericordiam enim aliquam, si modo cum tuis litteris revertatur, poterit consequi. Sin minus, virgines saltem ad ecclesiam earum matrem remitte. Quod si hoc fieri nequit, ac certe in eas quæ redire volunt, tyrannidem exerceri ne patiaris; sed persuade ut ad nos revertantur; alioqui Deum & homines testamur hæc minime recte fieri, nec ex ecclesiæ legibus. Glycerius autem si cum disciplina & congruenti modestia redeat, id optimum: secus vero sit a ministerio remotus.

Glycerius diaconus institutus, ut opus ecclesiæ curaret.

Patriarchæ nomen & vestis.

Alias CCCCXIV.

## E P I S T O L A CLXX.

*Glycerio veniam pollicetur Basilius, si cito redeat, secus vero, depositionem minatur.*

GLYCERIO.

Circa an. 374.

Quousque tandem amentia præceps ageris, & tibi quidem ipse male consultes, animos autem nostros concitabis, atque universum monachorum cœtum infamia & dedecore afficies? Redi igitur Deo fretus & nobis, qui ejus benignitatem imitamur. Nam si paterno animo repre-

hendimus, etiam paterno animo ignoscemus. Ita tecum agimus: siquidem multi alii tua causa supplicant, & ante alios presbyter tuus, cujus canitiam & misericordiam reveremur. Quod si diutius a nobis te removes, gradu quidem omnino excidisti; Deum autem etiam amittes, cum tuis cantilenis & stola: quibus rebus ducis adolescentulas non ad Deum, sed ad barathrum.

Alias CCCCXIII.

## E P I S T O L A CLXXI.

*Queritur iterum Basilius, quod Glycerius & virgines nondum redierint.*

GREGORIO.

Circa an. 374.

Scrpsi ad te & antea de Glycerio & virginibus. At illi necdum hodie redierunt: verum adhuc morantur; qua de causa, & quomodo nescio. Neque enim tibi hoc crimen intulerim, quod invidiæ nobis

creandæ causa id facias, vel ipse non nihil nobis offensus, vel gratiam ab aliis iniens. Veniant igitur, omni metu posito: Esto tu hujus rei sponsor. Angimur enim dum membra abscinduntur, etiam si recte præcisa sint. Quod si restiterint; aliorum erit onus, nos autem abluimur.

EPI-

Classis II.  
Alias  
CCCXXXV.

## EPISTOLA CLXXII.

*Significat Basilius se ex Sophronii litteris & lætitiâ eo majorem quo tunc rarior erat caritas, collegisse; & summum cum hoc Patrum fidei defensore colloquendi desiderium concepisse.*

## SOPHRONIO EPISCOPO.

Circa an.  
374.

**Q**uanta me lætitiâ litteræ tuæ affecerint, scribere nihil mihi opus est. Id enim profecto conjicis ex his quæ scripsisti, cum talia sint. Primum enim Spiritus fructum, caritatem, mihi per epistolam ostendisti. Quid autem ea mihi possit esse antiquius in hoc temporum statu, quo propter multiplicatam iniquitatem refrixit multorum caritas? Nunc enim nihil est tam rarum, quam spiritualis fratris congressus, & verbum pacificum, & spiritualis communio: quam in tua integritate nactus, Domino gratias egi, orans ut & cumulata in te lætitiâ perfruar. Si enim tales epistolæ, qualis congressus? Et si eminus sic capis, quanti eris pretii tum cum cominus conspiceris? Scito autem, nisi negotiorum

innumerabilium multitudo detineret ac ineluctabilis illa necessitas qua constringor, ipsum me ad tuam integritatem properatum fuisse. Quamquam magnum quidem impedimentum est, quominus movear, vetus illa corporis ægritudo; sed tamen ob speratam utilitatem hoc impedimentum esse non duxissem. Congredi enim cum viro, eadem sentiente, & Patrum fidem defendente, uti de te venerandi fratres & compresbyteri narrant, est profecto ad prisca ecclesiarum beatitudinem reverti; cum pauci quidem disputandi morbo laborarent, omnes autem tranquillo essent animo, mandata citra pudorem perficientes, per nudam & simplicem confessionem Domino servientes, ac fidem in Patrem & Filium & Spiritum sanctum inviolabilem & minime curiosam servantes.

2. Timoth. 2.

Alias  
CCCLII.

## EPISTOLA CLXXIII.

*Declarat Basilius se raro scribere, dum metuit ne litteræ interciperentur: exponit in quo consistat vitæ evangelicæ institutum, quod Theodora amplexa fuerat.*

## THEODORÆ CANONICÆ.

Circa an.  
374.

**T**ardus sum ad scribendum, quod minime persuasum mihi sit litteras meas omnino reddi caritati tuæ, sed perferentium improbitate innumeros alios eas prius legere; cum præsertim ea nunc sit rerum perturbatio in orbe terrarum. Quare expecto dum quodam modo incuser, ac litteræ violenter reposcantur: ut hoc argumento eas reddi cognoscam. Sive autem scribam, sive taceam; unum mihi opus est, in animo dignitatis tuæ retinere memoriam, ac Dominum precari, ut det tibi cursum boni illius instituti, quod elegisti, absolvere. Vere enim non leve certamen est promittenti, quæ ex promissis consequuntur adjicere. Nam evangelicum vivendi genus amplecti cujusvis est; sed etiam ad minima quæque observationem perducere, nec quidquam eorum, quæ illic scripta sunt negligere, hoc pauci admodum ex his quos novimus, perfecere. Nempe lingua refrænata uti, & erudito ex Evangelii mente oculo: operari manibus secundum propositum Deo placendi:

Non leve certamen vota adimplere.

pedes item movere, & unoquoque membro sicuti, ut initio Conditor noster ordinavit: modestia in vestitu: cautio in virorum colloquiis: in cibis frugalitas: in rerum necessarium possessione nihil superflui. Hæc omnia exigua quidem dum sic simpliciter narrantur: sed magno certamine ad perficiendum indigent, quemadmodum re ipsa comperimus. Sed & humilitatis perfectio, adeo ut neque majorum claritatis meminerimus, nec si quid nobis in sit a natura aut corporis aut animi ornamentum, inde efferamur, neque externas de nobis opiniones an sationis ac tumoris faciamus; hæc cum vitæ evangelicæ connexa sunt. Ad hæc constantia in abstinentia, in precando sedulitas, in fraterna dilectione commiseratio, liberalitas erga indigentes, spiritus animique abjectio, cordis contritio, fidei sanitas, in mœrore æquabilitas; numquam intermitte cogitatione nostra terribilis illius & ineluctabilis judicii recordationem, ad quod omnes quidem festinamus, sed qui illius reminiscantur, ac de illius exitu sint solliciti, paucissimi sunt.

Alias  
CCLXXXIII

## E P I S T O L A CLXXIV.

*Raro scribit huic viduæ Basilus, ne quid ei periculi creet. Hortatur ut a divini iudicii cogitatione animum non dimoveat, nec tamen nimis distringatur sollicitudine.*

## AD VIDUAM.

Circæ an.  
374Basilii in-  
mici obser-  
vant, num-  
quis ab eo  
litteras ac-  
cipiat.

**E**quidem etsi omnino cupiebam ad tuam nobilitatem sæpissime scribere; me ipse semper cohibui, ne quas vobis tentationes viderer suscitare, propter eos qui infenso in me sunt animo, atque etiam, ut audio, inimicitiam eo usque perducunt, ut curiosius inquirent, an quis a me litteras accipiat. Sed quia ipsa præclare faciens, litteras coepisti mittere, ac scripsisti nobis, ut par erat, de rebus animæ tuæ communicans; **B** Nam & viventibus nobis in hac carne bona incitatus sum ad rescribendum, cum ea quæ præterito tempore omiſsa sunt, sarcians: tum etiam ad ea quæ a tua nobilitate scripta sunt, respondens. Nempe beata est anima illa, quæ noctu ac interdium nullam aliam curam versat, nisi quomodo in die illa magna, in qua creatura omnis actionum suarum rationem redditura iudicem circumstabit, possit & ipsa vitæ suæ rationem facile ponere. Qui enim diem illam atque horam ante oculos positam habet, semperque suam pro illo tri-

Abunali, quod decipi nequit, defensionem meditatatur, is aut nihil aut omnino levissima peccabit; quia peccare nobis ob absentiam timoris Dei contingit: quibus autem clare observabitur intentarum minarum expectatio, his nullum tempus dabit insitus timor in involuntarias actiones aut cogitationes incidendi. Itaque Dei memineris & illius timorem in corde habeto, atque ad communionem precum omnes adijunge. Magnum enim est eorum qui Deum placare possunt auxilium: neque hæc facere intermiseris. **B** Nam & viventibus nobis in hac carne bona erit adiutrix precatio, & inde proficiscentibus idoneum viaticum ad futurum ævum. Quemadmodum autem sollicitudo res bona est: ita rursus animum despondere & desperare, ac de salute diffidere, res sunt animæ noxiæ. Spem itaque in Dei bonitate colloca, & illius auxilium expecta: certo sciens, si recte ac sincere ad ipsum convertamur, futurum ut non modo nos omnino non rejiciat, sed etiam nobis adhuc precum verba proferentibus dicat: Ecce adsum.

Alias  
CCCCX.

## E P I S T O L A CLXXV.

*De fide nihil vult scribere Basilus, ac de calumniatoribus suis queritur.*

## MAGNENIANO COMITI.

Circæ an.  
374Basilii lab-  
miorum  
nequitia.

**N**on ita pridem scribebat mihi gravitas tua; cum nonnulla alia, tum ut de fide scriberem, aperte præcipiens. Ego porro tuum hujus rei admiror studium, ac Deum rogo, ut indefessa tibi insit bonorum electio, ac semper progrediens tum scientia tum bonis operibus perfectus evadas. Sed quia nolo de fide scriptum relinquere, nec diversas fidei professiones scribere, recusavi mittere quæ postulastis. Cæterum mihi videmini erudiri ab hominibus illic nihil agentibus, qui ut me calumnientur nonnulla pro-

**C**ferunt; quasi inde seipſos sint commendaturi, si de me turpissima mentiantur. Illos enim nudat præteritum tempus, & progrediens experientia notiores faciet. Nos autem præcipimus iis, qui in Christum sperant, nihil curiose præter antiquam fidem inquirere: sed quemadmodum credimus, ita & baptizari, & quemadmodum baptizamur, ita & glorificare. Nomina autem nobis satis est ea confiteri quæ a sancta Scriptura accepimus, & in his novitatem vitare. **D** Non enim in inventione nominum nostra factus, sed in sana divinitatis, in quam credimus, confessione.

Alias  
CCCCXIV.

## E P I S T O L A CLXXVI.

*Amphilochium invitat Basilus ad diem festum S. Eupsychii, rogatque ut tribus diebus ante ipsum diem festum adveniat.*

## AMPHILOCHIO EPISCOPO ICONII.

Anno 374.

**F**axit Deus sanctus, ut tibi corpore valenti, & omnibus negotiis soluto, & omnia ex sententia gerenti hæc epistola nostra. *S. Basilii Oper. Tom. III.*

**E**stra in manus veniat; ut inanis & irrita non sit nostra adhortatio, qua te rogamus, ut nunc in civitatem nostram advenias, quo conventus, quem quot annis agere in honorem martyrum mos est ecclesiæ nostræ, illustrior fiat. Nam persuasum sit tibi, vir mihi

T hi

Classis II.

Plebs Cæsariensis nullius præsentiam magis desiderat, quam Amphilocheii.

hi colendissime & vere quam desideratissimi. Aut otiose mutuum inter nos colloquium habeamus, nolque invicem donorum spirituum communicatione consolemur. Præstitutus porro dies est Septembris quintus. Quamobrem, quæso, tribus diebus tempus illud anticipato, ut & memoriam Prochotrophii præsentia tua insignem efficias. Sanus, lætulque in Domino, & pro me deprecans serveris mihi & ecclesiæ Dei per gratiam Domini,

ut otiose mutuum inter nos colloquium habeamus, nolque invicem donorum spirituum communicatione consolemur. Præstitutus porro dies est Septembris quintus. Quamobrem, quæso, tribus diebus tempus illud anticipato, ut & memoriam Prochotrophii præsentia tua insignem efficias. Sanus, lætulque in Domino, & pro me deprecans serveris mihi & ecclesiæ Dei per gratiam Domini,

Alias  
CCCXXXIV

## E P I S T O L A CLXXVII.

*Commendat Basilius Eusebium, qui calumniis appetitus gravissimum judicium sustinebat tempore molestissimo.*

SOPHRONIO MAGISTRO.

Anno 374

**R**ecensere omnes, qui propter me beneficiis a tua magnanimitate affecti sunt, non facile est; adeo multis conscius mihi sum me bene fecisse per inagnam tuam manum, quam mihi Dominus gravissimis temporibus adjutricem largitus est. Omnium autem dignissimus est qui juvetur, is quem nunc tibi per litteras meas sulto, colendissimus frater noster Eusebius, absurda

bappetitus calumnia, quam propulsare solius tuæ est probitatis. Quapropter rogo, ut & juris habens rationem, & ad humanam conditionem respiciens, & consueta in me beneficia conferens, huic viro omnium loco sis, eumque una cum veritate adjuves. Nam præsidii non parum in jure positum habet; quod quidem nisi tempus præsens læserit, facile erit clare & ineluctabiliter demonstrare.

Alias  
CCCLX.

## E P I S T O L A CLXXVIII.

*Commendat Basilius eundem Eusebium, ac rogat, ne quia multi in atrocissimis sceleribus deprehensi, in eum hæc suspicio redundet.*

A B U R G I O,

Anno 374

**S**Cio me tuæ dignitati multos sæpenumero commendasse, & gravissimis temporibus non parum afflictis profuisse. Sed nullum antea missum a me ad tuam præstantiam memini, qui mihi carior foret, aut qui de rebus majoris momenti decertaret, quam desideratissimus filius Eusebius, qui nunc tibi hæc a me litteras reddit. Qui quidem quali implicatus sit negotio, ipse, si

Cmodo tempus idoneum nanciscatur, gravitati tuæ narrabit. Quæ autem a me dici par est, hæc sunt: non committendum esse ut viri cause detorqueatur; aut, quia multi in atrocissimis sceleribus deprehensi sunt, in eum hæc multorum suspicio redundet; sed judicium ei concedendum esse, & in illius vitam inquirendum. Ita enim facillime calumnia manifesta fiet, ac vir ille justissimum patrocinium nactus, perpetuus erit beneficii a tua humanitate accepti præco.

Jam multi in atrocissimis sceleribus deprehensi.

Alias  
CCCLXXX.

## E P I S T O L A CLXXIX.

*Commendat Basilius hominem gravi calumnia in judicium vocatum.*

A R I N T H Æ O.

Anno 374

**L**iberrati amicum te esse & perhumanum satis nos docent & generosa indoles, & quod te communem omnibus præbes. Quapropter fidenter deprecatorum me præbeo pro viro ex longa quidem majorum serie claro, sed per se majori honore ac reverentia digno ob insitam morum suavita-

tem; ut meo rogatu opem illi feras, judicium sustinenti leve illud quidem & contemnendum, si veritas spectetur, sed alioqui difficile & molestum ob calumniæ vehementiam. Multum enim illi accedet ad salutem momenti; si quid benigne pro eo dicere digneris, imprimis id juri deferens: deinde etiam & nobis summi tuis amicis, consuetum honorem & officium in hoc quoque tribuens.

EPI.

Alias  
CCCXXXIII

EPISTOLA CLXXX.

Classis

*Sophronio Basilius commendat Eumatbium nobilem & disertum virum gravissima calamitate afflictum.*

**SOPHRONIO Magistro in Eumatbii gratiam.**

Anno 374.

**I**N egregium virum cum incidissem calamitate intolerabili afflictum, animum invasit dolor. Quomodo enim potuissem, cum sim homo, hominis ingenui præter meritum negotiis implicati dolore non moveri? Mecum autem reputans quomodo ei prodesse possem; unam inveni molestiæ illum detinentis solutionem, si eum tuæ dignitati notum facerem. Jam autem tuum est, idem studium, quod in multos,

Anobi testibus, ostendisti, huic quoque exhibere. Rem autem cognitam faciet supplex libellus ab eo Imperatoribus traditus: quem velim & in manus sumas, & pro virili adsis homini. Certe enim in Christianum beneficus eris, & nobilem, & ob multam doctrinam venerandum. Quod si addiderim te conferendo in eum beneficio magnam apud nos quoque inire gratiam; certe quamvis res meæ parvi sint pretii, tua tamen gravitate earum semper rationem habere non dedignante, non parvum videbitur quod mihi gratum fiet.

Alias  
CCCXVI.

EPISTOLA CLXXXI.

*Rogat Otreium Basilius ut sese invicem consolentur; iste quidem quæ Samosatis perferentur, ad Basilius scribendo, Basilius vero, quæ ex Thracia didicerit, ei nuntiando.*

**OTREIO MELETINES.**

Anno 374.

**H**Aud ignoro tuam pietatem separatione ac exilio Eusebii episcopi religiosissimi tam moveri, quam memetipsum. Cum itaque uterque indigeamus consolatione, simus alter alteri solatio: & tu scribe nobis quæ Samosatis ad te perferentur: & ego quæ ex Thracia didicero, nuntiabo. Nam nec mihi, populi constantiam cognoscere,

B parvam affert ex præsentibus molestiis allevationem, nec tibi, de communis patris nostri rebus edoceri. Nunc sane non possumus hæc perscribere: sed tibi sistimus, qui ea accurate novit, & narrabit quo in statu ipsum reliquerit, & quo animo ærumnas perferentem. Precare igitur & pro ipso, & pro me, ut Dominus quam celerrime ab his nos angustiiis liberet.

Alias  
CLXVI.

EPISTOLA CLXXXII.

*Gratulatur de præliis pro fide; precatur ut perseverantia donetur a Domino.*

**PRESBYTERIS SAMOSATENSIBUS.**

Anno 374.

**Q**uam doleo orbatam considerans ecclesiam, tantum vos beatos prædico, ad talem perductos certaminis

mensuram: quam quidem det vobis Dominus patienter decurrere, ut & fidelis dispensationis & generosæ constantiæ, quam pro Christi nomine ostendistis, mercedem magnam consequamini.

Alias  
CCXCIV.

EPISTOLA CLXXXIII.

*Laudat Basilius Samosatensium labores & pro fide prælia: hortatur ad perseverantiam ac rogat ut ad se scribant.*

**SAMOSATORUM SENATUI.**

Anno 374.

**C**um considero tentationem per totum jam orbem esse diffusam, ac maximas Syriæ urbes eadem ac vos mala expertas; nullibi tamen adeo spectatum, ac bonis operibus clarum senatum esse, ut nunc yester ob bonorum operum studium fama celebratur: parum abest quin gratias etiam habeam his quæ Deus fieri permisit. Nisi enim evenisset illa calamitas, probatio vestra non inclaruisset. Quare videtur, quod caminus est auro, id esse virtutis cultoribus; tolerata pro spe in Deum afflictatio. Ergo agite,

Do admirandi, date operam, ut jam exantlati laboribus alios deinceps dignos adjiciatis, ac fundamento amplo videamini imponere coronidem illustriorem; & circumstetis ecclesiæ pastorem, ubi Dominus ei, dederit in suo conspici throno, alii aliud pro Dei ecclesia gestum narrantes: in illa autem magna Domini die unusquisque pro laborum ratione a Deo magnificentissimo mercedem accepturi. Quod si memineritis nostri, & ad nos, quoties integrum erit, detis litteras; æqua sane facietis, par pari referentes, & simul nos voluptate afficietis non levi, vocis vestræ nobis jucundissimæ manifesta per litteras signa mittentes.

Nullus in orbe senatus illustrior Samosatensium ob constantiam.

*S. Basilius Oper. Tom. III.*

T 2 EPI.

Classis. 15.  
Alias  
CCCVI.

## E P I S T O L A CLXXXIV.

*Eustathium rogat Basilius ut quamvis in defendenda Ecclesia occupatus sit, ad se tamen scribat, quoties poterit, seque idem facturum promittit.***EUSTATHIO HIMMERIÆ  
EPISCOPO.**

Anno 374.

**S**cio rem permolestam esse orbitatem ac negotiosam, eo quod solitudinem a præpositis inducat. Unde arbitror tuam quoque pietatem de iis quæ acciderunt ingemiscentem ad me non scribere, & simul nunc pluribus negotiis occupari, ac circumferre Christi ovilia, ob hostium undelibet

A insurgentium impetum. Sed quia omnis moeroris solatium est cum unanimis colloquium; fac, quoties poteris, ad me scribas, ac nobiscum colloquendo & ipse acquiescas, & nos verbis tuis impertiendo consolere. Idem & ego facere studebo, quoties mihi per negotia licuerit. Tute autem & ipse precare ac fratres omnes hortare, Dominum ut sedulo exorent, ut tandem a circumstante nos tristitia liberet.

Alias  
CCGX.

## E P I S T O L A CLXXXV.

*Rogat Theodorum Basilius ne oblatas scribendi occasiones omittas: precatur ut sibi cum videre contingat.***THEODOTO EPISCOPO BEROEÆ.**Circa an-  
num 374.

**Q**uamquam ad nos non scribis, scio tamen nostri memoriam tuo pectori insidere. Hoc autem conjicio, non quod ipse officiosa ulla recordatione dignus sim, sed quod anima tua caritatis copia ditescat. Sed tamen, quantum in te erit, occasionibus occurrentibus utere ad mittendas nobis litteras; ut & nos meliore animo simus vestrarum rerum facti certiores, & ipsi etiam oc-

casionem nostrarum vobis significandarum accipiamus. Nam hic colloquendi modus est his qui corpore adeo disjuncti sunt, per litteras videlicet; quo quidem nos invicem non defraudemus, quantum per negotia licuerit. Largiatur autem Dominus, ut coram etiam inter nos congregiamur: quo & augeamus caritatem; & Domino nostro gratiarum actionem ob majora ab eo accepta dona multiplicemus.

Alias  
CCXIII.

## E P I S T O L A CLXXXVI.

*Festive gratulatur præfidi Basilius, quod cum crambe aceto condita præstino vigori restituerit.***ANTIPATRO PRÆSIDI.**Circa an-  
374.

**Q**uam pulchra est philosophia, cum ob alia, tum quia suis alumniis ne curari quidem magnis sumtibus finit, sed eadem res apud ipsam & opsonium est, & ad sanitatem sufficit. Nam, appetentiam ciborum jam lassam, ut audivi, crambre aceto condita revocasti: quam ego prius quidem ægre ferebam, tum ob proverbium, tum quia

comitem paupertatem mihi in memoriam revocabat. Nunc vero mihi videor & sententiam mutare, & proverbium ridere, videns tam eximiam juventutis nutricem, quæ nostrum præsidem pristino vigori restituit. Nec quidquam jam præ illa æstimabo: non modo Homeri lotum, sed ne illam quidem ambrosiam, quæcumque tandem fuerit, quæ coelestes exlariabat.

Alias  
CCXIV.

## E P I S T O L A CLXXXVII.

*Respondet præfes peracata Basilius epistola.***ANTIPATER BASILIO.**Circa an-  
374.

**B**is crambe mors: ait invidum proverbium. Ego vero qui saepe petii, semel

dmoriar: omnino vero, etiamsi non petiissem. Quod si omnino: ne te pigeat comedere suave opsonium, frustra a proverbio vituperatum.

EPI.



## CANONICA PRIMA.

*Respondet Basilius pluribus Amphilochoii quaestionibus ad canones pertinentibus, ac nonnulla Scripturae loca ejusdem episcopi rogatu explicat.*

**AMPHILOCHIO DE CANONIBUS.** A quam poenitentiam egerint, in eundem or-

Annus 374.  
Prov. 17.  
28.

**S**Tulto interroganti, inquit, *sapientia reputabitur*. Sipientis autem, ut videtur, interrogatio etiam stultum sapientem efficit: quod Dei gratia accidit nobis, quoties laboriosae tuae animae litteras accipimus. Et enim doctiores quam eramus, ac prudentiores simus ex ipsa interrogatione, multa quae ignorabamus ediscentes; ac nobis magistri loco est respondendi cura. Certe & nunc cum de interrogatis tuis nunquam haecenus sollicitate cogitarem, coactus sum diligenter attendere, & si quid a senioribus audieram recordari, & cognata iis quae didiceram, per me ipse ratiocinari.

Gen. 1.

Quod igitur ad Catharos pertinet, & prius dictum est, & recte admonuisti uniuscujusque regionis morem sequi oportere: quod ii, qui tunc de illis statuerunt, in varias de ipsorum baptisate sententias abierint. Pepuzenorum autem baptisma nullam mihi habere rationem videtur, & miratus sum quomodo hoc Dionysium, hominem canonum peritum, fugerit. Antiqui enim illud baptisma suscipiendum putavere, quod nihil a fide recedit; unde alias quidem haereses, alia schismata, alias parasynagogas appellarunt. Haereses quidem eos, qui penitus resecti sunt, & in ipsa fide abalienati; schismata vero, eos, qui propter ecclesiasticas quasdam causas & quaestiones inter utramque partem non insanabiles dissident; parasynagogas autem, conventus illos qui ab immeritis presbyteris aut episcopis & a populis disciplinae expertibus fiunt: velut si quis in delicto deprehensus, a ministerio arceatur, nec se canonibus summittat, sed sibi principatum & ministerium vendicet, ac nonnulli una cum eo, relicta catholica Ecclesia, discedant; hoc dicitur parasynagoga. Schisma autem est, de poenitentia ab iis qui ex Ecclesia sunt, dissentire. Haereses autem, velut Manichaeorum, & Valentinorum & Marcionistarum, & horum ipsorum Pepuzenorum. Statim enim de ipsa in Deum fide dissensio est. Visum est ergo antiquis haereticorum quidem baptisma penitus rejicere; schismaticorum vero, ut adhuc ex Ecclesia existentium, admittere; eos tandem qui sunt in parasynagogis, iusta poenitentia & animadversione emendatos rursus Ecclesiae conjungere; adeo ut saepe & ii qui in gradu sollocati una cum rebellibus abierant, post-

dinem admittantur. Pepuzeni ergo sunt aperte haeretici: nam in Spiritum sanctum blasphemaverunt, Montano & Priscillae Paracleti appellationem nefarie impudenterque attribuentes. Igitur, siue quia hominibus divinitatem attribuunt, condemnandi sunt: siue quia Spiritum sanctum afficiunt injuria, dum eum comparant cum hominibus, sic etiam sunt aeternae condemnationi obnoxii, quod condonari non possit blasphemiam in Spiritum sanctum. Qua igitur ratione eorum baptisma admittatur, cum in Patrem & Filium & Montanum aut Priscillam baptizent? Non enim baptizati sunt qui in ea quae nobis tradita non sunt, baptizati fuerunt. Quare etsi hoc Dionysium magnum latuit, servanda nobis non est imitatio erroris. Hoc enim quam absurdum sit, sua sponte perspicuum est ac omnibus evidens, qui vel leviter ratiocinari possunt. Cathari sunt & ipsi ex iis qui sunt abscissi. Caeterum antiquis visum est, Cypriano dico, & nostro Firmiliano, hos omnes uni calculo subicere, Catharos, & Encratitas, & Hydroparastas; propterea quod principium quidem separationis per schisma factum fuerat: qui autem ab Ecclesia se separaverant, non habebant amplius in se gratiam Spiritus sancti: defecerat enim communicatio, interrupta continuatione. Qui enim primi recesserant, ordinationem a Patribus habebant, & per manuum eorum impositionem habebant donum spirituale: qui autem resecti sunt, laici effecti, nec baptizandi, nec ordinandi habebant potestatem, ut qui non possent amplius Spiritus sancti gratiam aliis praebere, a qua ipsi exciderant. Quare eos, qui ab ipsorum partibus stabant, tamquam a laicis baptizatos, jusserunt vero Ecclesiae baptisate ad Ecclesiam venientes expurgari. Sed quoniam nonnullis Asiaticis omnino visum est eorum baptisma, pluribus consulendi causa, suscipiendum esse; suscipiatur. Encratarum autem facinus oportet nos intelligere. Nimirum, ut reditum sibi in Ecclesiam intercludant, aggressi sunt deinceps proprio baptisate praecipare: unde & suam ipsorum consuetudinem violarunt. Existimo itaque, quoniam nihil de illis aperte dictum est, eorum baptisma a nobis rejiciendum esse; ac si quis ab eis acceperit, accedentem ad Ecclesiam baptizandum. (Quod si hoc generali oeconomiae impedimento erit, rursus con-

- Claus. 11. consuetudine utendum est, & sequi oportet A patres, qui quæ ad nos pertinent, dispensaverunt. Vereor enim, ne, dum eos volumus ad baptizandum tardos facere, impedimento propter sententiæ severitatem simus iis qui salvantur.) Quod si illi nostrum baptismum servant; hoc nos non moveat: neque enim debemus par pari referre, sed accuratæ canonum observationi servire. Omni autem ratione statuatur, ut ii qui ab illorum baptismo veniunt, ungantur coram fidelibus videlicet, & ita demum ad mysteria accedant. Scio autem, fratres, Izoinum, & Saturninum, qui erant ex illorum ordine, in episcoporum cathedram a nobis esse susceptos. Quare eos qui illorum ordini conjuncti sunt, non possumus amplius ab Ecclesia separare: qui scilicet communionis cum ipsis quasi canonem quemdam, episcopos suscipiendo, ediderimus.
- Caus. 2. Quæ de industria foetum corrumpit, cædis poenas luit. De formato autem aut informi subtilius non inquirimus. Hic enim non id modo quod nasciturum erat, vindicatur, sed etiam illa ipsa, quæ sibi insidias paravit, quoniam ut plurimum intereunt in ejusmodi inceptis mulieres. Huc autem accedit & foetus interitus, cædes altera, saltem si consilii eorum qui hæc audent, ratio habeatur. Oportet autem non ad obitum usque poenitentiam earum extendere: sed decem quidem annorum mensuram accipiant, definiatur autem curatio non tempore, sed poenitentiae modo.
- Caus. 3. Diaconus post diaconatum fornicatus, diaconatu ejicietur quidem, sed in laicorum detrusus locum, a communione non arcebitur: quoniam antiquus est canon, ut ii qui gradu exciderunt, huic soli poenæ generi subjiciantur, antiquis, opinor, sequutis legem illam, *Non vindicabis bis in idipsum*: atque etiam propter aliam causam; quod qui in ordine sunt laico, si a loco fidelium ejiciantur, rursus in eum, ex quo ceciderunt, locum recipiuntur; diaconus vero semel habet semper mansuram poenam depositionis. Quoniam igitur diaconatus ei non restituitur; in ea sola multa steterunt. Atque hæc quidem sunt quæ ex constitutionibus habentur. In omnibus autem, verior medicina est recessus a peccato. Quare qui propter carnis voluptatem gratiam abiicit, is si carnem conterendo & in omnem, secundum continentiae præscripta, servitutem redigendo secedat a voluptatibus, a quibus victus & prostratus est, plenum nobis suæ curationis specimen dabit. Itaque scire nos utraque oportet, & quæ sunt summi juris, & quæ sunt consuetudinis: sequi autem in iis quæ summum jus non admittunt, formam traditam,
- Nab. 19. De trigamis & polygamis definire eundem canonem, quem & de digamis, servata proportione: annum videlicet in digamis, alii vero duos annos. Trigamos autem tribus, & sæpe quatuor annis segregant. Id autem non amplius conjugium, sed polygamiam appellant, vel potius moderatam fornicationem. Quapropter & Dominus Samaritanæ, quæ maritos quinque per vices habuerat, *Quem nunc, inquit, habes, maritus nan est*: quippe quod ii qui digamiæ mensura exciderunt, digni non sint qui vel mariti vel uxoris nomine appellentur. Jam vero consuetudine accepimus in trigamis quinquennii segregationem, non a canonibus, sed eos qui præcesserunt sequendo: Oportet autem eos non omnino arcere ab Ecclesia, sed auditione dignari duobus vel tribus annis: ac posthac ipsis permittere, ut consistant quidem, abstineant vero a boni communionis, & sic, exhibito poenitentiae aliquo fructu, communionis loco restituere.
- Canon 5. Hæreticos in exitu poenitentiam agentes recipere oportet: recipere autem, non sine judicio, sed examinantes an veram poenitentiam ostendant, fructusque habeant, qui salutis studium testificentur.
- Canon 6. Canonicarum supra pro matrimonio non reputentur, sed earum conjunctio omnino divellatur. Hoc enim & Ecclesiæ ad securitatem est utile, & hæreticis non dabit adversus nos ansam, quasi per peccandi libertatem ad nos attrahamus.
- Canon 7. Masculorum & animalium corruptores, & homicidæ, & venefici, & adulteri & idololatræ, eadem condemnatione digni habentur. Quare, quam in aliis habes formam, in iis quoque serva. Ii autem qui triginta annos poenitentiam egerunt propter immunditiam, quam in ignorantia fecerunt, quin recipiendi sint, ne dubitare quidem nos oportet. Nam eos venia dignos efficit & ignoratio, & spontanea confessio, & temporis tanta diuturnitas. Fere enim totam hominis ætatem satanæ traditi sunt, ut discant non gerere se turpiter. Quamobrem jube eos absque dilatione suscipi, maxime si lacrymas habent, quæ tuam clementiam flestant, & vitam ostendunt commiseratione dignam.
- Canon 8. Qui ob iracundiam securi adversus uxorem tuam ulus est, est homicida. Recte autem me admonuisti, & uti tuam sapientiam decuit, ut fustus de his dicerem, propterea quod multa in voluntariis & involuntariis discrimina. Est enim involuntarium omnino, & longe a consilio ejus qui inceperit, remotum, dum lapis jacitur in canem aut arborem, hominem attingere. Propositum enim fuit bestiam propulliare aut fructum excutere; sed ictum fortuito subiit qui transiens

fiens occurrit. Quare hoc involuntarium est. Et illud quoque involuntarium est, si quis volens aliquem castigare, loro vel virga non dura eum percutiat, moriatur autem qui percussus est. Propositum enim hic consideratur, quia peccantem corrigere voluit, non interimere. Recensetur & illud inter involuntaria, cum quis in pugna aliquem ligno vel manu repellens, non parce in præcipuas partes ictum torquet, ut eum lædat, non ut omnino interficiat. Sed hoc quidem accedit ad voluntarium. Qui enim ejusmodi instrumento ad se defendendum usus est, vel qui non parce ictum inflixit, liquet eum ideo homini non pepercisse, quod ira victus fuerit. Sic & qui gravi ligno, & qui lapide majore, quam pro viribus humanis, usus est, in involuntariis numeratur, ut qui aliud voluerit, aliud fecerit. Nam præ ira ictum talem intulit, ut etiam percussum interficeret; quamquam forte in animo habebat eum contere, non autem omnino interimere. Qui autem ense vel quavis re simili usus est, nullam habet excusationem: & maxime, qui securim jaculatus est. Manifestum est enim illum manu non percussisse, ita ut ictum ad arbitrium moderari posset: sed jaculatus est, ita ut & gravitate ferri & acie & motu e longinquo, ictus necessario letalis fieret. Rursus autem omnino est voluntarium, ac nullam habens dubitationem, quod fit a latronibus, & in bellicis incursionibus. Hi enim propter pecunias interimunt, caventes ne convincantur: & qui in bellis ad cædem feruntur, his nec terrere, nec castigare, sed adversarios interficere aperte propositum est. Atque etiam si quis propter aliquam aliam causam curiosum pharmacum miscuerit, & interfecerit, id pro voluntario ducimus, ut sæpe faciunt mulieres, quæ quibusdam incantationibus & amuletis ad sui amorem aliquos attrahere conantur, dantque eis pharmaca mentibus tenebras offundentia. Hæ ergo, si interfecerint, etiam si aliud volentes, aliud fecerint, tamen propter curiosum & prohibitum opus inter voluntarios homicidas reputantur. Itaque & quæ præbent pharmaca abortum scientia, sunt & ipsæ homicidæ, sicut & quæ venena foetum necantia accipiunt. Hæc quidem huc usque.

Canon 9.

Æque viris & mulieribus convenit secundum sententiæ consequentiam quod a Domino pronuntiatum est, non licere a matrimonio discedere, nisi ob fornicationem. Consuetudo autem non ita se habet, sed de mulieribus quidem multa accurate observari deprehendimus, cum Apostolus quidem dicat, *Quod qui adhaeret meretrici, fit unum corpus*. Jeremias vero, *Quod si fuerit mulier cum alio viro, non revertetur ad virum suum,*

1. Cor. 6. 16.  
Jerem. 3. 1.

*A sed polluta polluetur: & iterum, Qui habet adulteram, stultus est & impius.* Consuetudo autem etiam adulteros viros & in fornicationibus versantes, jubet a mulieribus retineri. Quare quæ una cum viro dimisso habitat, nescio an possit adultera appellari. Crimen enim hic attingit mulierem, quæ virum dimisit; quanam de causa a conjugio discesserit. Sive enim percussa plagas non ferat, ferre satius erat quam a conjugio separari: sive damnum in pecuniis non ferat, ne hæc quidem justa excusatio: sin autem, quoniam ipse vivit in fornicatione, non habemus hanc in ecclesiastica consuetudine observationem, imo vero ab infideli viro non iusta est mulier separari, sed propter eventum incertum remanere. *Quid enim scis mulier, an virum salvum sis factura?* Quare, quæ reliquit, est adultera, si ad alium virum accessit: qui autem relictus est, dignus est venia, & quæ una cum eo habitat, non condemnatur. Sed si vir, qui ab uxore discessit, accessit ad aliam, est & ipse adulter, quia facit ut ipsa adulterium committat; & quæ una cum ipso habitat, est adultera, quia alienum virum ad se traduxit.

Classis II.  
Prov. 18.  
22.1. Cor. 7. 13.  
& 16.

Canon 10.

Qui jurant se ordinationem non accepturos, ejurantes, ne cogantur pejerare. Et si enim videtur aliquis esse canon, qui ejusmodi hominibus concedat; experientia tamen cognovimus eos qui pejerarunt, felices exitus non habere. Consideranda autem sunt, & species jurisjurandi, & verba, & animus quo juraverunt, & sigillatim quæ verbis addita fuerunt; adeo ut si nulla prorsus sit rei leniendæ ratio, tales omnino dimittendi sint. Quod autem attinet ad Severi negotium, videlicet ad presbyterum ab ipso ordinatum, videtur mihi res temperamentum ejusmodi habere, si idem & tibi videatur. Agrum illum Mestizæ subjectum, cui ille vir addictus fuit, jube Vasodis subesse. Sic enim nec pejerabit ille a loco non recedens: nec Longinus, secum habens Cyriacum, in causa erit cur deserta sit ecclesia, neque animam suam per otium dampnabit; neque nos aliquid præter canones efficere videbimur, accommodatione utentes in Cyriacum, qui cum se Mindanis permansurum jurasset, tamen translationem suscepit. Reditus enim erit jurisjurandi observatio. Oeconomiz autem ac dispensationi si cesserit, id ei perjurii loco non imputabitur, quippe quia jurijurando adjectum non est ne paululum quidem Mindanis recessurum, sed deinceps permansurum. Nos autem Severo oblivionem causanti sic ignoscemus, ut eum moneamus occultorum cognitorem suam ipsius ecclesiam non passurum ab ejusmodi homine labefactari: qui præter canones ab initio fecit, ac jurejurando contra Evangelia adstringit,

&amp;

- Classis II.** & perjurium transferendo edocet, ac postremo, dum oblivionem simulat, mentitur. Sed quoniam cordium iudices non sumus, sed ex iis quæ audimus, iudicamus; demus Domino vindictam, eumque citra examen suscipiamus, humano vitio, oblivioni scilicet, ignoscentes.
- Canon 11.** Qui autem involuntariam eadem fecit, undecim annorum spatio abunde iudicio satisfecit. Nam dubio procul, erga eos qui percussi sunt, Moysis præscripta observabimus, ac eum qui decubuit quidem post acceptas plagas, sed iterum baculo suo iniexus ambulavit, non censebimus occisum fuisse. Sin autem non surrexit post plagas; quia tamen non voluit occidere is qui percussit, homicida quidem est, sed involuntarius propter propositum.
- Canon 12.** Canon omnino digamos a ministerio exclusit.
- Canon 13.** Cædes in bellis factas patres nostri pro cædibus non habuere; iis, ut mihi videtur, qui pro pudicitia ac pietate pugnant, ignotentes. Fortasse tamen recte suadebitur, ut ipsi, cum manus eorum puræ non sint, per tres annos a sola communione abstineant.
- Canon 14.** Qui usuras accipit, si voluerit injustum lucrum in pauperes insumere, & deinceps ab avaritiæ morbo liberari, ad sacerdotium admitti potest.
- Canon 15.** Miror sane quod grammaticam in Scriptura diligentiam requiras, ac dictionem coactam esse putes illius interpretationis, quæ suum ipsius significatum commode exprimit, neque id transfert, quod proprie Hebraica voce significatur. Sed quia segniter non prætereunda quæstio, quæ a viro quærendi studiose proposita est: Aves cœli, & pisces maris, etiam in mundi creatione eandem sortiti sunt generationem. Nam genera utraque ex aquis producta sunt. Causa autem, quod utrisque eadem est proprietas. Hi enim in mari natant, illæ vero in aere. Itaque eam ob causam communiter eorum facta mentio. Hoc autem loquendi genus, quod ad pisces quidem attinet, non convenienter redditum est: at quod ad omnia in aquis degentia, valde etiam proprie. Nam aves cœli sunt homini subjectæ, itemque maris pisces, & non ipsi solum, sed omnia etiam, quæ marium semitas perambulant. Non enim si quid est aquatile, continuo piscis est, ut sunt cetacea, balæne, & zygænæ, & delphines, & phocæ, ad hæc & equi, & canes & ferræ, & gladii, & boves marini; si vis autem, & urticæ, & petines, & omnia testacea, quorum nullum est piscis, & omnia quæ semitas marium perambulant. Quare tria sunt genera, aves cœli, pisces maris, & quæcumque aquatilia quidem sunt; sed a piscibus distincta, semitas marium ipsa quoque perambulant.
- Canon 16.** Neeman autem non magnus apud Dominum, sed apud dominum suum, hoc est, unus erat ex iis qui magna pollebant auctoritate apud regem Syrorum. Itaque animum diligenter attende ad Scripturam, & quæstionis sua sponte occurret solutio.

Alias  
LXXX.

## E P I S T O L A CLXXXIX.

*Laudat Eustathium Basilius, quod sibi dolorem absterfisset in gravissimis inimicorum injuriis, nunc hoc, nunc illud, nunc tres deos, nunc Sabellii errorem affingentium. His criminibus depulsi, novitatem objiciebant, eo quod unam divinitatem admitteret in tribus personis. Fatetur Basilius de postremo crimine: & cum illi unam in tribus divinitatem rejicerent, ut excluderent Spiritum sanctum, demonstrat eum ut in baptismo, ita in aliis etiam Patri & Filio adjungi debere; & cum ei divina nomina tribuantur, Dei nomen non esse denegandum, quod etiam simulacris & demoniis tributum. Cum autem objicerent hac voce naturam designari, probat in tribus personis, ut unam operationem, ita unam esse naturam.*

**EUSTATHIO ARCHIATRO.** Dres tibi ipse constituis humanitatis terminos, non corporibus definiens artis beneficium, sed & animi morborum suscipiens curationem. Hæc autem dico non solum famam plurimorum sequens, sed mea etiam edoctus experientia, cum in aliis multis rebus, tum maxime nunc in hac inimicorum nostrorum non enarrabili malitia, quam in nostram vitam mali fluenti more effusam solerter dissipasti: cum gravem illam cordis nostri inflammationem infusis consolationis verbis excussisti. Ego enim ad alternantem inimicorum nostrorum variumque contra nos

Anno 374.  
quæ sunt aut  
invenit 375.

Medicina  
omnibus  
artibus  
præterenda.

**I.** Omnibus quidem vobis, qui artem medicam tractatis, humanitas disciplina est: ac mihi videtur, qui omnibus rebus, quæ quidem in vita studio habentur, scientiam vestram anteponit, decenter iudicare, nec aberrare a recto; siquidem pretiosissima omnium rerum vita, fugienda est & molesta, nisi illam liceat cum sanitate conjunctam habere; vestra autem ars conciliatrix est sanitatis. Sed in te præsertim scientia tuis est absoluta numeris, ac major

nos, non corporibus definiens artis beneficium, sed & animi morborum suscipiens curationem. Hæc autem dico non solum famam plurimorum sequens, sed mea etiam edoctus experientia, cum in aliis multis rebus, tum maxime nunc in hac inimicorum nostrorum non enarrabili malitia, quam in nostram vitam mali fluenti more effusam solerter dissipasti: cum gravem illam cordis nostri inflammationem infusis consolationis verbis excussisti. Ego enim ad alternantem inimicorum nostrorum variumque contra nos

nos conatum respiciens, tacere existimabam. A rem opponere. Quod si hunc illi rejiciunt, classi II. oportere, ac inflicta mala silentio perferre, neque contradicere hominibus mendacio armatis, malo illo jaculo, quod & per ipsam veritatem non raro cuspidem adigit. Tu vero recte fecisti, quod hortatus es, ut ne veritatem proderem, sed redarguerem sycophantas, ne plures lædantur, prosperos mendacio contra veritatem successus habente.

2. Visi sunt igitur mihi simile quiddam facere Æsopi fabulæ, qui sine ulla prorsus causa odium in nos susceperunt. Quemadmodum enim ille fingit, crimina quædam agno lupum inferre, verecundantem videlicet sine justa causa eum, qui prius nihil læsisset, occidere videri; sed cum agnus omnem ex calumnia illatam criminationem facile diluisset, non idcirco lupum de impetu quidquam remittere, sed jure quidem vinci, dentibus vero vincere: ita qui odium nostri, veluti præclarum quiddam, studio habuere, cum forte erubescerent, si sine causa odisse viderentur, causas contra nos & criminationes fingunt, nec in ullo eorum quæ dictitant, constanter insistant, sed modo hanc, paulo post illam, & rursus aliam suæ in nos inimicitiae causam assignant. Nulla autem in re consistit eorum malitia; sed postquam hac criminatione depulsi fuerint, ad aliam adhærescunt, & rursus ab ista ad aliam confugiunt; nec, si omnia dissoluta fuerint crimina, odisse desistunt. Tres deos a nobis prædicari causantur, atque hac eorum criminatione aures vulgi circumsonant, neque hanc calumniam subtiliter struere desinunt. Sed pugnat pro nobis veritas, cum & publice omnibus, & privatim D accedentibus demonstramus, anathematizari a nobis quisquis tres deos dicit, ac ne Christianum quidem judicari. Sed ubi hoc audiverint, in promptu illis contra nos Sabellius: & illius morbum doctrinæ nostræ rumor affingit. Rursus his quoque consueta arma, veritatem opponimus; demonstrantes æque ac Judæismum hanc nos hæresim perhorrescere.

3. Quid igitur? Num post tantos conatus defessi quieverunt? Nequaquam. Sed novitatem nobis objiciunt; qui nos sic incusant quod tres hypostases confiteamur: criminantur quod unam bonitatem & unam potentiam & unam divinitatem dicamus. Neque id extra veritatem: dicimus enim. Sed criminando objiciunt, non sic suam habere consuetudinem, nec Scripturam assentiri. Quid igitur ad hoc quoque nos? Non putamus æquum esse, ut vigentem apud ipsos consuetudinem, rectæ doctrinæ legem & normam ducamus. Etenim si valet ad rectæ doctrinæ demonstrationem consuetudo, licet & nobis profecto usitatum apud nos mo-

S. Basilii Oper. Tom. III.

neque nobis prorsus illos sequi necesse. Itaque Scriptura divinitus inspirata nobis sit arbitra; & apud quos inventa fuerint dogmata divinis verbis consona, ad eos accedet omnino veritatis suffragium. Quodnam igitur crimen est? Duo enim simul in accusatione nobis illata objecerunt; Unum, quod dividamus hypostases; alterum, quod nullum ex nominibus quæ Deo conveniunt, pluraliter numeremus, sed unam, ut dictum est, bonitatem & potentiam, & divinitatem, & quæcumque talia sunt, singulariter enuntiemus. Quod quidem attinet ad divisionem hypostaseon, ab ea minime alieni fuerint, qui essentiarum diversitatem in divina decernunt natura. Non enim par est, ut qui tres dicunt essentias, non etiam tres hypostases dicant. Itaque hoc solum criminatur, quod quæ de divina natura dicuntur nomina, singulariter pronuntiemus.

4. Sed prompta nobis adversus hoc & manifesta ratio. Qui enim condemnat eos, qui unam dicunt divinitatem, necessario aut multas dicenti aut nullam, assentietur. Non enim potest aliud quidquam præter id quod dictum est, excogitari. Sed nec multas dici divinitus inspirata patitur doctrina, quæ sicubi meminit divinitatis, singulariter eam commemorat. Nempe, *In ipso habitat omnis plenitudo divinitatis*. Et alibi: *Invisibilia enim ipsius a creatione mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur, tum sempiterna ejus virtus, tum divinitas*. Si igitur in multitudinem extendere numerum divinitatum, illorum solum est, qui errore multitudinis deorum laborant, omnino autem divinitatem negare, Atheorum fuerit; qua ratione incusamur, quod unam confiteamur divinitatem? Sed apertius orationis suæ nudant propositum: Patri quidem convenire, ut Deus sit, ac Filium similiter divinitatis nomine honorari assentientes; Spiritum vero, qui una cum Patre & Filio numeratur, divinitatis notione minime comprehendere, sed a Patre ad Filium usque terminata divinitatis potentia, naturam Spiritus a divina gloria secerni. Differendum igitur & nobis, ut poterimus, breviter, contra hanc quoque sententiam.

5. Quæ est igitur nostra ratio? Tradens Dominus salutarem fidem iis, qui in doctrina instituuntur, Patri ac Filio conjungit & Spiritum sanctum. Quod autem semel conjunctum est, id per omnia conjunctum esse dicimus. Non enim in aliquo conjunctum, in aliis sejungitur. Sed in potentia vivifica, per quam ex corruptibili vita ad immortalitatem natura nostra transfertur, potentia Spiritus una cum Patre & Filio assumpta, & in multis aliis, velut in notione boni, & sancti,

Ut Lupus cum agno, sic hæretici cum Basilio decertant.

Hoc tantum coguntur vituperare, quod una divinitas dicatur.

coloss. 2. 9.

Solum Spiritum a divinitatis notione excludunt.

Refelluntur ex baptismo.

Classis II. **Sti, & æterni, sapientis, recti, principalis, potentis, etiam ubique inseparabilis est, videlicet in omnibus nominibus præstantiorum intelligentiam habentibus. Quapropter id rectum esse arbitramur, ut, qui in tot sublimibus Deoque competentibus notionibus conjungitur Patri & Filio, eum nulla in re separari existimemus. Neque enim novimus ullam nominum, quæ circa divinam naturam intelliguntur, secundum melius ac deterius differentiam, ut piæ esse existimemus; nominum inferiorum communionem concedentes Spiritui, præstantioribus indignum judicare. Omnia namque Deo competentia eam cogitata, tum nomina sunt inter se ejusdem dignitatis, eo quod nihil circa subiecti significationem habeant discriminis. Non enim mentis cogitationem ad aliud quoddam subiectum perducit boni appellatio, & ad aliud, sapientis, potentis, & justis; sed quæcumque protuleris nomina, unum prorsus omnia significant. Quod si dixeris Deum, eundem significasti, quem per reliqua nomina intellexisti. Quod si omnia, quæ de divina natura dicuntur, nomina, idem inter se, ad subiecti designationem valent, alia pro alia rei considerandæ ratione mentem nostram ad idem deducunt; quæ ratio est, aliorum nominum communionem Spiritui cum Patre & Filio concedentem, a sola illum arcere divinitate? Nam necesse est omnino, aut communionem in hoc etiam dare, aut nec in reliquis deferre. Etenim si in illis dignus, profecto neque in hoc indignus. Quod si minor est, ut isti dictitant, quam ut divinitatis nomen cum Patre & Filio commune habeat; neque dignus erit, qui ullius alius ex nominibus Deo competentibus particeps sit. Considerata enim & comparata inter se nomina per eam notionem quam in singulis speculamur, invenientur Dei appellatione non inferiora. Ejus rei argumentum est, quod hoc nomine multa etiam ex inferioribus vocantur; imo Scriptura divina non parca est hujus æquivocæ appellationis, ne in absurdis quidem & repugnantibus rebus; velut cum simulacra Dei appellatione designat.**

**Jer. 10. 11. Dii enim, inquit, qui cælum & terram non fecerunt, tollantur, & subter terram conjiciantur. Item, Omnes, inquit, dii gentium demonia.** Et Pythonissa cum incantationibus suis Sauli animas evocaret, de iis animabus quæ requirebantur, deos vidisse se dixit. Quin & ipse Balaam, cum augur quidam esset & vates, & per manum, ut ait Scriptura, varicina ferret, & dæmonum doctrinam per auguralem curiositatem sibi ipse comparasset, Deum consuluisse memoratur a Scriptura. Ac multa ejusmodi licet ex Scripturis divinis colligentem demon-

strare, hoc nomen supra reliquas appellationes, quæ Deo digne sunt, nihil habere præcipui: quandoquidem ipsum, ut dictum est, etiam de rebus absurdis & repugnantibus æquivoce usurpatum invenimus. At sancti nomen, & incorrupti, & recti, & boni, nusquam communicatum cum rebus indignis a Scriptura edocti sumus. Igitur si nomina, quæ præcipuo modo de sola divina natura pie usurpantur, Spiritui sancto cum Patre & Filio communia esse non negant; quæ jam ratio est, illud solum contendere non communicari, quod secundum æquivocum quendam usum & dæmonis & simulacris imperiri demonstratum est?

6. Sed ajunt naturam hac appellatione demonstrari, communem autem non esse cum Patre & Filio Spiritus naturam, ac proinde nec in hoc nomine communionis eum esse participem: Ostendant igitur, quibus rebus diversitatem naturæ agnoverint. Si enim posset ipsa per se natura divina cerni, & quid ei proprium, quid alienum ex manifestis rebus inveniri; sane opus nobis non esset verbis aut signis aliis ad rei quæsitæ intelligentiam. Sed quoniam illa quidem sublimior est, quam ut a quærentibus possit intelligi, ex quibusdam autem conjecturis de rebus cognitionem nostram fugientibus ratiocinamur; necesse prorsus est ex operationibus nos manu duci ad divinæ naturæ investigationem. Itaque si viderimus inter se differre operationes, quæ a Patre & Filio & Spiritu sancto fiunt, naturas etiam, quæ operantur, inter se differentes esse, ex operationum diversitate conjiciemus. Neque enim fieri potest, ut quæ naturæ ratione discrepant, in forma operationum inter se consentiant: nec ignis refrigescit, nec glacies calefacit, sed cum naturarum differentia simul etiam inter se discrepant quæ ab illis fiunt operationes. Si autem unam intellexerimus & Patris & Filii & Spiritus sancti operationem, nihil in ulla re differentem aut variantem; necesse est ex operationis identitate unitatem colligi naturæ.

7. Sanctificat, & vivificat, & illuminat, & consolatur, & omnia ejusmodi pariter facit Pater, & Filius & Spiritus sanctus. Nec quicquam præcipue tribuat Spiritui sancto potestatem sanctificandi, cum audiat Salvatorem in Evangelio de discipulis dicentem Patri; *Pater, sanctifica eos in nomine tuo.* Smiliter autem & reliqua omnia ex æquo peraguntur in iis qui digni sunt, a Patre & Filio & Spiritu sancto: omnis gratia, & virtus, ductus, vita, consolatio, ad immortalitatē transmutatio, transitus ad libertatem, & si quid aliud boni, quod ad nos usque pertingat Oeconomia iridem, quæ supra nos est, sive ad spirituales sive ad sensibilem creaturam spectet, si ex iis quæ

Ex operationis identitate unitas naturæ probatur.

**Num. 22. Pythonissa. 1. Reg. 28. 13.**

Joan. 17. 17.

quæ cognoscimus, etiam de iis quæ supra A nos sunt conjiciendum, ne ipsa quidem citra Spiritus sancti operationem ac virtutem constituta, unoquoque pro propria dignitate & usu beneficium accipiente. Et si enim obscura est sensui nostro eorum, quæ supra naturam nostram sunt, ordinatio & gubernatio, tamen æquius quis ex consequutione colligat per ea quæ nobis nota sunt, Spiritus virtutem in illis etiam esse efficacem, quam esse a rerum supernarum gubernatione abalienatam. Qui enim illud dicit, nudam & inconcinnam blasphemiam profert, nulla ratione absurdum commentum confirmans: qui vero confitetur ea etiam quæ supra nos sunt, cum Patre & Filio virtute Spiritus regis, claro indicio ex sua ipsius vita ducto innixus, de his affirmat. Itaque operationis identitas in Patre & Filio & Spiritu sancto perspicue ostendit absolutissimam naturæ similitudinem. Quare etiam si divinitatis nomen naturam indicet; proprie tamen appellationem illam sancto quoque Spiritui aptari, essentia communio demonstrat.

8. Sed ignoro quo pacto ad naturæ significationem nomen divinitatis trahant, qui nihil non constringunt: quasi non audierint ex Scriptura; id quod a natura est institutione & electione non comparari. Moyses enim deus institutus est Ægyptiorum, cum is, qui oraculum edebat, ita ad ipsum loquutus: *Exod. 7. 1. Deum te dedi Pharaoni.* Appellatio igitur

*Exod. 7. 1.*

*Alias CCCCVI.*

EPISTOLA CXC.

*Amphilochium admonet Basilius de ratione & modo episcopatus in ecclesia Isaurorum restituendi. Tum narrat se cum Georgio colloquutum esse & ad Valerium scripsisse, ut Amphilochius mandaverat. Breviter etiam de rebus Nyssenis & de inimicorum molitionibus. Philonis de Manna sententiam, & Scripturæ de curribus Pharaonis testimonium exponit: & acceptas a Symphione communionis litteras commemorat.*

AMPHILOCHIO EPISCOPO  
ICONII.

*Anno 374.*

1. **P**ro ut dignum erat tua concinnitate ac diligentia, cujus semper ego laudator, curasti res ecclesiæ Isaurorum. Illud autem universis utilius esse, ut in plures episcopos dividatur sollicitudo, tua sponte manifestum cuique esse arbitror. Neque enim tuam hoc prudentiam latet: sed quomodo res se habeat, & recte observasti, & nobis significasti. Sed quia non facile est reperire qui digni sint; annon forte, dum volumus ex multitudine auctoritatem habere, ac perficere, ut Dei ecclesia a pluribus accuratius gubernetur; imprudentes doctrinam ob eorum, qui vocati fuerint, indignitatem in contemptum adducentes, indifferentiæ populos assuefaciemus? Nam & ipse nosti, quales sint qui præsumunt, tales plerum-

*Quales sunt qui præsumunt.*

*S. Basilii Oper. Tom. III.*

que & eorum qui parent mores esse solere. Quamobrem forte satius esset unum aliquem probatum & spectatum, si & id facile fieri potest, præficere civitati, eique committere singula suo ipsius periculo dispensanda: tantum Dei servus sit, operarius non prave pudens, non suis, sed multorum attentus commodis, ut salutem adipiscantur: qui si se ipse viderit imparem sollicitudini, adjunget sibi operarios ad messem. Si quem ergo ejusmodi inveniamus, fateor multorum instar unum esse; ac ecclesiis utilius esse & nobis tutius, sic animarum curam dispensare. Quod si id non facile; demus primum operam, ut parvis civitatibus sive parvis pagis jam olim episcopalem sedem habentibus demus præpositos; ac tum demum civitatis restituemus episcopum, ne forte nobis ad futuram deinceps œconomiam obster, qui ordinatus fuerit, ac statim incipiamus

*tales solent esse qui parent.*

**Classis 7.** bello domestico laborare, dum pluribus præesse vult, nec consentit ordinationi episcoporum. Quod si hoc grave fuerit, nec per tempus liceat; id tua prudentia faciendum curet, ut circumscribatur Isaurorum episcopo suus circulus, eo quod vicinos quosdam ordinet. Reliquum autem nobis reservatum erit, ut reliquis omnibus episcopos demus, quos maxime idoneos ipsi judicaverimus multo examine præmissio.

**Georgius.** 2. Georgium, ut pietas tua iussit, percontati sumus: respondit autem ea quæ tua etiam religio retulit; sed de his rebus necesse est quieto animo simus, curam domus in Dominum propicientes. Confido enim Deo sancto, daturum illum intelligentiam, ut alio modo liberemur a necessitatibus, & vacuam molestiis vitam consequamur. Hoc certe si visum non fuerit, ipse digneris ad me commentarium mittere, de qua oporteat dignitate curam impendere, ut hoc beneficium a potentioribus quibusque amicis aggrediamur exposcere, sive gratis, sive etiam modico pretio, prout Dominus nobisnaverit. **Valerius.** Scripsi, ut præcepisti, ad fratrem Valerium, Res Nyssensæ eo in statu sunt, in quo erant a te relicte, & ope tuarum precum cedunt in melius. Eorum autem, qui tunc a nobis abscesserunt, alii quidem ad aulam se contule-

runt, alii vero remanent, inde expectantes rumorem. Potest autem Dominus tum horum spem frustrari, tum illorum reditum irritum reddere.

3. Manna Philo explicans ait, velut ex traditione quadam Judaica edoctus, illius qualitatem esse ejusmodi, ut pro comedentis desiderio mutaretur; ac per se quidem esse tamquam milium melli incoctum; nunc autem panis, nunc carnis vicem explere; carnis autem, vel volatilium vel terrestrium animalium: modo etiam olerum saporem referre, idque pro uniuscujusque desiderio: piscium itidem, adeo ut proprietatis qualitatis uniuscujusque speciei in comedentis gustu omnino servaretur. Currus qui sessores tres haberent, agnovit Scriptura, siquidem reliquorum currum sessores duo erant, auriga & miles armatus: Pharaonis autem currus bellatores duos habebant, & unum equorum habenas tenentem. Scripsit mihi **Sympius.** Sympius epistolam officii & communionis causa, cui ego rescribens, litteras meas ad tuam pietatem misi, ut diligenter probatas ad illum jubeas transmitti, additis videlicet & tuis ipsius litteris. Valens, in Domino hilaris, pro me precans serveris mihi & Dei ecclesie, per Sancti misericordiam.

## E P I S T O L A CXCI.

*Gratias agit Basilius cuidam episcopo, qui prior scripserat; eumque hortatur, ut ipso agente cum vicinis episcopis locus & tempus Synodi indicentur, ad pristinam communionem, quam variae suspiciones interruperant, tandem aliquando inter remotas ecclesias instaurandam.*

## AMPHILOCHIO EPISCOPO ICONII.

**Anna 374.** **L**ectis litteris pietatis tuæ plurimas Deo gratias egi, quod antiquæ caritatis vestigia invenirem in verbis epistolæ; siquidem non quo plerique morbo laborasti, neque illud pertinaciter tenuisti, ne ipse inceptor esses amici colloqui; sed ut edoctus quam magnifica ex humilitate merces sanctis eveniat, ita elegisti, secundum tenendo, prior me inveniri. Hæc enim lex est Christianæ victoriæ; & qui minus habere non recusat, coronatur. Ne igitur desimus bono studio; ecce & nos gravitatem tuam resalutamus, & quid nobis sit sententiæ demonstramus: nempe firmato inter nos, Dei gratia, in fide consensu, nihil esse quod impediatur, quominus simus unum corpus & unus Spiritus, sicut vocati sumus in una spe per vocationem. Itaque caritatis tuæ est, bono initio & quæ consequuntur adjicere, unanimis tuos tecum conjungere, ac tempus & locum congressus indicare, ut sic Dei gratia nos invicem excipientes, ad pristinam dilectionis for-

nam ecclesias gubernemus, fratres ex utraque parte venientes tamquam propria membra suscipiendo: tamquam ad amicos mittendo, & rursus tamquam ab amicis excipiendo. Hæc enim erat olim Ecclesiæ gloria, ut ab orbis termino ad terminum brevibus tessera, veluti viatico instructi fratres ex unaquaque ecclesia patres ac fratres omnes invenirent; quod ipsum cum aliis nunc hostis ecclesiarum Christi de nobis prædatus est, ac singulis civitatibus circumscribimus, & unusquisque proximum suspectum habemus. Et quid aliud dicam, nisi caritatem nostram refrixisse, qua sola Dominus noster suos discipulos dixit, veluti propria nota, dignosci? Ac prius quidem, si videbitur, ipsi vos ipsos mutuo cognoscere, ut sciamus quibuscum nobis futura sit consensio. Atque hoc pacto consensu uno locum aliquem utriusque commodum, tempusque itineri faciendum idoneum eligentes, alii ad alios convolabimus, nosque in via diriget Dominus. Valeas, lætusque sis ac preceris pro me, mihi que Sancti benignitate doneris.

EPI.

**Lex victoriæ Christianæ.**

**Christiani olim ubique fratres & patres inveniebant.**



Alias  
CCCXXIX.

## EPISTOLA CXCIH.

Classis II.

*Cum Sophronius petenti aliquid Basiliæ ita annuisset, ut se ipse duplex beneficium accepisse diceret, nempe litteras Basiliæ & occasionem bene de eo merendi; Basilius gratias agit in hac epistola, sibi que rem eo gratiorem fuisse significat, quod a Sophronio proficisceretur.*

Anno 374.

## SOPHRONIO MAGISTRO.

**S**i ipse duplex accepisti beneficium, quem admodum mihi immensa quadam beneficii voluntate scripsisti, unum, quod acceperis litteras, alterum, quod tuam meo usui operam navaveris; quantum existimandum est me habere gratiam, qui & litteras suavissimæ tuæ vocis legi, & id quod expete-

Abam tam celeriter confectum vidi? Itaque id quod missum est sua sponte pergratum fuit: sed longe libentius hoc ipsum eo nomine suscepi, quod tu rei illius conficiendæ existiteris dux & auctor. Det autem nobis Dominus te cito videre, ut lingua gratias referamus, omnibusque simul bonis tuis perfruemur.

Alias  
CCCLXIX.

## EPISTOLA CXCIH.

*Peracute Basilius sese cum gruibus comparat. Quominus se ad solitudinem Meletii conferret, tum negotiorum exteriorum occupationibus detentus fuerat, tum vehementibus ac continuis febribus, quæ illum ita debilitaverant, ut aranea infirmior videretur. Venturum se ad Meletium promittit verno tempore, si Dei ope ex hoc morbo evaserit.*

## MELETIO ARCHIATRO.

Anno 375.

**N**obis ne quantum quidem gruibus licet hiemis incommoda effugere; sed quantum quidem ad futuri prænotionem attinet, nihil forte deteriores gruibus sumus. Quod vero ad vitæ libertatem spectat, tanto fere ab avibus distamus, quanto a volandi facultate. Primum quidem occupationes me nonnullæ negotiorum exteriorum detinuerunt: deinde continuæ ac vehementes febres corpus meum usque adeo consumserunt, ut visum sit aliquid etiam me tenuius, ego videlicet me ipso. Præterea quartana-

Bum accessus ultra viginti vices perstiterunt. Nunc autem cum a febribus liber esse videor; ita sum debilis, ut nihil in hoc ab aranea differam. Unde mihi omne iter imperivium, & quilibet auræ impulsus periculosior, quam fluctus decumani navigantibus. Necesse est ergo domi latitare, & tempus vernum expectare, si modo eo usque perdurare possim, nec prius spe excidam ob morbum visceribus insidentem. Quod si me Dominus magna sua manu servaverit, libentissime me conferam ad vestram solitudinem: libentissime te carum mihi caput amplectar. Tentum roga, ut de mea vita, prout animæ meæ conducit, statuatur.

Alias  
CCCLXVIII

## EPISTOLA CXCIH.

*Zoili litteris respondet Basilius, hortatur ut sæpe scribat: Morbi sui magnitudinem exprimi non posse dicit; sed vires a Deo expectat ad patienter ferendum.*

## ZOILO.

Anno 375.

**Q**uid agis, vires egregie, prævertens me humilitatis modo? qui cum tanta sis ornatus eruditione, ac scribendi adeo peritus, ut litteræ demonstrant, tamen postulas, ut in audaciori quodam conatu & meritis tuis majore, veniam tibi a nobis dari. Verum prætermissa hac ironia, scribe nobis ad omnem occasionem. Sive enim eloquentiæ non sum expertus, eloquentis viri litteras libentissime legam: sive quantum sit caritatis bonum, e Scriptura didici, maximo profus in pretio est hominis me diligen-

tis colloquium. Utinam autem perscribas quæ tibi precor bona, corporis valetudinem, ac domus totius prosperitatem. Jam quod ad res nostras spectat, scito eas solito non esse tolerabiliore. Satis autem erit hoc dicere, ut tibi corporis nostri infirmitas demonstretur. Nam morbi nunc detinentis magnitudinem, nec verbis demonstrare facile, nec re persuadere: siquidem iis quæ noveras, majus quidpiam a nobis ad infirmitatem inventum est. Jam Dei boni opus est vires mihi sufficere, ut patienter feram inflictas corporis ad nostram utilitatem plagas ab eo qui bene nobis facit Deo.

EPI-

Classis II.  
Alias  
CCCXII.

## EPISTOLA CXCIV.

*Rationem reddit Basilius cur raro scribat: ad postulandum a Deo reditum episcoporum hortatur.*

EUPHRONIO Episcopo Colonia  
Armenia.

Anno 375.

**P**ropterea quod longe diffusa est a viis publicis Colonia, quam tibi Dominus gubernandam credidit; etiamsi sæpe cæteris minoris Armeniae fratribus scribam, ægre tamen ad tuam pietatem litteras mitto, neminem sperans futurum, qui illas eousque perferat. Cum autem nunc sperem aut te adfuturum, aut epistolam ab episcopis qui-

abus scribo, esse ad te transmittendam; & tuæ scribo pietati, & te per litteras saluto; cum te certiore faciens videri me adhuc in terra versari; tum adhortans, pro me ut preceris, ut ærumnas ac calamitates minuat Dominus, & vehemens illud doloris pondus, nunc cordibus nostris incumbens, veluti nubem quamdam a nobis submoveat. Hoc autem continget, si celerem det reditum religiosissimis episcopis, qui nunc dispersi sunt, pœnas pro pietate pendentes.

Alias  
ECCLIX.

## EPISTOLA CXCVI.

*Basilius Aburgio gratulatur summos honores, ac prosperum incepti exitum precatur, seque gravissimis morbis debilitatum significat.*

ABURGIO.

Anno 375.

**P**rofilire te instar stellarum, modo in hac, modo in illa barbarorum regione apparentem, nunc quidem annonam militibus subministrantem, nunc vero Imperatori in splendido apparatu adstantem, nuntia-

B bonorum fama nobis narrare non cessat. Deum autem precor, ut incepto tibi pro meritis succedente, ad magnum quiddam eventus: & tandem aliquando conspiciaris in patria, dum in terris versor atque hunc aerem duco. In hoc enim tantum vitæ participes sum, quod respiro.

Alias  
LV.

## EPISTOLA CXCVII.

*Ambrosius missis clericis Basilium rogaverat, ut sibi corpus beati Dionysii Mediolanensis redderetur. Respondet ejus litteris Basilius; mirabilem gratulatur electionem, hortatur ad patriam sequenda vestigia; narratque accurate, quomodo corpus beati Dionysii a fidelibus, qui illud custodiebant, impetratum fuerit, ac veras esse illius reliquias asseverat, & certissimis argumentis confirmat.*

AMBROSIO EPISCOPO  
MEDIOLANENSI.

Anno 375.

**I.** **M**agna semper & multa Domini nostri dona, nec eorum magnitudinem metiri, aut multitudinem fas est numerare. Unum autem ex maximis donis, illud etiam est his qui non sine sensu beneficia suscipiunt, quod nunc longissime nobis locorum intervallo distantibus dedit inter nos conjungi per litterarum alloquutionem. Ac cognoscendi quidem modum duplicem nobis impertivit: unum per congressum, alterum vero per litterarum colloquium. Quoniam igitur cognovimus ex his quæ loquutus es: cognovimus autem, non corporis figuram memoriæ nostræ imprimentes, sed hominis interni pulchritudinem ex sermonum varietate perspicentes, siquidem unusquisque nostrum ex abundantia cordis loquitur; glorificavimus Deum nostrum qui singulis ætatibus eligit eos qui ipsi placent, ac prius qui-

Matth. 12.  
34.

idem ex ovium grege suscitavit principem populo suo, & Amos ex caprili corroboratum a Spiritu in prophetam evexit; nunc autem virum ex regia urbe, gentis totius rectorem, animo sublimem, generis claritate, opum splendore, dicendi facultate omnibus in sæculo degentibus conspicuum, ad gregis Christi curam pertraxit. Qui projiciens omnia sæculi ornamenta, eaque damnatum exitimans ut Christum lucrifaciat, commissa gubernacula suscepit magnæ & obfidem in Deum celeberrimæ navis, Christi Ecclesiæ. Age igitur, o homo Dei, quandoquidem non ab hominibus accepisti aut edoctus es Evangelium Christi, sed ipse te Dominus ex terræ iudicibus ad cathedram Apostolorum transtulit: certa bonum certamen: infirmitates populi cura, si quem forte Arianae insanæ labes attigit: renova vetera patrum vestigia, & dilectionis erga nos fundamento, quod a te jactum est, da operam ut superstruas frequentia salutationum. Sic enim

enim poterimus vicini inter nos esse spiritu, A etiamsi habitatione terrestri plurimum se-  
jungamur.

2. Tuus autem in beatissimum Dionysium episcopum ardor animi omnem de te erga Dominum amorem, reverentiam in antecessores, & studium fidei testatur. Animi enim erga fideles conservos affectio refertur ad Dominum, cui servierunt; & quisquis eos, qui pro fide decertarunt, honorat, eodem se fidei ardore accendi ostendit, ita ut una & eadem actio multiplicis virtutis testimonium habeat. Notum autem facimus tuæ in Christo caritati, optimos fratres, qui a tua pietate ad boni operis ministerium electi fuerunt, primum quidem toti clero laudem conciliasse morum suorum concinnitate; siquidem sua ipsorum modestia, communem omnium gravitatem indicabant: deinde vero omni studio ac diligentia usos, hiemem imperviam non reformidasse, ac omni constantia fidelibus beati corporis custodibus persuasisse, ut ipsis suæ ipsorum vitæ præsidium concederent. Noveris autem, nunquam futurum fuisse, ut principatus aut hominum potestates vim hominibus illis afferre possent; nisi horum fratrum animi firmitas eos flexisset ut cederent. Contulit autem plurimum ad optatam rem conficiendam & carissimi ac religiosissimi filii nostri

Therassii compresbyteri præsentia, qui laboribus itineris sponte susceptis, vehementiorem fidelium illius loci impetum compressit, & cum reluctantes oratione sua flexisset, coram presbyteris, diaconis, multique aliis Deum timentibus sublatas cum debita reverentia reliquias fratribus servavit: quas vos tanto cum gaudio suscipite, quanto cum more prosequuti sunt illarum custodes. Nemo dubitet, nemo ambigat: hic ille est invictus Athleta. Ossa illa novit Dominus, quæ una cum beata anima dimicarunt. Hæc cum ipsa coronabit in justa illa remunerationis ipsius die, uti scriptum est: *Oportet nos stare ante tribunal Christi, ut referat unusquisque secundum ea quæ per corpus egit.* Una arca erat, quæ venerandum illud corpus excepit: nullus prope ipsum jacuit: insigne fuit sepulchrum; martyris honor ei delatus. Christiani qui ipsum hospitio exceperant, tunc & suis manibus deposuerunt, & nunc extulerunt. Hi fleverunt quidem tamquam patre & patrono orbati: sed tamen prosequuti sunt, gaudium vestrum suæ consolationi præferentes. Pii ergo, qui tradiderunt: diligentes, qui susceperunt. Nusquam mendacium: nusquam dolus: testamur nos: extra calumniam sit apud vos veritas,

Classis II.  
Therassius  
presbyter.

Rom. 14. 10.

Dionysio  
martyrii  
honor delatus.

Honor  
sanctorum  
refertur ad  
Dominum.

Corpus  
Dionysii  
fideles vitæ  
suæ præsi-  
dium esse  
credebant.

Alias  
CCLXIII.

## E P I S T O L A C X C V I I I .

*Cur non sæpe scripserit, excusat hiemem, & clericorum suorum alienum a peregrinando animum. Scribit tandem per fratrem rure accersitum, quocum dimittit Eusebium lectorem, quem properantem ad Eusebium retinuerat. Nihil dicit de iis quæ novata sunt in Oriente, quia hæc fratres nuntiabunt. Ita se ægrotare significat ut vivendi spem abjecerit.*

EUSEBIO EPISCOPO  
SAMOSATORUM.

Anno 375. I. **P**ost epistolam, quam officiales ad me detulerunt, unam aliam postea accepi ad me missam. Ego autem scripsi, non multas quidem, eo quod nactus non sum qui ad vos proficiscerentur, sed tamen plus quatuor; in quibus & eas, quæ ad me Samosatis post priores pietatis tuæ epistolas delatæ fuerant, obsignatas misimus colendissimo fratri Leontio Nicææ Peræquatori, adhortantes, ut illius opere colendissimi fratris Sophronii domus procuratori darentur, ita ut ille ad te perferendas curaret. Cum igitur per multas transeant manus epistolæ, verisimile est unius alicujus negotiis aut segnitie fieri, ut pietas tua eas non recipiat. Quare veniam da, rogamus, litterarum paucitati. Quod autem, cum aliquem mittere oporteret ex nobis ipsis, minime fecimus; id recte pro tua prudentia requisivisti, nosque reprehendisti. Noveris tamen tantam apud

Dnos fuisse hiemem, ut viæ omnes usque ad dies Paschæ fuerint interclusæ, nec quemquam haberemus, qui sibi ad itineris incommoda fideret. Quamquam enim etiam hominum numero ingens quodammodo videtur esse clerus noster; at hominum ad itinera inexercitatorum, eo quod neque mercaturam faciant, neque libenter extra patriam morentur: sed sedentarias artes exercent plerique, unde victum sibi quotidianum comparant. Quinetiam ecce hoc fratre, quem nunc ad tuam pietatem misimus, rure accersito, litterarum ad tuam pietatem ministro usi sumus, ut & res nostras clare tibi exponat, & tuas nobis perspicue ac cito, Deo largiente, referat. Et desideratissimum fratrem Eusebium lectorem, jam pridem ad tuam pietatem proficisci gestientem retinimus, aerem temperatum expectantes. Ac nunc quidem non mediocriter sollicitus sum, ne insueta peregrinatio aliquid ei afferat novi incommodi, & morbi causam præbeat corpori ad ægrotandum proclivi.

Clerus Cæsariensis  
numerosus  
artes sedentarias exer-  
cens.

Euseb  
lector.

2. Quæ

Classis II. 2. Quæ porro in Oriente novata, super-  
vacaneum litteris significare; cum fratres  
ipfi accurate possint per se ipsi narrare. Scias  
autem, venerandum mihi caput, me cum  
hæc scriberem, ita male affectum fuisse, ut  
jam me omnes vivendi spēs reliquerint. Et-  
enim ne numerari quidem potest eorum quæ

mihi ingruerunt multitudo, & quanta in-  
firmitas, febriumque acerbitas, & mala  
habitus; nisi quod hoc unum ex omnibus  
colligitur, impletum jam mihi esse tempus  
commorationis in hac infelici & ærumnosa  
vita.

## E P I S T O L A CXCIX.

## CANONICA SECUNDA.

*Pluribus Amphilochoii quæstionibus ad canones spectantibus respondet Basilius, ac multa explicat & confirmat, quæ in prima epistola canonica statuerat, de matrimonio, de virginibus lapsis, de baptismo hæreticorum. Hæc autem responsa non statim missa sunt ac scripta; propterea quod moram attulerunt Basilius morbus ac ministrorum penuria.*

## AMPHILOCHIO DE CANONIBUS.

Anno 375.

CUM pridem ad propositas nobis a tua  
pietate quæstiones respondissem; non  
mihi scriptum, partim quidem longo & pe-  
riculoso morbo detentus, partim vero pro-  
pter penuriam ministrorum. Pauci enim  
apud nos, & viæ periti, & parati ad ejusmo-  
di ministeria. Quare cognitis morarum cau-  
sis ignosce nobis. Admirati autem sumus  
tuum discendi studium, simul & humilita-  
tem, quod & discere non graveris, cum do-  
cendi locus tibi commissus sit, & a nobis di-  
scere, quibus nihil est magni ad scientiam.  
Sed tamen quia non gravaris ob timorem  
Dei rem facere, quam alius haud facile fa-  
ciat; oportet ut & nos tuæ alacritati ac bono  
studio opem etiam ultra vires feramus.

Can. 17.

Interrogasti nos de Bianore presbytero,  
an in clerum admitti possit, propter jusju-  
randum. Ego autem me jam communem  
aliquam regulam de omnibus qui una cum  
eo juraverant, Antiochenis clericis edidisse  
memini; ut ipsi a publicis quidem conventi-  
bus abstineant, privatim vero munia obeant  
presbyterorum. Id ipsum autem etiam ei  
muneris sui peragendi præbet libertatem,  
quod non sit Antiochiæ sacerdotium, sed  
Iconii: quam urbem, ut ipse ad nos scripsi-  
sti, Antiochia ad habitandum permutavit.  
Ego vir ille suscipi potest; postulante ab eo  
pietate tua, ut pœnitentiam agat, ob faci-  
lem & promptum ad jusjurandum animum,  
quod coram infideli viro juravit, molestiam  
ferre exigui illius periculi non valens.

Canon 18.

De lapsis virginibus, quæ vitam castam  
professæ Domino, deinde carnis libidinibus  
victæ, pacta sua irrita faciunt, patres qui-  
dem nostri, cum simpliciter ac leniter sese  
ad eorum qui labuntur infirmitatem accom-  
modarent, censuerunt ipsas post annum ad-  
mitti posse, de illis ad similitudinem digamo-  
rum dijudicantes. Verum mihi quidem vi-  
detur, quoniam Dei dono progrediens Ec-  
clesia sit fortior, ac nunc multiplicatur ordo

virginum, diligenter considerandam esse &  
rem ipsam, prout consideranti manifesta est,  
& Scripturæ sententiam quæ ex consequu-  
tione inveniri potest. Viduitas enim virgini-  
tate inferior; ergo & viduarum delictum  
longe minus quam virginum. Videamus er-  
go quid ad Timotheum a Paulo scriptum sit:  
*Juniores autem viduas de vita. Postquam enim*

1. Tim. 5.  
11.

*lascivierunt adversus Christum, nubere vo-  
lunt, habentes condemnationem, quod primam  
fidem irritam fecerunt.* Itaque si vidua judi-  
cio subicitur gravissimo, ut quæ fidem in  
Christum irritam fecerit, quid nobis putan-  
dum de virgine, quæ sponsa est Christi, &  
sacrum vas Domino dedicatum? Magnum  
quidem est peccatum, vel ancillam clande-  
stinis matrimoniis sese dantem, stupro do-  
mum implere, & deteriore vita injuriam  
possessori facere: longe autem gravius est  
sponsam fieri adulteram, ac suæ cum sponso  
coniunctioni dedecus ferentem, impudicis  
voluptatibus se dedere. Proinde vidua qui-  
dem, ut corrupta ancilla, condemnatur:  
virgo vero adulteræ judicio subicitur. Que-  
madmodum igitur eum qui cum aliena est  
muliere, adulterum nominamus, non prius  
admittentes ad communionem, quam a pec-  
cato cessaverit: ita profecto & de eo qui vir-  
ginem habet, statuemus. Illud autem nunc  
in antecessum statuere nobis necesse est, vir-  
ginem vocari, quæ se sua sponte obtulit Do-  
mino, ac nuntium nuptiis remisit, & san-  
ctimoniam institutum amplexa est. Professio-  
nes autem ab eo tempore admittimus, quo  
ætas rationis complementum habuerit. Ne-  
que enim pueriles voces omnino ratas in eju-  
smodi rebus habere convenit: sed quæ supra  
sexdecim vel septemdecim annos nata, ra-  
tificationum suarum arbitra, diu exami-  
nata ac probata deinceps perseveraverit, &  
ut admittatur, constanter rogaverit, tum  
demum inter virgines referenda, ejusque  
rata habenda professio, ac illius violatio  
inexorabiliter punienda. Multas enim pa-  
rentes adducunt & fratres & propinquorum

non-

nonnulli ante ætatem, non sua sponte ad cælibem vitam incitatas, sed ut sibi ipsi aliquod in vita commodum provideant. Tales non facile admittendæ; donec aperte ipsarum perscrutati fuerimus sententiam.

*Canon 19.* Virorum autem professiones non novimus, præterquam si qui se ipsi monachorum ordini adscripserint: qui quidem tacite vitam cœlibem videntur suscepisse. Verumtamen in illis quoque illud opinor præmitti oportere, ut ipsi interrogentur, accipiaturque eorum professio clara ac perspicua: ut cum se ad libidinofam & voluptariam vitam converterint, eorum, qui fornicantur, punitioni subjiciantur.

*Canon 20.* Quæcumque mulieres, cum essent in hæresi, virginitatem professæ sunt; sed postea matrimonium prætulere, non arbitror eas condemnari oportere. *Quæcumque enim dicit lex, iis qui in lege sunt dicit.* Quæ autem jugum Christi nondum subierunt, eæ nec Domini leges agnoscunt. Quare sunt in Ecclesiam recipiendæ; cum omnibus etiam horum remissionem habentes ex fide in Christum; ac omnino quæ in catechumenica vita facta sunt, in iudicium non vocantur. Tales autem videlicet sine baptismo Ecclesia non recipit. Quare generationis iura sunt in ipsis maxime necessaria.

*Canon 21.* Si vir una cum uxore habitans, postea matrimonio non contentus, in fornicationem inciderit; fornicatorem eum iudicamus, ipsumque longius producimus in impositis pœnis: sed tamen canonem non habemus, qui eum adulterii crimini subjiciat, si in solutam a matrimonio peccatum commissum sit: propterea quod *adultera quidem, inquit, polluta pollætur & ad virum suum non revertetur; & qui adulteram detinet, stultus est & impius:* sed qui fornicatus est, non excludetur quominus cum uxore habitet. Quare uxor quidem a fornicatione revertentem virum suum excipiet: vir vero pollutam e suis ædibus ejiciet. Atque horum quidem ratio non facilis, sed consuetudo sic invaluit.

*Canon 22.* Qui ex raptu mulieres habent, si quidem aliis jam desponsas abriperint, ante admittendi non sunt, quam ab eis ablatae sint & eorum quibus ab initio desponsæ erant, potestati redditæ, utrum eas velint accipere, an desistere: Si quis autem vacantem acceperit, auferre quidem oportet, suisque restituere, & ipsorum voluntati permittere, si sint parentes, si fratres, si quis alii puellæ moderatores: ac si ei quidem tradere velint, oportet matrimonium constituere: sin autem renuerint, nequaquam vim inferre. Eum autem qui ex stupro sive latenti, sive violento uxorem habet, necesse est fornicationis pœnam agnoscere. Est autem in quatuor annis præfinita forni-

*S. Basilii Oper. Tom. III.*

A cantibus pœna. Oportet eos anno primo a precibus expelli, & flere ad fores ecclesiæ: secundo ad auditionem admitti, tertio ad pœnitentiam: quarto ad standum una cum populo, abstinentes ab oblatione; deinde eis permitti boni communionem.

De iis autem qui duas sorores uxores ducunt, vel de eis quæ duobus fratribus nubunt, a nobis edita est epistola, cujus missimus exemplar tuæ pietati. Qui autem sui fratris uxorem acceperit, non prius admitretur, quam ab ea recesserit.

Viduam, quæ in viduarum numerum relata est, hoc est, quæ ab ecclesia alitur, iudicavit Apostolus nubentem contemni debere. Viro autem viduo lex imposita non est, sed tali sufficit pœna digamorum. Porro vidua sexaginta annos nata, si rursus una cum viro habitare voluerit, boni communionem non dignabitur, donec ab impuritatis vitio destiterit: sed si ante sexaginta annos eam adscripserimus; nostra est, non mulieris culpa.

Qui a se stupratam pro uxore detinet, stupri quidem pœnam subibit, sed ei licebit eam uxorem habere.

Fornicatio matrimonium non est, sed ne matrimonii quidem initium. Quare si fieri potest, ut qui per fornicationem conjuncti sunt, separentur, id quidem optimum est: sin autem eis omnino placeat conjugium, fornicationis quidem pœnam agnoscant; sed minime separentur, ne quid deterius accidat.

De presbytero, qui insciens illicitis nuptiis implicatus est, statui quæ oportebat, cathedræ quidem participem esse, sed a reliquis muniis abstinere. Nam satis est ejusmodi homini venia. Ut autem alium benedicat, qui propria curare debet vulnera, minime consentaneum. Benedictio enim sanctificationis communicatio est; quam qui non habet, propterea quod insciens lapsus est, quomodo aliis impertiet? Itaque nec publice nec privatim benedicat, nec corpus Christi distribuat aliis, nec quodvis aliud sacrum munus obeat, sed honorifice sed contentus, roget cum lacrymis Dominum, ut sibi ignorantix peccatum remittatur.

Illud quidem mihi visum est ridiculum, vovere aliquem, se a suillis carnibus abstenturum. Quamobrem dignare eos docere, ut ab ineptis votis & promissis abstineant; sed usum nihilominus indifferentem esse sine. Nulla enim Dei creatura, quæ cum gratiarum actione percipitur, rejicienda est. Quare votum est ridiculum, abstinentia non necessaria.

Quod homines potestate præditi jurant, se male iis quibus præsumt facturos, illud &

- Clas. ii.** maxime curatum oportet. Medela autem eorum est duplex: una quidem, ut doceantur non facile jurare, altera vero, ne in malis consiliis persistant. Idcirco qui iurejurando ad alterius maleficium præoccupatus est, is suæ in jurando temeritatis poenitentiam ostendat, non autem per causam pietatis improbitatem suam confirmet. Neque enim Herodi jusjurandum observasse profuit, qui videlicet, ne pejeraret, prophetam occidit. Omnino quidem jusjurandum prohibitum est: sed multo magis consentaneum est, ut quod ad malum interponitur, condemnetur. Quare is qui juravit, sententiam mutare debet, non id studio habere ut proprium nefas confirmet. Fac enim latius consideres absurditatem. Si quis juret effossum se oculos fratris; an præclarum est ejusmodi jusjurandum ad opus perducere? Si quis se interfecturum; si quis omnino mandatum aliquod transgressurum? Juravi enim & statui, non peccatum patrare, sed servare judicia justitiæ tuæ. Quemadmodum enim præceptum immutabilibus consiliis confirmandum est: ita peccatum omnino infirmare & delere convenit.
- Canon 30.** De iis qui rapiunt, canonem quidem antiquum non habemus, sed propriam sententiam proferimus, ut & ipsi & qui una cum ipsis rapiunt, tribus annis sint extra preces. Quod autem violenter non fit, poenæ nulli obnoxium est, si nec stuprum nec furtum rem præcefferit. Est autem vidua sui juris, & sequendi potestas penes ipsam est. Quare simulationum ac prætextuum cura nulla nobis habenda est.
- Canon 31.** Cujus vir discessit, nec comparet, ea antequam de ejus morte certior facta sit, una cum alio habitans mœchatur.
- Canon 32.** Peccatum ad mortem peccantes clerici, de gradu deiciuntur, a laicorum autem communione non arcentur. *Non enim vindicabis bis in idipsum.*
- Canon 33.** Mulier quæ in via peperit, & foetus sui curam non suscepit, cædis crimini subjiciatur.
- Canon 34.** Mulieres adulterio pollutas, & ob pietatem confitentes, aut quoquomodo convictas publicari patres nostri noluerunt, ne causam mortis præbeamus convictis: consistere autem illas sine communione jusserunt, donec impleatur tempus poenitentiae.
- Canon 35.** In marito ab uxore derelicto consideranda derelictionis causa: ac si eam præter rationem secessisse constiterit, ille quidem dignus venia, hæc vero multa. Venia autem ei, ut ecclesiæ communicet, dabitur.
- Canon 36.** Militum uxores, quæ, maritis suis non comparentibus, nupsent, rationi eidem subjiciuntur, cui & illæ, quæ ob peregrinationem maritorum, reditum non expecta-
- vere: sed tamen res nonnullam hic veniam admittit, quod major sit mortis suspicio.
- Qui aliena sibi ablata uxorem duxit, in prima quidem adulterii crimen sustinebit, in secunda vero reus non agetur.
- Puellæ, quæ præter patris sententiam sequuntur, fornicantur: reconciliatis autem parentibus videtur res remedium accipere; non tamen statim in communionem restituantur, sed triennio punientur.
- Quæ vivit cum adultero, adultera est omni tempore.
- Quæ præter heri sententiam se viro tradidit, fornicata est: quæ vero postea matrimonio libero usâ est, nupsit. Quare illud quidem fornicatio est: hoc vero matrimonium. Nam pacta eorum, qui sunt in alterius potestate, nihil habent firmi.
- Quæ in viduitate habet sui potestatem, una cum viro habitare potest sine reprehensione, si nemo est, qui conjugium divellat, cum Apostolus dicat: *Si mortuus sit maritus libera est, ut nubat cui velit, tantum in Domino.*
- Matrimonia sine iis qui potestatem habent, fornicationes sunt. Neque ergo vivente patre, neque hero, qui conveniunt extra reprehensionem sunt; quemadmodum si annuant cohabitationi, quos penes hujus rei est arbitrium, tunc firmitatem conjugii accipit cohabitatio.
- Qui mortis ictum dedit proximo, est homicida, sive percutere incœpit, sive ultus est.
- Diaconissa quæ cum Græco fornicata est, ad poenitentiam admittenda est: ad oblationem vero admittetur anno septimo, si videlicet in castitate vitam agat. Græcus autem qui post fidem receptam rursus ad sacrilegium accedit, ad vomitum revertitur. Nos porro diaconissæ corpus, utpote consecratum, non amplius permittimus in usu esse carnali.
- Si quis accepto nomine Christianismi Christum contumelia afficit, nihil ei prodest appellatio.
- Quæ viro ad tempus ab uxore derelicto insciens nupsit, ac deinde dimissa est, quod prior ad ipsum reversa sit, fornicata quidem est, sed imprudens. A matrimonio ergo non arcebitur, sed melius est, si sic permaneat.
- Enkratitæ, & Saccophori & Apotactitæ non subjiciuntur eidem rationi, cui & Novatiani, quia de illis editus canon, etsi varius; quæ autem ad istos pertinent, silentio sunt prætermissa. Nos autem una ratione tales rebaptizamus. Quod si apud vos prohibita est rebaptizatio, sicut & apud Romanos, œconomix alicujus gratia, nostra tamen ratio vim obtineat. Quoniam enim veluti germen Marcionistarum est eorum hæc.

hæresis, ut qui nuptias abhorreant, & vinum averfentur, ac dicant Dei creaturam inquinatam esse, idcirco ipsos in ecclesiam non admittimus, nisi in nostrum baptisma fuerint baptizati. Etenim ne dicant: *In Patrem & Filium & Spiritum sanctum baptizati sumus*; qui videlicet Deum esse malorum effectorem existimant, exemplo Marcionis & reliquarum hæresum. Quamobrem si hoc placuerit, oportet episcopos plures in unum convenire, & ita demum canonem edere, ut & is qui agit, periculo careat, & qui respondet, in dando ejusmodi quæstionibus responso auctoritatem habeat.

Canon 48.

Quæ a marito relicta est, mea quidem sententia, manere debet. Si enim Dominus di-

xit, *Si quis relinquat uxorem, excepta fornicationis causa, facit eam mœcham*; ex eo quod eam adulteram vocet, præclufit ei conjunctionem cum alio. Quomodo enim possit vir quidem esse reus, ut adulterii causa, mulier vero inculpata, quæ adultera a Domino ob conjunctionem cum alio appellata est?

Classis II.

Matth. 5: 32

Stupra quæ per vim inferuntur, non sint accusationi obnoxia. Quare etiam serva, si vis ei a proprio hero illata sit, libera est a culpa.

can. 49.

Trigamiæ lex non est. Quare lege matrimonium tertium non contrahitur. Ac talia quidem, ut ecclesiæ inquinamenta, habemus, sed condemnationibus publicis non subjicimus, ut soluta fornicatione magis eligenda.

can. 50.

## E P I S T O L A C C.

Alias  
CCCXCVII.

*Basilus morbis & negotiis detentus nihil Amphiloquio per totam hiemem scripserat, sed oblata occasione scribit per Meletium: hortatur ut sibi solutionem e corpore precetur, & ecclesiæ suæ, sive se vivo, sive ad Dominum translato, curam suscipiat. Meletium & Melitium ei commendat, eumque inquit ad memoriam S. Eupfychii.*

AMPHILOCHIO ICONII  
EPISCOPO.

Anno 375.

**M**Orbi me ex morbis excipiunt, & occupationes tum ex negotiis ecclesiasticis ortæ, tum ab iis qui ecclesiis nocent; exhibitæ, per totam hiemem & usque ad hujus epistolæ tempus detinuerunt. Quare nec quemquam mittere, nec pietatem tuam invisere, integrum nobis fuit. Conjectio autem & reliquas tuas res similiter se habere; non quoad valetudinem dico, absit; det enim Dominus sanitatem corpori tuo continuam ad exequenda ipsius mandata: sed quod sollicitudo ecclesiarum te quoque simili modo districtum teneat. Et nunc eram aliquem missurus hac ipsa de causa, ut de rerum tuarum statu certior fierem. At ubi desideratissimus filius Meletius, qui milites recens collectos deducit, copiam esse indicavit, ut te ipsius opera salutarem, libenter amplexus sum scribendi occasionem, & ad ministrum litterarum accurri, virum qui possit etiam epistolæ esse loco, tum propter animum veram amantem, tum quod nihil rerum nostrarum, ignoret. Per hunc tuam pietatem adhortamur, in primis ut pro me preceris, ut concedat Dominus mihi quidem solutionem

Meletius.

ex hoc importuno corpore, suis autem ecclesiis pacem, tibi vero quietem & facultatem, postquam more apostolico, ut cœpisti, res Lycaoniæ composueris, etiam huc nostra invisendi, sive in carne versemur, sive jam ad Dominum migrare jussi fuerimus, ut ipse tamquam tuarum, quod sane verum est, curam suscipias nostrarum regionum: ac infirma constabiles, languida excites, & omnia Spiritus, qui in te est, gratia in id quod Domino placitum fuerit, transmutes. Cæterum valde honorandos filios nostros Meletium & Melitium, quos jam dudum nosti, quosque tuos esse judicas, commendatos habe, ac pro ipsis precare. Hoc enim ipsis satis erit ad omnem securitatem. Quare & eos qui una cum tua sanctitate sunt, & clerum omnem, populumque qui a te pascitur, & religiosissimos fratres nostros ac ministros dignare nostro nomine salutare. Memoriam beatissimi martyris Eupfychii memineris, nec exspectes ut moneam te iterum: neque des operam ut ad ipsum præstitutum diem accedas: sed ut hunc prævenias, nosque exhilares, si modo adhuc in terra versemur. Interim valens in Domino, ac pro nobis orans, serveris nobis & Dei ecclesiis, Sancti gratia.

Meletius &amp; Melitius.

Alias  
CCCCIL

## E P I S T O L A CCI.

*Pluribus de causis congregari cum Amphiloquio cupiebat Basilus; sed cum utrumque morbus desinisset, veniam petit Basilus ac vicissim concedit.*

AMPHILOCHIO ICONII  
EPISCOPO.

Anno 375.

**M**Ultis de causis cupio tecum congregari, ut & te consiliario utar de rebus quæ S. Basilii Oper. Tom. III.

in manibus sunt, ac omnino ut te longo videns intervallo solatium aliquod habeam absentis. Sed cum eadem utrumque distinuerint, tum quæ tibi incidit infirmitas, tum

X 2 mea

Classis II. mea illa vetustior ægrotatio, quæ nondum A que demus, ut per nosmetipfos culpam in-  
abiceſſit; veniam utrique, si placet, uter- vicem dimittamus.

Alias  
CCCXCVI.

## E P I S T O L A CCII.

*Basilii morbi reliquiis detentus Amphilocho rogat, ut synodus differatur in paucos dies: aut, si urgente negotia, ipse tamquam præſens numeretur.*

## AMPHILOCHIO ICONII EPISCOPO.

Annò 375.

**E**T alias quidem pro magno ducerem cum gravitate tua congregari, sed nunc maxime, cum talis sit conveniendi causa. Sed quia reliquiæ morbi mei tales sunt, ut ne minimum quidem mihi motum permit- tant, quippe qui, postquam curru ad mar- tyres usque profectus sum, rursus fere in eundem reciderim morbum; ideo veniam

mihî a vobis dari necesse est. Quod si fieri potest ut res in paucos dies differatur; & ade- ro vobiscum, Deo largiente, & sollicitudi- nes partiar. Sin autem urgent negotia, pe- ragite, Deo adjuvante, quæ in manibus sunt: me autem inter vos tamquam præſen- tem, & eorum, quæ præclare gerentur, so- gium annūmerate. Sanus & in Domino læ- tus, & pro me orans serveris Dei ecclesiæ, Sancti gratia.

Alias  
LXXXVII.

## E P I S T O L A CCIII.

*Basilium cum episcopis maritimis congregari cupientem multa detinere: expectantem dum Cappadociam ab hæreticis vexatam inviserent, aut scriberent, spes sefellit. Prior itaque scribit; seque ait paratum esse accusatoribus coram eis respondere, ac sese eorum iudicio committere. Sed rogat ne se indicta causa condemnent, nec aliorum communiōne videantur sibi non indigere, cum nihil hac cogitatione alienum magis sit ab unitate & ecclesiasticis insti- tutis. Postulat ut vel ad se veniant, vel locum congressus indicant, nec sibi necessitatem afferant doloris quem hætenus corde preſſit, aliis ecclesiis significandi. Hæc solus quidem scripsit, sed aliorum Cappadocum hortatu per fratrem Petrum presbyterum misit.*

## MARITIMIS EPISCOPIS.

Annò 375.

**I**NERAT mihi magnum desiderium vestri congressus, sed semper aliquid super- venit impediendi, meæ obitans cupiditati. Vel enim me corporis infirmitas constrinxit, (quam prorsus non ignoratis, quanta mihi adsit, a prima ætate ad hanc usque senectute- tem enutrita mecum, meque castigans se- cundum justum Dei iudicium, qui omnia in sapientia moderatur) vel ecclesiarum solli- citudines, vel cum iis, qui doctrinam veri- tatis impugnant, certamina. Quocirca in hunc usque diem in multa afflictione tristi- tiaque dego, eo quod mihi conscius sim ve- stra mihi deesse. Ego enim cum audiverim a Deo, qui eam ob causam carnem assume- re voluit, ut & exemplis rerum agendarum dirigeret vitam nostram, & propria voce an- nuntiaret nobis Evangelium regni: cum, *In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si diligatis invicem, cumque extremum munus discipu- lis suis, suam in carne dispensationem abso- luturus, pacem suam Dominus reliquerit,* *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis,* mihi ipse persuadere non queo, me siue mutua caritate, & nisi, quantum in me est, pacem cum omnibus habeam, dignum posse Jesu Christi servum vocari. Longo tamen expectavi tempore, an & vestra nos

Joan. 13. 35.

Joan. 14. 27.

Caliquando caritas visitaret. Non enim igno- ratis, nos palam omnibus propositos, velu- ti scopulos in mari prominentes, furorem fluctuum hæreticorum excipere: eosque dum circa nos franguntur, ea quæ retro nos sunt, non alluere. Illud autem, nos, cum dico, non ad humanas refero vires, sed ad Dei gra- tiam, qui in hominum imbecillitate poten- tiam suam declarat, quemadmodum ait Propheta ex persona Domini dicens: *An me non timebitis, qui arcem mari terminum po- sui?* Nam omnium infirmissima ac vilissima re, arena, ingens ac grave pelagus constrin- xit Omnipotens. Quoniam igitur & res no- stræ sic se habent; par erat a vestra caritate aliquos ex germanis fratribus continenter mitti, qui nos afflictos inviserent, & ami- cas litteras ad nos venire crebrius, quæ par- tiam studium nostrum confirmarent, partim vero, si qua in re offendimus, corrigerent. Non enim negamus nos innumeris erratis obnoxios esse, cum homines simus & in car- ne vivamus.

Cæsariensis ecclesia fluctibus hæreticis magis exposita.

Her. 5. 22.

2. Sed quia superiori tempore, vel minus videntes quid deceret, non præstitistis quæ nobis debebantur, fratres in primis colendi, vel nonnullorum in nos calumniis præoccu- pati dignos non iudicastis, quos ex caritate inviseretis; ecce nunc priores scribimus: ac illata nobis crimina, profitemur paratos esse, coram vobis diluere; modo tantum ad- du-



ducantur qui nobis injuriam faciunt, ut contra nos adversa fronte coram vestra pietate prodeant. Nam & nos convicti peccatum nostrum agnoscemus : & vobis, postquam convicti fuerimus, venia erit apud Dominum, quod vos ex nostra peccatorum communione subtraxeritis : & qui convicerint, mercedem habebunt, ut qui occultam nostram malitiam patefecerint. Sed si antequam convincamur, nos condemnetis; nos quidem nihil lædemur, nisi quod rei omnium nobis pretiosissimæ, caritatis vobiscum intercedentis, jacturam faciemus: vos vero & hoc idem pati, si nos non habeatis, & cum Evangelio videbimini pugnare dicenti : *Numquid lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit, & cognoverit quid faciat?* Et qui in nos calumnias effundit, eorum quæ dicit argumenta non proferens, comperietur sibi ipse nomen pravum asciscere ex illegitimo verborum usu. Calumniantem enim quomodo vocare convenit, nisi ei cognomen, quod ex ipsa re profitetur, imponendo? Neque igitur is qui nobis convitiatur, diabolus sit, sed acculator: imo vero neque accusatoris accipiat nomen; sed frater sit admonens in caritate, & ad emendationem arguens; neque vos convitiatorum auditores sitis, sed argumentorum iudices: neque nos incurati relinquamur, nostro nobis non indicato delicto.

3. Non enim vos illa cogitatio detineat: Nos qui maritima loca incolimus, extra multorum malum sumus, nec aliorum indigemus auxilio: quamobrem quid nobis opus est cum aliis communitio? Dominus enim insulas quidem a continente per mare dividit: insularum vero incolas per caritatem cum incolis continentis junxit. Nihil nos ab invicem, fratres, separat, nisi animi proposito dissociemur. Unus nobis est Dominus, una fides, spes eadem. Sive caput vos ipsos universæ Ecclesiæ existimatis, non potest caput dicere pedibus: Non est mihi opus vobis. Sive vos in alio membrorum ecclesiasticorum ordine reponitis, nobis in eodem corpore constitutis non potestis dicere: Vestri non indigemus. Nam & manus altera alterius eget, & pes alter alterum firmat, & oculi per concordiam clare ac perspicue vident. Nos enim nostram ipsorum imbecillitatem confitemur, ac conspirationem vestram exposcimus. Novimus enim fore, ut etiam si corpore non adsitis, precum subsidio non parum nobis emolumentis, temporibus maxime necessariis, afferatis. Vos autem nec coram hominibus decorum est, nec Deo placitum, ejusmodi uti vocibus, quibus ne gentes quidem utuntur, quæ Deum ignorant. Quin & illas audimus, et-

iam si omnibus abundantem regionem incolant, saltem ob incertum futurorum eventum, foedus inter se libenter inire, ac commercium tamquam alicui rei utile persequi. Nos autem ex illis orti patribus, qui legem tulerunt, ut brevibus notis communionis signa a terminis orbis terrarum usque ad terminos circumferrentur, atque omnes omnibus cives & propinqui essent; nunc nos ipsi abscindimus ab orbe terrarum, nec nos pudet solitudinis: nec damnum ferre distractionem concordia ducimus: neque horremus, quod ad nos pervenerit formidanda prophetia Domini nostri, qui dixit: *Quoniam abundavit iniquitas, refrigescet caritas multorum.*

4. Nolite, fratres reverendissimi, nolite hoc ferre, sed nos potius de præteritis consolemini, pacificis litteris & amicis salutationibus, veluti leni quodam contactu, peccatoris nostri vulnus, quod nobis per præteritam incuriam fecistis, demulcentes. Ac si ipsi vultis ad nos accedere, & per vos ipsi morbos nostros perscrutari, utrum vere tales sint, quales auditis, an ex mendacii additamentis graviora vobis peccata nostra nuntientur; etiam id fiat. Parati sumus supinis manibus advenientes vos excipere, nosque ipsi ad diligens examen offerre; tantummodo iis quæ sient, præeat caritas. Si ve vultis apud vos aliquem locum designare, in quo & debitum vobis visitationis officium persolvamus; & nos ipsi, quantum fieri potest, probandos exhibeamus, ut & præterita sanentur, & deinceps nullus calumniae locus relinquatur; & hoc fiat. Omnino enim, quamquam infirmam circumferimus carnem, tamen quamdiu respirabimus, nihil debemus eorum omittere, quæ ad ædificationem ecclesiarum Christi pertinent. Itaque hanc nostram obtestationem ne eludatis, neque nos eo necessitatis adducatis, ut & aliis dolorem nostrum aperiamus. Nam hæc tenemus, quod quidem vos non lateat, fratres, moestitiam in nobis ipsis premimus; cum pudeat remotioribus nostris communicatoribus, vestram a nobis alienationem declarare, ne & illos affligamus, & gaudium his qui nos oderunt, afferamus. Nunc solus hæc scripsi, sed de consilio omnium in Capadocia fratrum misi, qui & me rogarunt, ut ne quovis uterer ministro litterarum, sed idoneo viro, qui quæcumque omisimus in epistola, ne longius sermo protraheretur, sua ipsius prudentia, quam ex Dei gratia habet, expleat. Dicimus autem optatissimum nobis, ac religiosissimum fratrem Petrum compresbyterum, quem & excipite in caritate, atque ad nos, cum pace dimittite, ut nobis bonorum nuntius sit.

Classis II.  
ter se foedus  
invenit.

Brevibus  
notis com-  
munionis  
signa per  
orbem cir-  
cumferun-  
tur.

Matth. 24.  
12.

Joan. 7. 51.

Christiani non  
separantur  
ab invicem,  
nisi volun-  
tate sepa-  
rentur.

Ephes. 4. 5.  
1. Cor. 12.

Nemo potest  
in Ecclesia  
dicere se alio  
non indigere.

Ipsi ethnici  
libenter in-

Petrus  
presbyter.

## E P I S T O L A CCIV.

Queritur Basilii apud presbyteros Neocæsarienses, ac per eos apud totam civitatem, quod cum sibi tot ac tanta cum illis necessitudines intercedant, absentem se condemnent & oderint, ac calumniis in vitam suam & fidem instructis aures præbeant. Declarat se non tam sua, quam illorum causa ad defensionem aggredi. Postulat ut si sanabilia sunt sua peccata, admoneatur; sin autem insanabilia, publice ab adversario prodeunte arguatur. Quod spectat ad fidem, rogat ut idoneis instructi sint præsidis, qui de suis scriptis iudicium ferent; ea tamen libenter illorum iudicio committit. Fidem suam defendit & ex puorili institutione accepta ab avia Macrina; & ex perpetuo Arianae hæresis odio, ex qua si quos redeuntes suscepit, fidem Nicenam confitentem recepit, idque comprobante beatissimo Athanasio. His addit suam cum plurimis ecclesiis, quas recenset, communionem: unde demonstrat ab illarum ecclesiarum communionem discessuros, si a sua discedant, ac rogat ne se cogant apud has ecclesias dolorem hactenus corde pressum depromere, sed potius meminerint antiquæ inter ecclesiam Cæsariensem & Neocæsariensem conjunctionis.

## AD NEOCÆSARIENSES.

1. **M**ulto tempore siluimus inter nos, fratres omni honore dignissimi nobis ac carissimi, non secus ac qui ad iram concitati sunt. Quis autem ita iratus & implacabilis injuriæ auctori, ut ortam ex odio iracundiam per totam fere hominis ætatem extendat? Quod tamen videre est usu nobis evenisse: quamvis nulla sit justa disjunctionis causa, quod quidem sciamus; sed contra, multa & magna ad summam nobis amicitiam & conjunctionem exstiterint ab initio; B unum quidem, illudque maximum & primum, Domini præceptum diserte dicentis: *In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si vos mutuo diligitis.* Quod quidem caritatis bonum rursus Apostolus perspicue nobis exponit, modo quidem, cum pronuntiat complementum legis esse caritatem, modo vero, cum caritatis bonum omnibus simul magnis bonis præfert, dum ait: *Si linguis hominum loquar & angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum æsonans, ut cymbalum rinniens. Et, si habeam prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habeam fidem omnem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum. Et, si insumam in alimoniam omnes facultates meas & tradam corpus meum ut comburatur, caritatem autem non habeam, nihil utilitatis capio.* Non quod possint aliquando singula, quæ enumerata sunt, sine dilectione perfici: sed quod Sanctus voluerit, ut ipse dixit, adhibita hyperbolæ figura, præstantiam omnia superantem huic mandato tribuere.

2. Alterum huc accedit, quod, si quid magni affert ad conjunctionem, etiam iidem uti magistris, iidem nobis sint ac vobis magistri mysteriorum Dei, & patres spirituales, qui initio ecclesiam vestram fundarunt: Gregorium dico summum illum virum, & quotquot post eum sedi apud vos episcopali succe-

Gregorius  
hujusque  
magister  
magister  
magister

A dentes, alius post alium veluti stellæ quædam luti stellæ quædam. exorientes, iidem vestigiis institerunt, adeo ut nemini obscura reliquerint cœlestis instituti monumenta. Quod si & corporeæ necessitudines contemnendæ non sunt, sed multum etiam ad firmam conjunctionem vitæque societatem conducunt, hæc quoque nobis jura vobiscum intercedunt. Quare ergo, o urbium ornatissima (per vos enim urbem totam alloquor) nullæ istinc mansuetæ litteræ, nulla vox optabilis, sed aperta sunt aures vestræ, his qui calumniari conantur? unde eo plus ingemiscere debeo, quo magis video ad exitum perducere quod intendunt: si quidem calumniæ opus auctorem manifestum habet: qui cum ex multis malefactis notus sit, tamen hac maxime nequitia dignoscitur, ita ut nomen ei factum fuerit peccatum. Sed tamen ferte meam dicendi libertatem: utramque aurem meis tycophantis aperientes, omnia animo citra examen recipitis, nec quisquam est qui mendacium a veritate lecernat. Quis umquam malarum criminationum penuria laboravit, solus contendens? Quis mentiens convictus, absente eo qui calumniis appetitur? Quænam oratio non probabilis audientibus, si maledicus asseveret rem ita se habere, is autem cui maledicatur, nec adsit, nec contumelias audiat? Nonne & ipsa sæculi consuetudo hæc vos edocet, eum, qui æquus & communis auditor futurus est, non debere totum abducia præoccupante, sed & defensionem expectare ejus, qui reus agitur, ut sic ex collatione utriusque sermonis, veritas elucescat? *Justum iudicium iudicare:* præceptum Ioh. 7. 24. D est unum ex maxime necessariis ad salutem.

3. Atque hæc dico, non oblitus verborum Apostoli, qui fugiens humana iudicia, totam suam vitam illius iudicii, quod decipi non potest, examini relervabat, ubi ait: *Mibi 1. Cor. 4. 5. autem pro minimo est ut a vobis iudicer, aut ab humano die.* Sed tamen quia aures vestras falsæ criminationes præoccuparunt, acca-

Sæculi con-  
suetudo ut  
nemo dam-  
netur indi-  
cta causa.

Trius si-  
mol docet  
calumnia-  
tor.

lumniis petita est vita nostra, petita etiam  
nostra in Deum fides; haud ignorans tres si-  
mul personas a calumniatore lædi: nocet  
enim & ei quem calumniatur, & iis quos al-  
loquitur, & sibi ipse: de meo equidem dam-  
no tacuisssem, probe sciatis; non quod ve-  
stram existimationem contemnam (quomo-  
do enim qui, ne eam amittam hæc scribo  
& nunc contendo?) sed quod videam ex tri-  
bus qui læduntur, eum qui minus læditur,  
me esse. Ego enim vestri jacturam facio, vo-  
bis veritas eripitur; & qui horum auctor est,  
me quidem a vobis sejungit, ipse vero se a  
Domino abalienat: fieri enim non potest ut  
quis Deo, verita patrandò, jungatur.  
Vestra igitur causa magis quam mea loquor,  
& ut vos damno intolerabili eximam. Quod  
enim majus cuiquam malum accidat, quam  
si rem omnium pretiosissimam amittat veri-  
tatem?

Veritas  
dignum re-  
sum pre-  
tiosissima.

4. Quid igitur dico, fratres? non pecca-  
ti expertem me esse, nec vitam meam refer-  
tam non esse innumeris delictis. Nam me  
ipse novi, nec cesso lacrymas ob peccata per-  
fundere, si forte possim Deum meum placare,  
& supplicium intentatum effugere. Sed  
hoc dico: is qui nostra judicat, si purum  
quidem habere se oculum affirmat, festucas  
in nostris oculis investiget. Confitemur enim  
nos plurima bene valentium cura indigere.  
Quod si hoc non dixerit; & certe tanto mi-  
nus dicet, quanto purior fuerit (siquidem  
proprium est perfectorum sese non efferre;  
alioquin omnino obnoxii arrogantia phari-  
sæi essent, qui sese justificans publicanum  
condemnat) mecum quærat medicum;  
nec ante tempus judicet, donec veniat Do-  
minus, qui revelabit occulta tenebrarum,  
& detegat consilia cordium. Meminerit au-  
tem & illius, qui dixit: *Nolite judicare, ut  
non judicemini*: item, *Nolite condemnare, ut  
non condemnemini*. Omnino autem, fratres,  
siquidem sanabilia sunt nostra delicta; cur  
morem non gerit doctori ecclesiarum dicen-  
ti, *Argue, increpa, obsecra*? Sin autem in-  
sanabilis nostra iniquitas; cur contra non  
stat adversa fronte, & evulgans nostra deli-  
cta, liberat a pernicie, quam inferimus,  
ecclesias? Itaque ne feratis prolatum intra  
dentes contra nos convitium. Id enim vel  
una aliqua ex pistrino ancilla fecerit; in hoc  
supra modum enituerit unus aliquis ex ho-  
minibus abjectissimis, quorum lingua ad  
omne exacuta convitium. Sed sunt episco-  
pi: vocentur ad audiendum. Est clerus in  
unaquaque Dei parœcia: congregentur spe-  
ctatissimi. Libere loquatur qui volet, ut  
quod fiet probatio sit, non convitium. Oculis  
subjiciatur occulta mea improbitas: oderit  
autem ne tunc quidem, sed admoneat ut fra-  
trem. Æquum est ut misericordiam homini-

1. Cor. 4. 3.

Matth. 7. 1.

Luc. 6. 37.

1. Tim. 4. 2.

abus beatis & peccati expertibus nos peccato-  
res moveamus, magis quam indignationem.

Classis II.

5. Quod si circa fidem error est; ostenda-  
tur nobis scriptum: rursus æquum & com-  
mune iudicium sedeat. Legatur crimen: ex-  
pendatur an non magis accusantis ignora-  
tione crimen esse videatur, quam scriptum  
sua sponte condemnandum sit. Multa enim  
ex his quæ præclare se habent, talia esse non  
videntur hominibus accuratum mentis iudi-  
cium non habentibus. Nam & æqualis pon-  
deris moles non videntur esse æquales, si  
Blances inter se æquilibres non sint. Ipsum  
etiam mel nonnullis visum est amarum, quo-  
rum gustus morbo corruptus. Sed & oculus  
non sanus multa eorum quæ sunt non videt,  
& multa quæ non sunt comminiscitur. At-  
que etiam in iudicio de scriptis ferendo idem  
plerumque video fieri, cum eorum, qui  
scripserunt, facultate iudex inferior est.  
Nam iisdem fere præfidiis instructos esse  
oportet, & qui de scriptis iudicat, & qui  
scribit, Nisi forte de agriculturæ operibus  
non potest iudicare qui non est agricola; &  
quid dissonum consonumve in musicis modis  
non dignoscet, musicæ non peritus: statim  
vero sermonum erit iudex, quicumque vo-  
luerit: qui tamen nec præceptorem suum po-  
test ostendere, nec tempus quo didicit; nec  
quidquam omnino majus minusve de litteris  
audivit. Jam vero ego novi & in Spiritus  
oraculis non licere cuilibet examen aggre-  
di verborum; sed ei, qui Spiritum habet di-  
scernendi; quemadmodum docuit nos Apo-  
stolus, qui in donorum divisionibus dixit:  
*Huic quidem per Spiritum datur sermo sapien-  
tia, alii vero sermo scientia secundum eum-  
dem Spiritum: alii fides in eodem Spiritu: alii  
operationes virtutum: alii prophetia, alii di-  
cretionis spirituum*. Quare si nostra quidem  
spiritualia sunt; ostendat se habere dona  
discretionis spiritualium, qui nostra iudica-  
re vult. Sin autem, ut ipse convitiatur, a  
sapientia hujus mundi proficiuntur; ostendat  
peritum sese mundi sapientia, & tunc  
ei suffragia iudicii commitemus. Nec quis-  
quam putet hæc ad fugiendas probationes a  
me excogitari. Permitto enim vobis, fra-  
tres optatissimi, ut eorum, de quibus accu-  
sor, examen penes vos sit. An usque adeo  
tardo estis ingenio, ut omnibus patronis in-  
digeatis ad veritatem inveniendam? Sed si  
per se minime controversa vobis videan-  
tur, persuadete nugatoribus, ut conten-  
tionis studium dimittant. Si vero non ni-  
hil videtur esse ambigui, interrogate nos  
per aliquos internuntios, qui nostra ministra-  
re fideliter possint: aut etiam scriptas, si ita  
videbitur, exposcite a nobis explanationes.  
Omnino autem omni modo curate, ut ne  
ista citra examen relinquatis.

Eadem fa-  
cultas re-  
quiritur in  
scripti ju-  
dice & in  
scriptore.

1. Cor. 12. 8.

6. Nostræ autem fidei quæ possit illustrior esse probatio, quam quod educati sumus sub avia beata muliere, ex vobis orta? Macrinam dico celeberrimam illam, a qua edocti sumus beatissimi Gregorii verba, quæcumque usque ad ipsam memoriæ continuatione conservata cum ipsa custodiebat, tum nos adhuc infantes sorgebat & informabat pietatis dogmatibus. Postquam autem & nos sapiendi facultatem accepimus, ratione in nobis per ætatem completa, multum telluris ac pelagi peragrantes, si quos invenimus secundum traditam pietatis regulam ambulantes, eos & patrum loco habuimus, & duces animarum nostrarum, in via quæ ad Deum ducit, sequuti sumus. Atque ad hanc usque horam, gratia illius, qui nos vocavit vocatione sancta ad sui cognitionem, nec sermonem ullum scimus sanæ doctrinæ inimicum in corda nostra intrasse; nec animas nostras infami Arianorum blasphe-mia contaminatas umquam fuisse. Sed si quos aliquando ab illo magistro profectos in communionem admisimus; morbum intimo corde occultantes, & pia verba loquentes, aut certe iis quæ a nobis dicebantur, non repugnantes, ita suscepimus; cum non omne de talibus iudicium nobis ipsis permitteremus, sed sententiam, quæ prius lata de illis fuerat a patribus nostris, sequeremur. Ego enim cum accepissem litteras beatissimi patris Athanasii Alexandriae episcopi, quas & in manibus habeo, & ostendo exposcentibus, in quibus clare pronuntiavit, si quis ex Arianorum hæresi voluerit transferri, Nicænam fidem confitens, eum admittendum esse, nec esse in eo recipiendo hæsitandum; cumque ille mihi hujus decreti socios citasset, tum Macedoniae, tum Achaiae episcopos omnes; ratus necesse esse tantum virum sequi ob eorum, qui legem tulerant, auctoritatem, simulque cupiens pacificationis mercedem consequi, fidem illam confitentes adscribebam numero communicatorum.

Athanasii litteræ, ut admittantur qui Nicænam fidem recipiunt.

Alia  
ECCXXII.

## EPISTOLA CCV.

*Elpidium rogat, misso iterum Meletio presbytero, ut eo agente cum episcopis maritimis locus & tempus ad concordiam stabiliendam constituentur.*

ELPIDIO EPISCOPO.

375: **R**urfus dilectum & compresbyterum Meletium impulimus, ut tuæ dilectioni nostram salutationem perferat. Cui quamquam omnino statueram parcere ob infirmitatem, quam sponte sibi ipse ascivit, redigens carnem in servitutem ob Evangelium Christi; tamen cum mihi ipsi decorum esse existimans salutare te per ejusmodi viros, qui, quæcumque litteras effugerint,

7. Justius est autem res nostras judicari, non ex uno aut altero non recte in veritate ambulantes, sed ex multitudine episcoporum, qui nobis in toto terrarum orbe per Domini gratiam conjuncti sunt. Interrogentur autem Pisidæ, Lycaones, Isauri, Phryges utriusque, Armeniorum quidquid vobis est vicinum, Macedones, Achæi, Illyrii, Galli, Hispani, Italia tota, Siculi, Ægypti pars sana, quidquid est reliqui in Syria: qui & ad nos litteras mittunt, & rursus a nobis accipiunt. Ex quibus litteris, tum quæ illinc afferuntur, tum quæ rursus vice versa hinc ad ipsos mittuntur; discere vobis licet nos omnes esse unanimes, idemque sentire. Quapropter communionem nostram qui refugit, sinceritas vestra noverit eum sese a tota Ecclesia separare. Circumspicite, fratres, quibuscum vobis sit communio: si eam a nobis non suscipiatis, quis jam vos agniturus est? Nos eo necessitatis ne perducatis, ut triste quidpiam de carissima nobis ecclesia statuamus. Ne committatis, ut quæ nunc corde premo, mecum ingemiscens, & deplorans luctuosum tempus, quo citra ullam causam ecclesiæ maximæ, & jam olim inter se fraternis animis conjunctæ, nunc dissident; ne committatis, inquam, ut hæc apud omnes simul communicatores deplorem. Ne cogatis me voces promere, quas hactenus rationis fræno occultatas apud me contineo. Satius est nos e medio tolli & ecclesias inter se consentire, quam propter pueriles nostras simultates tantum mali populis Dei inferri. Percontamini patres vestros, & annuntiabunt vobis, paræcias, etsi locorum situ videbantur inter se divisæ, at animo unum fuisse, unoque consilio solitas gubernari. Frequentissime populus miscbatur: frequentissime e clero alii ad alios veniebant: ipsis vero pastoribus tantum inerat mutui amoris, ut uterque altero in iis, quæ ad Dominum attinent, magistro ac duce uteretur.

Enumeratur ecclesiæ quibuscum Basilii communicat.

Antiqua afinitas ecclesiæ Cæsariensis cum Neocæsariensi.

E per se valeant supplere, & veluti loco epistolæ vivæ esse & scribenti & epistolam recipienti: tum etiam ipsius desiderium explens, quo semper tuam præstantiam prosequitur, ex quo bonorum quibus præditus es, periculum fecit; ipsum etiam nunc ut ad te proficiscatur exoravi: ac per eum & visitationis solvimus debitum, & rogamus ut pro nobis ac pro ecclesia Dei preceris, ut Dominus det nobis ab injuria inimicorum Evangelii liberatis tranquillam ac quietam vitam agere.

re. Quod si & tuæ prudentiæ consentaneum & necessarium videbitur, ut in unum veniamus, congregiamurque etiam cum reliquis reverendissimis fratribus maritimarum civitatum episcopis, ipse etiam nobis designa locum & tempus, quo hæc fient, & scribe fratribus, ut præstituto tempore relinquen-

tes unusquisque ea quæ in manibus negotia, possimus aliquid ad ædificationem ecclesiæ navare, ac tollere infatigabiliter nobis nunc ex suspicionibus inter nos molestias, ac caritatem firmare, sine qua mancam & imperfectam esse cujusvis præcepti observationem ipse nobis Dominus declaravit.

Alias  
CCXLVIII

## E P I S T O L A C C V I .

*Consolatur Elpidium nepotis morte afflictum, ac speratum congressum ne dolor interpellat, hortatur.*

E L P I D I O E P I S C O P O  
C O N S O L A T O R I A .

Anno 375.

**N**unc maxime corporis infirmitatem sentio, cum eam video mihi tantopere obstare animæ utilitati. Si enim mihi res succederent ex sententia, non vos per litteras, neque per internuntios alloquerer, sed ipse per me & caritatis exsolverem debitum, & cominus perfruerer spirituali emolumento, Nunc autem ita me habeo, ut præclare mecum agi putem, si vel in patria motus sustinere possim, quos mihi necesse est nostræ præciæ pagos visitanti suscipere. Sed & vobis Dominus robur & alacritatem, & mihi præter studium, quod nunc habeo, largiatur & vires, ut, quemadmodum vos rogavi, fiat mihi copia vobis fruendi, cum in fines Comanicos venero. Metuo autem tuæ dignitati, ne te domesticus dolor interpellat. Didici namque afflictum te fuisse filii interitu: cujus jacturam, ut avo, molestam quidem esse par est; sed ut viro tantos jam in virtute progressus adeptus, & per-

spæctam habenti rerum humanarum naturam tum ex temporis experientia, tum ex spirituali doctrina, consentaneum est intolerabilem non esse propinquissimorum disjunctionem. Non enim idem a nobis Dominus exposcit, quod a quibuslibet hominibus. Hi enim vivunt ex consuetudine: nobis autem vivendi regula, Domini præceptum, ac præterita beatorum virorum exempla, quorum magnitudo animi adversis temporibus maxime declarata est. Ut igitur & ipse fortitudinis ac veræ ob sperata bona animi affectionis exemplum hominibus relin- quas; invictum te a dolore, ac molestis rebus excelsiorem exhibe, patiens in afflictione, spe lætus. Horum itaque nihil speratum nobis congressum impediatur. Infantibus namque satis est ætas ut inculpati sint: nos autem debemus præscripta nobis ministeria Domino exhibere, atque in omnibus parati & expediti esse ad ecclesiarum administrationem, cujus magna præmia fidelibus & prudentibus ministris Dominus noster reservavit.

Alias  
LXIII.

## E P I S T O L A C C V I I .

*Cum Neocæsarienses clerici omnes ad unum in odio Basilii cum episcopo suo consentirent; Basilii admonet eos, ut ne assententur homini errorem Sabelli inducenti, neve patiantur populum ab eo decipi. Is Basilium fugiebat argui metuens: somnia fingebat, ut Basilii doctrinam persuaderet esse perniciosam. Causam odii rogatus, non aliam afferebat præter psalmos & cantum ac monasticam vitam: quæ instituta, nondum in Neocæsariensi ecclesia recepta, vigeant in Casariensi. Utrumque illud institutum Basilii & sibi honori esse, & in aliis ecclesiis vigere demonstrat. Obiectionibus hæc non fuisse tempore Gregorii, respondet nec Irianas tunc fuisse, nec quidquam fero ex illius institutis apud eos superesse. Unde eos monet ut trabem ex oculis suis ejiciant, ac hæresim vitent; alioquin tacere se non posse in tanta animarum pernicio.*

A D C L E R I C O S N E O C Æ S A -  
R I E N S E S .

Anno 375.

**I.** Consensus in mei odio, & quod omnes ad unum belli nobis illati ducem sequimini, suadebat mihi, ut erga omnes pariter conticescerem, neque amici scripti, aut ullius colloquii essem inceptor, sed in silentio mœrorem meum concoquerem. Sed quia calumniæ silentio non prætermittende, non

Dut contradicendo nos ipsi ulciscamur, sed ne mendacium progredi & deceptos lædi patiamur; necessarium visum est hoc etiam omnibus proponere, & prudentiæ vestræ scribere, quamvis cum nuper toti presbyterio communiter scripsissem, nulla me responsione dignati sitis. Nolite assentari, fratres, iis, qui prava dogmata in animos vestros inducunt: neque despiciate, dum populus Dei, vobis scientibus, per impia dogmata subvertitur. Sabellius

Y  
lius

S. Basilii Oper. Tom. III.

classis II.

lius Afer & Marcellus Galata, soli ex omnibus ea ausi sunt & docere, & scribere, quæ nunc apud vos, velut sua ipsorum inventa, proferre aggrediuntur populi duces, lingua perstreptentes, sed ne verisimilitudinis quidem colorem his tricis & cavillationibus illinere valentes. Hi fanda atque nefanda in nos concionantur, & omni modo congressum nostrum declinant. Quamobrem? Nonne quia timent ne de pravis suis dogmatibus arguantur? Hi videlicet eo usque impudentiæ contra nos devenere, ut & somnia quædam in nos comminiscantur, doctrinam nostram ut perniciosam calumniantes: qui etiamsi omnia mensium, quibus folia cadunt, somnia & visa caputibus suis colligant, nullum nobis probrum poterunt inurere, cum plures sint in unaquaque ecclesia, qui testimonium dent veritati.

2. Quod si causam rogentur implacabilis illius & inexpiabilis belli; psalmos dicunt, & melodiæ modum a consuetudine, quæ apud vos invaluit, diversum, & quædam ejusmodi, quorum eos par erat pudere. Inculsamur autem, quod etiam homines habeamus pietatis cultores, qui nuntium remiserunt mundo & omnibus sæculi curis, quas spinis comparat Dominus, verbum ad fructum ferendum pervenire non sinentibus. Ejusmodi homines mortificationem Jesu in corpore circumferunt, & crucem suam portantes, Deum sequuntur. Ego vero tota mea vita mercerer, ut mea essent hæc delicta, haberemque apud me viros, me doctore, hanc pietatis exercitationem profitentes. Nunc autem in Ægypto quidem audio D talem esse virorum virtutem; ac fortasse nonnulli & in Palæstina evangelicam vitam excolunt; audio rursus aliquos & in Mesopotamia perfectos ac beatos viros. Nos autem pueri sumus, siquidem cum perfectis comparemur. Quod si & mulieres evangelicum vivendi genus profitentur, virginitatem præferentes nuptiis, petulantiam carnis redigentes in servitutem, & in luctu illo degentes qui beatus prædicatur; beatæ sunt ob propositum suum, ubicumque fuerint terrarum. Apud nos autem hæc parva & exilia sunt, ac hominum adhuc elementa discuntium, quique introducuntur ad pietatem. Jam si quid dedecoris vitæ mulierum inferunt, eas defendere non libet. Illud tamen vobis testificor; quæ hæcenus pater mendacii fatanas dicere non ausus est, ea semper a cordibus metus expertibus & efrænatissimis linguis audacter efferri. Scire autem vos volo, nos laudi ducere, quod virorum & mulierum coetus habeamus, quorum conversatio in coelis est: qui suam carnem una cum affectionibus ac cupiditatibus crucifixerunt; qui nec de cibis nec de indumentis

Monasteria in Ægypto & Palæstina & Mesopotamia.

A sunt solliciti, sed minime distrahi, & Domino continenter adstantes, noctu diuque perseverant in orationibus; quorum os non loquitur opera hominum; sed hymnos Deo nostro concinunt continenter, operantes manibus suis, ut habeant unde impertiant indigentibus.

3. Quod autem spectat ad psalmodiæ criminationem, qua maxime simpliciores territant ii, qui nos calumniantur; illud dicere habeo, recepta nunc instituta omnibus Dei ecclesiis consona esse & consentientia. De nocte siquidem consurgit apud nos populus ad domum precatationis, & in labore, in afflictatione ac jugibus lacrymis confitentes Deo, tandem a precatatione surgentes, ad psalmodiam transeunt. Et nunc quidem in duas partes divisi, alternis succincentes psallunt, ac simul & meditationem Scripturarum inde corroborant, & animum attentum & cor evagationis expers sibi ipsi comparant. Postea rursus uni committentes, ut prior canat, reliqui succinunt. Et sic posteaquam in psalmodiæ varietate noctem traduxere intermixtis precibus, die jam illucescente, omnes simul velut ex uno ore & uno corde psalmum confessionis Domino concinunt, propria sibi unusquisque verba pœnitentiæ facientes. Cæterum horum gratia si nos fugitis, fugietis Ægyptios, fugietis & utroque Libyes, Thebaos, Palæstinos, Arabes, Phœnices, Syros, & eos qui ad Euphratem habitant, ac omnes uno verbo apud quos vigiliæ precesque & communes psalmodiæ in pretio sunt.

Psallendi ritus apud Cæsarienses.

4. Sed hæc, inquit, non erant tempore magni Gregorii. Sed neque Litanias, quas nunc studio habetis. Neque id dico, ut vos redarguam; optarim enim vos omnes in lacrymis & jugi pœnitentia vivere. Nam & nos nihil aliud facimus, nisi quod pro peccatis nostris supplicamus, sed ita tamen, ut non humanis verbis, uti vos, sed oraculis Spiritus Deum nostrum placemus. Hæc autem non fuisse sub admirando Gregorio, quosnam habetis testes? qui quidem nihil ex illius institutis hæcenus conservastis. Gregorius non operiebatur in precibus. Quomodo enim? *Qui verus erat Apostoli discipulus dicentis: Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum. Et, Vir quidem non debet velare caput suum, cum sit imago & gloria Dei.* Juramenta fugiebat pura illa anima, & digna Spiritus sancti consortio, contenta his vocibus: *Ita & Non*, propter præceptum Domini, qui dixit: *At ego dico vobis, ne juratis omnino.* Non audebat ille fratrem suum fatuum appellare; verebatur enim comminationem Domini. Indignatio & ira & acerbitas ex illius ore non proficiscebantur; convitium odio habebat, ut in regnum celo-

Litanie non erant apud Neocæsarienses tempore Gregorii.

Capite aperto orabant Neocæsarienses. Descivere ab institutis Gregorii. 1. Cor. 11. 4 & 7.

Matth. 5. 34. Ibid. v. 22.

rum non perducens. Invidia & arrogantia ab illa doli experte anima facebant. Non accessisset ad altare; antequam reconciliaretur fratri. Mendacem sermonem & artificiose ad aliquorum calumniam instructum ita abominabatur, ut qui sciret mendacium ex diabolo ortum esse, Dominumque eos omnes qui mendacium loquuntur, perditurum. Horum si nihil in vobis est, sed puri estis ab omnibus; vere discipuli estis ejus, qui mandatorum Domini discipulus fuit. Sin minus, videte, ne culicem coletis, de vocibus quidem sono in psalmodiarum cantu litigantes, A mandata vero maxima dissolventes. Ad hos me sermones adduxit necessitas causæ defendendæ, ut discatis trabem ex oculis vestris ejicere, & ita demum festucas alienas extrahere. Verumtamen omnia condonamus; quamquam nihil est quod non perscrutetur Dominus. Tantummodo sana sint quæ sunt præcipua, & novitates circa fidem compescite. Hypostasas ne evertatis. Nomen Christi ne abnegetis. Gregorii verba ne falso interpretemini. Alioquin dum respirabimus, loquendique erit facultas, fieri non poterit, ut in tanta animarum perniciæ fileamus. Classis II.

Alias  
CCLXXXI.

E P I S T O L A CCVIII.

*Eulanciūm rogat ne se Neocæsariensium causa oderit, qui olim propter se ab aliis odio habebatur.*

E U L A N C I O .

Anno 375. **D**iu tacuisti, idque cum sis loquacissimus, atque hoc exercitationis artifice loco habueris, semper aliquid loqui, & teipsum dicendo ostendere. Sed videtur Neocæsarea tui erga me silentii esse causa. Ac in beneficii quidem loco videmur accipere, quod qui illic sunt nostri non memine-

runt: siquidem non honorifica, ut referunt qui audierunt, de nobis mentio. Sed tu olim eras ex iis qui nostra causa odio habebantur, non ex iis qui me propter alios odifese velint. Itaque idem sis: & scribens ubicumque fueris, & nostri, ut par est, memor, si qua tibi æquitatis cura. Æquum est enim his, qui priores amarunt, parem amorem rependere.

Alias  
CCXXVII.

E P I S T O L A CCIX.

*Gratias agit Basilius amico pro se prælia sustinente; hortatur ut litterarum paucitatem incusare, & talia debita pergat exigere.*

S I N E inscriptione defensionis causa.

Anno 375. **S**ortito tibi obtigit, ut mecum molestias partireris & prælia pro me sustineres. Id autem fortis animi demonstrationem habet. Nam qui nostra moderatur Deus, his qui magna ferre possunt certamina, majores probandæ virtutis occasiones præstat. Et tu ergo ad explorationem tuæ in amicitia

virtutis, veluti fornacem auro, tuam ipsius vitam proposuisti. Precamur igitur Deum, ut & cæteri meliores fiant, & tu similis tui ipse permanes; nec talia definas incusare, qualia nunc incusas; litterarum paucitatem instar maximæ injuriæ nobis objiciens. Est enim amici accusatio, ac persta in talibus exigendis debitis: non enim adeo absurdus quidam sum amicitia debitor.

Alias  
LXIV.

E P I S T O L A CCX.

*Cum Basilio prope Neocæsaream adveniente ortus fuisset tumultus in civitate, ac alii fugerent, alii somniis fictis terrorem spargerent; Basilius causam exponit cur ad hæc loca venerit. Causam tumultus rejicit in ducum invidiam & consilium inducendæ hæresis Sabellianæ. Hanc hæresim refellit Basilius, ac promittit se molestum non fore, si errorem negent: sed si persistent in errore, ad alias ecclesias scripturum. Locum Gregorii explicat, quo isti in epistola ad Ansbimum abusi fuerant. Ipsum etiam Melerium, misso aliquo scripto, periclitati fuerant. Neocæsarienses monet ne falsis somniis decipiantur, quæ etiamsi essent Evangelio consentanea, quia tamen caritatem lædunt, iis prorsus supersedendum esset.*

AD PRIMORES NEOCÆSAREÆ.

Anno 375.

**I.** **P**lane nihil opus erat, ut meum vobis enuntiarem consilium, aut quibus nunc de causis in his sim locis, exponere. *S. Basili Opera. Tom. III.*

Erem. Nam alioqui, neque unus sum ex iis qui publico gaudent, neque res tot testibus digna est. Sed opinor, non quæ volumus facimus, sed ea ad quæ nos provocant vestri duces. Mihi enim omnino ignorari magis

**Classis II.** studio fuit, quam gloriæ cupidus in luce ver-  
sari. Sed quia omnium, ut audio, qui in  
vestra civitate sunt, aures circumsonuerunt,  
& quidam verborum artifices & mendacii ar-  
chitecti, ad hoc ipsum mercede conducti,  
res meas vobis enarrant; faciendum mini-  
me duxi, ut vos parvi penderem malo ani-  
mo sordidaque voce edoceri, sed ut mea ipse  
eloquerer, quomodo se habeant. Equidem  
& quia huic loco assuetus sum a puero, (hic  
enim apud aviam meam educatus sum) &  
quia ibi postea per diu sum commoratus, cum  
civiles tumultus fugiens, in hoc loco, quem  
ad philosophandum ob solitudinis quietem  
idoneum esse cognoveram, annos plures con-  
tinuos consumsi; & quia fratres nunc ibi ha-  
bitant; brevem a negotiis quibus detineor,  
respirationem nactus, lubens ad hanc soli-  
tudinem accessi, non ut inde aliis negotia  
exhiberem: sed ut meo ipse morem gererem  
desiderio.

Basilium  
apud aviam  
educatus.

Basilium  
invitarunt  
Neocæsa-  
rienses, ut  
juventutem  
institueret.

Invidia pri-  
mum ma-  
lum invi-  
dientis.

2. Quid igitur opus est ad somnia confu-  
gere, & somniorum speculatores conduce-  
re, & nos in publicis conviviiis inter pocula  
fabulam facere? Ego enim si apud alios ca-  
lumnias peterer, vos meæ sententiæ testes  
citarem. Et nunc unumquemque vestrum  
rogo, ut vetera illa in memoriam revocetis,  
cum nos civitas ad curam juvenum susci-  
piendam vocaret, ac legatio adesset optima-  
tum: quomodo etiam postea omnes passim  
nos circumsteterint, quid non dantes? quid  
non pollicentes? nec tamen detinere nos po-  
tuerint. Quomodo igitur qui tunc vocatus  
morem non gessi, nunc me intrudere aggre-  
derer invocatus? Quomodo qui laudantes  
me atque admirantes fugiebam, nunc ca-  
lumniantes persequer? Hoc in animum ne  
inducatis, o optimi; non ita viles sunt res  
nostræ. Neque enim quisquam, si sapiat,  
navigium gubernatore destitutum conscen-  
det: neque ad ecclesiam accedet, in qua tem-  
pestatem ac procellam illi ipsi, qui ad cla-  
vum sedent, excitant. Unde enim exstitit  
tumultu plena civitas, cum fugerent alii,  
nemine persequente, alii clanculum egre-  
derentur, nemine invadente, arioli vero  
& somniorum interpretes omnes terrorem  
spargerent? Ex qua alia hæc causa? Nonne  
vel puero compertum ex populi ducibus es-  
se? Quorum inimicitia causas mihi quidem  
non decorum dicere; vobis vero intelligere  
omnino facile est. Quando enim acerbitas  
& discordia ad extremum sævitia cumulum  
perducuntur, causæ autem expositio inanis  
prorsus est & ridicula, manifestus est animi  
morbus, alienis quidem bonis superveniens,  
sed domesticum ac primum malum ægotan-  
tis. Inest etiam illis aliud lepidum, Dum  
enim dilacerantur intus, & cruciantur, ca-  
lamitatem prodere per pudorem non licet.

A Atque hæc eorum animi labes non ex iis so-  
lum, quæ adversum nos acta sunt, sed ex  
reliqua etiam vita perspicitur. Quod si et-  
iam ignota esset, non magnum rebus acce-  
deret detrimentum. Certissimam autem  
causam, cur congressum nostrum fugiendum  
censeant, ignotam fortasse pluribus vestrum,  
ego docebo. Audite igitur.

3. Fidei everio apud vos excogitatur imi-  
mica apostolicis & evangelicis doctrinis, imi-  
mica traditioni Gregorii vere magni, & eo-  
rum, qui ei successerunt usque ad beatum  
Mufonium, cujus profecto documenta  
etiam nunc in vestris auribus resonant. Nam  
Sabellii malum, olim quidem exortum,  
sed traditione magni illius viri extinctum  
conantur nunc isti renovare, qui dum ti-  
ment ne arguantur, somnia in nos fingunt.  
Vos autem capita illa vino gravata valere  
jubentes, quæ per crapulam evectus, ac  
deinde exæstuans vapor in visa impellit; a  
nobis qui vigilamus, & ob Dei timorem ta-  
cere non possumus, perniciem vestram audi-  
te. Judaismus est Sabelliana hæresis, sub  
Christianismi specie in evangelicam prædi-  
cationem investa. Qui enim rem unam,  
personis multiplicem, Patrem & Filium &  
Spiritus sanctum dicit, unamque trium  
ponit hypostasim, quid aliud facit, nisi quod  
Unigeniti sempiternam negat præexisten-  
tiam? Negat autem & dispensatorium ejus  
ad homines adventum, descensum ad infer-  
ros, resurrectionem, iudicium: negat etiam  
propriam Spiritus operationes. Apud vos au-  
tem nunc & audaciora audio tentari, quam  
ab insulso Sabellio. Narrant enim, ut refe-  
runt qui audierunt, contendere eos qui apud  
vos sapientes sunt ac dicere, traditum non  
esse nomen Unigeniti, sed nomen adversa-  
rii; eosque in hoc lætari ac efferi, ut in  
proprio invento. Dicitur enim, inquit,  
*Ego veni in nomine Patris mei, & non recepit-  
Joan. 5. 43.  
tis me: si alius in nomine suo venerit, hunc re-  
cipietis.* Et quoniam dicitur est: *Docete om-  
nes gentes, baptizantes eos in nomine Patris  
Matth. 28.  
& Filii & Spiritus sancti;* perspicuum est,  
inquiunt, nomen unum esse. Non enim di-  
ctum est in nominibus, sed in nomine.

Sabelli hæ-  
resis indu-  
citur apud  
Neocæsa-  
rienses.

4. Hæc non sine rubore scripsi vobis, quia  
consanguinei nostri sunt, qui his implican-  
tur; & de animæ meæ situ ingemisco, quod  
cogar, velut ii qui contra duos pugnant,  
doctrinæ ex utraque parte corruptelas argu-  
mentis pulsans & evertens, consentaneum  
veritati robur reddere. Hinc enim nos dila-  
cerat Anomœus: illinc, ut apparet, Sa-  
bellius. Verum obsecro vos, ut ne execran-  
dis his ac neminem subvertere valentibus  
sophismatibus animum intendatis: sed scia-  
tis, Christi nomen quod est super omne no-  
men, hoc ipsum esse, quod Filius Dei vos

Basilii sunt  
consanguini,  
qui hanc hære-  
sim indu-  
cunt.



atur; & secundum Petri dictum, *Neque esse aliud nomen sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.* Quod autem attinet ad illud, *Ego veni in nomine Patris mei,* sciendum est eum, cum Patrem profiteretur sui ipsius principium ac causam, hæc dixisse. Quod si dictum est: *Euntes baptizate in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti,* non idcirco putandum est nomen unum nobis fuisse traditum. Quemadmodum enim qui dixit, Paulus & Silvanus & Timotheus, tria quidem pronuntiavit nomina, sed ea inter se per *&* syllabam colligavit: sic qui dicit nomen Patris & Filii & Spiritus sancti, tria dicens, connexuit ipsa per conjunctionem, unicuique nomini proprium subesse significatum docens. Nam res ipsas significant nomina. Res autem propriam existentiam ac per se perfectam habere, nemo vel parum intelligens dubitat. Nam Patris & Filii & Spiritus sancti natura quidem eadem & divinitas una: nomina vero diversa, circumscriptas & absolutas notiones nobis exhibentia. Fieri enim non potest, ut mens, nisi in uniuscujusque proprietatibus sine confusione considerandis versetur, Patri & Filio & Spiritui sancto glorificationem persolvat. Jam si negent se hæc dicere, aut ita docere, propositum sumus assequenti: quamquam difficile illis esse video negare, propterea quod non pauci sunt horum sermonum testes. Sed tamen non spectamus præterita, tantummodo sana sint præsentia. Quod si in iisdem perseveraverint, necesse habebimus & ad alias ecclesias calamitatem vestram clamitare, ac perficere ut ad vos veniant a pluribus episcopis litteræ, quæ hanc assurgentis impietatis molem perfringant. Vel enim id ad propositum nostrum proderit, vel sane hæc obtestatio nos a culpa in iudicio liberabit.

5. Jam autem & in propriis scriptis injece- runt hos sermones, quos primum quidem miserunt homini Dei Meletio episcopo: deinde acceptis ab ipso convenientibus responsis, quemadmodum monstrorum matres pudore suffusæ ob naturæ vitia, ita ipsi quoque turpes suos foetus in congruentibus tenebris abditos enutriunt. Immisere etiam per epistolam tentamenta quædam unanimi nostro Anthimo Tyanorum episcopo, quasi Gregorius in fidei expositione dixerit Patrem & Filium mentis quidem cogitatione duo esse, sed hypostasi unum. Hoc autem non docendi causa, sed decertandi in dialogo cum Æliano dictum esse, intelligere non potuerunt, qui sibi ipsi ob ingenii subtilitatem beati videntur. Qua in disputatione multa sunt libroriorum errata, ut ex ipsis verbis ostendemus, si Deus volet. Deinde vero gentilem erudiens non existimabat accuratius disceptandum esse de verbis: sed non nihil etiam

indoli illius, qui introducebatur, concedendum, ut ne iis quæ præcipua sunt, repugnet. Quapropter & multas illic invenias voces, quæ nunc robur maximum hæreticis præbent, quales sunt *creatura & factura*, & si quid ejusmodi. Multa autem & de conjunctione cum homine dicta ad divinitatis rationem referunt, qui inscite scripta illa intelligunt, quale est & hoc ipsum, quod ab ipsis decantatur. Est enim probe sciendum, quemadmodum qui essentia communionem non constitetur, in errorem multorum deorum incidit, ita qui hypostaseon proprietatem non admittit, in Judæismum ferri. Oportet enim ut mens nostra velut aliquo sulca subiecto, & illius considerans proprietates, ita demum in illius, quem desiderat, cognitione versetur. Si enim paternitatem non intellexerimus, neque circa quem hæc proprietas definita sit, adverterimus; quomodo poterimus Dei Patris notionem accipere? Non enim satis est personarum numerare differentias: sed unamquamque personam in vera hypostasi existere fatendum est. Illud enim hypostasi carens personarum commentum ne Sabellius quidem rejecit; quippe cum dicat eundem Deum, cum subiecto unus sit, pro occurrentibus subinde occasionibus transformatum, modo ut Patrem, modo ut Filium, modo ut Spiritum sanctum loqui. Hunc olim extinctum errorem renovant nunc hujusce innominatæ hæresis inventores, qui hypostases repudiant, & nomen Filii Dei negant: quibus quidem, nisi desinant loqui adversus Deum iniquitatem, lugendum est cum iis qui Christum negant.

6. Hæc vobis necessario scripsimus, ut damna a pravus documentis impendentia cavatis. Nam revera, si pravæ doctrinæ cum pharmacis exitiosis comparandæ, quemadmodum apud vos somniorum interpretes dicunt; hæc sunt & cicuta & aconitum, & si quod aliud letale pharmacum. Hæc sunt animarum venena, non nostri sermones, ut temulenta illa cerebellorum involucra clamitant, visis multis ob morbum referta: quos quidem, si saperent, nosse oportebat, quos quidem, si saperent, nosse oportebat, intaminatis & ab omni macula expurgatis mentibus propheticum donum illucere. Neque enim speculo sordido possunt imaginum excipi species: neque anima sæcularibus præoccupata curis, & cui carnalis sensus affectio tenebras offundit, illustrationem Spiritus sancti recipere potest. Non enim omne somnium statim prophetia est, ut ait Zacharias: *Dominus fecit phantasiam, & pluviam bybernam, quia sermocinantes loquuntur sunt labores, & somnia falsa loquebantur.* Hi autem qui secundum Esaiam somniant & dormire amant in cubili, illud etiam ignorant,

Minatur se ad alias ecclesias scripturum.

Gregorii dialogus cum Æliano.

Sabellius ipse personam admittit, sed sine hypostasi.

Zach. 10. 1.

Esai. 29. 8.

Classis II.  
3. Reg. 22.  
22.

Num. 22.

rant, sæpe operationem erroris immitti in A filios diffidentiae. Est & spiritus mendax, qui cum in falsis prophetis esset, Achab decepit. Hæc scientes non oportebat adeo superbire, ut sibiipsis prophetiae donum adscriberent: qui ne auguris quidem Balaam diligentiam assequi deprehenduntur. Is enim a Moabitarum rege, magnis muneribus oblatis, accersitus, adduci non potuit, ut vocem præter Dei voluntatem emitteret, aut Israeli malediceret, cui Dominus non maledicebat. Itaque si præceptis Domini obla-

ta illis per somnum visa consentiunt, contenti sint Evangelii, quæ somniorum præsidio ad fidem faciendam non indigent. Quod si pacem suam nobis reliquit Dominus, novumque nobis mandatum dedit, ut diligamus invicem, somnia vero pugnam ac dissidium & caritatis extinctionem inducunt; non deat occasionem diabolo ipsorum animas per somnum invadendi, nec suis visionibus plus tribuant, quam salutaribus documentis,

Alias  
CLXX.

## E P I S T O L A C C X I .

*Significat se lectis Olympii litteris, filiisque illius visis, oblitum esse veneni Neocasariensium: addit se jam litteras dedisse & daturum, si volet Olympius.*

### O L Y M P I O .

Anno 375.

**E**T lectis præstantiæ tuæ litteris, factus sum meipso hilarior ac alacrior, & ubi cum optatissimis tuis filiis sum colloquutus, reipsum videre mihi visus sum. Hi cum afflictam omnino meam animam offendissent,

B sic affecerunt, ut obliviscerer veneni, quod apud vos somniorum venditores cauponesque, ut a quibus conducti sunt gratiam ineanant, contra nos circumferunt. Epistolas quidem jam nonnullas misi, alias autem in posterum dabimus, si voles. Tantummodo profint accipientibus,

Alias  
CCCLXX.

## E P I S T O L A C C X I I .

*Dolorem suum significat quod Dazimone Hilarium non viderit. Injurias inimicorum commemorat ac sua cum Anomæis bella, & cum iis qui medii sibi videntur. Hilarium morbis laborantem ad patientiam hortatur.*

### H I L A R I O .

Anno 375.

**Q**uid passum me esse putas, aut quo animo fuisse, cum Dazimona veni, ac didici paucis post adventum meum diebus facundiam tuam exiisse? Non enim solum ob illam admirationem, qua te a teneris prosequutus sum, statim ab ipsis scholarum exercitationibus colloquium tuum semper plurimi feci, sed etiam quia nihil nunc tanto amore dignum, quam animus veritatis amans, ac recto de rebus iudicio præditus, quod quidem apud te servari arbitramur. Nam cæterorum hominum plerosque videmus, ut in equestri cursu, alios quidem istis, alios vero his favendo dividi, ac factionis ducibus acclamare. Te vero, cum & timore & assentatione & ignavo omni affectu excelsior sis, non mirum est oculo sano veritatem speculari. Nam & te intelligo non leviter tangi rebus ecclesiarum; quandoquidem & ad me misisti quamdam de his epistolam, ut his proximis litteris declarabas; quam quidem quis perferendam acceperit, libenter didicerim, ut hominem de me male meritum cognoscam. Nondum enim tuas ad me his de rebus litteras vidi.

2. Quanti ergo putas emturum me fuis-

C se tuum colloquium, ut tibi aperirem quæ me affligunt (affert enim, ut nosti, vel ipsa narratio aliquid solatii dolentibus) & ad quaesita responderem, non litteris inanimis committens, sed per me ipse clare exponens singula, ac edisserens. Animati enim sermones efficaciorum habent persuasionem, nec tam facile quam scripti, impugnari possunt & calumniis appeti. Nihil enim jam cuiquam intentatum relictum est; siquidem in quibus maxima quæque credideramus, quosque dum inter homines videremus, majus quidpiam esse credebamus, quam ferat humana natura, hi adducti sunt, ut cujusdam scripta, qualiacumque illa sint, tamquam nostra transmitterent, & ob ea invidiam apud fratres crearent, adeo ut nihil jam nostro nomine detestabilius sit apud pios. Nam cum ab initio latere studuerim, haud scio an magis quam quisquam eorum, qui imbecillitatem humanam consideraverunt; nunc quasi contra propositum mihi fuisset omnium hominum fama celebrari; sic ubique terrarum, addam & marium, decantatus sum. Nam & qui in extremo impietatis termino sese exercent, & impium dissimilitudinis dogma in ecclesias invehunt, bellum mecum habent: & qui viam mediam, ut sibi videntur, incedunt, & ab

iisdem

Comparatur cum equestri cursu ecclesiarum statum.

Basilii semper latere studuit.

Cum duobus hostium generibus pugnat.

iisdem illis principiis profecti, ratiocinationum consequutioni non subscribunt, eo quod abhorreat a multorum auribus, hi nobis insensu sunt, & convitiis perfundunt, quantum possunt, nec ullas prætermittunt infidias, quamvis Dominus eorum conatus irritos reddiderit. Quomodo hæc molesta non forent? quomodo non acerbam mihi vitam facerent? qui profecto unicum habeo malorum solatium, carnis infirmitatem, quæ mihi persuadet non multum temporis me in hac infelici vita mansurum. Hæc autem hæc. Te autem in corporis infirmitatibus adhortor, ut constanter & digne Deo, quinos vocavit, te geras: qui si nos viderit cum gratiarum actione præsentia suscipere, aut sedabit dolores, uti in Jobo, aut magnis patientiæ coronis remunerabitur in futuro post hanc vitam statu.

Alias  
CCXLII.

EPISTOLA CCXIII.

*Gratias agit quod se inter molestias a numerosa hominum multitudine eorumque ductoribus acceptas litteris recreaverit. Implorat illius preces pro miserabili sua vita. Narrat se exspectare dum in aulam accersatur: sibi quoque episcopum quemdam, ubi hæc audivit, auctorem fuisse, ut in Mesopotamiam se conferat, ibique coactis episcopis idem sentiensibus, Imperatorem una cum illis adeat. Rogat quid faciendum sit.*

SINE INSCRIPTIONE VIRI BILLAM GERENS, & CONSERVORUM PERCUTIENS CONSCIENTIAM, AUT ETIAM CUM EBRIIS IMMO-  
RANS, IN JUSTO DEI JUDICIO PŒNAS MALIS ADMINISTRATORIBUS INTENTATAS SUSTINEAM.

Anno 375. I. **D**ominus, qui celerem mihi infictionibus opem præstat, ipse tibi allevationis, qua me in præsentem per litteras visitatione recreasti, vicem rependat, vera ac magna spiritus lætitia mercedem ob consolationem humilitatis nostræ adimplens. Eram enim quodammodo male affectus animo, cum in magna hominum multitudine ferinam quamdam ac rationis omnino expertem populi vidissem scordiam, & ductorum inveteratam vixque emendabilem mali consuetudinem. At ubi vidi litteras, & reconditum in iisdem caritatis thesaurum; agnovi illuxisse nobis in amaritudine viventibus dulce solatium ab eo qui nostra moderatur. Quare sanctitatem tuam resaluto, solita prece orans, ut pro miseranda mea vita precari non cesses, ne forte mundi hujus specie immerfus, obliviscar Dei qui egenum e terra erigit, & aliqua elatus superbia in iudicium incidam diaboli: aut neglecta administratione dormiens a Domino deprehendar, aut per noxia opera

Billam gerens, & conservorum percutiens conscientiam, aut etiam cum ebriis immorans, in justo Dei iudicio pœnas malis administratoribus intentatas sustineam. Itaque Deum, quæso, in omnibus precibus ores, ut vigilem in omnibus, ne dedecus ac probum sim nomini Christi, in revelatione arcanorum cordis nostri, in magno illo die adventus Salvatoris nostri Jesu Christi.

2. Cognosce autem me exspectare, dum per hæreticorum improbitatem ad aulam accersar, obtentu pacis videlicet: & episcopum illum, ubi hæc audivit, mihi scripsisse, ut festinanter me in Mesopotamiam conferam, illicque eos qui idem ac nos sentiunt, ac ecclesias confirmant, in unum cogens, una cum ipsis proficiscar ad Imperatorem. Mihi autem forte ne ipsum quidem corpus ad hoc iter hieme sufficiet. Neque hæc res visa est necessaria, nisi ipse aliquid suaseris. Nam & tuum exspectabo consilium, ut sententia firmetur. Quapropter rogo, ut cito nobis per aliquem ex probis fratribus, quid visum fuerit tuæ perfectioni ac divinitus motæ prudentiæ, significes.

Psal. 112. 7.

1. Tim. 3. 6.

Basilii  
exspectat,  
dum in aulam  
accersatur.

Alias  
CCCXLIX.

EPISTOLA CCXIV.

*Cum Paulini amici Terentium partibus suis adungere conarentur, ac litteras Roma alatas circumferrent; monet Basilius ne his litteris, & aliis ab Arbanasio ad Paulinum scriptis moveatur. Paulinum ejusque amicos pro catholicis fratribus habet: sed Meletii jura defendit; questionem de bypofasi, de qua nata dissensio, negat levis esse momenti, ac tandem rogat, ut ad reditum exulorum episcoporum res integra servetur.*

TERENTIO COMITI.

Anno 375. I. **P**ostquam audivimus gravitatem tuam coactam iterum fuisse communium rerum curam suscipere, statim quidem pertubati sumus, (verum enim dixer) cum cogitarem, quam non ex tua sententia accidisset, ut semel publicis curis

Esolutus & otium ad tuam ipsius animam curandam impendens, iterum cogeres ad eadem redire. Deinde ubi in mentem venit, forte Dominum volentem innumeris doloribus, quibus nunc ecclesiæ nostræ premuntur, unum hoc concedere solatium, perficere ut dignitas tua iterum ad res gerendas prodiret; tum vero & hilariores facti sumus,

Class. II.

mus, ut adhuc venturi saltem semel, antequam exeamus ex hac vita, in præstantiæ tuæ congressum,

2. At rursus rumor alius ad nos pervenit, versari te Antiochiæ, & quæ in manibus sunt negotia cum summis potestatibus administrare. Præter hunc ruiorem illud etiam accepimus, stantes a Paulino fratres nonnulla tecum differere de conjunctione nobiscum ineunda, id est, cum iis qui sunt ex parte hominis Dei Meletii episcopi. Quos etiam & litteras audio nunc Occidentium circumferre, quæ episcopatum ecclesiæ Antiochenæ ipsi attribuant, Meletium autem maxime admirandum veræ Dei ecclesiæ episcopum frustrantur. Neque hoc miror. Illi enim res nostras omnino ignorant. Isti autem, etsi videntur scire, partium magis quam veritatis studio ipsis narrant. Cæterum verisimile est eos aut veritatem ignorare, aut etiam causam occultare, si non adductus fuerit beatissimus episcopus Athanasius, ut Paulino scriberet. Sed cum tibi habeat præstantia tua, qui res imperante Joviano inter episcopos gestas sedulo enarrare possit, rogo ut ab ipsis edocearis. Verum tamen quia accusamus neminem, imo erga omnes caritatem habere cupimus, & maxime erga domesticos fidei, gratulamur iis qui litteras Roma acceperunt. Atque etiam si quod honorificum & magnum ferant illis testimonium, optamus verum illud esse, & operibus ipsis confirmatum. Non idcirco tamen mihi ipse nunquam persuadere possim, ut aut Meletium ignorem, aut ecclesiæ cui præest obliviscar, aut quæstiones, de quibus ab initio nata dissensio, exiles putem, & parvi ad pietatis propositum momenti. Ego enim non solum, si quis ob acceptam ab hominibus epistolam efferatur, non idcirco abstrahi me nunquam & subduci patiar: sed neque, si ex ipsis missa sit cælis, nec sanam ille profiteatur fidei doctrinam, possum illum sanctorum communionis participem existimare.

3. Illud enim cogita, vir admirande, veritatis corruptores, qui Arianum schisma in sanam patrum inducunt fidem, nullam aliam proferre causam, cur pium patrum dogma non recipiant, præter consubstantialis notionem, quam pravè ipsi & ad fidei totius calumpniam exponunt, dum Filium a nobis dictitant secundum hypostasim consubstantialem asseverari. His si quam occasionem dederimus, dum ab iis abripimur, qui simplicitate magis quam malitia hæc aut his similia dicunt, nihil impedit quominus ineluctabiles in nos ansas præbeamus, eorumque roboremus hæresim, quibus hæc una exercitatio est, dum in ecclesia loquuntur, non sua stabilire, sed nostra calumniari. Quænam autem hæc calumpnia gravior esse possit, & ad multos commovendos aptior,

quam si qui ex nobis videantur Patris & Filii & Spiritus sancti unam hypostasim dicere? Qui etiam si omnino personarum differentiam aperte doceant: quia tamen hoc ipsum prius usurpatum est a Sabellio, unum quidem hypostasi Deum esse dicente, sed sub diversis personis a Scriptura repræsentari; pro propria occurrentis subinde usus ratione; ac nunc quidem paternas illam sibi accommodare voces, cum hujus personæ adest occasio: nunc vero eas quæ Filium dedit, cum ad nostri suscipiendam curam, aut ad alias quasdam œconomicas operationes descendit: nunc tandem Spiritus induere personam, cum tempus proprias hujus personæ voces exposcit; si qui ergo etiam apud nos unum subiecto Patrem & Filium & Spiritum sanctum dicere deprehendantur, tres vero personas perfectas confiteri; quomodo non apertum & insuperabile videbuntur afferre argumentum, cur vera sint quæ de nobis dicuntur?

4. Quod autem hypostasis & essentia eadem non sunt, id & ipsi, ut puto, subindicarunt Occidentales fratres, dum linguæ suæ angustias subveriti, essentiæ nomen lingua græca tradiderunt; ut & si qua esset sententiæ discrepantia, illa ipsa servaretur in clara & minime confusa nominum diversitate. Quod si & mihi quid sentiam breviter dicendum; illud dicam, quæ ratio est communi cum eo quod proprium, eandem esse essentiam cum hypostasi. Nam unusquisque nostrum & per communem essentiæ rationem esse participat, & per suas proprietates ille & ille existit. Ita & illic ratio quidem essentiæ communis; velut bonitas, divinitas, aut si quid aliud cogitatur: hypostasis vero in proprietate paternitatis, aut filiationis, aut potentia sanctificantis perspicitur. Si ergo personas dicunt non subsistere; per se absurda hæc doctrina: si concedunt illas esse in vera hypostasi; quod fatentur, hoc etiam numerent, ut & consubstantialis ratio servetur in unitate divinitatis, & pietatis cognitio, Patris & Filii & Spiritus sancti, in perfecta & integra uniuscujusque eorum, qui nominantur, hypostasi prædicetur. Illud tamen tuæ dignitati persuasum volo, & te & quisquis simili veritatis cura tangitur, nec eos contemnit qui pro veritate decertant, expectare debere, dum duces sint & auctores hujus conjunctionis ac pacis præfetti ecclesiarum, quos ego columnas ac firmamentum veritatis & Ecclesiæ esse pono, & ea magis revereor, quo longius ablegati sunt, inflicto illis exilio in poenæ loco. Rogo itaque, serva te nobis ab anticipata opinione liberum, ut in te acquiescere valeamus, quem in omnibus baculum nobis & fulcrum Deus largitus est.

Discrimen  
essentiæ &  
hypostasis.Athanasii  
litteræ ad  
Paulinum.Basilium  
nunquam  
Meletium  
possit desere.Fingunt Arianum  
Filium secundum  
hypostasim dici  
consubstantialem.

EPI.

Alias  
CCL.

## EPISTOLA CCXV.

Classis II.

*Nuntiat Basilius se Terentio protinus scripsisse: debeatatur Dorotheum ab itinere Romam suscipiendo, nisi mari utatur: dubitat an frater Gregorius ejusmodi legationem obire vellet, aut ad utiliter obviandam idoneus sit.*

**DOROTHEO PRESBYTERO.** A regio hostibus referta sit. Quod si utendum

Anno 375.

**S**tatim occasionem nactus, scripsi viro in primis admirando Comiti Terentio, minus suspectum esse existimans per ignotos ad eum de propositis rebus scribere; simulque rei moram afferri nolens a carissimo fratre Acacio. Numerario officii præsidis deditur epistolam cursu publico proficiscenti: cui etiam præcepi ut vobis prius litteras ostenderet. Iter autem Romam nescio quomodo netno prudentiæ tuæ nuntiaverit hinc omnino confici non posse; cum interje-

est mari; erit tempus; modo non recuset navigationem & de ejusmodi rebus legationem religiosissimus episcopus frater Gregorius. Ego enim, nec qui cum ipso proficiscantur video, & ipsum negotiorum ecclesiasticorum prorsus inexpertum cognosco; ac illius quidem congressum benigno ac miri viro venerabilem & in plurimo pretio fore; sed cum elato & sublimi & altius sedenti, quique propterea veritatem humi prædicantes audire non possit, quid rebus communibus profit viri hujusmodi congressus, cujus mores ab illiberali adulatione alieni?

Alias  
CCLXXII.

## EPISTOLA CCXVI.

*Narrat Basilius peregrinationes a se susceptas, seque ad Terentium statim post reditum scripsisse, ut eorum fraudes edoceret, qui hunc Comitem a Meletio abstrahere; & in partes suas allicere volebant.*

**MELETIO ANTIOCHIÆ EPISCOPO.**

Anno 375.

**M**ultæ nos & aliæ peregrinationes a patria avocarunt. Nam & Pisidiam ulque venimus, ut cum ejusdem regionis episcopis quæ ad fratres Isauriæ spectant, componeremus. Atque inde nos in Pontum excepit peregrinatio; cum Dazimonem factis perturbasset Eustathius, multosque illic adduxisset, ut se ab ecclesia nostra abscinderent. Sed & usque ad Petri mei fratris ædes me contuli: quæ cum Neocæsareâ non longe distent, plurimæ perturbationis Neocæsariensibus causam attulerunt, mihi vero plurimæ contumeliæ materiam præbuerunt. Hi enim fugerunt, nemine persequen-

te: nos autem videbamur cupiditate laudum ab ipsis consequendarum etiam invocati nos obtrudere. Postquam autem redivimus, ex imbribus ac molestiis plurima infirmitate collecta, statim nos ab Oriente litteræ exceperunt, quibus significabatur, Paulino ab Occidente litteras quasdam, veluti cujusdam principatus tesseram, allatas fuisse, valdeque efferrî hujus partis duces & gloriari de litteris; deinde etiam fidem proponere, ac ea conditione paratos esse cum nostra ecclesia conjungi. Ad hæc mihi & illud nuntiatum est abduci ab illis in partium suarum studia virum longe præstantissimum Terentium, cui celeriter scripsi; quantum in me fuit, impetum illius reprimens ac fraudes illorum edocens.

Alias  
III.

## EPISTOLA CCXVII.

CANONICA TERTIA.

*Redux e Ponto Basilius summum videndi Amphilochei desiderium significat; ac de nonnullis rebus ad Isauros spectantibus sententiam suam aperit. Tum venit ad canones, & in eo maxime constituendo immoratur, quos quisque annos in variis pœnitentium ordinibus traduceret.*

**AMPHILOCHIO DE CANONIBUS.** Eretulisset, & animo satis affligerer, ubi

Anno 375.

**E**X longo reversus itinere (abieram enim usque in Pontum negotiorum ecclesiasticorum causa, & ut inviterem propinquos) cum & meum corpus contractum

primam pietatis tuæ litteras in manus summi, omnium statim oblitus sum, & vocis mihi omnium jucundissimæ, & manus amicissimæ signis acceptis. Cum igitur litteris tuis sum ita recreatus; conjicere debes quanti

S. Basili Opera. Tom. III.

Z

- ti faciam tuum congressum, quem utinam, A Sancto moderante, consequar, ubi molestum non fuerit, ac nos ipse advocaveris. Neque enim, si ad ædes quæ Euphemiadæ sunt, accesseris, grave mihi erit in unum venire & molestias hic ingruentes fugienti & ad tuam minime fucatam dilectionem festinanti. Fortasse autem mihi & alioqui necessitatem affert Nazianzum usque proficiscendi repentina religiosissimi episcopi Gregorii discessio, quæ quibus de causis acciderit, hæcenus ignoro. Cæterum virum illum, de quo & ego cum tua præstantia loquutus eram, quemque nunc ipse paratum esse speras, scias velim, diuturno morbo correptum, ac de cætero ipsis oculis laborantem, cum ex veteri morbo, tum ex ægritudine, quæ recens ei supervenit, inutilem omnino ad qualibet munia relictum esse. Alius autem non est apud nos. Quare satius est, etiam si rem arbitrio nostro ipse dilexint, aliquem tamen ex illis ipsis designari. Nam credere par est, hæc quidem necessitatis esse verba, sed eorum animum id velle quod ab initio depoposcerant, ut suorum aliquis præficiatur. Quod si quis sit ex neophytis, sive Macedonio ita videatur, sive non; ille ordinetur. Informabis autem ipsum ad officium, Domino qui tibi in omnibus opitulatur, etiam ad id gratiam largiente.
- Quod ad clericos attinet, indefinite canones exposuerunt, unam lapsis jubentes poenam infligi, ejectionem a ministerio: sive in gradu fuerint, sive etiam in ministerio, quod manuum impositione non datur, permanent.
- Quæ factum in via editum neglexit, si cum servare posset, contempsit, aut peccatum inde celaturam se existimans, aut belluina & inhumana cogitatione utens; tamquam in homicidio judicetur. Sin autem eum fovere non potuit, & propter solitudinem rerumque necessariorum inopiam factus interiit, matri est ignoscendum.
- Vidua ancilla fortasse non multum lapsa est, quæ secundas nuptias per raptus speciem elegit. Quam obrem ob id inculpanda non est. Non enim prætextus judicantur, sed voluntas. Illam autem, ut peripicuum est, manet digamiz poena.
- Involuntariorum cædium discrimina, scio me antequam tempus pietati tuæ pro viribus descripsisse, neque his amplius quidquam dicere queo. Est autem tuæ prudentiæ, pro casu cujusque ratione poenas intendere, aut etiam remittere.
- Qui in latrones ex adverso feruntur, si sint quidem laici, a boni communione arcentur; si vero clerici, a gradu deiciuntur. *Quisquis enim, inquit, gladium accepit, gladio peribit.*
- Qui voluntarie interfecit, & postea poenitentia ductus est, annis viginti sacramentorum non erit particeps. Viginti autem anni sic in eo dispensabuntur. Annis quatuor flere debet, stans extra fores domus orationis, & ingredientiæ fideles rogans, ut pro ipso precentur, suamque iniquitatem confitens. Post quatuor autem annos inter audientes recipietur, & quinque annis cum ipsis exhibet. Annos septem una cum iis, qui in substratione sunt orans, egredietur. Annos quatuor stabit solum cum fidelibus, sed oblationis non erit particeps. His autem expletis particeps erit sacramentorum.
- Qui non voluntarie interfecit, per decem annos sacramentorum non erit particeps. Anni autem decem sic in eo dispensabuntur. Duos quidem annos flebit, tres autem annos inter audientes perseverabit, quatuor substratus, & anno uno consistet tantum; & deinceps ad sancta admittetur.
- Qui moechatus est, per quindecim annos sacramentorum non erit particeps: quatuor annis flens, quinque audiens, quatuor substratus, per duos consistens sine communione. Fornicator septem annis sacramentorum non erit particeps, duobus flens, & duobus audiens, & duobus substratus, & uno consistens tantum; octavo ad communionem admittetur.
- Quæ virginitatem professa, a suo promissio lapsa est, peccati adulterii tempus in continentia præscripto complebit. Idem & in iis qui vitam monasticam professi sunt, & labuntur.
- Qui furatus est, si quidem sponte poenitentia motus, seipsum accusarit, annum a sola sacramentorum communione arcebitur: sin autem convictus fuerit, annos duos. Dividetur autem ei tempus in substrationem & consistentiam. Et tunc communione dignus habeatur.
- Qui turpitudinem in maribus patravit, tempus illius qui adulterii scelus admisit, ei dispensabitur.
- Qui suam in brutorum concubitu impietatem confitetur, idem tempus in poenitentia servabit.
- Perjurus annis decem non erit communionis particeps, annis duobus flens, tribus audiens, quatuor substratus, uno consistens tantum. Et tunc communione dignus habebitur.
- Qui præstigias vel veneficium confitetur, is homicidæ tempus in poenitentia ducet; & cum illo agetur, velut cum eo qui se ipse in hoc peccato prodit.
- Qui sepulchra effodit, annis decem carebit communione: duobus flens, tribus audiens, quatuor substratus, uno consistens: & tunc admittetur.

Cum

**Canon 67.** Cum sorore coitus, homicidæ tempus in A terit ad orationem, ita demum dignus h  
pœnitentia explebit.

**Canon 68.** Cognationis in humanis nuptiis prohibi-  
tæ conjunctio, si in peccatis deprehendatur,  
adulterorum pœnas subibit.

**Canon 69.** Lector, si cum sua sponsa ante matrimo-  
nium commercium habuerit; postquam an-  
no cessaverit, ad legendum suscipietur; non  
tamen ultra promovendus. Quod si absque  
desponsatione furtim eorierit, cessabit a mi-  
nisterio. Eadem & ministri ratio.

**Canon 70.** Diaconus qui pollutus est in labris, seque  
eo usque peccasse confessus est, a ministerio  
amovebitur, sed ei concedetur, ut cum dia-  
conis particeps sit sacramentorum. Id ipsum  
autem presbyter quoque. Si quid autem am-  
plius quis peccasse deprehensus fuerit, in  
quocumque sit gradu, deponetur.

**Canon 71.** Qui uniuscujusque prædictorum peccato-  
rum conscius est, nec confessus, sed convi-  
ctus est, tanto tempore, quanto malorum  
auctor punitus est, ipse quoque punietur.

**Canon 72.** Qui se variis vel ejusmodi aliis tradidit;  
ipse quoque homicidæ tempore punietur.

**Canon 73.** Qui negavit Christum, & salutis myste-  
rium violavit, toto vitæ suæ tempore flere,  
& pœnitentiam agere debet, sic tamen, ut  
tempore quo e vita excedit, sacramen-  
to dignus habeatur ob fidem in Dei clemen-  
tiam.

**Canon 74.** Quod si unusquisque eorum, qui in præ-  
dictis peccatis fuere, pœnitentiam agens,  
bonus evaserit; is cui a Dei benignitate li-  
gandi atque solvendi credita potestas, si cle-  
mentior fiat, per spem illius qui peccavit pœ-  
nitentiæ magnitudine, ad diminuendum  
pœnarum tempus, non erit dignus conde-  
matione, cum ea quæ est in Scripturis, hi-  
storiam nos doceat, eos, qui cum majore sa-  
lore pœnitentiam agunt, cito Dei miseri-  
cordiam consequi.

**Canon 75.** Quicumque sine patre vel ex matre sorore  
pollutus est, in domum orationis ne permit-  
tatur accedere, donec ab iniqua & nefaria  
actione desistat. Postquam autem in horren-  
di peccati sensum & animadversionem vene-  
rit, triennio fleat, stans propter fores do-  
mus orationis, & rogans populum ingredien-  
tem ad orationem, ut unusquisque miseri-  
corditer pro ipso intensas ad Dominum pre-  
ces fundat. Postea autem alio triennio ad  
solam auditionem admittatur, & Scripturis  
doctrinaque auditus ejiciatur, nec dignus  
habeatur oratione. Deinde, si modo illam  
cum lacrymis exquisierit, & Domino cum  
cordis contritione & valida humilatione  
supplex prociderit, detur ei substratio per  
alios tres annos. Et postquam pœnitentiæ  
fructus dignos ostenderit, anno decimo in  
fidelium orationes suscipiatur sine oblatio-  
ne: & ubi annis duobus una cum fidelibus ste-

beaturni communionem, ita demum dignus ha-  
bitur boni communionem.

**Canon 76.** Eadem est ratio de iis quoque qui suas nu-  
rus accipiunt.

**Canon 77.** Qui relinquit legitime sibi copulatam  
mulierem, & aliam ducit, ex Domini sen-  
tentiâ adulterii subicitur judicio. Sed sta-  
tutum est patrum nostrorum canonibus, ut  
ii anno fleant, biennio audiant, triennio  
substrantur, septimo consistant cum fide-  
libus, & ita oblatione digni habeantur, si  
cum lacrymis pœnitentiam agerint.

**Canon 78.** Eadem autem forma observetur & in eos  
qui sorores duas in matrimonium ducunt,  
etsi diversis temporibus.

**Canon 79.** Qui autem in suas novercas insanunt,  
sunt eidem canoni obnoxii, cui & ii, qui in-  
sanunt in suas sorores.

**Canon 80.** Polygamiam Patres silentio prætermise-  
runt, ut bestinam, prorsusque ab hominum  
genere alienam. Ea autem nobis videtur  
peccatum esse fornicatione majus. Quapro-  
pter consentaneum est eos subijci canonibus,  
ut scilicet postquam anno fleverint, & tri-  
bus substrati fuerint, sic suscipiantur.

**Canon 81.** Quoniam autem multi in barbarorum in-  
carnatione fidem in Deum violaverunt, sacra-  
menta gentilia jurantes, & nefanda quædam  
gustantes, quæ ipsis in magicis idolorum  
templis apposita fuerunt, si secundum canones  
jam a Patribus nostris editos dispensentur.  
Nam qui vim gravem per tormenta susti-  
nuere, nec ferentes labores, ad negationem  
tractati sunt, tribus annis non recipiantur,  
& duobus audiant, & ubi annis tribus sub-  
strati fuerint, sic ad communionem admit-  
tantur. Qui vero sine magna vi fidem in  
Deum prodiderunt, mensamque attigerunt  
demoniorum, & gentilium sacramenta ju-  
rarunt, ejiciantur quidem tribus annis, du-  
bus audiant, ubi vero annis tribus in substra-  
tione oraverint, & per alios tres cum fide-  
libus ad orationem steterint, sic admittantur  
ad boni communionem.

**Canon 82.** De iis etiam qui pejeraverunt, si vi quidem  
atque necessitate juramenta transgressi sunt,  
pœnis levioribus subiciantur, sic ut post sex  
annos possint suscipi; sin autem, vi non illa-  
ta, fidem suam prodiderunt, ubi duobus  
annis fleverint & duobus annis audierint, &  
per quinque oraverint in substratione, &  
per alios duos sine oblatione ad præcationis  
communionem fuerint admissi, ita demum,  
digna videlicet pœnitentia ostensa, in cor-  
poris Christi communionem restituentur.

**Canon 83.** Qui vates consulunt, & consuetudines  
gentium sequuntur, aut aliquos in suas ædes  
introducunt ad remedium inventionem,  
& expiationem, hi in canonem cadant sex-  
tenarii. Postquam anno fleverint, & anno  
audierint, & annis tribus fuerint substra-

Classis II. *si*, & anne cum fidelibus steterint, sic ad-Abilia Domini, nec tales plagæ adduxerunt, ut nos a Domino propter nostram iniquitatem derelictos, barbarorumque in manus traditos sentiremus, & populum apud hostes captivum abductum esse, ac dispersioni traditum, quia hæc audebant qui Christi nomen circumferunt: si non noverunt, neque intellexerunt, propterea venisse in nos iram Dei; quæ res nobis cum his communis est? Sed tamen obtestari eos & noctu & interdium & publice & privatim debemus; nos autem simul abripi eorum improbitatibus, ne feramus; maxime quidem optantes eos lucrifacere, & a maligni laqueo eripere, sed si hoc non possumus, studeamus saltem animas nostras ab æterna condemnatione servare.

Canon 84. *Hæc autem omnia scribimus, ut fructus probentur poenitentiae. Non enim omnino tempore dijudicamus res ejusmodi, sed ad modum poenitentiae attendimus. Quod si qui difficile avellantur a propriis moribus, carnisque voluptatibus servire malint quam Domino, & vitam secundum Evangelium instituere nolint, nulla est nobis cum illis communis ratio. Nos enim in populo inobsequenti & contradicenti edocti sumus audire: *Servans serva animam tuam. Ne igitur* B committamus, ut cum talibus pereamus: sed grave iudicium formidantes, & terribilem retributionis Domini diem ob oculos habentes, ne velimus una cum alienis peccatis perire. Si enim nos non erudierunt terri-*

## E P I S T O L A C C X V I I I.

Alias  
CCCLIII.

*Basiliius paucis de Æliani negotio & de suo post iter Ponticum morbo premissis, Amphilochem rogat, ut episcoporum Lyciæ, quos audierat ab Asianorum hæresi alienos esse, ac suam communionem amplecti velle, sententiam exploret, probo aliquo viro in hanc regionem misso.*

AMPHILOCHIO ICONII EPISCOPO. Caliquis ex piis viris illinc ad nos venientibus narravit, eos ab Asianorum sententia prorsus alienos, communionem nostram amplecti velle. Si quis autem iturus est, perquirat Corydalis Alexandrum ex monacho episcopum: Limyræ Diatimum, Cyris Tatianum & Polemona & Macarium presbyteros: Pataris Eudemum episcopum: Telmesi Hilarium episcopum: Pheli Lollianum episcopum, Hos & plures adhuc indicavit mihi aliquis recte de fide sentire: ac gratias Deo habui plurimas, si qui omnino in Asiano tractu extra labem hæreticorum sint, itaque si fieri potest, interim eos sine litteris exploremus: re autem perspecta, tum demum & litteras dabimus, curabimusque ut aliquem ex illis ad congressum nostrum advocemus. Cedant autem omnia commode ac prospere ecclesiæ Iconiensi nobis desideratissimæ. Honorandum omnem clerum & eos qui una cum tua pietate sunt, per te salutamus.

Anno 375.

**I**llud quidem negotium, cujus causa venerat frater Ælianus, ipse per se confecerit, nec ulla nostra ope indiguit. Duplicem autem a nobis iniit gratiam, & quod litteras pietatis tuæ attulit, & quod litterarum ad te occasionem nobis subministravit. Per eum igitur & tuam salutamus genuinam ac non imitabilem caritatem, ac rogamus ut pro nobis preceris, qui nunc, si umquam alias, precum tuarum ope indigemus. Nam meum corpus ex itinere Pontico confra-ctum, morbo afflictaur intolerabili. Illud autem & dudum volebam tuæ prudentiæ notum facere, non quod alia potiore interpellante causa oblitus sim; sed nunc commonefacio, ut virum diligentem digneris in Lyciam mittere, qui veræ fidei quinam sint sectatores exploret. Fortasse enim non sunt negligendi, siquidem vera sunt, quæ unus

Caliquis ex piis viris illinc ad nos venientibus narravit, eos ab Asianorum sententia prorsus alienos, communionem nostram amplecti velle. Si quis autem iturus est, perquirat Corydalis Alexandrum ex monacho episcopum: Limyræ Diatimum, Cyris Tatianum & Polemona & Macarium presbyteros: Pataris Eudemum episcopum: Telmesi Hilarium episcopum: Pheli Lollianum episcopum, Hos & plures adhuc indicavit mihi aliquis recte de fide sentire: ac gratias Deo habui plurimas, si qui omnino in Asiano tractu extra labem hæreticorum sint, itaque si fieri potest, interim eos sine litteris exploremus: re autem perspecta, tum demum & litteras dabimus, curabimusque ut aliquem ex illis ad congressum nostrum advocemus. Cedant autem omnia commode ac prospere ecclesiæ Iconiensi nobis desideratissimæ. Honorandum omnem clerum & eos qui una cum tua pietate sunt, per te salutamus.

## E P I S T O L A C C X I X.

Alias  
CCLXXX.

*Cum Basiliius a Theodoro subdiacono didicisset diffensiones in clero Samosatensi exortas esse; etsi sciebat Eusebium se de re ad illos scripisse, suum quoque illis dolorem significat, hortaturque ne eandem ex persecutione comparatam diffensionibus amittant.*

CLERO SAMOSATENSI.

Anno 375. 3.

**Q**UI omnia in pondere & mensura definit nobis Dominus, & tentationes inducit, quæ vires nostras non superent, sed probat quidem pietatis athletas per afflictionem, nec tamen ultra

Equam ferre queunt, finit tentari, datque potum in lacrymis in mensura iis, qui debent ostendere, an in afflictionibus gratum Deo animum servant; in hac maxime circa vos dispensatione suam benignitatem declaravit, non sinens vobis ab inimicis persecutionem ejusmodi inferri, quæ posset aliquos

Psal. 79. 6.



quos evortere, aut de fide in Christum com-  
movere. Vos enim cum levibus & quos fa-  
cile sit superare adversariis conjungens, præ-  
mium vobis patientiæ in illis vincendis præ-  
paravit. Sed communis illæ nostræ vitæ ho-  
stis, qui suis artificiis benignitati Dei adver-  
satur, postquam vos vidit validi muri instar  
assultum extrinsecus contemnere, id, ut  
audio, excogitavit, ut inter vos mutua qua-  
dam offensiones & pusilli animi dissidia na-  
screntur: quæ initio quidem parva, & faci-  
le sanabilia, temporis progressu per conten-  
tionem aucta in malum profus insanabile  
vergere solent. Quapropter adductus sum  
ut per hanc epistolam vos adhortarer. Quod  
si fieri posset, venissem ipse, vosque per me  
ipse rogassem: sed quia id tempora non si-  
nunt, hanc vobis epistolam, veluti aliquod  
supplicantis insigne, præ tendimus, ut ad-  
hortationes nostras reveriti, solvatis omnem  
inter vos contentionem, mihi que cito bo-  
num nuntium mittatis dimissarum inter vos  
offensionum.

Ille magnus  
apud Deum,  
qui se pro-  
ximo humi-  
liter sub-  
mittit.

2. Sciat enim hoc, velim, prudentia ve-  
stra, illum magnum esse apud Deum, qui  
se proximo humiliter submittit, ac citra ve-  
recundiam crimina in seipso recipit, etiam  
si vera non sint, ut pacem, magnum illud  
emolumentum, Dei ecclesiæ conciliet. Sit

A itaque inter vos certamen bonum, quis prior  
consequatur, ut filius Dei vocetur, hanc  
sibi dignitatem ob pacem compositam com-  
parans. Scripsit autem & religiosissimus epi-  
scopus vobis quæ conveniunt, ac rursus scri-  
bet quæ ipsum decent. Verumtamen & nos,  
eo quod adhuc concessum sit, ut vobis pro-  
piores simus, negligere res vestras non pos-  
sumus. Unde & cum advenisset religiosissi-  
mus frater Theodorus subdiaconus, dixit  
etque ecclesiam in mœstitia esse ac pertur-  
batione, tum valde contriti, & imocordis  
dolore perculsi, conticere nos potuimus:  
sed vos adhortati sumus, ut omnem inter  
vos juris disceptationem projicientes, pacem  
componatis, ne afferatis læticiam adver-  
sariis, neve hanc ecclesiæ gloriationem pro-  
datis, quæ nunc per totum terrarum orbem  
prædicatur, vos videlicet tamquam anima  
una & corde uno gubernatos, ita in uno cor-  
pore versari. Omnem Dei populum, hono-  
ratos & magistratus, & totius cleri coetum  
per vestram pietatem salutamus, adhorta-  
murque ut sui ipsorum semper permaneant  
similes. Nam incrementum nullum expo-  
scimus, eo quod accessionem omnem jam  
ipsi per edita bonorum operum specimina  
excluserint.

classis II.

Theodorus  
subdiaconus.

Alia  
CCXCIX.

## EPISTOLA CCXX.

*Testatur Basilius clericis Berœnsibus, se ad eorum amorem exarsisse, lectis eorum litte-  
ris, & ipsorum ac totius populi virtute cognita ex sermone Acacii presbyteri. Pacem illis  
erat post tot certamina & ad perseverantiam hortatur.*

## BERŒÆIIS.

Anno 375.

**M**AGNUM Deus præbuit solatium his,  
qui coram congregari non possunt,  
colloquium per litteras; ex quo discere est  
non corpoream effigiem, sed animi ipsius in-  
dolem. Unde & nunc, postquam pietatis  
vestræ litteras accepimus, simul & vos co-  
gnovimus, & vestri amorem corde concep-  
imus, non opus habentes longo tempore ad  
consuetudinem conciliandam. Ex ipsa enim  
insita litteris sententia ad amorem pulchri-  
tudinis animæ vestræ exarsimus. Nam præ-  
ter litteras, quæ quidem tales sunt, adhuc  
etiam fratrum internuntiorum habilis &  
apta indoles illustrius vestra nobis expressit.  
Nam desideratissimus atque religiosissimus  
compresbyter Acacius, plura quam scripsi-  
tis enarrans, & quotidianum vestrum cer-  
tamen, strenuamque pro pietate dimicatio-  
nem ipsis oculis subiiciens, tantam mihi in-  
cussit admirationem, ac tantum accendit  
desiderium vestris bonis perfruendi, ut Do-  
minum rogem, tempus aliquando dari, quo  
propria etiam experientia rerum vestrarum

Acacius  
Presbyter.

D statum cognoscam. Nuntiavit enim mihi  
non solum vestram, quibus commissum est  
altaris ministerium, accuratam agendi ra-  
tionem, sed populi etiam totius concordiam,  
& eorum quæ civitati præfunt, illiusque res  
gerunt, magnanimos mores, ac sincerum  
in Deum amorem; adeo ut beatam prædi-  
cem ecclesiam ex talibus constantem, ac  
nunc vehementius precer spiritalem vobis  
tranquillitatem concedi, ut quæ nunc cer-  
taminis tempore peregistis, iis tempore  
quietis fruamini. Solent enim quodammo-  
do quæ in experiendo molesta sunt, volu-  
ptatem afferre recordantibus. Jam vero quod  
ad præsentia attinet, adhortor vos, ut ne  
malis cedatis, neve animum ob continentem  
ærumnas despondeatis. Prope enim coronæ,  
& prope Domini auxilium. Cavete effunda-  
tis quæ jam exantlastis: neve irritum red-  
datis laborem toto terrarum orbe celebra-  
tum. Brevissimus rerum humanarum status:  
*Omnis caro fœnum; & omnis gloria hominis  
tamquam flos fœni: exaruit fœnum, & flos  
decidit. Verbum autem Domini manet in æter-  
num.* Præcepto permanenti adherentes, flu-  
xam

Concordia  
cleri, po-  
puli & ma-  
gistratum.

1sa. 40. 6.

Classis II. Nam rerum speciem spernamus. Non paucas A dum rudiores ad parem æmulationem proco- ecclesias erexit veltrum exemplum. Multam - castis. Locuples est remunerator, ac potest - nec opinantes vobis comparatis mercedem, - vobis digna largiri certam in vna prælia.

Alias CCXCVIII.

EPISTOLA CCKXI.

Significat Basilius plabi Beræensi ad amorem, quo illos fama cognitos prosequatur, plurimum accessisse ex eorum litteris. Laudat eorum constantiam, & perseverantiam illis precatur.

Anno 375.

BE ROEÆ I S.

NOvetarius vos jam antea, desideratissimi, ex celeberrima vestra pietate & ex corona in Christi confessione comparata. Et forsitan aliquis vestrum dicturus est: Equis hæc in regionem longe distitam exportavit? Dominus ipse: qui duos cultores instar lucernæ collocans in candelabro, perficit ut toto terrarum orbe aluceant. An non victores athletas celebrare solet palma victoria, & artifices operis splendore? Quod si ob hæc & talia ejusmodi in mortales memoria permanet; eos qui pro secundum Christum vivunt, de quibus ipse ait: Glorifican-

tes me glorificabo, quomodo non illustres ac omnibus conspicuos reddet; una cum solis radis explicans fulgurantis eorum gloriæ splendorem? Rursus nobis vestri desiderium majus attulit litteris ad nos scriptis, & ejusmodi litteris, in quibus præter superiora pro pietate certamina divitem & vividiorum pro vera fide animi constantiam profudistis. De quibus una vobiscum gaudemus, simulque precamur, ut universorum Deus, tuus cõrtamen, & cujus pugna & per quem corona, in generet animi ardorem, corroboret animam, & opus vestrum ad perfectam apud ipsam approbationem perducatur.

Dei donum pugna & corona.

1. Reg. 2. 302.

Alias CCXCVII.

EPISTOLA CCKXII.

Significat Basilius se lectis eorum litteris respicisse ex servanis, & cognita eorum adversus hæreticos, quos primi repulerunt, constantia, ac cleri præeuntis & populi subsequenter consensu, acriorem factum esse ad pugnas, quæ Cappadociæ imminet, sustinendas. Hortatur ut in hoc consensu perseverent.

Anno 375.

AD CHALCIDENSES. Interæ pietatis vestrae tales nobis afflictionis tempore acciderunt, qualis sæpe certatoribus equis, ferventissima meridie pulverem vehementi anhelo in medio stadium attrahentibus, aqua ori infusa respicavimus enim ex continuis tentationibus, simulque verbis vestris corroborati sumus, & certaminum vestrorum memoria firmiores facti, ut propositum nobis certamen nescio quædæ animo subeamus. Enimvero incendium, quod plenasque Orientis partes devastavit, serpit jam & in nostram regionem, atque iis quæ circa nos sunt incensis, ad ipsas etiam Cappadociæ ecclesias, quas antea sumus e vicinis locis ad lacrymas commovebat, pertingere conatur. Jam ergo & nos properat attingere, quod Dominus spiritu oris sui avertat, & mali illius ignis flammam intercidat. Quis enim tam timidus est & ignavus, aut in laboribus athleticis inexercitatus, ut non vestris acclamationibus ad certamen corroboretur, optatque vobiscum victor renuntiare? Vos enim priores pugnavistis in pietatis stadio, ac multa repulistis tentamina hæreticarum pugnarum, & ingentem tentationum æstum pertulistis, tum vos ecclesiæ coryphæi, quibus altaris cura commissa, tum singuli ex plebe & potentio-

res quique. Hoc enim in vobis & maxime admirandum est, & approbatione omnium dignum, quod omnes unus estis in Domino, alii quidem præeuntes ad bonum, alii summo consensu sequentes. Unde & superiores estis adversariorum conatu, nullam præbentes ex ullo membro ansam advertantibus. Quapropter precamur noctu & interdium regem sæculorum, ut custodiat quidem populum in fidei integritate, custodiat autem ei ceterum, caputque caput illud in summitate constitutum, & subjectisque corporis membris providens. Oculis enim officio superfunctibus, opera manuum affabre fiunt, & pedes sine offendiculo moventur, nulla corporis pars oris convenienti destituitur. Hortamur ergo vos, quod ipsum facitis & facturi estis, ut vobis invicem ad hæreatis, ac vos, quibus animarum cura credita, singulos regatis, & tamquam filios carissimos foveatis: populus vero debitam patribus reverentiam & honorem vobis exhibeat, ut decore ecclesiæ statu conservetur robur vestrum, ac fidei in Christum firmamentum; & glorificeturque Dei nomen, ac redundet & augeatur caritatis bonum: nos autem, cum hæc audierimus, de vestro in Deo profectum late mur: ac si quidem adhuc per carnem diversari in hoc mundo jubemur, vos etiam videam.

Chalcidenses omnes unus sunt in Domino.

Persecutionis incendium serpit in Cappadociam.

videamus aliquando in Dei pace : sin autem A dem & gloriam per patientiam & per om-  
 jubeatur tandem de hac vita exire, vos in nem bonorum operum demonstrationem  
 Sanctorum splendore una cum his, qui lau- consequuntur, coronatos videamus.

Alia  
LXXIX.

## E P I S T O L A C C X X I I I .

Rumpit silentium Basilius jam tribus annis servatum, suasque defert querelas, quod cum redire in patriam ad amicitiam Eustachii sese applicuisset, & cum eo ejusque discipulis etiam episcopus amantissime vixisset, nunc ab eis omni maledicto & famosis epistolis dilaceratur. Demonstrat periniquos eos facere, quod sibi hominis in Syria scribentis errores affingant, quia ante annos viginti unam huic homini scripserat epistolam: atque hanc agendi rationem eo iniquiorem esse, quod se tot locis de fide differentem audierint, ut sua illos sententia latere non paruerit; atque etiam si latuisset, non tamen amicitiam sine certissimis argumentis rumpi debuisset. Hanc ergo odii germanissimam causam assignat, quod & sua communio, & fidei confessio, quam ab illis acceperat, ad recuperationem potestatis illis obstitent. Denique addit argumenti loco prius illos epistolam ad alios quam ad se misisse.

ADVERSUS EUSTATHIUM  
 SEBASTENUM.

**T**empus, inquit, tacendi & tempus loquendi, sententia est Ecclesiastæ. Itaque & nunc, cum satis diu siluerimus, tempus est hos aperiendi, ut rerum latentium veritas in lucem edatur. Nam & magnus Job diu ille quidem calamitates pertulit silentio; fortitudinem animi hoc ipso demonstrans, quod in gravissimis malis perstaret. Sed cum satis in silentio decertasset, ac dolorem intimo corde premens perdurasset; tum demum os aperiens, ea dixit quæ omnibus nota sunt. Et nobis igitur jam tertium hunc silentii annum æmulationi existit prophætæ gloriatio dicentis: *Factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.* Quapropter inclusimus in imo cordis nostri recessu inustum nobis ex calumnia dolorem. Nam revera calumnia virum humiliat, & calumnia circumfert pauperem. Et si igitur tantum est ex calumnia malum, ut & jam perfectum (hoc enim significat viri appellatione scriptura) ex alto dejiciat, ac pauperem circumferat, id est, eum, qui egregiorum dogmatum paupertate laborat, (quemadmodum etiam prophætæ videtur, qui dicit: *Fortasse pauperes sunt, idcirco non audiunt, ibo ad opulentos, pauperes vocans intelligentiæ inopes: hic etiam profecto eos, qui nondum in interiori homine perfecti sunt, nec ad perfectam ætatis mensuram pervenere, circumferri jactarique dicit proverbium) tamen existimabam me silentio molestias ferre debere, expectans aliquam ex ipsis factis emendationem. Neque enim malitia aliqua, sed veritatis ignoratione existimabam hæc in nos dicta esse. Sed quia video simul cum tempore progredi inimicitiam, nec illos poenitere eorum quæ ab initio dixerunt, nec quomodo præterita sanent, cogitationem ullam suscipere, sed nova opera, & facto agmine in id incumbere, quod*

Bibi ab initio proposuere, ut vitam meam affligant, & existimationem apud fratres artificijs suis contaminent; non jam amplius silentium mihi tutum videtur. Sed in mentem venit mihi illud Esaiæ, qui ait: *Silvium & semper silebo, & sustinebo? pariens sui sicut pariens.* Utinam autem & nos silentii mercedem assequamur, & aliquam ad redarguendum vim atque facultatem recipiamus; ut redarguendo exsiccemus amarum illum effusæ in nos falsæ accusationis torrentem; sic ut nobis quoque liceat dicere: *Torrentem pertransiit anima nostra.* Et illud: *Nisi Dominus fuisset in nobis, cum insurgerent homines in nos, forsitan vivos deglutissent nos; fortasse aqua absorbuisset nos.*

2. Ego cum multam temporis impendissem vanitati, totamque fere juventutem meam perdidissem inani labore, quem in discendis infatuatæ a Deo sapientiæ disciplinis occupatus suscipiebam, ubi tandem aliquando velut ex alto somno expergefactus, respexi ad lumen admirabile veritatis Evangelii, ac vidi inutilitatem sapientiæ principum hujus sæculi, qui destruuntur; miserabilem meam vitam plurimum desens, optabam dari mihi disciplinam, quæ me ad pietatis dogmata introduceret. Ac mihi quidem ante omnia curæ erat, ut emendationem aliquam morum facerem, quos diuturna cum improbis consuetudo pervertebat. Itaque cum legissem Evangelium, ibique perspexissem plurimum ad perfectionem valere, bona sua divendere; & cum egenis fratribus communicare, ac nullâ prorsus hujus vitæ sollicitudine distringi, nec ulla affectione ad res terrenas animo converti; cupiebam invenire aliquem ex fratribus qui hanc vitæ viam elegisset, ut una cum ipso brevem hujus vitæ fluctum transirem. Ac multos quidem inveni Alexandriæ, multos etiam in reliqua Ægypto; & in Palestina alios & Coelestria ac Mesopotamia: quorum mirabar abstinentiam in victu, mirabar

Anno 375.  
Eccle. 3. 7.

Job. 3. 1.

Jam tres  
anni ex quo  
silet Basilius.  
Psal. 37.  
11.

Eccle. 7. 8.

Hier. 5. 4.

Esai. 42. 14.

Psal. 123. 5.  
1. 2. 3.

Basilius  
post studia  
litterarum  
monasticam vitam  
amplecti  
statuit.

Classis II. rābar tolerantiam in laboribus, stupebam ad constantiam in precibus; quomodo somnum superarent, naturali nulla necessitate infracti: quomodo excelsam semper & indomitam animi sententiam fervantes, in fame & siti, in frigore & nuditate, nusquam ad corpus conversi, nec ullam ei curam impendere volentes, sed tamquam in aliena carne viventes, re ipsa ostenderent quid sit in hac vita peregrinari, & quid civitatem in coelo habere. Hæc cum mirarer, ac beatam putarem virorum vitam, quod factis ostenderent se mortificationem Jesu in corpore circumferre; optabam & ipse, quantum possem attingere, imitator esse hominum illorum.

3. Quamobrem cum vidissem nonnullos in patria imitari illorum instituta conantes, mihi visus sum adjumenti aliquid reperisse ad meam salutem, & indicium ducebam eorum quæ non videntur, ea quæ videntur. Quoniam igitur obscura sunt in unoquoque nostrum, quæ in latebris versantur, arbitrabar satis magna esse argumenta humilitatis humilem vestem, mihi que satis erat ad persuasionem vestimentum crassum, & zona, & e rudi corio calecamenta. Et cum multi abducerent me ab ipsorum consuetudine, non ferebam: videns eos voluptariæ vitæ laboriosam præferre; & ob insolitum vivendi genus morosus eram illorum laudis defensor. Unde nec de dogmatibus accusationes admittebam; quamvis multi affirmarent non rectas illos habere de Deo sententias, sed a signifero vigentis nunc hæresis edoctos, illius clanculum spargere doctrinam: quæ cum ipse numquam audissem, D sycophantas existimabam qui hæc nuntiabant. Postquam autem deinceps vocati sumus ad gubernacula ecclesiæ, datos mihi custodes & speculatores vitæ, sub specie auxilii & amicæ communionis, prætermitto, ne videar aut incredibilia dicens de me ipse detrahere, aut fidem faciens, causam afferre credentibus; cur humanum genus oderint. Quod & mihi pene contigisset, nisi me præoccupassent Dei miserationes. Prope enim factum est ut omnes mihi in suspicionem venirent, nec fidem apud quemquam esse E crederem, dolosis vulneribus animo perculsus. Sed tamen videbatur interim aliqua nobis inesse species consuetudinis cum illis, atque etiam disputationes habitæ inter nos de dogmatibus semel atque iterum; ac visi sumus inter nos non pugnare, sed consentire. Invenerunt autem nos eadem de fide in Deum voces proferre, quas omni tempore ex nobis audierant. Et si enim aliæ res meæ gemitibus dignæ: at certe de hoc uno gloriari audeo in Domino, quod numquam falsas habuerim de Deo opiniones,

Basilii  
numquam  
falsas de

Eustathii  
crassa vestis  
& zona & e  
rudi corio  
malcei

Deo opinio-  
nes habuit.

nec aliter sentiens postea dedidicetum. Sed quam a puero accepi notionem de Deo a beata mea matre & avia Macrina, eam crescentem in me ipso continebam; neque enim alias ex aliis mutavi, cum adolevit ratio: sed tradita mihi ab ipsis principia perfeci. Ut enim semen, dum crevit, majus quidem ex parvo fit, sed tamen idem est in semetipso; nec secundum genus mutatur; sed incrementis perficitur: ita & mihi arbitror eandem doctrinam proficendo auctam fuisse, nequaquam autem in illius locum quæ ab initio fuerat, eam quæ nunc est successisse. Quare suam ipsorum perscrutentur conscientiam, animo intueantur Christi tribunal, an aliquando aliquid aliud ex nobis audierint, quam quod nunc dicimus; qui nunc nomine pravæ doctrinæ nos decantarunt, & famosis epistolis, quas contra nos conscripserunt, omnium aures obtuderunt; unde & nobis inposita necessitas hujus defensionis.

4. Accusamur enim blasphemiam in Deum, cum neque ex scripto antea de fide a nobis Cedito argui possimus, neque ex iis quæcumque sine scripto in ecclesiis Dei viva voce palam & aperte semper disseruimus. Sed nec testis inventus, qui se ex nobis arcano loquentibus impii quidquam audivisse diceret. Unde igitur condemnatur, si nec scribimus impie; nec concionamur damnosè, neque in domesticis colloquiis eos, qui nos conveniunt, pervertimus? O novum commentum! Ille, inquit, in Syria nonnulla scripsit haud pie: tu vero scripsisti ei ante viginti annos & amplius. Tu igitur communicator es hominis, & illius crimina etiam tua sunt. At o amice veritatis homo, qui mendacium forum esse diaboli edoctus es, quomodo persuasum habes meam esse illam epistolam? Non enim misisti, nec interrogasti, nec a me, qui tibi verum dicere poteram, didicisti. Sed etiam si meæ essent litteræ; unde compertum tibi est, volumen illud, quod nunc in manus tuas incidit, æquale esse litteris meis? Quis tibi dixit viginti esse annorum id volumen? Unde etiam exploratum est, illius ipsius hominis esse scriptionem, ad quem & a me missa epistola? Quod si & ille scriptor est, & ego ad illum scripsi, & unum ac idem tempus mearum litterarum & hujus scripti; suscepisse me illud animo, ejusque sententiam in me ipso tenere, quo liquet argumento?

5. Percontare te ipse: quoties me invisisti in monasterio ad Iridem fluvium, cum mecum una adesset religiosissimus frater Gregorius, idem ac ego vitæ institutum sequens? Numquid ejusmodi audivisti, num significationem accepisti parvam aut magnam? Quot autem dies in vico, qui est ad aliam fluvii ripam, transegitur apud meam matrem, ubi velut

Monasterium.

velut amici inter nos degebamus, noctuque & interdiu colloquia habebamus inter nos? Num quidpiam affine in animo habere deprehensi sumus? Quando vero beatum Silvanum simul visitabamus, nonne iter nobis de his rebus sermones habuit? Eufinoe itidem, quando una cum pluribus episcopis Lampacum profecturi, me accersivistis, nonne de fide erant sermones? Nonne omni tempore notarii tui mihi aderant adversus hæresim dictanti? Nonne carissimi tui discipuli mecum omni tempore fuerunt? Quid, cum fraternitates inviserem, unaque cum illis in precationibus pernoctarem, differens & audiens semper de Deo sine contentione, an non accurata exhibui sententiæ meæ argumenta? Quomodo ergo tanti temporis experientia minor esse visa est putrida adeo ac infirma suspicione? Quem autem te priorem ac potiore animi mei testem esse oportebat? Quæ Chalcedone de fide a nobis dicta sunt, quæ sæpenumero Heracleæ, quæ prius in Cæsareæ suburbio, an non ex nostra parte consona sunt omnia? An non omnia inter se consentiunt? nisi quod incrementi, ut dixi, aliquid ex profectu conspicitur in sermonibus: quod immutatio non est ex deteriore in melius, sed eorum quæ deerant complementum ex scientiæ accessione. Quomodo autem illud etiam non cogitas, patrem non accepturum peccatum filii, neque filium peccatum patris accepturum; sed in suo quemque peccato moriturum? Mihi autem neque pater est is qui apud te male audit, neque filius. Neque enim magister meus fuit, neque discipulus. Quod si oportet parentum peccata filiis crimina fieri, multo æquius ut quæ sunt Arii, in ejus discipulos vertantur; & si quis Aetium genuit hæreticum, in caput parentis resiliant filii criminationes. Sin autem injustum est propter illa quempiam culpam, multo profecto justius est, ut ob eos qui ad nos non pertinent, in iudicium non vocemur, si tamen peccaverunt omnino, si quid ab ipsis scriptum est condemnatione dignum. Venia enim mihi danda non credenti quæ adversus illos dicuntur; siquidem mea ipsius experientia, quanta sit ad calumniam proclivitas accusatorum, declarat.

6. Nam etiam si decepti, meque existimantes consortem esse sententiæ eorum, qui conscripserunt illa Sabellii verba, quæ ab ipsis circumferuntur, ad accusandum me venissent; ne sic quidem venia digni essent, quod ante manifesta indicia, protinus maledictis figant ac vulnerent homines, nullius injuriæ reos, ne dicam, arctissima amicitia conjunctos; tum quia qui fallas in seipsis habent suspiciones, id argumento est, eos a Spiritu sancto non duci. Multa enim animo

S. Basilii Oper. Tom. III.

volvenda, multæ noctes ducendæ sunt in omnes, multisque cum lacrymis a Deo veritas exquirenda est ei, qui se ab amicitia fratris abscindere meditatur. Nam si mundi hujus iudices, quando facinorosum quempiam morti addicturi sunt, remonent vela, & peritissimos quosque ad rei propositæ considerationem advocant, ac multum temporis infumunt, nunc quidem legis austeritatem intuentes, nunc vero naturæ communitatem reverentes, ac dum multum ingemiscunt, & necessitatem deplorant, indicium omnibus faciunt invitos se legi servire, neque ex libidine sua sententiam ferre damnantem; quanto rem majore diligentia ac sollicitudine & cum pluribus deliberatione dignam existimare debet, qui se a fratrum amicitia longo tempore confirmata abrumperere meditatur? At una epistola eaque ambigua. Neque enim dixerint ex subscriptionis signis eam sibi cognitam esse; qui profecto non eam quæ primo scripta est, sed exemplum in manus acceperunt. Ex epistola igitur una, eaque vetusta. Anni enim sunt hæc tenus viginti, ex quo aliquid ad virum illum scriptum est. Interjecto autem illo tempore talem sententiæ meæ ac vitæ testem habeo neminem, quales qui nunc in me invehuntur accusatores.

7. At enim epistola separationis causa non est, verum alia est disjunctionis ratio, quam equidem referre verecundor, ac semper siluissim, nisi ea quæ nunc gesta sunt, necessitatem mihi attulissent totius eorum consilii ob multorum utilitatem oculis exponendi. Existimarunt boni viri impedimento sibi esse ad recuperationem potestatis communionem nostram. Et quia fidei quadam subscriptione præoccupati sunt, quam nos ipsis proposueramus, non quod ipsi illorum sententiæ diffideremus (fateor enim) sed quod suspiciones, quas de illis multi ex unanimis nostris fratribus habebant, sanare vellemus; ne quid ex illa confessione videatur ipsis impedimenti occurrere, quominus ab iis, qui nunc dominantur, suscipiantur, communionem nobis renuntiarunt; ac materia disjunctionis, hæc epistola excogitata est. Indicium autem eorum, quæ dico, manifestissimum est, quod cum proscriptissent nos, & querelas, ut ipsis libebat, contra nos finxissent; antequam ad nos litteras mitterent, eas quoque versusum sparserint. Septem namque dies priusquam in nostras manus perveniret, visa est illorum epistola apud alios, qui eam ab aliis acceptam ad alios missuri erant. Ita enim statuerant ipsam ab altero alteri tradi, ut celeriter in universam regionem distribuere. Atque hæc dicebantur quidem jam tum ab iis, qui illorum agendi rationem manifestissime nobis

Classis II.

Judicium cautio, cum morti addicunt.

Totum Eustathii consilium aperitur.

Beatus Silvanus.

Exch. 18. 20.

Quam caute amicitia renuntians.

A a bis

Classis II. bis annuntiarunt. Censuimus tamen silentium A simis atque evidentissimis argumentis condum esse, donec qui arcana revelat, clarifilia ipsorum proderet.

Alias  
CCCXLV.

## E P I S T O L A CCXXIV.

*Exponit asturiam Eustathii, qui epistolæ convitiis in Basiliam referta hæretica verba subjecerat, tacito auctoris nomine, ut ipse Basilius auctor esse videretur. Objectam sibi communionem cum Apollinario refellit, suamque sententiam declarat, cum omnibus notam esse ac ipsi etiam Eustathio; tum facile perspicui posse ex ipsa illa fide, cui Eustathius subscripsisse se dolebat, nec tamen dolorem suum palam restari audebat, quamvis revera ab hac fide discessisset, & aliam omnino contrariam Gelasio tradidisset.*

## GENETHLIO PRESBYTERO.

Anno 375. 1.

**A**ccepi litteras pietatis tuæ, & laudavi appellationem, qua apte nominasti scriptum ab illis libellum, cum libellum repudii appellasti. Quem quidem qui scripsere, quam sibi paraverint pro eo defensionem apud Christi tribunal, quod decipi non potest, intelligere non possum. Nam accusationem in me proferentes, meque perstringentes vehementer; narrantes quæ volebant; non quæ veritati consona; plurimam præ se humilitatem ferentes, mihi superbiam tumorem affingentes, quod eos, qui missi ab ipsis fuerant, non excepissem, falsa omnia, aut saltem pleraque ne periculose loquar; tamquam hominibus, & non Deo suadentes, quærentesque placere hominibus, & non Deo, apud quem nihil veritate pretiosius, ita conscripserunt. Deinde scriptis in nos litteris hæretica verba subjecerunt, celato impietatis auctore, ut multi ac simpliciores ex præmissa in nos accusatione nostra esse crederent, quæ subiecta fuerant; propterea quod, qui nos artificiose calumniantur, prætermisissent nomen parentis pravorum dogmatum, ac simplicioribus suspicandum reliquissent, nos esse qui hæc aut excogitavimus aut scripsimus. Itaque cum hæc vobis explorata sint, adhortor ut nec ipsi turbemini, & vacillantium perturbationem sedetis; quamquam non ignoro defensionem meam non facile admissum iri, eo quod nefaria maledicta, a personis auctoritate polentibus in nos effusa, aures præoccupaverint.

Malignum  
Eustathii  
artificium.

2. Quod autem nostra non sunt, quæ ut nostra circumferuntur; arbitror equidem, etsi furor in me conceptus omnino rationi eorum tenebras offundit, quominus quid utile sit videant, tamen si a vobis ipsis interrogentur, nequaquam fore ut ita percaleant & obdurescant, ut audeant mendacium eloqui suo ipsorum ore, ac mea esse scripta illa dicere, Quod si mea non sunt, cur condemnor ob aliena? Sed dicturi sunt communicatorem Apollinarii me esse, ac

Bejusmodi dogmatum pravitate animo amplecti. Reposcantur ab eis argumenta. Nam si cor humanum scrutari sciunt, hoc ipsum profiteantur, & vos agnoscite verum ab illis in omnibus dici. Sin autem ex rebus apertis & ante omnium oculos positis meam arguunt communionem, ostendant aut canonicas litteras a me ad ipsum missas, aut ab illo ad me, aut clericorum nobiscum commercia, aut quempiam eorum ad precum communionem an umquam admiserim. Quod si epistolam proferunt, cæterum ante annos viginti quinque ad ipsum scriptam, a laico ad laicum, & ne hanc quidem ut a me scripta est, sed adulteratam; a quibus autem, Deus scit; hinc manifeste injuriam agnoscite, quod episcopus nullus accusatur, si quid laicus in re indifferenti minus considerate scripserit: idque non de fide quidquam: sed simplex scriptum amicam habens salutationem. Forte autem & ipsi comperiuntur & ad Gentiles & ad Judæos scripsisse, nec crimen sustinere. Nam ad hunc usque diem nemo de re ejusmodi in iudicium vocatus est, de qua nos ab iis, qui culices percolant, condemnatur. Quod igitur neque hæc scripsimus, neque probavimus, sed & anathematizamus eos, qui pravam hanc tenent sententiam, hypostaticam confusionem, in qua maxime impia hæresis Sabellii renovata est, id quidem notum est Deo, qui corda cognoscit, notum & fraternitati omni, quæ meæ humilitatis periculum fecit. Imo etiam illi ipsi, qui me nunc vehementer incusant, suam ipsorum conscientiam perscrutentur, ac noscent me a puero longe ab ejusmodi dogmatibus remotum fuisse.

Canonice  
litteræ.

Episcopus  
non accusatur,  
si quid  
laicus de re  
indifferenti  
scripserit.

Matth. 23.  
24.

3. Quid autem sentiam, si quis requirat, id perspiciet ex illo scripto, cui appositæ est eorum propria manu subscriptio, quam dum volunt delere, mutationi suæ latebras in calumniis nostris quærunt. Non enim fatentur se poenitere, quod tradito ipsis a me libello subscripserint: sed mihi inferunt crimina impietatis, rati neminem videre, prætextum esse ipsorum a me disjunctionem; at revera eos a fide defecisse, quam sæpe eorum multis scripto professi, tandem & a me tradi-

Eustathius  
non audebat  
subscrip-  
tionem suam  
aperte re-  
texere.

traditam susceperunt, ac iis subscriperunt, **A** pondemus & docemus: quæ quidem plura desiderantibus satisfaciet. Vos autem in presentia acceptis his meis litteris, tristitiam omnem deponite, & caritatem erga nos confirmate, ob quam vobis conjungi vehementer ambio, Mæror autem mihi maximus & dolor animo insolabilis, si tantum apud vos potuerint calumniæ, quibus impugnor, ut refrigerent caritatem, nosque ab invicem abalienent. Valete.

Aliam fidem omnino contrariam Gelasio tradidit. *Matth. 7. 4.*

Alias CCCLXXXV

## E P I S T O L A CCXXV.

*Cum Gregorius Nyssenus jussu Demosthenis ob Philocharis calumnias a militibus comprehensus fugisset; Vicarium placare conatur Basilius, eique demonstrat factum Gregorii nec publicæ rei nec ecclesiasticæ nocere. Si enim de pecuniis agatur, paratos esse pecuniarum sacrarum custodes rationem reddere; sin autem de ordinatione, non Gregorii culpam esse, qui invitatus ordinatus est, sed eorum qui ordinaverunt, quorum proinde necessaria presentia. Rogat ergo ne se infirmum & senem in alienam provinciam trahat, & cum episcopis, quibuscum nondum pax composita, convenire cogat.*

**D E M O S T H E N I** aliorum episcoporum

nomine.

Anno 375.

**P**urimas semper gratias habemus Deo & imperatoribus curam nostri gerentibus, quædumque videmus patriæ nostræ gubernacula viro commissa, primum quidem christiano, deinde moribus recto, & accurate legum custodi, secundum quas in humanis rebus vivimus. Sed præcipue adventu tuo hanc gratiam Deo & dilecto Deo imperatori retulimus. Cum autem sensitsemus, nonnullos pacis inimicos meditari reverendum tuum tribunal contra nos commovere; expectavimus dum voceremur a tua magnanimitate, ut disceres veritatem a nobis; si tamen velit summa tua prudentia rerum ecclesiasticarum sibi vindicare examina. Sed postquam nos tribunal contempsit, nostrum autem fratrem ac comministrum Gregorium commota tua potestas ob Philocharis calumnias abripi jussit; ac ille quidem mandato obtemperavit (qui enim non obtemperasset?) at lateris dolore correptus, ac præterea ob frigus, quod collegit, consueta infirmitate renum ei superveniente, coactus est, inexorabilibus militibus eum detinentibus, corporis curandi causa, & leniendorum intolerabilium dolorum, in quietum aliquem locum transferri: ea de causa venimus omnes amplitudini tuæ supplices, ut ne tibi occursum dilatus indignationem moveat. Nam nec publicæ

Philocharis.

**B**res p̄jus se habuerunt ex nostra dilatione, neque inde ecclesiasticæ quidquam detrimenti acceperunt. Quod si de pecuniis, quasi essent dissipatæ, agitur; ibi sunt pecuniarum sacrarum custodes, rationes his qui voluerint parati reddere, & eorum calumniam detegere, qui accuratum tuum auditum non timuerunt. Facile enim illis est ex ipsis beati episcopi scriptis manifestam veritatem querentibus facere. Sin autem est aliquid aliud canonicum, quod examine indigeat, idque magnanimitas tua audire ac judicare vult; nos omnes adesse necesse est, quia si quid deficit eorum quæ ad canones spectant, culpam sustinent qui ordinaverunt, non is qui omni imposta necessitate ministerium suscipere coactus est. Quare te obsecramus, ut nobis auditum serves in patria, nec pertrahas in exteram regionem, neque necessitatem imponas conveniendi cum episcopis, quibuscum nobis de quæstionibus ecclesiasticis nondum convenit. Simul etiam ut parcas senectuti nostræ ac infirmitati rogamus. Nam, Deo volente, experientia ipsa cognosces nihil neque parvum, neque magnum quod ad canones attineret, in episcopi ordinatione omissum fuisse. Optamus igitur, ut sub tua administratione, ipsa etiam cum fratribus nostris concordia & pax componatur: qua nondum constituta, molestus est nobis etiam ipse congressus, propterea quod multi ex simplicioribus nostra inter nos dissensione laduntur.

Sacrarum pecuniarum custodes.

Gregorius vis illata ut ordinaretur.

Classis II.  
Alia  
LXXIII.

## E P I S T O L A CCXXVI.

Cum videret Basilius silentium suum a pluribus in deteriore parte accipi, monachos hortatur ne se calumniis præoccupari sinant, sed potius veritatem ante oculos positam intueantur; siquidem Eustathius, qui Arianos aterrime infectatus fuerat, nunc cum illis conjungitur compendii sui causa. Demonstrat hanc veram esse causam dissidii, non quod illi rescriptum non fuerit, ejusque chorepiscopi non suscepti, sed quod gratiam ab Euzoio inire voluerit. Hinc & fidem Nicænam exagitat, cui olim subscripserat, & Basilii de Spiritu sancto doctrinam novitatis accusat, eumque ob scriptam ante annos viginti ad Apolinarium salutandi causa epistolam condemnat: Tantam nequitiam litteris suis comprimere non putat Basilius, sed a monachis rem factu facilem petit, ut verum, ut par est, examinent.

## MONACHUS SUIS.

Anno 375. **P**otesse quidem sanctus Deus & congressus latitiam nobis largiri, qui semper & videre vos & de rebus vestris audire cupimus: quandoquidem nulla alia in re animus noster acquiescit, nisi in profectu vestro, ac perfectione in Christi mandatis. Interea vero, dum hoc nobis non conceditur, necessarium ducimus, per germanissimos ac Domini metuentes fratres vos invisere, & cum vestra dilectione per litteras colloqui. Hanc ipsam igitur ob causam misimus religiosissimum ac carissimum fratrem nostrum & laboris evangelici consortem Meletium compresbyterum, qui vobis narrabit desiderium, quo vos prosequimur, ac sollicitudinem animæ nostræ: quippe cum noctu ac interdum Dominum rogemus, ut probati & spectati sitis; ut & nos habeamus fiduciam in die Domini nostri Jesu Christi ob vestram salutem, & vos effulgeatis in splendore sanctorum, cum opus vestrum sub justo Dei judicio expendetur. Simul autem multum nobis sollicitudinis injicit præsentis temporis difficultas, in quo ecclesiæ omnes commotæ sunt, & omnes animæ cribrantur. Aperuerunt enim nonnulli immodice ora sua adversus conservos. Prædicatur libere mendacium, veritas absconditur. Et accusati quidem condemnantur sine judicio, accusatoribus vero creditur sine examine. Unde & ego cum audissem multas in me circumferri epistolas, quæ pungunt & decantant & de rebus insimulant, pro quibus parata nobis apud veritatis tribunal defensio; tacere equidem statui; quod & præstiti. Tertius enim jam hic annus est, ex quo verberatus calumniis flagella accusationis perfero; contentus quod Dominum, qui arcana novit, calumniæ testem habeam. Sed quia video multos jam silentium nostrum ad calumniarum confirmationem accepisse, nec nos patientia existimasse adductos silere, sed quod contra veritatem hiscere non possimus; idcirco scribere vobis aggressus sum, obsecrans vestram in Christo dilectionem, ut concinnatas ab una

A parte calumnias non omnino admittatis ut veras: quandoquidem, ut scriptum est, neminem lex judicat, nisi prius audiat, & cognoscat quid fecerit.

2. Quamquam equo quidem judici res ipsæ sufficiunt ad declarandam veritatem. Quare etiam si nos taceamus, licet vobis respicere ad ea quæ fiunt. Qui enim nos doctrinæ pravæ insimulant, hi nunc aperte visi sunt hæreticorum partibus adjuncti: qui nos ob aliena scripta condemnant, confessionibus suis, quas nobis scriptas tradidere, adversari comperiuntur. Considerate consuetudinem eorum, qui hæc audent; mos enim illis est semper ad potentiorē partem transfugere, & infirmiores quidem amicos concutere, colere autem potentes. Nam qui celeberrimas illas epistolas contra Eudoxium totamque ejus factionem conscripserunt, & ad omnes fraternitates transmisere, quique obtestati sunt, ut eorum fugeretur communicatio, tamquam animarum perniciēs, ac idcirco latas de sua depositione sententias non admiserunt, eo quod ab hæreticis late essent, uti tunc nobis persuadebant; nunc omnium obliti, una cum ipsis versantur. Neque ullus illis relinquitur negandi locus: manifeste enim nudarunt suum ipsorum propositum, cum Ancyræ in domibus communione eorum amplexi sunt, eo quod publice ab illis nondum recepti sint. Itaque eos interrogate, si nunc orthodoxus Basilides Ecdicii communicator, cur ex Dardania revertentes, altaria illius in Gangrenorum regione subverterint, & mensas ipsi suas posuerint: cur etiam hæcenus infectati sint ecclesias Amasæ & Zolorum, ac per se ipsi presbyteros illic ac diaconos constituerint? Etenim si ut cum orthodoxis communicant, cur ut hæreticos infectantur? Si autem hæreticos existimant, cur communionem eorum non averfantur? Nonne hoc, fratres cum primis colendi, vel pueri clare perspiciant, semper eos compendii causa facere, ut aliquos accusent, aut commendent? Et a nobis itaque defecerunt, neque id indignantes, quod non rescripserimus (illud enim est quo se maxi-

Meletius  
presbyter.

Col. 1. c.

Basilii silentium multi in malam partem acciperunt.

Eustathius nondum ab Arianis publice susceptus.

In ecclesiis Amasæ & Zolorum presbyteros & diaconos ordinaverat.



me offensos dicunt fuisse) neque quod cho-  
repiscopos quos se misisse ajunt, non excepe-  
rimus. Verum Domino rationem reddent,  
qui hoc comminiscuntur. Missus enim unus  
aliquis Eustathius, cum litteras tradidisset  
cohorti Vicarii, ac dies tres in urbe commo-  
ratus esset; ad sua reversurus, multo jam  
vespere, dormiente me, dicitur ad nostras  
ædes venisse. At dormire me cum audisset,  
abiit nec jam postridie ad me accessit: sed ad  
hunc modum, suo erga nos officio perfun-  
ctorie expleto, rediit. Atque hoc est crimen,  
quod nos commisimus, & patientes illi ho-  
mines delictum illud præterita nostra servi-  
tute, quam ipsis in dilectione servivimus,  
non compensarunt: sed iram in nos suam us-  
que adeo incenderunt ob hoc erratum, ut  
nos ab omnibus orbis terrarum ecclesiis, sal-  
tem quantum in ipsis fuit, excommunicari  
fecerint.

3. At revera non ea est dissidii causa: sed  
quia existimarunt tum demum se Euzoio  
probatum iri, si ipsi se a nobis abalienarent,  
illas sibi ipsis causas excogitaverunt, ut ali-  
quam apud illos commendationem ex bello  
nobis indicto reperirent. Hi nunc & de Ni-  
cæna detrahunt fide, nosque vocant Homo-  
ousiastas, quia in illa fide unigenitum Filium  
Deo & Patri Homousion confitemur, non  
quod una essentia in duo fraternam sit divisa,  
absit: non enim id cogitavit sancta illa ac Deo  
dilecta synodus, sed quia quod est Pater se-  
cundum essentiam, hoc & Filius intelligi  
debet. Sic enim nobis illi exposuerunt, cum  
dixerunt: *Lumen de lumine*. Est autem Ni-  
cæna fides, allata ab ipsis ex Occidente for-  
mula, quam Tyanensi synodo tradiderunt,  
a qua & suscepti sunt. Sed habent sapien-  
tem quamdam regulam ad suas ejusmodi  
mutationes, ut fidei verbis, non secus ac  
medici, urantur pro tempore, aliter alias  
se ad propositos morbos accommodantes.  
Cujus sophismatis imbecillitatem non me  
arguere, sed vos decet intelligere. Dabit  
enim vobis Dominus intelligentiam: ut co-  
gnoscatis quæ recta sit doctrina, & quæ obli-  
qua ac perversa. Si enim aliam alias fidei  
formulam scribere decet, & cum tempore  
immutari; falsa est sententia dicentis: *Unus  
Dominus, una fides, unum baptisma*. Sin  
hæc vera sunt, nemo vos decipiat inanibus  
his verbis. Nos enim calumniantur, quasi  
novi aliquid tradamus de Spiritu sancto. Ro-  
gate igitur quænam illa novitas. Confite-  
mur enim nos quod & accepimus, cum Pa-  
tre & Filio conjunctum esse Paracletum, nec  
cum creatura numerari. Nam in Patrem &  
Filium & Spiritum sanctum credimus, atque  
in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti  
baptizamur. Quapropter numquam Para-  
cletum ab illius cum Patre & Filio conjun-

ctione evellimus. Mens enim nostra a Spiri-  
tu illustrata ad Filium respicit, & in illo ve-  
lut in imagine Patrem videt. Neque igitur  
nomina ex nobis ipsis comminiscimur, sed  
Spiritus sanctum Paracletum nominamus,  
neque debitam ei gloriam destruere volu-  
mus. Vere omnino hæc nostra sunt. Ho-  
rum gratia qui accusat, accuset: qui nos  
persequitur, persequatur: qui fidem habet  
calumniis quibus impetitur, paratus sit ad  
judicium. *Dominus prope est; nihil solliciti  
sumus.*

4. Si quis in Syria scribit, hoc nihil ad  
nos. *Ex tuis enim, inquit, verbis justifica-  
beris, & ex verbis tuis condemnaberis.* Mea  
me verba judicent: propter alienos vero er-  
rores nemo nos condemnet, neque ante vi-  
ginti annos scriptas a nobis epistolas profe-  
rat, ut demonstret nunc communicatores  
nos esse eorum qui ista scripserunt. Nos enim  
antequam hæc scriberent, laici ad laicos  
scripsimus, antequam vel suspicionem ejus-  
modi quisquam in illos moveret: nec de fide  
quidquam scripsimus, nec qualia illi nunc  
ad invidiam nobis creandam circumferunt,  
sed salutationes nudas, quæ amicam com-  
pellationem persolvebant. Nos enim pari-  
ter & eos qui Sabellii morbo laborant, & eos  
qui Arii dogmata tuentur, ut impios fugi-  
mus, & anathematizamus. Si quis eum-  
dem Patrem dicit ac Filium & Spiritum san-  
ctum, ac rem unam multis nominibus desi-  
gnatam esse statuit, unamque hypostasim  
tribus appellationibus expressam, talem nos  
in Judæorum parte numeramus. Sic etiam,  
si quis Filium Patri secundum essentiam dis-  
similem dicit, aut ad creaturam detrahit  
Spiritus sanctum, anathematizamus, &  
a gentiliis errore non longe abesse duci-  
mus. Sed ora accusatorum nostrorum com-  
primi litteris nostris non possunt; imo veri-  
simile est, illos etiam defensionibus nostris  
irritari, & majora ac graviora in nos machi-  
nari. Cæterum aures vestras custodiri non  
difficile. Quare quod in vobis situm est,  
præstate: sincerum nobis & minime præoc-  
cupatum calumniis cor vestrum servate:  
atque objectorum nobis criminum rationem  
a nobis postulate. Ac veritatem quidem si  
apud nos inveneritis, ne detis locum men-  
dacio. Sin autem nos ad defensionem infir-  
mos senseritis, tunc credite accusatoribus  
nostris, ut vera dicentibus. Vigilant illi,  
nobis ut noceant: hoc a vobis non expolci-  
mus. Nundinariam vitam agentes, stru-  
ctam nobis calumniam ad lucri accessionem  
convertunt: vos autem adhortamur, ut ma-  
neatis domi, ac decore vos geratis, opus  
Christi in quiete perficientes, illorum vero  
congressus, qui ad auditores evertendos do-  
lose fiunt, declinetis: ut & dilectionem erga  
nos

Eustathius  
Chorepi-  
scopus.

Eustathius  
fidei verbis,  
ut medici,  
pro tempo-  
re utitur.

2. Tim. 2.7.

Ephes. 4. 3.  
5. 6.

Basilii do-  
ctrina de  
Spiritu san-  
cto novita-  
tis accusa-  
tur.

etiam n.

Philip. 4. 5.

Matth. 12.  
37.

1. Thef. 4.

11.

Classis II. nos sinceram custodiatis, patrumque fidem Ati ac spectari, tamquam veritatis amici, servetis integram ac inoffensam, & proba- apud Dominum comperiamini.

## E P I S T O L A CCXXVII.

Alias  
CCXCII.

*Cum Euphronium Coloniensem episcopi ad sedem Nicopolitanam transferendum decrevisset, permolestum id accidit clericis Coloniensibus, quorum nonnulli iracundiam eo perduxerunt, ut se ad tribunalia abiturus minarentur, ac res suas hominibus ever- tendarum ecclesiarum cupidis commissuros. Basilius laudat eorum amorem in episcopum, sed modum requirit. Demonstrat eis provideri, dum Nicopoli provideretur, nec eos de- ferturum episcopum. Spem affert amplioris solatii, seque ad eos venturum.*

CLERICIS Coloniensibus consolatoria. B tur. Quemadmodum igitur qui ad fluvios

Ann. 375.  
Rom. 13. 10.  
Studium erga patrem spiritualem modo & ratione contineri debet.

**E**T quid ita pulchrum & spectatum apud Deum & homines, ut caritas perfecta, quam complementum totius esse legis a sapiente didicimus magistro? Quapropter approbo vestri in pastorem amoris ardorem. Nam nec tenero filio boni patris privatio, nec Christi ecclesie pastoris ac magistri secessus tolerabilis. Quare preclaræ ac bonæ voluntatis indicium in hac præstantissima erga episcopum vestrum animi affectione præbuisit. Sed tamen vestrum illud præclarum erga patrem spiritualem studium, si modo & ratione contineatur, laudandum est: sin autem limites transcendat, non jam eadem approbatione dignum est. Præclaræ œconomia erga religiosissimum fratrem nostrum & comministrum Euphronium ab his, quibus ecclesie commissæ sunt gubernandæ, facta est, necessaria tempori, perutilis & ecclesie ad quam translatus est, & vobis ipsis a quibus assumptus. Hanc ne existimetis humanam, aut ex cogitationibus susceptam hominum terrena sentientium: sed eos, quibus ecclesiarum Dei sollicitudo incumbit, ex consuetudine & conjunctione, quam habent cum Spiritu, id fecisse persuasum habere, atque hoc eorum inceptum animis vestris mandate; & operam date ut perficiatur. Suscipite igitur tranquille & cum gratiarum actione id quod factum est, habentes pro certo, eos qui res in ecclesiis a Dei electis constitutas non admittunt, Dei ordinationi resistere. Cavete litigetis cum vestra matre ecclesia Nicopolitana; nec animum in eos, qui vestrarum animarum curam suscepere, exasperate. Dum enim res Nicopolitanæ consistent, vestra etiam pars simul servabitur; sed si illam aliqua tempestas attingerit, etiam si adsint vobis custodes innumeri, pars quoque una cum capite absume-

habitant, si quos procul videant valida præsidia aquis objicere, intelligunt securitati suæ provideri, dum incursum aquarum repelluntur: ita etiam qui nunc pondus sollicitudinis ecclesiarum sustinent, in aliorum custodia securitati vestræ provident, tutique eritis ab omni tumultu, aliis belli impetum sustinentibus. Ad hæc illud etiam vobis considerandum est, non vos ab eo repudiatos, sed alios assumptos. Non enim invidi quidam sumus, ut qui sua dona etiam cum aliis communicare possit, eum cogamus gratiam intra vos concludere, & solis loci vestri finibus coerceamus. Nam nec qui fontem circumsepit, & aquarum exitum labefactat, nec qui doctrinam uberem prohibet latius fluere, extra invidiæ crimen est. Suscipiat itaque & Nicopolis curam, & ad futuras illic sollicitudines vestri cura accedat. Illi enim plus accessit laboris, sed de vestri cura nihil decessit. Hoc autem mihi & maxime doluit, & modum mihi visum est excedere, quod videlicet dixistis: votorum compotes si non sumus, ad iudicium tribunalia abibimus, ac res hominibus commitemus, quibus ecclesiarum everfio caput est votorum. Cavete igitur ne qui umquam infano furore acti vobis persuadeant, ut quidquam apud publica subsellia proferatis, atque inde aliqua accidat everfio, cuius pondus in eorum capita, qui causam præbuerint, convertatur. Sed recipite & consilium nostrum, quod vobis in paternis visceribus damus, & religiosissimorum episcoporum dispensationem, quæ secundum Dei voluntatem facta est. Quin & expectate nos, qui ubi advenerimus, si nobis Dominus favorit, quæcumque vestram pietatem per epistolam commonere non licuit, ea coram suggeremus; & ipsa re & opere, quantum in nobis erit, vos solari conabimur.

Dehortatur ne ad magistratus confugiant.

EPI-

Alias  
CCXC.

Classis II.

*Laudat Coloniae magistratus, quod res ecclesiasticas non negligant: mœrentes discessu episcopi sui hortatur, ut matri Nicopoli communem parentem cedant, qui eos regere non desinet, ac temporum difficultate considerata, episcopis ignoscant, qui hoc consilium necessitate adducti ceperunt. Promittit majus solatium eorum quæ facta fuerant, si Dominus dederit, ut ad eos veniat.*

## COLONIAE MAGISTRATIBUS.

Anno 375.

Coloniae  
magistratus  
res ecclesia-  
sticæ haud  
parvi pen-  
dunt.

**A**ccepi litteras dignitatis vestrae, & gratias egi Deo sanctissimo, quod rerum publicarum curis occupati, ecclesiasticas haud parvi penditis; sed de iis unusquisque velut de proprio negotio & ex quo vita sua pendeat, ita solliciti fuistis, mihi que scripsistis mœrentes discessu religiosissimi episcopi vestri Euphronii: quem non abstulit vobis Nicopolis: sed si ex jure ageret, suum proprium recepisse se diceret; sed liberalius agens, vocem edet teneræ matri decoram, se communem vobiscum patrem habituram, qui ex parte utriusque de sua communicabit gratia: neque illos quidquam pati sinet ab adversariorum incurfibus, neque vos consueta sollicitudine privabit. Igitur & temporis difficultatem considerantes, & œconomiae necessitatem prudenter intelligentes, episcopis ignoscite, qui hanc viam ad constituendum Domini nostri Jesu Christi ecclesiarum

ordinem inierunt. Vobis autem ipsi ea suggerite, quæ viris & perfecta propria intelligentia præditis, & amantium consilia ad usus suos adjungere scientibus congruant. Vos enim verisimile est multa eorum quæ commoventur ignorare, eo quod sitis in extrema Armenia constituti: nos vero qui mediis in rebus versamur, & quorum aures undique unoquoque die rumore everfarum ecclesiarum percutiuntur, valde anxii sumus, ne forte communis hostis diuturnæ vitæ vestrae tranquillitati invidens, in vestris quoque locis sua ipsius zizania serere possit, cedatque & Armeniorum regio in escam adversariis. Sed nunc quidem tranquilli & quieti sitis, veluti boni vasis usum communem habere cum vicinis vestris non recusantes. Paulo post autem, si Dominus dederit ut ad vos veniam, majus etiam eorum quæ facta sunt solatium accipietis; si modo id vobis necessarium videbitur.

Quotidie  
ecclesiarum  
everfarum  
rumore au-  
res percu-  
tiuntur.

Alias  
CXCI.

*Spiritus sancti consilio factum esse non dubitat, quod apud eos factum fuerat. Laudat Pœmenii prudentiam & in re statim perficienda fortitudinem. Hortatur ne Colonienses irritent: spem affert se ad eos venturum.*

## CLERICIS NICOPOLITANIS.

Anno 375.

Christo at-  
tribuenda  
consilia,  
quorum au-  
ctores sunt  
viri spiri-  
tuales, ple-  
be Domini  
eos sequen-  
te.

Pœmenius.

**Q**uod vel ab uno aut altero homine pio factum est, id nobis certo persuadet, rem consilio Spiritus fieri. Etenim ubi nihil humani ob oculos positum; neque studio proprii commodi ad agendum sancti feruntur, sed quod Deo gratum est, sibi proponunt; liquet Dominum esse, qui eorum corda dirigit. Cum autem spirituales viri consiliorum auctores sunt, eosque sequitur plebs Domini concordia sententia, quis dubitabit, quin communicatione Domini nostri Jesu Christi, qui suum sanguinem pro ecclesiis effudit, consilium captum sit? Unde & ipsi recte existimastis religiosissimum fratrem nostrum & comministrum Pœmenium divinitus fuisse permotum: qui & adfuit vobis opportune, & hanc consolandi rationem invenit. Quem quidem ego non solum ob rem utilem excogitatam laudo, sed animi etiam fortitudinem admiror; quod nequaquam dilationibus rem protrahens debilitaverit efflagantium studium, dederitque

tempus adversariis sibi providendi, ac insidiatorum insidias exluscitaverit, sed confestim præclarum consilium ad exitum perduxerit. Quem quidem cum omni familia custodiat Dominus gratia sua, ut ecclesia sui similis permaneat in successione non degenerare ab antecessoris virtute, nec detur locus maligno, qui nunc, si umquam alias, ægrefert præclarum ecclesiarum statum.

2. Fratres autem qui in Colonia sunt, pluribus quidem & nos adhortati sumus per litteras: sed & vos debetis eorum studium probare magis, quam quasi ob tenuitatem contentos irritare, aut contentum ad contentionem provocare. Solent enim qui contendunt, inconsultius se gerere, & multis rebus suis male consulere, ut molestiam exhibeant adversariis. Nemo autem adeo parvus est, qui nunc non possit magnorum malorum occasionem subministrare iis, qui occasionem quærunt. Neque id ex conjecturis dicimus, sed experientia priorum malorum edocti, quæ Deus precibus vestris avertat. Simul autem & nobis prosperum iter

Nemo tunc  
adeo par-  
vus erat,  
ut non pos-  
set magna  
mala exci-  
tare.

pre-

Classis II. precemini, ut advenientes vobiscum gaudeamus de præfenti pastore, nosque mutuo de obitu communis patris nostri consolemur.

Alias  
CXCV.

EPISTOLA CCXXX.

*Magistratus Nicopolis hortatur ut, eum impletum sit quod penes episcopos erat, jam ipsi confirmet id quod ab episcopis constitutum est, & eorum opera, omnium & in urbe & rure consensus in suscipiendo episcopo & repellendis externis tentationibus conspiret. Summum desiderium significat invisendæ ecclesiæ Nicopolitanæ, quam rectæ doctrinæ metropolim vocat.*

MAGISTRATIBUS NICOPOLITANIS.

Anno 375.

Ecclesiæ  
rum œco-  
nomiæ ab  
episcopis  
fiunt, a ple-  
be confir-  
mantur.

**E**cclésiasticæ œconomîæ ab iis quidem fiunt, quibus ecclesiarum commissæ sunt gubernacula: sed a plebe confirmantur. Quare quod penes religiosissimos episcopos erat, impletum est: quod autem reliquum est, jam ad vos spectat, si velitis prompto animo complecti datum vobis episcopum, & tentationes externas strenue repellere. Nihil enim adeo pudorem incurrit, sive potestatibus, sive reliquis, quicumque invident vestræ tranquillitati, ut concors in datum episcopum amor, & in resistendo firmitas. Id enim illos in desperationem conjicit nefarii omnis conatus, si viderint artificia sua neque a clero neque a plebe admitti. Quo ergo in bonum estis animo, date operam, ut

eodem civitas animetur; & tum populos, tum omnes rure degentes, ut par est, alloquimini; bona eorum proposita roborantes, adeo ut vera vestra in Deum caritas omnium fama celebretur. Utinam autem nos quoque digni habeamur, qui veniamus aliquando ad vos, & ecclesiam pietatis altricem invisamus: quam ut rectæ doctrinæ metropolim veneramus, quod jamdudum a viris perquam venerandis, & Dei electis, atque amplectentibus eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, gubernetur: quibus dignum esse eum, qui nunc designatus est, & vos judicatis, & nos consensimus. Tantum Dei gratia custodiamini, qui & prava inimicorum consilia dissolvat, & robor ac constantiam vestris animis ad ea, quæ præclare decreta sunt, tuenda inspiret.

Hortatur  
magistratus  
ut populi  
& rure de-  
gentium  
bona pro-  
posita ro-  
borent.

Alias  
CCXCV.

EPISTOLA CCXXXI.

*Basilii Amphilocho commendat Elpidium, nuntiat de fratris fuga, de insidiis inimicorum suorum, & de Doarorum ecclesiæ perturbatione. Hortatur ut se invisat, promittit se brevi missurum opus de Spiritu sancto, quod erat absolutum.*

AMPHILOCHIO ICONII EPISCOPO.

Anno 375.

Elpidius.

**P**aucas invenio scribendi pietati tuæ occasiones, idque me angit non leviter. Perinde enim est, ac si videre te sæpe cum possem, teque frui, raro hoc facerem. Sed scribere mihi non licet, eo quod desint, qui hinc ad vos proficiscantur; siquidem nihil impediret, quominus veluti quædam vitæ meæ ephemeris essent litteræ, quæ quotidie contingunt nuntiantes dilectioni tuæ. Nam & mihi solatium affert de rebus meis tecum communicare: teque novi nihil magis carantem, quam res meas. Nunc autem Elpidius ad suum herum festinans, ut propulset calumnias sibi ab inimicis nonnullis structas, petiit a me epistolam. Per quem & tuam saluto pietatem, ac tibi hominem commendo, cum suo jure patrocinio tuo dignum, tum nostra causa: cui etiam si nullum aliud testimonium dare possemus; at profecto quia permagni fecit, ut meas ad te litteras perferret, hunc inter familiares recente, meique sis memor, & pro Ecclesia precare. Notum autem tibi sit religiosissimum fratrem meum exulare, cum molestias sibi ab hominibus

impudentibus exhibitas haud ferret. Doara autem valde exagitantur, cetero obeso res hujus loci perturbante. Nobis autem inimici insidias in aula struunt, ut rerum gnari referunt: manus autem Domini hætenus nobiscum est. Tantum precare, ut ne perpetuo deseramur. Nam & frater tranquillo est animo; & Doara antiquum receperunt millionem; nihil autem habent amplius: ac consilia inimicorum nostrorum dissipabit Dominus. Porro omnium & præsentium & impendentium molestiarum solutio in eo posita, ut te videam. Quare si quando tibi licuerit, dum adhuc in terra versamur, ne graveris nos invisere. De Spiritu liber scriptus quidem a nobis est & absolutus, ut ipse nosti. Quominus autem mitterem in charta descriptum, prohibuere qui mecum sunt fratres; cum se a te mandata habere dicerent, ut in membranis describant. Ne quid igitur contra præceptum tuum facere videamur, nunc procrastinavimus, sed paulo post mittemus; si quem idoneum ad perferendum nanciscamur. Valens, lætusque & pro me apud Dominum deprecator doneris mihi & Dei Ecclesiæ, per Sancti benignitatem.

Doara per-  
turbantur.

Basilio in-  
sidie stru-  
untur.

Liber de  
Spiritu san-  
cto absolu-  
tus.

EPI.

Alias  
CCCCIV.

*Perurbane gratias agit Basilius Amphilocho ob missa ad Natale Domini munuscula. Nuntiat de fratris fuga; hortatur ut se invisat; mittit in commentario responsa Amphilochoii quæstionibus.*

**AMPHILOCHIO ICONII  
EPISCOPO.**

Anno 376.

**Q**uicumque dies litteras habeat tuæ pietatis, festus mihi dies est, & festorum dierum maximus. Cum autem accedunt etiam festi symbola, quid aliud appellare oportet, nisi festum festorum, quemadmodum lex vetus Sabbata Sabbatorum solebat appellare? Deo igitur gratias ago, ex quo didici te & corpore valere, & ecclesia in pace constituta salutiferæ dispensationis commemorationem peregrisse. Nos autem turbarunt quidam tumultus; nec sine summo dolore fuimus, eo quod religiosissimus frater noster fugatus sit. Sed pro ipso precare, ut det illi Deus aliquando eccle-

Asiam suam videre a morsuum hæreticorum vulneribus curatam. Nos autem etiam atque etiam velis invisere, dum adhuc in terra versamur. Fac rem tibi quidem contentaneam, a me autem maximis votis expectandam. Mirari autem licet ipsam etiam eulogiarum sententiam: quippe quia per ænigmata validam mihi precatus es senectutem. Ostendisti enim te per lampenas ad labores nocturnos excitare: per bellaria vero integram partium omnium valetudinem spondere. Non enim mihi est ætas ad roendum, cum jam pridem dentes & tempore & infirmitate sint extriti. Quod quidem ad interrogata attinet; factæ sunt in commentario responsiones quædam, quales potui, & ut per tempus licuit.

Jam pridem  
Basilius den-  
tes extriti.Alias  
CCXCIX.

**EPISTOLA CCXXXIII.**

*Contra Eunomianos, qui sibi divinæ essentiæ comprehensionem arrogabant, demonstrat Basilius bonum quiddam mentem esse ac mentis operationem, eamque sibi Spiritui sancto se tradat, ad Dei cognitionem evehi; sed tantum cognoscere, quantum fas est, infinitam majestatem a tenuissimo cognosci.*

**AMPHILOCHIO qui eum consuluerat.**

Anno 376.

**1.** Scio me & ea de re audivisse, nec ignore hominum constructionem. Quid ergo dicemus ad hæc? Nempe præclarum quiddam mens est: & in ea habemus id quod est ad imaginem creatoris. Præclarum etiam quiddam est mentis operatio, quæ cum in perpetuo motu versetur, sæpe vanas species sibi effingit de iis quæ non sunt, quasi sint. Sæpe etiam recta ad veritatem fertur. Sed quia duæ illi adsunt virtutes, secundum nostram, qui in Deum credimus, sententiam, prava una, quæ dæmonum est ad propriam defectionem nos attrahens: divinior altera & bona, quæ nos ad Dei similitudinem deducit; mens intra se cum manserit, parva intuetur ac suo modulo æqualia: cum vero decipientibus sese tradiderit, proprium iudicium obliterans; in visis versatur absurdis. Tunc lignum non lignum esse existimat; sed Deum: & aurum non pecuniam esse iudicat, sed numen. Si vero ad diviniorum sese converterit partem, ac Spiritus susceperit gratias, tunc percipit diviniora, quantum ipsius natura potest attingere. Tres igitur sunt veluti vitæ conditiones, totidemque mentis nostræ operationes. Vel enim prava sunt studia nostra, ac pravi nostræ vi-

Duæ menti  
adsunt vir-  
tutes.Tres vitæ  
conditio-  
nes.

S. Basilius Oper. Tom. III.

**C**delicet mentis motus; ut adulteria, furta, idololatria, calumniæ, rixæ, iræ, contentiones, animi tumor, & quæcumque inter opera carnis apostolus Paulus recensuit: vel media quædam est mentis operatio, nec damnum quiddam habens nec laudabile, velut artium cognitio & perceptio, quas videlicet medias & indifferentes vocamus, nec ad virtutem nec ad vitium ex seipsis propendentes. Ecquid enim mali habet ars gubernandi aut medendi? Neque etiam ipsæ per se sunt virtutes, sed ex utentium proposito. Quæ autem Spiritus divinitati mens immiscetur, ea jam speculatur magna, divinasque intuetur pulchritudines; quantum quidem gratia impertit, ipsiusque capit constitutio.

Gal. 5. 19.

Indifferen-  
tia ex uten-  
tium propo-  
sito bona  
aut mala  
sunt.

**2.** Quare omissis illis dialecticis quæstionibus, non subdole, sed pie expendant veritatem. Datum nobis est mentis iudicium ad veritatis intelligentiam. Est autem ipsa veritas Deus noster. Menti itaque præcipuum ac primarium est Deum nostrum cognoscere; cognoscere autem quantum cognosci potest infinita majestas a tenuissimo. Neque enim propterea quod oculi ad res visibiles percipiendas destinantur, ideo jam res omnes visibiles cadunt in conspectum.

Bb Non

*Class. 11.* Non enim cœli hœmisphærium uno obtutu A facta est a dæmonibus mens, simulacra co-  
 conspicitur, sed objecta quidem oculis spe-  
 cie nos circumstat, at re ipsa multa, ut ne  
 dicam omnia, in ipso ignorantur: stellarum  
 natura, earum magnitudo, distantia, mo-  
 tus, concursus, declinationes, habitudines  
 reliquæ, ipsa firmamenti natura, altitudo  
 quæ se a concava circumferentia ad usque  
 convexam superficiem extendit. Non ta-  
 men dixerimus cœlum esse invisibile, ob ea  
 quæ ignorantur: sed visibile, ob pauca quæ  
 in eo cognoscuntur. Ita & de Deo. Si labe-

let, aut in aliam aliquam speciem impieta-  
 tis abducentur. Si vero Spiritus sese dederit  
 auxilio, veritatem intelliget, & Deum  
 cognoscet. Cognoscet autem, ut ait Apo-  
 stolus, ex parte, sed in futura vita perfe-  
 ctius; *Cum enim venerit quod perfectum est,* 1. Cor. 13.9.  
*evacuabitur quod ex parte est.* Quocirca &  
 bona est mentis judicandi facultas, & ad  
 finem utilem, Dei cognitionem, tendit,  
 sed tamen tantum operatur, quantum affe-  
 qui potest.

*Alia*  
 CCCC.

## EPISTOLA CCXXXIV.

*Refellitur Anomæorum cavillatio querentium, colisne quod nosti, an quod ignoras?*

*EIDEM ad aliam questionem responsio.*

*Anno 376.* I. **Q**uod nosti colis, an quod ignoras?

*Cognitio  
 multas ha-  
 bet signifi-  
 cationes.* Si respondemus: Quod cognosci-  
 mus, hoc colimus; cito ab illis  
 occurritur: Quænam est essentia illius quod  
 colitis? Quod si nos ignorare fateamur es-  
 sentiam: retorquent denuo: Igitur quod  
 ignoratis, hoc colitis. Nos vero dicimus il-  
 lud *scire* multiplicem habere sententiam.  
 Nam dicimus a nobis cognosci majestatem  
 Dei, & potentiam, & sapientiam & boni-  
 tatem, & providentiam, qua nostri curam  
 gerit, & justitiam illius judicii; non ipsam  
 essentiam. Itaque captiosa interrogatio.  
 Non enim qui se essentiam non nosse dicit,  
 confessus est se Deum ignorare, cum ex mul-  
 tis quæ recensuimus colligatur nobis Dei no-  
 tio. Sed Deus, inquit, simplex est, & quid-  
 quid in ipso recensueris ceu notum & cogni-  
 tum, ad essentiam attinet. Hoc ipsum so-  
 phisma est, innumeris ineptiis refertum.  
 Cum tot & tanta sint quæ enumeravimus;  
 utrum hæc omnia essentia unius sunt nomi-  
 na, idemque inter se valent terror illius &  
 benignitas, justitia & vis creatrix, prænotio  
 & remunerandi ratio, magnificentia &  
 providentia; an quodcumque horum dixe-  
 rimus, essentiam declaramus; Nam si illud  
 dicunt, ne interrogent an essentiam noverim-  
 us Dei, sed percontentur an metuendum  
 noverimus Deum, an justum, an misericor-  
 dem; Hæc nobis nota esse confitemur. Quod  
 si quid aliud dicunt essentiam; ne nos ludifi-  
 centur per illius simplicitatem. Ipsi siquidem  
 confessi sunt aliud atque aliud esse essentiam  
 & unum quodque eorum quæ enumeravi-  
 mus. Sed varia quidem operationes, essen-  
 tia vero simplex. Nos autem ex operationi-  
 bus cognosci a nobis dicimus Deum nostrum,  
 sed ad ipsam essentiam accessuros non polli-  
 cemur. Ipsius siquidem operationes ad nos  
 descendunt, essentia autem illius manet  
 inaccessa.

2. Sed si essentiam, inquit, ignoras, ipsum  
 ignoras. Tu vero converte: Essentiam si di-

cis te nosse; ipsum non cognoscis. Neque  
 enim, qui morsus a cane rabido videt ca-  
 nem in phiala, plus videt quam qui sani sunt;  
 sed idcirco dignus commiseratione est, quod  
 putet se videre quæ non videt. Illum ergo  
 ne mireris ob promissionem; sed ob dementi-  
 am miserum judica. Perspectum itaque  
 tibi sit vocem esse ludificantium: Si essen-  
 tiam Dei ignoras, quod ignoras colis. Ego  
 vero illum esse novi: quid autem essentia,  
 supra intelligentiam esse duco. Quomodo  
 igitur salvor? per fidem. Fides porro satis  
 idonea est, Deum esse scire, non quid sit;  
 eumque remuneratorem esse eorum qui  
 ipsum quærunt. Cognitio igitur essentia in  
 hoc posita, ut ipsum non posse comprehen-  
 di perspiciamus: illudque colimus, de quo  
 cognovimus, non quid sit ejus essentia, sed  
 hanc existere essentiam.

*Qui morsus  
 est a cane  
 rabido, can-  
 nem videt  
 in phiala.*

3. Sed sic vicissim interrogentur. *Deum Joann. 1. 18.*  
*nemo vidit umquam: unigenitus Filius, qui  
 est in sinu Patris, ille enarravit.* Quid enar-  
 ravit de Patre unigenitus? Essentiam, an po-  
 testatem? Si potestatem; quantum nuntia-  
 vit nobis, tantum cognoscimus. Si essen-  
 tiam; dic ubinam dixerit in generationem  
 esse ipsius essentiam. Quando Abraham ado-  
 ravit? Nonne quando credidit? Quando  
 autem credidit? nonne quando vocatus est?  
 Ubinam tandem illum Scriptura testatur  
 comprehendisse? Quando itidem discipuli  
 ipsum adoravere? nonne cum creaturam ei  
 viderent esse subjectam? Nam ex mari &  
 ventis ei obtemperantibus agnovere ipsius  
 divinitatem. Igitur ex operationibus co-  
 gnitio: ex cognitione autem adoratio. *Cre-  
 dis me hoc facere posse? credo, Domine: &  
 adoravit eum.* Sic fidem sequitur adoratio:  
 fides vero per potentiam corroboratur. Quod  
 si dicis credentem jam cognoscere. Per quæ  
 credit, per hæc & cognoscit: aut etiam vi-  
 ce versa, per quæ cognoscit, per hæc & cre-  
 dit. Cognoscimus autem Deum per potesta-  
 tem. Quare credimus quidem ei qui cogni-  
 tus est: eum vero qui creditus est, adoramus.

*Ex opera-  
 tionibus  
 cognitio.*

EPI-

Alias  
CCCCI.

Classis II.

Huic quaestioni, priorne cognitio an fides? sic respondet Basilius, ut fidem in disciplinis, cognitionem in christiana religione praere concedat. Sed cum Eunomiani, si quis Deum a se cognosci fateretur, statim concluderent, Dei naturam cognosci, absurda haec illorum cavillatio refellitur.

EIDEM ad aliam quaestionem responsio.

Anno 376.

Fides in disciplinis praere cognitioni.

I. **P**Riorne cognitio, an fides? Nos porro dicimus generatim quidem in disciplinis fidem cognitioni praere: at in nostra doctrina si quis dicat praere cognitionem fidei, non contendemus; cognitionem quidem humano captui accommodatam. Nam in disciplinis quidem oportet primum credere hoc elementum alpha esse; & ubi figuras & pronuntiationem didiceris, tum demum accuratam percipere notionem poteris elementi. At in fide qua circa Deum versatur, praere illa cogitatio, Deum esse: hanc autem ex creaturis colligimus. Sapientiam namque, & potentiam, & bonitatem, & omnia ejus invisibilia ex mundi creatione intelligentes, sic cognoscimus. Ita sane illum ceu nostrum ipsorum Dominum suscipimus. Quoniam enim totius mundi conditor Deus, nos autem mundi pars sumus; noster igitur etiam conditor Deus. Cognitionem istam fides sequitur, & fidem talem adoratio.

Comparantur Eunomiani cum iis qui calculos in theatris subducunt.

2. Nunc autem propterea quod multa significat cognitionis nomen; qui simplicioribus illudunt, ac gloriam ex paradoxis quaerunt, instar eorum qui in theatris sub omnium oculis calculos subducunt, interrogatione universe instituta, omnia simul complectuntur. Cum enim cognitionis nomen ad multa pertineat, cumque aliquid sciri possit partim ex numero, partim ex magnitudine, partim ex potentia, partim ex modo existendi, partim ex tempore generationis, partim ex essentia: illi interrogatione dum totum comprehendunt, si nos ceperint confitentes, Deum a nobis cognosci; essentiae cognitionem a nobis expetunt. Si vero nos viderint in affirmando timidos, impietatis labem nobis affingunt. Nos vero id quod de Deo potest cognosci, scire confitemur, scire autem rursus, quid nostram fugiat intelligentiam. Quemadmodum igitur si a me scisciteris an cognoscam quid sit arena, meque scire respondeam; manifeste calumniaberis, si statim & illius numerum exposcas; quia prima tua interrogatio ad arenae speciem spectabat posterior vero calumnia ad illius numerum deflectit. Eiusmodi est hoc sophisma ac si quis dicat: Nosti Timotheum? profecto si Timotheum nosti, nosti & illius naturam: sed cognoscere te

S. Basilius Oper. Tom. III.

A Timotheum confessus es: redde igitur nobis rationem Timothei naturae. Ego vero & novi Timotheum, & non novi, non quidem secundum eandem rationem & in eodem genere. Non enim secundum quod novi secundum illud & non novi; sed secundum aliud novi, & secundum aliud non novi. Novi enim illum secundum figuram ac reliquas proprietates: illius vero ignoro essentiam. Nam sic & me ipse hac ratione & novi & non novi. Novi enim quis ipse sim: non novi autem, quatenus naturam meam ignoro.

3. Alioqui exponant nobis isti, quomodo dixerit Paulus: *Nunc quidem ex parte cognoscimus*. Num igitur ex parte essentiam illius cognoscimus, ac veluti partes essentiae illius cognoscimus? Sed hoc est absurdum: siquidem partium expers Deus. An essentiam totam cognoscimus? Quomodo igitur subjungit: *Cum venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est*. Jam vero idololatrarum cur inculantur? nonne ideo quod cognoscentes Deum, non tamquam Deum glorificaverint? Aut etiam Galatae insani cur probris afficiantur a Paulo, qui dicit: *Nunc autem cum cognoveritis Deum, imo cognovistis a Deo: quomodo convertimini iterum ad infirma & egena elementa?* Quomodo autem cognitus erat in Judaea Deus? an quia in Judaea notum erat qualis tunc esset illius essentia? *Cognovit*, inquit, *hos possessorem suum*. Scilicet vestro iudicio: hos novit essentiam heri. *Et a sinu praesepe domini sui*. Novit igitur etiam a sinu praesepe essentiam. *Israel autem*, inquit, *me non cognovit*. Id ex vestra sententia Israel inculatur, quod qualis tandem sit Dei essentia non agnovit. *Effunde*, inquit, *iram tuam in gentes quae te non noverunt*; hoc est, quae tuam essentiam non comprehenderunt. At, ut diximus, cognitio est multiplicis generis. Cognoscimus enim, si conditorem nostrum scimus, si intelligimus ejus mirabilia, si mandata servamus, si cum ipso jungimur. Isti autem, omnibus his rejectis, cognitionem ad unum significatum trahunt, contemplationem ipsius Dei essentiae. *Pones*, inquit, *ante testimonia, unde cognoscat a te inde*. Num illud *cognoscat* idem valet ac *naturam meam revelabo*? *Dominus cognovit qui sunt ejus*. Num ergo naturam eorum qui ipsius sunt cognovit, inobsequentium vero ignorat naturam? *Cognovit Adam uxorem suam*. Num naturam ipsius cognovit? Et

Bb 2 de

Classa 15.  
Gen. 24. 16.  
Luc. 1. 34.

de Rebecca dicitur: *Virgo erat, vir illam non cognoverat. Et, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Scilicet naturam Rebecca nemo cognovit? Num Maria hoc dicit: nullius viri cognovi naturam? Nonne potius illud cognovit, de conjugalibus amplexibus

A solet in Scriptura usurpari? Et quod dicitur fore ut cognoscatur Deus ex propitiatorio; idem est ac manifestus fiet sibi fervientibus. Et, *Dominus cognovit qui sunt ejus*, idem est ac in suam familiaritatem illos ob opera bona recepit?

2. Tim. 2. 19.

Alia  
CCCXCI.

EPISTOLA CCXXXVI.

Pergit Basilius variis Amphilochoi questionibus respondere: quomodo Christus nescire dicatur diem & horam: de Jeremiae vaticinio in Jecboziam: de Eucharistiarum quadam convolutione: de fato: de emersione in baptismo: de voce *poeyos*: de essentia & hypostasi: de mediis rebus & indifferentibus, a quo gubernentur?

EIDEM AMPHILOCHIO.

Ann. 376. I.

Quod jam a multis investigatum est evangelicum dictum, quomodo nesciat Dominus noster Jesus Christus diem consummationis ac horam, quodque maxime ab Anomeis perpetuo objicitur ad everfionem Unigeniti gloriæ, ut ostendatur essentia dissimilitudo & inferior dignitatis gradus, cum nec eandem naturam habere possit qui non omnia noscit, neque in una similitudine intelligi cum eo, qui universorum cognitionem sua prænoscendo sum & assequendorum futurorum facultate complectitur; id nunc a tua prudentia nobis ut novum, propositum est. Itaque quæ a puero ex patribus audivimus, & ob bonarum rerum amorem citra examen suscepimus, hæc possumus dicere; quamquam illa quidem Christomachorum impudentiam non dissolvent (quæ enim oratio eorum impetu fortior videatur?) sed iis, qui Dominum diligunt, & anteceptam ex fide doctrinam deducta ex ratione demonstratione fortior tenent, satis magnam fortasse persuasionem exhibebunt. Nimirum illud, *nemo*, generale quidem videtur esse nomen, adeo ut ne una quidem persona per hanc vocem excipiatur. Sed non ita apud Scripturam usurpatur, quemadmodum observavimus in illo, *Nemo bonus nisi unus Deus*. Neque enim hic se ipse excludens a boni natura Filius hæc dicit: Sed cum Pater primum bonum sit, illud, *nemo*, subintellecta hac voce, *primus*, dictum esse credimus; & illud: *Nemo novit Filium, nisi Pater*. Neque enim hic ignorantia Spiritum accusat: sed naturæ suæ cognitionem Patri primo inesse testatur. Sic & illud, *Nemo scit*, ab eo primam eorum quæ sunt, & quæ futura sunt cognitionem ad Patrem referente, & in omnibus primam causam hominibus demonstrante dictum credimus. Alioqui quomodo aut cum reliquis Scripturæ testimoniis consentiat dictum illud, aut cum communibus nostris notionibus quadrare possit, qui credimus imaginem esse Dei invisibilis Unige-

Non sperat se hæreticorum fracturum impudentiam sed Dei cultoribus profuturum.

Marc. 10. 18.

Matth. 11. 27.

Matth. 24. 36.

nitum: imaginem autem non figuræ corporeæ, sed ipsius divinitatis, & magnificorum attributorum, quæ in Dei essentia intelliguntur: imaginem virtutis imaginem sapientiæ, quatenus Christus dictus est Dei virtus, & Dei sapientiæ. Profecto autem pars est sapientiæ cognitio, quam non totam representat, si quid ei desit. Quomodo autem Pater ei, per quem sæcula condidit, minimam partem sæculorum, diem illum & horam, non ostendit? Aut quomodo universorum Conditor, minimæ partis eorum, quæ a se condita sunt, cognitione destitueretur? Qui autem dicit, appropinquante fine hæc & illa in cælo signa & in terris visum iri, quomodo ipsum finem ignorat? Dum enim dicit: *Non dum finis*, non quasi dubitans, sed ut sciens affirmat. Deinde, si quis æquo animo consideret, multa & ex humana parte Dominus differit hominibus. Nam illud, *Damibi bibere*, vox est Domini, corpoream indigentiam explens. Atque is quidem qui petebat, non caro erat inanimata, sed divinitas carne animata utens. Ita & nunc si quis ignorantiam illam ad eum referat, qui omnia per dispensationem suscepit, & coram Deo & hominibus sapientiæ & gratiæ profecit; is extra piam non feretur sententiam.

1. Cor. 1. 24.

Matth. 24. 6.

Jam. 4. 7.

2. Jam tuæ diligentia fuerit evangelicas voces exponere, & Matthæi ac Marci dicta inter se conferre. Hi enim soli circa hunc locum inter se concurrere comperiuntur. Et Matthæi quidem dictio sic se habet, *De die autem illa & hora nemo scit, ne cælorum quidem angeli, nisi Pater solus*. Marci autem ita: *De die autem illo & hora nemo scit, neque angeli in cælo, neque Filius, nisi Pater*. Quid autem in his observatu dignum est? illud nempe, Matthæum quidem nihil dixisse de Filii ignorantia, videri tamen cum Marco consentire quoad sensum, dum ait, *Nisi solus Pater*. Nos porro existimamus, illud, *solus*, ut angelis opponatur, dictum fuisse, minime vero Filium una cum suis servis comprehendi, quantum attinet ad ignorantiam. Est enim verax qui pronuntiavit:

Matth. 24. 36.

Marc. 13. 32.

Omnia



*Joan. 16. 15.* Omnia quaecumque habet Pater, mea sunt.

Unum autem eorum quæ habet, est & ipsa hujusce diei & horæ cognitio. Silentio igitur prætermittens, ut minime controversam, suam ipsius personam in Matthæi dicto Dominus, angelos dixit ignorare, scire autem Patrem solum, Patris cognitionem tacite suam ipsius esse docens, eo quod & alibi pronuntiarit: *Sicut cognoscit me Pater, & ego cognosco Patrem.* Quod si Pater Filium totum totaliter cognoscit, ita ut & reconditam in ipso sapientiam omnem perspiciat: pari mensura & a Filio cognoscetur, cum omni insita illi sapientia & prænotione futurorum. Sic igitur illud Matthæi, *nisi solus Pater*, interpretando leniendum ducimus. Marci autem verba, quia aperte videntur ipsum Filium a cognitione excludere, ita intelligimus: *Nemo novit, neque angeli Dei; sed nec Filius novit, nisi novit Pater.* Hoc est, causa & principium cognitionis Filii a Patre est. Ac violenta quidem non est, si quis æquo animo audiat, hæc expositio; quandoquidem non adjicitur *solus*, ut apud Matthæum. Mens igitur Marci est ejusmodi: *De die autem illa aut hora nemo scit, neque angeli Dei, sed nec Filius quidem novit, nisi novit Pater;* si quidem ei a Patre data cognitio. Hoc autem de Filio & maxime pium & divinitati non indecorum dictum est, eum ab eo, cui consubstantialis est, habere ut cognoscat, atque in omni sapientia & majestate divinitati suæ consentanea conspiciatur.

Prophetia de Jechonia.

*Jerem. 22. 28.*

3. Quod spectat ad Jechoniam, quem proscriptum ex Judæa terra fuisse dicit propheta Jeremias his verbis: *In bonoratus est Jechonias tamquam vas, cujus non est utilitas, & quia rejectus est ipse & semen ejus, neque ex femine ejus exurget qui sedeat super solium David, princeps in Juda:* simplex & clara est oratio. Nam everfis Hierosolymis a Nabuchodonozor, dissolutum fuerat regnum: nec jam patriæ successiones principatuum, ut antea, vigeant: sed tunc imperio dejecti in captivitate vivebant Davidis posterii. Reversæ autem Salathiel & Zorobabel modo magis populari præerant populo translato deinceps ad sacerdotium imperio, propterea quod sacerdotalis & regia tribus inter se commiscerentur. Unde Dominus & rex est & pontifex in iis quæ sunt ad Deum. Ac tribus quidem regia ad usque Christi adventum minime defecit; nec tamen amplius sedit in solio Davidis semen Jechoniæ. Nam solium profecto regia dignitas nuncupatur. Omnino autem historiæ meministi, videlicet Judæam omnem Davidi vestigalem fuisse, & Idumæam, & Moabitarum regionem, & Syriæ partes tum viciniores tum remotiores ad usque Mesopotamiam, & ex altera parte usque ad flumen Ægypti. Itaque si nullus e

*1. Esdr. 3. 2.*

*Hebr. 9. 1.*

A posteris ad tantam potestatem pervenit, quomodo verum non fuit quod dictum est a propheta, neminem sessurum in solio Davidis ex semine Jechoniæ? Nemo enim ex ipso ortus, hanc gloriam consequutus comperitur. Non tamen defecit tribus Juda, donec venit cui repositum erat: qui ne ipse quidem in corporali throno confedit; quippe cum translatum jam esset Judaicum regnum in filium Alcalonite Antripatri Herodem, ejusque liberos, qui Judæam in quatuor principatus diviserunt, præside quidem Pilato, summam autem imperii Romani potestatem tenente Tiberio. Sed thronum dicit Davidis, in quo Dominus sedit, regnum everfioni nulli obnoxium. *Ipsè enim est expectatio gentium*, non autem minimæ partis orbis terrarum. *Erit enim, inquit, radix Jesse, & qui consurgit ut princeps sit gentium: in ipso gentes sperabunt. Posui enim te in fœdus populi, in lucem gentium. Et ponam, inquit, in sæculum sæculi semen ejus, & thronum ejus sicut dies cæli.* Sic igitur & sacerdos permanfit quamquam Judææ sceptrum non accepit, & Rex universæ terræ Deus. Atque confirmata est benedictio Jacob, *Et benedicentur in semine ipsius omnes tribus terræ, & omnes gentes Christum beatum prædicabunt.*

Classis II.

Gen. 49. 10.

1612.

Esai. 11. 10.

Esai. 42. 6.

2. Reg. 7. 13.

Gen. 22. 18.

4. Lepidis autem Encratitis ad præclaram eorum quæstionem, cur nos etiam non omnibus vescimur? hoc detur responsi, nos etiam excrementa nostra averfari. Ac quantum quidem ad dignitatem, olera herbæ nobis sunt carnes: quantum vero ad utilium discretionem, quemadmodum & in oleribus noxium a salubri separamus, ita & in carnibus ab utili noxium secernimus. Nam certe & cicuta olus est, sicut etiam caro est vulturina caro: sed tamen nec hyoscyamum sanus quisquam comedit, nec cane vescetur, nisi urgente summa necessitate: qui tamen comedit, non peccat.

5. Jam quod attinet ad eos qui dicunt fato gubernari res humanas, ne me interroges, sed propriis rhetoricæ telis eos confige, si quidem longior est hæc quæstio pro mea præfenti infirmitate. De emersione autem in baptismo hæud scio cur tibi in mentem venerit interrogare, si quidem accepisti immersionem trium dierum figuram adimplere. Ter enim mergi non potest, nisi qui toties emergat. Quantum ad vocem *κατα* attinet, acutum tonum in prima syllaba reponimus.

6. Eadem est essentiam inter & hypostasim differentia, ac inter commune & singulare, inter animal & illum hominem. Quapropter essentiam quidem unam in divinitate confitemur, adeo ut essentiæ definitio non diverse reddatur: hypostasim vero propriam & singularem, ut inconfusa nobis & clara

Refelluntur qui res humanas fato dicunt gubernari.

Trina immersio.

Discrimen essentiæ & hypostasis.

Classis II.

clara de Patre & Filio & Spiritu sancto in sit A  
notio. Si enim non consideremus definitas  
uniuscujusque proprietates, puta paterni-  
tatem, filiationem, & sanctificationem,  
sed ex communi essentia ratione Deum con-  
fiteamur, fieri non potest ut sana fidei ratio  
reddatur. Oportet igitur, ut communi  
proprium adjungentes, ita fidem profitea-  
mur: Commune deitas, proprium paterni-  
tas: atque hæc conjungendo dicamus: Credo  
in Deum Patrem. Ac rursus in Filii con-  
fessione faciendum est similiter; adjungen-  
dum est communi proprium, ac dicendum: B  
Credo in Deum Filium. Pariter & de Spiritu  
sancto ad appellationis rationem accom-  
modanda pronuntiatio ac dicendum: Credo  
& in divinum Spiritum sanctum; adeo ut  
omnino & unitas servetur in unius deitatis  
confessione; & id quod personarum proprium  
est confiteamur in discretionem earum pro-  
prietatum, quæ in unaquaque intelliguntur.  
Qui autem idem esse dicunt essentiam  
& hypostasim, coguntur personas tantum  
confiteri differentes, & dum refugiunt di-  
cere tres hypostasim, Sabellii labem inve-  
niuntur non effugere; qui & ipse sæpe, etsi  
confundit notionem, conatur personas di-  
stinguere; dum hypostasim eandem ait pro-  
fuso subinde occurrente varias personas in-  
duere.

7. Jam ad illam quæstionem, quomodo

media & indifferentia circa nos gubernen-  
tur; utrum fortuito quodam casu, an iusta  
Dei providentia; hoc respondemus, sani-  
tatem & morbum, divitias & paupertatem,  
gloriam & ignominiam, quatenus bonos  
non reddunt possessores, non esse ex eorum  
numero, quæ natura sunt bona: quatenus  
vero prosperitatem quamdam in vita nostra  
efficiunt, magis contrariis eligenda esse præ-  
posita, & aliquam verbo dignitatem habe-  
re. Atque hæc quidem nonnullis ad distri-  
buendum dantur a Deo velut Abraham, Job,  
& similibus. Improbis vero provocatio sunt,  
ut se ad meliorem frugem recipiant, ita ut  
qui post tantam a Deo benignitatis significa-  
tionem perseverat in iniquitate, se ipse sine  
ulla excusationis venia obnoxium condem-  
nationi constituat. Qui quidem justus est,  
neque ad divitias, cum adsunt, adjungit  
animum: neque eas, cum absunt, exqui-  
rit; siquidem non fruitur concredit, sed  
earum administrator est. Nemo autem pru-  
dens negotium ambit in alienis rebus distri-  
buendis; nisi respexerit ad laudem vulgi,  
cui homines in aliqua auctoritate constituti  
admirationi sunt ac æmulationi. Morbos  
autem tamquam certamen suscipiunt justis,  
coronas magnas ob patientiam expectan-  
tes. Cæterum quemvis alium his rebus gu-  
bernandis præficere non solum est absur-  
dum, sed etiam impium.

Media &  
indifferen-  
tia a Deo  
gubernan-  
tur.Divitiæ  
nonnullis  
dantur ad  
distribu-  
endum.Alia  
CCLXIV.

## EPISTOLA CCXXXVII.

*Nonnulla Basilii litteræ ad Eusebium non perlatæ. In his autem nuntiat de adventu De-  
mosthenis, de synodo ab eo coacta in Galatia, de expulso Hypsino, eique suscepto Ecdicio,  
Gregorio abduci jussu, omnibus clericis Cæsariensibus curiæ addictis, eodem onere Sebastie  
imposito his qui cum Basilio communicabant. Rursus alia synodus Nyssæ ex Galatia & Pon-  
ticis, qui nescio quem ad ecclesias mittunt. Cum Eustathio conspirant de episcopo Nicopoli-  
tanis dando in locum Theodori mortui. Resistunt Nicopolitani. Rumor synodi ad Basilium  
aut cogendum cum illis communicare aut pellendum. Graviter ægrobat.*

EUSEBIO EPISCOPO  
SAMOSATORUM.

Anno 376.

1. **E**GO & per Vicarium Thraciæ scripsi  
pietati tuæ; & per Præpositum  
quemdam Philippopolis thesaurorum, ex  
nostra regione in Thraciam abeuntem, scri-  
psi alias epistolas; eumque rogavi, ut illas  
proficiscens sumeret. Sed neque Vicarius  
litteras nostras suscepit. Peragrantibus enim  
nobis parcociam, cum advenisset in urbem  
vespere, summo mane rursus abiit; adeo ut  
œconomus ecclesiæ lateret viri adventus,  
sicque manerent apud me litteræ. Præposi-  
tus vero, forte inexpectata aliqua illum ne-  
cessitate urgente, profectus est, nec litteris  
susceptis, nec nobis salutatis. Alius autem  
nullos reperiri poterat; unde tristes mansi-  
mus, quod nec scribere nobis liceret, nec

D accipere a tua pietate litteras. Atque equi-  
dem volebam, si res fieri potuisset, quæ sin-  
gulis diebus nobis accidunt, tibi nuntiare.  
Tam multa enim sunt, tamque præter opi-  
nionem, ut ephemeride opus esset: quam  
etiam, probe scias, composuissim, nisi assi-  
duitate eventuum mentem a proposito avo-  
catam habuissim.

2. Advenit nobis Vicarius primum & ma-  
ximum malorum nostrorum: homo, an sen-  
tentia hæreticus, nescio (arbitror enim il-  
lum omnis expertem esse doctrinæ, nec ha-  
bere studium ullum aut usum ejusmodi re-  
rum; nam in aliis illum video anima & car-  
ne, noctu & interdiu occupatum.) at certe  
hæreticorum amicus: nec magis eos dili-  
gens, quam nos odio habens. Coegit enim  
synodum impiorum media hieme in Galatia,  
& ejecit quidem Hypsinum, ejus autem loco

Vicarius  
primum &  
maximum  
malorum  
Cappado-  
ciæ.Synodus in  
Galatia.

Hypsinus.

Ec-

**Ecdicius.** Ecdicius constituit. Jussit abduci fratrem A venit, ut & jungantur cum Eustathio, Chrsis II. Eustathius.  
 meum, ab uno homine eoque ignobili accu- & una cum ipso res Nicopolitanorum ever-  
 fatum. Deinde paulisper occupatus circa res tant. Nam beatus Theodotus obdormiuit. Theodotus nuper mortuus.  
 militares, rursus ad nos accessit, iram cæ- Illi autem hætenus primos Vicarii assultus  
 demque spirans, ac omnes voce unica cleri- generose ac fortiter repulere. Persuadere  
 cos ecclesiæ Cæsariensis tradidit curiæ. Sedit enim eis conabatur, Eustathium ut recipe-  
 autem Sebastia plures dies, secernens suos rent, ac per eum acciperent episcopum.  
 ab alienis, ac nostros quidem communica- Postquam autem vidit illos libenter non ce-  
 tores curiales appellans, ac muniis publicis dere, nunc conatur violentiore manu da-  
 addicens, eos vero qui Eustathio affixi sunt, tum illis episcopum constituere. Rumore  
Synodus Nyssæ. maximis fovens honoribus. Rursus Nyssæ autem jaçtatur & quædam expectatio syno-  
 synodum Galatarum & Ponticorum celebra- di, ad quam me accersitum statuerunt aut  
 ri præcepit. Illi autem morem gessere, & B communicatorem habere, aut sua uti con-  
 convolantes miserunt quemdam ad eccle- suetudine. Ac res quidem ecclesiarum sic se  
 sias, qui qualis sit, nolim ego dicere; sed habent. Ego autem quomodo me corpore  
 conjicere licet prudentiæ tuæ, qualem illum habeam, tacere arbitror satius esse quam  
 esse verisimile sit, qui talibus hominum vo- scribere: propterea quod vera dicens tristi-  
 luntatibus ministrat. Et nunc, tum cum tia afficiam; mentiri vero non possum.

## EPISTOLA CCXXXVIII.

*Alias*

CXCI.

*Cum Fronto presbyter ecclesiæ Nicopolitanæ episcopatum ab Arianis accepisset, ac unum aut alterum ex eodem clero secum abstraxisset, consolatur Nicopolitanos presbyteros Basilium, eosque nec horum hominum lapsu angere debere demonstrat, nec quod ipsi extra muros precari cogantur, sed quo plures existerint tentationes, eo uberiores a Deo mercedem expectandas.*

**NICOPOLITANIS PRESBYTERIS.** Ceventus ille vos lædit? An idcirco deterius Unus aut alter cum Frontone abiire.

Anno 376.

**A** Ccepi litteras pietatis vestræ, nec quidquam potui recentius, iis quæ jam noveram, ex illis discere. Venit enim fama in omnem viciniam, illius, qui apud vos lapsus est, ignominiam circumferens: qui quidem inanis gloriæ cupiditate, turpissimam sibi ipse comparavit ignominiam: & fidei quidem præmiis ob sui ipsius amorem decidit; sed tamen miseram illam gloriam, cujus studio venditus est impietati, non consequutus est, ob eorum, qui Domini D comparantes. Quod si quis hac in re labor, Domino confido, inutilem illum vobis non futurum. Quamobrem quod plures tentationes fueritis experti, eo locupletiores ab æquo iudice mercedem expectate. Itaque nec præsentia iniquo animo ferte, neque in spe deficite. Adhuc enim perpusillum temporis, veniet ad vos auxiliator vester, & non tardabit. Angelus ecclesiæ inspector.

*Vitæ antea actæ propositum nudavit Frontoni.*

*Hab. 2. 3. Heb. 10. 37.*

## EPISTOLA CCXXXIX.

*Alias*

X.

*Deplorat Basilium ærumnas ecclesiæ, hominibus nequissimis ad episcopatum evectis, qualis erat is quem Anysius & Ecdicius in ecclesias immiserant. Idem Nyssæ vile mancipium, Doaris, ut mulierculæ impie assentarentur, hominem pestilentem, fugitivum servum constituerant. Quærit deinde Basilium quales danda Dorotheo litteræ, quem cum Sanctissimo Romam iturum suspicabatur. Parum sperat ex hac legatione, & Occidentales accusat quod veritatem audire nolint. Venerat in mentem Basilio privatim ad eorum coryphæum scribere.*

**EUSEBIO EPISCOPO SAMOSATORUM.**

Anno 376.

**D**edit nobis Dominus etiam nunc per desideratissimum ac religiosissi- E mum fratrem nostrum Antiochum com-  
 presbyterum salutare sanctitatem tuam, te- que ut pro more tuo pro me preceris adhor-  
 tari, & ex litterarum colloquio aliquod lon-  
 gæ

**Classis II.** gæ ablentia solatium consequi. Hoc autem A  
orans primum & maximum, quæso, pete-  
a Dōmino, ut nos a nefariis & pravis homi-  
nibus liberemur: qui populos ita in suam po-  
testatem redegerunt, ut nihil aliud nunc, nisi  
Judaicæ captivitatis imaginem intueri vide-  
amur. Quanto enim ecclesiæ fiunt debilio-  
res, tanto amplius efflorescunt hominum  
imperandi cupiditates: & ad miseros homi-  
nes, vernarum vernas, devenit nunc episco-  
patus nomen; cum nullus ex Dei famulis eo-  
rum competitor fieri velit, sed tantum ho-  
mines desperati, qualis est qui nunc ab Any-  
sio Euippii alumno, & ab Ecdicio Parnasse-  
no missus est: quem qui constituit, pessimum  
sibi ipsi futuræ vitæ viaticum in ecclesias im-  
misit. Hi nunc fratrem meum Nyssa expu-  
lerunt, & ejus loco introduxerunt hominem,  
vel potius mancipium paucis obolis venale,  
sed quod ad fidei corruptelam attinet, his qui  
constituere, non inferius. Quin & hominem  
pestilentem, pupillorum famulum, eun-  
demque a suis ipsius heris fugitivum, ut af-  
sententur mulierculæ impiæ, quæ prius quid-  
dem Georgio ad suum arbitrium usa erat, C  
nunc vero hunc illius successorem nacta est,  
in oppidulum Doara miserunt, miserandum  
episcopatus nomen contumelia afficientes.  
Quis autem possit, ut par est, res Nicopo-  
litarum lugere? Nimirum miser ille Fronto  
prius quidem defensionem simulaverat veri-  
tatis, sed tandem turpiter prodidit & fidem  
& seipsum, ac mercedem prodicionis acce-  
pit nomen ignominia. Accepit enim ab illis  
episcopatus dignitatem, ut existimat, sed  
Dei gratia factus est communis execratio to-  
tius Armeniæ. Sed tamen nec quidquam est D  
quod non audeant, nec destituuntur dignis  
se adjutoribus. Cæterum reliquas Syriæ res

Persequu-  
tio compa-  
ratur cum  
Judaica ca-  
ptivitate.

Anysius  
Euippii alu-  
mnus.  
Ecdicius.

Georgius.

Fronto pro-  
ditor fidei.

Alia  
CXII.

## EPISTOLA CCXL.

*Basilii hortatur ad constantiam in persecutione, ac spe auxilii a Deo venturi conso-  
latur: monet ne fucum illis faciat Frontonis rectæ fidei simulatio. Negat se unquam com-  
missurum, ut Frontonem agnoscat episcopum; vel recipiat quos ille ordinaverit.*

## NICOPOLITANIS PRESBYTERIS,

**Anno 376. I.** **R**ecte fecistis, & quod scripseritis, & E  
quod per talem virum scripseritis,  
qui etiam sine litteris potuisset nobis & ido-  
neum in sollicitudinibus solatium præstare,  
& accurate de rebus edocere. Multa enim  
erant, quæ avebamus ex aliquo accuratissi-  
me sciente cognoscere, propterea quod ru-  
mores vagi apud nos spargerentur: sed om-  
nia constanter ac perite exposuit nobis opta-  
tissimus ac reverendissimus frater noster  
Theodosius compresbyter. Itaque quæ mi-  
hi ipse suadeo, hæc etiam ad vestram pieta-  
tem scribo: multis jam eadem ac vobis con-

Theodosius  
presbyter.

accuratius quam nos & novit & enarrabit  
frater Antiochus.

2. De rebus autem Occidentalibus prius **Dorotheus.**  
ipse didicisti, narrante omnia fratre Doro-  
theo, cui quales dandæ rursus litteræ abeun-  
ti? Fortasse enim se itineris socium junget  
optimo Sanctissimo, qui magno ardet studio **Sanctissi-**  
ac Orientem peragrat, & ab insignioribus **mus.**  
quibusque subscriptiones & epistolas collig-  
git. Quæ igitur per ipsos scribenda sint, aut  
quomodo cum scribentibus consilia conjun-  
genda, equidem dubito; sed si cito reperias,  
qui ad nos proficiscantur, nobis exponere  
ne graveris. Mihi enim venit in mentem  
illud Diomedis usurpare: *Usinam precatus  
non esses, quoniam, inquit, vir est superbus.*  
Nam revera animielati, dum obsequio co-  
luntur, solito arrogantiores fieri solent.  
Etenim si nobis placet Dominus, quonam  
alio adminiculo indigemus? Sin autem per-  
severet ira Dei, quale nobis præsidium su-  
percilii Occidentalis? Qui veritatem neque  
norunt, neque discere volunt; sed falsis su-  
spicionibus præoccupati eadem nunc faci-  
unt, ac prius in Marcelli causa, in qua cum  
hominibus veritatem sibi nuntiantibus deli-  
tigarunt, hæresim vero per seipso confirmarunt.  
Ego ipse citra communem formam  
ad eorum coryphæum scribere volebam, de  
rebus quidem ecclesiasticis nihil, nisi qua-  
tenus subobscurè insinuassem, neque illos  
de rebus nostris vera nosse, neque viam qua  
addiscere possint, amplecti; ac generatim  
admonuissem hominibus, quos tentationes  
affixerunt, insultandum non esse, neque  
dignitatem æstimandam superbiam: quod  
peccatum vel unicum id valet, ut inimicos  
Deo efficiat,

Querela  
Basili de  
Occidenta-  
libus.

con-

Persequutiones cito transeunt.

Hofibus ecclesie debilitatem adunxit Deus.

Nondum gravior persequutio Nicopolitanos invaserat. A.D. 341.

Alia CCLX.

concitata, imbecilliores fidei in Christum firmitate deprehensa sunt. Quemadmodum ergo grandinis nubes praeteriit, & torrens alveum praeterfluxit (illa enim in serenitatem dissoluta; hic vero evanuit in profundum, viam, qua effluxit, siccam & aridam relinquens) ita & nunc ingruentes nobis procellae, paulo post non erunt. Tantum modo in animum inducamus non ad praesentia respicere, sed paulo remotiora spe intueri.

2. Sive igitur, fratres, gravis tentatio; labores ac difficultates perferamus. Nemo enim, non percussus in certamine, nec pulvere aspersus, coronatur. Sive levia haec diaboli ludibria, & qui in nos sunt immissi, molesti quidem sunt; eo quod ejus sint ministri, contemnendi tamen, quia Deus illorum nequitiae debilitatem junxit; caveamus ne ob magnos in parvis incommodis ejulatus condemnemur. Unum enim dolore dignum; illius ipsius pernicies, qui se ob temporariam gloriam, (si tamen gloria dicenda, palam se dedecorare) aeterno justorum honore spoliavit. Filii confessorum, filii estis martyrum, qui ad sanguinem usque peccato resisterunt. Domesticis utatur quisque exemplis ad robur pro pietate ostendendum. Nemo nostrum plagis dilaniatus est: nullius aedes publicatae sunt: exules non fuimus: carceres experti non sumus. Quidnam mali nobis accidit? nisi forte hoc sit molestum, quod nihil perpeffi sumus; neque digni habiti, qui pro Christo pateremur. Sin autem quod ille domum occupat praecationis, vos autem sub dio adoratis caeli & terrae Dominum, id vos angit; cogitate, undecim discipulos in ca-

anaculo conclusos fuisse, tum cum ii, qui Dominum crucifixerant, in celeberrimo templo cultum Judaicum adimplerent. Judas enim qui suspensio interire maluit, quam cum dedecore vivere, forsitan iis qui nunc ad omnem hominum condemnationem sine rubore sese obfirmant, & idcirco impudentiam ad turpia praeseferunt, meliorem se exhibuit.

3. Tantum ne decipiarnini illorum mendaciis, dum rectam fidem praeseferunt. Christi enim mercatores ejusmodi homines, non Christiani, semper id, quod ipsis in hac vita utile est, vitae ad veritatem accommodatae antepohentes. Cum speraverunt adepturos se inanem illum principatum, adjunxerunt se inimicis Christi: ubi populos ira effertatos vident, rursus rectam fidem simulant. Non agnosco episcopum, nec numeravi inter Christi sacerdotes eum, qui a profanis manibus ad everfionem fidei principatum accepit. Hoc meum est judicium. Vos autem si quam partem mecum habetis, eadem utique ac ego, sentietis: sin autem vobis ipsi seorsum consilium capitis, suae quisque sententiae dominus est, nos ab hoc sanguine infontes sumus. Haec autem scripti, non quod vobis diffidam, sed ut nonnullorum dubitationem significatione meae sententiae confirmem, ne qui communionem praecipitentur, neve, accepta ab eis manus impositione, postea pace reddita vim faciant, ut in sacro cetero recenseantur. Clerum omnem tum qui in urbe, tum qui in parocchia una cum omni populo Dominum timente per vos salutamus.

Class II.

E P I S T O L A C C X L I

Rationem reddit Basilius, cur saepe in litteris res molestas Eusebio nuntiet, nempe ut se ipse sublevet gemendo, & Eusebium ad intentiorem pro Ecclesia precem excitet.

EUSEBIO EPISCOPO SAMOSATORUM

Exod. 17. 12.

Anno 376.

Non ut moerorem augeam, saepe rerum molestarum in datis ad tuam dignitatem litteris non parce memini, sed ut & mihi ipse solatium feram per gemitus, qui solent quodammodo intimum dolorem diffundere.

Dsolvere, dum erumpunt; & magnum animum tuum ad intentiorem pro ecclesiis precem excitem. Nam & Moyses semper quidem pro populo orabat: at cum pugnam cum Amalec committeret, non remisit manus ab aurora ad vespertam; sed sancti manuum extensio non alio, quam pugna, terminata est sine.

Alia CLXXXII.

E P I S T O L A C C X L I I

Orientalis inter molestissimas procellas spem suam in Deo collocans; mirantur nihil adhuc auxilii ab occidentalibus venisse: brevi malorum suorum descriptione conantur eos ad operam ferendam excitare.

OCCIDENTALIBUS.

Anno 376.

Cum Deus sanctus exitum ex omni afflictione his, qui in ipsam sperant, S. Basilii Oper. Tom. III.

Epromiserit; quamvis in medio malorum pelago deprehensi simus, ac procellis, quae a spiritibus nequitiae in nos excitatae sunt, probemur; tamen resistimus in Christo nos corrobore-

i. Cor. 10. 12.

**Classis II.** roborante, nec dissolvimus vigorem nostri in ecclesias studii, neque veluti fluctibus in tempestate prævalentibus salutem desperantes, interitum expectamus: sed adhuc quantum possumus, studium retinemus, haud nescii eum etiam qui a ceto voratus fuerat, eo quod de se non desperaverit, sed clamaverit ad Dominum, salutem esse consequutum. Ita sane & ipsi in extremum lapsi malorum, spem in Domino collocare non desinimus: sed undique illius opem circumspicimus. Unde ad vos quoque, fratres nobis perquam colendi, nunc respeximus, quos sæpe quidem ærumnarum tempore nobis in conspectum prodituros speravimus: sed ea spe dejecti, nos etiam diximus ad nosmetipsos: *Expectavi, qui simul constisteretur, & non fuit, & qui consolarentur, & non inveni.* Sunt enim ejusmodi calamitates nostræ, ut ad vestri etiam orbis terminos pervenerint. Et quoniam patiente uno membro, patiuntur simul membra omnia; decebat sane ut nobiscum jam diu laborantibus, misericordia vestra simul doleret. Non enim locorum vicinitas, sed spiritus conjunctio necessitudinem facere solet, quam quidem nobis cum vestra dilectione intercedere credimus.

Psal. 68. 211

1. Cor. 12. 20.

Non locorum vicinitas, sed spiritus conjunctio necessitudinem facit.

2. Qui sit igitur, ut non litteræ consolationis, non fratrum visitatio, non aliud quidquam eorum, quæ nobis ex dilectionis lege debentur, evenerit? Jam enim annus decimus tertius est, ex quo hæreticum in nos bellum exortum est; in quo plures evenerunt ecclesiis afflictiones, quam evenisse memorentur, ex quo Evangelium Christi annuntiat. Quas quidem singulas recentere vobis nolumus, ne sermonis nostri debilitas ma-

lorum evidentiam enervet: simul etiam non existimamus necesse esse vos docere, cum veritatem rerum jamdudum fama didiceritis. Summa autem mali hæc est. Plebs relictis precum domibus, in desertis locis congregatur. Spectaculum miserabile: mulieres, pueri senes, & qui aliter infirmi sunt, inter imbres vehementissimos, nives, ventos, hiemalem glaciem, similiter quoque per æstatem inter solis ardorem sub dio misere persistunt. Atque hæc patiuntur, quod nolint pravi Atrii fermenti participes fieri.

Plebs in desertis locis precatur, ne communitur cum Arianis.

3. Quomodo hæc vobis oratio clare exprimat, nisi experientia ipsa & spectaculum rei ob oculos positæ excitet vos ad commiserationem. Obsecramus itaque, ut vel nunc tandem porrigatis manum Orientalibus ecclesiis jam in genua inclinatis, & mittatis, qui admoneant de reservatis ob mala pro Christo tolerata præmiis. Non enim tantum consueta oratio efficere, quantum peregrina vox solet afferre solatii, præsertim ab hominibus veniens ubique præclarissimam in partem Dei gratia cognitis, quales vos fama omnibus hominibus annuntiat, ut qui permanseritis fide illæsi, apostolicumque depositum inviolabile servaveritis. At non ita res nostræ se habent. Sed apud nos sunt qui gloriæ desiderio, & maxime evertente animas Christianorum timore, effugerunt quorundam novitatem verborum: unde ecclesiæ quassatæ, quasi vasa quædam luxata, influentem hæreticam corruptelam receperunt. Sed vos, o dilectissimi nobis ac optatissimi, sauciorum quidem sitis medici, sanctorum vero hortatores; quod ægrotum est ad sanitatem revocantes, & quod sanum incitantes ad pietatem.

## E P I S T O L A C C X L I I I .

Alia LXX.

*Occidentalium opem implorat Basilius ac non solum Orientis malorum descriptione eos tangere conatur, sed etiam periculum esse docet ne incendium Occidentem pervadat; unde quanta sit blasphemiarum impietas & licentia exponit. Legatus missus Dorotheus, cum episcopis ob metum hostium abesse non liceret.*

*Ad episcopos Italos & Gallos, de perturbatione ac confusione ecclesiarum.*

Anno 376.

1. **V**ERÈ religiosissimis ac carissimis fratribus & unanimis comministris Galliarum & Italiae episcopis, Basilius Cæsareæ Cappadociæ episcopus. Dominus noster Jesus Christus cum suum ipsius corpus dignatus sit appellare universam Dei Ecclesiam, nosque sigillatim aliorum invicem membra effecerit; dedit & nobis omnibus ad omnes necessitudinem habere secundum membrorum concordiam. Quapropter et siquam longissime ab invicem sejuncti sumus habitationibus, ac conjunctionis

Necessitudo inter omnes Christianos.

habitatione, vicini inter nos sumus. Quoniam igitur non potest caput pedibus dicere: Opus vobis non habeo; nec vos profecto committetis, ut nos velut alienos rejiciatis, sed tantum dolebitis ex ærumnis nostris, quibus traditi sumus ob nostra peccata, quantum nos vobiscum lætamur, qui in pace vobis a Domino data gloriam habetis. Jam quidem & alias clamavimus ad dilectionem vestram, ut nobis opem & commiserationem impenderetis: sed profecto, quia non impleta erat vindicta, concessum vobis non fuit ad auxiliandum exsuscitari. Illud enim maxime exquirimus, ut ipsi quoque orbis vestri imperatori vestræ pietatis opera innocentes

1. Cor. 12. 21.

tescat rerum nostrarum perturbatio, aut si A  
 id difficile fuerit, saltem a vobis veniant; qui visitent & consolentur afflictos, ut oculis suis subjiciant Orientis miseras, quæ nequeunt auribus accipi, quia nulla invenitur oratio, quæ res nostras clare vobis exprimat.

2. Persequutio apprehendit nos, fratres imprimis colendi, & persequutionum sævissima. Nam abiguntur pastores, ut greges dispergantur. Et quod gravissimum est, nec qui vexantur, mala in martyrii fiducia perferunt neque plebs in martyrum loco athletas colit, quia Christianorum nomine persequutores ornati sunt. Unum crimen est, quod nunc vehementer punitur, accurata custodia paternarum traditionum. Eam ob causam patria expelluntur pii & in desertas regiones transferuntur. Non carities apud iudices iniquitatis reverentiam habet, non exercitatio pietatis; non vita secundum Evangelium a juventute ad senectam usque transacta. Sed sceleratus quidem nullus sine certis indicibus condemnatur: episcopi autem ex sola calumnia damnati sunt, ac nullo argumento criminationibus adjecto, suppliciis traduntur. Imo nonnulli neque accusatores agnoverunt, neque viderunt tribunalia, neque omnino calumniis appetiti fuerunt; sed in tempesta nocte violenter rapti, in longinquas regiones fugati sunt, ex solitudinis incommodis ad mortem objecti. Quæ autem ex his sequuntur, nota sunt omnibus, etiamsi taceamus; fugæ presbyterorum, fugæ diaconorum, ac cleri totius de-  
 Dan. 3. 10.  
 Dan. 3. 38.  
 Amos 8. 10.  
 Decet nos dicere: *Non est in tempore hoc princeps, neque propheta, neque dux, neque oblatio, neque suffragium, neque locus sacrificandi coram Domino, & inveniendi misericordiam.*

3. Scribimus hæc scientibus, cum pars nulla sit orbis terrarum, quæ jam calamita-

S. Basilii Oper. Tom. III.

tes nostras ignoret. Quare non docendi causa hæc a nobis differi credendum, aut ut commonefaciamus vestram diligentiam. Novimus enim numquam vos nostri oblituros esse, non magis sane quam matrem filiorum uteri sui. Sed quoniam qui dolore aliquo detinentur, gemitibus levare aliquo modo angores solent, idem & nos facimus; excutimus quodammodo mœroris pondus, dum dilectioni vestræ multiplices nostras calamitates nuntiamus, si quo modo vehementius ad precandum pro nobis commoti, Dominum exoretis, ut reconcilietur nobis. Quod si ærumnæ quæ nos affligunt, solæ essent, statuissemus utique apud nosmetipsos tacere, atque in incommodis pro Christo perferendis gaudere: *Non enim sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Nunc autem veremur, nequando ingravescens malum, velut flamma quædam ardentem materiam pervadens, postquam consumserit quæ proxima sunt, attingat etiam & remotiora. Depascitur enim hæreseos malum, & timor est, ne voratis ecclesiis nostris, serpat postea usque ad sanam partem vestræ parœciæ. Fortasse igitur, quia apud nos abundavit peccatum, primi in eam traditi sumus crudelibus inimicorum Dei dentibus. Fortasse etiam, quod & verisimilius est, quoniam Evangelium regni, capto a nostris locis initio, in omnem pervenit terrarum orbem, idcirco communis animarum nostrarum hostis perficere conatur, ut defectiois semina, sumpta ab iisdem locis initio, in totum terrarum orbem diffundantur. Quibus enim daffulsit illuminatio cognitionis Christi, ad eos ut veniant etiam impietatis tenebræ, machinatur.

4. Vestras igitur existimate afflictiones nostras, ut veri discipuli Domini: Non de pecuniis, non de gloria, non de ulla alia rebus temporariis bellum sustinemus: sed de communi hereditate, patrio thesauro sanæ fidei stamus decertantes. Dolorem nostrum dolete, et vos fratrum amantes, quoniam occlusa sunt apud nos piorum ora; aperta vero temporis audax & blasphema lingua loquentium adversus Deum iniquitatem. Columnæ & fulcrum veritatis in dispersione; nos vero, qui ob tenuitatem contemti sumus, loquendi destituimur libertate. Decertate pro populis, nec spectate modo vestrum statum, videlicet quod in portibus tranquillis statis, Dei gratia omnino a turbine malorum ventorum vos, protegente: sed manum etiam ecclesiis tempestate exagitatis porrigite, nequando derelictæ, penitus fidei naufragium perpetiantur. Ingemiscite nostra causa, quia Unigenitus blasphematur, nec est, qui contradicat. Spiritus

Cc 2 ritus

Classis II.

118. 49. 15.

118. 49. 15.

Rom. 8. 18.

Metuit Basilii ne hæresis in Occidentem serpat.

Cur in Oriente initium habuit hæresis.

2. Cor. 4. 6.

Psal. 74. 6.

Ecclesiaz, quæ pace perfruuntur, debent aliis tempestate agitati succurrere.

Martyres esse non videntur, qui vexantur ab hæreticis.

Dan. 3. 10.

Amos 8. 10.

Dan. 3. 38.

Classis II. ritus sanctus rejicitur, & qui redarguere potest, fugatur. Multitudo obtinuit deorum. Magnus Deus apud illos & parvus. Filius non naturæ nomen, sed dignitatis alicujus appellatio esse: Spiritus sanctus non comple-  
 Hier. 9. 1. re Trinitatem sanctam; neque particeps esse divinæ ac beatæ naturæ, sed una aliqua ex rebus creatis, temere & fortuito Patri & Filio adjectus existimatur. *Quis dabis capiti meo aquam, & palpebris meis fontem lacrymarum?* & diebus multis populum deslebo pravis istis doctrinis ad exitium impulsam. Seducuntur simpliciorum aures, jamque assuetæ sunt hæreticæ impietati. Enutrientur ecclesiæ infantes in doctrinis impiis. Quid enim facient? Baptismata apud illos, deductiones proficiscientium, visitationes ægrotantium, consolationes morientium; adjuncta omnis generis, mysteriorum communionem: quæ omnia per eos administrata, populis vinculum sunt concordie cum eis ineundæ; adeo ut intra breve tem-

Omnia ministeria in potestate hæreticorum.

Apus, etiam si qua libertas detur, nulla jam spes sit futura homines diuturna deceptione detentos, iterum ad veritatis agnitionem revocatum iri.

5. His de causis plures ex nobis oportebat ad vestram dignitatem accurrere, & unumquemque rerum suarum narratorem fieri. Nunc vero & hoc ipsum vobis indicio sit illius in qua degimus afflictionis, quod ne facultas quidem nobis est itineris suscipiendi. Etenim si quis vel brevissimo tempore a sua ecclesia abfuerit, traditos relinquet populos insidiantibus. Sed, Dei gratia, unum mihi vice multorum, religiosissimum & dilectissimum fratrem nostrum Dorotheum compresbyterum: qui & quæcumque effugerunt litteras nostras, sua ipsius narratione potest supplere, cum omnia sequutus sit accurate, & defensor sit rectæ fidei. Hunc suscipientes in pace, celeriter dimittite; bonum nobis nuntium afferentem studii vestri ad fratres adjuvandos.

Dorotheus presbyter.

Alia LXXXII.

## E P I S T O L A CCXLIV.

Cum Patrophilus miraretur disruptam inter Basilium & Eustathium amicitiam, ac Basilium reprehendere videretur, exponit ei Basilium omnes ab origine dissensionis causas & modos. Declarat sibi in exigenda ab Eustathio fidei formula propositum aliud nihil fuisse, nisi ut a se & ab ipso Eustathio calumnias propulsaret. Narrat quomodo Eustathii & Theophili agendi ratione afflictus, litteras acceperit ab Eustathio, quæ communionem Basilio renuntiabant, eo quod scripsisset ad Apolinarium, & cum Diodoro presbytero communicaret. His litteris attonitum & stupentem Basilium alia exceperunt, quæ erant ad Dazizam scriptæ, & Basilio perfidiam & corruptionem ecclesiarum exprobrabant, in primis vero quod ex dolo & insidiis formulam proposuisset; Testem conscientie suæ Deum invocat Basilium, sed mirari se dicit, cur Eustathius tantopere exarserit ob ejusmodi formulam, quæ ipsius manu subscripta Romæ asservabatur; quamque ipse synodo Tyanensi obtulerat. Sed hanc fidem damnat nunc Eustathius, eademque in actionibus inconstantiam declarat. Nam qui a quingentis episcopis damnatus acquiescere noluerat, sed eos episcopos non esse contendebat, nunc aperte conjungitur cum iis quos illi ordinaverunt. Quali vita & moribus sint ejusmodi homines, tacere mavult Basilium: sed narrat quid sibi post morbum gravissimum anno præterito in mentem venerit de hominum inconstantia. Quo in genere nemini Eustathium cedere ait, idque probat ex variis illius partium mutationibus, & ex variis formulis quibus subscripsit. Postremo rogat Patrophilum ut ad se scribat, utrum idem erga se permanere velit, an ex congressu cum Eustathio mutatus sit.

PATROPHILO Ægeensis ecclesiæ episcopo.

Anno 376.

I. **L**egi litteras tuas, quas per fratrem nostrum Strategium compresbyterum misisti, & legi libenter. Quidni enim libenter legerem, & a viro prudente scriptas, & a corde, quod dilectionem erga omnes ex Domini præcepto edoctum est servare? Et fere cognovi cur præterito tempore silueris. Hærenti enim similis eras & stupenti, quod Basilium ille, qui cuidam a puero taliter inservivit, qui talibus quibusdam temporibus hæc & illa fecit, qui bellum cum innumeris aliis unius colendi causa suscepit, is nunc alius ex alio factus sit, & bellum pro caritate præleferat, & quæcumque alia scripsisti

Classis animi stuporem in hac rerum præter opinionem mutatione demonstrans. Quod si me aliquantum etiam perstrinxisti, id ægre non tuli. Non enim ita sum indocilis, ut amicas objurgationes fratrum moleste feram. Tantum enim abest, ut iis quæ scripsisti, fuerim offensus, ut fere etiam mihi ritum moverint, quod cum tot ac tanta sint, quæ nobis videbantur mutuam amicitiam antea firmare, ipse ob exilia, quæ usque ad te pervenerunt, in tantum te scriberes stuporem incidisse. Itaque & tibi idem, quod multis usu venit, qui omisso naturæ rerum examine, hominibus, de quibus agitur, attendunt; fiuntque non veritatis inquisitores, sed differentie personarum æstimatores,

ob-



Deut. 1. 17.  
& Prov. 18.  
5.

obliti admonitionis illius, *Cognoscere personam in iudicio non est bonum.*

2. Sed quia Deus personam in hominis iudicio non accipit; quam mihi apud magnum tribunal defensionem paravi, eam & tibi notam facere non recusabo. Nimirum nulla a nobis ab initio neque parva neque major orta est dissidii causa: sed homines nobis non amici, ob quas ipsi sciunt causas, (non enim opus est me quidquam de his dicere) continuas mihi calumnias struxerunt. Ac illas quidem repulimus semel atque iterum: sed cum finem illi non facerent, nec quidquam prodesset continua defensio, propterea quod nobis procul distitis mendacii auctores, cominus poterant suis contra nos vulnerare calumniis cor facile superabile, nec edoctum aurem alteram absenti integram fervare; Nicopolitanis aliqua fidei indicia ad persuadendum apta exposcentibus, (quod ne vos quidem profus ignorastis) nobis visum est scripti ministerium suscipere. Putavi enim me duo perfecturum una & eadem opera; & Nicopolitanis persuasurum, ne male de viro sentirent, & calumniatorum nostrorum ora obturaturum, fidei consensu calumnias utrinque excludente. Ac fides quidem conscripta est, & a nobis allata: subscripta est etiam. Postquam subscripta, locus designatus est alterius conventus, & tempus aliud constitutum, ut & fratres nostri, qui in parochia sunt, convenientes, conjungerentur inter se, & genuina ac sincera deinceps foret communio. Itaque nos quidem advenimus praestituto tempore, & qui mecum conjuncti erant fratres, partim aderant, partim confluebant, laeti omnes atque alacres, ut ad pacem currentes: litterae etiam a nobis accursiores, qui nos adesse significarent, siquidem noster erat ille locus ad eos qui concurrerant excipiendos designatus. Sed cum ex altera parte nemo adesset, aut praecurrens, aut nuntians adventum eorum qui expectabantur; qui autem a nobis missierant, cum redissent multam eorum qui illic sunt tristitiam ac murmurationem enarrantes, quasi nova fides a nobis promulgata esset, huc statuisse dicerentur, se certe suo episcopo ad nos proficiscendi copiam facturos non esse: cumque venisset quidam afferens nobis epistolam perfunctorie scriptam; & quae nulla eorum de quibus ab initio convenerat, mentionem habebat: & cum omni mihi reverentia & honore dignus frater Theophilus uno ex his qui cum eo sunt misso, nonnulla declarasset, quae nec sibi indecora dictu, & nobis auditu congruentia esse ducebat; scribere enim non dignatus est, non tam metuens ne ex litteris argueretur, quam sollicitus, ne nos necesse haberet ut episcopos salutare; sed certe verba erant vehementia,

Calumnias  
Basilio stru-  
untur ob  
Eustathium.

Basilium  
cursores  
mittit, qui  
se adesse  
nuntiant.

Theophilus  
episcopus.

& ex pectore fervente prolata; in his discissimus, pudore affecti, concidentisque animo, nec habentes quod interrogantibus responderemus. Interim non multum tempus, & iter in Ciliciam: inde reditus, ac statim litterae communionem nobis renuntiantes.

3. Ruptae autem communionis causa, quod Apolinario, aiebat, scripsissemus, & quod compresbyterum nostrum Diodorum haberemus communicatorem. Ego autem Apolinarium quidem numquam inimicum duxi, imo non desunt, ob quae etiam reverear virum: sed tamen non ita me homini conjunxi, ut illius crimina ipse suscipiam, cum certe & ipse nonnulla habeam, quae in illo reprehendam, lectis illius libris nonnullis. Non tamen de Spiritu sancto aut librum me ab eo petere memini, aut missum accipere. Sed copiosissimum illum audio omnium scriptorum extitisse: legi autem per pauca ex illius scriptis; neque enim mihi otium est talia scrutandi; ac praeterea difficilis quidam sum ac morosus ad recentiora admittenda; quippe cum mihi per corpus ne in lectione quidem divinitus inspiratae Scripturae laboriose atque ut patet, *perstare liceat*. Quid hoc igitur ad me, si quis quid scripsit, quod cuidam non placeat? Quamquam si oportet alium pro alio rationem reddere, is qui me accusat de Apolinario, respondeat nobis de Ario proprio suo magistro, & de Aetio proprio tuo discipulo. Nos autem neque discipulum ulla in re habuimus, neque magistrum hunc hominem, cujus crimina in nos convertunt. Diodorum autem, ut beati Sylvani alumnus, ab initio suscepimus: nunc vero & diligimus & complectimur ob insignem illi sermonis gratiam, qua multi ex iis qui illum conveniunt, meliores sunt.

4. Propter has litteras, ut decebat, affectus, & ad tam inexpectatam ac subitam mutationem obstupescens, ne respondere quidem potui. Constrictum enim erat mihi cor, resoluta lingua, manus torpebat, atque in animi non fortis vitium incidi, (dicetur enim quod verum est, sed tamen venia dignum): prope factum est, ut me generis humani odium caperet, nec ulli mores suspecti mihi non essent, crederemque non esse in hominis natura caritatis bonum; sed nomen esse speciosum his qui illud pronuntiant aliquid honoris ferens, non tamen revera inesse hominis cordi hanc affectionem. Si enim qui vivebatur a puero ad summam usque senectam sibi ipsi invigilasse, talibus de causis ita facile efferatus est, nullam habens rerum nostrarum rationem, nec praeteriti temporis experientiam calumnia adeo vili potiore ducens: sed veluti quidam pulvis indomitus ascensorem recte ferre nondum edoctus, ob exiguam suspicionem re-

Christi II.

Apolinarius.

Basilium non multum legit recentiores scriptores.

Diodorus beati Sylvani alumnus.

cal-

calceitavit, excussitque & humi projecit eos. A de quibus antea gloriabatur: quid de aliis suspicandum, quibuscum neque nobis tot ac tanta sunt amicitiae pignora, quique tot ac tanta non dederunt morum probitatis specimina? Hæc mecum animo cum voverem, ac indefinenter corde versarem, imo potius cum ab his cor meum versaretur, sic mordentibus me & recordatione pungentibus, nihil illis respondi litteris, non ex contemptu silens (ne id cogites frater, non enim apud homines causam dicimus, sed coram Deo in Christo loquimur) sed hæsitacione ac confilii inopia & quod nihil mœrore dignum dicere possemus.

Litteræ Eustathii ad Dazizan.

5. In his dum versaremur, exceperunt nos litteræ aliæ, ad Dazizan quemdam scriptæ videlicet, sed revera ad omnes homines missæ, ut declarat earum celerrima distributio, ita ut paucis diebus per omnem Pontum dispergerentur, & Galatiam percurrerent. Quinetiam nonnulli dicunt horum bonorum nuntios etiam peragrata Bithynia usque ad ipsum Hellepontum penetrasse. Qualia vero fuerint ad Dazizan contra nos scripta, omnino quidem nosti. Non enim te adeo longe ab amicitia sua remouent, ut solum te honore illo non donatum reliquerint. Quod si litteræ ad te non pervenerunt, at ego tibi eas mittam. In his hæc nobis affingi crimina videbis, dolum & perfidiam, corruptionem ecclesiarum, & animarum perniciem, & quod omnium, ut ipsi existimant, verissimum est, quod ex insidiis illam fidei formulam proposuerimus, non Nicopolitanis operam navantes, sed ipsi eliciendæ per dolum confessionis consilium intendentes. Horum quidem iudex est Dominus. Quænam enim esse possit cogitationum cordis clara demonstratio? Hoc autem in ipsis sum miratus, cur ob subscriptum libellum, quem ipsis obtulimus, tanto utantur dissidendi studio, ut & quæ sunt, & quæ non sunt, a quibus accusantur, satisfaciendi causa, commisceant; illud autem non cogitent, suam fidei Nicænæ confessionem Romæ scriptam servari, seque propria manu obtulisse. Synodo Tyanensi adlatum Romæ libellum, qui apud nos servatur, eamdem fidem continens. Quin & confessionis tunc a se habitæ oblitum sunt, cum in medium prodeuntes fraudem deplorarunt, quæ decepti, tunc ab Eudoxii factione composito consenserant; unde & hanc invenerunt errati illius purgandi rationem, ut Romam profecti, inde fidem patrum acciperent, ita ut quod ecclesiis detrimenti intulerant malo approbando, id meliore introducendo emendarent. At qui itinera longissima pro fide sustinuerunt, & sapientem illam concionem habuerunt, nunc nobis convitiantur, ut dolose ambulantes & sub dilectionis specie ea

quæ insidiatorum sunt, facientibus. Patet autem etiam ex his, quæ nunc circumferuntur, condemnatam ab illis esse fidem Nicænâ. Viderunt enim Cyzicum, & cum alia fide reversi sunt.

6. Sed quid in verbis inconstantiam dico; cum multo majora ex ipsis rebus gestis habeam illorum in contraria mutationis argumenta? Qui enim quingentorum episcoporum sententiæ contra ipsos latæ non cessarunt, neque a gubernaculis ecclesiarum discedere voluerunt, quamvis tot episcopi in eorum depositionis sententiâ conspirassent, propterea, inquit, quod Spiritus sancti participes non erant, nec Dei gratia ecclesias gubernabant, sed humana potentia ac inanis gloriæ cupiditate principatus rapuerant: hi nunc eos qui ab illis ordinati sunt, ut episcopos suscipiunt. Quos meo nomine roges velim, etiam si homines omnes contemnant, quasi neque oculos habeant, neque aures, neque cor sensu præditum, ut intelligere possint eorum quæ sunt repugnantiam; roges, inquam, saltem in corde suo quidnam habent sententiæ? Quomodo ambo possunt esse episcopi, & qui ab Euippio depositus, & qui ab eo ordinatus? Nam res utraque est manus ejusdem opus. Qui nisi datum Jeremiæ donum habuisset diruendi ac reedificandi, eradicandi ac plantandi, utique non hunc eradicasset, neque illum plantasset. Quod si alterum ei dederis, alterum etiam ei concedes. Sed illis, ut videtur, propositum unum est, suam ipsorum compendium ubique querere, & amicum quidem ducere eum, qui ipsorum cupiditatibus obsecundat: inimicum vero judicare, nec ulli in eum calumniæ parere, qui ipsorum cupiditatibus obstitit.

Eustathius quingentorum episcoporum sententiæ resistit.

Jerem. 1. 10. Potestas Plantandi & eradicandi inseparabiles.

7. Quales enim sunt etiamnum ipsorum contra ecclesiam œconomia? horrenda quidem ob eorum, qui id faciunt, instabilitatem, miserandæ vero ob eorum, qui patiuntur, stupiditatem. Euippii filii & Euippii nepotes per legationem fide dignam ab externa regione accersiti sunt Sebattiam: his creditus est populus: potiti sunt altaribus, ejus quæ illis est ecclesiæ fermentum facti sunt. Hi nos tanquam hæreticos persequuntur. Eustathius autem, qui in charta Constantinianæ Romæ Tyanos usque attulit, nunc illis admittus est: quamquam affirmati in optatissimam ipsorum communionem non potuit, sive quod metuerint multitudinem eorum, qui adversus illum consenserant, sive quod eorum reverenti sint auctoritatem. Quales enim essent qui congregati sunt, & quomodo eorum quisque ordinatus, & a quali vita ab initio ducta ad hunc dominatum pervenerit, præter equidem numquam mihi tantum otii contingere, ut res illorum enarrem. Didici enim præcari, ut os meum opera benevolentium

Eustathii conjunctio cum Euippii filiis & nepotibus.

psal. 16. 4.

*non loquatur*. Ipse autem hæc, si scrutatus fueris, ediscēs; & si te effugerint, profecto judicem non latebunt.

8. Quo tamen fuerim animo, non gravabor & tuæ exponere dilectioni. Nimirum anno præterito cum ægrotassem febre gravissima, & ad ipsas mortis portas appropinquassem, ac deinde Dei benignitate esse sanitati restitutus; ægre ferebam reditum, reputans mecum ad qualia redirem mala: atque apud me ipse considerabam quidnam tandem esset in profundo Dei sapientiæ reconditum, propter quod mihi rursus dies ad vivendum in carne concessi fuissent. Ubi autem hæc cognovi; voluisse Dominum arbitratus sum, ut viderem ecclesias tempestate liberatas, quam antea pertulerant ex separatione eorum, quibus omnia ob fictam eorum gravitatem credebantur. Aut fortasse etiam roborate animum meum & saltem in posterum vigilantiozem efficere voluit Dominus, ut ne hominibus attendat, sed per evangelica præcepta perficiatur: quæ neque cum temporibus, neque cum humanarum rerum circumstantiis immutantur, sed eadem permanent, ut a veraci ac beato ore prolata sunt, ita perseverantia.

9. Homines vero nubibus similes sunt, quæ pro ventorum mutatione alias in aliam aeris partem feruntur. Et maxime isti, de quibus nobis sermo est, omnium, quorum periculum fecerimus, visi sunt inconstantissimi: an etiam in reliquis vitæ rebus, dixerint qui una cum ipsis vixerunt; sed quam in ipsis circa fidem inconstantiam ac levitatem perspexi, non memini me in aliis hæcenus aut per me ipsum vidisse aut ex aliis audivisse. Arium D

perversæ Arianæ opinionis, ut demonstrat illa ipsa fides quæ Nicææ ab illo viro prædicata est ab initio. Obdormivit Hermogenes, & rursus ad Eusebium transierunt, coronæ Arianæ coryphæum, ut asserunt qui experti sunt. Hinc cum excidissent ob qualvis tandem causas, iterum reversi sunt in patriam, & iterum Arianam occultabant sententiam. Promoti ad episcopatum, ut media incidam, quot fidei formulas ediderunt? aliam Ancyræ, aliam Seleuciæ, aliam Constantinopoli, eamque celeberrimam, Lampfaci aliam, posthac Nice in Thracia aliam, nunc rursus aliam Cyzici, cujus quidem reliqua ignoro, sed hoc tantum audio, eos Consubstantiali prætermissio, simile secundum essentiam nunc inferre, atque una cum Eunomio blasphemias in Spiritum sanctum conscribere. Istæ autem fidei formulæ, quas recensui, etsi non omnes inter se pugnant, at certe pariter animi ostendunt inconstantiam, propterea quod numquam iisdem in verbis permanent. Hæc vera sunt, innumeris aliis silentio præteritis. Quoniam autem nunc etiam ad vos transierunt, rescribas velim per eundem virum (dico autem presbyterum nostrum Strategium) utrum idem erga nos esse pergās, an sis ex congressu alienatus. Nam nec eos verisimile est tacuisse, nec te ipsum, qui talia nobis scripsisti, non etiam erga illos dicendi libertate usum fuisse. Quod si manes in nostra communione, optimum hoc & omnibus votis exoptandum. Si autem te ad se pertraxere, triste id quidem: quidni enim fratris talis disjunctio? Sed tamen si nihil aliud, saltem in ejusmodi dispendiis ferendis abunde ab illis ipsis exercitati sumus.

Quæst. II.

Eusebius.

Recensentur formulæ, quibus subscripsit Rufinus.

Hermogenes.

Alia  
CCXIX.

E P I S T O L A C C X L V .

*Per Strategium respondet Theophilo Basilius ac declarat se numquam ab eo amando discessisse, quamvis multæ doloris causæ acciderint; cæterum se cum hominibus fidem tam sæpe mutantibus communicare non posse.*

THEOPHILO EPISCOPO.

CUM jam pridem accepissem a tua dilectione litteras, expectavi dum per idoneam personam rescriberem, ut & quidquid litteras effugisset, id minister litterarum suppleret. Cum igitur accesserit ad nos desideratissimus ac religiosissimus frater noster Strategius; æquum mihi visum est ut eoliterer ministro, quippe qui & meum animum cognitum habeat, ac possit apte simul & religiose res nostras ministrare. Scias igitur, desideratissime ac honoratissime, plurima me fieri caritatem mihi tecum intercedentem, a qua quidem, quantum ad animi

affectionem attinet, ne unam quidem horam mihi conscius sum me discessisse; quamvis multæ ac magnæ justæ doloris causæ acciderint. Sed illud statuimus, velut in trutinam molestis jucunda opponentes, meliorum momento animum adicere. Sed quia res mutantæ sunt, a quibus minime oportebat id fieri, ignosce & nobis, qui non animo & sententia mutati, sed partibus transpositi sumus. Imo vero nos quidem in iisdem manebimus partibus, sed alii sunt qui perpetuo transmutantur, & nunc aperte etiam ad adversarios transfugiunt. Quorum quanti fecerimus communionem, quamdiu a sanis partibus stabant, ne ipse quidem ignoras. Nunc autem si ne-

anno 396.

Strategius.

Basilius non animo mutatus, sed partibus transpositus.

*Classis II.* si neque illos sequimur, & eos qui idem ac illi A bis denegetur, nihil antiquius veritate ac sentiant fugimus, venia sane immerito non propria securitate habentibus.

*Alias  
LXVI.*

## E P I S T O L A C C X L V I .

*Basilii Nicopolitani cleri animos erigere conatur spe divini auxilii, hortaturque ut quod hactenus docuere, opere perficiant.*

## NICOPOLITANIS.

*Anno 376.*

**C**um video & malum ad optatos exitus perducere, & vestram pietatem defatigari, animumque despondere ob continuas calamitates; mœstitia repleor. Sed rursus cum magnam Dei manum considero, eumque nosse & contractos erigere, & justos dili-

gere, superbos vero contere, & potentes de suis sedibus dejicere; rursus immutatus spe concepta allevor: ac confido vestris precibus futurum, ut celerem nobis Dominus pacem ostendat. Tantum ne defatigemini precando: sed quæ verbis docetis, eorum nunc opere clara omnibus studete exempla proponere.

*Alias  
LXIX.*

## E P I S T O L A C C X L V I I .

*Nicopolitanos inter arumnas spe divini auxilii consolatur, seque ait de illorum rebus cum potentioribus viris & coram & per litteras egisse.*

## NICOPOLITANIS.

*Anno 376.*

**C**um sanctitatis vestræ litteras legi, quantum ingemui & lamentatus sum, quod meis ipsius auribus hæc etiam mala accepissem, verbera & contumelias in vos ipsos, depopulationem ædium, civitatis vastitatem, patriæ totius eversionem, vexationem ecclesiæ, sacerdotum expulsionem, incurSIONEM luporum, & gregis dispersionem. Sed postquam cessavi ingemere ac lacrymari; ad Dominum, qui in cælis est, respiciens, novi, & persuasum habeo, quod & vobis notum es-

se volo, celerem ad futuram opem, nec perpetuam derelictionem futuram. Quod enim passi sumus, ob peccata nostra passi sumus; sed opem suam, ob suam in ecclesiis amorem ac misericordiam, benignus ostendet. Minime tamen omisimus & coram supplicare potentioribus viris, & ad eos qui nos in aula diligunt, scribere, ut rabidi hominis ira comprimatur. Ac fore arbitror ut a multis condemnentur, nisi forte tempus perturbationis plenum his, qui rem publicam gerunt, nihil ad ista otii reliquerit.

*Alias  
LXXXV.*

## E P I S T O L A C C X L V I I I .

*Minus molestum Basilio abesse Amphilochoium, eo quod absit a persecutione usque ad sanguinis effusionem sevientem. Quidam enim Asclepius ex plagis mortuus. Spem habet Basilius in Amphilochoii precibus; monet ut mittat qui librum de Spiritu sancto ferat.*

## AMPHILOCHIO ICONII EPISCOPO.

*Anno 376.*

**A**d desiderium nostrum dum respicimus, angimur quod tanto opere a tua pietate simus distiti: dum vero ad tuam vitam tranquillitatem; gratias ago Domino, qui tuam pietatem exemit ab hoc incendio, quod majorem in modum provinciam nostram devastavit. Dedit enim nobis secundum nostra opera justus iudex angelum satanæ, qui nos satis superque vexat, hæresimque acriter defendit, & bellum in nos eo perduxit, ut ne sanguini quidem parcat credentium in Deum. Nam profecto dilectionem tuam non lætet, Asclepium quemdam, eo quod communionem cum Doec inire nollet, ab illis verberatum, ex plagis mortuum esse, vel

potius per plagas ad vitam esse translatum. Consentaneam autem huic facinori reliqua omnia esse existima, persecutiones presbyterorum ac magistrorum, & quæcumque alia fecerint homines imperii auctoritate ad suum ipsorum arbitrium abutentes. Sed horum solutionem nobis Dominus precibus tuis dabit & patientiam; ut tentationum pondus feramus, ita ut spe in ipso reposita dignum est. Ipse vera digneris ad nos frequenter scribere de rebus tuis: ac si reperias qui fideliter possit ad te perferre elaboratum a me librum, accersere ne graveris, ut tua approbatione confisi, in aliorum etiam manus illum transmittamus. Valens, lætus in Domino, & precans, mihi & Domini Ecclesiæ concedaris, per Sancti gratiam.

*Asclepius ex plagis mortuus, quia cum Doec communitate non volebat.*

## E P I S T O L A C C X L I X .

Classis II.

Alias  
CCXXXVIII.

*Commendat aliquem in hac epistola Basilius, quem beatum existimat quod hisce tumultibus liberetur, & convictum cum hominibus Deum timentibus elegerit.*

*SINE inscriptione, viri pii causa.*

**A** Dominum timentibus convictum, elegit. Quem & tuæ dignitati commendo, & adhortor per eum, ut preceris pro mea miserabili vita, ut liberatus ab his tentationibus, incipiam fervire Domino secundum Evangelium.

Anno 376.

**G** Ratulor huic fratri, quod & hisce nostris tumultibus liberetur, & pietatem tuam adeat. Nam bonum sibi viaticum ad futuram vitam, bonum cum hominibus

Alias  
LXXXV.

## E P I S T O L A C C L .

*Gratias agit Patrophilo Basilius, quod ad se per Strategium scripserit, & a se diligenda non discedat. Rationem reddit cur cum Eustathio communicare non possit.*

*PATROPHILO Ægeensis ecclesie episcopo.*

**B** univisse. Hi & accersiti sunt ab ipsis Sebastiam, & acceperunt ecclesiam, & sacrificaverunt in altari, & proprium panem omnidistribuerunt populo, episcopi appellati apud illius loci clerum, & per omnem regionem velut sancti ab illis & communicatores deducti. Quorum si oportet amplecti partem, ridiculum est ab unguibus ordiri, & non magis cum ipsis illorum capitibus rem habere. Quod si igitur neminem oportet omnino hæreticum judicare, neque everfari; cujus rei gratia, dic, quæso, te ipse separas, & fugis nonnullorum communionem? Si vero quidam fugiendi sunt, secundum accuratæ regulæ rationem; dicant nobis hi, quorum agendi ratio in omnibus accurata est, ex qua sint parte quos ad seipsum ex Galatia accersiverunt? Ita si tibi mœtore digna videantur, eorum auctoribus imputa separationem; sin autem indifferentia judicas, ignosce nobis committere nolentibus, ut fermenti eorum, qui aliter docent, participes simus. Quare, si videbitur, speciosis illis prætermisissis sermonibus, cum omni libertate eos, qui non recte ambulat in Evangelii veritate, redargue.

Basilius fermenti hæreticorum participes esse non vult.

Anno 376.

**S** ero quidem accepi tua prioribus litteris responsa; sed tamen accepi per optatissimum Strategium, & gratias egi Domino, quod idem in dilectione erga nos permanens. Quæ autem nunc dignatus es de eodem argumento scribere, demonstrationem habent bonæ tuæ voluntatis; cum sentias ea quæ decent & suadeas nobis utilia. Sed tamen quia rursus video longiorem mihi sermonem futurum, si velim unicuique eorum, quæ scripta sunt a tua prudentia, respondere: tantum dicam, si pacis bonum solo pacis nomine circumscribitur, ridiculum esse hunc & illum eligentes, iis solis pacem impertire, alios vero innumerabiles ab illius boni communicatione excludere. Sed si cum perniciosis hominibus consensus, iis, a quibus suscipitur, sub pacis specie damnatum infert hostile; considera quinam sint illi, quibus seipsum admisuerunt qui nos iniquo odio oderunt, quinam, inquam, sint, nisi homines ab eorum partibus stantes, qui nobiscum non communicant: neque enim Dunc mihi opus est nominatim illorum me-

Damnum hostile sub specie pacis.

Alias  
LXXXII.

## E P I S T O L A C C L I .

*Evæsenos laudat Basilius quod stent in fide, ac gratias agit, quod aures non præbuerint calumniis, quas Eustathius ei struxerat, dolens se, eo, postulante, fidei Nicænæ subscripsisse, quamvis antea eidem fidei Romæ subscripsisset. Demonstrat Eustathium in aliis rebus secum ipsum pugnare. Nam cum Arianos, a quibus depositus fuerat, negasset olim episcopos esse, nunc iis, quos illi ordinaverunt, supplicat: & cum violenter exagisset eos, qui cum Arianis communicabant, nunc Arianorum communionem suppliciter petit: sui semper compendii causa laudans aut vituperans, ac Basilio bellum indicens, ut placeat Euzoio. Declarat Basilius fidem suam unam semper & eandem esse: negat se Spiritum Patris aut Filio præferre, ut maledici dictitabant. Hortatur Evæsenos, ut in fide perseverent.*

*EVÆSENIS.*

Anno 376.

**I.** **E** TSI magnus numerus detinentium nos negotiorum, sollicitudinibus. S. Basili Oper. Tom. III.

**E** que infinitis occupatur noster animus; numquam tamen e memoria nostra projecimus vestræ caritatis curam, precantes Deum nostrum

Dd strum

Classis II:

Rara & difficilis inventu res est, ecclesia temporibus non læsa.

Eustathius secum ipse pugnat.

strum ut permaneatis in fide, in qua statis & gloriamini in spe gloriæ Dei. Nam revera difficile jam inventu ac prorsus rarum, ecclesia sincera, nihil ex temporum difficultate læsa, sed integram & inoffensam servans apostolicam doctrinam, qualem vestram ostendit his temporibus ecclesiam, qui manifestos in singulis generationibus facit eos, qui ipsius vocatione digni sunt. Ac det vobis Dominus bona Jerusalem supernæ, pro eo quod falsas contra nos calumnias in mentientium capita rejecistis, minime dantes eis aditum in corda vestra. Et scio & persuasum habeo in Domino, mercedem vestram copiosam esse in coelis, vel ob hanc actionem. Illud enim considerastis sapienter apud vos, quod quidem & veritati consentaneum, eos qui retribuunt mihi mala pro bonis & odium pro mea in illos dilectione, calumnias mihi nunc ob ea struere, quæ ipsi reperiuntur scriptis confessionibus comprobasse.

2. Neque in hanc solam inciderunt reprobantiam, ut propria scripta nobis criticis loco objicerent, sed etiam omnibus suffragiis ab iis, qui convenere Constantino-polim, depositi, illorum de depositione decretum non receperunt, synodum impiorum appellantes, nec dignati episcopos illos appellare, ne latam contra se sententiam confirmarent. Et causam adjecerunt, cur non essent episcopi: eo quod hæresis, aiebant, nefariæ essent signiferi. Hæc autem evenerunt ante decem & septem non exactos annos. Erant autem duces eorum, qui illos deposuere, Eudoxius, Euippius, Georgius, Acacius & alii vobis ignoti. Qui vero nunc in ecclesiis dominantur, eorum successores sunt, alii illorum loco ordinati, alii ab ipsis constituti.

3. Nunc igitur qui nos pravæ doctrinæ nomine inculant, dicant nobis, quomodo hæretici quidem fuerint ii, quorum decretum de depositione non receperunt: quomodo vero orthodoxi isti, qui ab illis constituti sunt, & eandem sententiam ac patres sui conservant. Nam si orthodoxus Euippius; quomodo non laicus Eustathius, qui ab eo depositus est? Sin autem ille hæreticus; quomodo nunc communicator Eustathii, qui ejus manu ordinatus est? sed hi sunt ludi, quos contra ecclesias Dei ludunt; ad suam utilitatem & accusare homines & rursus commendare aggredientes. Basilidis Paphlagonis altaria evertit transiens per Paphlagoniam Eustathius, ac in propriis mensis sacrificavit; & nunc supplex est Basilidi, ut recipiatur. Segregavit Elpidium religiosissimum fratrem ob illius cum Amasiensibus conjunctionem: & nunc supplex est Amasiensibus, quærens eorum conjunctionem. Il-

lius autem adversus Euippium prædicationes, & vos ipsi scitis quam essent horrendæ. Et nunc qui Euippii sententiam tenent, eos laudibus ob rectam doctrinam extollit, modo ut ad illius restitutionis studium, operam navent. Nos autem traducimur, non quia mali quidquam admittimus, sed quia id existimavit sibi laudem conciliaturum apud Antiochenos. Quos autem anno præterito ex Galatia accersivere, ut idoneos, per quos liberam episcopatus possessionem reciperent, hi tales sunt, quales sciunt qui vel paululum cum illis versati sunt. Mihi vero numquam largiatur Dominus tantum otii, ut illorum actiones enumerem. Sed tamen eorum, quibus illi plurimum honoris & fidei habent, satellitio stipati, peragrarunt omnem illorum regionem, episcoporum honoribus & officiis ornati. Introducti autem sunt perhonorifice in urbem, concionem habentes summæ cum potestate. Traditus enim est illis populus, traditum altare. Hi Nicopolim usque progressi, cum nihil potuissent eorum quæ promiserant perficere, quomodo redierint, qualesque in redeundo visi sint, norunt qui adfuerunt. Ita semper proprii compendii causa omnia facere deprehenduntur. Quod si dicant eos respuisse, demonstrent scripto consignatam eorum poenitentiam, & anathematismum fidei Constantinopolitanæ & secessionem ab hæreticis, nec decipiant simpliciores. Atque illorum quidem res sic se habent.

4. Nos autem, dilecti fratres, parvi quidem & humiles sumus, semper tamen illidem Dei gratia, nec unquam cum rebus immutati sumus. Fides apud nos, non alia Seleuciæ, alia Constantinopoli, alia Zelis & Lampfaci alia; & Romæ alia: nec quæ nunc circumfertur, a prioribus diversa, sed una & eadem semper. Quemadmodum enim accepimus a Domino, sic baptizamur: quemadmodum baptizamur, sic credimus: quemadmodum credimus, sic & glorificamus; neque separantes a Patre & Filio Spiritum sanctum, neque præferentes Patri, aut antiquiorem Filio Spiritum dicentes, ut maledicentium linguæ confingunt. Quis enim adeo temerarius dominicam reprobandi institutionem, hominibus audeat ordinem excogitare? Sed nec creatum dicimus Spiritum, qui cum Patre & Filio conjunctus est, nec servilem audemus dicere eum, qui principalis est. Ac vos adhortamur ut memores minarum Domini, qui dixit: *Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: blasphemia autem in Spiritum sanctum non remittetur, neque in hoc seculo, neque in futuro, caveatis a perniciosis contra Spiritum doctrinis. State in fide: circumspicite orbem terrarum, & videte e-*

Anno præterito Arianos e Galatia accersivit Eustathius.

Basilius idem semper.

Varie fidei formulæ quibus subscripsit Eustathius.

Psal. 50. 14.

Matth. 12. 31.

1. Cor. 16. 13.

Exigua  
pars orbis  
morbo la-  
borans.

quam esse hanc partem, quæ morbo labo-  
rat: reliquam autem ecclesiam, quæ a ter-  
minis usque ad terminos Evangelium susce-  
pit, in sana hac versari & incorrupta doctri-  
na. Quorum & nos precamur, ne excida-

Classis II.

Alias  
CCXCI.

EPISTOLA CCLII.

*Invitat Basilius ecclesie sue nomine, ut consuetudinem veniendi ad diem festum  
sancti Euphychii redintegrent.*

ANTIOCHÆ DIOECESIS

ERISGORIS.

Bigitur celeberrimi sint martyres Euphychius  
& Damas eorumque chorus, quorum me-  
moria quotannis ab urbe nostra & tota vici-  
nia celebratur; admonet vos, proprium  
suum decus, ecclesia, ac nostra voce adhor-  
tatur, ut antiquam resumatis visitandi con-  
suetudinem. Itaque ut magno quæstu vobis  
proposito in plebe quæ a vobis ædificari cu-  
pit, atque ut præmiis honori martyrum re-  
positis, ita nostram suscipite adhortationem  
& huic annuite petitioni, magnum nobis  
beneficium non multo labore tribuentes.

Euphychius  
& Damas  
martyres.

Præmia ho-  
nori mar-  
tyrum re-  
posita.

Anno 376.

**M**artyrum honores omnibus quidem  
in Dominum sperantibus, summo  
studio esse debent; sed præcipue vobis virtutis  
cultoribus, qui vestra erga claros ac ce-  
lebres conservos voluntatis propensione  
amorem in cotamunem Dominum ostendi-  
tis: & maxime, quod aliquid affinitatis ha-  
beat accurata vivendi ratio cum iis qui per  
animi fortitudinem consummati sunt. Cum

Alias  
CCXCIX.

EPISTOLA CCLIII.

*Basilius ex his, quæ audiens Antiocheni presbyteri a Sanctissimo, eorum sollicitudinem  
partim sedandam esse, partim acuendam nuntiat.*

PRESBITERIS ANTIOCHIÆ.

Cnes alii veluti ex dimidio nuntiaverunt no-  
bis & sententias Occidentalium, & rerum  
statum: ipse vero, cum idoneus sit qui & ho-  
minum consilia perspiciat, & rerum statum  
accurate investiget; narrabit vobis omnia,  
ac bonum vestrum studium ad omnia quasi  
manu ducet. Quare materiam habetis con-  
gruentem eximio vestro proposito, quod  
semper vestra pro Dei ecclesiis sollicitudine  
declarastis.

Anno 376.

**S**ollicitudinem quam pro Dei ecclesiis  
habetis, partim quidem sedabit deside-  
ratissimus ac religiosissimus frater noster  
Sanctissimus presbyter, totius Occidentis  
erga nos amorem ac studium exponens: par-  
tim vero exsuscitabit ac magis exacuet,  
quantum studii res præsentis requirant, cla-  
re vobis per se ipse demonstrans. Nam om-

Sanctissi-  
mus pres-  
byter.

Alias  
CCXXI.

EPISTOLA CCLIV.

*Salutat per Sanctissimum, sequæ ejus precibus commendat.*

PELAGIO episcopo Laodiceæ Syria.

Tibi nuntiabit; forte aliquid molestiæ ac sol-  
licitudinis adjiciet his quæ jam bono tuo cor-  
di insident. Non tamen inutile est vos affi-  
gi, qui Dominum potestis placare. Com-  
mode enim nobis cedit vestra sollicitudo,  
nec dubito quin auxilium a Deo accipiamus,  
si nos vestræ preces adjuvent. Quod si una  
nobiscum preceris, ut curis eximamur,  
& accessionem aliquam viribus corporis no-  
stri postules; prospere nos deducet Domi-  
nus, ut desiderium nostrum impleatur, &  
urbanitati tuæ in conspectum veniamus.

Anno 376.

**L**argiatur & mihi Dominus tandem ali-  
quando, ut in conspectum sinceræ tuæ  
pietati veniam, & quæ a litteris nobis de-  
fuerunt, ea coram expleamus. Enim vero  
fero scribere aggressi sumus, ac valde nobis  
opus est excusatione. Sed cum adsit deside-  
ratissimus ac religiosissimus frater Sanctissi-  
mus compresbyter, ipse tibi omnia narra-  
bit, tum nostra, tum quæ ab Occidente.  
Ac per hæc quidem gaudio te afficiet: dum  
vero perturbationes quibus commovemur,

Sanctissi-  
mus pres-  
byter.

Alias  
CCXXIV.

EPISTOLA CCLV.

*Honorifica salutatio per Sanctissimum ab Occidente redeuntem.*

VITO CARRHORUM EPISCOPO.

Emaxime quidem tecum versari; sin minus,  
litteras saltem mittere & accipere, ut queam  
& res nostras tibi indicare, & quomodo te  
habeas discere. Sed quia non quæcumque

Anno 376.

**U**tinam possem etiam quotidie scribere  
pietati tuæ. Ex quo enim experien-  
tiam cepi dilectionis tuæ, vehementer aveo,  
S. Basili Oper. Tom. III.

Sanctissimi presbyteri

Alias EG.

volumus, nobis adsunt, sed quæcumque A labore, omnia tibi accurate exponet; Deus dat, cum gratiarum actione suscipienda sunt; gratias egi sancto Deo, qui mihi ad tuam pietatem scribendi occasionem præbuit, adventu desideratissimi ac religiosissimi fratris nostri Sanctissimi compresbyteri: qui multum perpeffus in conficiendo itinere

quæcumque in Occidente observavit. Ob quæ debemus & Domino grates rependere, & eum adorare, ut des & nobis pacem eandem, nosque invicem cum libertate recipiamus. Fraternitatem omnem nostro nomine saluta

EPISTOLA CCLVI.

Cum audisset Basilii monachorum ades ab Arianis igne succensas, futurum sperabat ut ad se in arumnis confugerent. Sed cum id eis in mentem non venisset, saltem ad eos hortandi causa scribere cupiebat. Tandem hoc eis exhibet officium oblata facultate Sanctissimi presbyteri, quibusque consolatur spe futura mercedis, & ut pro Ecclesia orent, adhortatur.

DESIDERATISSIMIS & religiosissimis fratribus compresbyteris Acacio, Aetio, Paulo, & Silvano, & Siskoio & Lucio Diaconis & cæteris fratribus monachis, Basilius episcopus

venturum Sed quia id vobis ne in mentem quidem venit, nec quidquam a nobis expectatis solatii, cupiebam saltem frequentes ad vos scribendi invenire occasiones, ut more eorum qui certantibus acclamant, ego etiam aliquid vobis per litteras ad boni vestri certaminis hortatum clamarem.

Anno 376.

Esai. 58. 4.

Ego cum audissem vehementem illam persecutionem quæ in vos excitata est, & statim post Pascha eos, qui ad judicia & pugnas jejunarunt, vestris tabernaculis supervenientes, igni tradidisse labores vestros, vobis quidem domicilium in cælis non manufactum præparantes, sibi vero ignis thesaurum comparantes, quo ad vobis nocendum usi sunt, ingemui ex hoc eventu, non vestri, fratres, commiserescens, absit, sed eorum qui ita sunt a malitia absorpti, ut eo usque nequitiam suam extenderint. Futurum autem expectabam, ut confestim ad paratum per fugium, humilitatem nostram, omnes accurreretis; sperabamque daturum mihi Dominum ex vestro complexu respirationem a continuis doloribus, meque præclarum illum sudorem, quem pro veritate stillatis, hoc inertem corpore excipientem, præmiorum, quæ vobis a veritate iudice reposita sunt, in partem aliquam

hoc quidem nobis facile fuit duas ob causas; primum, quod ubi degeretis ignorabam; deinde quod non multi hinc ad vos proficiscantur. Sed nunc Dominus adduxit nobis desideratissimum ac religiosissimum fratrem Sanctissimum compresbyterum, per quem & vestram caritatem saluto; & adhortor ut pro nobis precemini, lætantes & exultantes, quod merces vestra multa est in cælis: & quia ad Dominum loquendi habetis fiduciam, ne intermittatis noctu ac interdiu ad ipsum clamate, ut hæc ecclesiarum sedetur procella, plebi reddantur pastores, & ecclesia ad suam ipsius dignitatem revertatur. Est enim mihi persuasum, si modo reperitur vox, quæ Deum bonum flectat, non longe facturum illum miserationes suas, sed & nobis deinceps daturum una cum tentatione exitum, ut ferre possimus. Omnes in Christo fratres verbis meis salutate.

Sanctissimus presbyter.

Matth. 5. 12.

1. Cor. 10. 13.

Monachorum sudorem corpore suo excipere optabat Basiliius.

Alias FCCIII.

EPISTOLA CCLVII.

Ostendit esse Christiani vocantur persecutores, non idcirco eorum qui vexantur minus mercedem, sed etiam augeri. Hortatur, ut nec exiliis episcoporum, nec nonnullorum e clero perfidia, nec errantium multitudinem moveantur.

AD Monachos ab Arianis vexatos.

Anno 376. 1.

Quæ mecum ipse sum loquutus, audita tentatione, quæ vobis a Dei hostibus illata est; ea & per litteras vobis significare præclarum esse doxi. Scilicet, eo tempore quod pacatum existimatur, comparastis vobismet ipsis beatitudinem his, qui persecutionem pro Christi nomine patiuntur, repositam. Non enim quia nomen blandum & lene his, qui male faciunt, im-

positum est, idcirco res hostiles non esse existimandum. Ego enim truculentius iudico a tribulibus bellum, quia hostes prius denuntiatis etiam effugere facile: at iis qui nobiscum commiscuntur, necesse est ad omnem injuriam expositos esse; quod & ipsum vobis accidit. Nam & majores nostri persecutionem perpeffi sunt, sed a simulacrorum cultoribus: & facultates eorum direptæ sunt; & ædes eversæ, & ipsi fugati ab iis, qui bellum nobis aperte propter Christi nomen inferebant.



Simplicio-  
ribus mar-  
tyrium non  
videtur  
mors Pro  
veritate to-  
lerata.

bant, Qui vero nunc prodierunt persequu-  
tores, oderunt quidem nos æque ac illi, sed  
ad multorum deceptionem Christi ostendunt  
nomen, ut ne confessionis quidem solatium  
habeant; qui vexantur: multis ac  
simplicioribus injuriam quidem nobis fieri  
fatentibus, at in martyrii loco nobis mortem  
pro veritate toleratam non adscribentibus.  
Quapropter persuasum mihi est majora  
vobis, quam iis qui tunc martyrium passi  
sunt, a justo iudice præmia servari; siquidem  
illi & ab hominibus certam & exploratam  
laudem consequentur, & a Deo mercedem  
expectabant; vobis autem in paribus  
præclare factis honores a populis non deferuntur,  
unde par est multiplicatam reponi  
in futuro ævo laborum pro pietate susceptorum  
remunerationem.

2. Quare adhortamur vos, ut ne animo in  
ærumnis consideratis, sed in Dei dilectione re-  
novemini, ac quotidie studio vestro ad-  
jiciatis: scientes in vobis debere reliquias pietatis  
servari, quas veniens Dominus in terra in-

venturus est. Sive autem ejeti sunt episcopi  
e suis ecclesiis, hoc vos nequaquam concu-  
tiat: sive proditores nonnulli ex ipsis prodie-  
re clericis; neque hoc vestram in Deo fiduciam  
infirmet. Non enim nomina sunt quæ  
salvos nos facient, sed propositum, ac vera  
in Creatorem nostrum dilectio. Considerate  
in insidiis quæ Domino nostro structæ  
sunt, principes Sacerdotum & Scribas & se-  
niores dolum concinnasse, qui autem doctrinam  
sincero animo susceperunt, paucos ex  
populo inventos esse, neque multitudinem  
esse, quæ salvatur, sed electos Dei. Quomobrem  
numquam vos perterreat magna populi  
multitudo; qui velut aquæ maris a vento  
in alias atque alias partes feruntur. Nam  
etiamsi unus salvetur velut Loth Sodomis,  
manere debet in recto iudicio, immobilem  
retinens in Christo spem, quia non derelin-  
quet Dominus sanctos suos. Omnes in Christo  
fratres meo nomine salutate: pro miserabili  
mea anima sincere precamini.

Non multi-  
tudo salva-  
tur, sed  
electi.

Alias  
CCCXXV.

## E P I S T O L A CCLVIII.

Laudat Basilius caritatem Epiphani, qui ad se scripserit & fratres miserit, ac de componendis in Eleone monte dissensionibus cogitet. Delatam sibi ab Epiphano sedanda controversiæ provinciam recusat; seque ait jam per litteras significasse Palladio & Innocentio, nihil a se addi posse Nicæno symbolo, nisi tantum de Spiritu sancto. Quod spectat ad Antiochenam dissensionem, declarat se cum Meletio semper communicasse ac semper communicaturum, ac ipsum etiam Athanasium cum eo communicare voluisse: cum iis autem qui post Meletium venerunt, numquam se communicasse, quamvis eos non condemnet, nec adduci posse ut ad eos scribat. Ipsum Epiphanium rogat, ut dissensionem componere conetur, & cum tres hypostases necesse esse existimet confiteri, hoc etiam doceat fratres Antiochenos. Denique respondet questioni in aliis litteris propositæ, quid sint Magusæ.

## EPIPHANIO EPISCOPO.

Circa Ann. I.  
377.

Matth. 24.  
12.

Omnes om-  
nibus suspe-  
cti.

Quod jam pridem expectatum est ex  
Domini vaticinio, ac nunc tandem  
rerum experientia confirmatum, fore vide-  
licet ut propter multiplicatam iniquitatem  
caritas multorum refrigescat; id jam apud  
nos adimpletum visæ sunt abolere litteræ  
præstantiæ tuæ ad nos allatæ. Vere enim ca-  
ritatis indicium non mediocre, primum  
quidem quod nostri memineris, qui adeo vi-  
les & nullius pretii sumus: deinde etiam quod  
fratres miseris invisendi nostri causa, idoneos  
ministros pacificarum litterarum. Hoc  
enim spectaculo nullum rarius est, cum jam  
omnes omnibus suspecti sint. Nusquam enim  
misericordia, nusquam commiseratio, nusquam  
fraternæ lacrymæ ob fratrem laboran-  
tem. Non persequutiones pro veritate tole-  
ratæ, non totæ ecclesiæ ingemiscens, non  
magnus ærumnarum nos circumstantium  
numerus ad mutuam nos sollicitudinem  
commovere potest: sed lapsibus insultamus:  
lancinamus vulnera: illatas ab hæreticis in-

curias, qui idem videmur inter nos sentire,  
intendimus: & qui in præcipuis capitibus in-  
ter se consentiunt, in una aliqua re prorsus  
ab se invicem dissident. Quomodo igitur  
eum non admiremur, qui in tali rerum statu  
purum ac sincerum erga fratres amorem  
ostendit, & ex tanto maris & terræ, quibus  
corpore se jungimur, intervallo, quantum  
in se est, animarum nostrarum curam susci-  
pit?

2. Illud autem etiam in te miratus sum,  
quod & fratrum, qui in Eleone sunt, mole-  
ste ruleris dissensionem, velisque aliquam  
ipsis fieri inter se conciliationem. Quod au-  
tem te non latuerunt quæ a nonnullis male  
excogitata, fratres conturbant, ac de his  
quoque sollicitudinem suscepisti, hæc etiam  
mihi probata sunt. Illud vero non jam tua  
judicavi esse prudentiæ dignum, quod nobis  
harum rerum emendationem commiseris,  
hominibus neque gratia Dei ductis, ut qui  
in peccatis vivamus, nec ulla dicendi facul-  
tate præditis, eo quod a vanis quidem liben-  
ter recesserimus, veritatis autem dogma-  
tum

Dissensio in  
monte  
Eleone.

Classis II. **Palladius & Innocentius.** tum nondum assequuti idoneum usum si-  
mus. Jam igitur respondimus dilectis fratri-  
bus nostris in Elæone degentibus, Palladio  
nostro & Innocentio Italo, ad ea quæ nobis  
ab ipsis fuerunt scripta, nos scilicet nihil  
posse Nicænæ fidei adjicere, ne brevissimum  
quidem, excepta Spiritus sancti glorificatio-  
ne, propterea quod majores nostri cursim  
hujus partis meminerint, nondum tunc de  
Spiritu mota quæstione. Quæ autem adte-  
xuntur huic fidei dogmata de Domini Incar-  
natione, ea ut altiora nostra intelligentia,  
neque examinavimus, neque recepimus:  
scientes, ubi simplicitatem fidei semel sustu-  
lerimus, nullum jam sermonum finem nos  
esse inventuros, contradictione nos semper  
ulterius abripiente; ac simpliciorum ani-  
mas conturbaturos, novis rebus introdu-  
cendis.

3. Quod autem attinet ad ecclesiam An-  
tiochenam, illam dico, quæ in eadem do-  
ctrina consentit, largiatur aliquando Do-  
minus ut eam videamus conjunctam. Peri-  
culum enim est, ne ipsa maxime pateat in-  
fidiis inimici, qui ei succenset, quia illic  
primum Christianorum viguit appellatio.  
Ac scissa quidem est hæresis contra rectam  
doctrinam, scissa etiam & ipsa contra se re-  
cta fides. Nos autem, quia qui prior veri-  
tatem libere defendit, & bonum illud cer-  
tamen Constantio imperante certavit, Me-  
letius est reverendissimus episcopus; & quia  
eum habuit ecclesia mea communicatorem,  
magnopere eum diligens ob sortem illam ac  
invictam dimicationem; idcirco habemus  
illum hætenus, Deo largiente, communi-  
catorem, & certe, si Deus voluerit, habe-  
bimus. Nam & beatissimus papa Athana-  
sius, cum Alexandria venisset, omnino  
optabat, ut sibi cum ipso communio concili-  
aretur; sed malitia consiliariorum in aliud  
tempus dilata eorum conjunctio: quod uti-  
nam non evenisset! Nullius autem ex his  
qui postea introierunt, communionem um-  
quam admisimus: non quod eos judicemus  
indignos, sed quod nihil habeamus, unde  
hunc condemnemus. Atqui multa quidem  
audivimus a fratribus, sed fidem non adhi-

buimus, eo quod coram accusatoribus non  
starent accusati, sicut scriptum est: *Lex non  
fra non judicat hominem, nisi prius cum au-  
dierit & noverit quid faciat.* Quare nondum  
possumus, frater colendissime, litteras ad  
illos dare; neque ad hoc cogi debemus. Il-  
lud autem pacifico tuo animo dignum fue-  
rit, non, unum quidem conjungere, aliud  
vero disjungere; sed ad eam conjunctionem,  
quæ prior existit, ea quæ sunt separata re-  
ducere. Quapropter primum quidem pre-  
care; deinde etiam, quantum in te situm  
erit, exhortare: ut projecta ex animis am-  
bitione, tum ad robur ecclesiæ restituen-  
dum, tum ad comprimendum inimicorum  
furorem inter se reconcilientur. Valde au-  
tem meum illud etiam animum recreavit,  
quod diligentia tua cæteris præclare & accu-  
rate tractatis adjecit, tres necesse esse hypo-  
stases confiteri. Quapropter hoc etiam a te  
fratres Antiocheni edoceantur: profecto au-  
tem jam edocti sunt. Nam sine dubio eorum  
Complexus non esses communionem, nisi ma-  
xime tibi de hoc capite cautum esset.

4. Gens autem Magusæorum (id quod al-  
teris mihi litteris indicare gravatus non es)  
frequens est apud nos, per omnes fere agros  
sparla, coloniis huc jam pridem Babylone  
adductis. Hi utuntur moribus peculiaribus:  
nulla ipsis cum reliquis hominibus societas,  
nec fieri ullo modo potest, ut cum illis sermo  
habeatur; siquidem diaboli facti sunt præ-  
da, ut illius inserviant voluntati. Nam nec  
libri apud illos, nec dogmatum magistri,  
sed moribus insulsis instituuntur: filius a pa-  
tre impietatem excipientes. Jam vero præ-  
ter hæc quæ conspiciuntur ab omnibus, ani-  
malium eadem averfantur ut inquinamen-  
tum, alienis manibus animalia ad suos usus  
necessaria mactantes: nuptiis infantiunt ille-  
gitimis, ac ignem Deum esse arbitrantur:  
& si quod aliud institutum ejusmodi. Cæte-  
rum magorum ab Abrahamo genealogias  
nemo hætenus nobis narravit: sed Zarnuam  
quemdam generis sui auctorem esse ferunt.  
Quapropter nihil amplius habeo, quod de  
his dignitati tuæ scribam.

Diffensiones  
ecclesiæ  
Antioche-  
næ.

Cum Mele-  
tio semper  
communi-  
cavit eccle-  
sia Cæsa-  
riensis.

Athanasius.

Aliss  
CLX XXIV.

## EPISTOLA CCLIX.

*Dolet Basilius quod pacem conciliare non potuerit, sed tamen nemini succenset. Non pe-  
nit ut se crebro invisant Palladius & Innocentius, sed ut pro se precantur.*

PALLADIO & Innocentio monachis,

Anno 377.

Quantum ego vos diligam, conjicere  
debetis ex vestro in me amore. Et pa-  
cis quidem semper optavi conciliator esse,  
sed, re infecta, mœreo; quomodo enim  
non mœrerem? Sed tamen ea causa succen-

Esere nemini possum; quippe cum sciam pa-  
cis bonum jam olim a nobis esse sublatum.  
Quod si in aliis causa residet diffensionis, fa-  
xit Dominus, ut diffidorum auctores con-  
quiescant. Non sane a vobis peto, ut me  
crebro conveniatis. Quare non est cur ea de  
re causam apud me dicatis. Novi enim ho-  
mi-

Pacis bo-  
num jam-  
dudum sub-  
latum.

mines, pauperem amplexos vitam, ac semper suis manibus sibi necessaria comparantes, longo peregrinari tempore a suis ædibus non posse. Sed ubicumque locorum fueritis, nostri mementote: ac pro nobis precamini, ut nos saltem nobiscum ipsi pacem habemus & cum Deo, nulla cogitationibus nostris perturbatione insidente.

Alias  
CCCXVII.

## EPISTOLA CCLX.

Gen. 4. 15. Rogatu Optimi pluribus explicat Basilius illud Scriptura. Omnis qui occiderit Cain, septem vindictas exsolvet; tum etiam Lamechi, ad uxores verba, & Symeonis ad Mariam.

## OPTIMO EPISCOPO.

Anno 377. I. CUM & alias libenter videam optimos pueros, tum quia illorum mores ultra ætatem egregie compositi, tum propter eorum cum tua pierate necessitudinem, ex qua etiam magni aliquid ab eis expectare licet; postquam cum litteris tuis vidi eos ad me venientes, duplicavi in illos amorem. Ubi autem legi epistolam, ac in ea perspexi cum providam animi tui de ecclesiis sollicitudinem, tum legendæ Scripturæ divinæ studium; gratias egi Domino, ac bona precatus sum his qui tales nobis afferebant litteras, imprimis vero ipsi illi, qui nobis soripsit.

2. Quærivisti, celeberrimum illud dictum & apud omnes susdeque versatum, quam solutionem habeat: nempe illud: *Omnis qui occiderit Cain, septem vindictas solvet.* Hæc autem interrogatione, primum quidem te ipsum demonstrasti id quod Paulus præcepit Timotheo accurate servare; (liquet enim te attentum esse lectioni) deinde vero & nos, qui senes sumus & jam emarcuimus & tempore & imbecillitate corporis, & multitudinem afflictionum, quæ plurimæ in nos concitata vitæ nostræ prægravarunt, tamen exsuscitasti, ac fervens spiritu nos frigescentes, tamquam latentia in lustris animalia, ad mediocrem vigilantiam & vitalem operationem revocas. Atque illud quidem dictum & simpliciter sic intelligi potest, & variam accipere explanationem. Simplicior autem & quæ cuilibet possit sua sponte occurrere sententia, hæc est: oportere Cain septemplexem dare poenam peccatorum. Non enim est justis iudicis pares paribus statuere mercedes: sed necesse est ut mali inceptor cumulatus persolvat debita, si modo & ipse melior ex suppliciis futurus sit, & alios meliores facturum exemplo. Quoniam igitur statutum est, ut septemplexem Cain adimpleat peccatorum poenam, dissolvit, inquit, id quod divino iudicio de eo decretum est, qui eum occidet. Hæc est sententia sua sponte ex prima lectione nobis occurrens.

3. Sed quia solet profunda scrutari hominum laboris amantium animus, quærit quomodo iustitia in septemplexi adimpleatur, &

quid sint hæc *ἐκδικήματα*, utrum peccata septem, an unum peccatum, & septem pro uno supplicia. Semper quidem Scriptura remissionem peccatorum numero septenario definit: *Quoties, inquit, peccabit in me frater, & remissam illi?* (Petrus est qui hæc Domino dicit) *Num usque septies?* Deinde responsum Domini: *Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies.* Non enim ad alium numerum transivit Dominus, sed septenarium multiplicans, in illo modum constituit remissionis. Post septem annos Hebræus liberabatur a servitute. Septem hebdomades annorum celeberrimum jubilæum olim efficiebant, quo sabbatum terra servabat, debita rescindebantur, servi in libertatem asserebantur, ac veluti novum de integro constituebatur ævum, veteri per septenarium numerum quodam modo finem accipiente. Hæc autem figuræ erant hujus sæculi, quod per septem dies revolutum præterit; in quo mediocrium peccatorum poenæ solvuntur, secundum benignam divini nostri Domini providentiam, ut ne infinito sæculo tradamur ad supplicium. Illud igitur *septies*, propter hujus mundi amorem dictum est, eo quod mundi amatores ex his debeant maxime puniri, quorum causa improbi esse voluerunt. Quæ autem dicuntur *ἐκδικήματα*, sive admissa a Cain peccata intelligas, invenies septem: sive poenas illa iudice constitutas, ne sic quidem a sententiâ aberrabis. In his igitur quæ Cain perpetravit, primum peccatum, invidia ob prælatum Abelem: secundum, dolus, quo alloquutus est fratrem, dicens, *transeamus in campum.* Tertium, cædes, mali accessio: quartum, etiam fratris cædes, intentior iniquitas. Quintum, quod primus homicida Cain, malum exemplum sæculo relinquens: sextum, quod parentibus luctum incussit. Septimum, quod Deo mentitus est: interrogatus enim, *Ubi Abel frater tuus?* dixit, *Nescio.* Septem igitur *ἐκδικήματα* dissolvebantur in Caini nece. Cum enim dixisset ei Dominus: *Maledicta terra, quæ aperuit os suum accipere sanguinem fratris tui.* Et, *gemens & tremens eris super terram:* dixit Cain: *Si ejicis me hodie de terra, & a facie tua abscondar, & ero gemens & tremens super*

Septenarius numerus quid valeat in scripturis.

Matth. 18. 21.

Deut. 15. 12.

Lev. 25. 10.

Septem Caini peccata.

Gen. 4. 8.

v. 9.

Gen. 3. 17. Gen. 4. 11.

Gen. 4. 12.

v. 14.

Classis II.  
v. 15.

*super terram; & omnis qui invenerit me, occidet me.* Ad hoc autem dixit Dominus: *Non sic: qui occiderit Cain, septem vindictas exsolvet.* Quoniam enim credidit Cain se facile a quolibet captum iri, eo quod securitatem super terram non haberet (maledicta enim terra propter illum) & a Dei auxilio desertus esset, qui ei iratus erat ob cædem; ut neque e terra, neque e coelo relicta illi ope: *Erit, inquit, omnis qui invenerit me, occidet me.* Arguens illius errorem Scriptura dicit, *Non sic*, id est, non occideris. Lucrum enim mors est his qui puniuntur, solutionem afferens ex molestiis. Sed produceris in vita, ut pro meritis peccatorum rependantur tibi supplicia. Quoniam igitur illud ἐξδικούμενον duplici sensu intelligitur, nempe peccatum, cui vindicta infligitur, & modus supplicii, per quod vindicta; videamus an septem suppliciorum modi inflicti fuerint ei, qui male fecerat.

Septem Caini supplicia.

4. Septem quidem peccata Caini superior enumeravit oratio. Nunc autem quærimus an septena sint, quæ ipsi ad supplicium inferuntur; ac sic differimus. Interrogavit Dominus: *Ubi est Abel frater tuus?* Quod quidem non discere volens, sed pœnitentiæ illi occasionem præbens, benignus Dominus quæsit, ut demonstrant ipsa verba. Postquam enim negavit ille, cito arguit, dicens: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me.* Quare illud, *Ubi est Abel frater tuus?* occasionem ei dabat perferendi peccati; non Deo cognitionem afferebat. Nam si caruisset inspectione Dei, prætextum habuisset, ut derelictus, nec ullo instructus præsidio ad pœnitentiam. Nunc autem apparuit ei medicus, ut ad eum ægrotus confugiat. Ille autem non modo abscondit ulcus, sed aliud insuper efficit, cædi mendacium adjungens, *Nescio. Num custos fratris mei sum ego?* Inde jam enumerata supplicia: *Maledicta terra propter te. Unum supplicium. Operaberis terram.* Aliud supplicium. Necessitas enim arcana quædam imposita illi erat, ad opus agriculturæ urgens, ita ut ne volenti quidem liceret requiescere, sed semper cruciaretur cum inimica sua terra, quam maledictam ipse sibi fecerat, polluens eam fraterno sanguine. *Operaberis ergo terram.* Grave supplicium cum iis, qui odio habent, degere, comitem habere hostem, implacabilem inimicum. *Operaberis terram,* hoc est, intentus ad opera agriculturæ, nullum tempus remittes, nec nocte nec die solutus a laboribus, sed domino quodam acerbo molestiorem habens arcanam necessitatem, ad opera incitantem. *Et non adjicies dare virtutem suam.* Atque etiam si illud non intermissum opus, aliquem habuisset fructum; ipse labor, non mediocris fuisset cruciatus semper intento & laboranti.

Gen. 4. 9.

Gen. 3. 17.

Gen. 4. 12.

v. 12.

A Sed quia: & opus non intermissum, & infructuosæ circa terram ærumnæ; (non enim dabat virtutem suam) tertium est hoc supplicium, inutilitas laborum. *Gemens & tremens eris super terram.* Duo alia tribus adjecit: gemitum continuum, & tremorem corporis, virium firmitate membris destitutis. Nam quia male usus fuerat viribus corporis, subtractum illi robur, ita ut titubaret & quateretur, nec panem facile posset ori admove-re, aut potum sumere, cum improba manus post nefarium scelus, ne propriis quidem & necessariis corporis usibus jam ministrare sineretur. Aliud est supplicium, quod ipse patescit Cain, dicens, *Si ejicis me nunc de terra, & a facie tua abscondar.* Quid est illud, *si ejicis me de terra?* Id est, si me excludis ab utilitate quæ ex ea percipitur. Non enim transferebatur in alium locum, sed excludebatur ab illius bonis. *Et a facie tua abscondar.* Gravissimum hoc supplicium cordatis viris, separari a Deo. *Et erit, inquit, omnis qui invenerit me, occidet me.* Conjecturam facit ex præcedentibus consentaneam. Si de terra ejicior, si a facie tua abscondar, relinquatur ut a quolibet occidat. Quid igitur Dominus? Non sic. Sed posuit signum super ipsum. Septimum hoc supplicium, ut ne abscondatur quidem pœna; sed manifesto signo omnibus prædicetur hunc esse nefandorum scelerum inventorem: Est enim, si quis recte ratiocinetur, gravissima pœnarum opprobrium, quod quidem & in judicio futurum didicimus, quia alii resurgent in vitam æternam, & alii in opprobrium & dedecus sempiternum.

v. 14.

Gravissima Pœna a Deo separari.

v. 15.

Dan. 12. 2.

D 5. Sequitur hanc quæstionem alia similis; quod a Lamech uxoris dictum est. *Occidi virum in vulnus mihi & adolescentulum in livorem mihi: quoniam septies vindictam est de Cain: de Lamech autem septuagies septies.* Existimant nonnulli a Lamech occisum esse Cain, quasi is usque ad hanc ætatem vixerit, ut longiores persolveret pœnas. Sed id verum non est. Duas enim illum cædes patrasse perspicitur ex his, quæ ipse narrat. *Virum occidi & adolescentulum: virum in vulnus & adolescentulum in livorem.* Aliud igitur vulnus, & aliud livor: ac aliud vir, & aliud adolescentulus. *De Cain vindictam est septies, de Lamech septuagies septies.* Æquum est ut quadringenta & nonaginta subeam supplicia; si justum Dei judicium de Cain, ut septem ille persolveret pœnas. Ille enim, quemadmodum ab alio non didicit occidere, ita non vidit pœnas subeuntem homicidam. Ego autem ante oculos habens eum qui gemebat & tremebat, & magnitudinem iræ Dei, sapiens non factus sum exemplo. Unde æquum est ut quadringenta & nonaginta luam supplicia. Quidam au-

Lamech verba ad uxores. Gen. 4. 23.

Lamech duas cædes perpetravit.

autem in ejusmodi sententiam delati sunt, quæ non abhorret ab ecclesiastico dogmate. Scilicet a Cain usque ad diluvium septem præterierunt generationes, & inflictum est universæ terræ supplicium, eo quod late diffusa esset iniquitas. Peccatum autem Lamechi non indiget diluvio ad curandum, sed ipso illo qui tollit peccatum mundi. Enumera igitur ab Adam usque ad adventum Christi generationes; & invenies secundum Lucæ genealogiam in septuagesima & septima generatione natum esse Dominum. Atque hæc quidem pro viribus investigata sunt, multis, quæ investigari poterant, prætermittis, ne ultra epistolæ modum sermonem producamus. Sufficiunt autem prudentiæ tuæ vel exigua semina: *Da enim, inquit, sapienti occasionem & sapientior erit. Et Sermonem accipiens sapiens laudabit illum, & adjiciet super illum.*

6. Symeonis autem ad Mariam verba nihil habent, quod aut varium sit aut profundum. *Benedixit enim illis Symeon, & dixit ad Mariam matrem ejus: Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum in Israel, & in signum, cui contradicetur. Tuam autem ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.* In quibus illud miratus sum, quomodo præcedentia, ut clara, prætermittens, de hoc uno quæsieris, *Tuam autem ipsius animam pertransibit gladius.* Ac mihi quidem non minus videtur difficile, quomodo idem in ruinam positus sit & in resurrectionem, & quid sit signum cui contradicetur, quam illud tertium, quomodo Mariæ animam pertransibit gladius.

7. Existimo igitur in ruinam & resurrectionem esse Dominum, non quod alii cadant, & alii resurgant, sed quod vitium in nobis cadat, & virtus resurgat. Eversor est enim corporearum libidinum Domini adventus, & excitator animæ proprietatum. Velut cum ait Paulus: *Cum enim infirmor, tunc potens sum: idem infirmatur & potens est, sed infirmatur quidem carne, potens est autem spiritu.* Ita & Dominus nequam aliis quidem cadendi causas præbet, aliis vero resurgendi. Nam qui cadunt, ex statu, in quo aliquando erant, cadunt. Liquet autem numquam stare infidelem, ut qui semper humi repat cum serpente quem affectatur. Non habet igitur unde cadat, jam præcipitatus infidelitate. Quare primum beneficium est, ut qui stat in peccato,

Acadat & moriatur, deinde vivat justitiæ & resurgat, utrumque fide in Christum nobis largiente. Cadant pejora, ut locum habeant meliora resurgendi. Nisi cadat fornicatio, temperantia non resurget. Nisi id quod a ratione alienum est; conteratur, id quod rationale est in nobis, non florebit. Sic igitur in ruinam & resurrectionem multorum.

8. *In signum autem cui contradicetur.* Proprie signum novimus in Scriptura crucem appellari. *Posuit enim, inquit, Moses serpentem super signum, id est, super crucem.* Vel signum est inopinatæ cujusdam & obscuræ rei indicium: ac videtur quidem a simplicioribus, intelligitur autem ab his qui mente sunt perspicaces. Quoniam igitur non cessant digladiari de Incarnatione Domini: alii quidem eum corpus assumisse, alii vero incorporeum illius adventum fuisse decernentes: alii passibile corpus habuisse, alii specie quadam corpoream dispensationem adimplevisse: alii terrestre, alii cœlesti corpus: alii eum ab æterno præexistisse, alii ex Maria initium accepisse: propterea *in signum cui contradicetur.*

9. Gladium autem dicit, sermonem tentandi vim habentem, & discernendi cogitationes, pertingentem usque ad divisionem animæ & spiritus, artuum quoque & medullarum. Quoniam igitur omnis anima passionis tempore cuidam veluti dubitationi subiecta fuit, secundum Domini vocem dicentis; *Omnes scandalizabimini in me;* vaticinatur Symeon & de ipsa Maria, adstante cruci, & vidente quæ gerebantur, & voces audiente; post Gabrielis testimonium, post Darcanam divinæ conceptionis cognitionem; post plurima exhibita miracula, erit, inquit, quædam & circa animam tuam fluctuatio. Oportebat enim Dominum pro omnibus gustare mortem, ac propitiationem mundi factum; omnes justificare in suo sanguine. Et te igitur ipsam, quæ cœlitus didicisti quæ ad Dominum spectant, tanget quædam dubitatio. Hoc designat gladius. *Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.* Significat, post scandalum, quod in Christi cruce contigit, discipulis ac ipsi Mariæ celerem quædam medicinam ad futuram a Domino, quæ ipsorum corda confirmaret in illius fide. Sic enim videmus & Petrum, postquam scandalum passus est, firmiter fidem in Christum retinuisse. Quod igitur humanum erat, imbecillum esse probatum est, ut potentia Domini demonstraretur.

Classis II.

Signum proprie appellatur Crux.

Num. 21.8.

Diffensiones de Incarnatione.

Heb. 4. 12.

Matth. 26. 31.

Minus æqua Basilii opinio de sancta Dei genitrice.

Luc. 2. 35.

Joh. 1. 29.

Prov. 9. 9.

Eccli. 21. 18.

Luc. 2. 34.

Quo sensu Christus in ruinam & resurrectionem.

2. Cor. 12. 10.

Classis II.

Alias  
LXV.

## E P I S T O L A CCLXI.

*Cum scripserent Basilio Sozopolitani nonnullos carna cœlestem Christo affingere & affectus humanos in ipsam divinitatem conferre; breviter hunc errorem refellit; ac demonstrat nihil nobis prodesse passiones Christi, si non eandem ac nos carnem habuit. Quod spectat ad affectus humanos, probat naturales a Christo assumptos fuisse, vitiosos vero nequaquam.*

## SOZOPOLITANIS,

Circa ann.  
377.

I. Egi litteras vestras, fratres perquam reverendi, quas de rebus vestris scripistis. Atque equidem quod nos sollicitudinum socios adhibuistis ad rerum vobis necessariorum ac studio dignarum curam, Domino egimus gratias: sed ingemimus, ubi audivimus præter turbas, quas Ariani in ecclesiis excitarunt, ac confusionem, quam in fidei doctrinam induxerunt, adhuc & aliam quamdam novitatem, quæ in plurimum moerorem, ut mihi scripistis, conjicit fraternitatem, vobis abortam esse, ab hominibus nova & auribus fidelium inaudita, veluti ex Scripturæ doctrina introducendis. Scripistis enim nonnullos apud vos esse, qui dissolvant salutarem dispensationem Domini nostri Jesu Christi, quantum in ipsis est, ac evertant magni mysterii gratiam, taciti quidem a sæculis, sed declarati suis temporibus, cum Dominus, qui jam omnia ad generis humani medelam attinentia percurrebat, post omnia suum nobis largitus est adventum. Juvit enim suam ipsius creaturam, primum quidem per Patriarchas, quorum vitæ, ut exempla ac regulæ, volentibus sanctorum sequi vestigia, simili- que ac illi studio ad honorum perfectionem pervenire, propositæ fuerunt. Deinde legem in auxilium dedit, per angelos eam ordinans in manu Moïsi: tum prophetas, qui salutem futuram prænuntiarent, judices, reges, justos, qui in manu occulta ederent virtutes. Post hos omnes in extremis diebus ipse manifestatus est in carne, factus ex muliere, factus sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.

1. Tim. 3.  
16.

Gal. 3. 19.

Gal. 4. 4.

Passiones  
Christi no-  
bis non  
profuissent,  
si aliam ac  
nos carnem  
habuisset.

2. Itaque si Domini in carne adventus non fuit, non dedit redemptor pro nobis pretium mortis, nec per seipsum mortis regnum resequit. Si enim aliud esset, quod mortis imperio subiectum erat, aliud quod assumptum a Domino; non desisset mors ea quæ sua sunt, operari, nec lucrum nostrum factæ fuissent deiferæ carnis passiones: non interemisset peccatum in carne: non in Christo vivificati fuisset, qui eramus in Adamo mortui: non resartum fuisset, quod collapsum erat: non instauratum, quod confectum: non conjunctum Deo, quod serpentis fraude fuerat abalienatum. Hæc enim

omnia tolluntur ab iis, qui Dominum dicunt cœlestem corpus habentem advenisse. Quid autem opus sancta Virgine, si non ex Adami massa assumenda erat caro Deifera? At quis ita audax, ut jamdiu silentio sopitum Valentini dogma, nunc rursus verbis sophisticis Scripturarumque scilicet testimonio renovet? Non enim recens est impium illud de apparentia dogma, sed jam olim ab insulso initium habuit Valentino, qui paucas Apostoli dictiones divellens, impium sibi ipse commentum struxit, formam dicens Bervi, & non ipsum servum assumptum fuisse, & in similitudine Dominum factum esse pronuntians, sed non ipsum hominem ab eo fuisse assumptum. His cognata videntur isti effusire, quibus quidem lugere convenit, novas inter vos turbas inducentibus?

Sopitum  
Valentini  
dogma re-  
novatur.

3. Quod autem dicunt affectus humanos in ipsam divinitatem transire, eorum est, qui in suis cogitationibus nullum ordinem servant, neque norunt alios esse carnis affectus, alios carnis animatæ, alios animæ corpore utentis. Est igitur carnis proprium, Secari, imminui, & dissolvi: & rursus carnis animatæ, fatigari, dolere, efusire, sitire, & somno opprimi: animæ vero corpore utentis proprii sunt moerores, & anxietates, & curæ, & reliqua ejusmodi. Quorum alia quidem naturalia sunt, & animali necessaria: alia vero ex prava voluntate, propter vitam male institutam, nec virtute informatam, superinducta. Unde liquet Dominum naturales quidem affectus suscepisse, ad confirmationem veræ, nec phantasticæ Incarnationis, vitiosos vero affectus, qui nostræ vitæ puritatem coinquinant, ut intaminata divinitate indignos rejecisse. Eam ob causam dictum est, factum eum fuisse in similitudine carnis peccati; non utique in similitudine carnis, ut his videretur, sed in similitudine carnis peccati. Quare carnem nostram una cum naturalibus ipsius affectibus assumpsit, peccatum vero non fecit. Sed quemadmodum mors, quæ in carne per Adamum ad nos transmissa, absorpta fuit a divinitate: sic & peccatum assumptum a justitia quæ in Christo Jesu est: ut in resurrectione resumamus carnem, nec obnoxiam morti, neque subiectam peccato. Hæc sunt, fratres, Ecclesiæ mysteria, hæc patrum traditiones. Obtestor hominem omnem, qui Dominum timeret, Deique judicium expectat,

Naturales  
affectus  
suscepit  
Christus,  
vitiosos  
vero ne-  
quaquam,  
Rom. 8. 3.1. Pet. 2. 23.  
Rom. 5.

stat, ut ne variis doctrinis abripiatur. Si quis aliter docet, nec accedit ad sanos fidei sermones, sed Spiritus oracula rejiciens, propriam doctrinam potiore habet evangelicis documentis; talem vitate. Utinam autem Dominus largiatur, ut etiam aliquando in unum conveniamus, ut quæ no-

strum sermonem effugerunt, ea coram con-  
gredientes suppleamus. Nam vobis pauca  
ex multis scripsimus, modum epistolæ ex-  
cedere nolentes, tum etiam quia persua-  
sum habemus, iis qui Dominum timent,  
satis esse vel brevem admonitionem.

Classis II.

Alias  
CCCXLIV.

## E P I S T O L A C C L X I I .

*Cum ad Basilium Urbicius non sine aliqua timiditate & excusatione scripsisset; jubet cum Basilius hanc timiditatem ejicere, rogatque ut sæpe ad se scribat, & quinam in sua ecclesia sani sint in fide nuntiet. Audierat enim nonnullos ex his, qui cum Urbicio erant, Deum in carnem conversum fingere. Horum errorem breviter refellit, Urbiciumque hortatur, ut ecclesiastica emendatione hæc impietas non careat.*

## URBICIO MONACHO.

Circa an-  
num 377.Quilibet  
homo par  
aliis secun-  
dum natu-  
ram.

I. **R**ecte fecisti, quod ad me scripseris: ostendisti enim fructum non exiguum caritatis, idque velim frequenter facias. Nec putes tibi opus esse excusatione, cum ad me scripseris. Nam me ipse novi, & scio quemlibet hominem omnibus parem esse honore secundum naturam: præstantiam autem in nobis, non ex genere, neque ex pecuniarum copia, neque ex corporis constitutione, sed ex excellentiori timoris Dei gradu proficisci. Proinde quid impedit quominus Dominum magis metuens, major me in hoc ipso sis? Scribe igitur nobis assidue, ac significa quid rerum agat fratrum qui tecum sunt conventus, & quinam in vestra ecclesia sani sint; ut sciam quibus scribendum sit, & in quibus acquiescendum. Sed quia audio nonnullos esse, qui rectam de Incarnatione Domini doctrinam perversis opinionibus depravent; adhortor eos per tuam caritatem, ut abstineant absurda illa opinione, quam quidam tenere nobis nuntiantur, Deum ipsum in carnem conversum fuisse, nec assumisse Adami massam, per sanctam Mariam, sed ipsum in sua ipsius divinitate in materialem naturam fuisse transmutatum.

2. Absurdum illud commentum confuta-

bre omnino facile. Sed quia sua sponte evidentiam habet blasphemia, arbitror Dominum timenti satis esse, vel solam admonitionem. Si enim conversus, etiam mutatus. Absit autem ut id aut dicamus, aut cogitemus; cum Deus dicat: *Ego sum, & non minor*. Deinde, quomodo ad nos transit Incarnationis fructus, si non corpus nostrum divinitati conjunctum, mortis dominatum superavit? Si enim conversus est, proprium constituit corpus, quod videlicet, densata in ipso deitate, substitit. Quomodo autem incomprehensibilis divinitas parvi corporis mole circumscripta est, si nempe conversa est tota Unigeniti natura? Verum hoc neminem arbitror, modo mente præditus sit, Deique timorem habeat, morbo laborare. Sed quia venit ad me rumor, nonnullos ex iis, qui cum tua caritate versantur, hac infirmitate mentis teneri; necesse esse duxi, ut salutatione nuda non uterer, sed meæ epistola aliquid tale contineret, quod posset etiam animas Dominum timentium ædificare. Adhortor igitur, ut hæc ecclesiastica emendatione non careant, & vos ab hæreticorum communione sejungatis: scientes indifferentia his in rebus nostram in Christo libertatem tolli.

Nullus Incarnationis fructus, si corpus Christi a nostro dissimile.

Alias  
LXXIV.

## E P I S T O L A C C L X I I I .

*Gratias agunt Orientales Occidentalibus, quod magnum succurrendi Orienti studium significaverint. Rogant ut hoc beneficium impendant vel invisendo vel saltem scribendo: eorum enim sententiam eo majoris futuram ponderis, quo magis alieni sunt a simultatis suspitione. Rerum autem perturbationem non tam Arianis attribuunt, quam iis qui sub pelle ovis latentes grassantur, nempe Eustathio & Apolinario. Primi inconstantia in fide describitur; alterius varii errores recensentur. Accusatur etiam Paulinus quod Marcelli sectatores recipiat. Rogantur occidentales, ut decernant recipiendos esse eos qui ab errore discedent, obstinatos autem excommunicandos.*

## OCCIDENTALIBUS.

Anno 377.

I. **D**ominus Deus noster, in quem speravimus, tantam cuique vestrum gratiam largiatur, ut ad propositam spem  
S. Basili Opera. Tom. III,

E perveniatis, quanto ipsi gaudio corda nostra implevistis, tum ex litteris, quas nobis per optatissimos compresbyteros scripsistis, tum ex commiseratione, quam ærumnis nostris impendistis, ut induti viscera misericordiæ,  
Ee 2 quem-

**Chas II.** quemadmodum prædicti viri nobis annuntiaverunt. Et si enim vulnera nostra eadem permanent, aliquod tamen solatium est, paratos habere medicos, qui possint, si tempus nanciscantur, celerem afferre nostris doloribus medelam. Quapropter rursus etiam vos per dilectos & salutamus, & adhortamur, ut si Dominus quidem facultatem vobis dederit ad nos proficiscendi, ne pigremini nos invisere, Maximum enim mandatum est infirmorum visitatio. Quod si bonus Deus ac sapiens vitæ nostræ moderator, hoc beneficium in aliud tempus reservat; saltem nobis scribite quæcumque a vobis scribi decet ad solamen afflictorum & erectorem confractorum. Jam enim multæ contritiones Ecclesiæ extiterunt, nobisque magna ex eis afflictio; nec aliunde expectatio ulla auxilii, nisi Dominus per vos, a quibus sincere colitur, miserit medelam.

Maximum  
mandatum  
infirmorum  
visitatio.

Ariani dum a corpore Ecclesiæ abscissi.

2. Audax quidem illa ac impudens Ariatorum hæresis palam abscissa a corpore Ecclesiæ, manet in suo ipsius errore, nobisque non multum nocet, quia omnibus aperta ipsorum impietas. Qui autem pellem ovinam induiti sunt, ac speciem blandam præ se ferunt ac lenem, intus vero dilapiant crudeliter Christi gregem, & propterea quod ex nobis exortiant, facile perniciem inferunt simplicioribus, hi sunt, qui molestiam exhibent, ac ægre vitari possunt. Hos rogamus ut vestra diligentia omnibus Orientis ecclesiis denuntiet, ut aut rectam viam ingressi, sincere verentur nobiscum; aut si in sua permaneant perversitate, damnum intra se solos contineant, nec possint ex incauta communione morbum suum cum proximis communicare. Neesse est autem horum nominatim meminisse, ut & ipsi cognoscatis eos qui turbas apud nos movent, eosque nostris ecclesiis manifestos facite. Nam sermo nolter suspectus est pluribus, quasi forte ob privatas quasdam similitudines exili & jejuno in illos animo simus. Vos vero quanto ab illis longius degitis, tanto majorem apud populos habetis auctoritatem, præterquam quod Dei etiam gratia vos adjuvat ad succurrendum iis qui vexantur. Quod si etiam consordi animo plures simul eadem decerneris, perspicuum est multitudinem decernentium omnibus persuasuram, ut decretum citra controversiam suscipiant.

Eustathius  
Sebastenus.

3. Est itaque unus ex iis, qui nobis multum exhibent molestiæ, Eustathius ex Sebastia in minore Armenia, qui olim edoctus ab Ario, & cum is floreret Alexandriae pravas in Unigenitum construens blasphemias, eum sequutus, atque inter germanissimos illius discipulos numeratus, posteaquam rediit in patriam, beatissimo Cæsareæ episcopo Hermogeni, ipsum ob pravam doctrinam con-

demnanti, confessionem sanæ fidei obtulit. Atque ita ab ipso ordinatus, post illius dormitionem, statim ad Eusebium Constantinopolitanum occurrit, qui & ipse nemini concedebat in impio Arii dogmate tuendo. Deinde hinc ob aliquas causas, quæcumque illæ sint, expulsus, cum ad suos populares venisset, iterum sese purgavit, impiam quidem occultans sententiam; in verbis autem recti aliquid & accurati præ se ferens. Episcopatum forte adeptus, illico comperitur anathematismum consubstantialis scripsisse in Ancyrana synodo, quæ ab ipsis habebatur. Hinc autem cum Seleuciam venisset; ea gessit cum suæ sententiæ consortibus quæ omnes norunt. Constantinopoli autem iterum assensus est iis quæ ab hæreticis proposita fuerunt. Atque ita ex episcopatu ejectus, propterea quod antea Melitinæ depositus esset; hanc sibi restitutionis viam invenit, ut ad vos se conferret. Quænam autem ei proposita fuerint a beatissimo episcopo Liberio; & quibusnam assensus sit, ignoramus, nisi quod epistolam attulit, quæ eum restituebat, eaque ostensa concilio Tyanensi in suum locum restitutus est. Hic nunc depopulatur fidem illam, ob quam susceptus est, atque una cum iis est, qui consubstantiale anathematizant, seque ducem præbet hæresis. Pneumatomachorum. Quoniam igitur istinc evenit illi facultas lædendi ecclesias, ac data a vobis fiducia utitur ad subversionem multorum, necesse est istinc quoque venire & emendationem, ac per litteras ecclesiis significari, quibusnam conditionibus susceptus sit, & quomodo nunc immutatus irritum faciat beneficium sibi concessum a patribus qui tunc erant.

4. Secundus post ipsum est Apolinarius, non parum & ipse ecclesias contristans. Cum enim scribendi facilitate lingua ei ad omne argumentum prompta sit, replevit scriptis suis orbem terrarum, contempta objurgatione illius, qui dicit: *Cave facere libros multos*: Eccle. 12. 12. ita quoque profecto in multitudine peccata multa sunt. Quomodo enim possit in multiloquio peccatum vitari? Illius igitur de theologia disputationes, non petitis e Scriptura probationibus; sed humanis argumentis nituntur. Sunt autem illi & de resurrectione elucubrationes fabulose scriptæ, vel potius judaice: in quibus ait nos rursus ad legalem reversuros cultum, rursusque circumcisum iri, & sabbata observaturos, atque abstenturos a cibis, & victimas oblaturos Deo, & adoraturos Jerosolymis in templo, ac omnino Judæos ex Christianis futuros; quibus quidnam magis ridiculum esse possit, aut ab evangelico dogmate magis alienam? Deinde ea etiam quæ de Incarnatione tradidit, tantam intulerunt fratribus perturbationem,

Apolinarius.

Eccle. 12. 12.

Prov. 10. 19.



nem, ut jam pauci ex iis qui legerunt, priscam pietatis formam conservent : contra, plerique novitatibus intenti, ad quaestiones & ad pertinaces inutilium horum verborum investigationes deflexerint,

Paulinus.

5. Paulinus autem utrum aliquid & circa ordinationem reprehensionem obnoxium habeat, ipsi dixeritis. Nos sane mœrore afficit, quod in Marcelli dogmata propendet, ac illius sectatores sine discrimine ad suam communionem admittit. Scitis enim, fratres maxime colendi, spem nostram omnem everti Marcelli dogmate, quod neque Filium in propria hypostasi confitetur, sed prolatum esse, & rursus reversum ad eum, ex quo processerat : neque Paraclitum hypostasim propriam habere concedit. Quare non aberraverit, qui a Christianismo penitus alienam hæresim pronuntiet, ac Judaismum

corruptum illam appellet. A vobis ut horum curam suscipiatis efflagitamus. Suscipietis autem, si omnibus Orientis ecclesiis scribere non gravemini, eos qui hæc depravant, si corrigantur, admittendos ad communionem : sin autem pertinaciter novitatibus adhærescere voluerint, ab ecclesiis abscindendos. Atque id quidem factum a nobis oportuisse, ut una cum vestra prudentia sedentes, communi deliberatione de his ageremus, ne ipsi quidem ignoramus. Sed quoniam tempus non permittit, & dilatio exitiosa est, illato ab ipsis damno radices agente; necessario hos fratres misimus, ut & quæcumque litterarum documenta effugerunt, hæc per se ipsi edocentes, pietatem vestram incitent ad expetiturum Dei ecclesiis ferendum auxilium.

Classis II.

Alias  
CCXXXVI.

E P I S T O L A CCLXIV.

*Barsam Basilius oblata occasione Domini & sociorum ejus salutem & hortatur ut oret pro Ecclesia, cui quidem sperat Basilius pacem datum iri, nisi appropinquet defectio.*

*BARSÆ Edessæ episcopo auxilianti.*

Circa an-  
num 377.

Vere religiosissimo omnique reverentia & honore digno episcopo Barsæ Basilius in Domino salutem. Cum proficisceretur germanissimus frater Dominus ad tuam pietatem, libenter occasionem scribendi excepimus, teque per illum salutamus, Deum sanctum precantes, ut tamdiu custodiamur in hac vita, donec digni habeamur, qui te videamus, ac donis, quæ in te sunt, perfruamur. Tantum precare, obsecro, ut Dominus non tradat nos in perpetuum inimicis crucis Christi, sed custodiat ecclesias suas usque ad tempus pacis, quam novit ipse justus iudex, quando sit redditurus. Reddet enim, nec nos

perpetuo deseret. Sed quemadmodum Israelitis annos septuaginta præstituit pro peccatis ad captivitatis poenam; ita forte & nos omnipotens per statum aliquod tempus traditos aliquando revocabit, ac in pristinam pacem restituet; nisi forte appropinquat defectio, & quæ nunc sunt, exordia sunt ingressus Antichristi. Quod quidem si ita sit, precare ut aut ærumnas auferat, aut nos inter ærumnas invictos bonus ille custodiat. Omnem illum cœtum, qui pietatis tuæ consuetudine dignus habitus est, per te salutamus. Pietatem tuam omnes, qui nobiscum sunt, salutant. Valens ac lætus in Domino, & pro me orans, Ecclesiæ Dei serveris, Sancti gratia.

Pacem sperat Basilius, nisi forte appropinquet defectio.

Jerem. 25.  
12.

Alias  
CCXCVI.

E P I S T O L A CCLXV.

*Basilius gratias agit Deo, quod iis apud quos exulant confessores, auxilia ad salutem prouiderit: seque perspecto illorum fidei studio adductum esse ait, ut diaconum Elpidium cum litteris ad eos mitteret. Laudat eos quod damnauerint Apolinarium, cuius & nefarias molitiones, & impios de Trinitate, de Incarnatione & promissionibus errores recenset. Sed queritur quod Marcelli discipuli a confessoribus recepti fuerint sine Occidentalium & aliarum ecclesiarum consensu. Scire cupit quibus conditionibus recepti fuerint.*

*EULOGIO, Alexandro & Harpoerati  
Ægypti episcopis exulibus.*

Anno 377.

1. Magnam in omnibus reperimus boni Dei erga suas ecclesias providentiam; ita ut quæ molesta esse videntur, nec omnino ex sententia occurrunt, ea etiam ad multorum utilitatem dispensentur in occultissima Dei sapientia, & indeprehensis illius justitiæ iudiciis. Ecce enim & dilectio-

nem vestram ex Ægypti locis excitans Dominus, in media Palæstina constituit ad exemplum antiqui Israel, quem captivum in Assyriorum terram abducens, exstinxit illic simulacrorum cultum per sanctorum adventum. Itaque & nunc ita factum invenimus, cum reputamus Dominum, dum vestrum pro pietate certamen in medio proponit, vobis quidem exilio stadium aperuisse beatorum certaminum; iis vero, quibus

ve-

Classis II.  
Confessio-  
rum exi-  
lium pro-  
deit iis  
apud quos  
exulant.

Elpidius  
diaconus.

Apolinarius  
damnatus  
a confesso-  
ribus.

Psalm. 54. 13.

Apolina-  
rius schif-  
mata ex-  
citat.

Sabellii  
impietatem  
renovat.

vestrum illud eximium propositum ante A  
oculos versatur, manifesta ad salutem lar-  
gitum esse exempla. Cum igitur Dei gratia  
didicerimus vestrum rectæ fidei studium, di-  
dicerimus & sollicitudinem erga fratres, vos-  
que non perfunctorie aut negligenter quæ ad  
communem utilitatem spectant & ad salu-  
tem necessaria sunt, exhibere, sed si quid ad  
ecclesiarum ædificationem conducatur, liben-  
ter suscipere; æquum esse putavimus, ut in  
bonæ vestræ partis veniremus communio-  
nem, nosque per epistolam cum vestra pie-  
tate jungeremus. Quapropter misimus  
etiam desideratissimum filium nostrum El-  
pidium condiaconum, qui & epistolam perfe-  
ret, & per se ipse potest nuntiare vobis, quæ-  
cumque litterarum effugerint documenta.

2. Illud autem me maxime impulit, ut  
vobiscum conjungi cuperem, quod vestrum  
rectæ doctrinæ studium ad meas aures perve-  
nit: quippe cum nec librorum multitudine,  
nec sophismatum varietate emota sit cordis  
vestri firmitas: sed eos agnoveritis, qui con-  
tra dogmata apostolica novitatem inducunt,  
nec silentio continere damnum ab illis illa-  
tum potueritis. Nam revera magnum repe-  
rimus dolorem in omnibus Domini pacem  
cordi habentibus, ex omnigenis Apolinarii  
Laodicensi novitatibus: qui eo magis nos af-  
flicto, quod ex nobis ab initio esse videba-  
tur. Aliquid enim ab hoste manifesto pati;  
etiam si id sit molestissimum, res est tamen  
quodammodo tolerabilis patienti, sicut scri-  
ptum est: *Si inimicus probris me affecisset, su-  
stinuisssem utique.* Sed ab unanimi & necessa-  
rio aliquid accipere detrimenti, id omnino  
ad ferendum difficile, nec ullam habens con-  
solationem. Quem enim expectaveramus  
socium nobis in defensione veritatis futu-  
rum, eum nunc invenimus in multis obstan-  
tem his qui salvantur, dum illorum abducit  
mentem, & avellit a rectis dogmatibus.  
Quid enim in actionibus ab eo non calide &  
audacter perpetratum? Quid in sermonibus  
non juveniliter & periculose excogitatum?

Nonne ecclesia omnis inter se divisa est, præ-  
sertim ex quo in gubernatas ab orthodoxis  
ecclesias immisit qui scindant, & illegitimos  
conventus proprios sibi vindicent? Nonne  
ridetur magnum pietatis mysterium, epi-  
scopis sine populo ac clero obambulantibus,  
ac nomen nudum circumferentibus, nec  
quidquam ad promovendum pacis & salutis  
Evangelium facientibus? Nonne illius de  
Deo sermones pleni sunt impiis dogmatibus,  
antiqua insulsi Sabellii impietate nunc ab eo  
in scriptis renovata? Nam si quæ circumfe-  
runt Sebasteni, ficta non sunt ab inimicis,  
sed vere ipsius scripta sunt; nullum impieta-  
tis superandæ locum reliquit, eundem di-  
cens Patrem & Filium & Spiritum, & alias

quasdam tenebricosas impietates, quas nos  
ne auribus quidem admisimus, quippe cum  
prece mur ut nullam partem cum iis qui sic  
loquuntur, habeamus. Nonne doctrinam  
confundit Incarnationis? Nonne dubia mul-  
tis facta est salutifera Domini nostri dispen-  
satio ex lutulentis & tenebricosis illius de In-  
carnatione quæstionibus? Quæ omnia ut  
colligantur & arguendi causa exponantur,  
longo tempore & sermone opus est. Promis-  
sionum autem doctrinam quis sic obliteravit  
ac delevit, ut illius fabulosæ nugæ? Qui  
quidem beatam spem repositam his, qui se-  
cundum Christi Evangelium vixerint, ita  
exiliter & demisse ausus est interpretari, ut  
ad fabulas aniles & Judaica commenta defle-  
stat. Denuo pollicetur templi instauratio-  
nem & cultus legalis observationem: ponti-  
ficem typicum, post verum pontificem: vi-  
ctimas pro peccatis, post agnum Dei qui  
peccatum mundi tollit: baptismata varia,  
post unicum baptisma, & juvenæ cineres,  
quibus aspergatur Ecclesia, quæ ob fidem in

Christum non habet maculam nec rugam  
nec quidquam ejusmodi: lepræ expurgatio-  
nem post resurrectionis statum perpeffio-  
nis expertem: Zelotypiæ oblationem, ubi  
neque matrimonium contrahunt, neque  
connubio junguntur; panes propositionis,  
post panem illum qui de cælo descendit: lu-  
cernas ardentes, post verum lumen. Et in  
summa, si mandatorum lex in dogmatibus  
abolita est, palam est tunc Christi dogmata  
in præceptis legalibus antiquatum iri. Ob  
hæc pudor & verecundia vultus nostros ope-  
ruit, & tristitia vehemens corda nostra op-  
plevit. Quapropter adhortor vos tamquam  
medicos peritos, & scientes in lenitate eru-  
dire eos qui adversantur, ut illum conemi-  
ni ad rectum Ecclesiæ ordinem reducere,  
eique persuadere, ut commentationum sua-  
rum loquacitatem contemnat; etenim con-  
firmavit verba Proverbii: *Non est in multo  
sermone peccatum effugere,* eique fortiter re-  
ctæ fidei dogmata proponatis, ut illius emen-  
datio manifesta fiat, ac fratribus innotescat  
illius poenitentia.

3. Nec abs re fuerit de Marcelli discipu-  
lis pietatem vestram commonere, ut nihil  
inconsiderate, nihil facile de illis statuatis.  
Sed cum ob impia dogmata exierit ille ex  
Ecclesia; necesse est illius sectatores anathe-  
matizata illa hæresi, sic ad communionem  
admitti; ut qui nobis conjuncti per vos fue-  
rint, ab omni recipiantur fraternitate. Nunc  
enim pluribus non mediocris dolor inflictus,  
ubi audierunt eos ad vestram præstantiam  
accedentes, & admissos esse a vobis, & com-  
munionis ecclesiasticæ factos esse participes.  
Ac vos quidem par erat intelligere. Dei  
gratia nec in Oriente solos vos esse, sed &  
inul-

Incarna-  
tionem  
evertit.

Promissa  
evangelica  
ad fabulas  
judaicas  
detorquet.

Joh. 1. 29.

Ephef. 5. 27.

Prov. 10.  
19.

Marcellus  
ex Ecclesia  
exiit.

Tonus ab  
Occidentibus  
libus mis-  
sus.

Savendum  
ne alii ab-  
cedant,  
dum alii re-  
deunt.

multos habere communicatores, patrum illorum, qui Nicææ piæ fidei dogma exposuerunt, rectæ fidei defensores; & in Occidente omnes vobiscum ac nobiscum consentire: quorum fidei tomum acceptum apud nos custodimus, & sanam ipsorum doctrinam sequimur. Decebat igitur, omnibus qui in eadem ac vos communionem sunt, satisfacere, ut res gestæ magis firmentur ex multorum consensu, nec pax scindatur, aliis abscedentibus dum alii admittuntur. Sic igitur decebat consilium a vobis graviter ac leniter iniri de rebus ad omnes orbis terrarum ecclesias spectantibus. Non enim qui cito aliquid decernit, laudandus est: sed qui firma & immobili norma omnia constituit, adeo ut examinata subsequenti tempore sententia probatior & spectatior fiat, is Deo & hominibus acceptus est, ut qui sermones

A suos disponat in iudicio. His verbis, quantum per litteras colloqui mihi licuit, pietatem vestram compellavi. Faxit autem Dominus, ut nos mutuo aliquando in unum conveniamus: ut omnia ad ecclesiarum Dei concinnitatem vobiscum constituentes, vobiscum recipiamus mercedem præparatam a iusto iudice fidelibus prudentibusque dispensatoribus. Nunc interim dignemini ad me propositiones mittere, quibus assentientes Marcelli discipulos recepistis; haud illud ignorantes, etiamsi omnino id quod in vobis situm est, factum tectumque præstetis, non tamen vos rem tanti momenti vobismetipsis attribuere solis debere; sed oportere, ut & Occidentales, & qui in Oriente sunt communicatores, restitutioni eorum consentiant.

Classis II.  
Pfal. 111. 5.

Alias  
CCCXXI.

## E P I S T O L A C C L X V I .

*Fateretur Basilius minus recte a se factum, quod non scripserit ad Petrum de iis quæ egerant confessores; ceterum ita assuetum se esse iis, quæ non solum ab Arianis, sed etiam ab unanimibus suis molesta sibi accidunt, ut ejusmodi rebus nec commotus fuerit, nec nuntians Petro duxerit. Sed tamen se ad confessores scripsisse, eosque hortatum esse, ut mali remedium ab iis exspectent, quibus hæc curare convenit. Laudat hæc in re constantiam Petri & studium canonum: seque ait eodem studio adductum fuisse, ut nihil hætenus Galatis responderet, quia Petri iudicium exspectabat; sed tamen eos sperat ad Ecclesiam ita adductum iri, ut ipsi ad Catholicos, non ad eos Catholici accessisse videantur. Dolet quod Dorotheus Petrum minus leniter alloquutus fuerit; sed indigne factum esse demonstrat, ut Meletius & Eusebius inter hæreticos coram Damaso & Petro numerarentur. Præterita oblivioni tradenda censet; plurimi enim interesse, ut nunc maxime pax servetur.*

PETRO EPISCOPO ALEXANDRIÆ. C

Anno 377.

I. **R**ecte me reprehendisti, & ut decebat fratrem spiritualem, dilectionem veram a Domino edoctum, quod non de omnibus quæ hic geruntur, sive parvis sive magnis, certiore facimus. Nam & tibi convenit nostra curare, & nobis ad quam caritatem de rebus nostris referte. Sed noveris, frater nobis colendissime atque desideratissime, continuas illas ærummas, vehementemque illum tumultum, quo nunc exagitantur ecclesiæ, id efficere, ut nihil ex his quæ fiunt, novum nobis videatur. Quemadmodum enim ii, quorum aures in officinis ærariis obtunduntur, ad sonos audiendos exercitati sunt: ita nos assiduitate absurdorum nuntiorum assuefacti jam sumus, ut animum imperturbatum habeamus & interritum ad casus inopinatos. Quæ quidem ab Arianis jam pridem in ecclesiis struuntur, etsi multa & magna, & per totum divulgata terrarum orbem; sunt tamen nobis tolerabilia, eo quod a manifestis inimicis ac veritatis doctrinæ hostibus fiant: quos quidem, cum consueta non faciunt, tunc miramur, minime vero, cum magni ali-

Basilius in-  
territus ad  
quoslibet  
casus.

quid aut temerarii contra pietatem moliantur. Sed moerorem nobis ac perturbationem afferunt, quæ ab unanimibus & idem sentientibus fiunt. Attamen & hæc ipsa, propterea quod multa sunt, ac frequenter incidunt in nostras aures, ne inexpectata quidem videntur. Quamobrem nec commoti sumus ob ea quæ nuper præter ordinem gesta sunt, nec aures tuas obtudimus; partim quidem cum sciremus famam sua sponte res gestas perlaturam, partim exspectantes, dum alii has molestias nuntiarent: postremo desiderum esse non iudicantes, ut ob talia indignaremur, quasi contemptos nos esse ægre feremus. His tamen qui hæc fecerunt scripsimus quæ conveniebant, adhortantes eos, quia dissensio aliqua inter fratres, qui illic sunt, intercesserat, ut a caritate quidem non discedant, ab iis qui autem ecclesiastico jure erratis mederi possunt, exspectent emendationem. Quod cum præstiteris præclaro ac convenienti consilio, laudavi te, ac Domino egi gratias, quod aliquæ veteris disciplinæ reliquiæ apud te servantur, nec Ecclesia suum ipsius robur in nostra persecutione amiserit. Non enim nobiscum persecutionem passi sunt & canones. Itaque sæpe a Galatis

Petrus di-  
sciplinæ &  
canonum  
defensor.

**Classis II.** latis importune rogatus, nondum illis potui respondere, vestrum exspectans iudicium. Et nunc si Deus dederit, nobisque patientem aurem præbeant, speramus nos populum ad Ecclesiam adducturos, ita ut non ipsis nobis exprobreretur nos ad Marcellianos accessisse, sed illi membra corporis Ecclesiæ Christi fiant: & malum dedecus, quod ex hæresi aspersum est, nostra suscipiendi ratione deleatur, nec nobis opprobrium inuratur, ut ad illos translatis.

Marcelliani sic recipiendi, ut ad eos Catholici non videantur accessisse.

Videtur sibi Basilius nulla in re prosperos habere successus.

2. Nos autem in tristitiam coniecit frater Dorothæus, quod, ut ipse scripsisti, non omnia leniter & mansuete dixerit dignitati tuæ. Atque id equidem temporum attribuo difficultati. Videor enim mihi nulla in re ob mea peccata prosperos habere successus: si quidem fratrum optimi non comperiuntur lenes, neque ad obeunda munera idonei, eo quod ex mea sententia non omnia peragunt. Is reversus mihi narravit quos coram Damaso episcopo reverendissimo cum tua præstantia sermones habuisset: ac dolorem mihi affererat cum diceret numeratos in Arianis fuisse religiosissimos fratres comministros

nostros Meletium & Eusebium. Quorum rectam doctrinam etiam si nihil aliud commendaret, saltem illatum ab Arianis bellum non exile rectæ fidei indicium apud æquos rerum æstimatores haberet. Tuam autem pietatem conjungere cum illis ad caritatem debet ipsa etiam ærumnarum pro Christo toleratarum societas. Persuasum autem sit tibi, vir certe reverendissime, nullum rectæ doctrinæ verbum esse, quod ab his viris cum omni libertate non fuerit prædicatum, Deo teste & audientibus nobis. Qui profecto ne ad horam quidem admissemus eorum communionem, si illos in fide claudicantes deprehendissemus. Sed, si videbitur, omittamus præterita, futuris autem initium aliquod demus pacificum. Nam nobis invicem indigemus omnes secundum membrorum societatem, & maxime præsentis tempore, quo Orientis ecclesiæ ad nos respiciunt, ac nostra quidem illis concordia roboris & firmitatis erit occasio; sed si nos sentiant mutua aliqua suspicione laborare, resolventur ac manus remittent, quominus

Meletius & Eusebius inter Arianos Romæ numerati.

E P I S T O L A C C L X V I I .

Alias CCCXXXVII.

*Basilium gravi corporis infirmitate, quominus Barsan invasat, & ecclesiarum cura detentus desiderio suo per litteras satisfacit, eumque rogat ut pro se & pro Ecclesia oret; jam se ad eum scripsisse declarat, & quædam mittit munuscula.*

*BARSÆ episcopo Edessæ exulanti.*

Scripta videtur anno 377. excun-  
t. au. 378.  
incunse.

Basilium  
gravis infirmitas & ecclesiarum cura detinet.

Cupit videre pacem ecclesiarum.

**E**quidem pro mea in tuam pietatem animi affectione exoptarem coram adesse, & veram tuam dilectionem per me ipse amplecti, ac Dominum glorificare, qui in te magnificatus est, ac venerandam tuam senectutem omnibus Dominum in terrarum orbe timentibus illustrem ac conspicuam præstitit. Sed quia & gravis corporis infirmitas me afficit, & ecclesiarum cura non enarrabilis mihi incumbit, nec in mea situm est potestate, ut quo velim proficiscar, & congregiar quibuscum cupio; per litteras lenio meum bonis, quæ in te sunt, perfruendi desiderium ac eximiam tuam pietatem adhortor, ut pro me ac Ecclesia preceris, ut Dominus det nobis sine offensione decurrere reliquos dies aut horas peregrinationis nostræ, ac præstet etiam, ut videamus pacem ecclesiarum ipsius, & tum de reliquis tuis comministris ac commilitonibus audiamus ea

quæ precamur, tum de teipso, quæ die ac nocte populi tibi subditi efflagitant a Domino justitiæ. Scito autem me non sæpe quidem scripsisse, nec quoties par fuerat, sed tamen scripsisse ad tuam pietatem. Ac forte non potuerunt servare salutationes meas, qui ministerium litterarum susceperant fratres. Sed nunc cum copia sit mihi quorundam nostris ad tuam præstantiam proficiscentium; & litteras eis commisi libenter, & nisi nonnulla, quæ dignare a mea humilitate suscipere sine fastidio, ac mihi exemplo Isaac patriarchæ benedicere. Quod si quid etiam, ut occupati, animumque curarum multitudine obrutum habentes, decori negleximus; mihi ne imputaveris, neque afficiaris tristitia: sed tuam in omnibus perfectionem imitare: ut & nos virtute tua perfruamur, quemadmodum & reliqui omnes. Sanus, in Domino lætus, ac pro me orans, concedaris mihi & Dei Ecclesiæ.

Gen. 27. 27.

E P I S T O L A C C L X V I I I .

Alias IX.

*Eusebio mirabiliter servato gratulatur, ejusque reditum sperat ecclesiarum precibus concessum iri. De rebus illius ex Libanio Diacono edoctus, cætera scire avet, aut citius, aut saltem per Paulum presbyterum, cum redibit. Nihil ei in manus tradere ausus est; eo quod via latronibus & desertioribus plena sint. Exercitus adventu nuntiato sperat modicam tranquillitatem; tumque mittet aliquem e suis ad Eusebium.*

*EUSEBIO EXULI.*

Annus 378.

**D**ocuit nostra etiam ætate Dominus, sanctos suos a se non desereri, dum ma-

gna & potenti manu sua vitam sanctitatis tuæ protexit. Fere enim simile id ducimus, ac in ventre ceti illæsum permanere sanctum,

Am, & in vehemēti flamma citra damnum versari homines Dominum timentes; quandoquidem pietatem tuam bello undique, ut audio, vos circumstante, incolumem servavit. Et utinam servet omnipotens Deus nobis, si vixerimus, peroptandum spectaculum, aut saltem aliis, qui tuum redituum perinde expectant ut suam ipsorum salutem. Nam futurum mihi persuadeo, ut ecclesiarum lacrymis & gemitibus, quos tua causa omnes effundunt, attentus misericors Deus incolumem te custodiat, donec annuat iis, qui eum noctu ac interdum precantur. Equidem quæ usque ad dilecti fratris nostri Libanii condiaconi adventum contra vos acta sunt, satis ex ipso transeunte edocti sumus; quæ vero ab illo tempore

contigerunt, discere cupimus. Majora enim interjecto tempore & graviora audimus mala istice evenisse: quæ quidem, si fieri possit, etiam citius, sin minus, saltem per religiosissimum fratrem Paulum compresbyterum, cum revertetur, discamus ita esse, ut precamur, nempe vitam tuam incolumem & illæsam custodiri. Quoniam autem audivimus cunctas prædonibus ac desertoribus refertas esse vias, veriti sumus quidquam in fratris manus tradere, ne ei etiam mortis causa simus. Quod si dederit Dominus modicam tranquillitatem (siquidem exercitus audimus adventum) curabimus & nostrorum aliquem mittere, qui vos invisat, & singula quæ ad vos spectant, nobis nuntiet.

Class II.

Paulus presbyter.

Vim latronibus &amp; desertoribus plena.

Exercitus expectatio.

Sperat Basilium fore, ut Deus pacem ecclesiarum concedat lacrymis, quas pro Eusebio omnes fundebant.

Libanius condiaconi.

## EPISTOLA CCLXIX.

*Arinthæi mortui uxorem consolatur Basilium, e quo auctor est, ut rerum humanarum conditionis memor, & mariti tum in hac vita splendorem considerans, tum etiam in altera felicitatem ob susceptum uxoris opera & consilio baptismum, & ad promissam patientiæ mercedem respiciens, dolori modum imponat.*

*AD conjugem Arinthæi ducis consolatoria.*

**I.** **C**onsentaneum quidem erat & debitum animi tui statui, ut ipse coram adessem & eorum quæ acciderant particeps fierem. Sic enim & dolorem meum lenissem, & apud tuam dignitatem consolationis officium implevissem. Sed quia non jam fert amplius corpus meum longiores motus, eo redactus sum ut tecum per litteras colloquar, ne omnino videar aliena existimare quæ acciderunt. Quis ergo virum illum gemitu non prosequutus est? Quis adeo corde lapideo, ut ipsius causa ferventes lacrymas non profunderet? Me vero tristitia singulari implevit, tum honores, quos mihi privatim habuit, considerantem, tum commune ecclesiarum Dei patrocinium. Sed tamen mihi in mentem venit illum, cum homo esset ac convenienti in hac vita munere esset perfunctus, congruis temporibus rursus a Deo rerum nostrarum moderatore assumptum fuisse. Quæ quidem ut tua etiam prudentia considerans casum animo æquo ferat hortamur, & quantum fieri potest, ærumnam moderate sustineat. Idoneum quidem & tempus, ut cor tuum leniat, & locum det rationi: sed tamen suspectus mihi est ingens tuus mariti amor, ac tua in omnes benignitas; ne forte mœrori te dedas, ob simplicitatem morum profundam accipiens plagam doloris. Ac semper quidem utilis Scripturarum doctrina, sed maxime ejusmodi temporibus. Memento igitur latæ a Creatore nostro sententiæ, per quam quotquot ex terra orti sumus, in terram revertimur: nec quis-

quam ita magnus, ut dissolutioni non sit obnoxius.

**a.** Admirandus ille vir erat quidem eximius & magnus, & corporis robori parem habens animi virtutem, fateor & ego, nemini sane in utroque secundus; sed tamen homo erat, & mortuus est, ut Adam, ut Abel, ut Noe, ut Abraham, ut Moses, ut alius quisvis, quem ejusdem naturæ participem nominaveris. Non igitur quod is ereptus fuerit indignemur: sed quod ab initio conjuncti cum ipso vixerimus, gratias agamus ei qui conjunxit. Etenim viro orbari, tibi cum aliis mulieribus commune est; sed de tali conjugio non arbitror aliam mulierem æque posse gloriari. Unum enim revera exemplar naturæ humanæ virum illum Conditor noster creaverat, unde omnes in eum conjiciebantur oculi, & lingua omnis res illius prædicabat: pictores autem & statuarii formæ dignitatem assequi non poterant: historici vero, dum res præclare in bello gestas referunt, in fabularum incredibilium incommodum incidunt. Quare ne adduci quidem plerique poterant ut famæ tristem illum nuntium circumferenti crederent, aut omnino mortuum esse Arinthæum faterentur. Sed tamen perpeffus est, quæ & cælo & soli & terræ accident. Abiit splendidum nactus exitum, non senio fractus, claritate nihil imminuta: magnus in præsentī vita, magnus etiam in futura; nec ex præsentī splendore detrimentum ullum passus expectatæ gloriæ: eo quod omnem animæ maculam in ipso vitæ exitu, lavaacro regenerationis repurgaverit. Quorum illi concilia-

Arinthæi laudes.

Scripturarum doctrina semper utilis.

Em. 9. 19.

S. Basilii Oper. Tom. III.

Ff lia-

*Classis II.* liatrix cum fueris & adjutrix, maximum A tudinis cæteris mulieribus; & ita dolori moderare, ut neque illum animo projicias, neque a tristitia absorbearis. In omnibus ad magnam patientiæ mercedem respice, quæ a Domino nostro Jesu-Christo in vitæ a nobis actæ remuneratione promissa est.

*Alias CCXLIV.*

E P I S T O L A CCLXX.

*Presbyterum aliquem Basilius in puniendis raptoribus sequirem objurget: ac sentiat ut puella parentibus restituantur, raptor a precibus ejiciatur, & excommunicatus denuntietur, ejus adjutores per tres annos cum tota sua familia a precibus ejiciantur. Totum etiam pagum, qui raptam receperat, aut custodierat, aut pro ea retinenda pugnaverat, a precibus pariter ejicit.*

SINE INSCRIPTIONE, DE RAPTO. B stantia auferens, restitue parentibus: hunc ipsum autem arce a precibus, eumque excommunicatum denuntia: atque eos etiam, qui cum eo facinus aggressi sunt, secundum canonem jam a nobis vulgatum, tres annos cum totis suis familiis a precibus ejice. Quin & illum ipsum pagum, qui raptam recepit, ac custodivit, aut etiam ad eam retinendam pugnavit, universum a precum societate abscinde: ut discant omnes, tamquam serpentem, tamquam aliam quamvis bestiam, communem hostem existimantes raptorem, cito eum insectari & injuria affectis opitulari.

*Scripta post annum 374.*

**V**alde doleo, quod vos in vetitis rebus nec indignari reperiam, nec intelligere posse in ipsam hominum vitam & in humanum genus scelus esse ac tyrannidem, commissum illum raptum & factam liberis injuriam. Scio enim, si id vobis omnibus esset sententiæ, jamdudum nihil prohibitorum fuisse, quominus mali illius consuetudo ex patria nostra pelleretur. Assume igitur in re præsentis zelum Christiani, & pro scelere merito commovere. Ac puellam quidem, ubicumque inveneris, omni con-

stantia auferens, restitue parentibus: hunc ipsum autem arce a precibus, eumque excommunicatum denuntia: atque eos etiam, qui cum eo facinus aggressi sunt, secundum canonem jam a nobis vulgatum, tres annos cum totis suis familiis a precibus ejice. Quin & illum ipsum pagum, qui raptam recepit, ac custodivit, aut etiam ad eam retinendam pugnavit, universum a precum societate abscinde: ut discant omnes, tamquam serpentem, tamquam aliam quamvis bestiam, communem hostem existimantes raptorem, cito eum insectari & injuria affectis opitulari.

*Alias XI.*

E P I S T O L A CCLXXI.

*Significat Basilius Eusebio, quicum olim & domum & pædagogum & omnia communia habuerat, quantum doloris acceperit, eo in civitate, in quam advenerat, non invento, Interim sese scribendo consolatur, eique Cyriacum, ut presbyterum criminis expertem, secumque conjunctum commendat.*

EUSEBIO sodali commendatitia pro Cyriaco presbytero.

*Scripta in postremis annis S. Basilii.*

**S**tatim & e vestigio post tuum discessum cum in civitatem advenissem, quanta, te non invento, affectus sim tristitia, quid attinet dicere ad virum verbis non indigentem, sed experientia edoctum, ut qui eodem modo affectus sit? Quanti enim mihi fuisset pretii, Eusebium perquam optimum videre & amplecti, ac recordatione ad juventutem iterum redire, & dierum illorum meminisse, in quibus nobis & domus una, & focus unus, & pædagogus idem, & animi relaxatio, & studium, & delicia, & inopia, & omnia inter nos ex æquo erant communia. Quanti me putas æstimaturum fuisse, ut hæc omnia in memoriam per tuum congressum revocarem, & gravi hoc senio abstergo, juvenis iterum ex lene factus viderer? sed his voluptatibus carui. Ut autem per litteras prudentiam tuam viderem, meque ipse quo poteram modo consolarer, id mihi ereptum non est, reverendissimo compresbytero oc-

currente Cyriaco, quem me tibi pudet commendare, eumque tibi proprium per me reddere, ne forte perperam facere videar, ut tibi adducam, quæ tibi propria sunt & eximia. Sed quoniam oportet me & testem esse veritatis, & iis, qui spiritualiter conjuncti sunt, largiri quæ habeo maxima; viri quidem in sacerdotio innocentiam atque integritatem arbitror tibi quoque notam esse ac perspectam, tamen & ego hoc confirmo; cum nullam ei sciam ab iis, qui manus in omnes injiciunt, nec Dominum timent, structam fuisse calumniam. Atque etiam si quid ab eis accidisset, ne sic quidem indignus esset ille vir. Nam Domini hostes graduseorum quos impugnant, magis confirmant, quam de concessa illis a Spiritu gratia quidquam detrahunt. Sed, ut dixi, ne excogitatum quidem fuit aliquid in virum. Itaque illum ut presbyterum calumniæ expertem, nobisque conjunctum, & reverentia omni dignum videre ne graveris, & tibi ipse consulens utiliter, & nobis gratum faciens.

*Cyriacus presbyter.*

*Cyriaco nulla ab iis, qui manus in omnes injiciunt, structa calumnia.*

*Basilio olim omnia cum Eusebio communia. Basilii grave senium.*

EPI.

Alias  
CCCXXX.

## EPISTOLA CCLXXII.

Cum nuntiasset Basilio Actiacus diaconus Sopbronium ipsi succensere, nonnullorum sermonibus deceptum; mirari se significat Basilius, quod adulatoribus aures praeberet Sopbronius; seque declarat, cum multos ab infantia usque ad senectutem dilexerit, nemini plus tribuisse, quam Sopbronio. Quamobrem nihil magis a se alienum esse, quam Hymetium ipsi praeferre, aut in Memnoniano negotio contra ejus voluntatem aut rem venire. Ingenue narrat quid hac in re dixerit. Rogat ut has sibi suspiciones remittat, ac deinceps Basilii erga se amorem calumnia omni poriore ducat.

## SOPHRONIO MAGISTRO.

A negotio? Hæc enim mihi narravit diaconus.

Scripta in  
postremis  
annis S. Ba-  
sili.  
Actiacus  
diaconus.

1. Nuntiavit mihi Actiacus diaconus, nonnullos tibi, ut nobis succenseres perluasisse, calumniam nobis inferentes, ut animo non amico erga tuam affectis gravitatem. Ego autem miratus non sum, si quidam tantum virum affectentur adultores. Solent enim quodammodo magnis potestatibus illiberales ejusmodi cultus adherere, quibus cum desit bonum proprium unde cognoscantur, sese ex alienis malis commendant. Et fere, quemadmodum rubigo pestis est tritici in ipso nata tritico, ita & assentatio se in amicitiam insinuans, pestis est amicitiae. Non igitur, ut dixi, miratus sum si, quemadmodum fuci apiaria, ita isti splendidam tuam ac illustrem domum circumstrepant. Sed illud mihi mirum & omnino inexpectatum visum est, te virum gravitate morum maxime conspicuum, adductum esse, ut utramque illis præberes aurem, & contra me calumniam acciperes: qui cum multos dilexerim a primæ ætate usque ad hoc senium, neminem novi quem in amicitia integritati tuæ prætulerim. Nam etiam si ratio non persuaderet, ut te talem virum adamarem; inita tamen tecum a puero consuetudo satis me tuæ adglutinaret animæ. Quantum autem valeat ad amicitiam consuetudo, haud ignoras. Quod si nihil exhibeo hac voluntate dignum, da veniam meæ imbecillitati. Neque enim ipse opus a me in amicitia specimen exquires: sed voluntatem videlicet optima quæque tibi precantem. Absit enim ut aliquando res tuæ eo usque deprimantur, ut adeo tenuium, qualis ego sum, beneficio egeas.

Assentatio  
pestis ami-  
citiae.

2. Quomodo igitur, ego contra te dicerem quidquam aut facerem in Memnonii

Quomodo familiaritati tuæ Hymetii opes anteposuissem, hominis ita prodige rem suam absumentis? Profecto nihil horum verum est: neque dixi, neque feci quidquam contra te. Illud autem fortasse occasionem dedit mentientibus, quod a me nonnullis tumultuantibus dictum est: Si statuit ille vir ad opus perducere consilium suum, sive tumultuemini, sive non, sient profecto, & loquentibus vobis & tacentibus, nihilominus quæ sibi proponit. Sin autem sententiam mutaverit, cavete deturpetis venerandum amici nostri nomen: neque sub specie studii in patronum vestrum, vobis lucrum per terrores ac minas quas intentatis, comparate. Ad illum autem qui testamenta conscripsit, neque per me neque per alium de hoc negotio magnum minusve quidquam loquutus sum.

Hymetius.

3. Fidem autem his non debes denegare, nisi me omnino desperatum esse putes, ac magnum mendacii peccatum parvi pendere. Sed omnino mihi & de hoc negotio suspicionem remitte, & in posterum calumnia omnino majorem existima meam in te animi affectionem: ac imitare Alexandrum, qui cum epistolam contra medicum ut insidiatorem accepisset, atque hoc ipso tempore medicamentum ad bibendum lumeret, tantum abfuit ut fidem adhiberet calumnianti, ut simul legeret epistolam, & potionem biberet. Nullo enim ex iis, qui amicitia laude spectati sunt, ignobiliorem me esse profiteor, siquidem numquam in amicitia peccasse deprehensus sum, ac præterea a Deo meo mandatum caritatis accepi: cujus tibi sum debitor, non solum ob communem hominum naturam, sed etiam quia privatim te tum in me, tum in patriam beneficium agnosco.

Magnum  
mendacii  
peccatum.Alexandri  
factum me-  
morabile.Basilii ne-  
mini cedit  
in amicitia  
colenda.Alias  
CCXVL

## EPISTOLA CCLXXIII.

Heram commendat homini jam sæpe de se bene merito.

## SINE INSCRIPTIONE, PRO HERA.

Scripta in  
postremis  
annis S.  
Basilii.

CUM omnino persuasum sit mihi me a tua dignitate ita diligi, ut quæ ad me spectant, tua reputes; colendissimum fratrem nostrum Heram, quem non ex quadam consuetudine fratrem appello, sed ex accuratissima, & qua major esse non possit amicitia affectione, summæ tuæ probitati commendo, ac rogo, ut & illum non secus

trem nostrum Heram, quem non ex quadam consuetudine fratrem appello, sed ex accuratissima, & qua major esse non possit amicitia affectione, summæ tuæ probitati commendo, ac rogo, ut & illum non secus

Ff 2 ac

Elasis II. ac necessarium tuum conspicias; eique pro A inter multa, quæ jam de me meritis es, viribus patrociniū impendas, quibus in hoc etiam beneficiū numerare possim. rebus opus ei fuerit tua prudentia; adeo ut

Alias  
CCCCXVI.

## EPISTOLA CCLXXIV.

*Commendat Himerio eundem Heram, quem ab infantia usque ad senectutem amicum habuerat.*

HIMERIO MAGISTRO.

Scripta eodem tempore ac præcedens.

**M**Eam cum fratre colendissimo Hera amicitiā & consuetudinem a puero prorsus incepisse & ad senectutem usque Dei dono perseverasse, nemo est qui melius quam tu perspexerit. Ferme enim & tuæ magnanimitatis amicitiā ab illo tempore nobis Dominus largitus est, ex quo etiam inter nos, eodonnante, cognovimus. Cum igitur ei tuo patrociniū opus sit, adhortor

te ac rogo, ut & veteri nostræ amicitie aliquid tribuens, & ad urgentem nunc necessitatem attentus, ita negotia illius tua facias, ut nullo alio patrociniū egeat: sed omnibus ex sententia confectis, ad nos revertatur; adeo ut inter multa beneficia quæ tu in me contulisti, illud etiam queam numerare, quo majus aliud, aut quod magis mea referat, mihi attribuere ac vendicare non possim.

Alias  
CCXVII.

## EPISTOLA CCLXXV.

*Eidem Heræ patrociniū implorat adversus inimicorum calumnias.*

SINE INSCRIPTIONE, PRO HERA.

Scripta eodem tempore.

**P**Rævertisti preces meas tua erga colendissimum fratrem nostrum Heram animi affectione, ac liberalius cum eo egisti, quam precati fuisset, cum eximiis honoribus quos ei habuisti, tum suscepto illius, quolibet tempore, patrociniū. Sed tamen cum res illius silentio præterire non possim,

eximiam tuam dignitatem rogo, ut & mea causa tuo in virum studio aliquid addas, eumque inimicorum suorum calumniis superiorem in patriam remittas. Non enim nunc est extra invidiæ tela, multis illius vitæ tranquillitatem perturbare conantibus. Quos contra unum habebimus præsidium insuperabile, si tua illum manu protegere volueris.

Alias  
CCCLXV.

## EPISTOLA CCLXXVI.

*Cum filius Harmatii a simulacrorum cultu ad religionem Christianam conversus fuisset, hortatur patrem Basilius, ut filii in iis, quæ ad corpus attinent, obedientia contentus, idem jus sibi in animam non arroget, sed potius illius animi fortitudinem admiretur, quod veri Dei cultum paterno obsequio antiquiorem habuerit.*

HARMATIO MAGNO.

Scripta in postremis annis S. Basilii.

**E**T communis hominum omnium lex communes parentes dedit adolescentibus senes: & nostra Christianorum propria nos seniores in parentum loco talibus constituit. Itaque ne me inutiliter existimes ac citra necessitatem curiosum esse, si deprecatorum me præbeo pro tuo apud te filio. Hujus quidem in cæteris obedientiam a te reposci æquum judicamus. Enimvero obnoxius tibi est, quantum ad corpus attinet, & ex lege naturæ & ex civili illa qua regimur. Animam autem, ut ex diviniorebus acceptam, credere par est alteri subjici oportere, ac debitis longe omnium præstantissimis Deo obstrictam esse. Quoniam igitur

Filii magis obstricti Deo quam parentibus.

D nostrum Christianorum Deum, eumque verum, pluribus vestris diis, & qui per corporea symbola coluntur, anteposuit, non idcirco illi succenteas, sed potius admirare animi fortitudinem, quod timore & obsequio paterno antiquius ei fueris, per veram cognitionem ac vitam virtuti consentaneam conjungi cum Deo. Exorabit quidem te & natura ipsa, & morum lenitas in omnes ac mansuetudo: ut ne tantillum quidem illi succensere in animum inducas. Profecto autem nec meam deprecationem fastidies, vel potius per me adimpletam tuæ civitatis deprecationem: quæ quia te amat, tibi que bona omnia precatur, te ipsum quoque sibi videtur Christianum suscepisse: Tanto illos gaudio perfudit fama subito civitati allata.

Deos Ethnici colunt per corporea symbola.



Alias  
XLII.

## EPISTOLA CCLXXVII.

Classis II.

*Basilii cum audisset ex Theoteco de Maximi virtutibus, gratulatur ei, quod ex illustri genere ad evangelicam vitam translatus fuerit; eique demonstrat unum esse expetendum & laudabile, æternum bonum; cætera autem umbra esse tenuiora & somniis fallaciora.*

**MAXIMO SCHOLASTICO.** A Hoc autem est, in pretio & honore esse apud

Scripta in  
postremis  
annis S. Bas.  
filii.Basilii se-  
nio grava-  
tus.Matth. II.  
29.  
Unum ex-  
petendum  
est, æter-  
num bo-  
num.Alias  
CCCCXXV.

## EPISTOLA CCLXXVIII.

*Cum saepe Valeriani videndi spes Basilium frustrata esset, rogat eum per litteras ut ad se venire non gravetur.*

**VALERIANO.**

Scripta in  
episcopatu.

**T**Uam ego nobilitatem, etiam in Orphanene cum essem, cupiebam videre. Sperabam enim te Corlaganis versantem, libenter ad nos accessurum, si conventum in Attaganis celebrarem. At cum hunc conventum non habuerim, in monte videre te exoptabam. Rursus enim hic Evesus, cum non longe absit, spem con-

gressus augebat. Sed cum neutrum in locum venerim; scribere institui, ut ad me digneris proficisci, cum rem æquam faciens, dum juvenis ad senem accedes: tum per congressum aliquod a me consilium accepturus, propterea quod negotia Cæsareæ cum nonnullis habes, quæ ut componantur, opera mea indigent. Itaque, si molestum non est; ne pigeris ad me venire.

Eloquentia  
auribus te-  
nus gra-  
tiam obti-  
net.Theotec-  
nus.Alias  
CCLXXIV.

## EPISTOLA CCLXXIX.

*Commendat Præfecto civem Tbyanensem.*

**MODESTO PRÆFECTO.**

Scripta in  
episcopatu.

**Q**UAMVIS multi litteras a me ad tuam dignitatem perferant, tamen obnoxium honorem, quem mihi habes, magnanimitati tuæ nullam arbitror molestiam multitudine litterarum exhiberi. Quamobrem libenter huic etiam fratri hanc epistolam tradidi; cum mihi comper-

tum sit & ipsum omnium, quæ in optatis habet, compotem fore, & me apud te inter beneficos numerandum, qui beneficiorum occasiones bonæ tuæ voluntati ministrem. Quam ad rem itaque patrocinio tuo indigeat, ipse tibi exponet, si modo illum benigno digneris aspicere oculo, eique apud præstantissimam tuam potestatem loquendi fiduciam dederis. Ego autem id quod in me situm

*Classis II.* situm est, per litteras declaro, quidquid in A que, ut & ipse de spe non decidat, & ego honore consueto perfruar, & tuum illud bonorum rerum studium etiam in præsentis negotio adimpleatur, precamur illum a te benigne suscipi, & inter tuos maxime necessarios numerari,

*Alias CCLXXV.*

E P I S T O L A CCLXXX.

*Commendat hominem sibi propinquum, quemque in filii loco habebat.*

MODESTO PRÆFACTO.

*Scripta in episcopatu.*

**Q**Uamquam audacia est tanto viro per litteras supplicare, tamen honor quem a te præcepti, timiditatem e meo corde expellit; ac fidenter ad te scribo pro hominibus mihi quidem genere propinquis, sed honore dignis ob morum probitatem. Itaque qui hanc nostram reddit epistolam, mihi loco filii est. Cum ergo sola tua benevolentia

ei opus sit, voti ut compos fiat; litteras meas quas tibi vir memoratus, veluti quoddam supplicantis insigne offert, digneris accipere; eique tempus concedere res suas emendandi, & cum iis qui illum juvare possunt colloquendi, ut, jubente te, cito optata consequatur, ac mihi gloriari liceat, quod Dei dono datus sit mihi patronus, qui meos necessarios, proprios supplices ac perfugas esse ducit,

*Alias CCLXXXVII.*

E P I S T O L A CCLXXXI.

*Rogat ut Helladius Peraquatensis munere liberetur.*

MODESTO PRÆFACTO.

*Scripta in episcopatu.*

**M**emini magni honoris a te delati, cum mihi inter alia fiduciam magnanimitati tuæ scribendi dedisti. Utor igitur dono, ac beneficio humanissimo fruor; cum ipse gaudens, quod cum tanto viro colloquar, tum etiam magnanimitati tuæ occasionem me responsis honestandi ministrans.

**C**um autem jam tuæ clementiæ pro sodali meo Helladio Principali supplicaverim, ut exæquandi curæ liberato laborem in res patriæ nostræ impendere liceat, cumque me benevolo quodam nunc dignatus sis; preces eadem renovo, obtestorque mandatum ad provinciæ rectorem mittas, ut ei hanc molestiam condonet.

*Basilii litteris referrebat præfectus.*

*Alias CCLXXXVI.*

E P I S T O L A CCLXXXII.

*Invitat ad celebritatem martyrum non sine peracusa reprehensione, quod non vocatus queratur, vocatus vero non veniat.*

AD EPISCOPUM.

*Scripta in episcopatu.*

**N**on vocatus quiritaris: vocatus vero non oblequeris. Liqueat autem ex secundis, te in prioribus inani prætextu usum esse. Neque enim venisses, ut credere par est, etiam si vocatus tunc fuisses. Obtempera igitur nunc vocantibus, & ne iterum fias iniquus; eum probe scias crimen

Derimine accedente confirmari, & secunda culpa certior fieri accusationem prioris. Te autem semper adhortor, me ut patienter feras: quod si me non fers patienter; saltem æquum fuerit, ut martyres nequam contemnas, quorum ut memoriis communices advocaris. Fac igitur in primis ab utrisque, si hoc tibi visum non fuerit, saltem a præstantioribus gratiam in eas.

*Secunda culpa certior fit accusatio prioris.*

*Alias CCLXXXIV.*

E P I S T O L A CCLXXXIII.

*Spem affert vidua se illam visurum, alio conventu, post eos quos brevi habiturus erat, indicto, Somnium quoddam illius interpretatur.*

AD VIDUAM.

*Scripta in episcopatu.*

**D**iem quidem conventui idoneum inventuros nos speramus, post eos conventus, quos in montanis locis indicturum sumus. Colloqui autem tempus, præter conventus celebrationem, nullum aliud no-

Ebis apparet, nisi quid præter spem Dominus dispensaverit. Conjecturam autem facere debes ex statu rerum tuarum. Si enim nobilitatem tuam de una domo sollicitam tanta circumstat turba curarum; quantis putas me quotidie negotiis distineri? Tuum autem somnium perfectiore quadam ratio-

ne

ne arbitror id significare, contemplationis A pturis divinis habens; neque me, neque alio  
 animi curam aliquam esse suscipiendam; ac quoquam ad ea quæ decent perspicenda in-  
 oculos illos, quibus Deus conspici potest, digebis, satis munita Spiritus sancti confi-  
 esse sanandos. Cæterum solatium ex Scri- liis, ejusque præsidio, ad ea quæ conducunt.

Oculi, qui-  
 bus Deus  
 conspici po-  
 test, sanan-  
 di.

Alias  
 CCCIV.

EPISTOLA CCLXXXIV.

*Petis ut monachi a tribus sint immunes.*

*AD Censitorem, causa monachorum.*

Scripta in  
 episcopatu.

**E**quidem puto jam normam aliquam  
 constitutam esse apud tuam dignita-  
 tem de iis quæ spectant ad monachos, adeo  
 ut necesse non habeam peculiare beneficium  
 ipsis petere, sed satis sit eis, communi cum  
 omnibus perfrui humanitate. Sed tamen  
 mei officii esse ducens, horum hominum pro-  
 viribus curam gerere, ad eximiam tuam  
 prudentiam litteras mitto, ut qui jam olim  
 sæculo nuntium remiserunt, ac suum ipso-

rum corpus ita mortificarunt, ut neque pe-  
 cuniis, neque corporeo labore quidquam  
 prodesse publicæ rei possint, tribus exi-  
 mantur. Enimvero, si modo secundum pro-  
 fessionem vivant, neque pecunias, neque  
 corpora habent; cum illas videlicet in ege-  
 norum usus profuderint, hæc vero jejunan-  
 do ac precando contriverint. Scio autem fo-  
 re, ut nihil magis reverearis, quam homi-  
 nes ita viventes, tibi que illos adjuutores pa-  
 rare velis, ut qui per evangelicum vivendi  
 genus Dominum placare possint.

Monachi  
 nec pecu-  
 nias habent  
 nec corpo-  
 ra.

Alias  
 CCXXIX.

EPISTOLA CCLXXXV.

*Commendat ecclesiæ possessiones quæ nimis tribus promebantur.*

*SINE inscriptione, ut patrocinium ecclesiæ  
 conciliet.*

Scripta in  
 episcopatu.  
 Oeconomus  
 ecclesiæ.

**Q**UI ecclesiæ curam gerit, cuique pos-  
 sessionum administratio commissa,  
 ipse est, qui hanc tibi tradit epistolam, dile-  
 ctus ille filius. Huic digneris quibus de rebus  
 ad tuam dignitatem referet, tum loquendi

libertatem dare, tum asseveranti aures præ-  
 bere: ut saltem nunc recreare se possit eccle-  
 sia, & ab illa multorum capitum hydra li-  
 berari. Pauperum enim possessio est ejus-  
 modi, ut semper quæramus qui eam susci-  
 piat; eo quod ecclesia suum insuper potius  
 absumat, quam ex possessionibus aliquid per-  
 cipiat emolumentum.

Ecclesiæ  
 suum po-  
 tius absumit,  
 nec possessioni-  
 bus juva-  
 tur.

Alias  
 CCCXXVII.

EPISTOLA CCLXXXVI.

*Significat Basilius fures in ecclesia comprehensos a se judicari debere, ac immerito Com-  
 mentariensem sibi eorum receptionem arrogare.*

*COMMENTARIENSI.*

Scripta in  
 episcopatu.

**C**UM nonnulli in hac ecclesia com-  
 prehensi sint malefici, qui furati sunt  
 contra Domini præceptum vilia pauperum  
 vestimenta, quos induere oportebat magis,  
 quam exuere; cumque ab iis, quibus re-  
 cti in ecclesia ordinis cura incumbit, com-  
 prehensi fuerint, ad te autem existimaveris,  
 ut qui rem publicam geras, ejusmodi persona-  
 rum receptionem pertinere; dedi ad te lit-  
 teras, ut te facerem certiore, quæ in  
 ecclesiis peccantur, ea a nobis, ut par est,  
 emendari debere, nec de his rebus judices  
 esse interpellandos. Quapropter vestes sacri-

De lege surreptas, quas depositum apud te in-  
 ventarium, & in omnium adstantium oculis  
 exscriptum exemplar declarat, recipi præ-  
 cepti, & alias quidem venturis servari, alias  
 vero iis qui aderant tradi, homines vero in  
 disciplina atque admonitione Domini cor-  
 rigi: quos spero in Dei nomine meliores de-  
 inceps me redditurum. Quæ enim tribuna-  
 lium plagæ non efficiunt, ea plerumque novi-  
 mus tremenda Domini judicia perficere.  
 Quod si tibi visum fuerit & de his ad Comi-  
 tem referre; adeo & juri, & viri integritati  
 E confidimus, ut per me tibi liceat facere quod  
 libuerit.

Quæ in ec-  
 clesiis pec-  
 cantur, ab  
 episcopis  
 emendari  
 debent, non  
 a iudicibus.

Alias  
 CCXLV.

EPISTOLA CCLXXXVII.

*Removes a precibus hominem nequissimum cum tota familia.*

*SINE INSCRIPTIONE, CON-  
 TRA ULTORES.*

Scripta in  
 episcopatu.

**D**ifficilimum est cum hoc homine nego-  
 tium. Non enim habemus quid faci-

amus tam verisipelli ingenio atque ut ex re-  
 bus ante oculos positis conjicere est, despe-  
 rato. Nam in iudicium vocatus, non res-  
 pondet; quod si advenerit, tanta ubertate  
 uti-

utitur dicendi ac jurandi, ut præclare nobis. **A** contamini, ac non vobis ipsi persuadetis, cum agi putemus, si cito ab illo discedamus. ut illius toleretis injurias, tamquam iram quamdam divinitus invecam? Sed ne vos Sæpe etiam illum vidi crimina in accusatores peccatorum communicatio contaminet, convertentem. Et in summa, natura nulla est cum omni sua familia a precum consortio & inter ea quæ hanc terram depascunt, tam a reliqua cum sacratis communione separet. versuta tamque ad malitiam flexibilis, quam tur. Forte jam res cavenda effectus, pudore est viri illius, quemadmodum levi facti suffundetur. periculo spectare licet. Quid autem me per-

Alias  
CCXLV.

## E P I S T O L A C C L X X V I I I .

*Nefarium hominem, primum coram uno aut altero, deinde coram Ecclesia frustra reprehensum & a precibus remotum excommunicat Basilius, ac vetat ne quis cum eo misceatur.*

SINE INSCRIPTIONE, CONTRA B *Ecclesiam audierit, sit tibi de cætero ut ethniscus & publicanus; quod ipsum & in isto factum fuit. Semel accusatus est: coram uno & altero convictus fuit, tertio coram ecclesia. Cum igitur eum obtestari fuerimus, nec acquieverit, sit deinceps excommunicatus. Et hoc pago toti nuntietur, eum admittendum non esse ad ullam rerum ad vitam pertinentium societatem: ut ex eo quod cum eo non commisceamur, sit prorsus diaboli pabulum.*

Scripta in  
episcopatu.  
Excommu-  
nicandi,  
quos com-  
munes po-  
ne non  
commendant.

Matth. 18.  
15.

**Q**uos communes pœnæ ad sanam mentem non revocant, nec a precum communione separatio ad pœnitentiam adducit, eos necesse est traditis a Domino canonibus subijcere. Scriptum est enim: *Si frater tuus peccaverit, corripe eum inter te & ipsum: si te non audierit, adsume tecum alium: quod si ne sic quidem, dic Ecclesie: si vero neque*

Alias  
CCXLIX.

## E P I S T O L A C C L X X I X .

*Rationes exponit cur eripere non possit hominem nocentem, qui sacram virginem famoso libello laceraverat, & legibus punitus calumnias de inprobro renovaverat.*

SINE inscriptione, de muliere afflicta, *Celesta affixo decantaret. Ob quæ etiam indignationem aliquam a legibus expertus, iterum rediens maledicta sua renovavit. Rursus referta conviciis meis, forum, gymnasia, theatra ac ædes eorum qui illum ob vitæ similitudinem recipiunt. Nec mihi turpissima convitia attulerunt, ut ex melioribus rebus, ut oportebat, cognosceret, eo quod apud omnes intemperantis animi notis inusta sim. In his, inquit, alii quidem latantur maledictis, propterea quod natura convitiis gaudent homines: alii vero se indignari dicunt, non tamen mecum dolent: aliis persuasum est vera esse convitia; dubitant alii, dum ei toties juranti animum attendunt. Non est autem qui mei commiserescat: sed vere nunc solitudinem sensi, meque ipsa lugeo, non fratrem, non amicum, non cognatum, non servum, non liberum, neminem omnino hominum habens, qui meo dolore moveatur; & ut mihi videtur, solam me hac urbe miseriorem invenio, in qua tam pauci improbos odierunt. Qui quidem illatam his & illis contumeliam non vident in orbem progredi, ac ipsos aliquando apprehensuram. Cum hæc & alia longe adhuc graviora mihi cum innumeris lacrymis exposuisset, abiit ne me quidem a querelis immunem dimittons, quod*

Scripta in  
episcopatu.

Basilio hoc  
puniendi  
genus com-  
petebat, ut  
arceret a  
communio-  
ne:

**E**go par peccatum esse iudicans & impunitos relinquere delinquentes, & modum transgredi plectendo, pœnam quæ mihi competeat, huic viro infixi, arcens eum a communione ecclesiastica; & eos qui læsi sunt hortatus sum, ut se ipsi non ulciscerentur, sed Domino ultionem permitterent. Quare si qua esset utilitas mearum admonitionum; tunc fuisset exauditus, sermone utens ejusmodi qui multo esset ad fidem faciendam aptior, quam litteræ ad flectendum. Sed postquam verba audivi valde gravia; & tunc silui, & nunc decore me non arbitror, de iisdem agere. Ego enim, inquit, virum, liberorumque procreationem & sæculum contemsi, rei unius consequendæ causa, ut Deo probata essem, & bene apud homines audirem. Sed postquam homo a puero in corrumpendis domibus institutus, solita impudentia sese obtrudens in domum meam aliquando irrupit, mihi que cognitus tantum fuit ex simplici colloquio, quæ ignorantia illius morum ac imperito quodam pudore illum aperte verecundabar expellere; eo impietatis ac contumeliæ devenit, ut civitatem totam injuriosis in me sermonibus repletet, meque famoso libello valvis ec-

Libelli fa-  
mosi eccle-  
siae valvis  
affixi.

cum

cum paterno animo dolere cum illa deberem, indifferens essem in tanto malo, & in alienis ærumnis philosopharer. Non enim jubes, ajebat, ut pecuniarum jacturam contemnam, neque ut corporis labores perferam, sed ut lædar in ipsa fama, cujus jactura fit cleri commune damnum. Ad hæc verba quid me illi respondere velis ipse, o admirande, judica; cum apud me statutum habeam, ut nocentes magistratibus non tradere, nec traditos eripere.

Basilii statuerat nec nocentes tradere, nec traditos eripere.  
Alias  
CCCXIII.

## EPISTOLA CXC.

Exponit Nectario quomodo eorum, qui pagis præficiuntur, id est, chorepiscoporum electiones peragi debeant.

## NECTARIO.

Persona multa eveniant iis, qui tuam dignitatem ad continuum mecum per litteras colloquium incitant. Non enim putes consuetudinis causa dici a nobis talia; sed ex vero animi affectu vocem tuam a me maximi fieri. Quid enim mihi carius esse possit Nectario, qui mihi a puero ex dotibus perquam eximiis notus fuit, nunc vero omni virtute ad tantum splendorem pervenit? Quare mihi amicorum omnium amicissimus qui tuas ad me litteras affert. Quod autem attinet ad electionem eorum qui pagis præficiendi sunt, si quid certe aut gratiam apud homines iniens, aut precibus indulgens, aut timori cedens fecero; quidvis potius quam electionem peragam. Non enim dispensator ero, sed caupo humanis amicitiiis Dei donum permutans. Quod si data suffragia ab hominibus dantur, qui ex specie externa testari possunt, quæcumque testantur; illa autem judicia, quinam magis idonei sint, ei qui cordium arcana novit, a nostra humilitate permittuntur; illud sane universis satius fuerit, dicto testimonio, a studio & contentione omni pro iis quibus datum est testimonium, quasi pro necessariis, abstinere: Deum autem precari, ut quod utile fuerit, non lateat. Sic enim non

Scripta in episcopatu.

Basilio Nectarius a teneris annis cognitus.

Non dispensator est, sed caupo, qui Dei donum humanis amicitiiis permutat.

Bjæ homini eventum in utramque partem adscribemus; sed Deo gratias ob ea quæ evenerint referemus. Ac profecto si hæc secundum hominem fiunt, ne fiunt quidem: sed imitatio quidem sunt, a veritate autem absunt longissime. Illud etiam considera ei, qui ut sua ipsius sententia vincat, omni modo contendit, non leve periculum propositum esse, ne peccatorum partem ad nos aliquando trahamus. Enimvero etiam ab iis a quibus id numquam expectasses, multa peccantur ob naturæ humanæ proclivitatem. Deinde vero privatim amicis consilia dantes sæpe optima, etiam si consulentibus nihil videamur dicere quod persuadeat, ægre non ferimus: quibus autem in rebus non hominum voluntas, sed Dei judicium est, nos etiam Dei judiciis non anteponi indignabimur? Itaque si hoc ab hominibus datur, quid opus est a nobis petere? nonne potius par fuerit quem vis hoc ipsum a semetipso accipere? Sin autem a Domino datur, precari decet, non vero indignari. Atque inter precandum nostra ipsorum voluntas exposcenda non est: sed quod utile est permittendum dispensanti Deo. Deus autem sanctus omnem rerum molestarum experientiam a vestra domo arceat, atque tum tibi, tum omnibus tuis necessariis morbi & damni expertem in omni prosperitate vitam impertiat.

Electio que fit secundum hominem, non est electio.

Valde periculofum vincere in electionibus velle.

## EPISTOLA CXCII.

Timotheum chorepiscopum, qui ex summo asceticæ vitæ fervore ad secularia negotia delapsus fuerat, ad pristinam pietatem Basilii revocare conatur.

TIMOTHEO CHOREPISCOPO. E si fas est, amica dicendi æquabilitate. Quomodo Timotheus ille, quem a pueritia ita sese ad rectam & asceticam vitam intendisse novimus, ut immoderationis in his rebus accusaretur; nunc ab ea re unice considerata discedens, quid faciendum sit, ut cum Deo jungamur; respicis ad ea quæ de te nescio quis existimat, & suspensam ex aliorum sententia vitam habes, & quomodo nec amicis

Scripta in episcopatu.

S. Basilii Oper. Tom. III.

Gg inu-

Classis II.

Mundi negotia cum vita aeterna non possunt conciliari.

inutilis sis, nec inimicis ridiculus consideras, ac ignominiam apud multos, ut magnum aliquod malum formidas; nec cogitas te dum in his rebus immoraris, imprudentem precipuum ac primarium vitæ genus negligere. Plenæ enim sunt Scripturæ testimoniis, quibus edocemur non posse simul utraque retineri, mundi hujus negotia & vitam secundum Deum; plena est etiam ipsa natura ejusmodi exemplis, Nam in mentis actione duo simul cogitare omnino non possumus. Atque in iis quæ sensu percipiuntur, duæ voces simul emissæ auribus capi eodem momento & discerni non possunt; idque cum duo nobis ad audiendum meatus aperti sint. Oculi quoque, nisi ambo in una aliqua re visibili defigantur, suum munus accurate obire non queunt. Atque ita est in rebus naturalibus. Jam Scripturarum testimonia tibi referre non minus ridiculum, quam noctuam, ut ajunt, Athenas ferre. Quid igitur miscemus quæ misceri non possunt, tumultus civiles & pietatis exercitationem, ac non potius a tumultibus, & a negotiis gerendis aut alii exhibendis recedentes, nobiscum ipsi versamur; & quod dudum suscepimus pietatis propositum, opere confirmamus, & calumniari volentibus ostendimus fictum in illis non esse, ut molestiam nobis creent, cum voluerint? Hoc autem fiet, ubi nos ab omni ansa liberos exhibuerimus. Et hæc quidem hætenus. Utinam autem & simul aliquando congregiamur, & diligentius deliberemus de iis quæ nostris animabus conducunt, ne inter inanes curas deprehendamus, necessario exitu nobis superveniente. Cæterum iis quæ tua caritas misit, sum valde delectatus: quæ quidem & sua sponte erant jucundissima: at multiplicem fecit voluptatem quod accessit a mittente. Ponti autem munuscula, ceras videlicet & acopa cum misero, libenter suscipe: nunc enim his carebam.

Ponti ceras & acopa.

### III. CLASSIS.

Epistolæ nulla temporis nota signatæ, cum pluribus dubiis & spuris nonnullis.

Alias  
ccclxxxvi.

#### EPISTOLA CCXCII.

*Significat suum videndi Palladii desiderium, cujus uxorem viderat, eumque hortatur ut vestimentum immortalitatis nuper in baptismo acceptum, ab omni macula purum conservet.*

PALLADIO.

Dimidium desiderii nostri Deus sanctus complevit; dum fecit ut ornatissimæ tororis nostræ, conjugis tuæ, fruerer præsentia. Potest autem & quod reliquum est præstare; ut & tuam quoque nobilitatem videns, cumulas Deo gratias agam. Nam desiderio multo incendor, nunc maxime, cum audio te esse honore magno decoratum, immortalis scilicet indumento, quod naturam nostram contegens, mortem carnis abolevit, & quod mortale erat, in immortalitatis vestimento absorptum est. Quoniam igitur te proximum sibi Dominus per gratiam effecit; removitque a peccato om-

In baptismo immortale indumentum accipitur.

ni, & regnum cælorum aperuit, ac vias ad futuram illic beatitudinem deducentes ostendit; adhortor te, virum tanto cæteris prudentia præstantem, ut prudenter beneficium accipias, ac fidelis sis custos thesauri, curâ omni regium depositum conservans; ita ut postquam sigillum integrum ac intactum custodieris, Domino adites refulgens in splendore sanctorum, purum ab omni macula & ruga vestimentum immortalitatis gerens, ac sanctimoniam in omnibus membris retinens, ut Christum indutus. *Qui cumque enim, in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Proinde membra omnia sint sancta; adeo ut digna sint, quæ sancta illa ac splendida veste operiantur.

Qui Gal. 3. 27.

Alias  
CLXVI.

#### EPISTOLA CCXCIII.

*Scire ovet Basilium an Julianus usum manus receperit; multa præclare dicit de firmo & constanti mentis statu. Rogat Julianum ut sæpe ad se scribat.*

JULIANO.

Quomodo tibi hoc interjecto tempore corpus se habuit? omnino manus usum recepisti? Quomodo etiam reliquæ res vitæ? An tibi ex sententia cedunt,

quemadmodum optamus, & uti instituto tuo debitum est? Etenim quibus facile mutabilis sententia, his minime mirum est vitæ ordinem non constare; quibus vero firma mens est, semperque constans & eadem, his con-

consentaneum est vitam instituto congruentem ducere. Nam re ipsa nauclero non licet tranquillitatem facere cum voluerit; sed nobis tranquillam nobis ipsi vitam constituere, etiam omnino facile, si tumultus nobis intus ex vitiis insurgentes compescamus; & his quæ extrinsecus accidunt, altiore animo stabiliamus. Nam nec damna, nec morbi, nec reliqua vitæ incommoda probum virum attingunt, quamdiu animam habuerit in Deo ambulantem, & prospicientem futura, ac procellas terræ excitaras leviter & expedite superantem. Siquidem qui vitæ curis admodum detenti

sunt, veluti carnosæ aves frustra alis instructæ humi serpunt una cum pecoribus. Te vero tantum videre per negotia nobis licuit, quantum qui se in mari invicem prætereunt. Attamen quoniam vel ex ungue licet totum cognoscere leonem; videmur nobis ex modico experimento satis te cognovisse. Unde & hoc magni facimus, res nostras a te in aliquo numero poni, nosque a tua mente non abesse, sed tecum jugiter per memoriam versari. Scribere autem recordationis est significatio; quod quo crebrius feceris, eo nobis gratius facies.

Classis III.  
Homines vitæ curis immersi, aves carnosæ humi reptantes.

Nec damna nec vitæ incommoda probum virum attingunt.

Alias CCX.

EPISTOLA CCXCIV.

*Significat se vehementer optare ut pietas, quam teneris eorum animis olim in se verat, ad summum perveniat. Demonstrat utilitatem doctrinæ libris consignatæ, quæ & absentibus & posteris praeest.*

FESTO ET MAGNO.

Decet quidem & patres filiis providere, & agricolas plantarum & seminum curam suscipere, & magistros de suis discipulis esse sollicitos; maxime cum ob egregiam indolem meliores de se ipsis spes ostendunt. Nam & agricola laboribus gaudet, cum spicæ ipsi turgescunt, ac plantæ crescunt: & discipulis magistri lætantur, & liberis parentes, cum illi quidem virtute, hi vero corporis mole augentur. Nos autem tanto majorem de vobis habemus curam spemque præstantiorem, quanto pietas arte omni & omnibus animantibus simul & fructibus melior est; quam teneris adhuc & puris animabus vestris radicatus insitam a nobis & nutritam, etiam ad perfectum incrementum, maturosque fructus perductam videre cupimus, vestro discendi studio nostra vota adjuvante. Probe enim scitis, & nostram in vos benevolentiam & Dei auxilium in vestris situm esse voluntatibus: qui-

bus ad id quod decet directis, Deus adiutor vocatus aderit & invocatus; & quisquis Deum diligit, sua sponte ad docendum se offeret. Est enim invicta avaritas eorum, qui utile aliquid docere possunt, cum discendum mentes ab omni puræ sunt oblectandi vitio. Itaque ne corporis quidem disjunctio est impedimento; quippe cum Conditor non ob sapientiæ ac benignitatis magnitudinem nec corporibus cogitationem, nec lingua dicendi facultatem circumscripserit; sed & ab ipso tempore amplius quiddam iis, qui prodesse possunt, largitus sit, ita ut non solum longe distitis, sed etiam sero admodum nascituris doctrinam transmittere valeant. Atque hanc nobis sententiam confirmat experientia; quandoquidem & qui multis ante annis vixerunt, erudiunt juniores, conservata in scriptis doctrina: & nos corpore ita distiti, animo semper adsumus, ac facile colloquimur; cum doctrina neque terra neque mari prohibeatur, si qua vobis vestrarum animarum cura ac sollicitudo.

Pietas omni arte præstantior.

Non solum longe distitis sed etiam sero nascituris doctrina transmittitur.

Alias CCXCV.

EPISTOLA CCXCV.

*Hortatur ut cœnobiticam vitam amplectantur, caveantque ne quis eos a patrum fide abducat.*

MONACHIS.

Arbitror equidem nullam aliam vobis Dei gratia opus esse adhortationem, post eos sermones, quos per me ipse apud vos habui, cum vos omnes hortarer, ut vitam communem ad exemplum apostolici instituti amplecteremini; quod & accepistis ut bonum documentum, & de hoc ipso gratias Domino egistis. Cum igitur verba non fuerint quæ a nobis dicta sunt, sed documenta in rem conferenda ad utilitatem vestram, S. Basilii Oper. Tom. III.

qui me differentem pertulistis, & ad consolationem meam, qui id dabam consilii, ac tandem ad gloriam & laudem Christi, cuius nomen super nos invocatum est; hanc ob causam desideratissimum nostrum fratrem misi, ut & quod alacre est cognoscat, & quod pigrum excitet, & quod reluctatur nobis indicet. Nam vehementer cupio tum videre vos coadunatos, tum id de vobis audire, non jam vobis testibus carentem placere vitam, sed id potius omnes amplecti, ut & custodes sitis vestræ inter vos diligentis & testes præ-

Vitæ cœnobiticæ utilitas.

**Classis III.** **clare factorum.** Sic enim unusquisque & pro se ipse mercedem perfectam accipiet & pro fratris progressu; quam quidem par est ut vobis invicem verbo & opere concilietis ex continuis colloquiis & adhortationibus. In primis autem adhortor vos, ut patrum fidei memores sitis, nec ab iis qui vos in vestra solitudine abripere conantur, commoveamini; illud scientes neque accuratam vitam, **A** si fide in Deum illuminata non sit, per se ipsam prodesse; neque rectam confessionem, si bonorum operum sit expers, commendare nos Domino posse; sed necesse esse utrumque concurrere; ut Dei homo integer sit ac perfectus, nec aliqua re deficiente, vita nostra claudicet, Fides enim quæ salvos nos facit, ea est, ut ait Apostolus, *quæ per caritatem operatur.* Nec accurata vita prodest sine recta fide, nec fides sine operibus.

*Alias*  
CCLXXXV.

## E P I S T O L A C C X C V I .

*Excusatione utitur, quod viduæ mulabus diu usus sit; eximia ipsi ejusque filie præcepta tradit.*

## V I D U Æ .

**C**onsiderans tuum in me animum, ac studium erga Dei opus cognitum habens, nuper tecum tamquam cum filia liberius egi, atque diutius mulabus tuis usum: parce quidem tamquam meis utens; sed tamen illarum usum produxi longius. Hæc certe tuæ gravitati scribenda erant, ut scires animi affectus indicium esse quod factum est. Simul autem dignitatem tuam per litteras submonemus, ut Domini memine-

**B**ris, & exitum ex hoc mundo semper ante oculos habens, tuam ipsius vitam dirigas & præpares ad causæ coram judice, qui decipi non potest, defensionem; ut ob bona opera fiduciam habeas coram eo qui nostrorum cordium arcana revelaturus est in die visitationis ejus. Filiam nobilissimam per te salutamus; atque adhortor, ut in meditandis Domini oraculis vitam degat: quo illius animus doctrina optima nutriatur, mensque illius crescat & adolescat magis, quam ipsum corpus, dum a natura augetur. Mors semper ante oculos habenda.

*Alias*  
CCLXXXVI.

## E P I S T O L A C C X C V I I .

*Hortatur ad pietatem, & commendat mulierem, quæ banc epistolam perferebas.*

## V I D U Æ .

**C**um omnino mihi congruere judicarem, tum propter provecctam ætatem, tum propter spiritualis affectus sinceritatem, nulli comparabilem tuam nobilitatem & corpore præsentem invisere, & absenti non deesse, sed litteris id quod deest, supplere: ubi nactus sum idoneam hanc mittam litterarum ad tuam gravitatem perferendarum, per ipsam te saluto, in primis adhortans ad Domini opus, ut te Deus san-

**C**etus, cum honore deducens dies incolatus tui in omni pietate atque gravitate, dignam etiam futuris bonis constituat. Deinde vero & memoratam filiam commendo tibi, ut eam sicut meam quidem filiam, tuam vero sororem suscipias; & quibus de rebus cum præclara tua ac pura anima communicabit, tuas proprias esse existimes, ac opem feras, primum quidem ac præcipue ut a Domino mercedem habens; deinde etiam ut nobis pergratum faciens, qui tibi in Christi visceribus caritatis mensuram adimplemus,

*Alias*  
CCXXXV.

## E P I S T O L A C C X C V I I I .

*Refellit cujusdam hominis dolum, qui aquæ vim quamdam prorsus absurdam inesse persuadebat.*

SINE INSCRIPTIONE, CAUSA Dmonio famam confirmante. Nemo sane est eorum qui illic degunt, qui speratum corporis levamen magnum minulve consequutus fit; nisi quis calu & fortuito nonnihil acceperit levaminis; quale & dormientibus & alia quædam in vita agentibus accidere solet. Sed qui e medio tollit caritatem, is persuadet simplicioribus, ut ea quæ fortuito obveniunt, naturæ aquæ adscribant. Cæterum quæ dico vera esse, potes ex ipsa experientia discere. Diaboli artificium, ut quæ fortuito accidunt, aquæ naturæ adscribantur.

**Q**uod me quidem dignaris in omnibus consiliario & curarum consorte uti, rem tua integritate dignam facis; teque Deus & pro tuo in me amore, & pro vitæ instituendæ diligentia remuneretur. Illud autem miratus sum quod te hujus hominis dolus attingerit, & aquæ vim quamdam absurdam inesse credideris; idque nullo testi-

**D**monio famam confirmante. Nemo sane est eorum qui illic degunt, qui speratum corporis levamen magnum minulve consequutus fit; nisi quis calu & fortuito nonnihil acceperit levaminis; quale & dormientibus & alia quædam in vita agentibus accidere solet. Sed qui e medio tollit caritatem, is persuadet simplicioribus, ut ea quæ fortuito obveniunt, naturæ aquæ adscribant. Cæterum quæ dico vera esse, potes ex ipsa experientia discere.

EPI.



Alias  
CCCLII.

## E P I S T O L A CCXCIX.

Classi III.

*Eximium virum, qui e potentia civili ad tranquillam vitam recesserat, hortatur, ut censitoris munus in regione Iboritarum, spe mercedis a Deo consequendæ, suscipiat.*

## CENSITORI.

Viri probi non libenter magistratus suscipiunt.

Qui vere magistratus sunt, magnos dolores experiuntur.

**S**cienti mihi scripsisti per molestam tibi esse rei publicæ administrationem. Nam antiqua sententia est, virtutis studiosos haud libenter in magistratus sese conjicere. Quæ enim medicorum, ea magistratum quoque propria esse video. Vident enim mala, experiunturque insuavia, & ex aliorum incommodis proprios percipiunt dolores; saltem qui vere magistratus sunt. Nam quicumque aucupantur quæstum, & ad divitias respiciunt, ac gloriam præsentem admirantur, hi maximum bonorum ducunt, potestatem aliquam assequi, unde amicis benefacere possint, & inimicos ulcisci, ac sibi ipsis optata comparare. At tu non talis es. Quomodo enim? qui e potentia civili, eaque tanta, tua sponte recessisti; & cum tibi liceret civi-

Atati, tamquam domui uni, dominari, quietam ac tranquillam amplexus es vitam: nec habere negotia, nec exhibere aliis pluris existimans, quam alii morosos se præstare. Sed cum Domino visum sit Iboritarum regionem cauponibus non subjici, neque mancipiorum foro descriptionem similem esse: sed unumquemque ut æquum est describi; accipe negotium, licet alias molestum, sed tamen quod tibi apud Deum laudem & approbationem conciliare possit. Neque potentiam formides, neque paupertatem contemnas: sed animi æquitatem iis quos reges, trutina omni æquiore exhibe. Sic enim & iis qui tibi hoc muneris crediderint, manifestum fiet tuum justitiæ studium, & te ante alios mirabuntur. Aut etiamsi hoc illos lateat, Deum nostrum non latebit, qui magna nobis proposuit bonorum operum præmia.

Alias  
CCL.

## E P I S T O L A CCC.

*Patrem consolatur filii morte in ipso ætatis flore abrepti afflictum.*

*PATRI Scholastici cujusdam fato functi consolatoria.*

**C**UM in secundo patrum loco nos Dominus constituerit Christianis, puerorum nobis in eum credentium commissa ad pietatem institutione: afflictionem tuam beati tui filii causa ortam, nostram quoque propriam esse judicavimus, ac ingemimus immaturo illius discessu; dolentes maxime tua causa, ac considerantes quantum sit futurum doloris pondus ei, qui natura pater est; cum nobis etiam, qui ex præcepto propinqui sumus, tanta cordis moestitia obvenit. Illius enim causa nihil triste aut pati aut loqui oportebat: sed miserandi sunt, qui spe de eo concepta exciderunt; ac vere multis lacrymis ac gemitibus digni, qui cum filium in ipso ætatis flore ad litterarum studia misissent, longo illo ac tristi silentio contentem receperunt. Sed hæc nos quidem, tamquam homines, statim commoverunt, illacrymatique sumus immodice, ac gemitum emisimus ex medio corde non decorum, cum subito casus, veluti quædam nubes, E rationem nostram occupasset. At ubi ad nos reversi sumus, ac respeximus mentis oculo ad naturam rerum humanarum, veniam quidem a Domino petivimus, quod abrepta mens nostra sic eventum illum sensit; nos ipsos vero monuimus, ut moderate ea

feramus, quæ ex antiqua Dei sententia humanæ naturæ fors existunt. Mortuus est puer vitalem ipsam ætatem agens, clarus in æqualium choris, magistris carus: idoneus qui ex solb congressu vel ferocissimum ad benevolentiam pertraheret; acutus in disciplinis, ingenio mitis, supra ætatem temperatus: & si quis plura dixerit, veritatem tamen dicendo non assequetur: sed tamen homo ex homine genitus. Quid igitur talis pueri patrem cogitare decet? Quid aliud, nisi ut sui ipsius patris recorderetur, qui mortuus est? Quid igitur mirum, ex mortali genitum, mortalis patrem factum esse? Quod autem immature, & priusquam vita satiaretur; priusquam ad ætatis mensuram perveniret, & innotesceret hominibus, ac generis relinqueret successionem: nequaquam hæc doloris accessio, ut mihi ipse persuadeo, sed eventus sunt solatium. Gratiæ agendæ sunt divinæ dispositioni, quod non reliquerit in terra liberos orbos, nec viduam aut ærumnis diuturnis obnoxiam, aut cum altero viro habituram & liberos priores neglecturam. Quod autem vita pueri longius in hoc sæculo producta non fuit; quis adeo inconsideratus, ut id maximum bonorum esse non judicet? Longior enim hic commoratio, malorum plurium occasio est. Non admisit malum, non struxit dolum proximo: non in id necessitatis venit, ut iniquorum

Nihil mirum si genitus ex mortali gignit mortalem.

Longior vita plurium malorum occasio.

Classis III.

rum societati admisceretur : non implicatus est malis forensibus : non sustinuit necessitatem peccandi, non mendacium, non animi ingrati vitium, non avaritiam; non amorem voluptatum, non vitia carnis, quæcumque animis dissolutis innasci solent: nulla macula inustus animo migravit, sed purus abscessit ad sortem meliorem, Non coactum est terra dilectum, sed cœlum suscepit.

A Deus qui res nostras moderatur, qui unicuique temporum terminos præstituit, qui in hanc vitam hunc deduxerat, idem etiam transtulit. Habemus documentum in maximis calamitatibus, celeberrimam illam magni Jobi vocem: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino visum est, ita & factum est. Sit nomen Domini benedictum in sæcula.*

Alias  
CCCXLVI.

## E P I S T O L A CCCI.

*Consolatur morte uxoris afflictum.*

## MAXIMO CONSOLATORIA.

Quomodo affectus fuerim audito casu nulla mihi oratio ad clare exprimendum satis esse possit; cum quidem nunc considerarem illatum piorum communi damnum amissa ordinis sui principe femina; nunc vero quantam in tristitiam delapsa esset gravitatis tuæ serenitas cogitarem: ac domum, cujus fortunas omnes laudabant, in genua prolapsam, & convictum, qui harmonia summa conglutinatus erat, somno citius dissolutum animo intuerer. Quomodo, etiam si essemus adamantini, non inflexi animo fuisset? Mihi vero etiam ex primo congressu necessitudo quædam existit cum tua dignitate; tamque tuæ virtuti favi, ut omni hora laudes tuas in ore haberem. At ubi etiam mihi cum beata illa anima existit familiaritas; mihi vere fuit persuasum, hanc Proverbiarum sententiam in vobis fuisse confirmatam, mulierem videlicet viro a Deo aptari. Adeo moribus congruebatis inter vos, utroque tamquam in speculo alterius mores in seipso repræsentante. Etiam si quis plura dixerit; ne minimam quidem partem eorum quæ pro merito dicenda essent, assequatur. Sed quid sentiendum de Dei lege dudum vigente, ut qui statim tempore in lucem editus est, rursus abeat; & unaquæque anima, ubi necessariis vitæ officiis functa est, tum demum vinculis corporis solvatur. Neque primi id passi sumus, vir admirande, neque soli; sed quæ parentes & avi & majores retro omnes experti sunt, ea nos etiam experimur. Atque hæc vita exemplis ejusmodi referta est. Te autem tanto cæteris virtute præstantem, in mediis

Prov. 19. 14.

B etiam ærumnis par est animæ tuæ magnitudinem infractam custodire, non daninum præsens iniquo animo ferentem, sed ob beneficium initio collatum gratias largitori habentem. Mori enim commune est eorum, qui ejusdem naturæ participes sunt: sed bonæ uxoris consortio frui, paucis contigit, qui in vita felices prædicati sunt; quippe cum ipse ex separatione dolor, non parvum sit Dei donum, his qui rem æquo animo reputant. Novi enim multos, qui tamquam oneris depositionem, matrimonii non congruentis dissolutionem amplexi sunt. Respice in cœlum, & solem: & creaturas omnes undelibet collustra; hæc quæ tot & tanta sunt, paulo post non comparebunt. Atque ex his omnibus illud collige, nos, cum perituræ creaturæ pars simus, id quod nobis ex communi natura convenit, accepisse; siquidem & conjugium ipsum mortis est solamen. Nam quia semper permanere non dabatur; successione generis perpetuitatem vitæ creator conciliavit. Quod si id angimur, quod citius ante nos abierit; illi ne invidemus, quod molestiis vitæ haud multum opepleta fuerit, sed instar florum nitentium nos eam adhuc desiderantes reliquerit. Sed te ante omnia recreet resurrectionis dogma, hominem Christianum, atque in futurorum bonorum spe viventem. Quare par fuerit de ea ita cogitare, quasi viam quamdam confecerit, quam & nos oportebit ingredi. Quod si nobis prævit, id gemitum dignum non est. Nam forte paulo post fors nostra miserabilior erit, si diutius dilati, pluribus fiamus suppliciiis obnoxii. Proinde ratio nostra, E mœroris excusso onere, id curet, quomodo deceat nos in posterum Domino placere,

Sol &amp; cœlum paulo post non comparebunt.

Mortui Viam ingressi sunt, quam &amp; nos oportet ingredi.

Alias  
CCCXLVII.

## E P I S T O L A CCCII.

*Brisonis mortui uxorem consolatur.*

## UXORI BRISONIS CONSOLATORIA.

Quantum ingemuerim, nuntiato optimi hominum Brisonis casu, quid vel dicere attineat? Nam profecto nemo ita cor-

de lapideo, ut virum illum expertus ac deinde audiens ex hominibus subito ereptum esse, non commune humanæ vitæ damnum illius jacturam existimaverit. Mœrorem autem meum sollicitudo de te statim excipit;

pit; cum cogitarem, si his qui non sunt af-  
 finitate conjuncti, id quod accidit adeo gra-  
 ve & ad perferendum difficile; quomodo  
 verisimile sit animam tuam in hoc casu affi-  
 ci, quæ & natura adeo benigna est & ad com-  
 miferationes propensa propter morum leni-  
 tatem, & ipsi casui ita subjecta, ut veluti  
 bipartitam quamdam sectionem in conjugis  
 separatione senserit. Etenim, si revera se-  
 cundum Domini sermonem, jam non sunt  
 duo, sed una caro, profecto separatio ejus-  
 modi non minus habet doloris, quam si me-  
 dia nostri corporis pars discinderetur. Ac  
 tristitia quidem ejusmodi & his majora; sed  
 quæ eorum quæ evenerunt consolatio? Pri-  
 mum quidem, vicens illa ab initio lex Dei  
 nostri, necesse omnino esse, ut quisquis na-  
 tus fuerit, statim tempore de vita exeat. Si  
 igitur sic res humanæ ab Adam ad nostra us-  
 que tempora constitutæ sunt, communes  
 naturæ leges animo iniquo ne feramus, sed  
 Dei erga nos dispensationem amplectamur;  
 qui jussit fortem illam animam ac invictam,  
 non consumto morbis corpore aut ætate  
 confecto migrare ex sæculo; sed in ipso æta-  
 tis flore & in splendore rerum egregie in bel-  
 lo gestarum vitam finire. Quamobrem mole-  
 ste illud ferre non debemus, quod a tali vi-  
 ro sumus separati: sed Domino gratias aga-  
 mus, quod talis viri convictu dignati fueri-

mus, cujus jacturam totum fere imperium  
 Romanum per sensit; quem & imperator ipse  
 desideravit, & milites planxerunt, & viri in  
 maximis dignitatibus constituti ut germa-  
 num filium desleverunt. Cum igitur tibi  
 suæ ipsius virtutis reliquerit monumentum,  
 satis magnum existima habere te tui doloris  
 solatium. Deinde & illud scire te volo, eum  
 qui non succumbit afflictionibus, sed per  
 spem in Deum doloris pondus tolerat, ma-  
 gnam habere apud Deum patientiæ merce-  
 dem. Neque enim nobis itidem ut externis,  
 licet contristari de dormientibus per præce-  
 ptum Apostoli. Sint & liberi tui tamquam  
 imagines vivæ, absentiam illius quem desi-  
 deras demulcentes. Quare educandorum  
 liberorum cura animum tuum a mœrore  
 avocet; & sollicita quomodo reliquum tibi  
 tempus sic transigas, ut placeas Deo, egre-  
 gia occupatione cogitationes tuas delinies.  
 Nam præparatio ad causam coram Domino  
 nostro Jesu Christo dicendam, ac studium  
 veniendi in numerum eorum qui illum dili-  
 gunt, idonea sunt quæ mœrori tenebras of-  
 fundant, ut ab eo minime absorbeamur.  
 Largiatur autem Dominus cordi tuo conso-  
 lationem ex bono suo Spiritu; ut & nos, au-  
 dito rerum tuarum statu, recreemur, &  
 omnibus tuis æqualibus exemplum sis præ-  
 clarum vitæ secundum virtutem institutæ.

Classis III.

Magna pa-  
 tientia  
 merces.

Præparatio  
 ad causam  
 coram  
 Christo di-  
 cendam leni-  
 nit dolo-  
 rem.

Matth. 19.  
 6.

Prima con-  
 solatio lex  
 Dei, ut qui-  
 quis nasci-  
 tur, certo  
 tempore  
 abeat e vi-  
 va.

EPISTOLA CCCIII.

*Rogat ut imposta ob falsas criminationes equarum præstatio dimittatur.*

COMITI PRIVATARUM.

Illius loci incolæ ex falsa, opinor, calum-  
 nia dignitati tuæ persuaserunt, ut istis  
 equarum præstationem indiceres. Cum igitur  
 id quod factum est, injustum sit, & id-

circo displicere debens dignitati tuæ, & mi-  
 hi molestum propter necessitudinem mihi  
 cum iis qui læsi sunt intercedentem; rogare  
 festinavi benignitatem tuam, ut ne homi-  
 nibus nocere volentibus injuriam ex senten-  
 tia procedere patiaris.

Alias  
 CCCCXXIII

Alias  
 CCCLVII.

EPISTOLA CCCIV.

*Commendat aliquem de quo antea fuerat loquutus.*

ABURGIO.

Hic est ille, de quo mihi tecum etiam  
 antea per diaconum sermo fuit. Cum

ergo a me tibi litteras deferat; a te his quæ  
 cupit impetratis discedat.

Alias  
 CCXXXII.

EPISTOLA CCCV.

*Commendat amicis suis hominem bene de illis meritum.*

SINE inscriptione, causa virorum quorum-  
 dam virtute clarorum.

Jam notus vobis ille est, ut ipsius osten-  
 dunt narrationes. Nam ad omnem vos  
 occasionem in ore habet: in orthodoxorum  
 recordatione, in atætis hospitio excipiendis  
 ac in omni virtute primas vobis defert. Si

quis de doctoribus mentionem injiciat, non  
 patitur alios vobis anteponi: si de pietatis  
 propugnatoribus & ad confutandas hæreti-  
 corum cavillationes idoneis, alium ante vos  
 numerare nolit, testimonium vobis tribuens  
 virtutis, quam nemo vincere & expugnare  
 possit. Nec magnus illi labor hæc dicendo  
 persuadere. Loquitur enim auribus homi-  
 num,

classis III.

num, qui norunt majora, quam quæ quis A enarrans exaggerare videatur, Is igitur ad vos rediens petiit litteras, non ut te mea opera in vestram familiaritatem insinuaret, sed ut beneficium in me conferret, occasionem præbens salutandorum amicorum: cu-

jus remuneretur Dominus bonam voluntatem. Vos autem ei precibus & bona vestra erga omnes voluntate gratias pro viribus persolvite. Significate etiam nobis quo loco res ecclesiarum,

Alias  
CCCCXXIV.

## E P I S T O L A CCCVI.

*Rogat ut civibus Alexandrinis propinqui corpus Sebastie mortui, publico mandato exportandum concedat, & aliquid subsidii ex publico cursu ferri jubeat.*

## PRINCIPALI SEBASTIÆ,

**I**ntelligo dignitatem tuam libenter litteras meas accipere; nec causam ignoro, Amans enim boni cum sis, & ad beneficentiam propensus; quoniam tibi aliquam subinde materiam suppeditamus idoneam, in qua animi tui magnitudinem ostendas; ad meas epistolas accurras, ut quæ bonorum operum occasiones habeant. Venit igitur & alia occasio, quæ tuæ in omnes benignitatis notis signari potest, simulque virtutum tuarum præconem in medium adducit. Viri enim Alexandria profecti, necessarii officii causa, quodque communi totius naturæ ju-

re mortuis hominibus debetur; indigent patrociniis tuo; adeo ut jubeas, ut ipsis propinqui corpus Sebastie, exercitu ibi commorante, mortui, publico mandato exportandum concedatur: deinde & quantum licet; subsidium ipsis feratur ex publico cursu, sicque inveniant aliquod longæ peregrinationis per tuam magnanimitatem solatium. Hæc autem ad magnam usque transitura Alexandriam, atque ad illius incolam miram tuæ dignitatis humanitatem perlatura, perspicuum est prudentiæ tuæ, etiam si ego non dicam. Ego autem & in multis quæ jam accepi, hoc quoque beneficium numerabo.

Alias  
CCXLVII.

## E P I S T O L A CCCVII.

*Hortatur ut inter duos litigantes judicem se præbeat.*

## SINÆ INSCRIPTIONE.

**R**epellunt sæpe vel utiles sententias contentiosæ indoles, idque præclarum & utile judicant, non quod aliis omnibus videtur, etiam si profuturum sit, sed quod ipsis solis placet, etiam si damnosum. **C**ausa autem, insipientia, morumque perveritas, non aliorum consiliis attendens, sed solis suis confidens sententiis, ac subeuntibus cogitationibus. Subeunt autem ea quibus gaudent; gaudent autem iis quæ volunt. Qui autem ea quæ vult, judicat utilia, non tutus est justus iudex, sed cæcis quos cæci ducunt, consimilis. Hinc & in damna facile incurrit, & utilitatis magistram habet ex-

perientiam. Huic nunc vitio obnoxius est qui cum hoc viro contendit. Nam cum oporteret judicium permittere communibus amicis; imo cum a multis sæpe judicatus esset, quibus jus & veritas curæ erant, nunc cucurrit ad iudices, & ad tribunalium judicium, mavultque multis amissis pauca lucrari. Data autem a magistratibus judicia ne victoriam quidem sine detrimento ferunt. Sis ergo adjutor, o carum caput; maxime quidem utrique litiganti (id enim pius est) prohibens ne ad iudicem introeant; teque ipsius loco iudicem illis præbens. Quod si alteruter non obtemperat, nec sententiæ cedit, fave injuriam patienti; & ei qui iusta postulat, patrociniis tuum impende.

Alias  
CCXXXIII.

## E P I S T O L A CCCVIII.

*Pauperes & afflictos Capralis incolas commendat.*

**SINÆ inscriptione, patrociniis causa.**  
**E**T cum fratres essent coram tua dignitate; eorum causa qui locum Capralem incolunt, tecum colloquutus sum, & eos coram tua elementia produxi, obsecrans, ut ante oculos habens promissam a Domino mercedem, protegas eos ut pauperes ac in omnibus afflictos. Et nunc rursus per litte-

ras eandem renovo precationem; Deum sanctum obsecrans, ut quæ nunc tibi adest claritas ac vitæ splendor conservetur, atque etiam auctior fiat, ut ex majore potestate locupletiora in nos beneficia conferre possis. Hoc enim nobis unum in votis esse, totius vestræ domus incolumitatem, persuasum tibi esse existimo.

EPI.

Alias  
CCXXX.

## E P I S T O L A CCCIX.

Classis III.

*Commendat senem ex divite pauperrimum, & tribus liberis oneratum, de domus suæ censu sollicitum.**SINE inscriptione, pro egeno.*Paupertas  
immunita-  
tem tribuit.

**V**ituperavi prorsus hunc fratrem de domus suæ censu sollicitum; quippe cum in antecessum necessariam immunitatem paupertas ei tribuat. Nam a vita opulenta, ita Domino ad animæ ipsius utilitatem dispensante, nunc in extremam egestatem redactus est, adeo ut quotidianus etiam victus ei vix suppetat, & ex multis mancipiis, quæ prius in sua potestate habuerat, nulli prorsus imperet. Huic corpus solum superest, idque, ut & ipse vides, infirmum

A & senio confectum, & liberi tres, accessio curarum viro indigenti. Hunc igitur nihil opus habere precatione mea, cum idoneam habeat ad flectendum paupertatem ob morum tuorum humanitatem, certo sciebam. Sed quia difficile est satisfacere petentibus; timui ne cui officio ei debito deessem; atque adeo scripsi, probe sciens diem illum, quo tuam gravitatem primum viderit, initium vitæ deinceps lætioris futurum, & meliorem aliquam illius rerum mutationem allaturum.

Alias  
CCXXXVII.

## E P I S T O L A CCCX.

*Commendat cognatos suos ac ceteros Ariarathicæ incolas.**SINE inscriptione, pro cognatis.*

**M**ihi ipsi admodum in optatis erat cum tua facundia congregari pluribus de causis: primum, ut bonis, quæ tibi insunt, longo intervallo perfruerer: deinde, ut etiam pro Ariarathicæ incolis te precarer: quibus jamdudum gravatis dedit Dominus

Bdignum solatium, probitatis tuæ administrationem illis concedens. Est autem & alia quædam meorum cognatorum possessio, quæ valde gravatur, ac fere caput est inopiæ Ariarathicæ: cui etiam precor, ut benignitas tua, quantum fieri potest, medeatur, quo ab iis qui potiuntur, deinceps ferri possit.

Alias  
CCCCXXI.

## E P I S T O L A CCCXI.

*Rogat ut illius domus, qui banc epistolam ferebat, publicis muneribus gravata sublevesur.**PRINCIPALI.*

**M**ultas me cogunt litteras dignitati tuæ scribere qui asseverationum mearum rationem non habent, sed proprium quiddam ac eximium in suis rebus exquirunt. Jamdudum enim eis testificatus sum, ita te communem fore & æquabilem nobis

Cjuris custodem, ut nemo amplius quidquam ad humanitatem requisitus sit, nisi plus justo avidus fuerit. Sed tamen ut huic homini satisfaceremus, dedimus ei epistolam, commendantes eum tibi, rogantesque ut & libenter ipsum videas, & quia tempore fatiscit illius domus in obeundis muneribus, eam, quantum fas erit, allevare digneris.

Alias  
CCCCXXVI.

## E P I S T O L A CCCXII.

*Commendat aliquem metuentem ne ex novo censu laderetur.**CENSITORI.*

**N**osti quæ accedant hominibus ex censibus tum lucra tum detrimenta.

DQuare huic ignosce in id vehementer incumbenti, ne quid damni accipiat: quin etiam ei ad jus obtinendum pro virili patrocinari in animum inducas.

Alias  
CCCLIII.

## E P I S T O L A CCCXIII.

*Rogat Galatiæ censitorem, ut de censu domus Sulpicii aliquid remittat.**CENSITORI.*

**N**on licet eminus providentiam divinam intueri: sed nos homines præ animi imbecillitate quæ ante pedes posita  
S. Basili Opera. Tom. III.

sunt respicimus: & sæpe dum ad bonum finem deducimur, moleste ferimus, tolerate nostras incitias eo, qui omnia in sapientia moderatur, Domino. Meministi enim

Incitias  
nostras to-  
lerat Do-  
minus.

H h quam

Classis III.

Censu recordatio a posteris servatur.

Alias CCXXXI.

quam moleste tunc tulerimus impositam nobis sollicitudinem: quot advocaverimus amicos, ut illorum opera injuriam propulsaremus, Sic enim rem appellabamus. Sed nunc vides, qualia sint præsentia. Præbuit enim tibi Deus occasionem morum tuorum integritatis in lucem proferendæ, totique posteritati argumenta bonæ memoriæ relinquendi. Quales enim descriptiones censuum ipsæ fuerint, talis etiam earum recordatio a posteris conservari solet. Mihi autem Galatas ne optando quidem potuisse ingenium humanius nancisci exploratum & persuasum est. Nec Galatas solum beatos prædicare possum ob tuam administrationem, sed & meipsum. Est enim mihi etiam domus in Galatia; ac domorum quidem, Dei dono, longe splendidissima, in quam quidem si mi-

hi aliquid præsidii concesseris (concedes autem quamdiu amicitia suo stabit robore) ingentes Deo gratias habiturus sum. Si qua igitur ratio apud tuam dignitatem amicitia meæ; ut ratum quoddam beneficium tribuas domui magistratus maxime admirandi Sulpicii, fac mea causa exoreris; adeo ut de censu præsentia aliquid demas, maxime quidem quod memorabile sit, & tua magnanimitate dignum, addam etiam & nostra qui te diligimus precatio, Sin minus; saltem quantum tempora concedunt, & rerum natura patitur: omnino autem aliquid demas nec in eodem statu relinquo: ut pro innumerabilibus beneficiis, quæ ab egregio illo magistratu accepimus, hanc unam gratiam tuæ gravitatis opera referamus.

Sulpitius.

## E P I S T O L A CCCXIV.

*Rogat ut sua causa amorem erga fratrem, qui hanc epistolam ferebat, multiplicet.*

*SINE inscriptione, pro famulo.*

**E**T quomodo ego domesticam scribendi occasionem negligerem, nec tuam salutarem dignitatem, hoc ad vos proficiscentem. Qui quidem & per se posset nostra narrare, litterarumque vicem explere; voluit tamen litteras etiam perferre, eo quod me vehementer diligit, ac mihi ex toto animo affixus sit. Cupit omnino & tuum responsum

referre, & tibi suam operam præstare. Itaque ei dedi epistolam, qua tibi primum bona omnia precor, tum quæ hæc vita habet, tum quæ promissam beatitudinem reposita servant; deinde etiam Deum sanctum rogo, ut eo ita dispensante iterum vobiscum congregiamur, dum in terra versamur. Cæterum, quin erga memoratum fratrem amorem multiplices mea causa, nullus dubito. Quare fac exoreris ut id reipsa experiatur.

Alias CCXVIII.

## E P I S T O L A CCCXV.

*Commendat viam sibi propinquam ejusque pupillos.*

*SINE inscriptione, pro propinqua.*

Ædes hydra multorum capitum acerbiores.

**C**UM omnino persuasum habeam imperaturum me quidquid, juste a tua dignitate petivero; libenter epistolam dedi ornatissimæ huic pupillarum curatrici, quæ ædes incolit hydra quadam multorum capi-

tum acerbiores. Quibus omnibus accedit, ut sanguine inter nos conjuncti simus. Quapropter nobilitatem tuam rogo, ut & mihi aliquid tribuens & honorem pupillarum avo debitum conservans, aliquid feras auxilii: quo deinceps fiat illis hæc possessio tolerabilis.

Alias CCXIX.

## E P I S T O L A CCCXVI.

*Commendat hominem patrocinio ad ea quæ sibi proponebat, indigentem.*

*SINE inscriptione, pro divexato.*

**Q**UAMquam omnino persuasum habeo litteris non indigere qui tuam clementiam adeunt, propterea quod ex animi probitate plura facis, quam quis obsecrans ad bonum adhortetur; quia tamen hujusce filii cura majorem in modum tangor, adductus sum ut ad puram tuam & do-

li expertem animam scriberem, commendans tibi hominem ac rogans, ut quibus rebus poteris præstes ei ad ea, quæ sibi proponit, tuum pro viribus auxilium. Nullum autem alium ei opus fore patronum, si digneris totam potestatem, quam tibi Dominus largitus est, ad illius patrocinium impendere, mihi omnino persuasum est.

EPI.

Alias  
CCXXII.

## EPISTOLA CCCXVII.

*Amici occupationibus tribuit, quod raro litteris suis respondeat. Rogat ut is qui epistolam ferebat, non frustra se pertulisse sentiat.*

*SINE inscriptione, pro egeno.*

**R**aras mihi ad tuam dignitatem efficiunt litteras rara a te responsa. Indicium enim facio, cur molestiam meas litteras afferre dignitati tuæ putem, quod non accipiam his quæ subinde scribo responsiones. Sed rursus ad aliam traducit cogitationem consideratio multitudinis negotiorum tuorum; ac tot & tanta in manibus habenti

Agnosco, si mei obliviscaris: cujus ne si summum quidem esset otium & quies, ob vilem & abjectam vitam facile esset recordari. Te quidem sanctus ille & ad majorem splendorem perducatur, & te sua ipsius gratia in præfenti claritate conservet. Mihi autem quælibet occasiones, novæ sunt scribendi viçes; ista in primis, propter hunc hominem, quem tibi commendo ac rogo, ut se meas ad te litteras non frustra pertulisse sentiat.

Ex Monum.  
Ec. Gr. t. 2.  
p. 94.

## EPISTOLA CCCXVIII.

*Rogat ut epistolam ferenti & sua & patriæ proficit commendatio.*

*BASILII, carens titulo, pro conserraneo.* B tamquam opis indigum, denique tamquam

**E**os qui e patria nostra adveniunt, ipsum tibi commendat patriæ jus: tametsi morum benignitate cunctos qui quomodo-cumque tuo auxilio indigent, sub tuam adducis providentiam. Hunc itaque qui epistolam comitati tuæ traditurus est, filium illius, suscipe, & tamquam popularem, &

per nos tibi commendatum; atque iis ex omnibus unum quoddam illi contingat, ut scilicet auxilium a te quantum fieri poterit consequatur in negotiis suis. Liquet autem bonis operibus paratam esse remunerationem, non per nos quidem pusillos homines, sed per Dominum, qui præclaris institutis mercedem rependit.

Ex Monum.  
Ec. Gr. t. 2.  
p. 95.

## EPISTOLA CCCXIX.

*Commendat hospitem omni subsidio in terra extranea egentem.*

*SIMILITER PRO HOSPITE.* **E**xilium præbebis pro viribus, atque necessarium rebus præsentibus. Si itaque aderit præses, ipse videlicet ad eum duces hospitem. Alioqui, per eos qui Rempublicam gerunt conficies ei quæ expetit. Non enim mediocriter mihi curæ est, ut peractis ex animi sententia omnibus revertatur.

Alias  
CCXXI.

## EPISTOLA CCCXX.

*Testatur eum qui ad negotia procuranda missus fuerat, etsi re infecta redit, non tamen pigritiæ accusandum. Scire avert quo loco sint res ecclesiasticæ.*

*SINE inscriptione, salutandi gratia.*

**L**ongo intervallo nobis contigit tuam dignitatem salutare; eo quod qui responsa refert, diu in nostra regione commoratus sit, ac tum in viros morosissimos, tum in negotia difficillima inciderit. Nam annum totum absuit patria. Is hominum dolis & transactionibus in eam spem inductus se, si præsentem nequitiam superaret, rei totius summam obtenturum, sero damni caput persensit: cum fraus paulatim progrediens sensum præterfugisset. Cum igitur

Drebeat & ab aeris molestiis & ab hominum nequitia liberatus: salutamus te per illum, rogantes ut nostri memineris in precibus (nam precum auxilio valde indigemus) simul etiam certiore te facio, quos beatus episcopus debito solvendo obnoxios reliquerat (siquidem in suo testamento & debiti fecit mentionem, & unde & a quibus illud solvi oporteret) eos amicis admonitionibus spreis necessitatem tribunalium expectare. Quare sodalis noster re infecta rediit, atque hæc ipsa rogavit ut de eo testaremur, ne segnitiei aut pigritiæ apud tuam

*S. Basilii Oper. Tom. III.*

H h 2 di.

*classis III.* dignitatem inculsetur. De his hæcenus, A quam habeant futuræ in melius mutationis, Cæterum quo in statu sint res ecclesiarum, per aliquem e caris fratribus certio rem me utrum concedatur ut in eodem statu permaneat; an in pejus vergant, aut spem ali-

*Alias*  
CCXII.

## E P I S T O L A CCCXXI.

*Auctor hujus epistolæ, quem Gregorium Nazianzenum esse non obscure perspicitur: non sine solito lepore Theclam rogat, ut bis qui ecclesiæ conseptum extruunt, vinum suppeditet, propterea quod vehemens anni præteriti frigus vites succiderat.*

## T H E C L Æ.

**P**Ræterito anno frigus incubuit patriæ B rem sitientibus exprimens. Qui autem si- tiunt, quinam sint? qui ecclesiæ conseptum extruunt. Ego cum non habeam, unde eos partum solutas succidit: quæ cum steriles remanferint, phialas nostras siccas & aridas reddiderunt. Sed quid nos induxit ut plantarum sterilitatem tibi tragice ob oculos poneremus? ut & ipsa secundum Salomonem fias nobis florens vitis & palmes abundans: non uvam proferens, sed uvarum ro-

*Alias*  
CCXXIII.

## E P I S T O L A CCCXXII.

*Rationem reddit cur sero respondeat: rogat ut post longam hiemis absentiam saltem ad Paschæ diem cum conjugē redeat.*

*SINE inscriptione, ut cum amico Paschæ celebret.*

**A**Cceptis tuæ dignitatis litteris, gavisus sum ut par erat: & Domino gratias egi, atque paratus eram respondere, si quis opportune de rescribendo submonuisset. Nam negotium illud, de quo mihi mandaveras, temporis progressu absolutum est. Non erat autem, antequam conficeretur, tutum quidquam respondere. Hæc mei silentii fuit causa: non enim segnitias, neque officii ignoratio. Etiam si enim omnino piger essem, tamen vitia mea coram tua dignitate occultare omni modo studuissem. Nunc C vero non possum ego tui oblivisci, ne brevissimo quidem temporis spatio: aut certe quispiam se ipse potius ignoret: sed si scribam, si non, infixum te meo cordi circumfero: & longam illam hiemis absentiam ita moleste fero, ut precer, si integrum tibi ipsi non est ob eas, de quibus audivi, occupationes, rusticos relinquere, mihi occasionem dari ad loca illa veniendi, ac vera illa tuorum morum integritate, ac ornamentis tuis perfruendi. Omnino autem salutarem Paschæ diem nobiscum conaberis transigere, una cum ornatissima tua conjugē: quam per te saluto & rogo, ut tradita mihi opera tuam ad nos profectioem urgeat.

*Alias*  
CCCLV.

## E P I S T O L A CCCXXIII.

*Gratias agit Deo, quod Philagryii servorum fuga ipsius litteras sibi conciliaverit: hortatur ut sæpe ad se scribat de domesticis & ecclesiasticis rebus, ac operam suam ecclesiarum pacificationi impendat. Cæterum sibi epistolam sero redditam a Cyriaco; sed tamen diligentiam suam non defuisse.*

## P H I L A G R I O A R C E N O.

**G**Ratiæ Deo sancto; non enim dixerim E me gratiam habere his qui te læserunt, quod mihi litterarum occasio extiterint. Sed qui nos undecumque beneficiis afficit Dominus, novit per ipsas etiam molestias implere sæpe consolationes. Unde & mihi levitatem eorum quia te aufugerunt, gaudii occasionem effecit. Verum, qualibet oblata occasione, ad me scribe, cum scribas talia, ex voluntate adeo bona, & lingua adeo pura. Quamquam enim orationis suavitate lectari me non affirmo, tamen natura duce per illam demulceor; & vos quorum oratio suavis est ac jucunda, me perinde ducitis, ac apes tinnitibus ducuntur. Multas igitur mitte epistolas, & quam poteris longissimas; non enim virtus epistolæ brevitatis; non sane magis quam hominis. Scribe autem nobis & de rebus tuis domesticis, quo sint loco; & corpus tuum ut valeat, & utrum res ecclesiarum tranquillæ sint.

*Dominus per ipsas molestias sæpe implet consolationes.*

*Brevitas non magis epistolæ virtus quam hominis.*

Nam



Nam & hæc tibi curæ sunt, nec immerito. A res nos habuit pro nostris viribus. Scripsimus enim ad locorum chorepiscopum; qui quidem utrum aliquid ex iis, quæ in mandatis habet perfecturus sit, res ipsa demonstratura est.

Clagi III.

Alias  
CCCLXXV.

## EPISTOLA CCCXXIV.

*Hortatur ut sibi caveat à Patricio homine vaferrimo.*

## PASINICO MEDICO.

**A**rgumento est me a te non negligi, quod statim ab ipsis iudicii, ut ita dicam, januis me salutasti. Atque illud quidem optabile est, litteras amicas accipere; sed si quæ scribuntur, in rebus maximis usui sint, certe in pretio longe majori sunt habenda. Itaque pro certo scias, Patricium virum perquam optimum tanta suadæ pharmaca in suis labiis ferre, ut, non modo quod tu scripsisti, sed etiam si Sauromatam quemdam aut Scytham offenderit, ei facile quid-

Patricius.

quid libuerit persuadeat. Verumtamen illa hilaritatis verba non ex corde profiscuntur. Jamdudum enim obtinuit illa species, voce tenus simplices esse & ineptos, ac paratos res suas cuiusvis iudicio committere; sed ubi ad rem ipsam ventum erit, tu vero illic haud reperiaris. Sed hæc apud te dicta sint, ut ipse agnoscas virum hunc alioqui non eum esse, quem facile ducas quo velis; atque etiam in animum tuum inducas, nequam verbis decoris attendere, sed dum rebus ipsis comprobentur, expectare.

Alias  
CCCLXXXI.

## EPISTOLA CCCXXV.

*Gratias agit quod ad se scripserit per communem filiam Icelium, quam laudat per bonos suos.*

## MAGNINIANO.

**S**atis erant vel litteræ tuæ gravitatis ad me omni lætitia perfundendum. Nunc vero cum & mulierum ornatissima, communis nostra filia Icelium, tuam mihi epistolam tradidit, lætitiâ meam plus quam duplicavit non solum quod viva sit imago probitatis tuæ, sed etiam quod per se omne de-

Icelium.

monstret virtutis studium. Quare primum quidem eam libenter excepi propter te, deinde vice versa, beatum te propter illam prædicavi, quod te talis liberorum educationis merces maneat a Domino Deo. Utinam autem & te aliquando videamus, atque bonis tuis perfruamur, neque corporis infirma valetudine, neque ulla alia molestia congressum nostrum impediante.

Alias  
CCXXIV.

## EPISTOLA CCCXXVI.

*Salutat oblata occasione & hortatur, ut per totam vitam Dei meminerit.*

## SINE inscriptione, admonitionis causa.

**D**edit mihi Deus sanctus commodissimam litterarum occasionem: qui mihi hunc fratrem notum fecit, virum nempe illum, quo ad tuam dignitatem revertente hujus per litteras colloquii ministrorum sum: Deum rogans, ut magis ac magis di-

gnitate ac gloria crescens, & nos, & patriam omnem propria tua virtute exornes. Adhortor autem te, ut per totam vitam Dei memineris, qui te condidit, ac honore cumulavit: ut præter hujus vitæ splendorem, adhuc etiam gloriam cœlestem consequaris: ob quam nobis, qui ad beatam spem vitam nostram dirigimus, facienda sunt omnia.

Alias  
CCXXV.

## EPISTOLA CCCXXVII.

*Viro præpotenti bene precatur, ob honorem sibi ab illo habitum. Hortatur ut ad Ecclesiæ defensionem incumbat.*

## SINE inscriptione, exhortatoria.

**P**ro eo quod præsentem mihi honorem habuisti, & absentem meminisse dignaris, (ita enim auditione accepi) remuneratio-

nem consequaris a Domino optimo; teque videamus in magna illa iusti iudicii Dei nostri die ob bona opera probatum & spectatum: ut quemadmodum in hac vita inclaruisti, ita etiam splendorem apud cœlestem

Re-

Classis III.

Regem adipiscaris. Adhortamur igitur te A omni ac patrociniò dignatus, litteris etiam ante omnia, ut in Dei Ecclesiam jure conferas studium: deinde etiam, ut benevolentiam in nos adaugeas, meque recordatione magnum tibi molestum non esse, audeam ad tuam magnanimitatem crebrius scribere,

Alias  
CCCLXXVII.

## E P I S T O L A CCCXXVIII.

*Salutat Hyperechium, seque ait non melius solito valere.*

HYPERECHIO.

ET saluto tuam dignitatem, & tibi bene precor. Meas autem res scire etiam B optima precatur, afficiam tristitia.

atque etiam aventi, declaro melius solito mihi non esse. Nolim enim gravius quidquam dicere, ne prorsus eum, qui mihi

Alias  
CLXXXII.

## E P I S T O L A CCCXXIX.

*Grasias agit ob pisces ad se missos, sed multo magis ob litteras.*

PHALERIO.

SUaviter omnino delectatus sum fluvialibus piscibus, fugamque ultus sum, quam concretum ex glacie testum subeundo

ceperant. Ego tamen tuas litteras pluris facio quam pisces. Quapropter scribas potius quam mittas. Quod si tibi magis libuerit filere, saltem pro me precari ne intermittas.

Alias  
CLXXVI.

## E P I S T O L A CCCXXX.

*Queritur quod ad se non scribat.*

SINE INSCRIPTIONE.

D Illige te a me, disce ex his quæ scribo: mea te odio haberi, ex silentio agno-

Cvi. Scribe saltem in posterum, calamo & atramento ac exili charta amantes redamans.

Alias  
CCXL.

## E P I S T O L A CCCXXXI.

*Queritur quod iterum eadem de re scribere cogatur. Monet ut vel sibi obsequatur, vel causam reddat, cur non obsequutus sit.*

SINE INSCRIPTIONE.

Frustra de iisdem bis scribitur. Aut enim res ejus naturæ non est, ut emendari possit, ac frustra nobis adeuntes molesti sunt; aut nos contemnunt qui epistolas acci-

piunt, sicque desipimus contemtoribus scribentes. Cum igitur jam de eodem acceperis litteras, coactulque sim denuo scribere; aut corrige, si potes: aut causam indica cur quæ præceperam, non sint jamdudum peracta.

Alias  
CLXXVII.

## E P I S T O L A CCCXXXII.

*Peracute nimium silentium exprobat.*

ALIA SINE INSCRIPTIONE.

U Num vitæ indicium est sermo. Quomodo igitur tu super terram versari

putaberis, numquam loquens? Sed pelle silentium istud tuum, scribens nobis; ac te vivere indicans.

Alias  
CLXXXIII.

## E P I S T O L A CCCXXXIII.

*Monet ut notas & characteres perfectos faciat, & interpunctionibus sit attentus.*

NOTARIO.

S Ermones naturam habent alatum. Quapropter notis indigent, ut avolantium celeritatem scriptor apprehendat. Tu igitur

Etur, o puer, notas ac characteres perfectos facias, & loca ex ordine interpunctionibus distingue. Nam puillo errore multa vitatur oratio: scriptoris autem diligentia perficitur sermo.

Alias  
CLXXX.

## E P I S T O L A CCCXXXIV.

*Multa tradit præcepta recte scribendi.*

LIBRARIO.

R Ecta scribe, ac rectis utere versibus: nec evehatur in altum manus, nec

feratur in præcipitia: neque cogas calamum oblique instar cancri Æsopici procedere: sed recta perge, velut ad amulum progrediens fa-

fabrilem, quæ ubique servat æqualitatem, & inæqualitatem omnem tollit. Quod enim obliquum, indecorum est: quod autem rectum, jucundum aspicientibus, non sinens legentium oculos sursum ac deorsum instar tollenonum commeari: quale est quod mihi accidit scripta tua legenti. Cum enim versus in scalæ modum disponerentur; ubi ab altero ad alterum erat transeundum, necesse erat ad finem proximi assurgere? in quo series cum numquam appareret, erat rursus recurrendum, ordoque inquirendus retrocedendo, sulcumque sequendo, quem admodum Theseum Ariadnes filium sequutum fuisse ferunt. Scribe igitur recta, nec mentem obliquitate scriptorum atque inæqualitate in errorem inducas.

Alias  
CXLII.

EPISTOLA CCCXXXV.

Significat Basilius se libenter omnes Cappadoces Libanio erudiendos missurum; nunc autem mittit nobilem adolescentem, amici filium, quem Libanio commendat.

BASILIVS LIBANIO.

**P**udet me tibi Cappadoces singulatim adducere, ac non omnibus adolescentibus persuadere, ut litteris ac doctrinæ dent operam, teque utantur exercitationis magistro. Sed quia omnes simul nancisci non possumus ita affectos, ut convenientia sibi ipsis eligant; quibus subinde persuadeo, eos ad te mitto, tantum in eos conferens beneficii, quantum qui sitientes ad fontes dedu-

**B**cunt. Qui vero nunc te adit, paulo post sua ipsius causa in pretio erit, postquam tecum fuerit versatus. Nunc autem ex patre notus est, magnum integritate vitæ ac civili potentia apud nos habente nomen, mihi que summa amicitia devincto. Pro qua ut illum remunerer, hoc filio beneficium tribuo, ut ipsum tibi discipulum faciam; rem sane maximis votis dignam apud eos, qui de viri virtute scienter judicant.

Alias  
CXLIII.

EPISTOLA CCCXXXVI.

Declarat Libanius se Basilii adolescentis virtutem admiratum esse, & Celsi fortunas laudasse, quod is una cum Basilio Athenas peteret; ubi autem didicit Basilium reuersum in patriam, præstantissimum vitæ genus amplexum esse, & ipsum & Cappadoces beatos existimasse. Basilii laudes de Firmo confirmat. Quærit quid Firminus rerum agat: eumque partim laudat, partim de illo queritur.

LIBANIUS BASILIO.

**I.** **A**liquandiu est quod ad nos Cappadox venit adolescens. Primum hoc lucrum quod Cappadox. Sed & ex prima familia ille Cappadox: alterum hoc lucrum est. Sed & litteras admirandi Basilii afferens nobis: quo quid majus quis dixerit? Ego enim, quem tui oblitum putas, etiam olim adolescentem reverebar: & temperantia cum senibus certantem videns, idque in illa urbe quæ voluptatibus scater, & disciplinarum jam partem magnam consequutum. Sed quoniam tibi visendas quoque Athenas duxisti, idque Celso persuasisti; gratulabar Celso, quod ab animo tuo penderet. Cum autem reuersus esses, patriamque incoleres; mecum ipse dicebam: Quid nunc nobis Basilius gerit, & quod vitæ genus amplexus est? Num in foro versatur, veteres illos rhetores imitatus? An rhetores fortunatorum patrum filios efficit? Cum autem nonnulli venissent, qui nuntiarent te viam longe his præstantiorem ingressum esse, hocque magis spectare, quomodo Deo amicus evadas, quam quomodo aurum colligas; & te & Cappadoces beatos prædicabam: te quidem, qui

**C**talem te esse velles: illos vero, qui talem possent civem ostendere.

**2.** Firmum autem illum, ubique constantem perdurasse satis scio; hinc enim ei eloquentiæ facultas. Sed cum laudes multas adeptus sit, haud scio an numquam tantas, quantas nunc ex tuis litteris intellexi. Quod enim tu es, qui dicas neminem illius gloriam superasse; quam hoc illi honorificum cense-ri debet? Puto autem hos a te prius missos esse, quam Firminum videres; neque enim de illo nihil habuissent litteræ. Et nunc quid rerum agit, aut quid meditatur Firminus? Distineturne adhuc nuptiarum desideriis? An illa jamdudum cessarunt, sed urget curia ac omnino necesse est manere? an est spes aliqua illum denuo studiorum socium fore? Det nobis aliquod responsum, atque illud quidem, ut opto, commodum. Sed si quid creabit molestiæ, saltem nos respiciendi ad portas molestia liberabit. Sed si Firminus nunc Athenis versaretur, quidnam facerent vestri curiales? Num Salaminiam ad ipsum mitterent? Vides me a solis tuis civibus injuria affici. Neque tamen ego propterea Cappadoces amare ac laudare desinam. Verum optarim quidem illos in me fieri æquiores:

clasis III.

Firmus.

Firminus.

Queritur Libanius quod a Cappadocibus injuria afficiatur.

Basilius adolescens cum senibus temperantia certabat.

Celsus.

Classis III. res: sed si iidem permanerint, feram. Fir- A Huc autem ut ipse iterum venire possit, qui-  
minus menses quatuor apud nos commora-  
tus est: diem autem nullam otiosus transe-  
git. Quantum autem sibi comparaverit,  
ipse cognosces, & fortasse non conquereris.

Alias  
CXLIV.

## E P I S T O L A CCCXXXVII.

*Alium Cappadocem mittit Libanio Basilium, quem filium suum appellat, utpote in ea dignitate constitutus, quæ ipsum omnium patrem efficiebat. Hunc comitabatur alius adolescens, nobilis & ipse ac Basilii necessarius, sed non dives.*

## BASILIUS LIBANIO.

Basilium in  
ea est digni-  
tate, quæ  
illum om-  
nibus pa-  
trem con-  
stituit.

Ecce tibi & alius venit Cappadox, meus  
& ipse filius. Omnes enim nobis ado-  
prat dignitas illa in qua nunc sumus. Quam-  
obrem hoc nomine frater fit illius qui prius  
ad te venit, & cura eadem dignus, tam mihi  
patri, quam tibi præceptori; si fieri omnino  
potest, ut aliquid amplius habeant, qui a  
nobis veniunt. Hoc autem dico, non quod  
facundia tua non plus aliquid amicitis veteri-  
bus tribuat; sed quod uberrima utilitas tua

B omnibus proposita sit. Satis autem fuerit  
adolescenti; si ante temporis experimentum  
inter familiares collocetur: quem ad nos re-  
mittas velim, dignum & nostris votis, &  
gloria ista tua, quam es eloquentia conse-  
quutus. Ducit autem secum & coætaneum,  
pari litterarum studio præditum, & ipsum  
quoque ex nobili familia prognatum, nobis-  
que necessarium: quem nulla re inferiore  
fore confidimus; etiam si plurimum ab aliis  
pecunia superetur,

Alias  
CXLV.

## E P I S T O L A CCCXXXVIII.

*Gratias agit Libanius quod Cappadoces ad se mittat Basilium. Narrat se lecta privatim illius epistola victum se ab eo confessum esse, & cum postea eandem Alypius coram pluribus honoratis viris legisset, omnes Basilio palmam derulisse. Declarat se non curare quam divites sint discipuli, sed & egenos, modo studiosi sint, divitibus antepone.*

## LIBANIUS BASILIO.

Alypius  
Hieroclis  
confobri-  
nis.

S Cio te hoc crebro scripturum: Ecce  
tibi & alius venit Cappadox. Multos  
namque, puto, missurus es: semper & ubi-  
que me laudibus efferens, atque hoc ipso &  
patres & pueros provocans. At quid evenit  
in epistolam tuam puleram, non pulcrum  
fuerit silentio præterire. Assidebant mihi  
ex honoratis, cum alii non pauci, tum lon-  
ge optimus Alypius Hieroclis illius conso-  
brinus. Ut ergo epistolam reddiderunt, qui  
attulerant; silentio tota perlecta, ridens si-  
mul & gaudens dixi: Victi sumus. Interro-  
gabam autem illi: Qua victus es victoria? &  
quomodo victus non doles? Victus sum, aje-  
bam, pulcritudine epistolarum: vicit vero  
Basilium. Vir autem ille amicus est, & eam

C ob causam lætor. Hæc ego cum dixissem, ex  
ipsis litteris iudicare voluerunt de victoria.  
Ac legebat quidem Alypius, audiebant ve-  
ro qui aderant. Lata autem sententia est,  
me nihil esse mentitum. Et epistolam ha-  
bens is qui legerat, exiit, aliis etiam, opinor,  
ostensurus, vixque reddidit. Scribe itaque  
similia, & vince; sic enim ipse vincam. Cæ-  
terum & illud recte conjicis, non pecuniis  
res nostras æstimari: sed satis esse ei qui dare  
non potest, ut velit accipere. Si quem enim  
rescivero egenum, sed tamen litterarum  
studiosum; is divitibus anteponitur. Quam-  
quam nos tales magistros experti non sumus;  
at nihil prohibebit nos hac parte esse melio-  
res. Itaque nullus pauper huc pigretur ac-  
cedere, si hoc unum dumtaxat possederit,  
ut sciat elaborare,

Libanius  
pauperes  
non arceat.

Alias  
CXLVI.

## E P I S T O L A CCCXXXIX.

*Basilium Libanio significat se laudem eloquentiæ illi concedere, ac jamdudum oblivioni tra-  
ditis, quæ apud sophistas didicerat, cum Mose & aliis prophetis versari.*

## BASILIUS LIBANIO.

Q uid non dixerit sophista, & talis so-  
phista, cujus artis proprium esse con-  
stat, & ex magnis parva facere cum volue-  
rit, & parva amplificare? Quale est quod &

E in nos declarasti. Nam epistolam illam for-  
didam, ut vos dixeritis qui orationis delicias  
habetis, nihilo ea, quam in manibus habes,  
tolerabiliorem, verbis ita extulisti, ut ab  
illa superatus, nobis primas in scribendo  
concederes: simile quiddam faciens tuisibus  
pa-

patrum, cum de victoriis, quas ipsi sponte A  
 cesserunt, liberos sinunt gloriari; nec damni  
 quidquam sibi ipsis inferentes, & liberorum  
 nutriendes æmulationem. Dicit profecto non  
 potest, quantum voluptatis habuerit oratio,  
 dum tecum jocareris: velut si quis Polyda-  
 mas, aut Milo, Paneratii vel luctæ certamen  
 tecum ipso detrectet: nam multa considerans,  
 nullum reperi infirmitatis exemplum. Itaque  
 qui verborum hyperbolas conlectantur, tuam  
 hic magis admirantur potentiam, qui ita te  
 ipse ad nos jocando demittere potueris, quam  
 si barbarum super B  
 Atho navigantem duxisses, Nos quidem, o  
 præclare vir, cum Mose & Heliâ, similibus  
 que beatis viris versamur, qui sua nobis vo-  
 ce barbara tradunt, nosque ab illis tradita  
 loquimur, sensu quidem vera, sed verbis  
 rudia, quemadmodum hæc ipsa indicant.  
 Nam si non nihil a vobis didiceramus, id die  
 obliteratum est. Tu vero nobis scribe, alia  
 epistolarum adhibens argumenta, quæ &  
 te ostendant, nec nos arguant. Filium Any-  
 sii jam tibi adduxi, ut meum ipsius filium,  
 Quod si meus est hic puer, patris est filius,  
 pauper ex paupere. Quid autem dicam, yb-  
 ro sapienti & sophistæ notum est,

Classi III.

Anyfi filius.

Alia  
CXLVII.

E P I S T O L A CCCXL.

*Rursus ex præcedenti epistola ansam scribendi capit Libanius.*

LIBANIUS BASILIO.

SI diu meditatus esses, quomodo his, quæ  
 de tuis litteris scripseram, elegantissi-  
 me assentireris; non videreris mihi hæc me-  
 lius præstitisse, quam talia scribendo, qua-  
 lia nunc scripsisti. Enim vero me vocas so-  
 phistam: sophistæ autem esse dicis, ex par-  
 vis magna facere posse, ac rursus parva ex  
 magnis. Ac meæ quidem epistolæ proposi-  
 tum fuisse dicis, ut tuam pulcram esse de-  
 monstraret, quamvis pulcra non sit; neque  
 enim meliorem prorsus esse, quam quæ nunc  
 a te missa est; ac omnino nullam tibi esse di-  
 cendi facultatem; cum libri qui nunc in ma-  
 nibus sunt, hoc minime præstent; eloquen-  
 tia vero, qua prius pollebas, effluerit. Et  
 dum hæc persuadere conaris, ita pulcram &  
 illam, de qua detrahis, epistolam fecisti,  
 ut qui aderant non potuerint non saltare

cum legeretur. Sum itaque miratus, quod  
 ista priorem subvertere aggressus, dum ta-  
 men isti priorem similem esse dicis, postero-  
 re priorem exornaveris. Conveniebat au-  
 tem hoc in animo habenti, posteriorem epi-  
 stolam pejorem facere, ut sic detraheretur  
 de priori. Sed tuum, opinor, non erat ve-  
 ritatem lædere. Læsa autem fuisset, si con-  
 sulto scripsisses deteriora, & iis quibus pol-  
 les usus non fuisses. Itaque ejusdem fuerit,  
 nec ea vituperare quæ laudem merentur; ne  
 te res ejusmodi inter sophistas rejiciat, exi-  
 lia ex magnis facere conantem. Libris igitur,  
 quorum dictionem dicis pejorem esse,  
 sententiam vero præstantiorem, adhære,  
 nec quisquam prohibuerit. Eorum autem,  
 quæ nostra semper sunt, & tua quondam  
 Derant, radices & manent in te, & manebunt,  
 quamdiu fueris; nec ullum eas tempus ex-  
 ciderit, etiamsi minime rigaveris.

Alia  
CXLVIII.

E P I S T O L A CCCXLI.

*Basilium Libanius existimat idcirco non scribere, quod iram non deposuerit, vel punire velit.*

LIBANIUS BASILIO.

NON dum mihi offensam remisisti, adeo-  
 que inter scribendum tremo. Quod  
 si remisisti, quamobrem non scribis, optime?  
 Sin autem adhuc retines, id quod cum ab  
 omni erudita anima, tum a tua alienum est;

quomodo cum aliis prædices iram ad solis uf-  
 que occasum servari non oportere, tu illam  
 per multos soles servasti? Num forte dam-  
 num mihi inferre voluisti, mellita tua voce  
 E defraudans? Absit, o generose: sed animo  
 sis placido ac miti; & largiare, ut lingua  
 tua, quæ tota aurea est, perfruar.

Alia  
CXLIX.

E P I S T O L A CCCXLII.

*Comparat Basilium præcedentem Libanii epistolam cum rosa & spinis.*

BASILIIUS LIBANIO.

QUI rosa delectantur, ut par est elegan-  
 tiaz studiosos delectari, ne ipsas qui-  
 dem spinas, ex quibus flos enascitur, ode-  
 S. Basilii Oper. Tom. III.

runt. Audivi autem ex quodam, cum is  
 fortasse jocans vel etiam serio tale aliquid de  
 rosis diceret, veluti amatorios quosdam sti-  
 mulos amatoribus, ita tenues illas spinas na-  
 turam flori adjunxisse, ut ad majus deside-  
 I i rium

Classis III. rium innexis apte aculeis legentes existimaret. Sed quid sibi vult rosa in litteras introducta? nihil prorsus necesse est te edoceri, cum epistolæ tuæ memineris: quæ florem quidem habebat rosæ, totum nobis disertissimæ lingua verè expandens: sed querelis quibusdam & expositulationibus adversum nos, spinosa erat. Sed mihi orationis tuæ vel spina voluptati est, ad majus amicitie desiderium inflammans.

Alias  
CL.

## E P I S T O L A CCCXLIII.

*Laudat Libanius Basilii eloquentiam.*

LIBANIUS BASILIO.

SI ista sunt linguæ incultæ, qualis esses, illam si acueres? Tuo enim in ore elo-

quentiæ resident fontes rivulorum fluentis præstantiores: nos vero nisi quotidie irrigemur, superest silentium.

Alias  
CL.

## E P I S T O L A CCCXLIV.

*Basiliius inexcusabilem esse Libanium contendit, si ad se non scribat.*

BASILIIUS LIBANIO.

AD eruditionem tuam ut non crebro scribam, suadent & timor & imperitia: quod vero tu constantissime siles, quomodo reprehensionem effugies? Quod si quis te, in litteris viventem, ad scribendum tardum esse ac pigrum consideraverit, tibi ob-

livionem nostri adscribet. Nam cui dicere in promptu est, is nec ad scribendum imparatus. Hæc autem qui possidet, & tamen silet, perspicuum est eum aut ex contemptu aut ex oblivione hoc facere. Ego autem silentio tuo salutationem rependam. Salve itaque, vir imprimis colende, & scribe si volueris: & ne scribas, id si tibi ita placuerit.

Alias  
CLII.

## E P I S T O L A CCCXLV.

*Nunc primum Libanius scribit Basilio. Meminit se olim illius eloquio valde delectatum, sed tamen aliquando injuriam ab eo accepisse, quod se in profundum Homericæ furoris rogatus introducere nolisset.*

LIBANIUS BASILIO.

MAGIS arbitror mihi opus esse excusatione, quod non olim ad te scribere incœperim, quam nunc recusatione, quod scribere incipiam. Ego enim ille sum, qui accurrebam quoties in conspectum prodires, & quam suavissime aures præbebam linguæ fluentis, teque dicente delectabar, vixque secedebam, atque ad sodales dicebam: Hic vir tanto præstantior Acheloi filius, quanto mulcet quidem ut illæ, nec tamen ut illæ lædit. Et sane parum est non lædere, imo illius cantilenæ lucro sunt audienti. Cum igitur ita sim animo affectus, meque diligere existimem & dicendi facultate præditus videar, scribere non audere extremæ inertie fuerit, simulque hominis sibi ipsi damnus inferentis. Liquet enim fore, ut meam epistolam parvam & vilem pulchra & grandi remunereris, caveasque, ne mihi iterum injuriam facias. Equidem arbitror multos exclamatorios esse ad hoc verbum, & ad res ipsas concursuros, vociferantes: Basiliusne injuriam vel levem intulit? Ergo &

CÆacus & Minos & hujus frater. Ego autem te in reliquis quidem victorem fuisse concedo; quis enim te vidit, & non invidit? Sed tamen unum in nos peccasti. De quo quidem si te admoneam, persuade indignantibus ut ne vociferentur. Nemo est qui te conveniens ac beneficium petens, quod dari facile possit, voti compos non abierit. Atqui ego ex eorum numero sum, qui beneficium petierunt quidem, sed non acceperunt. Quid igitur postulavi? Tecum in prætorio cum sæpe versarer, optavi ut sapientiæ tuæ ope in profundum Homericæ furoris introirem. Quod si, aiebam, totum id perfici non potest, at tu tamen in partem sortis nos introducas. Concupiscebam autem partem illam, in qua cum Græci fortuna adversa uterentur, Agamemnon hunc ipsum, quem contumelia affecerat; muneribus placavit. Hæc dicente me, ridebas, negare quidem haud valens posse te si velles, sed tamen gratificari nolens. Num igitur tibi & iis, qui indignantur quod inferre te injuriam dixerim, injuria affici videor?

Alias  
CLIII.

## EPISTOLA CCCXLVI.

Classis III.

*Libanius testatur de bonis moribus adolescentium quos Basilius miserat.*

## LIBANIUS BASILIO.

**A**N iis quos misisti adolescentibus aliquid ad dicendi facultatem addiderim, ipse iudicabis. Spero autem hoc, etiam si parvum sit, magnum visum iri ob tuum in nos amorem. Quod autem temperantiam & animum pravis voluptatibus liberum lau-

das magis, quam facundiam, id omnino curarunt; atque vitam egerunt, ut illius, a quo misierant, non immemores egere parerat. Complectere jam tua pignora, & lauda eos qui & me & te moribus suis exornarunt. Adhortari autem te ad opem illis ferendam, idem esset, ac patrem hortari ut liberis subveniat.

Alias  
CLIV.

## EPISTOLA CCCXLVII.

*Libanius episcopos avaritiae accusat, & ideo timide petit a Basilio, ut tigna ad se mittat.*

## LIBANIUS BASILIO.

**O**Mnis quidem episcopus res est, unde emolumentum aliquid vix expectandum sit: tu vero, quanto reliquos eruditione superas, tanto etiam majorem mihi timor-

em incutis, ne petita mihi deneges. Nam tignis mihi opus est: perticas autem aut palos aliquis alius sophista dixisset, non his opus habens, sed vuculas magis ostentans, quam necessitati inserviens. Ego vero, nisi tu largiare, sub dio hiemabo.

Alias  
CLV.

## EPISTOLA CCCXLVIII.

*Demonstrat Basilius non episcopos sed sophistas avaros esse & tenaces. Tigna mittit trecenta.*

## BASILIUS LIBANIO.

**S**I lucrari idem valet ac *γπιρίζειν* & hanc sententiam habet vox illa, quam ex Platonis adytis, sophisticam tuam nobis ars depromsit; considera, o admirande, utri sint tenaciores; nos qui sic per epistolam tuam licentiam defugimur, an sophistarum genus, quorum ars est ex sermonibus quaestum facere. Quis ex episcopis tributum imposuit ob sermones, quis discipulos fecit vectigales? Vos

Cestis, qui eloquentiam venalem proponitis, velut mellis coctores mellitas placentas. Vides quemadmodum senem etiam ad recalci-trandum provocaris? Ego vero tibi in declamationibus pompam ducenti tot tigna commodari iussi, quot milites in Thermopylis pugnare, singula prolixa, & secundum tuum Homerum, umbram longam efficientia: quae Alphæus sacer se redditurum esse promisit.

Sophista  
sermones  
quaestui ha-  
bent, non  
sic episco-  
pi.Alias  
CLVI.

## EPISTOLA CCCXLIX.

*Jocatur Libanius in Cappadociam, seque discipulos Cappadoces transmaturum promittit.*

## LIBANIUS BASILIO.

**N**on desines, Basili, sacrum hoc musarum domicilium replere Cappadocibus, hisque griten nivemque & caetera illius regionis bona redolentibus. Prope autem factum est, ut me etiam Cappadocem

deffecerint, semper mihi illud, *προσκληῶσε* occinentes. Attamen ferendum est, Basilio ita iubente. Scito igitur, me regionis quidem mores diligenter investigare, viros vero ad meae Calliopes nobilitatem atque concinnitatem transmaturum, ut vobis pro palumbis columbae facti esse videantur.

Familiaris  
Cappado-  
cibus lo-  
quendi ra-  
tio.Alias  
CLVII.

## EPISTOLA CCCL.

*Respondet Basilius epistolae praecedenti.*

## BASILIUS LIBANIO.

**S**edata est animi tui aegritudo. Hoc enim sit epistolae exordium. Tu vero irride & vellica res nostras, sive jocans sive serio: Quid autem nivis vel gritae mentionem fecisti, cum liceret tibi disteriis in nos indulgere. Ego autem, o Libani, tibi ut risum magnum moveam, hanc velo niveo tectus epi-

istolam conscripsi: quam cum acceperis, ac manu contigeris, senties quam sit gelida, quamque referat eum a quo missa est, latitantem, nec extra aedes prospicere valentem. Sepulchra enim sunt aedes nostrae, donec ver successerit, & mortuos nos ad vitam reduxerit, rursus nobis, quemadmodum plantis, largiens ut simus.

S. Basilii Oper. Tom. II.

Ii 2 EPI.

Classis III.  
Alias  
CLVIII.

## E P I S T O L A CCCLI.

*Libanium rogat Basilium ut ad se mittat Orationem, quam de homine moroso summa  
celebritate pronuntiaverat.*

## BASILIUS LIBANIO.

Omnes ad  
audiendum  
Libanium  
confluunt.

**M**ulti eorum qui istinc ad nos veniunt, tuam vim dicendi mirati sunt. Narrarunt enim specimen quoddam valde splendidum editum fuisse; atque uti dicebant, certamen maximum erat, adeo ut concurrentibus omnibus nemo alius in urbe compareret, nisi solus decertans Libanius, & quælibet ætas auscultans. Nemo enim volebat a certaminibus abesse, non qui in dignitatis splendore constitutus, non qui in militum

A ordinibus illustis, non operarii & artifices. Quin & mulieres certamini interesse festinabant. Quodnam autem certamen erat? quæ oratio omnem populi conventum colligens? Narraverunt hominem morosum oratione descriptum & expressum fuisse. Quam orationem adeo visam admirabilem mittere ne pigeris, ut & ego sermonum tuorum laudator sim. Qui enim laudo Libanium, etiam sine operibus, qualis ero, laudum adeptus argumentum?

## E P I S T O L A CCCLII.

Alias  
CLIX.

*Mittit Libanius suam de homine moroso Orationem, seque tremere significat ac pene mente dejici, dum tam arguti judicis acumen formidat.*

## LIBANIUS BASILIO.

**E**cce misi tibi meam orationem, sudore diffuens. Quomodo enim sudore non perfunderer, ei viro orationem mittens, cujus ea est dicendi facultas, ut Platonis sapientiam, & Demosthenis vehementiam

B frustra jactatas esse convincere queat. Sermo autem meus perinde est, ac si culicem conferas elephanti. Hinc horreo ac tremo, cum eam diem mecum reputo, qua meam inspicias orationem; imo etiam fere mente lapsus sum.

Alias  
CLX.

## E P I S T O L A CCCLIII.

*Laudat Basilium Orationem Libanii ad se missam.*

## BASILIUS LIBANIO.

**L**egi orationem tuam, o sapientissime, & valde admiratus sum. O musæ, & litteræ, & Athenæ, qualia largimini vestris amatoribus! Quales fructus ferunt, qui per breve quoddam tempus vobiscum versan-

tur! O fontem large se effundentem, quales præstitit haurientes! Ipsum enim morosum videbar mihi videre in oratione cum garrula muliercula versantem. Vivum enim & animatum sermonem scripsit in terra Libanius, qui solus verbis animam largitus est.

Alias  
CLXI.

## E P I S T O L A CCCLIV.

*Gratias agit Libanius, ac vicissim a Basilio petit ut ad se mittat Orationem contra ebrietatem.*

## LIBANIUS BASILIO.

**N**unc cognovi me esse, quod dicor: laudante enim me Basilio, ex omnibus victoriam reporto. Et cum tuum suffragium acceperim, licet mihi superbo gres-

su incedere, instar hominis jactantioris omnes contemnentis. Quoniam igitur & ipse orationem contra ebrietatem elaborasti, eam volumus legere. Interea tamen lepidi quidquam dicere nolo: sed ipsa me oratio, ubi eam videro, artem dicendi docebit.

Alias  
CLXII.

## E P I S T O L A CCCLV.

*Libanius Basilio primas eloquentiæ defert.*

## LIBANIUS BASILIO.

**A**thenisne habitas, Basili, & tui ipsius oblitus es? Non enim Cæsariensium filii hæc audire potuerunt. Mea enim lingua his assueta non erat: sed velut in præcipiti quodam loco incederem, vocum novi-

tate percussa, & mihi patri dicebat: Pater, ista non docuisti: Homerus est hic vir, imo Plato, imo Aristoteles, imo Sufario, qui nihil ignoravit. Atque hæc quidem lingua. Tu vero, Basili, velim laudare me possis ob talia.

EPI-



Alias  
CLXIII.

## EPISTOLA CCCLVI.

*Respondet Basilius epistolæ præcedenti, seque discipulum piscatorum esse profiteretur.***BASILIIUS LIBANIO.**

**Q**uæ scribis, accipio quidem lætus: sed dum exigis, ut ad ea quæ scripsi. **A**sti, rescribam, sum anxius. Quid enim ad linguam adeo atticissantem dixerim, nisi me piscatorum esse discipulum profiteri ac gaudere?

Ex Monum.  
Ec. Gr. t. 2.  
p. 96.

## EPISTOLA CCCLVII.

*Rogat Basilius Libanius ut sibi mœrorem solvat ex aliqua illius epistola conceptum.***LIBANIUS BASILIO.**

**Q**uid passus Basilius, moleste tulit litteras, philosophiæ specimen? Ludere **B**epistola, a gravia sunt, ac veluti canitiem decentia. Sed per amicitiam ipsam communisque scholas, mihi solve mœrorem, quem peperit mihi nequaquam a vobis docti sumus: verum tamen ludicra differens.

Ex Monum.  
Ec. Gr. t. 2.  
p. 96.

## EPISTOLA CCCLVIII.

*Dolet Libanius, quod non sit cum Basilio: gratulatur quod juvenum curam suadente Alcimo susceperit.***LIBANIUS BASILIO.**

**O** tempora illa, quibus cuncta invicem eramus. Nunc acerbe sejuncti sumus: vos quidem vobis mutuo potiti; ego vero pro vobis neminem habens vestri similem. Porro **C**alcimum audio res juvenum in senectute audere, & ad Romam volare, postquam eum laborem tibi imposuit, ut cum pueris maneretur. Tu vero, cum circa alia quoque mansuetus sis, hoc etiam non ægre feres; quandoquidem nec molestum tibi fuit, ut ad nos prior scriberes.

Ex Monum.  
Ec. Gr. t. 2.  
p. 97.

## EPISTOLA CCCLIX.

*Silentium Libanio exprobrat Basilius, seque ait libenter ad eum volaturum, si liceret, sed cum id non liceat, sermones mittere.***BASILIIUS LIBANIO.**

**T**u quidem qui universam veterum artem tua in mente conclusisti, tam diu files, adeo ut ne in litteris quidem aliquid lucri concedas nobis. Ego vero, si tuta foret Dædali ars, ad te venissem, fabricatis Icarialis. Attamen quoniam non licet ceram soli committere; pro Icaris alis, mitto ad te ser- **D**mones, qui ostendant amicitiam nostram. Hæc est autem natura sermonum, ut animæ insidentes amores manifestos faciant. Atque hæc quidem sermones. Tu vero adduxeris eos quocumque voles; atque tantis viribus præditus, taces. Verum ad nos quoque sermonum fontes transfer, qui ex ore tuo profluunt.

Alias  
CCV.

## EPISTOLA CCCLX.

*De sancta Trinitate & Incarnatione, sanctorum Invocatione, eorumque imaginibus.**EX epistola ad Julianum Apostatam.*

**S**ecundum immaculatam fidem Christianorum, quam divinitus sumus sortiti confiteor, & testor me credere in unum Deum Patrem omnipotentem, Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum. Unum Deum, tria adoro, & glorifico. **E**confero autem & Filii in carne dispensationem, & Dei genitricem sanctam Mariam, quæ illum secundum carnem peperit. Suscipio autem tem & sanctos apostolos, prophetas, & martyres; & ad supplicationem, quæ fit Deo, hos invoco, ut per eos, id est, interventionem eorum, propitius mihi sit misericors Deus, & delictorum mihi redemptio fiat, & condonetur. Unde & characteres imaginum eorum honoro & osculor eximie, cum hæc traditæ sint a sanctis apostolis, nec sint prohibitæ, imo in omnibus ecclesiis nostris depictæ sint.

EPI.

## E P I S T O L A CCCLXI.

Classis III.  
Ex Monum.  
Ec. Gr. t. 2.  
p. 84.

*Apolinarium consulit auctor epistole de usæ & substantiæ vocabulis ac de Consubstantiali; ac sibi simile sine discrimine fatetur magis placere quam Consubstantialæ. Gregorium sodalem cum parentibus esse nuntiat.*

## A P O L I N A R I O.

**D**omino meo reverendissimo Apolinario Basilius. Antea quidem ad te de locis Scripturarum obscuris scripsimus, & gavisi sumus tum de responsionibus tuis, tum de promissis. Nunc vero major nobis circa majora cura incumbit, in qua alium neminem hujus temporis homines habemus, ejusmodi consortem & auxiliatorem, ad quem recurramus, qualem te nobis Deus dedit, & scientia sermoneque accuratum, simulque accessu facilem. Cum ergo ii qui cuncta permiscunt, ac sermonibus questionibusque orbem repleat, usæ seu substantiæ nomen, velut alienum a sacris litteris, egerint, dignare significare mihi, quo pacto patres eo usi fuerint, & an nullibi in Scriptura inveneris positum. Nam panem dictum *ἄριστον*, & populum *πρωτόγονον*, & si quid simile, quasi nihil habeant hic commune, despuunt. Deinde vero & de ipso Consubstantiali, (propter quod puro eos ista adornare, qui substantiam penitus transfigunt, ut nullum locum relinquunt consubstantialitati) disceptare nobis sicut velis, quem sensum habeat, & quomodo salubriter proferatur, in rebus, in quibus nec genus commune superpositum cernitur, nec materiale subjectum prius existens, nec distributio primi in secundum. Qua igitur ratione oporteat dicere Filium Patri consubstantialem,

**A** in nullum prædictorum sensuum incidendo, fac ut nobis prolixius explices. Nos siquidem existimamus, quidquid ex hypothesi, Patris substantia esse sumatur, idem omnino esse & substantiam Filii sumi necessario debere; adeo ut si quis substantiam Patris appellaverit lumen sub intelligentiam cadens, æternum, ingenitum; Unigeniti quoque substantiam vocaturus sit lumen sub intelligentiam cadens, æternum, genitum. In hunc porro sensum mihi videtur, vocem similis sine discrimine, magis congruere: quam vocem Consubstantialis. Nam lux quæ cum luce nullam habet secundum magis & minus differentiam, recte quidem ea sententia dici potest, non eadem esse cum illa; quandoquidem in propria substantiæ determinatione utraque consistit; sed similis secundum substantiam absolute ac per omnia. Sive ergo has oporteat eloqui cogitationes, sive alias majores assumere, tu tamquam peritus medicus (tibi enim quæ corde gerimus fecimus manifesta) quod quidem ægrum est sana, quod vero debile suffulci; omni autem modo confirma nos. Fratres qui tua cum pietate degunt saluto, & rogo, ut una tecum pro nobis orent, quo salutem consequamur. Sodalis Gregorius, electa cum parentibus vita, apud eos est. Sanus ad plurimum tempus conserveris nobis, adjuvans nos & præcibus & doctrina.

## E P I S T O L A CCCLXII.

*Respondetur præcedenti epistole, & quomodo Pater & Filius unum sint exponitur, exemplis e natura humana adductis.*

## BASILIO APOLINARIO.

**U**T Dei amantem virum decet credis, & ut doctrinæ studiosus quæris, atque a nobis promptus animus debetur propter caritatem, licet scientia sufficiens non sequatur, cum ob indigentiam nostram, tum ob rei immensitatem. Una substantia, non numero solum dicitur, quemadmodum ais, & quod est in una determinatione; sed etiam proprie duorum hominum & alterius cujusve, qui in genere adunantur: ita ut hac ratione duo ac plures idem sint secundum substantiam; in quantum omnes homines Adam sumus, qui unus sumus; & David, Davidis filius, qui idem sit cum illo: sicut & Filium recte asseris id esse secundum substan-

**D**tiam, quod est Pater. Aliter enim Filius non esset Deus, cum in confesso sit unum esse ac solum Deum Patrem: quo pacto unus Adam, hominum generis princeps; & unus David, regii generis auctor. Atque ita, unum esse genus superpositum, aut unam materiam subjectam, in Patre & Filio, a cogitatis auferetur, cum principalem assumserimus proprietatem supremi principii, & genera ex generum principibus, ad unigenitam prolem ex uno principio orientem. Nam aliquatenus tantum ejusmodi res in similitudinem veniunt. Quoniam neque Adamo, ut per Deum condito, & nobis, ut per homines genitis, unum superponitur genus; sed ipse est hominum principium: neque materia communis est illi nobis.

Ex Manum.  
Ec. Gr. t. 2.  
p. 86.

biscum; sed ipse est cunctorum hominum fundamentum. Neque etiam erga Davidem ac genus ex Davide ortum, id praeintelligitur, in quantum est David: quandoquidem Davidis proprietates, a Davide incipit, & fundamentum omnium qui ex eo originem ducunt, ipse est: sed quia haec deficiunt, in quantum aliae sunt communitates omnium hominum ad invicem, quales fratrum: at circa Patrem & Filium, hoc non reperies, sed ex toto Pater principium, & Filius ex principio. Quare nec distributio est primi in secundum, velut in corporibus, verum generationis productio: neque enim Patris proprietates, velut in Filium divisa fuit, sed Filii proprietates ex paterna prodiit: idem in diversitate, & diversum in identitate: quomodo dicitur Patrem esse in Filio, & Filium in Patre. Neque enim diversitas absolute servabit veritatem filiationis, nec rursus identitas indivisionem hypostaseos: sed utrumque conjunctum est ac unius modi; idem diverse, & diversum eodem modo; ut vocabula quae ad rei declarationem pertinere nequeunt, per vim adducantur: confirmante intelligentiam nostram Domino, cum per vocem *major*, Patrem quidem in Joan. 14-28. aequalitate majorem exhibet, Filium vero in minori gradu praeditum aequalitate: quod docuit, in ejusdem speciei quidem, at inferiori lumine intelligere Filium; non immutando substantiam, sed considerando idem, & superius & in ordine inferiori. At enim qui substantiam in nulla identitate admittunt, similitudinem extrinsecus afferentes Filio adjiciunt: quod sane ad ipsos quoque homines transit qui Deo assimilati sunt. Qui vero cognoscunt similitudinem creaturis convenientem, in identitate quidem Filium cum Patre conjungunt; sed identitate submissiore; ne ipse, Pater sit, vel pars Patris; quae potenter demonstrantur per illud; Alius Filius; sic Deus, non ut ille, sed ut ex illo; non primitivum exemplar, sed imago. Hic consubstantialis, praecipue super omnia & peculiariter; non tamquam ea quae sunt ejusdem generis, non tamquam ea quae distributa sunt; sed velut ex uno genere unaque specie divinitatis, una & sola progenies, individuo & incorporali progressu; per quem quod generat manens in generativa proprietate, processit in genitam proprietatem.

Ex Monum.  
Ec. Gr. t. 2.  
p. 89.

E P I S T O L A CCCLXIII.

*Laudatur supra alios Scripturae interpretes Apolinarius, ab eoque petitur, ut se de rebus obscuris consuli patiatur.*

APOLINARIO.

Domino meo reverendissimo fratri Apolinario Basilius. Elapsae sunt occasiones, quibus licebat pietatem tuam alloqui, etsi lubenter ad litteras illas rescripsimus. Te enim in silentio obtinere voluptatem in illis laetati sumus. Nam revera nobis visus es solus sapere: interpretum autem umbrarum volitant: ita ad solidum sensum expositionem ducis. Et certe nunc cognoscendorum divinatorum eloquiorum cupido majorem

in modum tangit animum meum. At tibi proponere quaedam ex dubiis non audeo, ne videar ultra modum fiducia repleti. Tacere vero iterum non sustineo, parturiens, adhucque antevertere gestiens. Quare optimum factu censeo, ut percontarer ex te, num permissurus nobis sis, o admirande, non nihil interrogare de controversis, an oporteat tenere silentium. Utrumvis porro respondeas, id observabimus deinceps. Sanum laetumque & pro nobis orantem te possideamus semper.

Ex Monum.  
Ec. Gr. t. 2.  
p. 90.

E P I S T O L A CCCLXIV.

*Basilius frustra quaesitum in Cappadocia Apolinarius oblata occasione per litteras salutat. Nuntiat venisse episcopos Aegyptios, & scripta allata esse prorsus necessaria ad eos refellendos, qui antea aperte contradicebant, nunc occulta contradicunt, introducto simili secundum essentiam, ut Consubstantiale abrogeretur. Sanae fidei defensionem nemini magis congruere declarat, quam Basilio & Gregorio.*

BASILIO APOLINARIUS.

Domino meo exoptatissimo fratri Basilio Apolinarius in Domino salutem. Ubinam ipse eram, domine, ubi vero desideratissima vox, & consuetae litterae? Cur autem non praesens defendis, aut etiam absens cohortaris, tanto bello adversus pietatem

erumpente; nobisque velut in media acie clamantibus ad socios, propter hostium vim? Te autem, ne quidem quomodo quaesituri simus intelligimus: quandoquidem nec invenimus locum in quo versaris. Sed conquisivi quidem in Cappadocia; quia sic nuntiaverant qui te nacti fuerant in Ponto, promississe te cito reverfurum: nec reperi ubi speraveram.

ram. At nunc cum audierim te adhuc ea in regione commorari, statim & indici epistolam tradidi. Qua accepta, cave ne non rescribas, quod & is una peregrinetur. Scito autem, quod interjecto tempore advenerunt episcopi Ægyptii, & scripta antiquis scriptis congruentia, nec non divinis ipsis, iisque quæ convenienter divinis conscripta fuerunt Nicææ. Necessaria autem erat eorumdem cum explanatione repetitio, propter minime sanam pravamque contextus interpretationem, quam ii introduxerant qui aperte quidem olim contradicebant, nunc vero contradictionem sub specie enarrationis celant: ubi erat consubstantialitatis maligna abrogatio, quasi non deberet intelligi juxta ullam græcam abnegationem; pro consubstantiali autem introducebatur simile secundum substantiam: quod excogitatum est, confuse nominatum & malitiose intellectum:

siquidem similitudo, rerum est quæ sunt in substantia, non quæ substantiales sunt: quo scilicet sic substantia assimilata intelligetur, qualis fuerit verbi gratia statua respectu Imperatoris. Contra quæ rescriptum est quod ab hominibus pium dogma cognoscentibus & sectantibus tenetur, nomine consubstantialitatis Filium declarari non similem Deo, sed Deum, utpote genuinam prolem ejusdemque cum genitore substantiæ. Simul etiam allatum fuit quod ad Spiritum pertinet, qui nimirum a patribus in eadem fidei expositione Patri & Filio apponitur, quia in eadem existit divinitate. Hujus igitur pietatis sententiæ legationem, quem decuit adeo persequi, ac te virum laudatissimum, una cum domino meo Gregorio; qui pariter nullo ex loco scribit, nec vel semel de quapiam re certiore fecit, Vale domine maxime desiderabilis,

Ex Monum.  
Ep. Gr. t. 2.  
p. 97.

## E P I S T O L A CCCLXV.

*In summa Cappadocia calamitate, cum fluvii inundatio res necessarias e vicinis provinciis advehere non sineret, rogatur Theodosius, ut fluvium, pontis commoditate adhibita, veluti rubrum mare pedibus pervium efficiat.*

BASILIIUS,

*Magno Imperatori Theodosio,*

**C**alamitas accidit in regione nostra, non ex corporeo casu, sed ex aquarum effluvio. Unde autem hoc, patefaciam. Plurima nivis emissio facta est in nostram paludem. Qua nondum congelata, supervenit ventus calidus, simulque cadit Australis imber. Quare subita conferraque orta liquefactione, immensi moti sunt fluctus, cum perenni fluvio permisti, ac exundatione eaque personante superantes tum linguam tum oculum. Is est qui nobis sorte obtigit vicinus fluvius; emanans quidem ex Armenia, descendens vero ad sacratissimum lacum Sebastenorum, in quem vere nominati, ac generosi quadraginta Christi milites, gravi Borea flante infixi sunt. Ac inde (admitte me, optime Imperator, vera dicentem) ille fluvius circumdans nos, velut gens quædam inimica & formidabilis, non parum nos terret. Nullo enim umquam vel tempore vel modo pedibus permeabilis, non permittit ut necessariæ nobis ac utiles regiones, transvehant merces opportunas. Galatarum, inquam, & Paphlagonum, & Helenopontiorum, per quas & ex quibus obveniunt quæ nobis sunt

necessaria, præcipue panis abundantia: cum vicina undique terra frigida sit, atque ex ære ambiente, perque iram fulgure tonitru grandine flumine affigentem, colligata. Nec parum etiam minatur patrii doloris, Argæi montis supercilium. Tu igitur exoratus, præstantissime; bene mereri velis de terra tibi tributaria. Ut ita efficiens fluvium pontis commoditate trajici, ostendas illum tamquam novum mare rubrum pedibus pervium. Etenim infelicem valdeque gemebundam Judæorum vitam miseratus Dominus, ex bonitate sua voluit ut ii pedibus siccis per mare rubrum, quasi per aridam, incederent, tradito iisdem inducem itineris Mose. Itaque varia fluvii apud nos curricula, hominibus quidem fuere exitio; ipso autem superne inundante, universamque terram pascuam atterente, necnon arvis limo obtectis, necesse est ut esuriat arator bos, cum reliquis jumentis totius regionis. Et vero si homo fuisset qui homini fecisset injuriam, non destitisset ad tribunalia rem differre. At in maximum fluvium, legibus nequaquam obtemperantem, quidnam aliquis poterit adornare? Quocirca ad te preces deferendæ sunt, potentissime, qui uno temporis momento, viatorum periculum sistere potes,

*Epistolarum S. Basilii Finis.*

APPEN.

# APPENDIX TOMI TERTII OPERUM BASILII MAGNI

COMPLECTENS VIGINTI QUATUOR DE MORIBUS SERMONES  
ex ejus operibus a Symeone Metaphraste collectos, ac librum de Virginitate, falso  
adscriptum nomini Basilii.

## M O N I T U M.

**P**rimum in hac appendice locum merito sortientur viginti quatuor de moribus sermones, qui cum toti sint ex Basilii operibus contexti, Basilium ipsum loquentem nobis exhibent, non alienos factus illius nomini affingunt. Hos consuit centonem Symeon Magister & Logotheta, Metaphrastes vocari solitus: quo in opere nihil fere apponit de suo, nisi cum rerum junctura unum aliquod verbum addi postulat aut mutari. Non enim seriem & ordinem penitus neglexit, sed si nonnulla excipias testimonia, quae nec cum iis quae praecedunt, nec cum iis quae sequuntur, necessitudinem habent, caetera satis inter se apta & nexa sunt. Quod autem ejusmodi operibus accidere solet, ut quae nitebant in propria sede, deformatentur in aliena, hoc vitium non semper effugit Metaphrastes. Exempli gratia, negat Basilium in epist. 250. adduci se debere, ut communionem suam omnibus concedat, ac nonnullos ab ea excludendos contendit: caritatem communioni substituit Symeon, & Basilium perabsurde loquentem inducit serm. 3. num. 2. Non levius peccat, cum impium Eunomii principium, ut praclare dictum Basilii, refert, serm. 18. num. 1. Quod enim Eunomius praesentes & futuros lectores obtestatur, ut verum ex multitudine non dijudicent, parti majori palma delata, nec dignitatum habeoant rationem, neque aures obturent posterioribus, priorum agmini concessa victoria; id Metaphrastes sancto Basilio affinxit; nec subodoratus est in his verbis artificium haeretici, qui cum se & totius antiquitatis auctoritate & omnium ecclesiarum consensu premi videret, tanti argumenti momentum, dissimulando & cavillando, elevabat. Caeterum satis utile hoc opus cum ipsa similium testimoniorum appositione quae ex variis locis in unum coguntur; tum etiam quia interdum prodest ad emendandum sancti Basilii contextum, ac multa continet, quae cum in Basilii operibus non appareant, ex his quae amissimus, eruta videri possunt. Ejusmodi testimonia stellulis distinximus ab aliis, quae suis reperta locis indicantur. In duobus Regiis codicibus, quibus usi sumus, generatim ad marginem indicantur opera Basilii, sive orationes, ex quibus desumptum videtur unumquodque testimonium: verbi gratia ex Antirrheticis, ex Asceticis, ex Commentario in Esaiam, ex epistolis, ex Homiliis in Hexaem. Soli psalmi accuratius, appposito ipsius psalmi numero citantur. In his ad marginem admonitionibus duae orationes recensentur, quae hodie non exstant, nempe Homilia de eleemosyna & iudicio, serm. 4. & Homilia, quod Deus incomprehensibilis, serm. 15.

Biblioth.  
Graec. Rom.  
8. p. 87.

**P**rodierunt hi sermones, inquit doctissimus Fabricius, primum Graece e Bibl. regis christianissimi, Paris. apud Guil. Morellum 1556. 8. Hinc a Simone Maille archiepiscopo Turonensi translati in latinum sermonem, ibid. 1558. 8. Postea utraque lingua cum nova interpretatione Stanislai Ilovii Francof. 1598. & 1611. 8. Simonis a Maille interpretatio latina servata est in graeco latinis operum Basilii editionibus. Ex his Ethicis suspicor esse homilias novem breviores, quas a Francisco Vergara versas esse latine narrat Nicolaus Antonius in Bibl. Hispana. Archiepiscopi Turonensis interpretatio, quae Cardinali Lotbaringio nuncupata est, diligentiae interpretis ac peritia graeci sermonis egregium monumentum est, sed tamen eam minime retinui, propterea quod doctissimus praesul, dum vitiosi codicis contextum sequitur, plurima incidit in errata quae facile vitasset, si alium ejusdem Regiae bibliothecae codicem, qui magno mihi usui fuit, in manibus habuisset. Quare cum hoc opus ex compositis testimoniis textum sit, satius visum est eam interpretationem apponere, quam suo quaeque loco habuerant. Plurima tamen emendavimus, minus accurate reddita, aut minus clare. Quod autem spectat ad contextum; ex duobus codicibus Regiis, quibuscum collatus fuit, alter, qui 1992. notatur, magno, ut jam dixi, praesidio mihi fuit; alter, qui est 1910. ab editis tam parum discrepat, ut ad primam viginti quatuor sermonum editionem adhibitus fuisse videatur.



# SERMONES VIGINTI QUATUOR. DE MORIBUS,

PER SYMEONEM MAGISTRUM ET LOGOTHETAM

Selecti ex omnibus operibus sancti Patris nostri Basilii Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ.

## DE VIRTUTE ET VITIO.

### SERMO I.

a Ex Asceticis tom. 2. pag. 173.  
Matth. 28. 19.

**D**OMINUS noster Jesus Christus Apostolis suis, *Euntes, inquit, docete omnes gentes, docentes ipsos*, non hæc quidem observare, illa vero negligere: sed *servare omnia quæcumque mandavi vobis*, id est, ne minimum quidem eorum præterire quæ præscripta sunt. (b) Etenim si non omnia essent nobis necessaria ad salutis propositum, non utique omnia mandata fuissent conscripta: neque fuisset sancitum, ut necessario servarentur omnia. (c) Nos vero si vel unicum mandatum confecisse nos arbitremur, (neque enim confecisse dixerim: omnia siquidem inter se cohærent secundum sanam scopi ad quem tendunt rationem, sic ut uno exsoluto necesse sit alia etiam simul exsolvi) non ob ea quæ prætermisimus iram expectamus, sed propter illud quod videmur peregrisse, præmia præstolamur: haud scientes eum, qui ex decem talentis sibi commissis unum aut alterum retinuerit, reliqua vero reddiderit, non probum ob plura persoluta agnoscere, sed improbum & rapacem ob paucorum direptionem argui. Quid autem dico direptionem? Quandoquidem is cui concredatum fuerat talentum unum, ac deinde id quod acceperat, integrum ac intactum reddidit, propterea quod traditum talentum scœnore non auxerit, condemnatur: & qui per decennium patrem honoravit, & postea unam dumtaxat plagam incussit, non ut pius & beneficus honore afficitur, sed ut parricida condemnatur, (d) Qui ergo in bonis operibus progressum fecit, deinde vero ad consuetudinem antiquam revertitur, non priorum modo laborum mercedem amittit, sed etiam graviolem condemnationem su-

b Ibid.

c Ibid.

Matth. 25.

d Ex Homil. XIV. in ebriosos. tom. ib. 66.

Abit; quod cum Dei verbum bonum degustaverit, mysteriique cognitione dignatus sit, perdidit omnia, brevi voluptate infectus.

2. (a) Itaque si modo velimus substratam vitæ viam tuto percurrere, atque animam simul & corpus vulnerum turpitudine immunia offerre Christo, coronasque ob victoriam accipere, oportet nos animi oculos semper undecumque vigilantes circumagere, & suspecta habere quæcumque jucunda sunt, nec mentem in ulla re ejusmodi defigere; ne si aurum quidem videatur fusciparatum sit. (*Divitiæ enim, inquit, si affluant, nolite cor apponere*), neque si proferat terra delicias omnes ac sumptuosa tabernacula (*nam nostra conversatio in cœlo est, unde etiam Salvatorem expectamus Christum*), neque si choreæ, & comestiones, & ebrietates, & mensæ tibiarum modulis resonantes proponantur (*vanitas enim, inquit, vanitatum, omnia vanitas*) neque si offerantur corpora formosa, in quibus animæ pravæ inhabitant: (*a facie enim mulieris velut a facie serpentis fuge, inquit Sapiens*) neque si potentatus dominatusque, ac satellitum aut adulatorum turmæ, neque si promittatur altus thronus atque splendidus, gentes ac civitates servituti non voluntariæ subjiciens: *omnis enim caro fenum, & omnis gloria hominis quasi flos feni. Aruit fenum, & flos cecidit*. Etenim sub his omnibus adeo jucundis communis ille hostis latitat, expectans ecquando rebus conspectis illecti, a recta deflectamus via, ac nos ipsos in illius insidias conjiciamus. Quinetiam metuendum valde est, nequando ad hæc incaute accurrentes, ac perfruendi voluptatem minime noxiam arbitrati, diaboli hamum deglutiamus in primo gustu occultatum: deinde, ne ab hoc tracti, partim libentes, partim inviti his rebus alligemur, inficientique a voluptatibus ad horrendum la-

e Ex Homil. XXI. Quod rebus mundanis adhaerendum non sit. ibid. 86.

Psal. 61. 11.

Phil. 3. 20.

Ecc. 1. 2.

Esa. 40. 6.

latronis hospitium trahamur, ad mortem scilicet. (a) Nam virtutes, cum ex studio & diligentia conjunguntur cum natura, nostra fiunt possessio, nosque nec in terra laborantes deserere volunt, nisi eas per vim ultro fugaverimus vitiis introductis, & ad futuram vitam festinantes præcurrunt, & collocant inter angelos suum possessorem, & sub conditoris oculis æternum fulgent. Divitiæ vero & potentatus, & claritudo, & delicæ, & omnis ejusmodi turba quotidie per nostram insipientiam augetur, neque introivit nobiscum in vitam, neque cum ullis umquam abiit: sed in unoquoque homine fixum & ratum manet, quod olim a justo dictum est: *Nudus egressus sum ex utero matris meæ, nudus etiam revertar.* (b) Utrum igitur tibi utilius temporariam eligere voluptatem, & per eam accipere æternam mortem: an virtute excolenda labores & ærumnas amplecti, & illius ope vitam æternam consequi? (c) Nam corporis pondera ex trutinæ momentis æstimamus: sed quæ in vita eligenda sunt, libero animæ arbitrio discernimus: quod & stateram Scriptura nominavit; quippe quia æqualem ad utrumque inclinationem recipere potest. (d) Exempli causa, scortatio & pudicitia apud te judicantur, & excelsa tua mens ejusmodi iudicio tibi commisso præsidet; atque voluptate scortationi favente, timor Dei suppetias venit castimoniam. Quod si damnato peccato, victoriam pudicitiam dederis, de re sententiam rectam tulisti: si autem ad voluptatem inclinans, præferendum esse peccatum pronunties, obliquum fecisti iudicium, obnoxius factus execrationi ejus, qui dixit: *Væ, qui dicitis amarum dulce, & dulce amarum: qui dicitis lucem tenebras, & tenebras lucem.* (e) Quando igitur singulæ virtutes cum singulis vitiis iudicium subeunt, tunc iudiciorum rectitudinem ostendit in occulto animæ tuæ tribunali, præceptumque quasi affessorem adhibens tibi, odium in nequitiam tuam monstrato, averfians peccata, virtutes præferens. Si enim facis ut in singulis actionibus vincant apud te meliora, beatus eris in die illa, cum iudicabit Dominus occulta hominum secundum Evangelium nostrum: & cogitationibus inter se & accusantibus, aut defendentibus, non abibis condemnatus quod ad mala inclinaveris: sed iustitiæ coronis honorabere, quibus virtutem per omnem tuam vitam coronaveris. (f) Quemadmodum enim sagittarius jaculum ad scopum dirigit, si neque excedens, neque deficiens, neque in alterutram partem declinans aberrat: sic iudex debet ad id quod iustum est collineare, nec personarum habens rationem (*personam enim in iudicio cognoscere bonum non est*) neque propensione agens, sed rectam minime.

que distortam ferens sententiam. Et cum duo ab ipso iudicentur, quorum alter plus æquo, alter minus habeat, debet iudex ambos inter se exæquare, & tantum aufert ei qui plus satis habet, quantum ei qui injuriam accepit, deesse deprehendit. 3. (g) Nam possessiones reliquæ non sunt possessorum magis quam quorumlibet eas adipiscentium, quippe cum velut in tessarum ludo huc & illuc transferantur. Virtus autem ex possessionibus sola est, quæ nequeat auferri, & viventi ac mortuo non deficit. Unde & Solon mihi videtur illud ad divites nicere:

*Virtutem non mihi divitiis*

*Permutare libet: namque hæc consistit in æquo.*

*Divitiæ cedunt nunc tibi, nunc alii.*

(h) Quare habenda est vobis, o homines, virtutis cura, quæ & una cum naufragio enatat, & nudum in terram ejectum felicibus reddet venerabiliorem. (i) Atque ita vitam instituamus, ut quæ præterierunt, nunquam meliora sint sequentibus: *Ne dixeris, quia dies priores erant boni super vos.* Si enim dies priores posterioribus sunt meliores, dicetur nobis: *Tanta passi estis sine causa?* bonis ad nihilum reductis præ subsequente negligentia. (k) Quemadmodum enim is qui ad perfectionem contendit, in anteriora progreditur: ita qui peccat, retro pedem refert. (l) Quodnam autem majus malitiæ argumentum, quam a bono deficere? Summum est pravitatis bonum ac mitem exasperare. Quod enim in improbitate extremum est, idem etiam secum ipsum pugnat. \* Solet enim malum non solum bono, sed etiam sibi metipsum adversari. Quemadmodum igitur vincuntur tenebræ lucis præsentia, superaturque morbus sanitatis adventu, (m) ac progressus in virtute, a minoribus ad majora capit incrementum: ita malitiæ effusio a parvis initiis, ad aliquid immedicabile devolvitur. (n) Porro principium bonorum acquirendorum est recessus a malo. *Declina a malo*, inquit, *& fac bonum.* (o) Etenim si statim ea quæ sunt perfecta, tibi proposuisset, ad ea tentanda fuisses cunctantior. Nunc autem facilius te assuefacit, ut ad ea quæ sequuntur, aggredi audeas. (p) Quemadmodum enim in scala primus gradus, recessus ab humo est: ita in vitæ secundum Deum instituto, profectus initium, discessus a malo est. (q) Dum igitur unusquisque nostrum puer est, id quod adest jucundum persequitur, neque habet ullam futurorum curam. Jam autem vir factus post iudicii perfectionem videre sibi videtur bifidum vitæ iter ad virtutem & vitium, ac sæpe oculum animi

g Ex Serm. de legendis libris Consilium. ibid. 94.

h Ibid.

i Ex Comment. in Es. tom. 1. 207.

Eccl. 7. 11.

k Ibid.

l Ibid.

\* Uterque codex indicat Antirrhos.

m Ex Comment. in Es. ibid. 207.

n Ex Comment. in Ps. ibid. 51. Ps. 36. 27. o Ibid.

p Ibid.

q Ibid. 52.

a Ibid.

Job. 1. 21. b Ex Homil. in Ps. LXI. tom. 1. 106.

c Ibid.

d Ex Homil. in princip. Proverb. tom. 2. 57.

Esa. 5. 20.

e Ibid.

Rom. 2. 15. & 16.

f Ibid. 56.

Prov. 24. 23.

- in utrumque convertens, comparando dijudicat quæ utrique insunt. Et peccatorum quidem vita omnia ostendit in præsentis sæculo jucunda: justorum vero, sola futuri ævi bona commonstrat. Et certe salvandorum via quanto pulchriora pollicetur futura, tanto laboriosiora exhibet præsentia. (a) Jucunda autem & intemperans vita non expectatam in posterum, sed jam præsentem proponit voluptatem. (b) Beatus igitur ille qui voluptatis illecebris non deductus est ad interitum, ac in utriusque viæ delectu non eam ingressus est quæ ducit ad pejora. (c) Beatus ille est, qui ab omni spe rerum hujus mundi semetipsum abstraxit, ac unicam spem suam Deum habet. Quemadmodum enim maledictus est homo, (d) qui spem habet in homine: ita benedictus est, qui innititur Domino. Non enim spes in Deum alternas vices admittit, nec solet Dominus plenam suam opem ei ferre, qui modo quidem in pecuniis spem suam constituit & in gloria humana ac mundi potestate, modo vero Deum tamquam spem sibi proponit: sed vere acquiescendum in Dei auxilio.
4. (e) Imperiti autem homines, mundi que amatores, cum boni ipsius ignorent naturam, sæpe beata existimant, quæ nullius pretii sunt, divitias, sanitatem, vitæ splendorem: quarum rerum nihil est sua ipsius natura bonum; non solum quod facile in contraria mutantur, sed quod ne bonos quidem valeant possessores suos reddere. (f) Qui ergo in hac vita versatur, nondum propter incertum exitum beatus est prædicandus: qui vero suum expleverit officium, vitamque certo fine clauferit, is jam beatus tuto dicitur. (g) Et qui faciunt bonum, in ipsa actione consequuntur approbationem: sed qui vitant malum, laudandi non sunt, si forte semel aut iterum peccatum evita verint, sed si omnino mali experientiam declinare possint. (h) Si igitur oportet ut quisque vitam optimam eligat, speretque consuetudine jucundam redditum iri; optima aggredi par est. Turpe est enim tempus præsens amittentes, elapsam postea revocare, cum nihil angere proderit. (i) Fieri non potest, ut divinæ gratiæ capaces reddamur, nisi malitiæ affectiones, quæ animas nostras occupaverant, expulerimus. Vidi ego medicos, non prius dantes salutaria medicamenta, quam per vomitum evacuassent materiam morbidam: quam sibi intemperantes ex malo victu pepererant. Sed & vas graveolenti humore prius imbutum, nisi fuerit elotum, non recipit unguenti fusionem. Effundenda ergo quæ prius inerant, ut recipi possint quæ ingeruntur. (k) Nam omnibus quidem adest Spiritus sanctus: sed iis qui puri sunt affectibus, peculiarem exhibet virtutem; at vero
- A iis, quorum mens peccati fordibus perturbatur, minime.
5. (l) Fieri enim non potest, ut id consequamur ad quod contendimus, si mens in varias curas diducta sit, quemadmodum Dominus affirmavit, cum dixit: *Nemo potest duobus dominis servire*. Et rursus: *Non potestis Deo servire & mammonæ*. (m) Nam nec aliud quodvis mandatum servare, neque Deum aut proximum diligere possumus, si huc & illuc mente divagemur. Neque enim artem aut scientiam probe callere potest, qui ab alia ad aliam transit: neque unam etiam comparare, qui ea quæ propria finis sunt, ignorat. Par namque est actiones ad scopum & finem quadrare: siquidem nihil quod rectum sit, via inepta & incongruenti peragitur. Nam neque artis ærariæ finis per figlinæ opera acquiri solet: neque per sedulum tibiæ cantum parantur athleticæ coronæ, sed unicuique fini peculiaris ac idoneus labor requiritur. Sic etiam exercitatio quæ fit ad placendum Deo juxta Christi Evangelium, recedendo a sollicitudinibus mundi, & omni prorsus removenda mentis evagatione perficitur. (n) Quisquis igitur vere Deum sequi vult, vinculis affectionum vitæ hujus solvatur necesse est: id autem nisi per integrum secessum morumque veterum oblivionem perfici non potest. Quare nisi nos ipsi & a cognitione carnali & a societate vitæ removerimus, veluti ad alterum mundum per animi habitudinem transmigrantes; scopum nostrum attingere non possumus, Deo videlicet ut placeamus. (o) Quamobrem qui institutum angelis æquale amplexus est, si humanis vitiis inquinetur, similis est pantheræ pelli, cujus setæ neque prorsus nigræ sunt, neque albæ omnino, sed cum sint diverforum colorum mixtura distinctæ & interpunctæ, neque in nigris numerantur, neque in albis. (p) Quemadmodum ergo pictores, cum imagines ex imaginibus pingunt, crebro ad exemplar respicientes, inde formam in suum opus transferre conantur: sic etiam qui sese omnibus virtutis partibus absolutum perficere studet, ad sanctorum vitas, velut ad simulachra quædam viva & actiosa, respicere debet, & quod illis inest boni suum imitando facere.
6. (q) Nam si bos qui nobis adjutor ad agriculturam datus, vocem nutritoris novit, eumque qui sibi pabulum afferre solet, agnoscit: asinus autem sponte naturæ ad consueta stabuli sui loca festinat: si brutis animalibus tanta inest habitudo cum suo provisoro: quanta dilectionis in Deum mensura repositur a rationali natura? (r) Non enim actio una virum probum absolvit & perficit, sed ad omnem vitam extendi oportet virtutis opera. (s) Et quemadmodum qui in balneum

a Ibid.

b Ibid.

c Ex Comment. in Es.

d Ibid.

e Ex Homil. in Psal. 1.

f Ibid.

g Ibid. 52.

h Ex serm. de legendis. lib. Gentilium. 10m. 2. 98.

i Ex Homil. in Ps. LXI. tom. 1. 105.

k Ex Comment. in Es. ibid. 202.

l Ex Regulis fufius tractatis. tom. 2. 184.

m Ex Regulis fufius tractatis. ibid. 180.

n Ibid.

o Ex serm. Ascetico. ibid. 168.

p Ex epist. II. tom. 3. 39.

q Ex Comment. in Es. tom. 1. 206.

r Ex Homil. in Psal. XIV. ibid. 183.

s Ex serm. Ascetico. tom. 2. 170.



neum ingrediuntur, omni amictu nudantur, ita etiam qui ad asceticum vitæ genus accedunt, omni materia sæculi hujus exuti, in vitæ philosophicæ institutis versari debent.

(a) *Estote enim, inquit, prudentes sicut serpentes.* Serpens, ubi jam exuenda est pellis, in locum angustum, & stricte corpus coercentem sese immittens, sic senectam prudenter ac sapienter exuit. Quod & idem nos imitari vult Scriptura, per angustam & arctam viam ingredienti, exuere veterem hominem, ac novum induere, ut nostra quoque, velut aquilæ, juventa renovetur. \* B

Nam lumine illucescente evanescent tenebræ, & sanitate redeunte molestiæ morbi sedantur, & veritate demonstrata, mendacii natura redarguitur. Sed plerique (b) homines nubibus similes sunt, quæ pro ventorum mutatione alias in aliam aeris partem feruntur. (c) Et quibus facile mutabilis sententia, his minime mirum est vitæ ordinem non constare; quibus vero firma mens est, semperque constans & eadem, his consentaneum est vitam instituto congruentem ducere. (d) Multi autem, dum pravæ etiam

comprobant actiones; dicacem quidem lepidum dicunt; eum vero qui obscena verba profert, urbanum; acerbum & iracundum, hominem nominant non contemnendum; parcum & illiberalem, ut sedulum administratorem laudant; luxurie diffluentem, ut liberalem; scortatorem & lascivum, ut virum rebus suis perfruentem, & animi solutioris. Uno verbo vitio omni ex virtute adjacenti blandum nomen imponunt. Tales ore quidem benedicunt, ut ait David, corde vero maledicunt. Nam verborum lenocinio maledictionem omnem in eorum vitam conferunt, obnoxios illos æternæ damnationi approbationibus suis constituentes.

(e) Ut igitur non justis iudicis pares paribus statuere mercedes: sed necesse est ut mali inceptor cumulatius persolvat debita, si modo & ipse melior ex suppliciis futurus sit, & alios meliores facturis exemplo: (f) ita & qui boni prætextu malum facit, duplici multa dignus est: tum quia quod non bonum est agit: tum quia ad scelus perpetrandum, bono, ut ita dicam, socio abutitur.

7. (g) Cavendum igitur viro prudenti, ne ad vulgi rumusculos vivat, & ea spectet quæ multitudini probantur; ac non potius rectam rationem ita vitæ ducem instituat, ut etiam si hominibus omnibus contradicendum sit, etiam si male audiendum, ac periculum honesti causa subeundum; ex his, quæ recte statuta habet, nihil profus movere velit. Nam qui non ita affectus est, eum ab Ægyptio illo sophista quid differre dicemus, qui, cum vellet, planta fiebat & bestia, & ignis, & aqua, & res omnes? Nam & ipse

A modo quidem justitiam laudabit apud eos qui eam colunt: modo vero contrarios habebit sermones, ubi injustitiam probari animadvertit: quod quidem est adulatorum imitari, (h) & Archilochi vulpeculæ astutiam versutiamque æmulari. (i) Sermo quidem verus & a sana mente proficiscens, simplex est & unius ejusdemque rationis, eadem de iisdem semper affirmans: varius vero & artificiosus, cum multum implexus sit & præparatus, sexcentas formas assumit; seque ad gratiam colloquentium conciliandam transformans, in versutias innumeras vertitur. Cum enim aliter natura se res habent, aliter vero de eis suadent verba, versutia quædam est, vel potius inversio veritatis per sermonem facta. Et qui alius quidem videtur, alius re ipsa est, strophis sermonum utitur, fucum faciens iis quibuscum versatur, perinde ut lepores vulpesque canibus, aliam viam commonstrantes, aliam carpentes. (k) Nam sermonibus pravis assuescere, via quædam est ad ipsa facta. Quapropter custodia omni servanda anima est, ne quid vitiorum per sermonum voluptatem imprudentes suscipiamus, perinde ut qui cum melle sumunt venena. (l) Siquidem qui philosophiam verbo tenus apud alios manentem, facto confirmat,

*Hic solus sapit, at volitant alii velut umbra.*

Quando quidem magnifice virtutem collaudare in propatulo, & longos de ea protrahere sermones, privatim vero voluptatem temperantiæ præferre, & quæstum justitiæ anteponeere, hoc ego dixerim simile esse actoribus scenicis personas quasdam sustinentibus, qui plerumque velut reges & dynastæ prodeunt, cum nec reges nec dynastæ, ac fortasse ne liberi quidem profus sint. Adhæc musicus non lubens patitur dissonam sibi esse lyram: neque præfectus chori chorum sibi ad stare, qui quam maxime concinnus non sit: a se autem quisque dissidebit ipse, nec vitam cum verbis consentientem exhibebit? (m) Neque enim equum celerem reddit ejus qui genuit in cursu præstantia: neque canis laudatio est, ex velocissimis prognatum esse.

E Sed quemadmodum reliquorum animalium virtus in unoquoque consideratur: ita & viri propria laus est, quæ ex propriis ipsius recte factis testimonium habet. \* Virtutis exercitatio, pretiosa quidem habenti possessio; jucundissimum autem occurrentibus spectaculum. Nam qui virtutem colunt, (n) sideribus similes sunt in nebulosa nocte alias aliis cœli partes illustrantibus: quorum gratus quidem splendor, sed eo gratior, quod non expectatur. Tales & illi sunt, pauci admodum & facile numerabiles, in hac tristi rerum conditione, quasi in nocte illuni coruscant.

a Ex Comment. in Es. tom. 1. 201. Matth. 10. 16.

b Ex epist. CCXLIV. tom. 3. 207.

c Ex epist. CCXCIII. ibid. 234.

d Ex Hom. in Ps. LXI. tom. 1. 105.

Psal. 61. 5.

e Ex epist. CCLX. tom. 3. 215.

f Ex Epist. LIII. ibid. 80.

g Ex Serm. de legendis libris Gen. tom. 2. 97.

h Ibid. i Ex Hom. in principium Prov. ibid. 55.

k Ex Serm. de legendis libris Gen. ibid. 93.

l Ibid. 94.

m Ex Hom. de Mamon. ibid. 99.

\* Uterque codex indicat Hexæmeron.

n Ex epist. CLIV. tom. 3. 134.

cantes: præter virtutis gratiam, inde etiam, A quod rari sint inventu, desiderium moventes. (a) Turpe est autem alieno ornatu decorari eum qui sua ipsius virtute illustris est.

<sup>a</sup> Ex Hom. de Maman. se. tom. 2.

<sup>b</sup> Ex Homil. II. in Hexam. tom. 1. 9.

8. (b) Iraque ne mihi dicas a Deo malum originem habere: id enim impium est, propterea quod nullum contrarium a contrario gignatur. Neque enim vita mortem generat, neque tenebræ lucis principium sunt, neque morbus opifex est sanitatis: sed in affectionum commutationibus, e contrariis ad contraria sunt transitiones, in generationibus vero, res singulæ quæ fiunt, non ex contrariis, sed ex congeneribus producentur. Malum igitur non est substantia vivens aut animata: sed animæ affectio virtuti contraria, desidiofis ac inertibus, propterea quod a bono deciderunt, indita. Malum itaque forinsecus ne circumspicias, neve primigeniam quamdam malignitatis naturam comminiscare: sed suæ quisque malitiæ seipsum agnoscat auctorem (c) Nam si malum non esset voluntarium, nec in nostra potestate situm, non tantus timor a legibus, impenderet injuriam inferentibus, nec tam inexorabiles essent iudicum animadversiones, quibus pro meritis replectuntur. (d) Nam si vitiorum aut virtutum principia non sunt in nobis sita, sed sunt necessitates ab ortu pendentes; inutiles sunt legislatores, qui nobis agenda ac fugienda præscribunt: inutiles quoque iudices, qui virtutem honore, vitium poenis afficiunt. Non enim furis est iniquitas, neque homicidæ, qui ne volens quidem poterat manum continere, ob ineluctabilem necessitatem ipsum ad agendum impellentem. Vanissimi autem profecto qui artes

<sup>c</sup> Ibid.

<sup>d</sup> Ex Hom. VI. in Hexam. tom. 1. 30.

excolunt: quippe frugibus abundabit agricola, tametsi neque semina in terram deiciat, neque falcem exacuat: mercator itidem, velit, nolit, supra modum ditescet, fero ei opes coacervante. Magnæ autem illæ Christianorum spes evanescentes excident nobis, cum neque justitia honoribus ullis afficiatur, neque puniatur peccatum, propterea quod nihil ab hominibus libero animi proposito agatur. Nam ubi necessitas, & factum dominatur, ibi meriti ratio nullum locum habet: id quod tamen præcipuum iusti E iudicii fundamentum est. (e) Nam de ficis narrant ab aliis quidem ficos Sylvestres juxta hortenses conseri: alios vero, dum grossos caprifici fructuosos ac domesticis ficis alligant, ipsarum mederi infirmitati, jam diffusentem, ac evanescentem fructum grossis caprifici coercentes. Quid vult sibi illud naturæ exemplum? Quod nos vel ab iis qui a fide alieni sunt, impetum quemdam ac vigorem ad dandum bonorum operum specimen sæpe accipere debemus. Etenim si videris eum, qui aut vitam ethnicam agit, aut

<sup>e</sup> Ex Hom. V. in Hexameron. tom. 1. 25.

ob perverfam quamdam hæresim ab Ecclesia abscissus est, probæ ac continentis vitæ, & reliquæ moralis disciplinæ studiosum esse, tuam magis intende sedulitatem, ut fructifera fico ex caprificorum præsentia colligenti vires, & defluvium cohibenti, fructumque diligentius enutrienti, similis evadas. (f) Porro naturalia quarundam arborum vitia agricolarum diligentia curari novimus; cuiusmodi sunt mali punicæ acidæ, & amygdalæ amariores, quæ, ubi perforato ad radicem tronco pinguem picæ cuneum per mediam B medullam adactum susceperint, tunc succi acerbicatem in bonum usum transmutant. Nemo igitur in vitio degens, de se ipse desperet. Nam si plantarum qualitates agricola commutat, multo magis nullum est infirmitatis genus, quod non animæ in iis, quæ ad virtutem attinent, cultura superare possit, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria & potestas nunc, & semper, & in sæcula sæculorum Amen.

<sup>f</sup> Ibid.

## DE DOCTRINA ET ADMONITIONE.

### S E R M O II.

I. g S I ex tot exhortationibus, in quibus tum præterito tempore vos indefinenter adhortati sumus, tum postea per has septem jejuniorum hebdomadas nocte ac die Evangelium gratiæ Dei sine ulla intermissione vobis denuntiavimus, fructus nullus nullaque utilitas emerfit; qua spe sermonem hodiæ habebimus? (h) Nam & agricola si priora semina enata non sint, ad aliud semen in iisdem arvis rursus spargendum segnior est & tardior. (i) Quare etiam tacuisse, mihi credite, nisi Jeremiz timuisssem exemplum: qui cum ad populum contumacem verba facere noller, passus est quæ ipse recenseret, quod factus est ignis in ejus visceribus, ac undique dissolvebatur, nec ferre poterat. (k) Nam si naturale sermonis munus est, neque obscuritate ea quæ significantur occultare, neque supervacaneum esse & vanum, ac temere rebus circumfluum; (l) non decorum est, de multis simul differere; ne forte immoderato sermone inutilia evadant, quæ diligenter ac studiose collecta sunt. Mens enim quæ apprehendendis simul omnibus impar est, haud aliter se habet ac venter, qui ob nimiam saturitatem sumtos cibos concoquere non potest. (m) Vix enim durare solet quod invitus didiceris: quod autem jucunde suaviterque acceptum est, tenacius in animis nostris insidet. (n) Quapropter & dogmatibus immiscuit harmoniæ dulcedinem, ut audiendi jucunditate ac dulcedine eloquiorum utili-

<sup>g</sup> Ex Homil. XIV. in ebriosos. tom. 2. 66.

<sup>h</sup> Ibid. 65.

<sup>i</sup> Ibid. 66. Jerem. 20. 9.

<sup>k</sup> Ex Hom. in illud, Attende tibi ipsi. tom. 1. 9.

<sup>l</sup> Ex Hom. in illud: In principio erat Verbum. tom. 1. 74.

<sup>m</sup> Ex Hom. in Psal. 1. tom. 1. 49.

<sup>n</sup> Ibid.

tatem ex sermonibus latenter percipere. A. Accedentium vita est expendenda, & iis qui aliquid recte jam gesserint, documenta perfectiora tradenda sunt: qui autem ex prava vita ad perfectam vitam in Dei cognitione sitam transeunt, hos perscrutari par est, nimirum qualibus præditi sint moribus, num instabiles, & in consiliis suis facile mobiles. Suspecta enim talium inconstantia: qui quidem præterquam quod ipsi nihil utilitatis capiunt, præterea sunt etiam cæteris detrimenti auctores. Sed quia nihil est quod non labore & diligentia perficiatur, ac timor Dei quævis animæ vitia superat; ne isti quidem statim desperandi, sed ducendi ad idoneas exercitationes, & tempore ac laboriosis certaminibus facienda eorum propositi probatio, ita ut si quid firmi in ipsis invenerimus, tuto admittamus; secus vero, dum adhuc extra sunt, dimittamus, nec eorum probatio damni quidquam fratribus afferat. (h) Ei autem qui ab illustriore quodam vitæ genere secundum Domini exemplum ad humilitatem festinat, aliqua quæ probrosa admodum apud externos esse videantur, præscribenda sunt; observandumque, num cum omni æquanimitate seipsum ceu operarium pudoris expertem Deo exhibeat. (i) Porro quicumque servi sub jugo detenti, ad fratrum conventum confugiunt, admoniti & meliores effecti, ad dominos suos remittendi sunt, ad exemplum beati Pauli, qui cum genuisset Onesimum per Evangelium, eum ad Philemonem remisit, alteri quidem persuadens, servitutis jugum, si ita, ut Domino placet, feratur, cælorum regno dignos reddere, alterum vero exhortans, ut non solum dominas servo intentatas remitteret, (k) sed animo etiam equiore erga ipsum afficeretur. Sed tamen si Dominus improbus sit, qui aliqua contra legem præscribat, vimque servo inferat ad mandata veri heri & Domini nostri Jesu Christi violanda, conatus nobis adhibendus est, ut ne nomen Dei blasphemetur propter servum illum, si quid fecerit, quod Deo displiceat. Erit autem conatus laudabilis, si vel servum illum confirmemus ad implenda constanter præcepta, quæ ipsi imposita sunt, ut Deo magis obediat quam homini; vel si, qui eum recipiunt, illatas sibi ipsius causa tentationes non recusent. (l) Ii vero qui matrimonio conjuncti, ad hujusmodi vitæ genus accedunt, interrogandi sunt, an mutuo consensu id efficiant ex Apostoli præcepto, sicque qui accedit, coram pluribus testibus recipiendus est. Quod si dissentiat altera pars, repugnetque, quod minus sollicita sit, quomodo placeat Deo, in mentem veniat Apostoli, qui dicit: *In pace autem vocavit nos Deus.* (m) Eum igitur qui relictis suis Dominum sequi instituit, de iis, quæ spectant ad opes suas, non oportet esse negligentem;

tatem ex sermonibus latenter percipere. A. Accedentium vita est expendenda, & iis qui aliquid recte jam gesserint, documenta perfectiora tradenda sunt: qui autem ex prava vita ad perfectam vitam in Dei cognitione sitam transeunt, hos perscrutari par est, nimirum qualibus præditi sint moribus, num instabiles, & in consiliis suis facile mobiles. Suspecta enim talium inconstantia: qui quidem præterquam quod ipsi nihil utilitatis capiunt, præterea sunt etiam cæteris detrimenti auctores. Sed quia nihil est quod non labore & diligentia perficiatur, ac timor Dei quævis animæ vitia superat; ne isti quidem statim desperandi, sed ducendi ad idoneas exercitationes, & tempore ac laboriosis certaminibus facienda eorum propositi probatio, ita ut si quid firmi in ipsis invenerimus, tuto admittamus; secus vero, dum adhuc extra sunt, dimittamus, nec eorum probatio damni quidquam fratribus afferat. (h) Ei autem qui ab illustriore quodam vitæ genere secundum Domini exemplum ad humilitatem festinat, aliqua quæ probrosa admodum apud externos esse videantur, præscribenda sunt; observandumque, num cum omni æquanimitate seipsum ceu operarium pudoris expertem Deo exhibeat. (i) Porro quicumque servi sub jugo detenti, ad fratrum conventum confugiunt, admoniti & meliores effecti, ad dominos suos remittendi sunt, ad exemplum beati Pauli, qui cum genuisset Onesimum per Evangelium, eum ad Philemonem remisit, alteri quidem persuadens, servitutis jugum, si ita, ut Domino placet, feratur, cælorum regno dignos reddere, alterum vero exhortans, ut non solum dominas servo intentatas remitteret, (k) sed animo etiam equiore erga ipsum afficeretur. Sed tamen si Dominus improbus sit, qui aliqua contra legem præscribat, vimque servo inferat ad mandata veri heri & Domini nostri Jesu Christi violanda, conatus nobis adhibendus est, ut ne nomen Dei blasphemetur propter servum illum, si quid fecerit, quod Deo displiceat. Erit autem conatus laudabilis, si vel servum illum confirmemus ad implenda constanter præcepta, quæ ipsi imposita sunt, ut Deo magis obediat quam homini; vel si, qui eum recipiunt, illatas sibi ipsius causa tentationes non recusent. (l) Ii vero qui matrimonio conjuncti, ad hujusmodi vitæ genus accedunt, interrogandi sunt, an mutuo consensu id efficiant ex Apostoli præcepto, sicque qui accedit, coram pluribus testibus recipiendus est. Quod si dissentiat altera pars, repugnetque, quod minus sollicita sit, quomodo placeat Deo, in mentem veniat Apostoli, qui dicit: *In pace autem vocavit nos Deus.* (m) Eum igitur qui relictis suis Dominum sequi instituit, de iis, quæ spectant ad opes suas, non oportet esse negligentem;

a Ex Homil. In mart. Juliam. som. 2. 23.

b Ex Serm. de legendis lib. Geni. ibid. 98.

c Ex Homil. III. in Hæsem. 23. som. 1.

d Ex Comment. in Ef. ibid. 203.

e Ex Serm. de legendis lib. Geni. som. 2. 95.

f Ex Regulis fufus tractatis. ibid. 185. Matth. 11. 28.

g Ibid.

h Ex Regulis fufus tractatis. ibid.

i Ibid.

Philem. 12.

k Ibid.

AB. 3. 29.

l Ibid.

1. Cor. 7. 15.

m Ibid. 184.

tem; sed illud curare, ut omnia accurate colligens, jam tamquam Domino consecrata cum omni pietate distribuat, aut per ipsum, si potest, eique licet per experientiam, aut per alios, qui multo cum examine delecti sint, quique editis specimenibus ostenderint se eas fideliter prudenterque distribuere posse, cum scire debeat ipsas non sine periculo aut propinquis relinqui, aut a quovis obvio distribui. Etenim si is cui cura regiarum possessionum commissa; etiam si sæpe nihil interverterit ex iis quæ in manibus habebat, sed negligentia aliqua prodiderit quæ acquiri poterant, a crimine non absolvitur; qualem expectandum est ob ea, quæ jam Domino dicata sunt condemnationem subiturum, qui in eis administrandis ignave ac negligenter se gesserit.

4. (a) Secessus autem a mundo, non est corpore extra ipsum esse, sed animam ab affectionum cum corpore consensione avellere, ac sine civitate esse, sine domo, sine propriis rebus, sine amicorum societate, sine possessionibus, sine rebus ad victum necessariis, sine negotiis, nullas res contrahentem, humanarum disciplinarum expertem, paratum ad suscipiendas corde informationes, quæ ex doctrina divina ducuntur. Est autem cordis præparatio, documentorum ex præva consuetudine illud præoccupantium oblivio.

(b) Atque illud quidem in primis homini Deum amanti studio esse debet, sermone non inscite uti, sed interrogare sine litigandi studio, respondere sine ambitione, non interpellare differentem, si quid dicat utile, neque cupidum esse proprii sermonis ostentationis causa interferendi, modum tenere loquendi & audiendi: discere etiam sine verècundia, docere liberaliter, nec occultare si quid ab alio didiceris, velut improbæ mulieres facere solent, quæ spurios partus subjiciunt; sed grato animo parentem doctrinæ prædicare. Vocis vero sonus mediocri præferendus est, ut nec exilior auditum præterfugiat, nec nimia contentione importunus sit. Expendendum tecum prius quid dicturus sis, atque ita demum edendum & vulgandum. Adeuntibus affabilem esse oportet, atque in colloquiis suavem; nec voluptatem faceris sermonibus aucupari; sed benigna adhortatione lenitatem obtinere. Ubique asperitas, etiam si objurgandum sit, rejicienda. Nam qui prior se ipse per humilitatem abjecerit, hoc pacto ei, cui curatione opus est, acceptus erit. Plerumque vero utilis nobis & illa increpationis ratio a propheta adhibita, qui cum David peccasset, non a semetipso sententiam induxit condemnationis, sed accersita persona utens, ipsum proprii judicem peccati constituit; ita ut cum in se ipse sententiam dixisset, nihil jam succenseret arguenti. (c) Nam aquarum quidem rivulus fontem suum indicat; sermonis autem natura pectus, unde emanavit, depingit ac designat.

5. (d) Atque ut in medicorum præceptis, cum apposite & ex ratione fiunt; post experientiam maxime eorum utilitas solet ostendi: sic in spiritualibus exhortationibus, ubi maxime monita ac præcepta fuerint exitu testata comprobataque, tunc ea sapienter utiliterque ad vitæ emendationem atque ad obtemperantium perfectionem adhibita fuisse apparet. (e) Nam jacentem qui erigit, altior omnino lapso esse debet: qui vero pariter cecidit, altero qui erigat, etiam ipse opus habet. Qui vero cæcos doctores sui duces fecere, jucundissimo se luminis fructu privaverunt. (f) Nam redarguere fratrem cum indignatione & ira, non est illum a peccato liberare, sed seipsum delictis obstringere. Oportet enim in mansuetudine corripere eos qui resistunt: neque cum ipse contemneris, quod id vehementer esse: ubi vero alium contemni videris, erga eum qui deliquit, indulgentiam ostendere: quin potius tunc in peccatum invehi decet. Ita enim & suspicionem a te hominis seipsum immodice amantis submovebis, & planissime te non peccantem odisse, sed peccatum averfari declarabis. Nam sollicitum esse & agere non propter semetipsum, laus est animi Christum & fratres amantis. (g) Omni igitur modo curandus infirmus, ac danda sedula opera, ut luxatum membrum, ut ita dicam, in suum locum restituatur. Quod si in suo vitio qualescunque tandem sit, perseveraverit; tum perinde atque alienus dimitendus est. Scriptum est enim: *Omnis plantatio quam non plantavit Pater meus cælestis, eradicabitur.* (h) Quod si qui difficile avellantur a propriis moribus, carnisque voluptatibus servire malint quam Domino, & vitam secundum Evangelium institere nolint, nulla est nobis cum illis communis ratio. Nos enim in populo inobsequenti & contradicenti edocti sumus audire: *Servans serva animam tuam, alienis peccatis ne communicaveris.* (i) Si quis alacriter non accedat ad psallendum, nec ferat præ se affectum illius, qui dixit, *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo: nec putet magnum detrimentum desiderium esse; aut corrigatur, aut expellatur; ne modicum fermentum totam massam corrumpat.* (k) Quos communes poenæ ad sanam mentem non revocant, nec a precum communione separatio ad poenitentiam adducit, eos necesse est traditis a Domino canonibus subicere. Scriptum est enim: *Si frater tuus peccaverit, corripe eum inter te & ipsum: si te non audierit, adsume tecum alium: quod si ne sic quidem, dic Ecclesie, si vero neque Ecclesiam*

a Ex epist.  
17. nom. 3.  
28.

b Ibid. 39.

c Ex epist.  
CXXXIV.  
Ibid. 124.

d Ex Hom.  
adversus  
eos qui irascuntur.  
tom. 2. 44.

e Ex Hom.  
in mart.  
Julianam.  
Ibid. 23.

f Uterque  
codex indicat  
Serm.  
de ira.  
f Ex Regulis  
fusus  
tractatus.  
Ibid. 207.

g Tim. 2.  
25.

h Uterque  
codex indicat  
Ascetica.  
g Ex Regulis  
brevius  
tractatus.  
Ibid. 235.

i Matth. 15.  
13.  
h Ex epist.  
CCXVII.  
tom. 3. 180.

j Gal. 19. 17.

k Ex Regulis  
brevius  
tractatus.  
tom. 2. 266.  
Ps. 118. 103.

l Gal. 5. 9.

m Ex epist.  
cclxxxviii  
tom. 3. 232.

n Matth. 18.  
15.

siam audierit, sit tibi ut ethnicus & publicanus; quod ipsum & in isto factum fuit. Semel accusatus est: coram uno & altero convictus fuit: tertio coram Ecclesia. Cum igitur eum obtestati fuerimus, nec acquieverit, sit deinceps excommunicatus. Et hoc pagatori denunciatur, eum admittendum non esse ad ullam rerum ad vitam pertinentium societatem: ut ex eo quod cum eo non commisceamur, sit prorsus diaboli pabulum.

\* Ut enim pueruli disciplinarum negligentes, post inflata illis a doctoribus verbera, attentiores effecti, præcepta amplectuntur, quemque sermonem ne audiebant quidem, antequam vapularent, eundem accepto flagris dolore, jam inde apertis auribus & auditu percipiunt, ac memoriæ mandant: sic & his accidit qui Dei doctrinam perfuntorie negligenterque audiunt, ejusque mandata pro nihilo ducunt; postquam ipsi a Deo castigatione affecti fuerint, tum vix tandem Dei præcepta centies illis repetita, centiesque ab eis neglecta, quasi primum ad eorum aures pervenirent, suscipiuntur, ut ille ait,

*Disciplina Domini aperit mihi aures.*

6. (a) Quemadmodum autem qui mente infirmi sunt, sedato animo curandi: ita vicissim ab iis qui curantur, objurgationes odii loco non sunt accipiendæ, neque cura ea, quæ ex misericordia ad animæ eorum salutem adhibetur, ducenda est pro tyrannide.

Turpe est enim eos qui ægro corpore sunt, tantum medicis confidere, ut sive secent, sive urant, sive amarulentis medicamentis molestiam creent, ipsos de se bene meritos fuisse putent; nos vero erga animarum nostrarum medicos, quando disciplina durior salutem nobis afferunt, non eodem modo affici. (b) Quando quidem terribile iudicium imminet præfecto non redarguenti peccantes; is cui demandata est communis cura, ut rationem de singulis redditurus, ita parare se debet: probe sciens si incidit in peccatum frater unus, cui antea justificationem Dei non declaravit, aut si lapsus, in eo persistit, non edoctus ab eo de emendationis modo, sanguinem ipsius ex suis manibus requisitum iri, uti scriptum est: & maxime, si quid eorum quæ placent Deo, non ex infirmitate neglexerit, sed potius ex eo quod obassentationem ad uniuscujusque vitia sese accommodet, disciplinæ integritatem labefactarit. (c) Atque etiam quemadmodum præfectus in omnibus fratrum dux esse debet, ita quoque vicissim reliquis convenit, si quando præfectus ipse delicti alicujus suspectus fuerit, ut ipsum admoneant qui cum ætate tum prudentia præstant. Si quid igitur fuerit, quod emendari operæ pretium sit, juvabimus & fratrem, & per illum nosmet ipsos, eo qui veluti vitæ nostræ regula est,

*S. Basilii Oper. Tom. III.*

A suaque rectitudine perversitatem nostram redarguere debet, ad rectam viam a nobis reducto: sin autem temere turbati fuerint nonnulli illius causa, ipsi iis quæ falso suspecta fuerant cognitæ, certiores facti, ab ea quam de ipso conceperant suspitione liberantur.

7. (d) Non enim ignoratis, eos qui præ sunt, palam omnibus propositos, veluti scopulos in mari prominentes, furorem fluctuum hæreticorum excipere, qui dum circa eos franguntur, ea quæ retro sunt, non alluunt. (e) Ego quidem quæ optima esse censeo, partim nunc dixi, partim vobis per omnem vitam suadebo. (f) Etiam si enim me corporis infirmitas constringat, (quam prorsus non ignoratis, quanta mihi adsit, a prima ætate ad hanc usque senectutem enutrita mecum, meque castigans secundum justum Dei iudicium, qui omnia in sapientia moderatur) (g) tamen quamdiu respirabimus, nihil debemus eorum omittere, quæ ad ædificationem bonorum pertinent. (h)

Vos vero cum tria sint ægritudinum genera, Cei quod insanabile est similes ne videamini; neque ostendatis animi morbum morbo eorum qui corpore ægrotant, consimilem, Etenim invaletudine parva qui laborant, ipsi accedunt ad medicos: qui vero morbis majoribus correpti fuerint, medicos accersunt ad se: qui autem, in aliquem atræ bilis morbum prorsus immedicabilem lapsi sunt, ne accedentes quidem admittunt: quod cavete ne vobis nunc accidat, si eos qui mente ac ratione præditi sunt, fugiatis. Sed erudimini atque initiimini timore Domini Dei nostri, ut futurorum bonorum participes esse possitis, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria & potestas cum æterno ejus Patre, & sanctissimo vivificanteque Spiritu, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

DE CARITATE IN DEUM

& proximum,

SERMO III.

1. (i) QUI semetipsos a sæculi curis removerunt, cor suum omni custodia servare debent, ne um-

quam Dei cogitationem abjiciant, aut memoriam illius mirabilium imaginibus vanarum rerum contaminent. Sed ex perpetua ac pura recordatione impressa animis nostris, velut sigillum indelebile, sancta Dei cogitatio circumferenda. Ita enim a nobis comparatur Dei dilectio, quæ simul excitat ad conficienda Dei mandata, & ipsa ab ipsi vicissim servatur, ut perpetua sit ac non intermissa, (k) Quem autem vehemens Christi-

L I stum

\* Uterque codex indicat epist.

Esai. 50. 5. Ex Regulis sicut tractatus. tom. 2. 207.

b Ibid. 193.

Ex reb. 7. 20.

c Ibid. 199.

d Ex epist. CCIII. tom. 3. 164.

e Ex Serm. de legendis libris Gent. tom. 2. 98. f Ex epist. CCIII. tom. 3. 164.

g Ibid. 165.

h Ex Serm. de legendis libris Gent. tom. 2. 98.

k Ibid. 193.

stum sequendi cupiditas tenet, is non amplius se ad ullam rem, quæ ad hanc vitam attineat, convertere potest, non ad parentum, aut propinquorum amorem, si Domini præceptis advesetur. Tunc enim locum etiam habet illud: *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & cætera*: (a) quod etiam docuerunt nos sancti Domini discipuli, Jacobus & Joannes, qui patrem suum Zebedæum, ipsumque, a quo tota illorum victus ratio pendebat, navigium relinquere: Matthæus etiam, qui ab ipso telonio surrexit, Dominumque sequutus est: non telonii solum relinquens emolumenta, sed pericula etiam contemnens, quæ a potestatibus tum sibi tum consanguineis suis impendebant, quod vectigalium rationes reliquisset infectas. Paulo denique totus etiam mundus crucifixus erat, & ipse mundo. (b) Cum enim pietatis amor animam occupat, tum ipsa omne pugnarum genus irridet; atque etiam si omnes illam rei adamatæ causa jaculis figant, delectant magis quam excruciant. (c) Nam si erga eos qui de nobis bene meriti sunt, benevolentiam amoremque naturalem habemus, nullumque non subimus laborem, ut beneficia prius in nos collata remuneremur; quisnam sermo Dei dona pro merito explicare possit? Tanta quidem est horum multitudo, ut etiam numerum effugiant: item magnitudine tanta sunt & talia, ut vel unicum satis ad id sit, ut omnimodam largitori gratiam rependere debeamus. (d) Est autem adeo bonus, ut neque remunerationem exigat, sed sat habet, si solum pro iis quæ tribuit, diligatur. Quæ omnia ubi mente recolo (ut meum affectum prodam) in horrorem quemdam & terrificum stuporem incido, nequando ob animi inconsiderantiam, aut propter meam circa res vanas occupationem a Dei dilectione excidens, Christo sim dedecori ac opprobrio. (e) Probros enim vertet Domino contemptum nostrum diabolus; ac de contumacia & de defectione nostra gloriabitur: qui cum nec creaverit nos, nec pro nobis subierit mortem, tamen suæ contumaciæ, suæque in observandis Dei mandatis negligentia socios nos ac comites habuerit. Illud quod Domino inferetur probrum, & illa adversarii jactantia mihi supplicii gehennæ gravior videtur, quod Christi inimico præbeamus materiam, adversus eum, qui pro nobis mortuus est & surrexit, jactandi se & efferendi.

2. (f) Nam Dominum Deum oportet diligere ea tota virtute, quæ nobis inest ad diligendum. Diligendus insuper proximus: sunt quoque & inimici diligendi, ut simus perfecti, imitantes benignitatem Patris nostri, qui in cælis est: qui solem suum ori-

ari facit super bonos & malos. Porro nefas est in alia perperam consumere vim diligendi. (g) Si caritatis bonum solo caritatis nomine circumscribitur, ridiculum esse hunc & illum eligentes, iis solis caritatem impertire, alios vero innumerabiles ab illius boni communicatione excludere. Sed si cum perniciosis hominibus consensio, iis, a quibus suscipitur, sub pacis specie damnum infert hostile; considerare debemus quinam sint ii quibus nos admiscemus. \* Si enim dilectus Dei Filius odio habetur, quid mirum si nos hominibus odiosi sumus, in quibus profecto odium exuperat? Cæterum neque ædificium consistere ablatis colligationibus potest, neque Ecclesia adaugeri, nisi pacis amorisque vinculo fuerit colligata. Etenim nihil est naturæ nostræ adeo proprium, ut mutuo inter nos communicare, mutuoque indigere, atque ejusdem generis homines adamaré. (h) Magis enim nos uniuscujusque fratrum auxilio indigemus, quam manus altera alterius ope. (i) Cum enim hæc ipsa nostra membra considero, quorum nullum sibi ipsi ad agendum satis est; quomodo mihi ipse videbor ad vitæ negotia sufficere? Neque enim pes tuto gradiatur, non suffulciente altero; neque oculus recte videat, non habens alterum consortem, & cum eo socialiter his quæ videntur, intentus. Auditus accuratior, qui per utrosque meatus vocem suscipit, & fortior apprehensio digitorum conjunctione. Et in summa, nihil neque eorum quæ natura, neque eorum quæ libera voluntate perficiuntur, citra conspirationem eorum quæ ejusdem generis sunt, perfici video; cum & preces ipsæ, si desint qui conspirent, longe sint seipsis debiliores. (k) Admoneat te mutuus vespertilionum amor qui contextim inter se cohærent: neque quod est separatum ac singulare, præstantius esse existima eo quod societatem cum unitate admittit. (l) Nihil enim nos ab invicem separat, nisi animi proposito dissociemur. Unus nobis est Dominus, una fides, spes eadem. Sive caput vos ipsos existimatis, non potest caput dicere pedibus: Non est mihi opus vobis. Sive vos in alio ordine reponitis, nobis in eodem corpore constitutis non potestis dicere: Vestri non indigemus. Nam & manus altera alterius eget & pes alter alterum firmat, & oculi per concordiam clare ac perspicue vident. (m) Non enim vos illa cogitatio detineat, extra multorum malum sumus, quam obrem quid nobis opus est cum aliis communi? Dominus enim insulas quidem a continente per mare divisit: insularum vero incolas per caritatem cum incolis continentis junxit. (n) Hoc enim potissimum amicus ab adulatore differt, quod hic quidem ad delectationem lo-

Luc. 14. 26.

a Ibid.

b Ex Hom. de S. Barlaam. Ibid. 74.

c Ex Regulis Rufini tractatus. Ibid. 178.

d Ibid.

e Ibid.

f Ex Comment. in Esai. tom. 1. 222. Matth. 5.

g Ex epist. CCL. tom. 3. 209.

\* Uterque codex indicat epist. Joann. 15. Matth. 10.

h Ex epist. XCVII. Ibid. 104. i Ibid.

k Ex Homil. VIII. in Hexaem. tom. 1. 42. &amp; seq.

l Ex epist. CCIII. tom. 3. 165. Ephes. 4. 5.

m Ibid.

n Ex epist. XX. Ibid. 53.

SERMO III. DE CARITATE IN DEUM ET PROXIMUM. 259

quitur, ille vero ne molestia quidem præter-  
mittit. (a) Scis quid a te præstandum sit pro-  
ximo? quod tibi ipsi ab altero vis fieri. No-  
sti quid sit malum? quod ipse nobis ab alio  
pati. (b) Cum enim ex Deo audiverim: *In  
hoc cognoscens omnes, quod discipuli mei estis,  
si diligatis invicem, cumque extremum mu-  
nus discipulis suis, suam in carne dispensa-  
tionem absoluturus, pacem suam Dominus  
reliquerit, dicens: Pacem relinquo vobis,  
pacem meam do vobis, dicere non possum,  
me sine mutua caritate, & nisi, quantum  
in me est, pacem cum omnibus habeam,*

a Ex Hom.  
IX. in Hen-  
nem. tom. 1.  
45.

b Ex epist.  
CCIII. tom.  
3. 164.  
Joan. 13. 35.

Joan. 14. 27.

c Ex Serm.  
Asctico.  
tom. 2. 171.

d Ibid.

Matth. 5. 45.

1. Joan. 4. 16.

e Ibid.

3. (c) Eodem igitur modo communem &  
æqualem omnibus inter se caritatem esse  
convenit, quo homo naturaliter erga singu-  
la sua membra affectus est, qui totum suum  
corpus pariter sanum vult, quando & unius-  
cujusque membri dolor æqualem corpori  
molestiam exhibet. (d) Qui enim in con-  
ventu unum præ aliis diligit, seipsum imper-  
fectæ caritatis insimulat. Quare ex conven-  
tu contentio indecora, & singularis amor  
sunt æqualiter amandandi. Oritur enim ex  
contentione inimicitia: ab amicitia vero  
particulari & sodalitate suspiciones & invi-  
diæ nascuntur. Cum enim æqualitas aufer-  
tur, id ubique eis qui ea spoliatur, invidia  
& odii origo & causa est. Quemadmodum  
igitur Deus optimus ex æquo impertit om-  
nibus lucem, solem suum super justos ac in-  
justos exoriri curans; ita & Dei imitatores  
communem & parem caritatis radium in  
omnes effundant. Ubi enim deficit caritas,  
illic utique ejus loco succedit odium. Quod  
si, ut Joannes ait, *Deus caritas est*, prorsus  
necesse est diabolus odium esse. Sicut ergo  
qui habet caritatem, Deum habet: sic qui  
odium habet, is diabolus in seipso nutrit.  
Quamobrem ut æqualis similisque caritas  
quibusvis ab omnibus est exhibenda: ita ho-  
nor, uti addecet, unicuique est tribuendus.  
(e) Et ut in nobismetipsis, dolor uniuscujus-  
que ægrotantis membri similiter totum cor-  
pus attingit, & tamen sunt membra alia aliis  
præstantiora, (non enim pariter de oculo ac  
de pedis digito afficimur, etiamsi dolor æqua-  
lis sit) ita unumquemque in omnes qui in  
conventu vixerint, commiserationem qui-  
dem atque amorem parem ostendere operæ  
pretium est, sed tamen, ut decet, iis qui uti-  
liores sunt, major deferetur honor. Nam in  
his qui spiritali animorum conjunctione in-  
ter se sunt copulati, non futura est major di-  
lectio ob corporalem consanguinitatem; ne-  
que si quis quidem germanus alicujus frater  
sit, filiusve, aut filia; majorem erga consan-  
guineum, quam erga alios, amorem afferet  
sanguinis conjunctio. Qui enim in his natu-  
ram sequitur, is nondum a natura perfecte

S. Basilii Oper. Tom. III.

A recessisse convincitur, sed etiamnum a carne  
gubernari. Deo autem nostro sit gloria in  
sæcula sæculorum. Amen.

DE ELEMOSINA.

SERMO IV.

1. (f) SI opes miraris, o homo, ob prove-  
nientem ex eis honorem, conside-  
ra quanto sit ad gloriam conducibilis, innu-  
merorum filiorum patrem appellari, quam  
innumeros in marsupio stateres habere.  
Nam pecunias quidem relicturus hic es vel  
invitus: contra, partem ob bona opera glo-  
riam exportabis ad Dominum, cum scilicet  
circumstans coram communi iudice populus  
omnis, nutritorem & beneficum largitorem  
ac omnibus humanitatis appellabit nomi-  
bus. (g) Etenim in nundinis quidem nemo  
dolet quod profundat quæ adsunt, & vicissim  
quæ desunt comparet: contra, quo viliori  
pretio res pretiosissimas emerit, hoc magis  
gaudet, ut qui egregie negotiatus sit. Tu  
vero doles, quod aurum & argentum & opes  
tradas, hoc est, lapidem ac pulverem præ-  
beas, ut beatam vitam acquiras. Sed cui  
tibi usui aurum? pretiosa te veste amicies?  
An non duorum cubitorum tunica satis tibi  
fuerit, & unius pallii amictus omnem indu-  
mentorum necessitatem explebit? Uterisne  
divitiis ad lautius vivendum? verum panis  
unus exsatiando ventri sufficit. Quid igitur  
tristitia afficeris? Cujusnam rei fecisti jactu-  
ram? An gloriæ quæ ex divitiis oritur? At  
si humi gloriam non quæseris, veram illam  
ac splendidam, quæ te in regnum cælorum  
deducet, invenies. (h) Dispersæ enim se-  
cundum Domini monitum divitiæ solent  
permanere, clausæ autem alienari. Si cu-  
stodies, non habebis: si dispergas, non amit-  
tes. *Dispersit enim, dedit pauperibus, ju-  
sticia ejus manet in sæculum sæculi.* (i) Quare  
debent qui prudenter judicant, usum divi-  
tiarum ad dispensationem concessum existi-  
mare, non ad perfruendum: & his depositis  
lætari, ut ab alienis remotis; non ægre fer-  
re, ut suis privati. Quid igitur affligere?  
quid animo discruciare cum audis: *Vende  
quæ habes & da pauperibus.* Etenim si te se-  
querentur in futurum sæculum, ne sic qui-  
dem essent studiosius exquirenda, utpote  
quæ a præmiis illic repositis obscurerentur: sin-  
autem necesse est ea hic manere; cur non ex  
his divenditis lucrum exportamus? (k) Quis-  
quis enim male suis rebus utitur, miserabi-  
lis est, non aliter quam qui accepto ad ho-  
stes ulciscendos gladio semetipsum libens  
fauciat. Qui autem bene & secundum re-  
ctam rationem res suas tractat, ac dispensa-

f Ex Hom.  
in illud Lu-  
ca, De-  
struam.  
ibid. 25.

g Ex Hom.  
in Divites.  
ibid. 29.

h Ibid.

Psal. 112. 9.  
i Ibid.

Matth. 19.  
21.

k Ex Hom.  
de Invidia.  
ibid. 51.

por est honorum a Deo datorum, nec ea, ut ipse perfruatur, congerit, laude & amore dignus est ob dilectionem in fratres ac liberalem & beneficam indolem.

a Ex Hom. in famem. Ibid. 34.

b Ibid.

c Ibid.

d Ibid. 37.

e Ex Hom. in Divites. Ibid. 28.

2. (a) Videte quemadmodum multitudo peccatorum nostrorum & anni tempestates a sua ipsarum natura abduxerit, & temporum formas transmutaverit in alienas temperaturas. (b) Omnia enim insolito modo terminos creationis transgredientia, ac male ad nostram conspirantia perniciem, a vitio & a vita mortales abigunt? Quæ ergo causa est inordinationis hujus atque confusionis (c) Nimirum quia cum acceperimus aliis non impertimus: laudamus beneficentiam, & eadem privamus egenos. Liberi ex servis facti, conservorum non miseremur: esurientes nutrimur, & egentem negligimus. Divitem datorem ac promum habentes parci effecti sumus, nihilque cum pauperibus communicamus. Oves nostræ abundant fetibus, & major nudorum numerus quam ovium. Horrea ob repositarum frugum copiam in angustum coguntur, nec tamen hominis, qui angustiis urgetur, commiserescimus. (d) Pauper es? alter est te pauperior. Sunt tibi cibaria dierum decem: illi, unius. Quod tibi superest, ac redundat, id tu ceu bonus ac gratus ex æquo cum egente partiatis. Ne dubites ex modico dare: ne commodum tuum periculo publico anteponas. Quod si ad unum panem redactus cibus sit, stetque pro foribus mendicus, promito ex penu illum unum, quem imponens manibus, & intuens in caelum, miserabilem hanc simul & gratam vocem emittito: Unus hic est panis, quem vides Domine, & periculum aperte imminet, sed ego mihi tuum mandatum præpono, & ex modico tribuo esurienti fratri, jam tu quoque da periclitanti servo. Novi tuam bonitatem, confido etiam potentiam: non differs diu beneficia: sed dona tua, cum libet, spargis. Quod si ita loquutus fueris ac feceris, quem ex angustia panem porrigis, is semen fiet segetis ac edet fructus uberes.

3. (e) Tu vero dicis proximum tuum a te diligi ut teipsum? sed quod dictum est a Domino, demonstrat te a vera caritate longe abesse. Si enim tantum tribuisti unicuique, quantum & tibi ipsi? unde quæso, hæc tibi divitiarum copia? Qui enim diligit proximum uti seipsum, nihil amplius quam proximus possidet. Quia autem plus possidisti, manifeste declaras te propria commoda multorum solatio præferre. Itaque quo magis abundas divitiis, eo magis caritate destitueris. Nam si proximum tuum dilexisses, jamdudum in alienandis facultatibus exercitatus esses. Nunc autem adhærescunt tibi opes arctius quam membra corporis, doles-

que dum a te separantur, perinde ac si principum corporis partes amputarentur. Nam si induisses nudum, si dedisses esurienti panem tuum, si fores tuas apertas fuissent hospitali omni, si orphanorum existisses pater, si miseratus fuisses infirmum omnem; de quibus, quæso, opibus nunc doleres, jam pridem in eis egeno distribuendis exercitatus? (f) Quantam oportebat habere te benefico largitori gratiam, quam hilarem esse, quam lætatum ob eum qui tibi defertur honorem, videlicet quod non perturbes fores alienas, sed alii tuas occupent? Participes fac cibarium fratres: quod cras putrescet, id hodie trade egenti. Avaritiæ pessimum genus est, ne ea quidem quæ corrumpuntur, egenis erogare. (g) Si qui indutum nudat, fur appellabitur, qui nudum non induit, cum facere possit, quam alia appellatione dignus est? Esurientis est panis, quem tu detines: nudi est pallium, quod tu in arca servas; discalceati calceus, qui apud te putrescit: indigentis argentum, quod defossum habes. Quare quot hominibus dare potes, tot sunt quibus infers injuriam. Quomodo tibi ob oculos ponam ærumnas pauperis ut perspicias ex qualibus gemitibus tibi ipse thesaurum colligas? O quanti pretii tibi in die judicii videbitur verbum illud! *Venite benedicti Patris mei: possidete paratum vobis regnum.* Rursum quantus tibi horror sudorque & quantæ tenebræ circumfundentur, judicium illud damnatorium audienti: *Discedite a me maledicti in tenebras exteriores, quæ parata sunt diabolo & angelis ejus.* (h) Neque enim misericordia sine judicio apud Deum, neque judicium sine misericordia. Ante judicium igitur diligit misericordiam, & post misericordiam venit ad judicium. Hæc autem inter se conjuncta sunt: misericordia cum judicio; ne aut misericordia sola molliem pariat, aut judicium solum afferat desperationem.

4. (i) Si non occidisti, non adulterium commisit, neque furatus es, neque contra quempiam falsum testimonium dixisti; nihilominus tamen adhibitam in his agendis diligentiam tibi infructuosam efficis, qui quod reliquum est non adjicias, quo solo possis in Dei regnum ingredi. Ac quidem si medicus ea membra quæ a natura vel a quapiam infirmitate mutila habes, restitutum se promitteret, profecto id cum mœrore non audires: quia vero magnus animorum medicus te præcipuis rebus destitutum vult perfectum reddere per elemosynam, beneficium ejusmodi non accipis, sed luges ac mœres animo, tibi que inutilia efficis, quæcumque antea laborasti. (k) Non tibi ipse magnopere laborabis? Non in præsentis sæculo recondes quæ ad ævi futuri requiem

spe-

f Ex Hom. in Mand. Luca, De-struam. Ibid. 27.

g Ibid.

Matth. 25. 34.

Ibid. 41.

h Ex Hom. in Psal. XXXII. rom. 1. 73.

i Ex Hom. in Divites. rom. 2. 28.

k Ex Homil. IX. in He-naem. rom. 1. 45.



spectant, ubi ad formicæ exemplum respicis? quæ in æstate sibi ipsi recondit hiemale alimentum, nec, quia nondum adsunt incommoda hiemis, segniter tempus traducit: sed inexorabili quadam diligentia ad operam se ipsa urget, donec sufficientem in cellulis reposuerit alimoniam. Neque id negligenter: sed efficit sapienti quadam solertia, ut ipsum alimentum quam diutissime conservetur. Dissecat enim suis unguibus medios fructus, ne germinantes sibi ad nutrimentum inutiles reddantur. Eisdem etiam efficit, tum, cum eos sentit madefactos: nec omni tempore eos exprimit, sed cum aerem in sereno statu mansurum esse præsentit. Non utique vidæas imbrem ex nubibus defluentem, quanto tempore a formicis expositum frumentum est. (a) Imitare terram, o homo: fructum profer velut illa, ne re inanimata videare deterior. Hæc enim fructus, non ut ipsa perfruatur, sed ad usum tuum enutrivit. Tu vero quemcumque beneficentiæ fructum ostenderit, eum tibi ipsi colligis, quia bonorum operum gratia in largitores revertitur. Dedisti esurienti, & tuum fit quod datum est, cum additamento rediens. Quemadmodum enim frumentum, quod in terram cadit, in lucrum cedit. Projicienti: ita panis in esurientem coniectus, in posterum multum afferet emolumentum.

a Ex Homil. in illud Lucæ, De struam. tom. 2. 25.

b Ex Homil. dicta in Lucæ, ibid. 306.

c Ex Homil. quod mundanis adhaerendum non sit. Ibid. 91.

Luc. 15. 24.

d Ex Homil. in Psal. XIV. tom. 1. 190.

3. (b) Si foribus tuis adsiterit qui penuriam suam quærat levamen, ne videas inæqualia. Ne dixeris: hic amicus est, hic consanguineus, hic bene de me meritis: ille peregrinus, alienus, ignotus. Inæqualia si videas, non consequere misericordiam. Natura est una: tum hic tum ille homo est. Penuria una, egestas in utroque eadem: fratri da, & peregrino; nec fratrem averferis, & peregrinum pro fratre habe. Vult Deus te indigentibus solatium afferre, nullam personarum rationem habere, non propinquo dare, peregrinum vero repellere. Omnes enim propinqui, omnes fratres, unius patris filii omnes. (c) Sunt qui e faucibus periculi erepti fuere a creatore, nec jam ullum habent sibi relictum vitæ subsidium, sed animam solam & corpus periculo subduxere. Nos ergo, quibuscumque ingustata rerum adversarum experientia, copiam nostram communem cum illis faciamus. Amplectamur fratres vix servatos, dicamus quisque cuique: *Morsuus erat, & revixit: perierat, & inventus est*; atque corpus nostro affine contegamus. Opponamus inimici injuriis nostram consolationem, ut etiam lædens non multum læsisse videatur, & bellum inferens, neminem victum ostendat, & postquam dispersidit fratrum facultates, liberalitate nostra victus comperiatur.

6. (d) Oportet quidem ut qui liberalis est,

ob caritatem in simplicitate præbeat se erga petentes facilem, secundum illud præceptum, *Potentiori, de*: & rursus ratione necessitatem uniuscujusque petentis discernas; ut ex Actis didicimus. *Dividebatur enim singulis, inquit, prout cuique opus erat.* Quia enim multi necessarium usum transilientes, mendicitatem ad negotiationis occasionem, & lascivarum deliciarum materiam convertunt; scienter & provide pro uniuscujusque necessitate distributio rerum necessariorum facienda. (e) Qui enim lugubria carmina ad mulierculas decipiendas componunt, & mutila corporis membra, ac ulcera ad quæstus occasionem inveniendam confingunt, non sane his copiosa erogatio proderit: ipsis enim instrumentum est ad nequitiam liberalitas: sed oportet modica erogatione ejusmodi hominum latratum arcere, misericordiam autem & fraternam caritatem in eos ostendere qui res adversas patienter perferre didicerunt, pro quibus & dicitur: *Esurivi, & dedistis mihi manducare.* (f) Quapropter experientia opus habet, ut is qui vere pauper est ab eo, qui ex avaritia mendicat, secernatur. Et quidem quisquis calamitose dat, dedit Domino, & ab eo mercedem accipiet: qui vero errabundo omni tribuit, projicit eam, molesto quidem ob impudentiam, sed non miserando ob indigentiam.

Luc. 6. 30.

Act. 4. 35.

e Ibid.

Matth. 25.

35. Ex epist. CL. tom. 3. 133.

7. (g) Audite divites quale pauperibus demus consilium ob vestram inhumanitatem, nempe, ut gravissima quæque constanter ferant potius, quam calamitates ex fenore provenientes perpetiantur. Morem si Domino gereretis, quid his verbis esset opus? Nam dicit, *Musuum date iis, a quibus non speratis recepturos vos esse.* Cum enim pauperi Domini gratia dederis; idem & donum est & fenus. Donum quidem, quod recepturum te nihil esse speras: fenus vero, ob Domini pro inope persolventis munificentiam, qui, paucis per pauperem acceptis, magna eorum loco redditurus est. \* Consideret igitur divitum quisque suos reditus, e quibus Deo dona oblaturus sit: num pauperem imperio suo oppresserit, num infirmiori vim intulerit, num a subdito quidpiam inique extorsit. Servare enim quod justum est, & æquum, etiam in servos præcipimur: noli vero quia superior es vim afferre, neque quia potes, extorquere: sed quia tibi per vires licet, exere justitiæ opera; nam in quo nulla tibi datur facultas, in eo sane nullum tui erga Deum timoris atque obedientiæ specimen exhibebis: sed in eo quod cum transgredi possis, non transgredieris: si vero quæ pauperibus eripuisti, ea in pauperes erogas, præclarior tecum ageretur, si neque raperes neque dares. Neque enim beneficia ab iniquo quæstu in pauperes collata, Deo grata acceptaque sunt:

g Ex Homil. in Psal. XIV. tom. 1. 61.

Luc. 6. 35.

\* Utique codex indicat sermonem de elemosyna & judicio.

sunt : neque qui rapinis hujusmodi abstinet, laudandus est, si de suo neminem juverit. De his enim qui injuste possident, atque dona offerre Deo aggrediuntur, scriptum est : *sacrificium impiorum abominatio coram Domino*. De his autem qui nulla misericordia permoventur, *Qui obsurat suas aures, ne pauperem exaudias, ipse etiam invocabit, neque erit qui exaudiat*. Propterea monet & hortatur parcemia : *Honora Dominum de laboribus tuis justis : & primitias illi offer de tuis fructibus justitiæ*. Si enim ex iniquitate & rapina quædam oblaturus es Deo, præstantius esset neque talia possedisse te umquam, neque ex his offerre. Purum enim donum evehet precem, ut scriptum est : & preces eorum qui recto sunt corde, acceptæ sunt apud ipsum. Et rursus si possidens e justis laboribus non obtuleris Deo oblationes, quibus alantur pauperes, imputabitur tibi in rapinam : ut per Prophetam Malachiam ait Deus : *Primitiæ & decimæ vestræ vobiscum sunt, & eris in domibus vestris direptio*. Quid igitur tuas divitias coinquinas o homo, iniqua lucra his superaddens? Quid abominabilem facis oblationem tuam ex injustitia, dum id offerre tentas cujus nomine alterius pauperis miserturus es? ejus misereare quem injuria afficis. In hunc summa utere humanitate, huic gratificare, & adimplebis misericordiam cum judicio. Neque enim Deo ulla est cum avaritia communicatio : neque ullum est Domino cum prædonibus & rapacibus commercium. Neque pauperes nobis enutriendos reliquit, quod eos alere non possit : sed justitiæ atque humanitatis uberem a nobis fructum efflagitans, eos summo suo in nos beneficio nobis commendavit. Eleemosyna ab injustitia non existit, neque a maledictione benedictio, neque ex lacrymis beneficia. Inanis gloriæ sunt ista, atque laudem humanam, non divinam venantur. Si enim, ut Deo inspectore, eleemosynam facis, caveto ne eam ex alienorum usurpatione facias, non ignarus te hac ratione speculatori Deo non placere. Sic igitur eleemosynam faciamus, ut a Deo postea eam recepturi. Reddit enim Deus illis quos laudat : rapacem vero neminem laudat. Ne decipiâmini : non aliter Christo accepta erunt nostra in pauperes beneficia, nisi prius alienis injuria ablatis penitus exolvamur. Sic enim Dominus gratam habuit Zachæi probitatem : ac dixit, *Hodie salus domui huic facta est* : quia cum instituisset quadruplum reddere, si quid defraudasset ; postea pecuniarum quas reliquas habebat, dimidium pauperibus dabat. Sciebat enim quid sit Christum recipere. (a) Enimvero, fratres, divitiis effundi in egenos cupientibus per nos liceat. Ob oculos nostros hodieque jacentes

Præm. 15. 8.

Ibid. 21. 13.

Ibid. 3. 9.

Psal. 35. 11.

Mal. 3. 8.

Luc. 19. 9.

a Ex Hom. quod mundanis adhibendum non sit. tom. 2. 90.

A Lazaros ne prætereamus, neque eis mensuram nostræ micæ, quæ ad ipsos saturandos sufficiunt, invidemus, nec imitem illum divitem imitati, ad eandem atque ipse gehennæ flammam veniamus. Nam multum quidem tunc Abrahamum rogabimus, multum etiam quoscumque, qui vitam suam probe transegerint : sed lucrum nullum ex nostro clamore consequemur. *Frater, enim, non redimis, redimet homo?* Unusquisque autem illorum clamans dicturus nobis est : Commiserationem quam ipse erga alios ignorasti, ne quæras : neque velis accipere a deo magna, qui minorum parcus fuisti : frueri his quæ in vita collegisti. Lacrymare nunc, siquidem lacrymantem tunc fratrem videns, non es misertus. Hæc dicent nobis, nec injuria. Imo vereor ne nos impetant acerbioribus etiam verbis, cum vincamus illum, ut scitis, improbitate divitem. Nam assentatores & parasi, postquam splendide apud nos epulati sunt, manus etiam pretiosis muneribus plenas referunt ; & discunt ex nobis, esse sibi utilius prosequi talia & efficere quam virtutem colere. Quod si in nostrum conspectum pauper venerit, qui vix etiam præ fame loquatur, averfamur, festinanter transimus, quasi veriti, ne si etiam lentius gradiamur, ejusdem miseræ efficiamur participes. Et, si in terram oculos, calamitate pudorem ei incusiente, dimiserit, eum hypocrisis dicimus artificem : si vero libere ac confidenter, fame graviter exstimulatus, aspexerit nos, e contrario impudentem appellamus ac violentum. Et, si opertus sit integris vestibus ab aliquo acceptis, quasi inexplabilem repellimus, ac juramus paupertatem ab illo simulari : si vero panniculis putridis amiciatur, rursus abigimus uti male olentem. Et quamvis conditoris nomen precibus admisceat, ac similes ærumnas indefinenter a nobis deprecetur, tamen immisericordem voluntatem flectere non potest. Quapropter gehennæ ignem gravio-rem quam qui divitem illum Lazari despectorem combussit, reformido. \* Quod quidem ne eveniat, misericordia misericordiam comparemus, ut & æterna bona consequamur in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria & potestas, cum æterno ejus Patre, & vivificante Spiritu, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

## DE DIVITIIS ET PAUPERTATE.

### S E R M O V.

I. b **P**utei hausti melius scaturiunt, sic & divitiæ, si stabiles sint, nihil profunt : si moveantur & transferantur, com-  
mu-

b Ex Hom. in illud Lucae, Destruam. Ibid. 26.

munem utilitatem promovent ac fructum A  
ferunt. Ac mirari quidem mihi subit, quo-  
modo post superfluam & inutilem sum-  
ptuum excogitationem, (a) cum in sexcen-  
tos usus distractæ divitiæ redundant adhuc,  
in terra detruduntur a possidente, & in ab-  
ditis locis asservantur. Papæ! postquam in-  
numeris excogitatis modis aurum absumere  
non potuit, tunc illud sub terra occultavit.  
(b) Videtur autem mihi vitium animæ divi-  
tis, helluonum vitio simile, qui malunt  
præingluvie disrumpi, quam reliqui quid-  
quam impertiri egentibus. (c) Talis erat B  
ille in Evangelio dives: adstabant qui ani-  
mam ejus repeterent, & ille secum differe-  
bat de alimentis. Hac ipsa nocte abripieba-  
tur, & ad multos annos rerum possessionem  
animo sibi fingebat. (d) Insania ingens: dum  
quidem aurum in metallis erat, terram scruta-  
batur: cum autem jam in propatulo est,  
rursus illud in terra abscondit: deinde au-  
rum defodienti evenire arbitror, ut & cor  
suum simul defodiat: *Nam, inquit, ubi the-  
saurus tuus, ibi & cor.* (e) Age, igitur, o  
dives, divitias varie dispensa, noli magno C  
vendere, cave expectes annonæ caritatem  
ad horrea aperienda: ne famem auri causa,  
ne inedia communem ob privatam opum  
tuarum copiam opperiare. Noli fieri caupo  
humanarum calamitatum: ne iram Dei oc-  
casionem feceris aggerendæ pecuniæ. Tu  
enim aurum quidem respicis, sed fratrem  
tuum non respicis, & numismatis quidem  
notam agnoscis, & a sincero adulterinum  
discernis, fratrem vero tempore necessitatis  
prorsus ignoras. Ac nitidus quidem auri  
color valde admodum te oblectat; sed quot D  
& quanti egenorum gemitus te prosequan-  
tur, non reputas.

2. (f) Cui, inquit, injuriam facio, dum  
mea custodio & claudio? Quæ, dic mihi, tua  
sunt? Unde accepta in vitam intulisti? Ve-  
lut si quis, loco in teatro ad spectandum  
occupato, deinde ingredienti arceat, id  
sui ipsius proprium ratus, quod ad omnium  
communem usum proponitur. Tales quo-  
que divites sunt. Nam communia præoccu-  
pantes, propria sibi faciunt eo quod præoc-  
cupaverint. Quod si suæ quisque necessitati E  
sublevandæ id modo quod satis est caperet,  
egenti vero relinqueret quod superfluum  
est, nemo esset dives, pauper nemo. Non-  
ne nudus egressus es ex utero? nonne nudus  
iterum in terram reverteris? Unde autem  
tibi præsentia bona? Si a casu dixeris; im-  
pius es, qui non agnoscas Conditorum, ne-  
que gratiam habeas largitori: si confiteris  
esse a Deo, dic nobis rationem cur acceperis.  
Num injustus Deus, qui nobis inæqualiter  
vitæ necessaria distribuit? Cur tu quidem  
dives, ille autem pauper? An non utique,

ut & tu benignitatis ac fidelis dispensationis  
mercedem accipias, & ille magnis patientiæ  
præmiis donetur? (g) Sed, inquis, necessariæ  
opes sunt propter liberos. Speciosus hic ava-  
ritiæ prætextus; liberos namque prætendi-  
tis, interea vero satisfacitis vestro animo.  
Noli culpam rejicere in insontem: proprium  
Dominum habet, proprium rectorem: a  
quo vitam accepit, ab ipso vitæ subsidia ex-  
spectet. Num iis qui matrimonio juncti  
sunt, scripta non sunt Evangelia? *Si vis*  
*perfectus esse, vende quæ habes, & da paupe-*  
*ribus.* Cum prolem numerosam peteres a  
Domino, cum rogares ut fieres liberorum  
pater, illudne addidisti: *Da mihi liberos, tua*  
*ut violem præcepta? da mihi sobolem, ut ad*  
*regnum cælorum non perveniam?* Adhæc  
voluntatis filii quis erit sponsor, quod videli-  
cet datis rebus recte usus sit? Nam divitiæ  
multis exstiterent libidinis ministræ, atque im-  
puritatis. Vide igitur ne divitias laboribus  
permultis coacervatas, aliis materiam pec-  
catorum facias, posteaque plectaris duplici  
pœna, tum nomine eorum, quæ ipse inique  
egisti, tum eorum, quæ alter abs te adjutus  
perpetrarit. (h) Et quidem liberi, nulla a  
parentibus accepta hæreditate, plerumque  
sibi ipsi domos parant: at tuæ animæ, si  
eam semel negligas, quis miserebitur? Quid  
igitur tanto auri desiderio afficeris?

3. (i) Quis ex iis qui plus æquo vestium  
elegantiam affectant, potuit unam diem suæ  
ipsum vitæ adjicere? cui perperit mors ob di-  
vitiis? a quo abstinuit morbus causa pecu-  
niarum? Usquequo aurum, animarum la-  
queus, mortis hamus, peccati illecebra?  
Quousque divitiæ belli causa, quibus con-  
stantur arma, quibus acuuntur gladii, pro-  
pter quas cognati ignorant naturam: fratres  
oculis eadem spirantibus sese invicem con-  
spiciunt. Quis est mendacii pater? quis fal-  
sæ scripturæ opifex? quis parens perjurii?  
Nonne divitiæ? Nonne earum studium?  
Quid facitis o homines? quis vobis, quæ ve-  
stra sunt, in insidias vertit? Absit enim ut  
pecuniæ datæ sint ad malorum incitamen-  
tum. Redemptio sunt animæ, absit enim ut  
occafio sint exitii. (k) Etenim si divitiæ ad-  
minicula sunt ad injustitiam, miserabilis est  
dives: si autem inserviunt virtuti excolen-  
dæ, nullus est locus invidiæ, cum earum com-  
munis utilitas omnibus proponatur. (l) Pro-  
pterea par est abentes non desiderare divi-  
tias: si vero adsint, non magis ipsarum pos-  
sessione gloriari, quam scientiæ easdem dis-  
pensandi. Nam præclarum est illud Socra-  
tis, qui divitem quemdam virum magno pe-  
re de pecuniis superbientem non prius admi-  
raturum se dixit, quam ipsa rei experientia  
didicisset eum iis uti nosse. (m) Nam divi-  
tiæ ac bona valetudo sæpe numero peccati  
ad-

a Ex Hom.  
in Divites.  
ibid. 29.

b Ex Hom.  
in illud  
Luca, De-  
struam.  
Ibid. 24.

c Ibid. 25.

d Ex Hom.  
in Divites.  
Ibid. 29.

Matth. 6.

21.  
e Ex Hom.  
in illud  
Luca, De-  
struam.  
Ibid. 25.

f Ibid. 27.

Job. 10 21.

g Ex Hom.  
in Divites.  
ibid. 32.

Matth. 19.

21.

h Ibid.

i Ibid.

k Ex Hom.  
de Invidia.  
ibid. 52.

l Ex Serm.  
de legendis  
libris Gen-  
tilium.  
ibid. 97.

m Ex Hom.  
in Psal. 50.  
tom. 1. 50.

a Ex Hom.  
VII. in He-  
xaem. *ibid.*  
35.  
b Ex Hom.  
in Ps. XIV.  
*ibid.* 58.

administræ sunt, his qui horum utroque abu-  
tuntur. (a) Paupertas autem cum veritate,  
possessione omni apud sapientes pretiosior.

4. (b) Sed horum nihil unusquisque no-  
strum cogitat: verum hominem videns ne-  
cessitate pressum, genibus provolutum ac  
supplicem, ecquid non humile facientem,  
ut vel fenore medeatur inopiæ, non tamen  
ejus miseretur adversa præter meritum for-  
tuna utentis; sed inflexibilis stat; & impla-  
cabilis, jurat, ac sibi male precatur nisi pror-  
sus indigeat, ac ipse etiam circumspiciat  
num quem mutuo dantem inveniat, ac si B  
dem faciens mendacio per juramenta, per-  
jurium ceu malum quemdam & adventi-  
tium inhumanitatis quæstum acquirit. Sed  
ubi qui mutuum quærit, meminit fenoris,  
& nomen pignoris protulit, tunc demisso su-  
percilio subridet, atque paternæ amicitiz  
refricat memoriam, ac familiarem & ami-  
cum appellat. Et videbimus, inquit, sic  
ubi quidquam recondatur argenti apud nos.  
Depositum utique vir amicus nobis quæstus  
ergo concedidit. Verum ille graves usuras  
mutuæ pecuniæ exigit: sed nos profecto ali-  
quid remitemus, & minori daturi sumus fe-  
nore. Talia confingens, verbisque ejusmo-  
di blanditus misero ac lenocinatus, ubi il-  
lum syngraphis obstrinxit, atque, præter  
urgentem inopiam, libertatem etiam viri  
abstulit, abit. Quid agis miser? Pecunia sine  
& quæstum ab indigente postulas? Si te di-  
tiores non posset reddere, quid ad tuas januas  
quæsvisset? O rem miseram & calamitosam!  
Venit subsidium quærens: sed hostem repe-  
rit. Remedium dum requireret, in venena  
incidit. Officium tuum fuerat viri subleva-  
re inopiam: at tu adauges egestatem, velut  
si quis medicus ægrotos invisens, cum eis de-  
beat restituere sanitatem, e contrario vel  
exiguas virium reliquias adimat. Tu igitur  
miserorum calamitates quæstus occasionem  
facis. Et sicut coloni ad seminum multipli-  
cationem imbres exoptant: ita & tu egesta-  
tes & inopias hominum optas, tibi ut quæ-  
stuosæ sint pecuniæ.

5. Ac pecuniam quidem qui quærit fenore,  
in mediis difficultatibus constitutus, cum E  
respicit ad paupertatem, de solutione despe-  
rat: cum vero præsentem considerat egesta-  
tem, audax fit ad fenus. (c) Sed cum sensim  
diffuunt pecuniæ, tempusque progrediens  
secum fenus advehit, non noctes ei requiem  
afferunt, non dies hilaris est, non sol jucun-  
dus, sed vitam moleste fert. Odit dies ad  
constitutum tempus festinantes. Quod si  
dormiat, videt feneratorem in somnis, ma-  
lum somnium, capiti adstantem: si vero vi-  
gilet, cogitatio ei & cura fenus est. (d) Ve-  
rum & ad eum qui fenore accipit, dicere li-  
cet. *Bibe aquas de tuis vasibus, & de fontibus*

f *ibid.*

d *ibid.*

Prov. 5. 15.

tuis, hoc est, ad alienos fontes ne accede,  
sed ex propriis laticibus tibi ipse vitæ sola-  
tia compara. Habes vasa ærea, vestem,  
jumentum, diversi generis suppellectilem?  
hæc vende: induc in animum omnia pro-  
ficere præter libertatem. Sed me pudet,  
inquit, isthæc voci præconis subjicere.  
Cur igitur paulo post alius ea exponet,  
tuorumque bonorum faciet auctionem,  
& vili pretio ob oculos tuos vendet? Satius  
est, arte & industria paulatim necessitatem  
levare, quam alienis facultatibus subito ela-  
tum, deinceps omnibus simul bonis nudari.  
Si igitur habes unde solvas, cur præsentem  
egestatem hisce auxiliis non depellis? Sin sol-  
vendo non es, malum malo curas, (e) Pau-  
per es nunc, sed liber. Argentum si fenore  
sumseris, non ditesces, sed libertate spolia-  
bere. Qui pecuniam sumsit fenore, fene-  
ratoris servus est, imo servus stipendiarius,  
inexorabile exhibens ministerium. Canes  
accipiendo mansuescunt, fenerator vero  
recipiendo irritatur. Non enim allatrare  
desinit, sed plura exposcit. Si juraveris,  
non credit. Quæ in ædibus habes, perscu-  
ratur: tua diligenter indagat commercia,  
Præsentem uxore, afficit te pudore, coram  
amicis imponit contumeliam: in mercati-  
bus fauces constringit: malus est festo die oc-  
cursus: vitam tibi reddit injucundam & in-  
tolerabilem. At magna, inquit, est neces-  
sitas, nec alia est parandæ pecuniæ ratio.  
Quæ, quæso, utilitas ex hodiernæ diei di-  
latione? Fenus enim non omnino liberat,  
sed consilii & mentis inopiam tantisper tar-  
dat. Etenim si argentum fenore non sumis;  
hodie & postea simili modo eris pauper:  
nunc quidem nullus tibi vertit probro pau-  
pertatem, siquidem malum est hæud volun-  
tarium: si vero fenori fueris obnoxius, ne-  
mo erit qui te stultitiæ non condemnet.  
(f) Jam perpende unde sis soluturus. Num f *ibid.* 60.  
ex iis pecuniis quas accipis? Sed hæc & ad  
necessitatem cohibendam & ad solutionem  
non sufficiunt. Quod si usuras etiam repu-  
taveris; unde usque adeo multiplicabuntur  
pecuniæ? Vulnere vulnere curat nemo, ne-  
que malum malo sanat, (g) At, inquis, g *ibid.*  
quomodo nutriar? manus habes, habes ar-  
tem, loca operam tuam lucri gratia, mini-  
stra: multa sunt parandi victus consilia, mul-  
ti modi. At id facere non potes? Pete a pos-  
sidentibus, At turpe est postulare? Tur-  
pius utique fuerit creditorem datis fenori  
pecuniis defraudare. Deinde vero potest  
formica nec mendicans, nec fenore acci-  
piens, nutrirî: apes itidem regibus largiun-  
tur proprii alimenti reliquias: quibus tamen  
nec manus, nec artes concessit natura. Tu ve-  
ro industriû animal homo, inter artes omnes  
unam ad transigendam vitam non reperies?  
6. Di-

6. Dives es? Argentum ne des fenore. A familiaris jacturam lugent. Atqui, inquis, Pauper es? Ne fume fenore argentum. Etenim si locuples es, nihil tibi fenore opus est: si vero nihil habes, non pendes usuras. Noli tuam ipsius vitam seræ poenitentiae ob-  
 jicere. Hoc uno præstamus divitibus nos pauperes, curarum vacuitate: ac eos vigi-  
 lantes ridemus ipsi dormientes, ac curis sem-  
 per distentos & sollicitos, quieti & liberi. Debitor utique & pauper est, & curis multis  
 anxius, & omni tempore cogitatione defi-  
 xus, nunc quidem res suas æstimans, nunc  
 vero domos sumptuosas, divitum agros, Billud, quod a parentibus accepisti. Nemini  
 occurrentium vestes. Hæc si mea essent, umquam patris paupertas data est crimini:  
 inquit, tanti & tanti divenderem, atque at paternum debitum in carcerem ducit. Ne  
 liberarer fenore. Hæc ejus animo nocteque relinquis syngrapham ceu paternam exse-  
 dieque insident. Januam si pulsaveris, ir- crationem in filios ac nepotes descendentem.  
 reptit sub lectum debitor. Velociter accur-  
 rit quis, & illius cor palpitat. Canis latrat; nolite cor apponere. Hanc vocem admirare.  
 ille sudore diffluit, & anxietate corripitur, Divitiæ, inquit, si affluant. Fluxa est di-  
 quaque via fugiat, conspicit. Dies præscri- vitiarum natura, torrente citius præterla-  
 ptus instat; anxie secum reputat quodnam bitur possessores, alios aliter solet mutare.  
 dicturus sit mendacium, & quo conficto præ- Quemadmodum fluvius ab alto labens, iis  
 textu depulsurus a se sit creditorem. Quid te quidem qui ad ripam adstant appropinquat;  
 ipse bestiae fecundissimæ adjungis? Lepores sed simul ut contigit, statim secedit: ita et-  
 aiunt simul & parere, & nutrire, & super- iam divitiarum instabilitas velocissimam lu-  
 fetare: sic pecuniæ feneratoribus simul & bricamque præsentiam habet, alios ex aliis  
 dantur ad pendendas usuras, & gignuntur, permutare solitam. Hodie hujus est ager,  
 & pullulant. Nondum enim in manus acce- cras alterius, & paulo post alius. Respice ad  
 pisti, & tamen præsentis mensis quæstus a te civitatis domos; quot jam nomina ex quo  
 exposcitur. Et hæc pecunia rursus fenore extructæ sunt, accipere, aliter ab alio pos-  
 accepta, malum alterum alit, & illud alte- sessore appellatæ. Quin etiam aurum sem-  
 rum, atque sic malum in infinitum. Etenim, per e manibus ejus quem penes est, elabens,  
 opinor, τόκος, id est, partus, ob ingentem ma- ad alterum transit, & ab illo ad alium. Com-  
 li fecunditatem nominatur. Unde enim ali- prehensam manu aquam facilius possis con-  
 unde? Aut forte τόκος, hoc est, partus, dici- tinere, quam divitias tibi constanter serva-  
 tur ob dolores ac molestias, quas animis eo- dre. \* Ne igitur invideas e valde locupletibus  
 rum qui fenore acceperunt, solet creare. Ut cuiquam, neque ejus vitam beatam esse du-  
 enim puerperium parituræ, ita dies indicta xeris: & si undique ac ex uberi fontium sca-  
 debitori instat. Fenus fenori additum, pa- turigine circumfluant pecuniæ, ne hanc re-  
 rentum malorum mala est soboles. Aiunt rum copiam amplexeris. (c) Non semper  
 viperas, dum gignuntur, ventrem matris laudabilis est paupertas, sed quæ secundum  
 corrodere: fenus quoque, erosus ac consumtis evangelicum consilium ex libera voluntate  
 debitorum ædibus, nascitur. Semina tem- perficitur. Multi enim, cum pauperes sint,  
 poris progressu germinant: usura vero hodie si facultates spectes, proposito avarissimi  
 generatur, & hodie parere incipit. Quid- sunt: quos non salvat indigentia, sed propo-  
 quid crescit, ubi ad propriam magnitudi- situm condemnat. (d) Divitiæ autem & glo-  
 nem pervenerit, desinit augeri; avarorum ria, quatenus bonos non reddunt possessores,  
 vero argentum omni tempore augetur. E non sunt ex eorum numero, quæ natura sunt  
 An- bona: quatenus vero prosperitatem quam-  
 malia ubi suæ soboli vim impertiverunt pa- dam in vita nostra efficiunt, magis contra-  
 riendi, superfedent prægnatione: at fenera- riis eligenda sunt paupertate & ignominia.  
 torum pecuniæ & adnascentes pariunt, & Atque hæc quidem nonnullis ad distribu-  
 veteres renovantur. (a) Et sicut ii qui cho- dum dantur a Deo velut Abraham, Jacob,  
 lera laborant, id semper quod ante sumtum & similibus. Improbis vero provocatio sunt,  
 est ejiciunt, & si ante integram purgationem ut se ad meliorem frugem recipiant, ita ut  
 cibum alterum capiunt, hunc rursus cum qui post tantam a Deo benignitatis signifi-  
 dolore, & cum nervorum convulsione evo- cationem perseverat in iniquitate, se ipse sine  
 munt: sic qui fenore accipiunt, usuris usura- ulla excusationis venia obnoxium condem-  
 rum sese onerantes, & antequam priores usu- nationi constituat. Qui quidem justus est,  
 ræ purgentur, alteram adjicientes, parum- neque ad divitias, cum adsunt, adjungit

b Ex Hom. in Pjal. LXI. ibid. 106. Pjal. 51. 17.

c Ex Hom. in Pjal. XXXIII. ibid. 80.

d Ex epist. CCXXXVI. som. 3. 198.

a Ibid. 62.

animum: neque eas, cum absunt, exquirat; A siquidem non fruitur concredit, sed earum administrator est. Nemo autem prudens negotium ambit in alienis rebus distribuendis; nisi respexerit ad laudem vulgi, cui homines in aliqua auctoritate constituti admirationi sunt ac æmulationi. (a) Quod si in despiciendo corpore exercitati essemus, vix aliud quidquam humanarum rerum admiraremur. Quid enim jam nobis, si corporis voluptates fastidiamus, opus sit divitiis, equidem non video; nisi jucundum sit & gratum thesauris defossis more fabulorum B draconum invigilare.

a Ex serm. de legendis libris Genes. som. 2. 97.

b Ex serm. ascetico. Ibid. 170.

8. (b) Id itaque præcipuum est, & cuius maxime curam gerere Christianus debet, ut vitiosis affectibus qui varii sunt ac diversi, animamque coinquinant, denudetur. Deinde vero oportet, ut qui ad sublimem secundum Deum vitam respicit; opes suas ac facultates derelinquat: quia rerum terrenarum cura ac sollicitudo magnam in animo aberrationem generant. Cum igitur plures ad eundem salutis scopum intenti, communem inter se vitam amplexi fuerint, id inter ipsos ante omnia obtineat necesse est, ut unum in omnibus sit cor, & voluntas una, unumque desiderium, atque ut præcipit Apostolus, unum efficiatur corpus ex diversis membris coagmentatum. Hoc autem aliter perfici non potest, nisi obtinuerit hæc consuetudo, ut nihil nominatim ac peculiariter cuiquam tribuatur, neque vestimentum, neque vas, neque quidpiam aliud ex iis quæ conducunt vitæ communi; ut singula usibus necessariis, non autem possessoriis destinentur. Et sicuti vestimentum parvum corpori majori, aut majus parvo non convenit, sed quidquid cuique accommodatum est, id utile est & commodum: ita etiam alia omnia, lectus, stragula, calidum vestimentum, valde indigentis esse debent, non possidentis. Quemadmodum enim medicamento qui vulneratus est, non qui sanus, utitur: sic etiam iis quæ ad sublevandum corpus excogitata sunt, non qui delicate vivit, sed is cui levamen opus est, merito perfruitur, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria & potestas in sæcula sæculorum. Amen.

1. Cor. 12. 12.

## DE AVARITIA.

### SERMO VI.

c Ex Hom. in Divites. Ibid. 31.

I. C. Q Uando in domum inepti viri ingredior, videoque ipsam omnigenis reidentem ornamentis, intelligo eum nihil iis quæ videntur pretiosius possidere, sed ornare diligenter inani-

mata, animam vero incultam relinquere. Quamquam innumeri stant pro foribus pauperes, nullam non emittentes vocem miserabilem; negat ille se daturum, seque ait sufficere non posse rogantibus. Et lingua quidem ejurat non posse, sed a manu arguitur. Illa enim filet quidem, sed mendacium Prædicat, annuli pala corruscans. O infelix atque miser, quot potest unus tuus annulus ære alieno liberare? quot domos corruentes erigere? Arca tua vestiaria vel unica potest totum populum frigore rigentem amicare; & tamen sustines pauperem non donatum dimittere, justam judicis vindictam non reformidans. Non misertus es, non consequere misericordiam: non aperuisti domum, a regno excluderis: panem non dedisti, non accipies vitam æternam. Sed pauperem dicis te ipsum; & ego assentior. Pauper enim est, qui multis indiget. Vos autem insatiabilis cupiditas multorum indigosefficit. Talentis decem, decem alia adicere conamini: viginti coactis, totidem quæritis, neque appetentiam sistet quod semper additur, imo accendit appetitum. Quemadmodum enim ebrii vini accessio bibendi sit occasio: sic etiam recens ditati ubi multa acquisierint, plura concupiscunt, semper addendo morbum nutrientes, eisque suum studium cedit in contrarium. Neque enim præsentia bona cum tanta sint, tantum illos exhilarant, quantum contristant quæ defunt, ea, inquam, quæ sibi deesse putant. Nam cum lætari ipsos par esset, ac gratiam habere, quod tam multis sunt opulentiores: contra ægre ferunt ac dolent se D forte ab uno aut altero locupletiore superari. (d) Neque eos qui se ipsis inferiores sunt enumerantes, pro iis quæ habent, gratias persolvunt largitori benefico: imo facta cum eo quod præstantius est comparatione, quantum superentur reputantes, ita moerent & conqueruntur bonis alienis privati, ac si suis spoliarentur. (e) Nam qui necessarios terminos excessere, cum jam sibi, more eorum qui in declive feruntur, nihil firmum suppetat, ad quod se recipiant, nusquam ulterius abripi intermittunt: sed quo plura compararint, eo magis opus habebunt paribus, aut etiam amplioribus ad cupiditatem axplendam, secundum Execeltidæ filium Solonem, qui ait:

d Ex Hom. in mart. Juliam. Ibid. 22.

e Ex Sermon. de legendis libris Genes. Ibid. 97.

*Divitiarum homini finis non constitit ullus.*

In his etiam Theognide magistro utendum est, qui dicit:

*Non amo divitias, non opto: sed mihi parvo Vivere contingat, nilque timere mali.*

Ego autem Diogenis admiror omnium simul humanarum rerum contemptum, qui se rege

rege magno pronuntiavit ditioꝛem, quod in A  
vita paucioribus quam ille egeret. Avaris au-  
tem, nisi Pythii Mysi adsint talenta, nisi sint  
terra tot & tot jugera, nisi pecorum greges  
innumeri, sufficiet nihil. (a) Sed quemad-  
modum ii qui scalas conscendunt, pede sem-  
per ad superiorem gradum erecto non prius  
conquiescunt, quam ad summum perveni-  
ant: sic & hi quando hunc divitem assequuti,  
confestim ditiori adhuc pares fieri conantur:  
& ubi eum quoque attigerint, studium suum  
ad alium transferunt, & non cessant ab ap-  
petenda potentia, donec in sublime everti,  
alto casu se ipsos contendant.

a Ex Hom.  
in divites.  
ibid. 31.

b Ex Hom.  
in illud Lu-  
ca, De-  
struam.  
ibid. 26.

2. (b) Atque ut qui præ insania mente mo-  
ti sunt, res ipsas non intuentur; sed ea ex qui-  
bus afficiuntur: sic avarorum animus, pecu-  
niæ aviditate obrutus, cuncta aurum, cuncta  
argentum videt: ac lubentius aurum quam  
solem intueatur. Verti omnia in auri natu-  
ram exoptat, atque in id incumbit pro viri-  
li. Quid enim non molitur propter aurum?  
Frumentum fit illi aurum, vinum in aurum  
concrevit, lanæ illi in aurum vertuntur:  
mercatura omnis, omnis soletitia parit illi  
aurum. Ipsum aurum generat semetipsum,  
dum per fenora multiplicatur: neque ullus  
finis reperitur cupiditatis. Ac pueris quidem  
gulosis plerumque concedimus, ut iis quæ  
cupiunt, sese abunde expleant, ut per ma-  
jorem saturitatem fastidium ipsis afferatur.  
Avarus non item: sed quo pluribus impletur,  
hoc plura desiderat. (c) Ignis postquam ac-  
census est, festinat materiam omnem depas-  
cere: nec quisquam priusquam materia de-  
ficiat, eum sistere potest. Avarum autem  
quid potest cohibere? Igne ipso est asperior,  
omnia continenter depascens. Usurpavit  
quæ proximi sunt; alius prodiit vicinus, ejus  
quoque bona sibi assumptis: non attendit iis  
quæ prius parta fuerunt; quod multa sunt:  
sed iis quæ desunt, quod vicinos habet. Non  
lætatur possessis: sed de iis quæ desunt, dolet:  
neque ad ea quæ congestis perfruenda ani-  
mum appellit, sed opum ampliorum desi-  
derio absomit semetipsum. Deinde hinc vi-  
gilis, curæ, sollicitudines. Quid faciam?

c Ex Homil.  
dicta in La-  
cis. ibid.  
207.

Luc. 13. 18.  
d Ex Hom.  
in illud Lu-  
ca, De-  
struam.  
ibid. 26.  
Luc. 13. 30.

*Diruam horrea mea, & ampliora edificabo.*  
(d) *Stulte, hac nocte animam tuam reperunt*  
*ate: quæ autem parasti, cujus erunt?* Hæc  
irrisio stultitiæ superat supplicium æternum.  
Qui enim paulo post rapiendus est & abdu-  
cendus, qualia in animo versat consilia? *De-  
struam horrea mea.* Recte facis, ego ipse ei  
dixerim. Digna enim sunt quæ destruantur,  
iniquitatis horrea. Tuis iple manibus dirue  
quæ male ædificasti. Solve frumentarias pe-  
nus, unde nemo umquam allevatus exit.  
Destruere omnem domum avaritiæ custodem,  
evertite tecta, demolire muros, ostende soli  
frumentum cariosum, educ e carcere vin-  
S. Basilii Oper. Tom. III.

ctas opes, produc in publicum tenebrosa  
mammonæ conclavia: *Destruam horrea mea,  
& majora edificabo.* Quod si hæc quoque im-  
pleveris, quid tum excogitabis? Rursus ne  
destrues, & rursus ædificabis? Quid stultius  
quam laborare perpetuo, ædificare diligen-  
ter, & diligenter destruere;

3. (e) Quod si audieris: *Vende quæ habes,*  
*& da pauperibus,* ut habeas viaticum ad æter-  
nam felicitatem, abis tristis: si vero audieris:  
Da pecunias mulieribus luxuriosis, da lapi-  
cidis, fabris lignariis, hominibus calculos  
Blocantibus, pictoribus, tunc perinde gaudes  
ac si quidquam pecuniis pretiosius acquiras.  
Non vides mœnia hæc temporis diuturnita-  
te collapsa, quorum reliquæ velut scopuli  
quidam per totam urbem eminent? Quot  
cum exstruerentur, erant in urbe pauperes,  
qui ob collatum in ea studium a divitibus  
ejus temporis negligebantur? Ubi igitur  
splendida operum structura? Ubi ille, qui  
magnopere laudabatur ob eorum magnifi-  
centiam? Nonne hæc quidem prolapsa &  
abolita, ut ea, quæ in arenâ a pueris ludenti-  
bus exstruuntur, illum autem in inferno ja-  
centem impensæ rebus vanis studii poenitet?  
Sis animo magno, o homo. Muri tum parvi  
tum magni eundem possidentibus usum præ-  
stant. (f) Habes horrea, si vis, domos pau-  
perum. *Tresauriza tibi tresaurum in celo.*

e Ex Hom.  
in Divites.  
ibid. 30.

Quæ illie reconduntur, ea non depascuntur  
tineæ, non corrodit caries, non prædantur  
fures. Ac egenis impertiar cum secunda  
horrea implevero. Longum tibi vitæ tem-  
pus præfixisti. Cave te præfinita dies festi-  
nans prævertat. Nam pollicitatio isthæc  
Dnequitia argumentum est, non benignitatis.  
Polliceris enim, non ut des postea, sed ut præ-  
sens submoveas. Nunc cum liceat, quid im-  
pedit quominus largiari? Nonne adest in-  
digus? nonne plena sunt horrea? An non pa-  
rata merces? An non clara præceptum est  
& perspicuum? Esuriens contabescit; nudus  
riget: strangulatur is a quo debitum exig-  
tur; & tu eleemosynam differs in crastinum?  
Audi Salomonem: *Ne dixeris: abi ac rever-  
tere, & tras dabo, cum bodie benefacere possis:*  
*iguoras enim quid pariet dies sequens.* (g) Præ-  
tere a aurum cum das, & emis equum, non  
mœres: cum vero peritura impertis, ac re-  
gnum cœlorum accipis, lacrymas effundis,  
& rejicis rogantem, ac dare recusas, sex-  
centas tibi sumtuum causas comminiscens.  
Quid respondebis judici? qui parietes vestis,  
hominem non vestis? qui equos ornas, fra-  
trem in sordibus jacentem aspernaris? qui  
putrescere sinis frumentum, esurientes non  
alis? qui defodis aurum, oppressum contem-  
nis?

f Ex Hom.  
in illud Lu-  
ca, de-  
struam.  
ibid. 27.  
Matth. 6.  
20.

Prov. 3. 28.  
g 27. 1.

h Ex Hom.  
in divites.  
ibid. 30.

4. (h) Quomodo tibi pauperis calamitates  
ponam ob oculos? Ille re familiari circum-  
M m 2 spe-

h Ex Hom.  
in illud Lu-  
ca, de-  
struam.  
ibid. 25.

specta, videt aurum sibi nec adesse, nec umquam adfuisse, sed vasa ac vestes, qualis esse solet pauperum possessio, omnia paucis obolis æstimanda. Ecquid igitur? Tum demum miser convertit oculos in liberos, ut in forum ducens, mortis inveniat remedium. Hic urgentis famis pugnam consideres velim, & paterni amoris. Fames quidem miseriam mortem minatur, natura vero retrahit, suadetque ut una cum liberis moriatur: & sæpe impulsus, & sæpe retentus, tandem succumbit, necessitate egestatis coactus. Sed quæ in animo consilia versat pater? Quem primum divendam? Quemnam frumenti venditor lubentius conspiciet? Accedam ad maximum natu? at ætatis jura revereor. An ad minimum natu? at me miseret illius ætatis, calamitates necdum intelligentis. Hic claram exhibet parentum effigiem: ille idoneus est ad disciplinas discendas. Heu, consilii inopiam! Quo me vertam? In quem horum impingam? Qualem bestię animam induam? Quomodo naturæ obliviscar? Omnes si servo, fame videbo consumi omnes. Unum si vendidero, quibus oculis reliquos aspiciam, illis jam perfidie ac prodicionis nomine suspectus? Quomodo habitabo domum, qui mihi ipse sim auctor orbitatis? Quomodo accedam ad mensam, cujus abundantia causam ejusmodi habet? Atque ille quidem innumeris cum lacrymis abicit carissimum filiorum venditurus: te vero non flebit calamitas, neque animum tuum subit naturæ cogitatio. Atqui famis miserum illum premit, tu vero cunctaris ac illudis, calamitatem ei reddens longiorem. Et ille quidem viscera sua pretium alimentorum porrigit: tua vero manus ex ejusmodi calamitatibus pretia referens, non modo non stupet, sed de pretio etiam contendis, quasi plus satis offeras, atque studium in eo ponis, ut plus accipiens, minus des, misero undelibet accumulans calamitatem.

<sup>a</sup> Ex Homil. de divites. Ibid. 31.

<sup>b</sup> Ex Homil. VII. in Hebræum. tom. 1. 35.

5. (a) Avem Seleucidem universorum opifex hominum gratia condidit insatiabilem: tu vero in multorum perniciem animum tuum inexplebilem effecisti. (b) Piscium plurimi vorant se invicem, minorque apud illos alimentum est majoris. Et si unquam contigerit, ut is qui minorem superaverat, alterius fiat præda: ambo in unum & eundem posterioris ventrem ingrediuntur. Quid igitur aliud nos homines agimus, dum tyrannide & potentia opprimimus inferiores? Quid a postremo pilce differt is, qui præ voraci divitiarum cupiditate in inexplebilibus avaritiæ suæ sinibus imbecilles abscondit? Ille possidebat pauperis bona: tu ipsum apprehentum fecisti tuæ ipsius opulentiam partem. Injustis injustiorem, & rapaci rapaciorem te ostendisti. Cave excipiat

te idem finis, qui pisces: hamus videlicet, aut nassa, aut rete. Omnino enim & nos, si multum admiserimus iniquitatis, ultimam non effugiemus poenam. \* Possessiones per rapinam partas tibi reliquit pater: redde tu injuria affecto, ne tu tibi eas ut proprias vendica: peccati est hæreditas. Injuste in servitutem redactum tibi servum reliquit pater: eum tu libertate dona, ut & illi efficias leviora tormenta, tibi que libertatem pares. (c) Ne causeris liberos. Sunt tibi liberi? collige ipsis thesaurum æternum. Relinque illis recordationem bonam, magis quam divitias multas. Fac benevolentia, ut omnes filii tui sint patres. Aliquando de vita decedas necesse est: deinde filium tuum in immatura ætate relinques adhuc tutoribus egentem. Quod si honestus fueris & bonus, unusquisque filium tuum ut suum enutriet; nam eis in mentem veniet fuisse te quoque orphanorum patrem: si autem posteaquam in malitia vixeris, multosque affeceris mœrore, & in eos qui tecum congregiuntur fera omni fueris acerbior, ita demum migras de vita; filium tuum reliquisti communem viventium hostem. Quemadmodum enim qui scorpii natum conspexerit, timet ne quando ætate provectior imitetur patrem: ita etiam tuis liberis paternæ nequitie hæredibus, priusquam ad ætatem pervenerint, struentur ab omnibus insidiis. (d) Nam ut flumina ex parvo initio profecta, deinde per eas quæ paulatim fiunt accessiones intolerabiliter aucta, quidquid obsistit & objicitur, id violento impetu secum trahunt, ita etiam divites ex parva potentia prodeuntes, ubi de iis quos jam potentia sua oppressere, inferendæ injuriæ facultatem ampliorem adepti sunt, tunc reliquos una cum iis quos prius injuria affecere, redigunt in servitutem, fitque ipsis potestatis incrementum magnitudo nequitie, cum unusquisque eorum qui jam injuria affecti sunt, magis sollicitus sit, ne quid mali ulterius pariat, quam ut de iis quæ perpeffus est, vindictam sumat.

<sup>c</sup> Ex Homil. dicta in Lucis. tom. 2. 307.

<sup>d</sup> Ex Homil. in divites. Ibid. 31.

6. (e) Ne igitur concupiscas agros proximi. Ne sulcum sulco adjiciens, agrum tuum paulatim adaugeas. Quantum enim ex aliena accessione terram dilataveris, tanto majus peccatum tibi accersis. Et terra quidem quæ tibi paulatim accesserat, & per avaritiam parta fuerat, hic remanet, nec amplius tua est, sed hæredum, ac iniquas opes relinquitur successori. *Terra in æternum stat*: peccatum vero sequetur ut umbra, animæ omni adhærens. Quemadmodum enim umbra sequitur corpus: ita & peccatum animæ adhæret. (f) Præterea quicumque usurpatis proximorum agris, limites possessionum suarum plus æquo extenderunt, eo quod possessiones illæ non sine gemitibus eorum qui in-

<sup>e</sup> Ex Homil. in Lucis. Ibid. 307. Eccl. 10. 4.

<sup>f</sup> Ex Comment. in Es. tom. 1. 257.



injuriam afficiebantur, fuerant acquisitæ, facti sunt a divina benedictione alieni. Unde ubi decem bouum juga, ut est apud Esaiam, araverant, vix laguncula una vindemiabitur, & ubi sex artabæ fuerant seminatæ, vix tres fructuum mensuræ colligentur.

(a) Malus in urbe, malus ruri vicinus est rapax. Novit mare terminos suos: non antiquos limites sibi præscriptos non transgreditur. At vero homo rapax non veretur tempus, non agnoscit terminum, successio- nis ordini non cedit: sed ignis vim imitatur, invadit omnia, omnia depascitur. Quæcum- que videt oculus, ea concupiscit rapax. Non explebitur oculus videndo, neque rapax satia- bitur accipiendo. Infernus non dixit, Suffi- cit, neque rapax umquam dixit, Sufficit.

(b) At vero quid inde lucri? vigiliæ, curæ, sollicitudines. Judex expectatur, & ipse circumspicit ne ad iudicium pertrahatur. Deliberat noctu, quos amarulentos patro- nos subornet, ut falsa testimonia mercede redimat, quomodo eum qui desolatus est ex- pugnet, quomodo eum opprimat potentia, ac in ipso iudicio occultata veritate, & iudi- cem fallens, & injuria affectum bonis spo- lians, utrumque voret. Pecunias alias pro- fert in medium, alias defossas habet, ad spes incertas seponens, ad spes, inquam, quæ spes nequaquam sunt. Etenim si ad spes re- conderentur, in æternam spem fieret illa præ- paratio. Nunc autem sub lecto divitias in- certas abscondit, venturum damnum aver- tere se ratus. Sed an ventura sit umquam utendi necessitas, incertum: contra, veniet tempus, in quo pecunias non distribuisse po- nitabit. Hoc certum est, & indubitatum, & ego sponsor sum. (c) Quid agis miser? hu- mi thesaurum mandas. Quando nam uteris præsentibus? Quando his frueris semper ac- quirendi labore deventus? An non innumera causaris, ut rem proximi usurpes? Mihi, in- quit, tenebras offundit domus vicini, turbas excitat, aut erroneas suscipit. Si domum vi- cini desideras, nec tibi umquam vicinus de- futurus est, necesse est videlicet, ut ad ex- tremos orbis nostri terminos te conferas.

(d) Quod si id fieri nequit, a prima cogitatio- ne, cohibe tuum ad malum impetum, O ho- mo, his quæ antea possidisti contentus, stan- sque his quæ habes: non ignarus, ædium ma- gnitudines, eo quod ex iniquitate constructæ essent, habitatoribus vacuas esse, & jugerum multitudinem ex rapinis comparatam sæpe infœcundam effici. Antevertit enim sæpe- numero futurum iudicium divina ultio, ac terminis injustis circumscriptas domos nulli jam aptas ului relinquit, ex magna homi- num frequentia ac splendido apparatu vacu- as habitatoribus redigens. Nam qui aliena cupit, non multo post lugebit, propriis suis

privatus. (e) Quid Naboth Jezraelitam in- teremit? Nonne cupiditas Achaab vitæ illius concupiscentis?

7. (f) Recordare illius diei, in quo revelatur ira de celo: veniat tibi in mentem glorio- sus adventus Christi; cum qui bona egerint, resurgent in resurrectionem vitæ; qui vero mala, in resurrectionem iudicii. Hæc te tri- stitia afficiant, non molestum tibi sit præce- ptum Dei. Quomodo flectam te? quid dica- cam? regni non teneris desiderio, non times gehennam, unde sanitas animæ tuæ conci- liabitur? Etenim si non terrent horrenda, si læta ac hilaria non exstimulant, lapideum cor alloquimur. (g) Velim te ab injustitiæ operibus paululum respirare, o avaræ, & co- gitationibus tuis otium dare, tecum ut repu- tes ad quem finem studium ejusmodi rerum tendat. Habes tot jugera terræ arabilis, to- tidem terræ arboribus consistæ, montes, cam- pos, saltus, fluvios, prata. Quid igitur post hæc? Nonne tres terræ cubiti te expectant? Nonne paucorum lapidum onus misero cor- pori custodiendo erit satis? ob quam rem ini- que agis? Quid manibus infructuosam steri- litatem atque inextinguibili perpetuoque igni materiam coacervas? Num tandem re- sipisces ab hac ebrietate? Num recipies te ad sanio- rem mentem? Num ad te redibis? Num Christi iudicium tibi pones ob oculos? Quam allaturus es exultationem, cum ii qui injuriâ affecti fuerint, jam te circumstantes, adver- sum te clamabunt coram æquo iudice? Quid ergo facies? quos conduces patronos? quos testes duces? quomodo illudes iudici, qui nullis artibus decipi potest? Nullus ibi adest Rhetor, non sunt verba suaviora, quæ iudici veritatem suffurari possint: non lequuntur adulatores, non pecuniæ, non fastus dignita- tis: desertus ab amicis, destitutus fautoribus, sine patrocinio, citra defensionem, pudore suffusus relinqueris, tristis, mœstus, solita- rius, fiducia ac libertate loquendi carens. Quocumque enim convertes oculos, clara & aperta conspicias scelerum argumenta, hinc pupilli lacrymas, illinc viduæ gemitum, aliunde egenos abs te pugnis obtulos, servos quos cecidisti, vicinos quos ad iracundiam provocasti. Insurgent adversum te omnia: te tuarum actionum malarum chorus pravus stipabit. Nullus est ibi negandi locus, sed obturatur omne os impudens. Nam ipsa te- stimonium in unumquemque ferunt opera, non quidem vocem emittentia, sed talia ap- parentia, qualia a nobis peracta sunt. Fugia- mus igitur totis viribus gravissimum avari- tiæ vitium: fugiamus, inquam, ut & indicta nobis supplicia vitemus, & æternorum bono- rum participes efficiamur, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria, & potestas, cum principio carente patre, ac sanctissimo & vi- vi-

Esai. 5. 10.

a Ex Hom. in divites. tom. 2. 31.

Eccl. 1. 8.

Prov. 27. 27. vel 30. 25. b Ex Hom. dicta in La- cizis. ibid. 307.

c Ex Hom. in divites. ibid. 31.

d Ex Com- ment. in Es. tom. 1. 257.

e Ex Hom. in divites. tom. 2. 31.

f Ibid.

g Rom. 1. 18.

h Rom. 5. 29.

i Ibid.

vificante Spiritu, nunc, & semper & in infinita secula seculorum. Amen.



## DE PECCATO,

## SERMO VII.

<sup>a</sup> Ex Hom. XXI. quod mundanis adhaerendum non sit. Ibid. 86.

1. **M**agnum ac varium bellum nobis, dilectissimi, quotidie infert hostis veritatis. Infert autem, uti scitis, dum cupiditates nostras jacula adversum nos efficit, semperque vires a nobis ad nos laedendos mutuatur. Et quemadmodum improbi homines ac rapaces, quorum opera ac propositum est ex alienis ditescere, sed quibus non suppetit potentia ut violentiam apertam exercent, vias insidiosae occupare solent, & si viderint circa eas locum quempiam, aut vallibus profundis praeruptum, aut arborum densitate umbrosam, eo recipientes se, & eminus prospiciendi viatoribus facultatem his praecedentes integumentis, ex improvise in illos insiliunt, ita ut nemo possit periculi laqueos videre antequam in eos incidat: sic insensus nobis ab initio & adversarius diabolus, voluptatum mundanarum umbras subiens, quae circa hujus vitae viam ad occultandum praedonem & ad dandas insidiatori latebras idoneae esse solent, inde inopinato interitus laqueos nobis subjicit.

<sup>b</sup> Ex Hom. in Psalm. XXXIII. tom. 1. 80.

2. (b) Sed quemadmodum urbium muri in circuitu omni ex parte circumducti, undecumque hostium assultus arcent: sic & custodiae nostrae angelus & praemunit a fronte, & a tergo custodit, nec quidquam utrinque incustoditum relinquit: sed semper excubias agens, Domino credentibus assidet, nisi nos illum operibus pravis abigamus. Quemadmodum enim fumus apes fugat, & fetor columbas expellit: sic angelum vitae nostrae custodem lacrymabile ac graveolens peccatum abigit.

<sup>c</sup> Ex Hom. in Psalm. L. Ibid. 72.

3. (c) Optandum igitur fuerit, ut ne artingamus malum. Attamen secunda superest navigatio, ut statim post experientiam illud tamquam bestiae venenatae plagam declinemus. Novi enim quosdam, qui in juvenute ad carnis vitia delapsi, usque ad ipsam canitiem in peccatis propter mali consuetudinem perseveraverunt. Quemadmodum enim fues qui sese in caeno obvolvunt, semper magis ac magis luto asperguntur: sic ii quotidie magis ac magis voluptatis dedecus contrahunt. \* Peccatum enim quandiu parturit, pudorem quemdam incurrit: ubi autem perfectum est, tum impudentiores eos facit qui commiserunt. (d) Dum igitur parva peccamus & pauca, leniter quodammodo commovemur, velut plantae quae a

<sup>d</sup> Utroque pedex indicat Serm. Heb. 1.

<sup>e</sup> Ex Hom. in Ps. LXI. Ibid. 104.

leni aura agitantur: ubi vero plura majoraque fuerint mala; pro ratione incrementi peccatorum, etiam commotio augetur. Et alii quidem multum commoventur: alii vero utique adeo, ut etiam radicitus everfi deiciantur, cum spiritualia nequitiae quasi radices animae, quibus per fidem in Deum subnixae erant, omni turbine violentius abruerint. Qui enim invitae ab officio discedit, (e) forte veniam aliquam obtinebit a Deo: qui vero fuerit consulto mala amplexus, implacabiliter supplicia longe majora perferet.

<sup>e</sup> Ex Serm. de legendis libris Gen. tom. 2. 96.

(f) Peccata enim alia sunt involuntaria, alia a pravo animo oriuntur. Aliter utique datur venia involuntariis: aliter ea quae ex prava voluntate fiunt, condemnantur. Siquidem unus aliquis peccavit, prave ab initio educatus; quippe & a parentibus injustis procreatus introivit in vitam, & inter verba factaque iniqua nutritus fuit: alter vero multa habens virtutis incitamenta, educationem honestissimam, admonitionem parentum, magistrorum disciplinam, auditionem divinatorum sermonum, castigatam moderatamque dietam, & alia quibus anima ad virtutem instituitur, postea tamen delapsus est & ipse in idem peccatum; nonne ergo iure ac merito qui ejusmodi est, supplicio graviore punietur? Nam ille quidem ob sola insperata animis nostris salutaria subsidia accusabitur, ut eis non probe usus: sed hic insuper, ut proditor omnis sibi concessi adjumenti, ac negligentia in pravam vitam abreptus.

<sup>f</sup> Ex Hom. in princip. Prov. Ibid. 36.

4. (g) Quae nam igitur peccata veniam apud Deum obtinere possunt, & ob quae & ob qualia delicta fit quis contumaciae iudicio obnoxius? Neque in multitudine neque in magnitudine peccatorum, sed in una tantummodo cujuscumque tandem praecipit violatione, contumaciam adversus Deum clare iudicari, communemque sententiam a Deo ferri in omnem inobedientiam invenimus, Scripturas sacras dum evolvimus. Atque in veteri quidem, lego horrendum illum ipsius Achae exitum, aut ejus qui sabbato ligna collegerat, historiam: quorum neuter umquam aliud in Deum peccasse aut in hominem, sive magnum sive parvum apprehenditur. Sed alter quidem ob solam ac primam lignorum collectionem inevitabiles poenas luit, ne poenitentiae quidem invento loco, quandoquidem Dei jussu confestim a cuncto populo lapidibus obruitur: alter vero, quod solum sustulisset aliquid ex donariis & muneribus, iisque nondum in synagogam exportatis, necdum ab iis qui ad talia recipienda destinabantur, assumptis, non sibi modo, sed uxori etiam & liberis exitum atque perniciem auctor fuit, praetereaque & ipsi tabernaculo una cum suis omnibus. Jamque

<sup>g</sup> Ex Promissio de iudicio Dei. Ibid. 116.

que peccati vindicta, ignis in modum, populum omnem populatura erat, idque, cum neque rem nosset, neque peccanti conscius esset, nisi statim ob virorum interfectorum cladem, contritus populus fuisset iram Dei sentiens, ac Jesus Nave filius pulvere conspersus procidisset una cum senioribus, sicque reus per sortem deprehensus, eas quas dixi pœnas dedisset. (a) Quid vero Maria Moyses soror? Illa cum solum aliquid contra Moysen improbando dixisset, idque ipsum vere: (uxorem enim, inquit, Æthiopsam sibi adjunxit) tantam experta est Dei indignationem, ut, ne ipso quidem Moysese precante, peccati pœna ipsi remitteretur. Sed istorum quid meminisse necesse est, ipso Moysese præterito, Dei famulo, magno illo viro, tot ac tantis honoribus a Deo insignito, & ipsius testimonio ita comprobato, ut audierit: *Novi te præ omnibus, & invenisti gratiam coram me?* Hic enim ad aquas contradictionis, nulla alia de causa, nisi quod tantummodo populo ob aquæ penuriam murmuranti dixerat, *Num ex hac petra educam vobis aquam?* hac sola de causa statim a Deo comminationem accepit, fore ut non ingrederetur in terram promissionis, quæ omnium, quæ Judæis promissa fuerant, tunc summa erat. Cum igitur video hunc rogantem, & veniam non obtinentem: cum video nullam illi tot ac tanta recte facta brevis hujus verbi veniam impetrasse; nonne revera secundum Apostolum severitatem Dei cerno? nonne ita persuadebo mihi plane verum esse illud: *Si justus vix salvus efficitur, impius & peccator ubi parebit?* & quid hæc commemoro? Heli sacerdos, vitæ alioqui integerrimæ, propterea quod in filios suos vehementius non inveheretur, tanta ira Dei lenitatem incendit, ut, alienigenis irruptionem facientibus, illi ipsi ejus filii una die in bello interficerentur, superareturque universus populus, non paucis ex eo cadentibus, imo etiam, circa arcam sancti fœderis Dei fierent, quæ ne audita quidem umquam antea fuerant: sic ut arca quam neque Israelitis, neque ipsis sacerdotibus omnibus, neque quovis tempore contingere licebat, quæque non in quovis loco asservabatur, alio aliunde exportata sit ab impiis manibus, & pro sanctuario in simulacrorum delubris collocata fuerit. Ex quibus conjectare fas est, quanto risui ludibrioque ipsum etiam Dei nomen alienigenæ illi habuerint. Ad hæc & ipse Heli miserrimo exitu vitam finiit, ei que minatus est Dominus fore ut semen ejus a sacerdotali dignitate submoveretur: quod & contigit: tamen si senex ob suos ipsius mores nullo umquam crimine accusatus est. Imo etiam neque filiorum suorum flagitia tacitus sustinuit: sed multum admonerat,

Aut ne amplius in ejusmodi peccatis perseverarent. Aiebat enim: *Absit filii: non sunt boni rumores quos audio de vobis.* Quoniam tamen quod par erat animi studium in ipsos non ostendit, sibi ac illis ipsique populo tantam iram Dei accendit. (b) Et videtur quidem objurgatio finem habere peccatoris correctionem, opprobrium vero ad lapsi confusionem inferri. \* Etenim etiam si videatur quispiam præclare permulta fecisse, paucorum vero vel etiam uniuscujuslibet præcepti negligens fuerit, aut delinquenti indifferenter acquieverit, neque diligens studium secundum Dei judicium adhibuerit, justas hoc solum nomine pœnas luet. Quod si etiam imprudens tale quid peccet, neque eo prætextu supplicium effugiet.

5. (c) Ejus quidem generis judicia plurima in veteri testamento adversus omnem inobedientiam reperimus: nec vero his pauciora, novum legendo dum pergimus, sed & multo hic severiorem deprehendimus judicii acerbiteriam, ut illud, *Servus qui cognovit voluntatem Domini sui & non fecit, vapulabit multis: qui autem non cognovit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.* Christus profecto nec eum qui peccarit imprudens a pœnis liberat, & in eos qui prudentes delinquant, vehementiores minas intendit. Et rursum, *Cælum, inquit, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Beatus quoque Apostolus Paulus ait, *Consilia destruentes, & omnem altitudinem extolentem se adversus scientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* (d) Omnem altitudinem, omnemque

intellectum, non hunc, vel illum. *Et in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam.* Et alibi rursum, *Qui alia agunt, digni sunt morte.* Et rursum, *Qui in lege gloriari, per prævaricationem legis Deum inhonoras.* Itaque nihil apud Deum impunitum relinquitur. Sed si hæc verba sunt solum sine re; ecce qui Corinthi uxorem patris habebat, qui cum hoc uno excepto, nullius alterius flagitii infimularetur, tamen non solum ipse traditur satanæ ad carnis interitum, donec dignis pœnitentiæ fructibus emendasset peccatum, sed universam simul ecclesiam quod id scelus ulta non esset, in hæc conjicit vituperia. (e) Quid vero Ananias ille, cuius mentio est in Actis? Quodnam aliud malum perpetrasset invenitur, præter illud ipsum? Ubi igitur apparet, ipsum ira tanta dignum fuisse? Divenditis suis facultatibus, pecunias detulit ad pedes Apostolorum: sed tamen, quod aliquam pretii partem seposuisset, propterea eadem hora una cum uxore morte plectitur, neque id consequutus ut de agenda ob admissum peccatum pœnitentia quidquam audiret, nec saltem invento tem-

pore,

a Ibid.

Num. 12.

Exod. 33. 12.

Num. 20. 10.

Rom. 11. 22.

1. Pet. 4. 18.

1. Reg. 2. 24.

b Ex Hom. in Psal. XIV. tom. 1. 189.

\* Unus co-dex indicat. Serm. Ajustic.

c Ex Pro-mio de Ju-dicio Dei. tom. 2. 117.

Lue. 12. 47.

Mat. 1. 24.

35.

2. Cor. 10. 5.

d Ex Pro-mio de Ju-dicio Dei. ibid. 118.

2. Cor. 10. 6.

Rom. 1. 32.

Rom. 2. 23.

e Ibid.

pore, quo ob scelus compungi posset, nec A  
 accepto ad agendam poenitentiam præfinito  
 spatio. Porro talis ac tanti iudicii exactor,  
 tantæque Dei in peccantem iræ minister be-  
 atus ille Petrus, omnibus discipulis præla-  
 tus, cui soli majora data quam aliis sunt te-  
 stimonia, qui prædicatus est beatus, cui cla-  
 ves regni cælorum concreditæ sunt, cum  
 audit a Domino, *Si non laveris te, non habe-  
 bis partem mecum*, quale cor, quæso, & quan-  
 tumvis lapideum ad metum iudiciorum Dei  
 non incitet? præsertim cum nullius peccati,  
 nulliusve contemptus significationem ullam B  
 dedisset, imo potius egregio honore Domi-  
 num affecisset suum; ac convenientem ser-  
 vo & discipulo reverentiam declarasset.  
 Cum enim vidisset suum & universorum  
 Dominum ac Deum, & regem, & servato-  
 rem simulque omnia, in ministri habitu lin-  
 teo cinctum, & pedes ipsius lavare volentem,  
 mox ut conscius indignitatis suæ, & ob ac-  
 cedentis dignitatem attonitus, exclamavit:  
*Domine, tu mihi lavas pedes?* Et iterum:  
*Non lavabis mihi pedes in æternum.* Hac de  
 causa tantæ ei intenduntur minæ, ut nisi ce-  
 leri ac fervida obedientia emendasset con-  
 tradictionem; non Domini testimonia bea-  
 tum eum prædicantia, non dona, non pro-  
 missa, neque etiam accepta a Deo & Patre  
 talis ac tantæ in Filium unigenitum benevo-  
 lentia revelatio, hanc inobedientiam sana-  
 re potuisset.

6. Sed si omnia recensere velim, quæ in  
 veteri ac novo testamento nanciscor, fortal-  
 se narrantem me tempus deficiet. (a) Nunc  
 illud tantum commemorandum est, quod  
 in magna ac horrenda iudicii die Dominus  
 noster Jesus Christus his, qui ad lavam ipsius D  
 stabunt, dicturus est: *Discedite a me maledi-  
 cti in ignem æternum, qui paratus est diabolo,  
 & angelis ejus*: non quia occidistis, aut for-  
 nicati estis, aut mendacium dixistis, aut  
 cuipiam intulistis injuriam, aut aliud quid-  
 quam saltem minutissimum ex iis quæ prohi-  
 bita sunt, fecistis: sed quia bona opera ne-  
 glexistis. *Esurivi enim*, inquit, *& non de-  
 disti mihi manducare: sitiivi, & non dedisti  
 mihi potum: infirmus, & in carcere, & non  
 visitastis me.* Qui igitur mollitie non diffuit,  
 & a continentia ac temperantia minime de-  
 flectit, is non omnem peccati fugam conse-  
 quutus est: sed si plurima quidem effugit, ab  
 uno vero superatus est, non temperans ille  
 est, ut neque sanus qui vel unico corporis  
 morbo agitatur: neque liber, qui uni qui-  
 cumque ille sit Domino pareat. (b) His qui-  
 dem quorum sanabilia sunt peccata, inter-  
 minatur Scripturam fore, ut visitet Dominus  
 eorum iniquitates in virga, & eorum inju-  
 stitias in verberibus; sed his qui insanabili-  
 ter peccaverunt dicit: *Quid adhuc percuria-*

*mini*, plagas omnes experti? omnia con-  
 temsistis inflata ad emendandum flagella,  
 contritio vos manet. Ex iis autem calami-  
 taribus quæ eveniunt, aliæ quidem accidunt  
 ad punienda peccata, aliæ ad mores eorum  
 qui tentantur emendandos, aliæ ad eos qui  
 desperantur atterendos, ut in Pharaone.  
 His enim non jam plagas aut flagella, sed  
 interitum minatur. *Quid adhuc percutiamini  
 vos*, quorum corpora & animæ flagris con-  
 cisa sunt, nec ulquam emendatio! (c) Erit  
 enim utilis sæpenumero vel morbus, cum  
 videlicet peccantem refrenabit. Et nocua  
 est sanitas cum peccati instrumentum fit re-  
 cte valenti. Sic & pecuniæ nonnullis jam ad  
 libidinem intervenerunt: paupertas vero plu-  
 rimos ad vitia magnopere propendentes re-  
 pressit. Neque igitur fugias quæ non oportet:  
 nec confugas ad quem non oportet: sed  
 unum tibi fugiendum sit peccatum, & unum  
 ex malis refugium Deus.

7. (d) Multi quidem priorum peccato-  
 rum obliviscuntur, nullam eorum habentes  
 rationem, ac ea contemnentes, quasi nulla  
 futura sit ultio. Qui vero iudicium Dei ju-  
 giter habet ob oculos, creditque certo fore,  
 ut omnes coram Christi tribunali sistamur,  
 ut reportet unusquisque ea quæ sunt per cor-  
 pus, juxta id quod fecit, sive bonum, sive  
 malum, is in anxietate semper veritatur,  
 & hunc animæ suæ dolorem sanare studens,  
 per suas ad Deum confessiones se ipse accu-  
 sat, exemplo illius qui ait: *Dolor meus in con-  
 spectu meo semper.* \* Multi vero etsi a pravis  
 operibus recesserunt, dum priora facta re-  
 cordatione percurrunt, per eam sæpe quie-  
 scens renovant peccatum. \* Silentio enim  
 sopita improbitas, latens est morbus in ani-  
 ma. (e) Cæterum eorum qui peccant dimis-  
 sio fit per derelictionem. Quorum autem  
 curam gerit, de iis ait scriptura: *Non te dese-  
 ram, neque te derelinquo*: e contrario de qui-  
 bus prorsus desperat, hos ad carnis & cogi-  
 tationum suarum desideria explenda liberos  
 dimittit, quod eis profutura non sit animad-  
 versio. (f) Quoniam enim hoc peccatum,  
 vulnere, livore, ac plaga tumente pejus  
 est; non est malagma imponere tamquam  
 ad plagam, neque oleum, ut ad vulnera:  
 nec jam opus est hisce remediis: quippe ma-  
 jora sunt, inquit, symptomata quam ut  
 hisce medicamentis cedant. Et quia tota  
 gens peccatrix est, populusque omnis pecca-  
 tis plenus, ob id ad omnes sæpenumero per-  
 venit supplicium. *Et omne cor mæret*, dum  
 in captivitatem abducitur populus ob pecca-  
 ta, Quemadmodum igitur sectionis, aut  
 cauterii causam non sustinet medicus, sed  
 morbus: sic & civitatum everisiones ab innu-  
 mera peccatorum multitudine exortæ, om-  
 nem querelam a Deo propulsant.

8.(a)

Joan. 13.8.

Joan. 13.6.

Ibid. v. 8.

Ibid. 119.

Matth. 25.

42.

Ibid. v. 42.

b Ex Com-

ment. in Ef.

tom. 1. 207.

Psal. 88. 33.

Esa. 1. 5.

c Ex Hom.  
in Pf. XLV.  
Ibid. 92.d Ex Hom.  
in Psalm.  
XXXVII.  
Ibid. 197.

2. Cor. 5. 10.

Psal. 37. 18.  
\* Unus co-  
dex indicat  
Comment.  
in Esa.\* Uterque  
codex indi-  
cat Serm.  
Ethic.  
e Ex Com-  
ment. in Ef.  
Ibid. 255.  
Jof. 1. 5.f Ex Com-  
ment. in Ef.  
Ibid. 208.

Esa. 1. 5.

a Ex Hom. in famens & siccit. tom. 2. 36. Ios. 7. 1. Num. 25. 6.

8. (a) Invadunt enim propter paucos in omnem populum mala, ac flagitium unius plebi toti nocet. Achar sacrilegium commisit, & totus castigatus est exercitus. Zambrimadianitas scortatus est, & Israel pœnas dedit. (b) Ac ut pestis, ubi unum hominem, aut jumentum attingit, contagio in proximos quosque serpere solet: sic & iniquitatis operarii, proprium malum in omnes transfundere conantur, multosque sibi similes fieri magnopere cupiunt: ut in vitiorum societate infamiam vident; atque alter alteri morbum impertientes, ægrotant simul, simulque pereunt. Nam neque ignis materiam suscipiendæ flammæ idoneam nactus, cohiberi potest, quominus universam pervadat, maxime, si vehemens ventus flammam pervehat: neque fieri potest, ut peccatum, quod unum aliquem attingerit, ad omnes vicinos non transeat, si nequitia spiritus illud accendant.

b Ex Hom. in Psal. I. som. 1. 52.

c Ex Hom. in illud Attende tibi ipsi, som. 2. 9.

9. (c) Etenim corporeæ actiones & tempore indigent, & opportunitate, & labore, & adiutoribus, denique reliquo comœtu. E diverso, cogitationis motus citra temporis moram fiunt, perficiuntur citra lassitudinem, citra negotium ullum consistunt, idoneum ipsis est tempus omne. Et sane nonnumquam invenitur qui arrogans sit, superbiatque de gravitate & castitate, quique extrinsecus præ se ferens temperantiæ larvam, ac plerumque inter eos, qui ipsam ob virtutem beatum prædicant, desidens medius, mox tamen cogitatione per occultum cordis motum ad peccati locum accurrat. Videt animo concupita, comminiscitur congressum quempiam indecorum, ac denique in abdita cordis officina, claram in seipso voluptatis speciem depingens, intus peccatum sine testibus perpetrat. Peccati enim maxima pars in voluntatis appetitione absolvitur; propterea quod corporis actiones a multis interpellantur: qui vero peccat voluntate, statim celerè cogitationum motu peccatum explevit. (d) Ut enim umbra corpus, sic peccata animas comitantur, gestorum imaginem claram exprimentia. (e) Est enim perfecta malitia, cum quis & voluntate peccat & factis: dimidia vero mali pars est, cum peccatum in animi proposito manet. Itaque qui cogitatione peccat, non omnino remansurus est in ultus: sed quantum deficit a malo, tantum ei pœnarum remittetur. (f) Utrique horum unusquisque, qui inter fratres admissus fuerit, posteaque professionem suam resciderit, perinde aspici debet, ut qui in Deum peccaverit, coram quo, & in quo pactorum confessionem deposuit. Si vero, inquit, in Deum quis peccaverit, & quis orabit pro eo? Qui enim seipsum dicavit Deo, & deinde ad aliud vitæ genus transit, factus

d Ex Hom. in Divites. Ibid. 32.

e Ex Comment. in Es. som. 1. 243.

f Ex Regulis fufius tractatis. tom. 2. 136.

1. Reg. 2. 25.

S. Basilii Oper. Tom. III.

est sacrilegus, cum ipse sui ipsius fur fuerit, donariumque Deo consecratum abstulerit. Quibus æquum est non amplius fores fratrum aperiri, ne si in brevi quidem transitu ad poscendum tectum accederent. Perspicua est enim Apostoli regula, qua jubemur subducere nos ab omni inordinato, neque commisceri cum illo, ut confundatur.

10. (g) Sic enim a principio absque spinis rosa nascebatur: postea vero floris pulchritudini fuit spina adjuncta, ut fruendæ voluptati foret dolor contiguus, dum recordaremur peccati, cujus causa ad hoc damnata terra est, ut nobis spinas proferret atque tribulos. Sed affectionum depravatio per ignorantiam Dei, improbam cognitionem in sevit.

(h) Siquidem magnus ille athleta Job tentationes omnis generis perpeffus, non ignorabat undenam hoc sibi eveniret. Quapropter dicebat: *Sagittæ enim Domini in corpore meo sunt, quarum ira meum ebibit sanguinem.* David vero cum anima ipsa ægrotaret, se ipse ulciscabatur atque affligebat, seque omni pœnarum generi subjiciebat in variis confitendi modis. *Quoniam enim sagittæ tuæ infixæ sunt mihi,* inquit, *& confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ. Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.* Porro sagittæ hic memoratæ mihi videntur esse spirituales, imo vero ipsa Dei verba, quæ pungebant, ac vulnerabant ipsius animam, & de conscientia ipsa sumebant supplicium, eamque castigabant. Vir enim hic tantus cum esset, totque a Deo bona consequutus, tamen factum turpe patravit. Quoniam enim inimis inventus David, ignitis maligni telis non resistebat, jure in anima lauciatus, concupiscentia correptus est. Quemadmodum autem Job diaboli sagittas, immissa videlicet corpori suo ulcera, quia permissu Dei acciderant, sagittas Domini vocavit, dicens: *Nam sagittæ Domini in corpore meo, quarum furor ebibit meum sanguinem;* ita verisimile est ideo Davidem hic sagittas Domini nominasse, quia ex Domini concessu inimicus eum oppugnabat, ut edisceret non dicere: *Non movebor in æternum.* Quia enim Dei gratia roboratus, magna aliquando de se senserat, ita ut arroganter diceret: *Ego autem dixi in abundantia mea, non movebor in æternum:* ideo jure tentatori traditus est, qui animam ejus adortus, majus ei quam Jobo damnum intulit.

g Ex Hom. V. in Hexam. som. 1. 24.

h Ex Hom. in Psal. XXXVII. Ibid. 193. Job. 6. 4.

Psal. 37. 3. & 4.

Psal. 29. 7. Ibid. v. 7.

i Ex Regulis fufius tractatis. tom. 2. 174.

11. (i) Ego autem tria hæc video animi affectionis discrimina in inviolabili Christo obediendi necessitate, servorum, mercenariorum, filiorum. Aut enim supplicii metu a malo declinamus, versamurque in affectu servili; aut mercedis lucra requiren-

Nn tes,

tes, ob nostram ipsorum utilitatem mandata A ne quinam sint, quorum misereatur? *Beatus*, Matth. 5.7. explemus, & hoc pacto mercenariis effici- inquit, *miseriordes, quoniam ipsi misericor-* mur similes; aut ob ipsum honestum, & amo- *diam consequentur.* Vides quam considerate utatur misericordia? Neque citra iudicium drem illius qui legem nobis dedit, gaudentes quod digni simus habiti, qui tam glorioso ac misericors est, neque iudicat citra miseri- bono Deo serviamus; & ita demum ut filii cordiam. *Misericors enim Dominus & iustus.* Psal. 114.5. afficimur. Neque igitur is qui in timore per- Ne igitur dimidia ex parte Dominum cog- ficit mandata, semperque desiderii poenam noscamus, neque ipsius benignitas ignaviae nobis occasio sit. Ideo tonitrua, ideo fulmi- veretur, alia quidem quæ sibi præcepta fue- na, ut ne contemnatur bonitas. Qui efficit Matth. 5. 45. rint, exsequetur, alia vero negliget: sed omnis inobedientiæ vindictam sibi ex æquo metuendam suspicabitur. Et idcirco beatus 4. Reg. 6. 18. Zach. 10. 1. prædicatur qui scilicet nihil eorum quæ ad B clementiam, hæc severitatem indicant: aut officium pertineant, prætermittere velit. propter illa diligamus, aut propter hæc ti- Psal. 111. 10. *Beatus enim vir, ait, qui timet Dominum.* meamus; ne nobis quoque dicatur: *An di-* Rom. 2. 4. Quam ob causam? *quia in mandatis ejus vo-* *vitias bonitatis ejus, & longanimitatis conte-* let nimis. Sed neque mercenarius quidem *mnis, ignorans quod benignitas Dei ad poeni-* quidquam eorum quæ præscripta sint, vio- *rentiam te ducit? Secundum autem duritiam* lare volet. Quomodo enim operæ mercedem tuam, & impænitens cor, thesaurizas tibi a Ibid. referet, si pacta omnia non servaverit? Etenim si vel unum ex iis quæ necessaria ex- *iram in die iræ.* (a) Ecquid mihi proderunt cætera recte facta, si propterea quod fratrem fatuum appellavero, si in gehennæ addicendus? Quam enim utilitatem percipit qui a multis liber est, si vel uno redigitur in servitutum? Joan. 8. 34. *Qui enim, inquit, facit peccatum, servus est peccati.* Quid etiam cuiquam prodest multorum morborum esse expertem, si ipsius corpus vel ab uno morbo corrumpitur? (b) Qui enim voluntatem Dei facit, sed non b Ibid. ut vult Deus, neque in affectu amoris erga Deum id facit, inutile habet operis stultiam: nam ait, *Amen dico vobis, quia receperunt* Matth. 6. 2. *mercedem suam.* (c) Itaque primæ tuæ origi- c Ex Hom. in Psal. XLVIII. tom. 1. 100. nis si memor non es, o homo, ex persoluto pro te pretio aliquam dignitatis tuæ notionem accipe, ad pretium illud quo commutatus es respice, tuamque agnosce dignitatem. Emtus pretiosissimo Dei sanguine: peccati ne fias servus. Intellige tuam præstantiam, ut ne jumentis insipientibus assimileris. Quomodo enim vos, qui stultis perniciosisque concupiscentiis servitis velut mancipia, servis imperabitis? \* Quomodo liberos vestros recte instituetis, qui expertem disciplinæ & ordinis vitam degitis? 1. Cor. 9. 16. *Ut enim mihi incumbit necessitas, & vobis mihi est, ut ait Apostolus, nisi evangelizavero, & iustitiam Dei nocte dieque vobis annuntiavero.* Joan. 12. 48. d Ex epist. LIX. tom. 3. 83. Ita etiam vobis par periculum, si vel desiderii vos dederitis, vel remisse & dissolutæ in iis quæ vobis traduntur tum retinendis, tum opere complendis versemini. *Sermo enim quem locutus sum, ait Dominus, ille iudicabit mundum in extrema die.* (d) Semper enim quod bonum est cupiens, ab eoque semper aberrans, nullam aliam possum eorum quæ sunt causam invenire, nisi quod persuasum habeo, me veterum peccatorum poenas persolvere. Ut igitur scientes adversa fronte nobis divinæ Scripturæ sermones, pro tribunali Christi oppositum iri; ita & iis quæ di-

dicuntur, summa cum vigilantia attendamus, & ad opus perducere divina præcepta cum studio properemus; *Quia qua die & hora Dominus noster venturus sit, nobis plane est incertum. Cui quidem gloria, & potestas, in sæcula sæculorum Amen,*



DE POENITENTIA.

SERMO VIII.

*a. Ex epist. I. a XLV. ibid. 72.*

**D**Uplex timor subiit mentis meæ sinus tua causa. Aut enim præoccupans me immisericors quidam animi motus in crimen inhumanitatis conjicit: aut rursus misereri volentem, etiam ut ad vitia remollebam, male convertit. Quare & hanc meam epistolam exaraturus, manum quidem torpescentem ratiocinationibus corroboravi, sed vultum ex concepta propter te tristitia anxium mutare non potui: tanto mihi incusso pudore, ut oris etiam flexus, labiis meis in luctum converfis, statim concideret. Hei mihi, quid dicam, aut quid cogitem in trivio constitutus? Si mihi prioris tuæ vanæ vivendi rationis veniat in mentem, cum circumfluere te divitiæ, ac humi repens gloriola, horreo: cum adulatorum te sequeretur multitudo, fruererisque brevi ac temporaria voluptate, non sine manifesto periculo & iniquo quæstu: & partim quidem magistratum timor te de salute cogitantem exagitaret; partim vero publicorum negotiorum tumultus tuam interturbarent domum, atque malorum frequentia mentem tuam ad eum, qui opitulari tibi poterat, retorqueret: cum paulatim Servatorem circumspicere meditareris, timoris quidem tibi ad tuam utilitatem inferentem, libertatem vero ac protegentem te, qui ei, dum in tuto esses, illuseras: cum te ad innovandos acquirendosque honestos mores exercereres, periculosissimam tuam opulentiam nihili faciens, rei que familiaris curam & uxoris consuetudinem refugiens. Quin etiam totus sublimis, velut peregrinus & erro, agris & civitatibus peragratis, petisti Jerosolyma, ubi & ipse tecum commoratus ob athleticos te labores beatum prædicabam, cum per septenarios circulos jejunos perseverans Deo philosophareris, simulque congressus humanos veluti in fugam conversus devitares, atque tranquillo vivendi genere tibi parato, civiles tumultus declinares. Præterea corpus tuum cilicio aspero lancinans, & zona dura adstringens lumbos tuos, patienter ossa tua atterebas. Quin & illa inedia concavans, ea usque ad dorsi partes laxa effecisti, atque fasciæ mollis rejecto usu, abdomen intrinsecus cucurbitæ in morem contractum, renibus ad-

*S. Basilii Oper. Tom. III.*

**A** hærescere cogebas. Adhæc, evacuato carnis toto adipe, exsiccasti strenue meatus sub ventre sitos, & ipso ventre inedia coarctato, faciebas ut costarum partes, tecti quasi quædam eminentia umbram inducerent partibus umbilici. Atque contracto toto organo, nocturnis horis confitens Deo, lacrymarum rivis barbæ pilos madefactos complanabas. Quid autem opus est recensere me singula? Memineris quot sanctorum ora exceperis osculo, quot sacra corpora amplexus sis, quot viri manus tuas velut intaminatas foverint, quot servi Dei velut venerantes confugerint ad genua tua complectentes.

**2.** At horum quis tandem finis? Adulterii fama nuntiati crimen, sagitta velocius pervolans, aures nostras sauciat, acutiore stimulo viscera nostra compungens. Quæ tam artificiosa præstigatoris versutia in tam perniciosum casum te conjecit? Quænam diaboli sinuosa retia te constringentia virtutis nervos immobiles reddiderunt? Quo abiere laborum tuorum narrationes? Sed fortasse æquum non est his fidem adhibere? Et quomodo non ex manifestis ea etiam credemus quæ hæcenus abscondita fuerunt, si quidem animas quæ ad Deum confugiebant, juramentis horrendis obstrinxisti, cum tamen nominatim quidquid his oculis est, & non amplius est, diabolo attribuat. Itaque simul quoque exitiosi perjurii fuisti sponsor, atque instituti ascetici charactere in contemptum adducto, ad Apostolos usque, ipsumque Dominum dedecus ac infamiam transmisisti. Dedecorasti castitatis gloriationem: labe aspersisti continentiarum vorum, captivorum facti sumus tragoedia, a Judæis & Gentilibus res nostræ in scenam & actus deducuntur. Discidisti monachorum studia: diligentiores cautioreque in metum formidinemque conjecisti, adhuc diaboli potestatem admirantes: negligentiores vero ad sequendum incontinentiarum exemplum traduxisti. Dissolvisti quantum in te fuit, gloriationem Christi, qui dixit: *Confidite, ego vici mundum, ejusque principem.* Craterem dedecoris miscuisti patriæ. Vere implevisti proverbium, *Velut cervus sagitta ictus in jecore.* Sed quid jam? Non cecidit fortitudinis turris, o frater: non oblorduerunt correctionis ac conversionis remedia: non occlusa est civitas perfugii. Ne in profundo malorum permanas, nec te tradas homicidæ. Novit Dominus elisos erigere. Ne procul fugias, sed ad nos recurre. Resume iterum labores juveniles, secundis recte factis humi repentem sordidamque voluptatem delens. Respice ad finis diem, ita vitæ nostræ vicinum ac propinquum; & nosce quomodo jam Judæorum & Gentilium filii ad Dei cultum compelluntur, nec omnino ab-

N n a ne.

neges mundi Servatorem : ne te maxime A  
horribilis illa comprehendat sententia : *Non  
novi vos, quinam sitis.*

3. (a) Unius viri erat prædicatio Joannis,  
& omnes ad poenitentiam traxit : tu vero qui  
per Prophetas doceris : *Lavamini, mundi  
estote : qui per Psalmos admoneris, Accedi-  
te ad eum, & illuminamini : qui per Apосто-  
los faustum illum nuntium audis : Agite pœ-  
nitentiam, & baptizetur unusquisque vestrum  
in nomine Domini Jesu in remissionem peccato-  
rum, & accipietis promissionem Spiritus :* qui

ab ipso Domino invitaris, dicente : *Venite ad B  
me omnes qui laboratis, & onerati estis, &  
egoresciam vos, hæres tamen, deliberasque  
& cunctaris. A puero fidei rudimentis imbu-  
tus, nondum assensisti veritati. Semper edi-  
fcens, nondum pervenisti ad cognitionem.  
Per omnem vitam explorator, ad senectute-  
m usque speculator ; quando tandem fies  
christianus ? Quando agnoscemus te ut no-  
strum ? anno superiore hoc tempus præstola-  
bare, nunc rursus exspectas venturum. Ca-  
ve deprehendaris promissa facere vita lon-  
giora. Ignoras quid sequens dies parturus C  
fit ; ne promitte quæ tua non sunt. Ad vi-  
tam te, homo, vocamus ; quid fugis vocatio-  
nem ? ad bonorum participationem ; quid  
donum prætermittis ? Apertum est cœlorum  
regnum : verax est qui vocat : via facilis : non  
tempore, non sumtu, non labore opus est,  
quid differs ? quid tergiversaris ? quid jugum  
perhorrescis velut juvenca quædam jugum  
nondum experta ? collum non obrerit, sed  
condecorat. Neque enim jugale vinculum,  
circa collum ligatur, sed ultro ac libere tra-  
hentem poscit. Vides incusari Ephraim D  
tamquam vitulam œstro percitam, quod in-  
ordinate oberret legis jugum dedecorans.  
Subde indomitam cervicem tuam ; Christi  
fias jumentum, ut ne iugo solutus liberio-  
remque vitam degens, capi a bestiis facile  
possis.*

4. (b) Quod si aurum ecclesiæ distribue-  
rem, non utique esses mihi dicturus : Cras  
veniam, & cras dabis : sed jam exposceres ur-  
gens distributionem, & dilationem animo  
iniquo ferres. Sed quia non materiam pul-  
chre coloratam, sed animæ puritatem tibi E  
offert magnus donorum largitor ; commini-  
sceris excusationes ; atque causas recenses.  
Servus hominum si esses, servisque fuisset  
proposita libertas, nonne ad statam diem oc-  
currisses, conducens patronos, iudicesque  
rogans, ut machinatione omni in manu mit-  
tendorum numerum adscribereris. Quin &  
alapam, postremam servorum plagam, ut  
in posterum a verberibus liber fieres, acci-  
peres. Quoniam autem servum te non ho-  
minum, sed peccati, vocat ad libertatem  
præco, ut te solvat ex captivitate & ex æquo

cum angelis civitate donet, & Filium Dei  
efficiat adoptatum gratia, ac bonorum Chri-  
sti hæredem ; nondum tempus esse hæc dona  
excipiendi dicis. O impedimenta prava, o  
turpem & interminatam occupationem !  
Quousque tandem voluptates ? usquequo  
deliciæ ? Viximus multum tempus mundo,  
reliquum vivamus & nobis ipsis. Ecquid ani-  
mæ æquiparabile ? Quid regno cœlorum  
comparandum ? Quis tibi consiliarius fide  
dignior quam Deus ? Quis prudentior sa-  
piente, aut quis utilior bono ? Quis condi-  
tore conjunctior ? Nec Evæ profuit serpen-  
tis consilio credidisse magis quam Domini.  
O inepta verba ! non vacat sanari, nondum  
ostendas mihi lucem, nondum jungas  
me regi. Nonne hæc aperte loqueris ? imo  
etiam his absurdiora. Tu enim si esses tribu-  
tis publicis obnoxius, nuntiareturque un-  
delibet debitoribus rescissio æris alieni : dein-  
de esset qui te per injuriam expertem facere  
hujus condonationis conaretur ; indignare-  
ris utique & clamares, ut legitima commu-  
nis beneficii portione spoliatus. Postquam  
vero non præteritorum modo condonatio,  
sed futurorum etiam largitiones prænuntia-  
tæ sunt ; te ipse injuria afficiens, quantum  
ne ullus quidem inimicus imprecatus esset,  
putasne te convenienter consuluisse, utili-  
terque tibi metipsum providisse, qui scilicet  
non admittas condonationem, sed in ære  
alieno immoriaris. Si multa sunt peccata  
tua, ne desperes ob multitudinem. *Ubi enim Rom. 5. 20.  
abundavit delictum, superabundavit gratia ;*  
si modo gratiam suscipias. (c) Sin autem  
parva ac levia, nec ad mortem fuerint pec-  
cata tua, cur anxius es de futuro, qui haud  
ignave præterita pertuleris ?

5. Nunc velut in trutina animam tuam,  
o homo, appendi existima, hinc ab angelis,  
hinc a dæmonibus attractam. Utris, quæ-  
so, dabis cordis momentum ? Quid apud te  
vincet ? voluptas carnis, an animæ sancti-  
monia ? præsentium oblectatio, an futuro-  
rum desiderium ? Angeline te suscipient,  
an detinebunt qui jam tenent ? In acie du-  
ces tesseram tribuunt sub se militantibus, ut  
& amici facile se invicem inclament, & si in  
conflictu fuerint cum hostibus commixti,  
queant citra confusionem sejungi. Agno-  
scet te nemo, nosterne sis, an hostium, nisi  
mysticis signis necessitudinem affinitatem-  
que ostenderis, nisi signatum sit super te lu-  
men vultus Domini. Quomodo vindicabit  
te angelus ? Quomodo eripiet ex hostibus,  
nisi agnoverit signaculum ? Quomodo dictu-  
rus est tu, Deitum, si notas ac insignia non  
exhibeas ? Thesaurus non obsignatus deri-  
pia furibus facile potest : ovi signo carenti  
tuto struuntur insidiæ. (d) Si quis medicus d *Ibid.*  
promitteret tibi, se artibus quibusdam ac

in-



industria, juvenem te ex sene facturum esse, nonne desiderares illam adesse diem, in qua te ipsum visurus esses ad ætatis vigorem reversum? Sed cum poenitentia facturam se spondet ac pollicetur, ut anima tua quam vetustate confecisti, ac iniquitatibus rugosam maculosamque reddidisti, ad pristinum florem redeat; aspernaris beneficientem, nec accurris ad promissionem. Itane vero magnum pollicitationis miraculum videre non cupis? quomodo sine matre regeneretur homo, quomodo inveteratus & erroris desiderii corruptus, vigeat rursus, repubescatque & ad verum juventutis florem revertatur. Tot ac tantis bonis, o miser, voluptatem ducis potiore? Novi enim procrastinationem tuam, quamquam eam verbis contegis: clamant res ipsæ, tametsi voce taces. Sine utar corpore ad fruendas turpes libidines, voluter in cœno voluptatum, cruentem manus, diripiam aliena, dolose ambulem, pejerem, mentiar; & tum poenitentia, cum vitiorum tandem finem fecero. Quod si peccatum bonum est & honestum, illud ad finem usque serva: sin noxium est patranti, quid in exitiosis immoraris?

*Ephes. 4. 22.* (a) Non videt Deus quæ fiunt? Non agnoscit tuas cogitationes? An iniquitates tuas juvat? *Suspensus es, inquit, iniquitatem, quod ero tibi similis.* Tu autem mortalis viri amicitiam cum ambis, beneficiis eum allucis, dicisque ea ac facis, quibus gaudere ipsum intelligis: sed Deo conjungi volens, & in filii locum te receptum iri sperans, si interea tamen quæ Deo inimica sunt perpetres, & per legis violationem eum dedecores; unde maxime illum offendis, indene ipsius familiaritatem necessitudinemque tibi polliceris? Vide ne liberationis spe tibi ipse malorum copiam congerens, peccatum quidem coacerves, venia vero priveris. *Deus non irridetur.* Cave abutaris gratia ad quæstum. Ne dixeris: Bona est quidem lex, sed jucundius peccatum. Diaboli hamus voluptas est, trahens ad perniciem. Voluptas est mater peccati: peccatum vero stimulus mortis est. Voluptas nutrix est æterni vermis: quæ ad tempus quidem demulcet perfruentem, deinde vero germina felle amariora producit. Quid facis, o homo? Cum idoneus es qui opereris, absumis in peccatis juventutem tuam. Postquam elanguerunt organa; tunc ea Deo offers, cum non amplius potes his ad ullam rem uti: sed ea necesse est torpere, ob diutinam tabem, vigore & robore resoluta. Continentia in senectute, continentia non est: sed lascivendi impotentia. Mortuus non coronatur: nemo ideo iustus, quod ei mali faciendi facultas non sit. Vires ac potentia dum tibi suppetunt, fac vincas ratione peccatum. Hoc

enim virtus est, declinare a malo, & efficere bonum. Nam cessare a malo, neque laude, neque castigatione ex se dignum est. Peccare si desieris ob ætatem, beneficium est infirmitatis. Laudamus autem eos qui animi proposito boni sunt, non eos, qui necessitate aliqua coercentur. Cæterum quis tibi vitæ limitem præfixit? quis certum senectutis terminum tibi definivit? Quis sponsor futurorum apud te adeo fide dignus. An non vides infantes abreptos? An non vides eos qui ætate vigent, abduci atque de medio tolli? Nullum præfinitum tempus vita habet. Quid exspectas, dum febris beneficium tibi sit poenitentia; quando nec pronuntiare poteris salutaria confessionis verba, neque forte tibi clare audire licebit, morbo caput ipsum occupante: non manus ad cœlum attollere, non in pedes erigi, non genua flectere ad adorandum, non commode doceri, non accurate confiteri, non credere in Deum, non inimico renuntiare: forte vero neque intelligenter audire dum initiaberis? cum dubitent qui adsunt, utrum senseris gratiam, an sine sensu quæ aguntur accipias. Imo etiam si scienter gratiam suscipias; tunc quidem talentum habes, sed lucrum non refers.

6. (b) Ad malefaciendum, fratres, videri callidusque est diabolus. Intelligit nos homines in præsentem solum tempore vivere; actionemque omnem in præsentem tempore fieri. Quamobrem hodierna die nobis fraudulenter surrepta, nobis spem crastinæ relinquit. Nonne suggerit ut hodie perpetremus peccatum, suadet autem, ut iustitiam in crastinum reservemus? deinde cum dies crastina venit, rursus accedit malus noster divisor, sibi que hodiernum, Domino vero crastinum polcit, atque sic semper præsens quidem per voluptatem subtrahens, futurum vero spei nostræ proponens, imprudentes nos & incautos e vita subducit. (c) Vidi ego aliquando talem callidæ avis astutiam. Nimirum cum pulli ejus essent capti faciles ob teneritudinem, se ipsa objiciebat ut paratam prædam, atque ante venantium manus volitans, neque facile poterat a venatoribus capi, neque spem capiendæ prædæ eis adimebat. Sed interea dum ipsos spe varie detinere, ac circa se occuparet, fugiendi copiam ac securitatem pullis suis subministravit, ac postremo ipsa quoque simul avolvit. Time ne & tibi similia accendant, qui certa incertorum spe derelinquis. (d) Vide etiam, ne, dum poenitentiam ex anno in annum, e mense in mensem, e die in diem rejicis, in diem inexpectatam aliquando incidas, cum jam deficiet te vivendi facultas, eritque undique angustia, & afflictio cujuscumque levamenti expers, desperantibus me-

*Ephes. 4. 22.*

*Ibid.*

*Psal. 49. 21.*

*Gal. 6. 7.*

*1. Cor. 15. 56.*

*Ibid. 64.*

*Ibid.*

*Ibid. 65.*

medicis, desperantibus & propinquis, cum crebro & sicco anhelitu pressus, vehementi febre internas partes inflammante atque succedente, ingemiscas quidem pectore imo, sed qui condoleat reperies neminem. Ac loquere quidem tenue aliquid & remissum: sed non erit qui audiat. Quidquid autem proferes, velut deliramentum contemnetur. Quis te de poenitentia submonebit alto & gravi sopore ex morbo correptum? Moerent propinqui, morbum alieni contemnunt; monita quasi perturbationem afferentia negligit amicus, aut forte etiam medicus decipit, nec de teipso desperas ob naturalem vitæ amorem, Adstat mors, urgent qui abducant. Ecquis te eripiet? Deus, qui contemptus est? Te scilicet tum exaudiet, tu enim eum nunc audis. Tempus præfinitum prorogabit: scilicet dato tempore probe usus es. (a) Nemo te seducat inanibus verbis. Nam repentinus tibi imminet interitus, & exitium procellæ simile aderit. Veniet angelus tristis, abducens violenter, trahensque animam tuam peccatis vindictam, crebro se ad ea quæ hic sunt convertentem, ac sine voce gementem, occluso jam gemituum ac lamentorum organo. O quam dilaniabis te ipse! quantum ingemiscas! sed te tuorum consiliorum frustra poenitebit, cum videbis hinc hilaritatem justorum de egregia donorum distributione lætantium, illinc mœrorem peccatorum qui in altissimis tenebris jacebunt. Quæ tunc dicturus es in dolore cordis tui? Hei mihi, hoc grave peccati onus, cum id exuere ita facile esset, non abjeci: sed horum malorum acervum traxi, Hei mihi, maculas ac sordes non ablui: sed sum peccatorum notis compunctus. Nunc essem cum angelis: nunc cœlestium bonorum deliciis fruerer. O prava consilia! ob temporariam peccati delectationem æternum excrucior: ob carnis voluptatem igni trador. Justum est iudicium Dei: vocabar, & non obediebam: docebar, & animum non attendebam: obtestabantur me, & ego deridebam. Hæc & alia ejusdem generis proferes, desens temeripsum, si hinc ante poenitentiam abripiaris. O homo, aut gehennam metue, aut enitere ut regnum adipiscare. Mihi quidem subit lacrymari, cum hoc mecum reputo, quod turpitudinis opera ingenti Dei gloriæ præfers, quodque peccato firmissime inhærens ob libidinis delectationem, a promissis bonis te ipse excludis, sic ut tibi cœlestis illius Jerusalem bona videre non liceat.

<sup>a</sup> Ibid. Ephes. 5. 6. 1. Thess. 5. 2.

7. (b) Vult tui misereri iudex, teque miserationum suarum facere participem, ut ille ait, *Diligit misericordiam & iudicium Dominus*: si modo post peccatum repererit te humilem, contritum, prava opera multum deplorantem, ac ea quæ clam facta sunt evul-

gantem citra pudorem, rogantem fratres tibi ut sint adjumento ad accipiendam medicinam. Uno verbosi commiseratione dignum viderit, abunde tibi suam impertietur misericordiam. Si vero cor poenitere nescium, mentem superbam, animum futuro sæculo non credentem, ac nullum iudicii timorem conspexerit, tunc in te iudicium diligit. Ita enim bonus ac humanus medicus fomentis prius ac remediis mollibus tumorem sedare conatur: postquam vero viderit molem nihil remittere, atque induratum reniti; tum demum rejectis oleo ac molliore curandi ratione, ferri usum adhibet. \* Iis enim, qui ex multis casibus sæpe misericordie divinæ præsidio erecti sunt, ac deinde infirmitatibus succubere, minatur omnino Deus se non remissurum. Ait enim, *Non amplius remittam vobis peccata vestra*. (c) Indicans se jam sæpenuero similia prius condonasse: siquidem fieri nequit, ut quis sine venia quæ a Deo conceditur, vitæ secundum virtutem instituendæ sese dedat. (d) Vult enim, ut is qui in peccatis quibusdam versatus est, & deinde ad saniores vitæ rationem pollicetur se se recepturum, finem imponat præteritis, factoque post peccata initio quodam, quasi per poenitentiam reviviscat. Contra, qui isthæc promittit sine ulla intermissione, & jugiter ab his excidit, illum velut penitus desperatum a sua clementia excludit. Non enim qui dicit; *peccavi*, & postea in peccato perseverat, is confitetur: sed qui ubi juxta psalmum peccatum suum deprehendit, illud odit. Quid enim emolumentum affert ægroto medici cura, quando is qui adversa valetudine utitur, suæ vitæ exitalia conquirat? Sic qui adhuc peccat, nihil ei utilitatis accedit ex peccatis condonatis: neque qui impurus est, quidquam percipit lucri ex remissis impudicitie vitiis.

8. (e) Desine itaque proximi tui vitia explorare: cave cogitationibus otium dederis alienum morbum inquirendi: sed ad teipsum perscrutandum converte oculos. Sunt enim nec pauci, qui festucam quidem animadvertunt in oculo fratris, trabem vero in suo ipsorum oculo non vident. Ea quæ extrinsecus sunt ne circumspice, numcubi cujuspiam reprehendendi locum possis invenire, Pharisæum illum imitatus, qui stans se ipse justificabat, ac publicanum habebat despiciatui. Imo vero ne intermittas teipsum percontari, numquid deliqueris cogitatione, numquid lingua labarit mentem præcurrans, numquid in manuum operibus factum sit involuntarium. (f) Quemadmodum enim fieri non potest ut quis sanitatem recuperet, nisi depulsus morbus sit: vel ut quis calefiat, nisi plane sedatum sit frigus, neque enim hæc simul consistere possunt: similiter & qui bonam

\* Uterque codex indicat Comment. in Es.

Esai. 1. 14.

Ex Comment. in Es. ibid. 216.

Ibid. 217.

Psal. 31. 5.

Ex Hom. in illud. Attende tibi bip. tom. 2. 12.

Matth. 7. 3.

Ex Hom. in Psal. XXXIII. tom. 1. 83.

nam vitam agere cupit, eum par est ab omni mali confortio recedere. (a) Non enim temporis diuturnitate, sed animæ affectione poenitentia dijudicatur. \* Qui vero ab inani vita recesserunt, & ad diviniorum seipfos exercent, ne apud se, neque seorsim soli se ipsi exerceant; testibus enim non carere decet vitam ejusmodi, ut extra pravam suspicionem sit posita. (b) Quod si quispiam jam olim inescatus, aut divitiarum pulverem inique apud se coacervavit, earumque curis ligavit animum, aut lasciviæ scelus quod vix elui potest, naturæ adjunxit, aut criminibus aliis semet exsatiavit; is, dum adhuc tempus est, antequam ad integrum exitium perveniat, deponat majorem sarcinarum partem, & priusquam navis submergatur, mercium indecore congestarum ejectionem faciat. (c) Neque vero pecuniæ probe ejectæ pereunt effundentibus ac projicientibus: sed quasi in alias quasdam onerarias naves tutiores, pauperum videlicet ventres, exportatæ conservantur, & ad portus perveniunt, custodiunturque jacentibus, quibus ornamento sunt.

9. (d) Tempore corroborata mala primum quidem tempore indigent ut sanentur: deinde forti ac firma agendi ratione, si quis velit ad imum ipsum pertingere, adeo ut radicitus evellantur quæ longo tempore in animis radices egerunt. (e) Haud absimilis fuit summa illa absolutaque Ninivitarum poenitentia, atque prudens vehemensque eorum afflictatio, quæ ne bruta quidem animantia a poenis immunita exemit: sed ea etiam necessario clamare artificio quodam adegit. Separatus namque est vitulus a vacca, semotus est a materno ubere agnus, puer lactens in maternis ulnis minime conspiciebatur; voces vero emittebantur ab omnibus miserabiles, vicissim clamantes, ac resonantes. Partus esurientes lactis fontes quærebant: matres naturali affectione discerptæ, vocibus commiserationem suam significantibus revocabant foetus. Eundem ad modum infantes fame laborantes, ejulatu vehementissimo frangebantur, palpitabantque, & matrum viscera naturalibus doloribus compungebantur. Inter illos flebat senex, & canos vellebat, discerpebatque. Adolescens, & qui florenti ætate erat, vehementius lamentabatur: ingemiscebat pauper: dives deliciarum oblitus, afflictationi ut bonæ se dedebat. Rex ipsorum splendorem gloriamque transmavit in verecundiam. Deposita corona, caput cinere insperfit: purpura abjecta, induit saccum: throno alto & sublimi derelicto, miserabili habitu humi reprobatur: repudiata propria ac regia gravitate, lugebat cum populo, unus e multis factus & plebeius, quod communem Dominum omnium videret iratum.

A Hæc est servorum sensu præditorum prudentia: talis hominum peccatis implicitorum poenitentia, ut tristitia occuparet ætatem omnem, tum sentientem, tum non sentientem, illam sponte, hanc præter voluntatem. Propterea cum vidisset Deus ipsos sic humiliatos, ut condemnarent sese ad gravissimas multas omnis generis, & doloris eorum misertus est, & poenam remisit, & gaudium iis qui sano consilio luxerant, largitus est. (f) Proprium est enim Dei in homines amoris nequaquam silentio poenas irrogare: sed eas prænuntiare, per minas peccatores provocando ad poenitentiam: qua agendi ratione usus est erga illos Jonæ opera. Nec tacite exitium perniciemque induxit Israeli peccanti: sed famulum suum ad fundendas pro populo preces excitans, his verbis prædixit: *Dimitte me; & delebo populum hunc.* Rursus simile quiddam in Evangelio etiam per parabolam a ficu sumtam sumus edocti; quippe dominus ejus dicit agricolæ: *Ecce anni tres sunt ex quo venio ad banc ficum, quærens fructum in ea, & non invenio: succide illam. Ut quid etiam terram occupat?* (g) Itaque in quod tempus rejiciemus poenitentiam? An non recipiemus nos ad bonam frugem? An non a consueta vivendi ratione revocabimus nos ad Evangelii integritatem? An non ob oculos nobis ponemus illam Domini metuendam ac conspicuam diem, in qua hos quidem qui ad Domini dexteram per sua opera accesserint, regnum cælorum suscipiet, illos vero qui ob bonorum operum privationem ad sinistram dejecti fuerint, gehenna ignis & tenebræ æternæ involvent. *Illic, inquit, eris fletus, & stridor dentium.* (h) Nos autem acriter ac cito peccamus, sed negligenter, segniterque poenitentiam amplectimur. (i) Cælorum quidem regnum concupiscere nos dicimus, & tamen de iis quibus comparari potest, nihil sumus solliciti; imo tamen nullum pro conficiendo Dei mandato laborem subimus, nihilominus æquales honores ac præmia cum iis qui ad mortem usque peccato resisterint, recepturos nos esse præ mentis nostræ vanitate existimamus. (k) Simus tandem aliquando de animabus nostris solliciti, fratres, doleamus antea vitæ vanitatem, decertemus pro futuris. Ne maneamus in socordia hac & dissolutione, neve præsens quidem tempus per jugem pigritiam amittentes, in crastinum vero & in posterum differentes operum initium, deinde ab eo qui animas nostras reposcit, inventi imparati a bonis operibus, a nuptialis thalami gaudio excludamur, & frustra inutiliterque ploremus, tunc vitæ tempus male præteritum lugentes, cum nihil amplius profuerit poenitentibus. Hæc est poenitentiae ætas, illa remunerationis, hæc ope-

a Ex epist. clxxxviii. can. 2. Greg. CCXVIII. can. 34. tom. 3. Uterque codex indicat Comment. in Esai.

b Ex Hom. quod mundanis addendum non sit. tom. 2. 89.

c Ibid.

d Ex epist. CLVI. tom. 3. 135.

e Ex Hom. in famem. C. tom. 2. 35.

f Ex Comment. in Esai. tom. 1. 254.

Exod. 32. 10.

Luc. 13. 7.

g Ex Regulis fustis tractatis. tom. 2. 172.

Matth. 25.

h Ex Hom. in famem. C. tom. 2. 35. i Ex Regulis fustis tractatis. tom. 2. 172.

k Ibid.

operæ & laboris, illa rependendæ mercedis: hæc tolerantia, illa solatii, Nunc Deus adjutor est eorum qui se a via mala convertunt: tunc horrendus & quem nullus fallit, humanarum actionum, verborumque & cogitationum inquisitor. Nunc experimur lenitatem, tunc justum judicium cognoscemus, cum videlicet resurgemus, alii ad supplicium æternum, alii ad vitam æternam & unusquisque secundum sua ipsius opera recipiet. (a) Vobis vero, quotquot de actionum improbarum turpitudine doluistis, illud præcipimus: Si videritis quos stultitiæ gestorum suorum poeniteat, eorum misereamini tamquam vestrorum membrorum ægotantium: si pervicaces ac vestram pro ipsis inæstimationem spernentes senseritis, *exite de medio, & separemini, & immundum ne tangatis*: ut sic illi quidem pudore affecti, suam ipsorum pravitatem cognoscant: vos vero mercedem æmulationis Phinees recipiatis a servatore nostro Jesu Christo, cui gloria, & potestas, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen,

<sup>a</sup> Ex Hom. in ebriosos. i bid. 69.

<sup>x</sup> Cor. 6. 17.

<sup>Num.</sup> 25. 11.

## DE ORATIONE.

### SERMO IX.

1. (b) **O**rationem non syllabarum numeris absolvere nos oportet, o fratres; sed animi voluntate, recteque per totam vitam actionibus. Neque enim Deum arbitramur ut verbis moneatur, indigere; sed nosse, ne petentibus quidem nobis, quæ conducibilia sint. (c) Utique auditus divinus voce non indiget ad percipiendum, siquidem petita etiam in cordis motu cognoscere valet. Nonne scis Moysen cum nihil loqueretur, sed tacitis suis suspiriis Dominum interpellaret, a Domino auditum, dicente: *Quid clamas ad me?* (d) Qui nulla virtute vitam suam exornant, nihilominus tamen sese existimant in precum suarum longitudine justificari, verba hæc audiant: *Cum extenderit manus, avertam oculos meos a vobis: Et si multiplicaveritis supplicationem, non exaudiam vos.* Neque enim precum verba simpliciter prolata juvant, sed si cum vehementi affectu depromantur. Nam & *Pharisæus hæc apud se orabat*, non apud Deum: respiciebat namque ad seipsum; siquidem in superbiæ peccato verlabatur. Quapropter & *Salvator ait: Orantes autem nolite multum loqui sicut Ethnici: putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.* Et illud: *Ex multiloquio non effugies peccatum.* Hoc est causæ, cur Deus oculos avertat, cum extenderit manus, quod ipsa supplicationis symbola ad irritandum illum sint occasiones,

<sup>b</sup> Ex Hom. in mart. Jul. in am. ibid. 17.

<sup>c</sup> Ex Hom. in Psal. cxiv. tom. 1. 107.

<sup>d</sup> Ex Com. ment. in Esai. ibid. 217.

<sup>Esai.</sup> 1. 15.

<sup>Luc.</sup> 18. 11.

<sup>Matth.</sup> 6. 7.

<sup>Prov.</sup> 10. 19.

Quemadmodum si quis dilectum alterius filium occiderit, ac manus suas adhuc cruentatas ad infensum sibi patrem exporrigat, dexteramque efflagitet amicitia; nonne sanguis filii in ipsius interfectoris manu apparet? Ejusmodi sunt Judæorum preces; siquidem cum extendunt manus, admissum in Unigenitum filium scelus Deo & patri revocant in memoriam, atque per singulas extensiones suas ipsorum manus sanguine Christi plenas ostendunt. Enimvero qui in sua cæcitate perseverant, cædis paternæ sunt hæredes. *Sanguis enim ejus, inquit, super nos, & super filios nostros.*

2. (e) Semper igitur, o homo, Dei memineris & illius timorem in corde habeto, atque ad communionem precum omnes adjuuge. Magnum enim est eorum qui Deum placare possunt auxilium. Nam & viventibus nobis in hac carne bona erit adjutrix precatio, & inde proficiscentibus idoneum viaticum ad futurum ævum. Quemadmodum

cautem sollicitudo res bona est: ita rursus animum despondere & desperare, ac de salute diffidere, res sunt animæ noxiæ. Spem itaque in Dei bonitate colloca, & illius auxilium exspecta: certo sciens, si recte ac sincero ad ipsum convertamur, futurum ut non modo nos omnino non rejiciat, sed etiam nobis adhuc precum verba proferentibus dicat: *Ecce adsum.* (f) Quis enim vel malam admittat cogitationem, vel malum perficiat; si Deum credat ubique esse locorum, adesse his quæ fiunt, unicuique interesse actioni, ac cordium consilia introspicere? Sed rati vel Deum non inspicere, vel non curare ea quæ aguntur; sic homines ad impia patrandæ facinora animum conferunt. (g) Quies igitur principium expurgationis animæ, nec lingua loquente res humanas, nec oculis nitidos corporum colores aut concinnitates circumspicientibus; nec auditu animæ vigorem dissolvente per acroamata modorum ad voluptatem compositorum, aut per hominum facietorum ac ridiculorum verba: id quod maxime animi vim frangere solet. Mens enim, quæ ad externa non dissipatur, neque per sensus in mundum diffunditur, redit quidem ad se ipsa; per se autem ad Dei cogitationem ascendit, atque decore illo illustrata ipsius etiam naturæ obliviscitur; nec jam cibi cura distrahitur aut amictus sollicitudine; sed terrenis curis vacua, omne suum studium ad æterna bona adipiscenda transfert.

3. (h) Neque igitur patiari mediam vitæ partem inutilem tibi esse per somni soporem: sed dividatur tibi noctis tempus in somnum & precationem: imo somnus ipse exercitatio sit pietatis. Sæpe enim expressæ

<sup>Matth.</sup> 27. 25.

<sup>e</sup> Ex epist. CLXXIV. tom. 3. 145.

<sup>f</sup> Esai. 58. 9. <sup>g</sup> Ex Com. ment. in Esai. tom. 1. 221.

<sup>h</sup> Ex epist. II. tom. 3. 39.

<sup>i</sup> Ex Hom. in mart. Jul. tom. 2. 20.

in somno species nescio quomodo vestigia  
 quædam ac reliquæ esse solent diurnarum  
 curarum? (a) Ecquid igitur beatius, quam  
 statim quidem ac dies incipit ad preces sur-  
 gentem, hymnis & canticis creatorem ve-  
 nerari; exinde sole jam clare dilucescente  
 ad opera conversum, comitante ubique ora-  
 tione, hymnis etiam opera tamquam sale  
 condire? Siquidem hilarem jucundamque  
 animæ æquabilitatem hymnorum solatia  
 conferunt. (b) Preces ante cibum fiant, quæ  
 donis Dei dignæ sint, tum, quæ nunc largi-  
 tur, tum quæ in futurum recondidit. Pre-  
 ces etiam post cibum, quæ & gratiarum  
 actionem pro acceptis bonis & promissorum  
 petitionem habeant. (c) Est autem oratio  
 illa præclara, quæ perspicuam Dei notionem  
 animæ imprimit: idque Dei inhabitatio est,  
 insidentem intus Deum memoria complecti.  
 Sic Dei efficiuntur templum, cum nec terre-  
 nis curis perpetuus memoriæ tenor interpel-  
 latur, nec improvisis commotionibus per-  
 turbatur mens, sed omnia fugiens ad Deum  
 secedit, repellens provocantes ad libidinem  
 affectiones, ac in studiis ad virtutem ducen-  
 tibus immoratur. (d) Sed quod aliis dilucul-  
 lum, id pietatis cultoribus media nox: cum  
 maxime nocturna quies otium animæ lar-  
 giatur, neque oculis, neque auribus quid-  
 quam visu aut auditu exitiosum in cor im-  
 mittentibus, sed mente sola per se cum Deo  
 rationem habente, seque corrigente per  
 peccatorum recordationem & regulas sibi  
 ipsi præscribente ad vitia declinanda, ac Dei  
 auxilium ad ea, quæ studio habet, perfici-  
 enda implorante.

4. (e) Hoc etiam nobis innuit Moyses hi-  
 storia; quippe quæ tunc fiebant, conditio-  
 nis humanæ erant symbola, quod ii qui præ-  
 ficiunt, non pari ratione ac tenore operan-  
 tur: sed modo melius vivunt, modo vero ob  
 imbecillitatem franguntur, suasque languidius  
 exerunt actiones. Etenim si Moyses  
 attolleret manus, vincebat Israel: quando  
 vero eas demittebat, prævalebat Amalec.  
 Hoc est, nostra facultas actuosa si quando  
 fatiscit ac prosternitur, in nos prævalent  
 adversariæ potestates: e contrario, si ea sub-  
 lata in altum sit & erecta; vis nostra videndi  
 vires majores resumit. Siquidem qui quærit  
 sublimia, sustollit: extendit vero, qui ad  
 comparandas res corporales auxilium rogat.

(f) Qui igitur in templo Dei est, non con-  
 vitia, non res vanas, non verba obscenis  
 rebus referta profert, absit: sed in templo  
 ejus, ut ait David, quisque dicit gloriam.  
 Adstant angeli, qui verba describunt: adest  
 Dominus, qui animum ingredientium in-  
 tuetur: preces uniuscujusque manifestæ Deo  
 sunt, quis ex affectu, quis scite exquirat  
 cœlestia, quis perfunctorie & extremis la-

bris verba pronuntiet, cor vero ipsius pro-  
 cula Deo, & si orat, carnis sanitatem, ope-  
 que corporeas & humanam gloriam efflagi-  
 tat. Horum autem nihil petendum est, ut  
 Scriptura docet: sed in templo ejus unusquis-  
 que dicit gloriam. Verum, o rem admiratio-  
 ne dignam, Cœli enarrant gloriam Dei. Deum  
 gloriam afficere, angelorum munus  
 est: hoc unum est torius cœlestis exercitus  
 officium, referre creatori gloriam: creatu-  
 ra omnis, tum silens, tum loquens, tum  
 cœlestis, tum terrena, dat gloriam condi-  
 tori: miserabiles vero homines, postquam  
 ædibus suis relictis ad templum cucurrerunt,  
 quasi quidpiam consequuturi emolumentum;  
 tamen Dei verbis aures non præbent, suam  
 ipsorum naturam non sentiunt: non moerent  
 dum reminiscuntur peccatorum, non timent  
 judicium, sed attridentes, & inter se jungen-  
 tes dextras, precationis domum in locum  
 immodicæ loquacitatis vertunt, aspernati  
 Davidem declarantem & dicentem: In tem-  
 plo ejus unusquisque dicit gloriam. Tu vero  
 non modo non loqueris: sed alteri etiam es  
 impedimento, qui eum tibi reddas atten-  
 tum. Deus enim minime indiget gloria:  
 sed te vult esse dignum, qui consequare glo-  
 riam. Quapropter quod seminat homo, hoc & metet.

5. (g) Censeo autem oportere Deo bona  
 largienti gratias agere, procrastinanti ve-  
 ro non succensere. Et sane si nobis dederit  
 tecum esse, optima hæc simulque jucundis-  
 sima parabimus: si rem differat, damnum  
 leniter feremus. Nam melius profecto, quam  
 nos ipsi eligere possimus, nostra moderatur.

(h) Halcyon avis marina est. Hæc depositis  
 in ipsa arena ovis, secundum ipsa litora fe-  
 tificare solet: & circa mediam fere hiemem  
 pullos excludit tum, cum mare multis &  
 violentis ventis ad terram alliditur. Atra-  
 men consopiantur venti omnes, quiescunt  
 æquorei fluctus per septem dies, quibus hal-  
 cyon ovis incubat. Nam totidem diebus so-  
 lum pullos excludit. Cum autem & victu  
 ipsis opus sit, alios septem dies ad pullorum  
 incrementum Deus munificentissimus mi-  
 nimo huic animali præstitit. Quamobrem  
 & omnes nautæ hoc sciunt, diesque illos ap-  
 pellant halcyoneos. Res illæ per Dei in bru-  
 ta providentiam sancitæ sunt & ordinatæ,  
 ut tu his incitatus, ea quæ ad tuam salutem  
 pertinent, a Deo exposcas. Quid tua cau-  
 sa, qui factus es ad Dei imaginem, etiam  
 præter expectationem fieri non possit, cum  
 aviculæ adeo exiguæ gratia, vastum & hor-  
 rendum mare in media hieme quiescere jus-  
 sum, detineatur ac frenetur? Si enim hi-  
 rundini tanta largitur, quanto majora iis  
 qui ipsum toto corde invocant, concessurus  
 est? \* Quapropter, o fratres, illud statu-

a Ex epist. II. tom. 3. 38.

b Ibid. 40.

c Ibid. 39.

d Ibid. 40.

e Ex Com- ment. in Es. tom. 1. 217.

Exod. 17. 11.

f Ex Hom. in Psal. XXVIII. Ibid. 66.

Psal. 28. 9.

Psal. 18. 1.

2. Cor. 9. 6.

g Ex epist. I. tom. 3. 38.

h Ex Hom. VIII. in He- xaem. tom. 1. 41.

tum habeamus, cum cæteris in precibus nostris, tum etiam tentationis tempore, non ad humanas spes accurrere, neque hinc venari nobis auxilium: sed in lacrymis & suspiriis & laboriosa prece vigiliisque assiduis preces fundere. Sic enim sua levatur anxietate, qui & humanum auxilium ut vanum contemnit, & spe in eum, cui servandi nostri est potestas, nititur. Quoniam ipsi debetur gloria, & adoratio, cum æterno ejus Patre, & vivificante Spiritu, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

DE JEJUNIO.

SERMO X.

<sup>a</sup> Ex Hom. II. de Jejunio. tom. 7. b.

**D**uces cum aciem instruunt, exhortatoriis orationibus ante conflictum uti solent, tantamque vim habet ea exhortatio, ut etiam mortis contemptum frequenter afferat. Similiter palæstræ magistri & pædolibæ, cum ad stadii certamen athletas producant, multa differunt de labore pro coronis perferendo, adeo ut multis persuaserint, ut vincendi studio corpora contemnerent. Proinde mihi quoque, qui Christi milites ad bellum cum invisibilibus hostibus gerendum instruo, & athletas pietatis per abstinentiam præparo ad justitiæ coronas, opus est oratione exhortatoria. (b) Angeli sunt qui in singulis ecclesiis describunt ac recensent jejunantium capita. Vide ne ob parvam eduliorum voluptatem simul & priveris angeli recensione, & te ipsum apud eum qui exercitum collegit obnoxium facias desertoris crimini. Minus periculum, si quis fugiendo scutum in acie abjicereprehendatur, quam si magnum illud scutum, jejunium, videatur projecisse. Dives es? Ne jejunium affeceris contumelia, excludens illud fastidiose a mense tuæ consortio, neve absque ullo honore e domo tua ipsum expuleris, a voluptate victum ac superatum; nequando te reum peragat apud jejuniorum legislatorem, teque longe majori condemnatum inedia mulctet, sive ex adversa valetudine corporis, sive ex alio quopiam tristi casu. Qui pauper est, ne ludum jejunium faciat; quandoquidem illud jam olim habet & domesticum, & mensæ socium. Porro mulieribus quam est naturale respirare, tam est conveniens jejunium. Pueri velut plantæ virides, jejunii aqua irrigentur. Senibus levem reddit laborem contracta jam olim cum jejunio familiaritas: labores siquidem quorum factum est experimentum longo usu, minore molestia afficiunt exercitatos. Viatoribus expeditus itineris comes est jejunium. Quemadmodum enim luxus cogit illos onus perferre, nimi-

b. *ibid.*

rum ea quæ ad delicias spectant circumferentes: sic jejunium eos & leves reddit & expeditos. Atque hujus mundi militibus pro laborum ratione augetur obsonium: contra, inter spirituales milites qui minus habet alimenti, plus habet honoris. (c)

<sup>c</sup> Ex Hom. I. de Jejunio. *ibid.* 1.

Quapropter valde absurdum est non lætari de sanitate animæ, imo de commutatis cibis dolere, ac videri tales qui plus tribuamus voluptati ventris, quam curæ mentis. Nam in ventre sistitur satietatis delectatio, sed jejunium in animam subvehit lucrum. (d) No-

<sup>d</sup> *ibid.* 2.

**B**li imitari Evæ inobedientiam, noli rursus serpentem in consilium adhibere, edulium ad carnem mollius curandam proponentem. Ne causeris corporis infirmam valetudinem, ac debilitatem. Neque enim mihi istas excusationes profers: sed scienti dicis. Age, dic mihi, jejunare non potes, & satiari per totam vitam ac conficere corpus pondere ciborum potes? Atqui infirmis, non ciborum varietatem, sed inediam & abstinentiam a medicis præscribi scio. Qui sit igitur, ut cum ista possis, illa te non posse causeris? **C**Utrum ventri facilius est tenui victu transmittere noctem, an copia ciborum gravatum jacere? Nisi forte a naucleris dices onustam sarcinis navem facilius servari quam expeditam & levem. Nam oneris magnitudine gravatam, quamvis exiguus fluctus adoriens demergit: contra, cujus sarcina moderata est ac modica, hæc facile fluctus superat.

2. (e) Quamquam non arbitror tanto mihi labore opus esse, ut vos ad jejunium exhorter, quanto ut dehorter ne quis in vitium ebrietatis incidat. Nam jejunium quidem plerique partim ob consuetudinem, partim ob pudorem inter ipsos mutuam suscipiunt. Verum ab ebrietate metuo, quam vinolenti non aliter quam paternam hereditatem mordicus tenent. Quemadmodum enim qui longinquam profectioem adornant, ita nonnulli vecordes hodie adversus quinque dierum jejunium vino indulgent. Quid agis, o homo? (f) Nemo pudicam uxorem legitimo conjugio ducturus, prius scorta & concubinas domum inducit. Neque enim conjux legitima patitur convictum contuberniumque corruptarum. Proinde tu quoque cum expectatur jejunium, cave prius introducas ebrietatem, scortum illud publicum, impudicitæ matrem, insanientem, ad omnia turpitudinis genera proclivem. Jejunantem intra sacra lepta suscipit Dominus: at luxu crapulaque plenum, veluti prophanum & a sacris alienum nequaquam admittit. Est enim si cras venias vinum redolens, idque cruditate corruptum ac putrefactum, quomodo tibi crapulam pro jejunio impurabo? Neque enim illud cogita, quod merum tibi re-

<sup>e</sup> Ex Hom. II. de Jejunio. *ibid.* 8.

<sup>f</sup> *ibid.* 7.

recens infusum non est : sed quod a vino purus non es, hoc reputa. In utro te ordine collocabo? Inter ebrios, an inter jejunantes? Præterita vinolentia te sibi afferit : præsens inedia jejunium testificatur. Anceps es, & controversum temulentia veluti mancipium, nec umquam dimittet te, idque optimo jure: quippe quæ manifesta servitutis argumenta proferat, odorem vini velut in lagena residentem.

a Ibid. 7.

3. (a) Cujus magistri præsentia puerorum strepitus tam subito compescit, quam jejunium oboriens civitatis tumultus coercet? B Quis comessator prodiit in jejunio? Quis chorus lasciviens a jejunio coactus est? Meretricia cantilenæ, insanæ saltationes subito diffugiunt e civitate, a jejunio tamquam ab austero quopiam giudice in exilium actæ. Quod si omnes jejunium ad res gerendas in consilium adhiberent, nihil obstarat quominus per univèrsam terrarum orbem alta pax esset, videlicet nec aliis gentibus in alias insurgentibus, nec exercitibus manus inter se conferentibus. In summa, nec deserta haberent maleficos, nec civitates sycophantas, nec mare piratas. Nec vita nostra tot suspiriis, tot mœroribus esset differta, si jejunium vitam nostram gubernaret. Videlicet unumquemque doceret non tantum ab eduliis abstinentiam, verum etiam ab avaritia & rapinis; denique ab omni vitio prorsus abhorere, & alienum esse. (b) Jejunium magnum illum Sampsonem educavit, idque quamdiu viro adfuit, cadebant hostes mille, urbium portæ evellebantur, leones robur manuum illius non sustinebant. At simul atque ebrietas ac scortatio apprehendit hominem, facile in manus hostium incidit, atque exoculatus, pro ludo expositus est pueris alienigenarum. Helias cum jejunasset clausit cœlum tres annos, ac menses sex. Etenim cum videret multam nasci e satietate petulantiam, necessario illis involuntarium ex fame jejunium intulit, per quod citra modum jam effusam illorum iniquitatem cohibuit jejunio, velut ustione aut sectione quadam, majorem mali progressum intercicens. (c) Ut enim hominum duram cervicem habentium E in montis quidem cacumine jejunium legem indomitum emolliret, vir justus voluit & seipsum ea calamitate cum cæteris condemnare. Propterea, *Virvit Dominus*, inquit, *si erit aqua super terram, nisi per os meum: sic & reddidit viduæ filium*, fortis factus adversus ipsam mortem per jejunium. Nam nec boni operis tuba nuntiati utilitas ulla; nec fructus ullus jejunii in publicum jactati.

b Ibid. 8.  
Jud. 13: 24.  
15: 16.

3. Reg. 17: 1.

e Ex Hom. 1. de Jejunio. Ibid. 3.

3. Reg. 17: 1.

d Ibid. 2.

e Ibid. 3.

(d) Quæ enim ostentationis causa fiunt, ea nequaquam porrigunt fructum in sæculum venturum, verum in hominum laudem commendationemque desinunt. (e) Rursus quinam victus Elisæi? quomodo apud S. Basilii Oper. Tom. III.

A namitidem hospitio usus est? quomodo ipsa prophetas excepit? Nonne agrestia olera ac farina pauillum hospitalitatis munus explebant? Quo tempore etiam colocynthide sumta, erant periclitaturi qui gustarant, ni fuisset jejunatoris prece dissipatum venenum. Atque, ut semel omnia dicam, reperies quotquot fuere sancti, omnes per jejunium ad vitam Deo dignam institutos fuisse.

4. Ea est natura corporis cujusdam, quod *amianton* vocant, ut igni consumi non possit. Id si in flamma ponatur, videtur quidem ignescere, & in prunam verti: sed si eximatur igni, perinde quasi fuisset aqua illustratum, evadit purius. Hujusmodi erant trium illorum puerorum corpora, naturam *amianton* per jejunium habentia. Siquidem in vehementi fornacis flamma quasi natura fuissent aurei, ita apparuerunt noxa ignis ac injuria superiores. Quin & auro ostensi sunt fortiores. Neque enim ipsos conflagabat ignis, sed integros illibatosque tuebatur. Atqui nihil est quod illam tum flammam sustinere potuisset, quam naphthe, pix, & sarmenta sic alebant, ut ad quadraginta novem cubitos diffusa esset, atque circumjacentia depalcens, plurimos Chaldæos absumserit. Hoc igitur tantum incendium pueri cum jejunio ingressi conculcarunt, liquidum ac roscidum aerem in igne tam vehementi respirantes. Neque enim ignis vel pilos illorum ausus est attingere, eo quod a jejunio essent aliti. Porro Daniel vir desideriorum, cum, tres hebdomadas panem non edisset, nec bibisset aquam, demissus in lacum etiam leones jejunare docuit. Neque enim leones dentes in illum impingere valuerunt, perinde quasi lapide, aut ære, aut alia quapiam rigidior materia concretus fuisset. Adeo jejunium velut quædam ferri tinctura firmarat viri illius corpus, ac leonibus insuperabile reddiderat. (f) Nequaquam Moses ausus fuisset verticem montis fumantem attingere, neque ingredi in nubem, nisi fuisset jejunio obarmatus. Per jejunium legem accepit digito Dei scriptam in tabulis, atque in montis quidem cacumine jejunium legem impetravit, in radice vero montis ingluvies ad idololatria dementavit. Quod enim famulus quadraginta dies jejunus assidue versans cum Deo, deprecansque confecerat, id unica temulentia reddidit irritum, infrugiferumque. Nam tabulas quas jejunium impetrarat conscriptas digito Dei, ebrietas comminuit; judicavit: quippe propheta ebrium populum dignum non esse, qui legem acciperet a Deo. Ecquid inquit navit Esau, & servum fecit fratris? Nonne edulium unum, cujus gratia vendidit jus primogeniti? (g) Cum quadraginta die-

Dan. 10: 2.

f Ibid. 2.

Gen. 25: 33.

g Ibid. 3.

rum jejunio repurgasset animam Helias; ita demum in spelunca quæ est in Choreb, promeruit videre Dominum, quantum quidem licet homini videre. (a) *Quorum caverna prostrata sunt in deserto?* Nonne eorum, qui esum carniæ flagitabant? Illi donec erant contenti Manna, & aqua de petra fluente, superabant Ægyptios, per mare faciebant iter, non erat infirmus in tribubus eorum: posteaquam vero recordati sunt carniæ ollas; & desiderio reversi sunt in Ægyptum, non viderunt terram repositam.

a Ibid. 4.  
Heb. 3. 17.  
Num. 14. 37.

Psal. 104.  
97.  
Exod. 16. 3.

b Ex epist.  
II. tom. 3.  
40.

c Ex Hom.  
I. de Jeju-  
nio. tom. 2.  
5.

d Ex Hom.  
III. de Jeju-  
nio. ibid.  
325.

e Ex Hom.  
I. de Jeju-  
nio. ibid. 3.

f Ex epist.  
CCXXXVI.  
tom. 3. 197.

5. Ac ne Daniel quidem ille sapiens visiones vidisset, nisi jejunio reddidisset animam limpidiorem. Siquidem pinguiore pastu ceu fumosi quidam vapores exhalantur, qui lucem sancti Spiritus in hominis mentem irradiantem, quasi densa nubes interveniens, intercipiunt. (b) Somni leves, ejusque modi, qui excuti facile possint, naturalem cum tenui victus ratione necessitudinem habent: imo vero de industria magnarum rerum curis interrumpantur. Nam altiore correptum esse sopore, membris solutis, ita ut facilis pateat aditus imaginibus a ratione alienis, id quotidianæ morti addicit ita dormientes. (c) Moles ut alteram acciperet legem, altero jejunio opus habuit. Nisi & una cum Ninivitis jejunassent & ipsa bruta animalia, haudquaquam effugissent subversionis comminationem. (d) Magnum proculdubio mortalibus bonum est jejunium, quod quidem Dei decretum revocavit. Proclamata est Ninivæ post triduum subversio, & conversio ad Deum vicit subversionem. Subversionis siquidem comminatio propter conversionem relaxata est. Candidi & ingenui peccatores Ninivitis, audito Jona subversionem prædicante, per jejunii modum comminationem cohibuerunt, & confessionis orationisque remedio attraxerunt salutem. (e) Quis rem familiarem diminuit in jejunio? Recense hodie domus suppellectilem, ac postea denuo numera, nihil deerit objeunium in rebus domesticis. Nullum animal deplorat mortem, nusquam sanguis, nusquam sententia ab inexorabili ventre adversus animantia prolata. Cessat machæra coquorum, mensa contenta est sponte nascentibus. (f) Lepidis autem Encratitis ad præclaram eorum quæstionem, cur nos etiam non omnibus vescimur? hoc detur responsi, nos etiam excrementa nostra averfari. Ac quantum quidem ad dignitatem, olera herbæ nobis sunt carnes. quantum vero ad utilium discretionem, quemadmodum & in oleribus noxium a salubri separamus, ita & in carnis ab utili noxium secernimus. Nam certe & cicuta olus est, sicut etiam caro est

vulturina: sed tamen nec hyoscyamum sanus quisquam comedit, nec cane vescetur, nisi urgente summa necessitate: qui tamen comedit non peccat. (g) Dato respiratio- nem & moram coquo tuo, sine vacare stru- ctorem mentarum; siste pocillatoris ma- num, sit aliquando respiratio variorum bel- latorum ac cupediarum architecto. Con- quiescat tandem ipsa domus ab infinitis tu- multibus, a fumo, a nidore, ab his qui sursum deorsum curfant, ac ventri velut imperiosæ dominæ ministrant. Det, det, Binquam, aliquantum vacationis & venter ori, paciscatur nobiscum quinque dierum inducias, qui semper alioqui flagitat, nec umquam desinit, dum quod accepit hodie, cras obliviscitur. Cum fuerit expletus, tum de abstinentia philosophatur: ubi detumuit, dogmatum illorum obliviscitur.

6. \* Sed jam tempus est, ut causa apud Imperatorem insanabilia nobis præcipientem breviter dicta, desinamus. (h) Velis nobis, serenissime, parcere; qui tantum possidemus, quantum, si hodie comedere voluerimus, nobis non sufficit. Cessat apud nos, ut par est, coquorum ars: nec eorum culter sanguinem attingit. Ciborum nostrorum optimi, quibus affluimus, herbarum folia sunt cum pane asperrimo, & vino ac- scente: ne scilicet stupentes sensus nostri ob ventris ingluviem in vesania versentur. (i) Et quemadmodum in vestimento neces- sarium præcipue sectandum: ita in cibo pa- nis explebit necessitatem: aqua sedabit sitim recte valenti: quibus accedent quæcumque ex leguminibus pulmenta corpori vires ad necessarios usus conservare possunt. Edere autem decet non helluantium speciem præ- bentes, sed ubique modestiam & lenitatem atque in voluptatibus continentiam retinen- tes. (k) Sed quid faciam? Cum eorum quæ dicta sunt copiam considero, ultra modum ferri me video: cum autem iterum ad sa- pientiam in opificiis splendescens varietate respicio, ne inceperis quidem narratio- nem mihi videor. Atque etiam diutius deti- nere vos non fuerit inutile. Quid enim quis ab hoc tempore ad usque vesperam facere possit? Vos non urgent convivatores, non vos comotationes expectant. Unde si vi- detur, corporali jejunio ad exhilarandas ani- mas utemur. Sæpe inseruisti carni ad volu- ptatem capiendam: hodie animæ servire persevera. *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Quid enim prodest, quælo, corpore jejunare, animam vero innum- meris malis refertam esse? Qui vero male non agit, alias autem otium agit, quid non loquitur vani? quid absurdi non auscultat? Nam otium Dei timore destitutum, iis qui tempore uti non norunt, magister est pra-

g Ex Hom.  
I. de Jeju-  
nio. tom. 2.

3.

\* Uterque  
codex indi-  
cat epist.  
h Ex epist.  
XLI. tom. 3.  
68.

i Ex epist.  
II. ibid. 40.

k Ex Hom.  
VIII. in He-  
naem. tom.  
1. 42.

Psal. 36 4.



vitatis. Fortassis igitur aliqua etiam utilitas ex iis quæ dicuntur, percipietur a vobis; sin minus, saltem licet vobis per præsentem occupationem non peccare. Quare diutius vos detinere, est diutius vos a delictis amovere, \* atque ad coeleste illud regnum veluti manu ducere. Quod quidem assequi nos omnes contingat, in Christo Jesu Domino nostro, quia illi debetur gloria, & honor, atque adoratio, æternoque simul Patri, ac sanctissimo vivificantique Spiritui, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

DE MORTE.

SERMO XI.

<sup>a</sup> Ex Hom. quod mundanis adhaerendum non sit. tom. 2. 87.

**O** Rem mirandam, carissimi, ut unusquisque nostrum ubi e materno sinu exivit, statim temporis fluente illic ligatus rapitur, semper a tergo diem quam vixit relinquens, nec umquam ad hesternam, etiamsi velit, reverti valens. Nos autem lætamur cum progredimur ulterius, & permutata ætate quasi non nihil acquirentes, gaudemus, ac beatum quiddam ducimus, cum quis ex puero vir, & ex viro senex factus est. Sed fugit nos tantum vitæ spatium a nobis amitti, quantum viximus, sicque inscientibus nobis vita absimitur, quamquam semper ipsam ex eo quod ante actum est, quodque jam præterfluxit, metiamur: neque cogitamus quam incertum sit, quantum nobis temporis ad hunc cursum imperitare velit qui nos ad hoc iter perficiendum misit. Neque diligenter considerare volumus, quæ sarcinæ leves sint nobis ad hunc cursum, & tales, ut cum colligentibus transferri possint: quæ vero graves sint & molestæ, atque humi defixæ, & ejusmodi, ut suapte natura hominum propriæ numquam esse possint, nec possessores suos per angustam illam portam subsequi permittantur. Sed tamen relinquimus quæ colligenda erant: quæ vero contemnere par fuerat, colligimus. Et quæ nobiscum copulari, verèque esse possunt ornamentum animæ simul & corpori conveniens, his ne attendimus quidem: quæ vero perpetuo aliena manent, solam nobis infamiam inurentia, ea conservare nitimur; inanem operam sumentes, atque ejusmodi suscipientes laborem, perinde ut si quispiam seipsum seducens in pertusum dolium infundere voluerit. (b) Quemadmodum enim qui aliquod iter haud remisse susceptum conficiunt, gressus pedum ad cursum peragendum certatim ulterius promoventes, jugiterque gressum humi prius fixum veloci alterius translatione posteriori reddentes, pertingunt facile ad

<sup>b</sup> Ibid. 87.

**A** vitæ finem: ita qui in vitam a conditore introducti sunt, statim in ipso initio particularis temporis ingredientes, ac priorem semper posteriorem relinquentes, ad vitæ terminum perveniunt. Nam hæc vita præsens mihi videtur continua quædam & porrecta via esse, & iter ætatibus quasi quibusdam mansionibus interstinctum: quod ut professionis initium partum maternum unicuique exhibet, ita cursus finem tentoria sepulcrorum ostendit. Atque huc omnes conducit, alios citius, serius alios, & hos quidem per omnia temporis intervalla profectos, alios vero ne in primis quidem vitæ stationibus commoratos.

2. (c) Deus enim qui formavit nos & animavit, animæ cuilibet tribuit propriam quamdam vitæ moram, & aliis & alios exitus terminos præfixit. Etenim certo quodam consilio voluit alium diutius in carne permanere: statuit vero alium ocus vinculis corporis exsolvi, juxta ineffabiles sapientiae atque justitiæ suæ rationes. Quemadmodum igitur ex iis qui in carcerem conjiciuntur, alii diutius detinentur in carcerum cruciatibus, alii ab ea calamitate liberantur citius: sic & animæ, aliæ quidem diutius, aliæ vero minus in hac vita detinentur, pro cuiusque merito ac dignitate. Deo, qui nos condidit, rebus cuiusque nostrum prospiciente sapienter, & alte, sicque, ut mens hominum attingere non possit. (d) Quemadmodum enim qui in navigiis dormiunt, sponte a vento in portus deducuntur, & quamvis ipsi nequaquam sentiant, cursus tamen eos ad terminum ducit: sic & nos diffuente vitæ nostræ tempore, insensibili vitæ nostræ cursu velut continuo quodam & irrequieto motu unusquisque ad proprium finem festinamus. In hac vita viatores, omnia transeunt, post tergum tuum relinquuntur omnia. Plantam, herbam, aquam, aut quidvis aliud aspectu dignum in via vidisti: paulum oblectatus, mox præteris. Rursus in lapides, convalles, præcipitia, scopulos & palos, aut etiam in feras, in animalia repentia, in spinas, & in aliud quodvis infortunium incidisti: postquam es paululum afflictus, mox ista reliquisti. Vita est ejusmodi. Neque ejus deliciae neque molestiæ constanter perseverant. Hodie tu coluisti terram, cras alter, post hunc colet & alius. Vides agros hos & domos sumtuosas? Quoties singula, ex quo existunt, nomen jam mutavere? Dicebantur hujus esse, postea ipsis impositum est nomen alterius, ad alium transierunt, tum demum alterius esse dicuntur. Nonne ergo vita nostra via est, alio tempore alium excipiens, & in qua sibi invicem succedunt omnes? (e) Alias quidem vias quæ

<sup>c</sup> Ex Hom. in mart. Justinam. Ibid. 21.

<sup>d</sup> Ex Hom. in Psal. I. tom. 1. 51.

<sup>e</sup> Ex Hom. quod mundanis adhaerendum non sit. tom. 2. 87.

*danis adbe-  
vendum non  
fit. tom. 2.  
27.*

ex urbe ad urbem ducunt; licet declinare, A  
& per eas non proficisci, si quis ita volet:  
hæc vero vitæ istius via, etiamsi nos differ-  
re cursum voluerimus, eos qui in se ince-  
dunt viatores violenter apprehensos ad de-  
stinatam a Domino metam trahit. Nec  
fieri potest, ut is qui seme extra portam ad  
hanc vitam deducentem egressus est, id-  
que iter inivit, non etiam ad illius termi-  
nium perveniat.

*a Ex Hom.  
in Psalm.  
CXV. tom.  
1. 199.*

3. (a) Ne igitur pretiosissimis vilissima  
præferre, neque male commutetis, dum  
mortalem hanc vitam immortalis beatæque  
fili quieti anteponitis. Siquidem præter  
ignominia effectiones, quibus voluptarii ple-  
rique subjecti sunt, adhuc etiam vitæ ne-  
cessitates, magnanimitatem animæ fran-  
gentes, ipsam veluti redigunt in servitu-  
tem, dum ad carnis famulatum illam de-  
trahunt. Ubi autem servitus, illic esse &  
ignominiam liquet. Fugienda igitur est vi-  
ta, cui ignominia conjuncta est.

*Non magna facio, inquit, si me vero tra-  
dam tibi.*

*Tibi namque servus, quod tuum est tibi  
offero.*

*b Ex Hom.  
in Ps. XIV.  
ibid. 188.*

Omnino enim res creatæ creatoris servæ  
sunt. (b) Oportet igitur viventem in carne  
incolam esse hominem; migrantem autem  
ex hac vita, in propriis locis requiescere.  
Propterea etiam Abraham, in hac vita in-  
cola erat cum alienigenis, ac ne passum qui-  
dem pedis terræ propriæ possedit: in sepul-  
tura autem propriam sibi et ipsi terram,  
quæ corpus ipsius exciperet, argento mer-  
catus est. Porro beatum plane fuerit, re-  
bus terrenis non ut propriis nos addictos esse,  
neque rebus præsentibus tamquam naturali  
cuidam patriæ adhærere: sed nostram hic  
commorationem; quæ ex condemnatione  
nobis imposita est, moleste ferentes, ita pe-  
regrinari, quasi ob aliqua delicta a judici-  
bus in exteram regionem ex patria pulsi es-  
semus. (c) Efferris vero ob divitias? jactas  
te ob majorum nobilitatem? de patria ac  
pulchritudine corporis, deque delatis ab  
omnibus honoribus gloriaris? Itane igno-  
ras, mortalem, te esse, terram esse & in  
terram reversurum? Circumspice eos, qui  
antè redederunt in similibus splendoribus.  
Ubi sunt qui magistratus civiles gessere? ubi  
rethores illi inexpugnabiles? exercituum  
duces, satrapæ, tyranni? Annon omnia  
pulvis? annon omnia fabula? Annon ipso-  
rum memoria conservatur in paucis ossibus?  
Conspicito sepulcra, num possis servum ab  
hero, & pauperem a divite discernere. Di-  
scerne si quo modo potes, vinctum a rege,  
fortem a debili, formosum a deformi. Itaque  
naturæ si memineris, numquam te extolles.

*c Ex Hom.  
in illud At-  
tende tibi-  
ipsum, tom.  
2. 12.*

4. (d) Quæ enim utilitas est diviti mo-<sup>d Ex Hom.  
in Psal.  
XLVIII.  
tom. 2. 101.</sup>  
rienti, cum non queat secum auferre divi-  
tias? qui scilicet id ex earum possessione lu-  
cratus sit solum, quod ipse anima in hac  
vitæ ab adulatoribus beata prædicata sit.  
Verum cum moritur, non assumet omnem  
hanc opulentiam: vix indumentum acci-  
piet, quo pudenda ejus tegantur, idque,  
si visum fuerit famulis ipsum amicientibus.  
Bene cum eo actum fuerit, si exiguam ter-  
ram sortiatur, eamque ipsi a funeris cura-  
toribus datam ob commiserationem, qui ei  
isthæc præstant, ob communis humanæ na-  
turæ reverentiam, non ei hæc largientes,  
sed humanam naturam honore efficietes.

(e) Itaque nihil eorum quæ in vita jucunda  
sunt, & quorum gratia plerique insaniunt,  
vere nostrum est, aut ex se esse posset: sed  
ipsa omnibus pariter extranea, tum iis qui  
eis frui videntur, tum iis qui ne illa quidem  
atingunt. Nec enim si qui in vita pluri-  
mum auri congeserint, id ipsorum pro-  
prium perpetuo manet: sed aut adhuc vi-  
ventibus ac illud undique constringentibus  
Elabitur ad potentiores affluens, aut jam  
mortem oppetentes deserit, nec vult una  
cum iis qui ipsum compararunt, peregre  
proficisci. Sed hi quidem ab eo, qui vi ani-  
mas a misera hac carne separat, ad inelu-  
ctabilem migrationem tracti, frequenter  
convertentes sed ad pecunias, sudores quot  
a juventute ob eas emisere, deplorant: di-  
vitiæ vero in alienas manus commigrant,  
posteaquam solum illis colligendi laborem  
atque avaritiæ crimen adsciverint. Neque  
si quis innumera terræ jugera possideat, &  
magnificas ædes, & animantium greges  
omnis generis, fueritque humano omni po-  
tentatu septus, his perpetuo fruitur, sed  
eorum Dominus brevi dictus tempore, aliis  
rursus opes cedit, ipsum vero exigua tellus  
recondit. Imo etiam sæpe ante sepulturam,  
& antequam hinc discedat, videbit sua bo-  
na ad alios, eosque fortasse inimicos transi-  
re. An ignoramus quam multi agri, quam  
multæ ædes, quam multæ gentes ac civita-  
tes, etiam adhuc viventibus qui ea possede-  
rant, aliorum dominorum nomina priori-  
bus exutis induerint? & quemadmodum ii  
qui olim servituti addicebantur, conscen-  
derint principatus thronum: qui vero domi-  
ni herique vocabantur, si cum subditis se-  
derent bene secum actum arbitrati sunt, ac  
succubuerint suis ipsorum servis, rebus, ve-  
lut in tesserarum circumactu, derepente  
transmutatis?

*e Ex Hom.  
quod mun-  
danis adbe-  
vendum non  
fit. tom. 2.  
33.*

5. (f) Quandocumque herbam feni & flo-<sup>f Ex Hom.  
V. in Hexa-  
em. tom. 1.  
22.  
Esa. 40. 6.</sup>  
rem conspexeris, veniat tibi in mentem  
humana natura, hanc sapientis Esaiaë ima-  
ginem recordanti: *Omnis caro ut fenum, &  
omnis gloria hominis ut flos feni.* Nam vitæ  
bre-

brevitas, & prosperitatis humanæ lætitiæ, hilaritasque haud diu duratura accommodatissimam apud Prophetam sortita est similitudinem. Hodie qui floret corpore, qui præ deliciis carnosus est, qui colorem præ ætatis flore efflorescentem præ se fert, qui viget & acer est, & cujus nequit sustineri impetus, hic idem cras miserabilis est, aut tempore marcidus, aut morbo dissolutus. Quispiam divitiarum copia inclaruit, ipsumque adulatorum circumstat multitudo: adest fictorum amicorum gratiam illius venantium comitatus: frequentes sunt consanguinei, iique simulationis artificio eruditi: adest agmen sequacium innumerorum, qui partim parandi cibi gratia, partim ob alias necessitates ipsi adstant: quos dum & abiens, & iterum rediens secum trahit, in se occurrentium concitat invidiam. Adde divitiis etiam civilem aliquam potestatem, aut etiam delatos a regibus honores, aut gentium gubernationem, aut exercituum imperium: præconem magna voce ante ipsum clamantem: lictores hinc & inde subditis timorem gravissimum inferentes; plagas, publicationes bonorum, exilia, vincula: e quibus intolerabilis ille subjectorum metus concrevit. Quid vero post hoc? Una nox, aut una febris, aut pleuritis, aut pulmonis inflammatio, hunc hominem ex hominibus abreptum abducit, illico omnem illius scenam nudat, atque gloria illa ceu somnium esse convincitur. Quare apte Propheta humanam gloriam cum debilissimo flore comparavit.

<sup>a</sup> Ex Hom. in Divites. som. 2. 32.

6. (a) Sed quamnam speciosam parsimonie causam nobis afferunt ii qui attoniti hujus vitæ rebus adeo inhiant? Non vendo quæ habeo, neque do pauperibus ob necessarios vitæ usus. Sed posteaquam divitiis fructus fuero per omnem vitam meam; pauperes constituam hæredes facultatum mearum. Cum jam non versabere inter homines, tum humanus fies & liberalis. Cum mortuum te videro, tunc dicam te fratris amantem. Multa tibi debetur gratia ob munificentiam, quod in sepulcro jacens & in terram resolutus, jam in sumptibus faciendis largus extiteris atque magnanimus. Dic mihi, quæso, quorumnam temporum mercedem exposces, eorumne quibus vixisti, an eorum, quæ post mortem sequuta sunt? Sed quo tempore vivebas, voluptatibus deditus & deliciis diffuens, ne aspicere quidem egonos sustinisti. Jam autem quænam actio est mortui? quæ quoque operis merces debetur? Ostende opera, & repose remunerationem. Nemo solutis nundinis negotiatur: nec post certamen superveniens coronatur, nec post bellum egregia edit facinora. Neque igitur post vitam locus ullus est pietatis excolendæ.

Nam si atramento ac tabulis fore te beneficium polliceris; quis annuntiabit tibi exitus tempus? Quis generis mortis sponsor erit: Quos violentis casibus abrepti sunt, quibus ne vocem quidem edere per morbum licuit? Quid igitur expectas tempus, in quo plerumque rationis non eris compos? cum videlicet erit profunda nox, morbus gravis, nemo usquam, qui adjuvet. Deinde conjectis huc & illuc oculis, circumstantem te solitudinem conspiciens, tunc dementiam tuam intelliges, tunc lugebis stultitiam, quod præceptum distuleris in hoc tempus, interim dum vivebas voluptatibus indulgens: (b) mortuus vero, mandata perficiens. Quoad vixisti, te ipse prætulisti mandato: mortuus vero, tunc inimicis præceptum anteponis. Etenim ne accipiat homo ille, accipiat, inquit; Christus. At quid istud? Hostiumne ultio an proximi caritas?

<sup>b</sup> Ibid. 61. a.

7. (c) Ne igitur eorum qui hinc excedunt, maximeque piorum sortem lugeamus, sed potius ortum, & eorum in hanc vitam ingressum. Nam introitus in hunc mundum, adjunctam habet ignominiam sordium fetorisque & earum rerum, quarum ne aspectum quidem facile ferre posset nostrum aliquis, qui in vita prævivimus. Per talia enim necessitate naturæ constitutus est carneæ civitatis ingressus: contra, exitus & is qui hinc fit abscessus pretiosus est & illustris, non omnium hominum, sed eorum, qui sancte & juste hanc vitam transegerunt. Pretiosa igitur est mors, non pretiosus hominum ortus.

<sup>c</sup> Ex Hom. in P. CXV. som. 2.

*Seminatur enim; inquit, in ignobilitate, surgit in gloria: seminatur in corruptione; surgit in incorruptione.* Cum etiam Judaice interirent homines, abominanda erant cadavera: ubi vero contigit mors pro Christo, reliquæ sanctorum ejus sunt pretiosæ. Antea dicebatur sacerdotibus & Nazaræis: Non contaminabitur super ullo mortuo. Et, *si quis tetigerit cadaver, immundus erit.* Item, *lavabis tua ipsius vestimenta.* Nunc autem qui martyris ossa tetigerit, ex insidente in corpore gratia quamdam sanctitatis participationem accipit, *Pretiosa enim est in conspectu Domini mors Sanctorum ejus.* Compara itaque mortem civitati; ac eum qui liberatus est ignominia, lugere desinas. (d)

<sup>1</sup> Cor. 15. 43.

<sup>Levit. 11.</sup>

<sup>39</sup>

<sup>Psal. 115.</sup>

<sup>14</sup>

<sup>d</sup> Ex Hom. in Mart. Justinam. som. 2. 23.

Cum justis enim exultare, simulque lætari, præcipit nobis sermo divinus: lugeamus vero & lamentemur cum iis qui ex poenitentia effundunt lacrymas: aut etiam eos qui nullo doloris sensu tanguntur, deploremus, quod perire se ne intelligant quidem. Cæterum implevisse mandatum haudquaquam putandus est qui hominum mortem deplorat & cum lugentibus edit clamorem. Neque enim laudaverim medicum, qui cum opem ægrotantibus ferre deberet, morbis iple repleretur.

tur. (a) Sic etiam David cum amicissimum A advenit, ille supervenit, alter festinat: finis autem unus omnes excipiet. Etsi enim citius viam confecit, eandem omnes ingredimur, omnesque idem manet diversorium. (f) Hac recorderis patris tui, qui mortuus est. Quid igitur mirum, ex mortali genitum, mortalis patrem factum esse? Quod autem immature, & priusquam vita satiaretur, priusquam ad ætatis mensuram perveniret, & innotesceret hominibus, ac generis relinqueret successionem: nequaquam hæc doloris accessio, sed eventus sunt solatium, quod non reliquerit in terra liberos orbos, nec viduam aut ærumnis diuturnis obnoxiam, aut cum altero viro habituram & liberos priores neglecturam. Quod autem vita pueri longius in hoc sæculo producta non fuit; quis adeo inconsideratus, ut id maximum bonorum esse non iudicet? Longior enim hic commoratio, malorum plurimum occasio est.

8. (b) Homines enim mors invadit, expletis vitæ terminis, quos unicuique ab initio constituit iudicium justum Dei; quid cuique nostrum conducatur, longe prospicientis. At filii carissimi mors animum tuum dolore opprimit. (c) Quis enim adeo corde lapideo, aut omnino humanæ naturæ expers, ut in ejusmodi eventu nihil patiat, aut modicum dolorem animo accipiat? Domus splendida successio, fulcimentum generis, patriæ spes; parentum piorum germen cum innumeris voris educatum, in ipso ætatis flore, ex mediis patris manibus ereptum abit. Hæc quam adamantis naturam non valeant dissolvere, & ad commiserationem adducere?

(d) Igitur si ob ea quæ acciderunt lugere, & lacrymas effundere volumus, tempus vitæ nobis non sufficiet; nec si homines omnes nobiscum gemant, infortunio planctum adæquare poterunt: imo etiam si fluviorum aquæ lacrymæ fiant, nequibunt casus illius lamenta explere. (e) Quare adhortor te, ut strenuum athletam, ut contra plagæ magnitudinem obnitaris, nec succumbas ponderi doloris, neque absorbearis animo; persuasum habens, etsi rationes eorum quæ a Deo dispensantur, nos latent; at profecto quod a sapiente nosque amante dispensatur, accipiendum, etiam si molestum sit. Novit enim ipse, quomodo unicuique dividat quod utile est, & quam ob causam inæquales vitæ terminos nobis præstituat. Est enim causa aliqua hominibus indeprehensa, ob quam alii quidem citius hinc abripiuntur, alii vero diutius in hac calamitosa vita ad ærumnas perferendas relinquuntur. Itaque in omnibus adorare illius in nos amorem debemus, nec ægre ferre; memores magnæ illius & celeberrimæ vocis, quam magnus ille athleta Job emisit, cum in uno convivio liberos decem exiguo temporis momento oppressos vidit: *Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino visum, ita factum est.* Admirabilem illam vocem nostram faciamus: par merces a justo iudice paria præclare facta designantibus. Non sumus filio orbati: sed restitimus ei qui mutuo dederat: neque extincta est illius vita, sed in melius transmutata: neque humus dilectum nostrum obtexit, sed cælum suscepit. Paulisper expectemus, & una cum eo quem desideramus, erimus. Neque longum est tempus sejunctionis, cum omnes in hac vita tamquam in via ad idem diversorium contendant: in quod hic jam

9. (g) Quorsum non prius affuevisti de mortali mortale quiddam sentire, sed mortem filii suscipisti præter expectationem? Ortus filii cum tibi primum nuntiatus est, si quis te interrogasset quale esset quod natum est, quidnam tunc respondisses? Aliudne dixisses, nisi quod homo sit quod natum est? Quod si homo, utique & mortalis: quid igitur miri, si mortuus est mortalis? Annon vides solem orientem & occidentem? Non vides crescentem lunam, & decrecentem? Non terram virentem, deinde arescentem? Quid igitur mirum, si nos quoque cum parsimus mundi, eorum quæ mundi sunt, participes simus? Filii carissimi, aut uxoris gratissimæ, aut alterius cuiuspiam eorum qui sunt amicissimi, & omni benevolentia atque necessitudine conjuncti, privatio, haudquaquam futura est molesta & gravis homini provido, & rectam rationem vitæ ducem habenti, non autem ex consuetudine quadam incedenti. Nam acerbissimum est vel ipsis brutis animantibus a consuetudine avelli. Equidem ego ipse vidi aliquando bovem in præsepi illacrymantem, passus ac jugi socio morte sibi prærepto. Quinetiam videre est reliquas belluas consuetudini valde admodum adhærescere.

(h) Non existimavi æquum esse ut officio meo deessem, nec ad te, quæ illius mater es, sermonem converterem. Novi qualia sint matrum viscera; atque conjicio quantum probabile sit in præsentibus malis dolorem esse. Filium amisisti, quem viventem matres omnes prædicabant beatum, talesque suos esse optabant: mortuum vero perinde luxerunt, ac si suum quæque humo contextisset. Illius mors plaga exstitit patriæ. Cum illo magnum & illustre genus concidit, veluti fulcro sublato concussum. O incur-

a Ex Hom. de Gratia- rum actio- ne. ibid. 15.

2. Reg. 1. 26. Ibid. v. 24.

b Ex Hom. quod Dcus non est au- stor malo- rum. ibid. 40.

c Ex epist. V. tom. 3. 41.

d Ibid.

e Ibid.

Job. 1. 21.

f Ex epist. CCC. ibid. 237.

g Ex Hom. in quart. Ju- lissim. tom. 2. 20.

h Ex epist. VI. tom. 3. 42.

incursum mali dæmonis, quantum potuit A ramus, ob quas unumquodque eorum quæ  
mali patrare! O terra talem coacta suscipere  
casum! Horruit forte ipse sol, si quis in  
eo sensus, triste illud spectaculum. Et quis  
tantum dicere poterit, quantum inops con-  
fili animus suggerit? Verum nostra non  
fiunt citra providentiam, quemadmodum  
in Evangelio didicimus, ne passerem qui-  
dem cadere sine voluntate Patris nostri.  
Quare si quid contigit, voluntate contigit  
conditoris nostri. Quis autem Dei volunta-  
ti resistit? Suscipiamus quod accidit; mo-  
leste enim ferentes, neque id quod factum B  
est reparamus, ac præterea nosmetipsos  
perdimus. Ne culpemus justum Dei judi-  
cium. Nimium imperiti sumus, quam ut  
arcana illius, judicia exploremus. Nunc  
Dominus amoris in se tui periculum facit.  
Tibi nunc tempus est, ut per patientiam  
partem martyrum consequare. Machabæo-  
rum mater septem filiorum mortem conspe-  
xit, nec ingemuit, nec ignobiles lacrymas  
effudit: sed gratias agens Deo, quod vide-  
ret eos igne & ferro & acerbissimis verberibus  
e vinculis carnis exsolvi, Deo quidem C  
probata fuit, celebris vero habita est apud  
homines. Afflictio magna, fateor & ego:  
sed & magna a Domino præmia patientibus  
reposita. Mater cum effecta es, puerum-  
que vidisti, ac gratias egisti Deo; plane  
sciebas mortalem a te, cum mortalis sis,  
genitum esse. Quid igitur mirum, si mor-  
tuus est mortalis? Sed dolet nobis, quod  
præter tempus. Incertum, utrum hoc non  
fuerit tempestivum: nos siquidem eligere  
quæ animabus utilia sunt, & præfinire ter-  
minos humanæ vitæ non novimus. Circum-  
spice totum terrarum orbem, in quo habi-  
tas; & cogita omnia mortalia esse quæ vi-  
dentur, omnia corruptioni obnoxia. Re-  
spice ad coelum, & illud ipsum aliquando  
dissolvetur: ad solem; ne ille quidem per-  
manebit: stellæ omnes, animalia terrestria  
& aquatilia, terræ ornatus, terra ipsa,  
omnia corruptioni obnoxia, omnia paulo  
post non amplius futura. Horum cogitatio  
sit casus solatium. Cave calamitatem se-  
ipsa metiaris, ita enim tibi videbitur into-  
lerabilis: sed eam cum omnibus rebus huma-  
nis comparans inde reperies illius solatium.  
His autem omnibus illud validissimum ad-  
dendum habeo: parce marito: alter alteri  
solamen estote: ne facias ei graviorem ca-  
lamitatem, dolore te ipsa conficiens.

contingunt, veluti bonum a Domino nobis  
exhibetur: tamen hoc nobis persuasum esse  
debet, omnino utile esse quod evenit, sive  
nobis ob patientiæ mercedem; sive animæ  
assumptæ, ne diutius in hac vita immorans,  
vigente in hoc mundo malitia repleretur.  
Si enim hac vita circumscriberetur Chri-  
stianorum spes, non immerito sane mole-  
stum videretur citius a corpore disjungi: sin  
autem veræ vitæ initium est, iis qui secun-  
dum Deum vivunt, animæ e corporis vin-  
culis solutio, quid tristitia afficimur, sicut  
& ii qui spem non habent? (c) At viri caris-  
simi privatio intolerabilem tibi calamita-  
tem facit: & ego assentior. Tristem enim  
esse calamitatem, optimi illius viri casum,  
omnes scimus. Nam profecto nemo ita cor-  
de lapideo, ut virum illum expertus ac de-  
inde audiens ex hominibus subito ereptum  
esse, non commune humanæ vitæ damnum  
illius jacturam existimaverit. Quod si his  
qui non sunt affinitate conjuncti, id quod  
accidit adeo grave & ad perferendum diffi-  
cile; quomodo verisimile sit animam tuam  
in hoc casu affici, quæ ipsi ita est subjecta,  
ut veluti bipertitam quamdam sectionem in  
conjugis separatione senserit? (d) Eiusmo-  
di enim separatio non minus habet doloris,  
quam si media nostri corporis pars discinde-  
retur. Ac tristitia quidem ejusmodi & his ma-  
jora, sed quæ in his quæ evenerunt conso-  
latio? Primum quidem vicens illa ab initio  
lex Dei nostri, necesse omnino esse, ut quis-  
quis natus fuerit, stato tempore de vita  
exeat. Si igitur sic res humanæ ab Adam ad  
D nostra usque tempora constitutæ sunt, com-  
munes naturæ casus animo iniquo ne fera-  
mus, sed Domini erga nos dispensationem  
amplectamur. (e) Ac semper quidem uti-  
lis Scripturarum doctrina, sed maxime  
ejusmodi temporibus. Memento igitur la-  
tæ a Creatore nostro sententiæ, per quam  
quotquot ex terra orti sumus, in terram re-  
vertimur: nec quisquam ita magnus, ut  
dissolutioni non sit obnoxius. Admirandus  
ille vir erat quidem eximius & magnus, &  
corporis robori parem habens animi virtu-  
tem, fateor & ego, nemini sane in utro-  
que secundus; sed tamen homo erat, &  
mortuus est, ut Adam; ut Noe, ut Abra-  
ham, ut Moses, ut alius quisvis, quem ejus-  
dem naturæ participem nominaveris. (f) f  
Unum enim revera exemplar naturæ huma-  
næ virum illum conditor noster creaverat;  
unde omnes in eum conjiciebantur oculi,  
& lingua omnis res illius prædicabat, picto-  
res autem & statuarii formæ dignitatem as-  
sequi non poterant: historici vero, dum res  
præclare in bello gestas referunt, in fabu-  
larum incredibilium incommodum inci-  
dunt.

Matth. 10.  
29.

Rom. 9. 19.

2. Machab.  
7. 20.

c Ex epist.  
CCCLII.  
ibid. 238.

d Ibid. 239.

e Ex epist.  
CCLXIX.  
ibid. 225.

Gen. 3. 19.

f Ibid.

a Ex epist.  
CCLXIX.  
ibid. 225.

b Ex epist.  
Cl. ibid.  
108.

II. (a) Sed tamen suspectus mihi est in-  
gens tuus filii amor, ne forte mœrori te de-  
das, ob simplicitatem morum profundam  
plagam accipiens doloris. (b) Nihil eorum  
quæ nobis accidunt, ut molestum accipere  
oportet, etiamsi in præsentia infirmitatem  
nostram tangat. Etsi enim rationes igno-  
S. Basilii Oper. Tom. III.

Pp dunt.

dunt. Quare ne adduci quidem plerique poterant ut famæ tristem illum nuntium circumferenti crederent, aut omnino mortuum esse talem virum faterentur. Sed tamen perpeffus est, quæ & cœlo & soli & terræ accident. (a) Ita igitur dolori moderare, ut neque illum animo projicias, neque a tristitia absorbearis.

a. *Ibid.*b. *Ex Hom. in marr. / u. lissam. cam. a. 24.*

12. (b) Eos autem, qui dum vivunt, mutuo conjunguntur, ac deinde morte a se invicem divelluntur, viatoribus cogita non esse ab similes, unam & eandem euntibus viam, & propter continuam inter se consubulationem necessitudine atque consuetudine devinctis. Hi post emensum iter commune, ubi sectam viam reppererint, necessitate jam cogente ut alter ab altero separetur, nequaquam consuetudine detenti negligunt quod sibi proposuerant: sed causam quæ se initio compulit, in memoriam revocantes, ad suam quisque metam contendunt: Quemadmodum igitur his alius erat viæ scopus, intercessit autem ex consuetudine inter ipsos, cum iter facerent, necessitudo quædam ac familiaritas: sic etiam iis qui nuptiis aut alia quapiam vitæ societate conjuncti sunt, fuit procul dubio præstitutus proprius quidam vitæ terminus, sed tamen ipsos inter se conjunctos prædefinitus vitæ finis necessario separavit ac sejunxit. (c) Itaque grati animi fuerit non ægre ferre separationem illius qui conjunctus fuerat: sed ei qui hujusce consortii auctor fuerat, gratiam ob primam conjunctionem habere. Tu quoque cum superstes esset vir tuus, aut infantulus, aut quodlibet eorum quæ nunc lamentaris, nullas grates rependebas bonorum præsentium largitori: imo de absentibus conquerebaris. Et quidem si absque prole cum viro degebas, querebare quod filii quales desiderasses, tibi non essent: sin autem habebas filios, dolebas quod non afflueres divitiis. Cave igitur ne forte carissimorum privationem nobis ipsis reddamus necessariam, cum non afficiamur illorum præsentia, sed amissos desideremus. Quoniam enim pro præsentibus bonis a Deo collatis grates non persolvimus; ideo privari nos iis necesse est, ut affectus noster commoveatur. Quemadmodum enim non vident oculi quod nimium prope admotum est, sed congruenti aliquo spatio indigent: ita & ingrata animæ per bonorum abalienationem videntur de præterito beneficio affici. Nam cum fruerentur bonis, nullam tum gratiam habebant largitori; sed ubi sunt iis spoliata, id ipsum quod evanuit, laudant æstimantque. (d) Nos autem moerorem ex iis quæ desunt emergentem amandantes, discamus ob præsentia gratias exsolvere. Dicamus sapienti medico in tristioribus rerum infortuniis,

e. *Ibid.*d. *Ibid. 22.*

*In tribulatione parva disciplina tua nobis. Dicamus: Bonum mihi quia humiliasti me. Dicamus: Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis. Dicamus: Pauca præ iis quæ peccavimus accipimus verbera. Obsecremus Dominum: Castigame, Domine, verumtamen in iudicio, & non in furore. Cum enim redarguimur, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. At vero in lætiore vitæ statu emittamus illam Davidis vocem: Quid retribuemus Domino pro omnibus quæ retribuit nobis? Recte nimirum dubitante propheta, ac inopiam suam circumspiciente, talem videlicet, ei ut nihil suppeteret dignum quod retribuere. Dominus enim post beneficia adeo magna splendidaque, & quibus nihil præstantius, nobis in posterum multo majora pollicetur, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, & in cor hominis non ascenderunt quæ præparavit Deus diligentibus se. Quæ utinam nos corporeis his affectibus repurgati consequi etiam valeamus, per gratiam ac humanitatem Domini nostri Jesu Christi, cui gloria, & potestas, nunc, & semper, & in læcula sæculorum. Amen.*

## DE TRISTITIA ET ANIMI DEJECTIONE.

### SERMO XII.

i. e. **C**Uin video & malum ad optatos exitus perduci, & vestram pietatem defatigari, animumque despondere ob continuas calamitates; moestitia repleor. Sed rursus cum magnam Dei manum confidero, eumque nosse & contractos erigere, & justos diligere, superbos vero conterere, & potentes de suis sedibus dejicere; rursus immutatus spe concepta allevor. (f) Novi & persuasum habeo, quod & vobis notum esse volo; celerem ad futuram opem, nec perpetuam derelictionem futuram. Quod enim passus sum, ob peccata nostra passus sum; sed opem suam, ob suum in servos suos amorem ac misericordiam, benignus ostendet. (g) Si ve enim peccatorum solvimus poenas, suffi- ciunt flagella ad evertendam deinceps Dei in nos iram; sive ad sustinenda pro pietate certamina his tentationibus vocamur; justus est certaminum arbiter, ut non sinat tentari nos ultra, quam ferre possumus: sed nobis reddat pro toleratis jam laboribus, patientiæ & spei in ipsum nostræ coronam. (h) Quis enim animo ita adamantino, quis ita commiserationis omnis ac mansuetudinis expertus, ut audiens gemitum undique auras nostras ferientem, velut ex tristi quodam choro communem quamdam ac consonam

e. *Ex epist. CCXLVI. tom. 3. 203.*f. *Ex epist. CCXLVII. ibid.*g. *Ex epist. CXL. ibid. 128.*i. *Cor. 10. 13.*h. *Ibid.*

la.

lamentationem edente, non animo doleat, **A** in molliore hominum indole innascitur. non humi procumbat, & non penitus inextricabilibus his curis tabescat? Hæc autem dico, (a) non consolandi gratia (quis enim sermo inveniatur tantæ medicus calamitatis?) sed cordis mei dolorem, quantum possumus, vobis hac voce significo.

a Ex epist. XXIX. *ibid.* 59.

b Ex epist. CXXXIX. *ibid.* 127.

2. (b) Perspeximus enim astutiam belli diabolici, qui, ubi vidit in hostium persecutionibus multiplicari in vobis virtutem, ac magis florere, mutavit suum ipsius consilium; nec jam aperte bellum gerit, sed occultas nobis insidias struit, obtegens calidam nocendi voluntatem nomine quod circumferunt hostes, ut & patiamur eadem quæ Patres nostri, nec videamur pari pro Christo, eo quod Christianorum nomen habeant & ipsi persecutores. (c) Hæc nos perculserunt, & propemodum mente emoverunt. Ad has autem cogitationes illa etiam accessit. Num Dominus servos suos reliquit? num novissima hora est, & defectio per hæc ingreditur, ut reveletur tandem iniquus ille, filius perditionis, qui adversatur, & effertur adversus omnem qui dicitur Deus aut numen? Sed tamen sive temporaria est ista tentatio, ferte illam, ut boni Christi athletæ: sive etiam res summo interitui traditæ sunt, animo ne concidamus ob præsentia, sed expectemus e cælis revelationem, & adventum magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Etenim si creatura omnis dissolvatur, & transmutabitur mundi hujus figura, quid mirum est nos quoque, qui rerum creaturarum pars sumus, communibus malis affici, ac tradi afflictionibus, quas pro virium nostrarum

c *ibid.*

2. *Theff.* 2. 3.

1. *Cor.* 10. 13.

d *ibid.*

e Ex epist. CCCII. *ibid.* 238.

f Ex *Hom. de Gratia-rum afflictione.* tom. 2. 17.

modulo infligit nobis justus iudex; non tentari nos sinens supra id quod possumus, sed dans una cum tentatione exitum, ut perferre possimus? Ne igitur deficiamus, fratres. Expectant enim nos martyrum coronæ: parati sunt confessorum chori manus vobis porrigere, inque suum numerum recipere. Memineritis veterum sanctorum, quorum nemo deliciis inserviens; aut adulationibus delinitus, coronas patientiæ consequutus est; sed omnes per magnas afflictiones quasi per ignem tentati, experimentum sui dederunt. (d) Beatus qui dignus habetur, qui patitur pro Christo. Beatior qui majora patitur, quandoquidem afflictiones temporis præsentis dignæ non sunt, quæ comparentur cum gloria, quæ deinceps revelabitur in nobis. (e) Qui enim non succumbit afflictionibus, sed per spem in Deum doloris pondus tolerat, is magnam habet apud Deum patientiæ mercedem.

3. (f) Quemadmodum igitur in lignis tenerioribus gignuntur vermes: sic tristitia

S. Basilii Oper. Tom. III.

Nec vero mulieribus, neque viris effusior ille luctus fletusque permissus est: sed tantum, quantum fas est affligari de adversis, & parum lacrymari; idque tacite sine fremitibus, sine ejulatibus, adeo ut nec vestis scindatur, nec cinis inspergatur, nec aliud quidquam eorum indecore fiat, quæ studiose facere solent qui ad humanos casus nulla imbuti fuere disciplina. Etenim animi est ignavi, nullumque ex reposita in Deo spe robur habentis, frangi admodum, & adversis succumbere. (g) Nam lacrymæ velut ex quodam ictu, ex improvise casu percutiente animam, eamque contrahente, compresso circa cor spiritu, oriri consueverunt: gaudium vero est animæ ob res ex sententia succedentes gestientis quidam quasi saltus. Hinc differunt corporis symptomata. Tristes quidem subpallidam lividamque ac rigentem habent corporis molem: inest vero efflorescens quædam & subrubra corporis habitudo lætis & hilaribus, anima tantum non prosiliente & prorumpente ad exteriora præ voluptate. (h) Ac novimus multos in gravissimis adversitatibus sibi per vim a lacrymis temperasse, quorum alii posthac in immedicabiles morbos inciderunt, in apoplexiam, paralytimque, alii vero omnino supremum diem obierunt, quod eorum vires, quasi debile quoddam fulcrum, pondere tristitiæ frangerentur. Nam quod videre in flamma licet, quam fumus proprius, si non exeat, sed circumvolvatur, suffocat, id etiam in facultate, quæ animal constituitur, fieri dicunt, nimirum extabescere illam & extinguere præ doloribus, si nullus ad exteriora aperiatur exitus. (i)

g *ibid.* 15.

h *ibid.* 16.

i *ibid.*

Joh. 11. 11.

*ibid.* 7. 43.

Cur enim Lazari causa Christus flevit? certe ut querulorum ac luctus amantium ad flendum propensionem, animique eorum demissionem sanaret. Quod enim citra ullam animi commotionem, sed ad erudandos nos lacrymatus est Dominus, perceptum est ac manifestum ex illo: *Lazarus amicus noster dormit, sed vado ut a somno excitem eum.* Quis nostrum deflet amicum dormientem, quem aliquanto post sperat expergefatum iri? *Lazare veni foras.* Mortuus revocabatur ad vitam; alligatus ambulabat. Inest miraculum in miraculo. Pedes ligabantur institis, nec tamen a motu prohibebatur. Etenim aderat vis quædam obice major. Quomodo igitur Dominus qui erat talia facturum, casum illum lacrymis dignum judicasset? An non palam est ipsum infirmitatem nostram undique suffulcientem, eas affectiones quæ inevitabiles sunt & necessariæ, intra modos quosdam ac terminos continuisse? Apathiam quidem vitavit tamquam quiddam ferinum: noluit

tamen mœrori ac tristitiæ deditus esse, ac multum lacrymari, quod hoc illiberale esset & ignavum. (a) At vero Job, quid? Num illi adamantinum erat cor? Num compacta ei erant ex saxo viscera? Ceciderunt ei decem liberi in brevi temporis momento, una plaga obtriti, in domo jucunditatis, in tempore deliciarum, decutiente in eos domum diabolo. Vidit mensam sanguine immixtam, vidit liberos diverso quidem tempore natos, sed unum communemque sortitos vitæ exitum. Non ejulavit, non comam evellit, non emisit vocem ullam degenerem, sed celebrem illam & ab omnibus decantatam gratiarum actionem protulit: *Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita & factum est, sit nomen Domini benedictum*. Num homo ille erat expers affectionum? At quomodo? cum ipse de se dicat: *Ego flevi super omni afflictio*. Estne his dicendis mentitus? Imo vero præter cæteras virtutes veritas veracem eum quoque fuisse declarat, his verbis: *Homo inculpatus, justus, pius, verax*. Verum hominum plerique cantilenis quibusdam ad mœsticiam compositis ad flendum abutuntur, studentque animum suum modulibus lugubribus absumere. Et quemadmodum peculiarioria sunt tragœdis fictio & apparatus, quocum theatra conscendunt: ita & lugenti hanc existimant speciem convenire; vestem atram, comam squalidam, tenebras in domo, sordes, pulverem, & lugubrem cantum, mœroris vulnus semper recens in animo fervanti: \* nescientes animam quæ semel conditoris sui capta est desiderio, earumque rerum quæ illic sunt pulchritudine exhilarari assuevit, summum illud gaudium & alacritatem, corporearum perturbationum vicissitudine non mutare, imo quæ cæteris sunt molesta, ad lætitiæ accessionem convertere. (b) Ut enim ii, quibus oculis infirmi sunt, obtutus suos a rebus nimis fulgidis deflectunt, eosque florum & herbarum recreant conspectu: ita quoque non debet anima semper sibi res tristes ponere ob oculos, nec jugiter in præsentibus ærumnis defigi, sed bona vera speculari.

4. \* Molestiæ siquidem animum, ut ignis aurum, probant: (c) atque re ipsa afflictiones, quasi quædam alimenta ac athleticæ exercitationes sunt bene præparatis atque instructis: quæ athletam ad paternam gloriam deducunt. (d) Nimia vero tristitia causa fit peccati, quod demergat mentem mœror, inducatque vertiginem desperationis, & vitium ingrati animi pariat consilii inopia. (e) Turpe est igitur nos benedicere in rebus secundis, filere vero in tristibus & adversis. Imo tunc etiam gratias uberiores agere oportet, cum noverimus, quod

*A quem diligit Dominus, castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit?* (f) Itaque liberat ex tribulatione sanctos suos Deus, non quod illos citra probationem relinquat, sed quod patientiam ipsis largiatur. Nam si tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem: qui tribulationem detrectat, probatione se ipse privat. Quemadmodum ergo nemo coronatur sine adversario: sic neque probatus quisquam pronuciari potest, nisi per tribulationes. Ex omnibus igitur tribulationibus ipsos eruet, non quod divexari eos non sinat, sed quod cum tentatione exitum etiam præbeat, adeo ut ferre valeant. Qui vero afflictionem justo minime convenire asserit, nihil aliud dicit quam athletæ non congruere adversarium cum quo decertet.

5. (g) Quoniam vero societas gemituum affert solatium lugentibus; par fuerit de alienis calamitatibus ac ærumnis afflictari.

(h) Nam hoc pacto afflictorum conciliaturus tibi es benevolentiam, neque hilarem te ostendens ob eorum adversitates, neque alienam afflictionem indifferenter perferens. Minime tamen convenit dolentium miseriis plus æquo commoveri, sic ut aut conclames, aut lugeas cum afflictato, aut alienis in rebus hominem a tristitia obsecatum imiteris æmulerisque: exempli causa, si una cum ipso te ipse includas, & induaris veste atra, si pariter jaceas humi, comamque negligas. Ex iis enim magis crescit quam elevatur calamitas. (i) Attamen abs re non fuerit, iis quæ accidunt angi, & tacite de adversis afflictari, ita ut ex vultu,

qui cogitatione defixus sit, exque modestia quæ gravitatem adjunctam habeat, animi affectum significes. Ubi autem ad colloquium ventum est, non statim ad objurgationes devenire decet, velut jacentibus insultantem ac illudentem. Nam objurgationes iis quorum animus præ tristitia cruciatur, molestæ sunt & graves: simulque sermones eorum qui nullo profusus doloris sensu afficiuntur, ægre audiuntur a mœrentibus, & ad eos consolandos vim non habent persuadendi. (k) Quemadmodum enim oculo inflammato lenimentum vel tenerrimum dolorem affert, ita animæ gravi mœrore afflictæ, etiam si multum solatii ferat oratio, molesta tamen quodammodo videtur, in ipso doloris articulo adhibita. (l) Quando autem videris fratrem lugentem ob peccatorum poenitentiam, lacrymare cum viro ejusmodi, ac illius commiseresce. Tunc etenim tibi licebit ex malis alienis tuum corrigere. Nam qui fervidas lacrymas pro peccato proximi effundit; dum fratrem deslet, medetur sibi metipso. Luge peccati causa. Animæ ægritudo est peccatum: mors

a Ibid. 17.

Job. 1. 21.

Job. 30. 25.

Job. 1. 1.

b Ibid. 18.

c Ex Hom. in Psalm. XXXIII. tom. 1. 78.

d Ex Hom. in famem &amp; siccitatem. tom. 2. 36.

e Ex Hom. in Psalm. XXXIII. tom. 1. 78.

Job. 12. f Ibid. 79.

Rom. 5. 3.

1. Cor. 10. 13.

g Ex Hom. adversus calumn. S. Trinitatis. tom. 2. 317.

h Ex Hom. in mart. Juliam. Ibid. 23.

i Ibid.

k Ex epist. VI. tom. 3. 42.

l Ex Hom. in mart. Juliam. tom. 2. 23.



mors est animæ immortalis: peccatum luctu atque irrequietis lamentis dignum est.

Ob hoc fluant lacrymæ omnes, nec cessent duci ex pectore imo suspiria: sic Jeremias deflebat qui ex populo peribant, idemque cum sibi naturales lacrymæ non satis essent, lacrymarum fontem inquirebat & extremam mansionem. Pro omnibus autem his gratias agemus Christo Deo nostro, cui debetur omnis gloria, honor, & adoratio, simul & principio carenti ejus Patri, & sanctissimo vivificantique Spiritui, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

DE PATIENTIA, ET LONGANIMITATE.

SERMO XIII.

a. Ex Homil. quod mundanis adhaerendum non sit. Ibid. 91.

**N**emo ex malis quæ passus est, adducatur ut cogitet ac dicat res nostras providentia nulla gubernari; neque Domini administrationem ac iudicium incuset: sed in athletam Job intueatur, ipsumque sibi cogitationum meliorum consiliarium adhibeat. Reputet omnia ex ordine certamina, in quibus ille victor exstitit, & quot jaculis a diabolo petitis lethalem nullam plagam acceperit. Evertit quidem illius domesticam prosperitatem, eundemque alternis adversitatum nuntiis obruere statuerat. Cum enim prior cladem aliquam adhuc annuntiaret, nuntius alter rerum deteriorum tristitiam afferens veniebat: malaque connectebantur inter se, & calamitates fluctuum incursum imitabantur, atque priusquam priores lacrymæ sedarentur, aliarum afferebatur occasio: sed ille temperatis excepto impetu, & undarum vi in spumam commutata, velut scopulus stabat, emittebatque ad Dominum gratam illam vocem, nec quidquam eorum quæ accidebant, lacrymis dignum duxit. Ubi vero advenit qui narraret quemadmodum filiis & filiabus convivantibus, violentus quidam ventus oblectationis domum conquassasset, tunc solum scidit vestem, ostendens condolentem naturam, atque iis agendis declarans patrem esse se liberorum amantem, piisque illis vocibus quod evenerat ornans dicebat: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita & factum est*: tantum non clamans in hunc modum: Pater vocatus sum dum voluit qui me patrem effecit. Statuit rursus sobolis mihi coronam auferre; haud repugno quominus sua auferat. Obtineat quod Domino visum est: ipse est generis conditor, ego organum. Quid necesse est, servus cum sim, dolere me frustra, ac de sententia quam nequeo irritam face-

Job. 1. 21.

Are, conqueri? Verbisejusmodi quasi jaculis justus ille diabolum confodit. Postquam autem iterum inimicus eum vidit esse victorem, nec ulla harum ærumnarum concuti posse, tentationis admovit machinamentum carni, ipsi, & corpore infandis vulneribus percusso effecit, ut ex eo vermium fontes scaturirent, virumque ex regio throno deturbatum in sterquilinio collocavit. Ille vero vel talibus angustiis laceratus, permansit immotus; & lacerato corpore, pietatis thesaurum in recondito Banimæ recessu intaminatum servabat.

2. Cum igitur non haberet quod jam faceret hostis, insidiarum veterum recordatur; atque ad impiam ac blasphemam sententiam uxoris animum pertrahens, opera illius aggrediebatur athletam concutere. Ac illa quidem laboris diuturnitati cedens, justo adstitit, humi prona, manus super iis quæ videbat complodens, pietatis ei fructus exprobrans, hinc veterem rei familiaris opulentiam recensens, illinc mala præsentia commonstrans, & qualem ex quilibet sortitus esset vitam, & quam pro multis sacrificiis mercedem a Domino recepisset. Et semper verba pusillo quidem mulierum animo digna proferebat: sed talia tamen, quæ virum omnem perturbare, & animum vel fortem subvertere possent. Vaga, inquietabat, & ancilla oberro, regina servio, & ad meorum famulorum manus respicere coacta sum, & quæ multos olim nutrivit, bene nunc mecum agi existimo si enutriar ex alienis. Addebat melius esse ac utilius si de terra se ipse excinderet, impiis verbis utendo, & gladium iræ conditoris exacuendo, quam si malorum tolerantia sibi ipsi & uxori certaminum laborem proroget. Ille vero his verbis magis quam ullo malorum priorum offensus, & vultum ira replente, ad uxorem velut hostem conversus; quid dicit? *Quare tamquam una de stultis mulieribus loquuta es?* Depone, o mulier, inquit, illud consilium. Quousque dictis tuis dedecorabis vitam communem? Mentita es, & quod utinam Deus avertisset, institutum meum tuis istis verbis, & vitam meam calumnia aspersisti. Videor nunc mihi dimidia ex parte impie egisse: siquidem unum quidem corpus utrosque nos nuptiæ præstiterunt, sed tu prolapsa es in blasphemiam. *Si bona suscepimus de manu Domini, mala non sustinebimus?* Redigas tibi in memoriam præterita bona. Compensata bona malis. Nullius hominis vita perpetuo beata est. Semper felicem esse, solius Dei est. Tu igitur si ob præsentia dolore afficeris, ex præteritis te ipsa consolare. Nunc lacrymaris, at prius risisti: nunc pauper es, at prius fuisti dives: bibisti limpidum

Job. 2. 10.

Ibid.

pidum vitæ laticem, jam turbidum bibens animo æquo patiare. Ne fluviorum quidem fluentia perpetuo apparent pura. Est autem fluvius vita nostra, ut nosti, continue fluens, ac fluctibus alternatim sibi succedentibus referta. Ex enim jam pars præterfluxit, pars adhuc transit: pars jam emerfit e fontibus, pars vero emerfura est, & ad commune mortis mare festinamus omnes. *Si bona suscepimus de manu Domini, mala non sustinebimus?* Cogimusne iudicem nobis perpetuo paria suppeditare? Docemusne Dominum, quomodo debeat vitam nostram moderari? Decreta sua penes ipsum sunt. Res nostras pro suo arbitratu regit. Est enim sapiens, & quod utile est, id suis servis admeritur. Cave curiosius perscruteris Domini iudicium. Æqui bonique fac solum quæ ab illius sapientia dispensantur. Quidquid dederit tibi, cum gaudio accipe. Ostende in adversis, existisse te lætitia pristina dignam. His dicendis repulit Job & hunc diaboli assaultum, & plenam ei cladis ignominiam incussit. Quid igitur hinc evenit? Fugit iterum ab illo morbus, tamquam qui accessisset frustra, nec quidquam amplius effecisset. Reversa caro in alteram pubertatem reviruit: floruit rursus vita omnibus rebus, & duplicatæ divitiæ undecumque in domum confluerunt, ut quasi nihil amisisset, unam partem haberet, pars vero altera justo esset patientiæ merces. (a) Ex illo igitur animi fortitudinem unusquisque discamus, qui rebus suis retro sublapsis, ac egens ex divite, orbis ex pulchræ prolis parente temporis momento factus, non solum idem permanfit, infractos animi sensus ubique retinens, sed ne amicis quidem, qui ad consolandum venerant, insultantibus & dolores conjunctim intendentibus, ira commotus est.

a Ex epist.  
II. tom. 3.  
39.

b Ex Hom.  
in famem  
& siccitatem.  
tom. 2.  
36.

c Ibid.

d Ex epist.  
CI. tom. 3.  
108.

e Ex Hom.  
in famem

3. (b) Fit quoque aliquando, ut vitæ infortunia irrogenitur hominibus ad animas probandas, ut inter difficultates deprehendantur, qui probi sint, sive divites, sive pauperes. Utrique enim per patientiam probantur: & maxime hoc tempore declaratur, sit ne hic liberalis, & fratrum amans: sit ne ille gratus & beneficiorum memor, ac non contra blasphemus, cujus animus statim vitæ vicissitudinibus mutetur. (c) Navis quippe gubernatorem tempestas, athletam stadium, imperatorem acies, magnanimum virum calamitas, Christianum tentatio probat. (d) Quemadmodum enim certaminum labor athletas ad coronam, ita etiam Christianos probatio in tentationibus ad perfectionem adducit, si modo ea quæ a Domino dispensantur, cum debita patientia in omni gratiarum actione suscipiamus. (e) Pauper es? Cave animum abjicias, sed

spem habeto in Deum. Numquid enim non videt angustiam? Habet cibum in manibus: sed differt largitionem, ut probet tuam constantiam, ut animum agnoscat, sit ne intemperantibus & ingratis consimilis. Hi enim, dum in ore sunt cibi, benedicunt, adulantur, supra modum admirantur: paululum vero dilata mensa, blasphemis velut lapidibus impetunt eos quos paulo antea propter ciborum voluptatem colebant. Eliam habebat Carmelus, excessus mons & inhabitabilis, solitudo solitarium: verum anima erat justo instar omnium, vitæque erat viaticum spes, quam in Deo reponerat. Ersi autem sic viveret, fame tamen vitam non finivit: sed avium rapacissimæ & voracissimæ, hæ ipsæ afferebant cibum: & justo erant victus ministræ eadem, quæ solent alienos cibos deripere, ac transmutata per Domini præceptum natura, panis ac carniæ fidæ custodes effectæ sunt. Habebat etiam Babylonius lacus Israelitam juvenem, calamitate quidem captivum, animo vero ac constantia liberum. Quid tum inde? Leones quidem præter naturam jejunabant, Abacuc vero illius altor ferebatur per aerem, angelo hominem una cum obloniis portante: & ne justus fame premeretur, tantum terræ ac maris spatium brevi temporis momento prætervectus est propheta, quantum a Judæa ad Babylonem usque extenditur. Quid rursus solitudinis populus, Moysæ præfecto? Quomodo fuit ei per quadraginta annos dispensatus victus? Illic erat nemo, qui sementem faceret: non bos, qui traheret aratrum: non area, non torcular; non cella penaria, & tamen sibi suppetebat victus citra sementem, citra arationem. Fontes denique qui prius non existerant, sed in necessitate eruperant, petra subministrabat. Tu igitur velut strenuus Job, patiens esto in calamitate, & ne evertaris a tempestate, nec quidquam ex his, quas tecum vehis, virtutis mercibus abjicias. Serva in animo gratiarum actionem tamquam vecturam pretiosissimam, & tu quoque pro gratiarum actione voluptatem duplo majorem consequere. 4. (f) Atqui non is cui necessaria desunt, tolerans est: sed is, qui inter bonorum fructuum copiam in malis ferendis perseverat. (g) Æger es? æquanimiter tolera, quoniam quem diligit Dominus castigat. Pauper es? lætare, quia manet te successio & hæreditas Lazari. Contumelias pateris propter nomen Christi? beatus es, quoniam tibi ista confusio angelici consortii gloriam parat. (h) Servus es? habe etiam eo nomine gratiam, est aliquis te dejectior; gratias repende, quod uni præstes, quod non sis addictus pistrino, quod plagas non accipias. Nemini proculdubio de-

f siccitatem.  
tom. 2.  
36.

dan. 14. 30.

f Ex Hom.  
in quadraginta  
m. 37.  
tyres. ibid.  
82.  
g Ex Hom.  
in Ps. LIX.  
tom. 1. 103.

heb. 12. 6.

h Ex Hom.  
in mart. Ju-  
licam.  
tom. 2. 22.

defunt gratias agendi occasiones. Fuste ple-  
 A teris immerito? gaude spe futurorum. Ju-  
 re damnatus es? sic etiam grates age. (a) Et  
 quoniam bonæ quoque priscorum hominum  
 actiones aut memoriæ successione ad nos us-  
 que conservantur, aut in poetarum aut hi-  
 storiarum monumentis custodiuntur, ne  
 utilitas quidem quæ hinc nasci potest, desit  
 nobis. Verbi gratia, homo quidam circum-  
 foraneus convitiis Periclem confectabatur,  
 hic autem non attendebat, & die tota per-  
 stitit uterque, ille quidem permultis probris  
 incessens, hic vero nequaquam curans. De-  
 B inde vespere jam facto, tenebrisque obortis  
 vix discedentem Pericles facem præferens  
 deduxit, ne sibi desineret exercitatio philo-  
 sophiæ. (b) Rursus, cum percuteret quidam  
 Sophronisci filium Socratem, in ipsam fa-  
 ciem facto sæpius impetu: hic autem nihil  
 repugnavit, sed sivit ebriosum illum iram  
 suam exsatiare, sic ut intumesceret jam ejus  
 vultus præ plagis, essetque saniosus. Ubi  
 autem ille a verberibus destitisset, Socrates  
 quidem nihil aliud fecisse dicitur, quam  
 fronti suæ quasi statuæ inscripsisse auctorem,  
 C *Talis faciebat*, seque hoc modo vindicasse.  
 (c) Quidam vero Euclidi Megarensi iratus,  
 mortem ei minitatus est, ac juravit: hic vi-  
 cissim juravit facturum utique, ut is plac-  
 d retur, ac sibi infensus esse desineret. (d) Quin  
 & illud Cliniae qui unus e Pythagoræ discipu-  
 lis est, vix crediderim cum nostris institutis  
 fortuito consentire, non consulto ea imita-  
 ri. Ecquid autem erat, quod fecit ille? Ju-  
 rejurando cum ei liceret talentorum trium  
 effugere multam, solvere maluit quam jura-  
 re, idque cum non esset falso juraturus, præ-  
 ceptum quo nobis jusjurandum interdicitur,  
 ut mihi videtur, edoctus. Atque hoc Cli-  
 niæ factum, illi præcepto germanum est: Eu-  
 clidis vero ei quod persequentibus bene pre-  
 cari jubet, mala vero nequaquam: adeo ut  
 qui his jam antea fuerit imbutus, non am-  
 plius nostris, ut impossibilibus, fidem dero-  
 get. \* Contubernale igitur semper tibi Dei  
 mandatum esto, perpetuam tibi dans lucem,  
 & veluti facem præferens, discernendis di-  
 judicandisque rebus: quod quidem eminus  
 animi tui principatum præoccupans, veras  
 E que de singulis opiniones prius informans at-  
 que præparans, nullis te casibus alienari at-  
 que immutari permittet: sed tota mentis  
 acie præinstructum, veluti quemdam vici-  
 num mari scopulum, rapidos violentorum  
 ventorum & fluctuum impetus tuto atque  
 immobiliter sustinere te faciet, in Christo  
 Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæ-  
 culorum. Amen.

a Ex Serm.  
de legendis  
libris Gen-  
silium.  
ibid. 95.

b Ibid.

c Ibid.

d Ibid.

DE FUTURO JUDICIO.

SERMO XIV.

1. e CUM ad aliquod peccatum impelli te  
 videris, horrendum illud & into-  
 lerabile Christi tribunal, quæso, cogita: in  
 quo præsidet quidem judex in alto quodam  
 & sublimi throno, omnis vero creatura ob  
 gloriosum ejus conspectum contremiscens  
 Badstat; imo vero futurum est ut singuli ad-  
 ducamur, eorum quæ in vita egerimus exa-  
 men subituri. Deinde ei qui multa mala per  
 vitam perpetraverit, horribiles quidam ac  
 morosi angeli assident, ignem ex oculis emit-  
 tentes, ignem spirantes, adeo perverfi ani-  
 mo judicioque depravati sunt: nocti vultu si-  
 miles, ob faciei tetricitatem & hominum  
 odio. Postea animo tibi fingas barathrum  
 profundum, tenebras impenetrabiles, ignem  
 splendoris expertem, vim quidem urendi in  
 tenebris habentem, sed luce destitutum:  
 C subinde vermium quoddam genus venena-  
 tum ac carnivorum, edens insatiabiliter,  
 nec umquam exsatiatum, intolerabiles do-  
 lores moribus inducens: postremo supplici-  
 um omnium gravissimum, probrum illud &  
 dedecus sempiternum. Horum metu ductus,  
 quasi freno quodam a pravis concupiscentiis  
 tuam cohibe animam. (f) Qui enim diem  
 illam atque horam ante oculos positam ha-  
 bet, in qua creatura omnis actionum sua-  
 rum rationem redditura judicem circumsta-  
 bit, semperque suam pro illo tribunali, quod  
 D decipi nequit, defensionem meditatatur, is aut  
 nihil aut omnino levissima peccabit, quia  
 peccare nobis ob absentiam timoris Dei con-  
 tingit: quibus autem clare observabitur in-  
 tentarum minarum expectatio, his nullum  
 tempus dabit insitus timor in involuntarias  
 actiones aut cogitationes incidendi.  
 2. (g) Strenui etenim Dei athletæ, qui  
 cum invisibilibus inimicis per omnem suam  
 vitam valde colluctati sunt, postquam eo-  
 rum omnes insectationes enugerint, prope  
 vitæ finem constituti, a sæculi principe exa-  
 E minantur, ut si reperiantur aut vulnera ex  
 certaminibus, aut aliquas maculas, aut  
 peccati vestigia retinuisse, detineantur: sin  
 autem inveniantur invulnerati & intemera-  
 ti, a Christo tamquam invicti & liberi in re-  
 quietem transferantur. Et hæc ex ipso Domi-  
 no discere potes, circa suæ passionis tempus  
 dicente: *Nunc princeps hujus mundi venit, &*  
*in me non habebit quidquam.* Enimvero qui  
 peccatum non admiserat, nihil illum in se  
 habere dicebat: satis autem fuerit homini,  
 si audeat dicere: venit princeps mundi hu-  
 jus, & in me habebit pauca & parva. (h) Co-  
 gita,

e Ex Rom.  
in Psal.  
xxxiii.  
tom. 1. 82.

f Ex epist.  
CLXXIV.  
tom. 3. 145.

g Ex Rom.  
in Ps. VII.  
tom. 1. 53.

h Ex Com-  
ment. in

*Esaiam.*  
*ibid.* 308.

*Matth.* 24.  
29.

*Sap.* 5. 18.  
& 21.

*Luc.* 15. 10.

*a Ex Homil.*  
*in Psalm.*  
XXVIII.  
*ibid.* 66.

*b Ex Hom.*  
VI. *in Hexa-*  
*em.* *ibid.* 28.

*c Ex Hom.*  
*in Psalm.*  
XXXIII.  
*ibid.* 80.

*d Ex Serm.*  
*de legendis*  
*libris Gen-*  
*tilium.*  
tom. 2. 93.

*e Ex Regu-*  
*lis fufus*  
*tractatis.*  
*ibid.* 162. &  
267.

gita, quæso, horrenda illa mala, quæ a Deo A puniendis infligentur: nimirum cum offundentur stellis tenebræ, deficientque lux solis, nec luna amplius illustrabitur, cum, fulminibus percurrentibus, horrendo cum fragore ruent tonitrua, cum aer capiti imminens obscurabitur, ita ut cruciatus eorum qui iræ fuerint traditi, nulla ex parte solatium aut levamen admittat. Creatura enim conditoris administra vehementer ad iniquos plectendos exasperatur: mitigatur vero & demulcerur, ad eos qui suam in ipso fiduciam reposuerint, afficiendos beneficio. Et que- B madmodum *super uno peccatore pœnitentiam agente gaudium est in cœlis*: ita quoque indignatio & tristitia est super iis, qui per peccatum a Conditore deficiunt. (a) Tum ignis qui diabolo & angelis ejus in supplicium paratus est, voce Domini interciditur: ut cum duæ sint in igne facultates, quarum una comburit, altera illustrat, ignis quidem asperitas, ac torquendi proprietas iis qui adustione digni sunt servetur: illius vero splendor & claritas ad hilaritatem eorum qui lætam ac beatam vitam acturi sunt, destinatur: adeo C ut supplicii quidem ignis obscurus sit: qui vero in oblectamentum, vi cateat comburendi. Neque ea in re tibi addubitandum esse cogita. (b) Nam cum rerum in vita gestarum merces retribuetur, natura ignis dividetur: cujus quidem lumen, justorum oblectamento: urendi vero molestia, puniendorum tribuetur ultioni. (c) Horribilior autem tenebris & igne æterno ignominia, in qua æternum vivent peccatores, semper ob oculos habentes vestigia admissi in carne peccati, quæ in modum indelebilis cujusdam D tincturæ perpetuo in animæ eorum memoria permansura sunt. Paucorum autem est accedere ad veram lucem, ac revelare, & post occultorum revelationem, facie non confusa abire. Dei enim a nobis alienatio atque averfio, illi qui eam patitur, intolerabilior graviorque est quam cætera gehennæ expectata supplicia: ut oculo privatio luminis, licet alius non adfit dolor. (d) Si quis enim omnem simul ex quo homines nati sunt felicitatem sermone complexus, in unum coacervaverit, eam tamen comperiet ne minimæ quidem bonorum illorum parti æquiparandam esse: sed omnia præsentis vitæ bona plus a minima futurorum dignitate distare, quam a rebus veris umbram & somnium. Imo vero ut exemplo magis idoneo utar, quanto anima omnibus præstat corpori, tanta est & utriusque vitæ differentia.

3. Sed homines multi propter eum Scripturæ locum qui habet, (e) *Hic quidem vapulabit multis, ille vero paucis*, finem tandem suppliciorum habituros esse eos qui pu-

niuntur asserunt. Sed tamen ut hic multis vapulet, ille vero paucis, non temporis diuturnitate aut complemento, sed pœnæ diversitate perficitur. Cum enim Dominus pronuntiet aliquando hos in supplicium æternum ituros; justos autem in vitam æternam; aliquando vero mittat quosdam in ignem æternum paratum diabolo & angelis ejus, & alibi gehennæ ignis mentione facta, subjiciat illud: *Ubi vermis eorum non moritur, & ignis non exstinguitur*; cumque rursus de quibusdam dixerit per prophetam, vermem eorum non moriturum, neque ignem eorum exstinctum iri: hæc igitur & horum similia cum in multis divinæ Scripturæ locis habeantur, hoc quoque unum profecto est ex artificiis diaboli, ut multi homines velut obliti tot & talium Domini sententiarum, quo majore cum audacia peccent, sibi finem supplicii fingant. Etenim si æterni supplicii futurus est aliquando finis, finem utique habitura est etiam vita æterna. Quod si non possumus illud de vita æterna intelligere, qua ratione supplicio æterno C adscribitur finis? Nam æqualiter proutroque habetur æterni adjectio. *Ibunt enim*, inquit, *bi in supplicium æternum: justi autem in vitam æternam*, Itaque etiam illud, *vapulabit multis, & paucis*, non finem, sed diversitatem supplicii significat. Si enim Deus justus judex est, non bonis solum, sed malis etiam reddens unicuique juxta opera sua; potest alius esse dignus igne inexstinguibili, qui aut mollius aut acrius adurat: alius verme numquam morituro, qui etiam aut mitius aut acerbius excruciet pro cujusque merito: alius gehenna, quæ varia ac penitus diversa supplicia habeat: alius exterioribus tenebris, ubi hic quidem in fletu solum, ille vero in dentium etiam stridore obdolorum vehementiam existat. Quin & exteriores illæ tenebræ alias etiam prorsus esse interiores indicant, Et illud quod dictum est in Proverbiis, *In profundum inferni*, declarat quosdam esse in inferno quidem, sed non in profundo inferni, qui levio- E rem pœnam perferant. \* Minime autem existimaveris me veluti nutritiam quamdam matrem, larvas tibi ac terricula obtrudere, quemadmodum illæ infantibus puerulis incomposite pertinaciterque flentibus factitare consueverunt, eosque fictis & commentitiis narrationibus compescunt. Hæc enim non fabulæ, sed minime mendax sermo longe ante voce promulgatus: tibi que certo persuadeas velim, futuram aliquando diligentem actæ vitæ pervestigationem. (f) Afflixisti fratrem? par exspecta. Rapuisti inferiorum facultates, pugnis pauperes cecidisti; per convitia incussisti pudorem, calumniatus es, mentitus es, alienis nu-

*f Ex Hom.*  
*in Psalm.*  
LXI.  
tom. 1. 107.

tom. 1. 107.

ptiis parasti insidias, pejerasti, terminos patrum transpoluisti, orphanorum invasisti possessiones, viduas oppressisti, bonis promissis prætulisti præsentem voluptatem? vicem his dignam expecta. Qualia enim unusquisque seminat, talia & metet. Cæterum si quid etiam boni abs te perpetratum est, remunerationem similiter expecta.

<sup>a</sup> Ex epist. XLVI. tom. 3. 75.

4. (a) Cogita autem, o homo, diem extremam (siquidem non tu solus sæculum æternum vives) anxietatem, suffocationem, mortis horam, urgentem Dei sententiam, festinantes angelos, animum interea graviter perturbatum, & conscientia peccatrice amare excruciatum, seque miserabiliter ad ea quæ hic sunt convertentem, ac ineluctabilem longæ illius peregrinationis necessitatem. Describe mihi in mente tua extremum communis vitæ finem, cum veniet

<sup>Psal.</sup> 49. 3.

Filius Dei in gloria sua. *Veniet enim & non filebit*: nimirum quando veniet iudicaturus vivos & mortuos, atque unicuique secundum opus suum redditurus, quando tuba illa magnum quiddam ac horrendum sonans excitabit eos qui ab orbe condito dormierint,

<sup>Jean.</sup> 5. 29.

& procedent qui bona fecerint, in resurrectionem vitæ, qui vero mala, in resurrectionem iudicii. Revoca tibi in memoriam Danieli oblatam Dei visionem, quomodo nobis ob oculos iudicium ponat. *Aspiciebam, inquit, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedir. Flumen ignis trabeat in conspectu ejus. Mille millia deserviebant ei: & dena millia denum millium assistebant ei. Iudicii que locum constituit, & libri aperti sunt,*

<sup>Dan.</sup> 7. 9.

bona, mala, manifesta, occulta, actiones, verba, cogitationes, omnia acervatim, ut ab omnibus & angelis & hominibus exaudiri possint, clare & aperte revelantes. Ad hæc quomodo affectos necesse est esse eos, qui male vixerint? Ubi itaque anima illa abscondetur, quæ in oculis tot spectatorum subito visa fuerit dedecoris plena? Quali vero corpore infinita illa & intolerabilia perferret supplicia; ubi ignis inextinctus, & vermis indefinenter puniens, & imum inferi tenebricosum & horrendum & ululatus amari, & ejulatus ingens, & ploratus, & stridor dentium, & ubi mala finem non habent? Ab

<sup>b</sup> Ibid.

his post mortem liberari non datur, neque est industria ulla, neque ars effugiendi amara supplicia. (b) Hæc nunc vitare licet. Dum autem licet, erigamus nosmetipsos ex casu, neque de nobis ipsi desperemus, si a malis discesserimus. Est via salutis, si modo velimus. (c) Quærit te pastor bonus, ovibus quæ non erravere, derelictis. Te ipse si dederis, non cunctabitur, neque dedignabitur te suis ipsius humeris portare, lætus quod ovem suam perditam invenerit. Stat pater ac expectat tuum ab errore reditum. Re-

<sup>c</sup> Ibid.

vertere tantummodo, teque longe adhuc stante, accurrens cadet in collum tuum, & amicis amplexibus jam poenitentia expurgatum complectetur. (d) Quod si quispiam ex iis, qui stare sibi videntur, vitio verterit, quod cito assumtus es, ipse ille bonus pater pro te respondebit, dicens: lætandum est & gaudendum, quia hic filius meus mortuus erat, & revixit, & dispersus erat, & inventus est. Illi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

<sup>d</sup> Ibid.

DE IMPERIO AC POTESTATE.

SERMO XV.

1. <sup>\*</sup> Imbecilliores semper a præstantioribus regi ac gubernari decet: pessimo enim principatum popularis sæpenumero derulit imprudentia. (e) Consentaneum est igitur, ut qui omnium testimonio ceteros sapientia, & fortitudine, atque exacta integrioris vitæ ratione antecellit, aliis dux præficiatur, ut quidquid in eo boni est, commune omnium imitantium fiat. (f) Enimvero subjecti ad mores eorum qui rerum potiuntur, ut plurimum sese conformare solent: ita ut quales tandem fuerint duces, eum etiam qui ducitur, talem esse necesse sit. Et quales sunt qui præsumt, tales ut plurimum & mores eorum, quibus præsumt, esse solent. (g) Et quemadmodum si plures pictores unius faciei lineamenta pingunt, omnes imagines futuræ sunt inter se similes, utpote uni assimilata: eundem ad modum si multa ingenia unum imitandum sibi proponant, in omnibus æqualiter bona vitæ forma elucescet. Vera etenim & perfecta subditorum erga præfectum obedientia in eo declaratur, si non a flagitiosis modo abstineant ex præfecti consilio, sed si ne ea quidem quæ laudabilia sunt, citra illius arbitrium peragant. Nam abstinentia & omnis corporalis afflictatio ad aliquid utilis est: sed si quis animi sui motum sequutus, quod sibi placet, egerit, & præposito consilium sibi danti non obtemperaverit, peccatum futurum est majus, quam recte factum. *Qui enim resistit potestati, Dei ordinationi resistit*; atque obedientiæ major merces quam abstinentiæ virtuti tribuitur.

<sup>\*</sup> Uterque codex indicat Ascet.

<sup>e</sup> Ex Ascet. tom. 2. 170.

<sup>f</sup> Ex Comment. in Esai. tom. 1. 221.

<sup>g</sup> Ex Ascet. tom. 2. 171.

<sup>Rom.</sup> 13. 2.

2. (h) Is igitur qui potest malo mederi, sed sponte differt, non injuria velut homicida condemnari poterit. Non autem qui præest ob eum in quo positus est dignitatis gradum sese attollat aut insolescat, ne humilitatis beatitudine privetur. (i) Numquid enim qui regi famulatur; se ideo jactabit quod in hoc aut in illo ministerii ordine collocatus est: qui vero dignus habitus

<sup>h</sup> Ex Hom. in famem & siccitatem. <sup>ibid.</sup> 37.

<sup>i</sup> Ex Hom. in Psal. XXXIII. tom. 1. 78.

Qq est

est qui Deo seruiat, aliunde laudes sibi excogitabit, quasi ad omnem gloriæ splendoremque cumulum invocatio Domini sibi non sufficiat? Satis enim est nobis ad omnem dignitatem, tanti Domini servos nominari. (a) Et quemadmodum nec quidquam aliud oportet præter Deum colere: sic nec in alio, quam in Deo omnium Domino spem reponere. Qui namque in homine sperat, aut qui ob aliquid aliud mundanum effertur, puta, ob potestatem, vel ob divitias, vel ob quidpiam aliud eorum, quæ splendida a multis reputantur, non potest dicere: *Domine Deus meus in te speravi*. Præceptum enim est, non oportere in principibus sperare. Et, *maledictus homo qui confidit in homine*. (b) Beatus igitur vere est, qui ob nullam vitæ rem quantumvis sublimem exultat, sed suam Deum gloriam esse ducit, Deumque quo gloriatur unicum habet, ac secundum Apostolum dicere potest: *Mibi autem absit gloriari, nisi in cruce Christi*. Etenim si quis sese magnopere jactat, quod servus sit regis, atque in magno honore apud eum habeatur: quantum convenit gloriari te apud te ipsum, quod regis magni servus es, ab ipso accitus ad summam familiaritatem. (c) Qui vere princeps est, non ab externis insignibus dignoscitur, uti purpura, paludamento & diademate: sed ab imperatoria qua præditus est virtute. Qui enim subditur voluptatibus, ac variis cupiditatibus ducitur, servus cum sit peccati, ad imperandum idoneus non est, (d) Nam rebelles sub potestatem redigere, & fortis est viri, & vere imperantis: at benignum esse ac mansuetum in prostratos, hominis est magnanimitate & clementia omnes superantis. (e) Illud enim considera dominos eorum qui læserant existisse multos ex iis qui ante nos vixere, de quibus nullus ad posteros transmissus sermo; at vero iram remisisse, qui philosophia vulgus antecelluerunt, quorum immortalis memoria in omni ævo perhibetur. (f) Nam eos qui quidvis deliquerint, non ob ea quæ jam admissa sunt punimus (qua enim arte quæ facta sunt, infecta reddantur?) Sed ut aut ipsi deinceps meliores fiant, aut aliis sapiendi sint exemplum.

3. \* Sæpe enim in tenuissimis etiam Dei sese exerit sapientia. Nam qui convexum cælum expandit, atque ingentes marium gurgites effudit, ille ipse est qui tenuissimum apiculæ stimulum, in fistulæ modum excavavit, adeo ut per ipsum venenum effundatur. \* Hunc corporeis quidem oculis contemplari minime conceditur: incorporeum enim visui subijci corporeo non potest. Quod quidem Unigenitus ipse Dei Filius testificatus est dicens: *Deum nemo vidit umquam*. Et si

enim ut scriptum est, vidit Ezechiel: audi quid scriptura dicat, *Vidit similitudinem gloriæ Domini*: non tamen ipsum Dominum, sed ne ipsam quidem gloriam, qualis illa revera est. Et cum similitudinem gloriæ vidisset, non ipsam gloriam, præ timore in terram cecidit. Quod si conspecta gloriæ similitudo terrorem hominibus tremoremque incutit, Deum ipsum si quispiam viderit, e vita prorsus migraverit, ut dictum est: *Nemo videbit Deum, ac vivet*. Propterea Deus pro sua erga nos humanitate, cælum ipsum, suæ divinitatis velum, ne pereamus, obtendit. Neque de meo id affero, imo ipse propheta dixit: *Si aperueris cælum, tremor a tuo conspectu apprehendet montes, & continuo tabescent*. Et quid miraris si gloriæ similitudinem cum vidisset Ezechiel, cecidit in faciem? Daniel conspecto Dei servo & tremuit, & in faciem cecidit: & quamdiu oculis videre contendit Dei filii similitudinem, tandem respondere non ausus est. Si vero visus Gabriel, prophetis hominibus Dei tremorem incutit; si qualis est, is sese ostenderit, nonne perierint omnes? nemini profectum dubium est. Si vis igitur aperte cognoscere incomprehensibilem esse Dei naturam, disce quid tres pueri in ardentis ignis fornace laudantes Deum dicant: *Benedictus es qui intueris abyssos, & sedes super Cherubim*. Quæsolite, dic mihi quænam est Cherubim natura, atque tum insidentem contempleris. Quamvis propheta Ezechiel illorum descriptionem quoad fieri potuit, scriptis sit persequutus, inquit, *Quatuor facies habebat unum, facies una hominis, facies secunda leonis: & in tertio facies aquilæ, & in quarto facies vituli*: quodque uni sex essent alæ, atque ipsis undique essent oculi, quodque singuli subjectam haberent quadrangularem rotam, facta tamen a propheta descriptione, etiamsi legimus, percipere non valemus. Si vero solium quod explanavit, animo comprehendere non possumus, insidentem ipsi invisibilem Deum, qua ratione poterimus? facie siquidem ad faciem visuros, perfectamque incomprehensibilis Dei majestatis in futuro sæculo cognitionem habituros eos qui digni fuerint, certa pollicitatione confirmatum est. Nunc vero etiam si Paulus alter quispiam fuerit, etiam si Petrus, cernit quidem vere, neque hallucinatur, aut imaginibus deluditur, verum tamen veluti per speculum, & in ænigmatibus intuetur: & quod nunc ex parte est cum gratiarum actione accipiens, quod plane perfectum est summa cum lætitia in futurum opperitur. Quod enim in ea ipsa cognitione nunc perfectum esse videtur, adeo exiguum quiddam est & obscurum, ut a futuri sæculi claritate distet magis, quam a cogni-

a Ex Hom. in Pf. VII. Ibid. 51. Joann. 17. 5.

b Ex Hom. in Pf. LXI. Ibid. 105.

Gal. 6. 14.

c Ex Comment. in Esai. Ibid. 2. 31.

d Ex epist. CXII. Rom. 3. 112.

e Ibid.

f Ibid.

\* Unus codex indicat Hom. in Hexaem.

\* Uterque codex indicat Scrm. quod Deus sit incomprehensibilis. Joann. 1. 18.

Encl. 22. 20.

Dm. 10.

Dm. 3. 55.

Ezech. 10. 14.

1. Cor. 13.

12.

cognitione quæ est facie ad faciem. Actanta quidem est cognitionis Dei infinitas: tantaque humanæ naturæ in percipiendis hoc in sæculo divinis mysteriis imbecillitas; cum semper quidem pro cuiusque progressu aliqua fiat accessio, sed nemo perfectam cognitionem assequatur, donec venerit quod perfectum est, quando quod ex parte est evacuabitur.

<sup>a</sup> Ex epist. XVI. *ibid.* 51.

4. (a) Qui eorum quæ sunt investigationem comparari posse dicit, is procul dubio via quadam & ordine mentem suam ad eorum quæ sunt, cognitionem appulit; & in rebus captu facilibus & minutis exercitatus, ita demum per hanc cognitionem, ad eam quoque quæ cogitationem omnem superat, suam comprehendendi facultatem promovit. Qui igitur eorum quæ sunt cognitionem apprehendisse se gloriatur, is animalis minutissimi ex iis quæ in conspectum cadunt, naturam explicet, & quæ sit formicæ natura dicat, an spiritu & anhelitu contineatur ipsius vita: an corpus ossibus distinctum: an compages nervis atque ligamentis firmata: an musculorum & glandularum ambitu contineatur nervorum situs: an medulla a sincipite ad caudam usque una cum dorsi vertebris protendatur: an membris quæ moventur, ex nervosæ membranæ complexu motum imprimat: an sit in ipsa jecur, & in jecore vas quoddam, quod fel suscipiat, sintne renes & cor, & arteriæ, & venæ, & pelliculæ, & diaphragmata: sitne animal nudum an pilosum: utrum ungulas indivisas, an pedes multifidos habeat: item quanto tempore vivat, & quomodo aliæ alias gignant: quamdiu gestetur fœtus, & quomodo neque omnes formicæ pedestres sint, neque omnes alatæ; sed repentibus humi aliis, aliæ per aerem ferantur. Qui ergo de eorum quæ sunt cognitione gloriatur, interim formicæ nobis explicet naturam, atque ita demum ejus potestatis, quæ intellectum omnem superat, naturam scrutetur. Quod si minutissimæ formicæ naturam nondum cognitione apprehendisti, quomodo incomprehensibilem Dei naturam imaginatione tua comprehensam esse gloriaris?

<sup>b</sup> Ex *isth.* ad *versus* *En-* *nomium* 200. 21. 120.

<sup>c</sup> *Isai.* 24. 13.

<sup>d</sup> *Isai.* 13. 6.

5. (b) Putare enim se Dei qui super omnia est, substantiam ipsam adinvenisse, magnæ superbix est atque elationis: fere enim jactantia superant vel illum ipsum, qui dixit: *Super astra ponam sedem meam*. Nonne magnus ille David cui occulta absconditaque suæ sapientiæ Deus manifestavit, palam confitetur inaccessiblei esse cognitionem, cum dicit: *Mirabilis facta est scientia tua ex me* Esaias autem qui majestatem Dei speculatus est, quid nobis de divina substantia declaravit? nempe cum de Christi.

S. Basilii Oper. Tom. III.

Asio prophetiam edit, testatur his verbis:

*Generationem ejus quis enarrabit? Quid vero* <sup>Esa. 55. 8.</sup>

vas electionis Paulus, qui loquentem in se habebat Christum, qui ad tertium usque coelum raptus est, qui arcana audivit verba, quæ non licet homini loqui, quam nobis de substantia Dei doctrinam reliquit? Hic ad particulares providentiæ rationes cum respexisset, velut vertigine laborans propter insuperabilem contemplandi difficultatem, sic exclamat: *O altitudo divitiarum & sapientix & cognitionis Dei, quam inscrutabilia sunt*

<sup>B</sup> *judicia ejus, & investigabiles viæ ejus!* Quod si hæc illi ipsi qui ad cognitionem Pauli pervenerunt, assequi non possunt; quanta est superbia eorum, qui se substantiam Dei profiterentur cognoscere? Quos profecto libens interrogaverim quidnam de terra in qua commorantur, & ex qua nati sunt, dicant, quam ejus nobis exponant substantiam: ut si de iis quæ humi sunt ac pedibus subjacent, certo indubitanterque differant, tunc eis quoque cum de rebus intellectum omnem superantibus sententiam proferunt, fidem

<sup>C</sup> habeamus. Et sicut inquirunt, (c) Quod Adam a Deo est: ita interrogabimus, Deus a quo est? Nonne in uniuscujusque mente promptum fuerit respondere, ex nullo? Quod autem ex nullo est, utique sine principio est: & quod sine principio est, id ingentum est. Sicut ergo in hominibus origo ex aliquo, non est eorum essentia: sic neque in Deo universorum ex nullo esse, quod idem est atque ingentum, ejus essentiam dicere possumus. Porro esse sine principio, essentiam esse qui dicit, non aliter facit, ac si quis

<sup>D</sup> interrogatus quæ fuerit essentia Adæ, & quæ ipsius natura, respondeat, non ex coitu viri & mulieris, sed divina manu conformatum eum fuisse. Qualis igitur nobis reliquus est cognitionis modus? Respondeant nobis hi qui omnia quidem pedibus nostris subjecta despiciunt, in ipsum vero coelum penetrant, atque omnes cœlestes potestates. (d) Si cœli

<sup>E</sup> magnitudo exsuperat humanæ intelligentiæ mensuram, quoniam valeat sempiternorum naturam perscrutari? Si sol ille corruptioni obnoxius, adeo pulcher est & adeo magnus, cum velox ad motum, tum ordinatos circuitus explens, magnitudinem quidem ad universum ita accommodatam nactus, ut eam quam cum universo habet proportionem non excedat, sua vero pulcritudine tamquam naturæ oculus quidam pellucidus res creatas condecorans: hujus si insatiabilis est aspectus, quali pulcritudine sol justitiæ præditus est? Si hunc solem non conspiceret, cæco detrimentum est: quale est peccatori dispendium luce vera carere? Nam si hæc temporaria talia sunt, qualia sempiterna? & si adeo speciosa quæ videntur, qualia invisibilia,

<sup>Rom.</sup> 11. 33.

<sup>c</sup> *Isai.* 40. 12.

<sup>d</sup> Ex *Hom.* VI in *Hex.* *emer.* *ibid.* 27.

Qq 2 quæ

quæ præparavit Deus diligentibus se? Quæ utinam assequi omnes valeamus, gratia atque humanitate Domini nostri Jesu Christi, quia illi debetur gloria, in sæcula sæculorum. Amen.

DE INGLUVIE ET EBRIETATE.

SERMO XVI.

<sup>a</sup> Ex Regu-  
lis fufus  
tractatis .  
tom. 2. 191.  
1. Cor. 10.  
31.

<sup>b</sup> Ibid.

<sup>c</sup> Ibid.

<sup>d</sup> Ibid.

<sup>e</sup> Ibid. 190.

**Æ** Qualis & constans Christiani vita, carissimi, & unicum scopum B  
habet Dei gloriam: *Sive enim manducatis, sive bibitis, sive quid facitis, omnia in gloriam Dei facite*, ait Paulus qui in Christo loquebatur. At vero multiformis & varia est hominum mundanorum vivendi ratio, quæ scilicet aliis atque aliis modis ad conciliandam accedentium gratiam transformetur. (b) Quod si etiam futurum est, ut ipsi quoque simus eorumdem rei, & quoad licet nobis, inquiramus etiam ea quæ pertinent ad voluptatem, & ipsa ad ostentationem apparemus, vereor ne quæ destruimus, ea ædificare videamur, & dum cæteros judicamus, nosmetipsos condemnemus, qui simulate vita utamur, modo in hanc, modo in illam formam mutati, nisi forte immutemus etiam vestimenta nostra tum, cum in viros claros & superbos inciderimus. Quod si id turpe est, longe turpius mensam nostram ob homines deliciis diffluentes commutare. (c) Si enim copia ciborum atque lautitia fratri voluptatem afferre volens, mensam tuam immutas; illius accusas amorem voluptatis, & iis quæ præparas, gulæ probro illum aspergis, his eum rebus arguens oblectari. (d) Quid igitur nobis cum apparatus sumtuosis? Accessit hospes aliquis? Si frater sit, & idem vitæ institutum sequatur, suam ipsius mensam agnoscat. Quæ enim reliquit domi, ea inventurus est apud nos. At fatigatus est ex itinere? tantum afferimus levamenti, quantum requiritur ad lassitudinem sublevandam. Advenit alius sæculo huic addictus? Ex factis discat quæ ei sermo non persuasit, & frugalitatis in escis servandæ formam & exemplar accipiat. Maneant E  
in ipso monumenta mensæ Christianorum, & ejus paupertatis, quæ Christi causa citra verecundiam perferenda est. Quod si his ille minime commovebitur, ac potius deridebit, rursus nobis non exhibiturus est molestiam. (e) Nam circumcoursare nos, ac investigare ea quæ non ad necessarium usum requiruntur, sed quæ ad perniciosam voluptatem & ad inanem exitiosamque gloriam adinventæ fuerunt, non solum nobis turpe atque indecorum est, sed detrimentum etiam affert non leve, cum scilicet qui in

deliciis vivunt, & ventris voluptatibus metiuntur beatitudinem, nos quoque eisdem curis quibus ipsi cum admiratione & stupore incumbunt, distentos vident. (f) Inter epulandum ne tum quidem animam a Dei cogitatione habeamus otiosam, sed ex ipsa alimentorum natura, & corporis ea suscipientis structura, divinarum laudum materiam ducamur, quod varia ciborum genera qualitati corporum accommodata, ab eo qui omnia moderatur, inventa sint. Hora una capiendo cibo destinata, eademque per circuitum revertens, adeo ut ex viginti quatuor horis diei ac noctis, vix illa una ad curandum corpus insumatur, reliquæ in animi exercitatione.

2. (g) Qui enim sibi optime consulit, curabit animam quam maxime, hocque modis omnibus & sincerum & genuinum servare conabitur: carnis vero, sive fame conficiatur, sive cum frigore aut calore luctetur, sive a morbis excrucietur, sive violentum quid ab aliquibus perpetiatur, rationem parvam habebit, & ubi venire se in vitæ periculum viderit, haudquaquam apparebit timidus. Si quis tamen voluerit corpus etiam commiserari, tamquam quod una possessio sit, quæ animæ necessaria est, eique ad vitam in terra degendam suppetias fert, exiguam necessitatum ejus curam suscipiet, ut illud & sustentet tantum, & per mediocrem curam sanum conservet ad animæ ministerium, non ita autem ut ipsum satietate lascivire sinat. His enim illud sibi comparabit & minime rebelle, & ad cœleste iter conficiendum nullo non tempore expeditum, eritque auxilio majori ad ea quæ proposita sunt obeundamunia: sin autem insolens ac protervum esse permiserit, & quibusvis quotidie tamquam immanem quamdam bestiam oppleri, tum demum ipsius pondere ad terram violenter vergente attractus, jacebit inaniter ingemiscens. Quin & ad Dominum adductus, & terreni illius itineris sibi commissi fructum rogatus, nec reddere valens, plurimum lamentabitur, & in perpetuis tenebris habitabit, delicias, eorumque fallaciam non parum incusans, quibus salutis tempus sibi ademptum est. Sed nihil tunc utilitatis ex lacrymis capiet. *In inferno enim quis confitebitur tibi?* inquit David. (h) Venter est pessima fide in conventis, penum incustoditum, in quod cum multa reposueris, noxam quidem retinet, at non servat deposita. (i) Quæ igitur nobis ad cibum ac potum excogitata sunt, & quidquid petulantes divitiæ ultra necessitatem ad ingrati nihilque continentis ventris obsequium adinvenere, quando nostræ sunt, etiam si perpetuo infunduntur? Quæ ubi gustum in transitu dumtaxat modicæ quadam voluptate affecerint, mox tamquam molo-

<sup>f</sup> Ex epist.  
II. tom. 3.  
40.

<sup>g</sup> Ex Hom.  
quod mundanis ad-  
herendum non sit.  
tom. 2. 89.

<sup>p</sup> Sal. 6. 6.

<sup>h</sup> Ex Hom.  
de jejunio.  
ibid. 8.

<sup>i</sup> Ex Hom.  
quod mundanis ad-  
herendum non  
sit. ibid.  
88.



ita ac superflua ægre ferimus, ut in summum vitam discrimen venturi, si in visceribus diu permaneant. Mortem enim non paucis intulit satietas, fuitque in causa, cur nihil amplius degustarent. Nam vis illa qua animali providetur, temperatum ac parcum victum nullo negotio concoquit, & in corporis quod alitur substantiam vertit. At eadem ubi opiparos variosque cibos complexa est, nec deinde par est his omnino coquendis, tum diversa gignit morborum genera.

<sup>a</sup> Ex Homil. de ieiunio. ibid. 5.

Satietas lasciviz initium est. (a) Statim enim una cum deliciis, ebrietate, & omnis generis condimentis, prodit libidinis belluinz genus omne. Hinc equi insanientes in feminas fiunt homines, ob œstrum ac furorem quem in animo gignunt deliciæ. A temulentis orta est naturæ inversio, dum in masculino sexu femininum, in feminino masculinum quærunr. Siquidem pinguiore pastu ceu fumosi quidam vapores exhalantur, qui lucem sancti Spiritus in hominis mente irradiantem, quasi densa nubes interveniens, intercipiunt. (b) Ne igitur carni tuæ obsequare, somno, balneo, ac mollibus culictris, semper hanc repetens sententiam: *Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?* Quid foves quod paulo post interiturum est? Quid saginas te ipsum & pinguefacis? An ignoras quod quanto pinguius tibi corpus conficis, tanto gravio rem carcerem animæ struis? Corporearum enim virium abundantia, spiritus salutis impedimento est. (c) Oportet itaque quæ necessaria sunt ventri subministrare, non quæ sunt perquam jucunda, ut solent qui quosdam mentularum structores coquosque exquirunt, totamque terram ac mare vestigant, velut moroso hero tributa pendentes, digni miseratione ob ejusmodi occupationem, haud remissius quam qui in inferno versantur, excruciat, plane disseccantes ignem, cribro ferentes aquam, & in pertusam dolium infundentes, laborum finem nullum habentes.

<sup>b</sup> Ex Hom. in Psal. XXIX. tom. 1. 71. Psal. 29. 10.

<sup>c</sup> Ex Serm. de legendis libris Genesisium. tom. 2. 96.

(d) Quemadmodum igitur sitis efficit, ut jucundus sit potus, & sicut quæ prævit famem, epulas suaves reddit: ita quoque quæ sumuntur ædolia, condit abstinentia, atque edalcat. Dum enim mediam se interponit, ac deliciarum continuum usum interrumpit, sumtionem, utpote intermissam, tibi jucundam exhibebit. Proinde si vis tibi mentis apparare suavem, admitte ex abstinentia vicissitudinem. Tu vero, quod deliciis nimium addictus es, insipidas reddis tibi delicias imprudens, ac præ voluptatis amore voluptatem fugas. Nihil enim tam cupitum est, quod non abeat in fastidium, si perpetuo fruare. At quæ raro habentur, his avide frumtur.

<sup>d</sup> Ex Hom. de ieiunio. ibid. 3.

<sup>e</sup> Ex Hom. in ebriose. ibid. 68.

3. (e) Qui igitur ineunte die explorant ubi

computationes fiant, & cenopolia ac caupones collustrant, seque mutuo ad computandum conjungunt, & omnem animi curam in hæc infumunt, hos propheta deplorat. Non enim oculis eorum vacat suspicere in cœlum, ejusque pulchritudinem condiscere: sed ineunte statim die, sua exornant convivia, atque studium ac diligentiam in poculis apparandis ostendunt, vasa ad refrigerandum vinum, craterasque & phialas velut in pompa aliqua ac conventu publico disponentes, ut vasorum diversitas ipsis satietatem suffunderetur, & alternatio poculorum ac permutatio eos diu in bibendo detineat. Ordo in confusione, ac dispositio in re incomposita excogitatur. Ad hæc oriuntur de ampliore potu certamina contentionesque & lites, dum se mutuo ebrietate superare conantur. Atque certaminum horum præfectus diabolus est, & victoriæ præmium peccatum. Nam qui plus infuderit meri, is ex aliis reportat victoriam. Contendunt enim inter se, ac se ipsi ulciscuntur. Omnia sunt insipientia referta, omnia confusione, victi victoresque ebrii sunt, derident ministri. Labet manus, os non suscipit, venter dirumpitur, nec malum sustinet. Miserum corpus naturali vigore exsolutum undelibet diffluit, haud sustinens immodici potus violentiam. Miserabile spectaculum. Vitæ ætate florens, inter militares ordines clatus, aliorum manibus domum deportatur, quod se erigere non queat, neque propriis incedere pedibus. Vir qui terrore hostibus esse debuerat, pueris in foridendi occasionem præbet: sine ferro prostratus est, sine hostibus enectus. Vir armiger in ipso ætatis flore a vino consumptus nullo negotio & confectus, quidquid hostes voluerint perpeti paratus. Quis auctor est horum malorum? quis hæc machinatus est? (f) Convivium aciem effecisti: juventutis florem vino enecasti. Ac vocas quidem veluti amicum ad cœnam, ejicis autem mortuum, extincta a vino illius vita. (g) Quare differs, o homo, a brutis animantibus? Nonne rationis dono, qua a tuo conditore accepta, creaturæ cujuslibet princeps effectus es & dominus? Quisquis igitur se ipse intelligentia ac cognitione privat per ebrietatem, *comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Imo etiam dixerim ego temulentos rationis magis esse expertes quam ipsa pecora: quandoquidem quadrupedia omnia & bestię, certos ac constantes ad coitum morus impetusque habent: quorum autem anima ebrietate detinetur, & corpus calore præter naturam accedente impletur, hi omni tempore & omni hora ad impuros turpesque complexus concitantur. (h) Quemadmodum enim aqua igni est adversa: sic immodicum vinum rationem extin-

tin-

a. *Ibid.*

tinguit. (a) Enimvero quodnam brutum animal videndi audiendique sensu languescit ita, ut temulentus? Nonne ignorat familiarissimos, & ad alienos velut ad familiares ac necessarios accurrit? nonne sæpe numero umbras tamquam rivulos, aut convalles transfiliunt? Rursus eorum aures sonitu ac strepitu quodam quasi æstuantis maris implentur: terra vero sursum erigi videtur, & montes in orbem circumverti. His somni quidem graves sunt, & excussu difficiles, prope suffocantes, planeque morti vicini, vigilæ vero somnis stupidiore. **B** Nam insomnium quoddam est vita ipsorum, qui cum nec vestem habeant, neque quod in crastinum edant, regnant, & exercitiibus in ebrietate imperant, construunt urbes, ac pecunias elargiuntur. (b) Quid facis, o homo? Famulus profugit ab hero verberante: tu vero non recedis a vino, quod tuum quotidie caput percutit?

b. *Ex Hom. l. de iuniis. Ibid. 5.*

4. Modus utendi vino optimus est, corporis necessitas. Quod si fines prætergredieris, postridie venies capitis gravedine affectus, oscitans, vertigine laborans, putrefactum obolens vinum: omnia tibi circumferri, omnia circumvolvi videbuntur.

c. *Ex Hom. in ebriosos. Ibid. 67.*

(c) Postquam enim fuligine, quam vinum exhalans sursum emittit, repletæ sunt cerebri membranæ, caput ut intolerabilibus doloribus corripitur, ita super humeros rectum manere non valens, huc illuc super vertebrae butans, jactatur. (d) Quinetiam ipsa in fruendis voluptatibus incontinentia ex vino quasi ex fonte manifeste prorumpit; atque una cum mero irrepit impudicitia labes, quæ omnem pecorum in feminas insaniam, demonstrat procacitate ac lascivia ebriorum minorem esse. Et quidem bruta animalia naturæ terminos non ignorant: ebrii vero in masculo feminam, in femina masculum requirunt. Postquam enim animam ita perdidere, ut sint omnigenis maculis compuncti, præterea ipsam quoque corporis habitudinem corrumpunt. Etenim non ob immodicas solum voluptates, quibus velut furore quodam ad salacitatem concitantur, contabescunt ac diffiunt: sed ob ipsam etiam molem ac tumorem, corpus nimio humore repletum, luxumque & virali vigore solutum circumferunt. Horum lividi sunt oculi, subpallida superficiem cutis, spiritus impeditus ac coagmentatus, lingua resoluta, clamor indistinctus, strubantes pedes velut puerorum, spontaneæ superfuitarum egestiones quasi ab inanimatis profluentes. Ob luxum miserabiles, miserabiles quam qui in mari tempestate jactantur: quos fluctus alii aliis succedentes, ac demergentes, ex undis emergere non sinunt. Quemadmodum enim ja-

d. *Ibid. 66.*

Etata tempestate navigia cum plus æquo onerantur, onere ejecto necesse est allevari: ita & hi ea quæ ipsos gravant, necessario egerunt. Vix enim vomitu & dejectione ab onere liberantur, tanto miserabiliores infeliciter navigantibus, quantum hi quidem ventos & mare & externa impedimenta causantur; illi vero ebrietatis tempestatem sibi ipsis sponte asciscunt. Itaque qui a dæmonibus obsidentur, miseratione quidem digni sunt: ebrii vero eadem perpetentes, ne digni quidem sunt quorum misereamur, quandoquidem cum voluntario dæmone coluctantur. Hi præterea quædam ebrietatis pharmaca componunt, operam industriamque in eo ponentes, non ut ne quid mali a vino patiantur, sed ut ipsorum ebrietas jugis sit & assidua. Ac hujus mali finis nullus est. Nam ipsum se merum promovet ad amplius. Non enim levat necessitatem: sed alterius potus necessitatem inevitabilem inducit, exurens inebriatos, semperque desiderium plus bibendi provocans. (e) Et quemadmodum cava, dum in se torrentes confluant, plena esse videntur; sed ubi exundatio præterit, sicca aridaque relinquuntur: ita & ebriosorum os, restagnante vino, plenum quodam modo est, & madidum, sed simul ut paululum effluxit, sic cum & humoris expers deprehenditur.

e. *Ibid. 68.*

5. (f) Omnino igitur ab iis quæ mentem perturbant, abstinere oportet. Postquam enim multum introierit meri, quasi tyrannus quidam ad arcem ascendit; atque nihil non iniquum imperans, a summo vertice irrequietos in anima tumultus excitat. **D** Imo ratione ipsa in servitutem primum redacta, omnem ex disciplina concinnitatem confundit, & perturbat, risus indecoros, vocem turbulentam, procaces iras, cupiditates effrenatas, stimulum ac furorem ad omnem iniquam voluptatem provocantem excuscatans. Quamobrem non bibant vinum potentes, inquit, sive ii quibus aliqua præfectura, aut publicarum rerum administratio commissa; sive ii qui ob ætatis vigorem corporeis viribus pollent. Enimvero qui sunt ejusmodi; utpote suapte natura ad animi motus proni, postquam fomes etiam vini & incitamentum accessit, supereditata abunde materia, quæ apta est ustioni & idonea, velut flammam quamdam in sublime attollunt. \* Nam quemadmodum onere nimio depressa navis, ægre quo velis, impellitur; atque naufragio faciendo mirum in modum prona est: sic etiam corpora, quæcumque voluptatis libidine pluribus atque profusioribus deliciis, cutis curandæ gratia sese onerant, profundo perditionis pelago innatantia feruntur. (g) Quid vis Caini maledictionem tibi ipse ascisc-

f. *Ex Comment. in Esaiam. tom. 1. 269.*g. *Ex Hom. in ebriosos. tom. 2. 68.*

sce-

scere, ebrius factus, tremens, ac vagabundus per totam vitam? Corpus enim quod naturali fulcro destituitur, circumagi necesse est & contremiscere. Usquequo ebrietas? Periculum est ne tandem coenum lutumque pro homine fias, ita totus admixtus vino es, unaque pariter putruisti, vinum ex quotidiana crapula obolens, & hoc corruptum, perinde ut vasa nulli omnino usui idonea. (a) Si *ebriosis regnum Dei non possidebunt*, tu autem temulentus accedis ad jejunium; quid utilitatis auferis? Nam si te ebrietas excludit a regno cœlorum, quisnam tandem e jejunio fructus? An non vides quomodo qui in domandis equis, qui ad certamina aluntur, peritissimi sunt, cum instat certaminis dies, eos inedia præparant? tu contra, data opera temetipsum deprimis saturitate. Venter enim onustus non solum ad cursum, sed ne ad somnum quidem accommodus est; quandoquidem pondere oppressus, non potest quiescere, sed cogitur subinde semet nunc in dextrum, nunc in lævum latus vertere. (b) Ne igitur ad jejunii mysteria te introducat ebrietas. Non est per temulentiam aditus ad jejunium, quemadmodum nec ad justitiam accessus est per fraudationem, nec ad castimoniam per lasciviam, nec, ut summatim dicam, per nequitiam ad virtutem. Ebrietas ad lasciviam inducit, ad jejunium frugalitas. Athleta ante certamen exercetur: qui jejunaturus est, præparat se per abstinentiam. Ne velut ulciscens hos dies, ne veluti fucum facturus legislatori, ante hos quinque dies colloca crapulam. Nam laboras frustra, si corpus quidem conficis, nec tamen solatium esuritioni admoves. (c) Dominum non recipit ebrietas, Spiritum sanctum propellit. Fumus quidem abigit apes, dona vero spiritualia fugat crapula. Ut autem id minime patiamur, caveamus ne illi ingrato ventri obsequamur, ut æterna illa bona adipiscamur, in Christo Jesu Domino nostro, cui, unaque ejus Patri simul & sancto Spiritui; gloria, honor, & potestas, summumque decus, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

DE IRA ET ODIO.

SERMO XVII.

I. d **M**axima in Christianum accusatio est, expeditum esse & paratum ad vindictam, atque omnibus modis esse intentum, ut iis qui ipsi molestiam exhibuere, par pari referat. Quomodo enim alium edocebit ut nemini malum pro malo rependat; dum ipse nihil non molitur, ut

A vindictam sumat, ac sua vice lædentem afficiat molestia? haud imitans Davidis mansuetudinem, qui ait: *Si reddidi retribuenti- bus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis.* (e) Quapropter oportet compescere insanum ac vecordem animi motum, beatorum illius exemplorum memoria: quomodo ille petulantiam Semei mansuete perulerit. Non enim tempus dabat commotioni iræ: siquidem cogitationem suam transferebat in Deum. Ait nimirum: *Dominus dixit Semei, ut malediceret Davidi.* Quapropter cum vocaretur vir sanguinum, & vir iniquus, haudquaquam ei succensuit: sed se ipse humiliabat, quasi jure ac merito maledictis contumeliiisque laceffit. (f) Omnis enim reprehensio palam eum qui reprehenditur perstringens, ipsum vehementer torquet, cum peccati detegat turpitudinem; ita ut eum qui nullo delictorum suorum sensu tangebatur, non mediocri afficiat beneficio; quippe ad eorum conscientiam & ad veram pœnitentiam ipsum deducat. Quale enim corporis vulnus creat acrem dolorem ejusmodi, cujusmodi cruciatum animæ parit sermo objurgatorius, cum eorum qui turpitudine & opprobrio rerum male gestarum premuntur, conscientiam perstringit?

2. (g) Neque enim corporeus character ita proprius cujusquam deputatus est, ut animi Deum amantis pax & mansuetudo. Tali igitur conveniat, alios ad se trahere, ac omnibus ad se accedentibus præstare, ut veluti cujusdam unguenti fragrantia, morum suorum lenitate impleantur, ducem se aliis præbens ad optima, minime autem alium ad illicita sequens: (h) ac contentio- nis quidem studium aliis relinquat, imo ex illorum etiam animis extrahat, si fieri potest: ipse autem patientia molestias superet. Nam ulcisci se, cujusvis irati est: sed ipsa etiam ira superiorem esse, hoc hujus est solius, & si quis illi virtute consimilis, (i) Quale enim spectaculum? Quam præclara res est & admiratione digna, quæque propemodum naturam humanam superat, si homo qui multis impetitus est convitiis, E aut forte etiam in maxilla plagam accepit, & innumera alia perpeffus est, & dictis & factis ad extremam ignominiam tendentia, minime tamen præter modum ira effervescat, neque excitetur ad vindictam: sed mansuete & absque iracundia precetur pro convitiatore ut & præteritum ei peccatum condonetur, ac in posterum convenienti Dei cura dignus habeatur. Nunc vero nos inter cætera peccata, & illud maxime peccamus, persequimur nempe retributionem: neque pari mensura vices rependimus: sed ultra modum nos ipsos ulciscimur, nec in-

a Ex Hom. II. de ieiunio. Ibid. 7. 1. Cor. 6. 10.

b Ex Hom. I. de ieiunio. Ibid. 5.

c Ex Hom. I. de ieiunio. Ibid.

d Ex Comment. in Esai. tom. 1. 222.

Psal. 7. 5.

e Ex Hom. adversus iratos. tom. 2. 47.

2. Reg. 16. 10.

f Ex Comment. in Esai. tom. 1. 229.

g Ex dist. LIX. tom. 3. 83.

h Ibid. 83.

i Ex Comment. in Esai. tom. 1. 222.

dignamur solum si quapiam contumelia fuerimus vexati; sed si honore non affici-mur: eos quoque qui nobis minus honoris tribuerint, quam quo nos ipsos dignos esse existimamus, pro inimicis habemus.

<sup>a</sup> Ex Hom. adversus iratos. tom. 2. 46.

3. (a) Contumelia te affecit iratus quispiam, siste silentio malum, neque iram illius velut quoddam fluentum in animum tuum suscipiens, ventos imiteris, qui, quod illatum est, id reflatu repellunt. Maledixit ille? tu benedicas. Percussit? tu sustine. Depicit, teque facit nihili? tu tecum cogita ortum te esse ex terra, ac rursus in terram reverturum. Obscurum te dixit, ingloriumque & nihili hominem, qui infimo loco natus sit? tu te ipsum terram ac cinerem dicito. Illustrior non es patre nostro Abraham, qui se ipse ita appellavit. Indoctum & pauperem te dixit? tu te dicas vermem, teque ex stercore habere originem, Davidis verba usurpans. His etiam præclarum Moyse facinus adjice. Ille ab Aaron & Maria maledictis lacessitus, non Deum adversus eos interpellavit, sed pro eis oravit. (b) Tu igitur, si te pauperem appellaverit, si verum loquatur, perfer veritatem: si mentitur, quid ad te quod dixit? Neque efferaris obeas quæ verum excedunt laudes; neque ob contumelias quæ te non attingunt, exaspereris. An non vides quomodo sagittæ duriora, & quæ renituntur, soleant penetrare, in mollibus vero & quæ cedant, impetum suum frangere? Quid autem te perturbat pauperis cognomen? in mentem veniat tuæ naturæ, quod nudus ingressus es in mundum, nudusque es egressurus. Quid autem nudo pauperius est? Nihil grave audivisti. Quis umquam ob paupertatem abductus est in carcerem? pauperem esse non probrosum est: sed paupertatem generose non ferre. Ecquid stultius est ira? Sin tranquillus & sine ira permanseris, in cutis pudorem convitiatori, cum prudentiam re ipsa ostenderis atque modestiam. (c) Ut enim qui verberat sensu carentem, sibi ipse irrogat poenam: (nam nec hostem ulciscitur, nec iram sedat) ita quisquis hominem qui injuriis non movetur, probris ac maledictis lacessit, is cupiditatem suam solari ac mollire non potest. (d) Quod si par pari referas, & ex æquo insurgas adversus convitiatorem, quam tandem prætendes excusationem? quod te prior ad iram provocavit? Sed hoc qua venia dignum? Neque enim scortator qui culpam in meretricem transfert, tamquam quæ ad peccatum impulerit, remissius condemnatur. Nonne malum contumelia; cave imiteris. Nam inceperis alium, non sufficit ad excusationem. Imo vero æquius est, ut mihi persuadeo, intendi etiam adversum te querelam, quod ille exemplum quo emen-

<sup>b</sup> Ibid.

<sup>c</sup> Ibid. 46.

<sup>d</sup> Ibid.

Adaretur, nequaquam habuerit. Tu tamen videns iratum indecore se gerentem, non illius vitasti similitudinem: sed indignaris, acerbius objurgas, obluctaris; ideoque tua ipsius perturbatio aggredientis exordientisque defensio fit & excusatio. Etenim si malum ira est, cur malum non declinasti? Sin autem quidpiam est venia dignum, cur infensus es irascenti? \* Nam qui vaniloque contradicit, is quodammodo illi assimilis effici videtur. Propterea sapientem arbitrator Salomonem edixisse; *Ne quis stulto secundum ipsius insipientiam respondeat*. Quemadmodum enim qui imperatoris effigiem dedecore affecit, non aliter punitur, quam si in ipsum imperatorem peccasset: sic etiam peccato obnoxius is est, qui ei quem ad sui imaginem Deus creavit, injuriam intulerit.

4. (e) *Ne habitos una*, inquit, *cum viro iracundo*. Mala enim res, cum cane colligari, ac perpetuum latratum ferre. Fuge igitur congressum ejus atque consuetudinem, alioqui necesse tibi est aliquid viarum ipsius addiscere. Dixit rem contumeliosam, commovit & animum tuum. Quemadmodum canis latratus provocat canis alterius tumultum: ita quoque animum tuum prius sopitum ac quiescentem vox ejus ad iram concitavit, & alter alterum allatrastis, & ita demum alter alteri adversantes, ignominiosa verba velut fundas intorquetis. Dixit ille aliquid injuriosum: tu longe injuriosius respondisti, auspicantem atque aggredientem imitatus. Ille contumeliosi verbi receptis vicibus, commoveri non destitit: sed conversus peccatum suum adauxit. Superior evadere voluit verborum acerbitate. Tu rursus his auditis, supra modum attolleris, sicque malorum fit contentio. Qui autem in malorum certamine vincit, is magis miser est. (f) Ubi enim rationem semel exturbaverit iracundiæ vitium, atque dominium animæ usurpaverit, hominem profus convertit in belluam, & ne hominem quidem esse sinit. Quod enim venenatis venenum est, hoc idem ira est exasperatis. Fiunt rabidi canum in morem, insiliunt ut scorpium, mordent ut serpentes. Nam irati primum ignorant sese, deinde omnes similiter familiares atque necessarios. Per iram ensis acuitur, atque patratum homicidium humana manu: per hanc fratres alii alios ignorare: parentes quoque & liberi naturæ obliti sunt. Et quemadmodum torrentes ad loca cava confluentes, quidquid obvium est transversum trahunt: ita violenti ac impotentes irascentium impetus cunctos similiter invadunt. Nam eorum quæ molesta ipsis fuerunt, recordatione quasi cæstro exstimulati, effervescente in eis ira atque sub-

\* Uterque codex in libro cas Com. I in Esai.

Prov. 26. 4.

<sup>e</sup> Ex Hom. in La cæcis. Ibid. 307. Prov. 22. 24.

<sup>f</sup> Ex Hom. adversus iratos. Ibid. 45.

filiente, non prius cessant quam damnum aliquod inferant irritanti. Nam cum ira rebus irritantibus accensa est, ut ingenti lignorum congerie flamma, tum demum neque verbis explicabilia, neque factu tolerabilia spectacula videre licet: manus attolli adversus tribules, pedes temere insultantes, denique quidquid in conspectum venit, id furori ac insanix pro armis esse. Quod si ex adverso æquale malum renitens repererint, aliam videlicet iram & parem insaniam; ita demum inter se conferri, mutuo faciunt ac perpetiuntur quæ æquum est perpeti eos, qui sub ejusmodi dæmone militant.

(a) Mutuæ siquidem illæ offensiones, animique irritationes abjecti, primum quidem exiguæ sunt & curatu perfaciles: temporis vero progressu per contentionem auctæ, immedicabiles prorsus evadere consueverunt.

(b) Quamdiu enim quæ ex dissidio oboriuntur calumniæ, locum habuerint, tamdiu suspiciones in pejus augeri necesse est.

5. (c) Si igitur videris iratum dentes acuentem, cogita hominem ejusmodi similem esse apro, ut qui iracundiam internam

dentium affricu indicet. (d) Nam in malis pugnis miserior est qui vicit, quippe quia cum majori peccato abit. Contra serpentem illum dumtaxat iracundiæ tuæ vim exere.

(e) Quid enim Phineen justificavit? Nonne justa ira adversus scortatores? qui alioqui perquam mitis ac mansuetus, posteaquam Zambri cum scorto Madianitide palam & sine verecundia coeuntem vidisset, adeo ut ne contegerent quidem turpitudinis suæ infame spectaculum, hoc non perferens, ira opportune usus est, utroque hasta trans-

fixo. Rursus zelotes ille Elias quadringentos quinquaginta viros confusionis sacerdotes, & quadringentos viros sacerdotes lucorum, mensam Jezabel comedentes, consultissima ac sapienti ira in totius Israelis commodum interfecit. Sic ira plerumque actionum bonarum est ministra. (f) Libentius sane viderit quis amicum irascentem, quam alium colentem. \* Itaque hos imitari studeamus, neque contra nos sed adversus diabolum tantum, iracundiam armemus, si coeleste regnum assequi velimus, in Christo

Jesu Domino nostro, cui gloria & potestas, cum æterno ejus Patre, ac sanctissimo vivificanteque Spiritu, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

DE INVIDIA ET MALEVOLENTIA.

S E R M O XVIII.

**M**ultum nobis sollicitudinis injicit præsentis temporis difficultas, in quo ecclesiæ omnes commotæ sunt, & om-

S. Basilii Oper. Tom. III.

nes animæ cribrantur. Aperuerunt enim omnes immodice ora sua adversus confervos. Prædicatur libere mendacium, veritas absconditur. Et accusati quidem condemnantur sine judicio, accusatoribus vero creditur sine examine. (h) Jam enim longum

tempus est, ex quo verberatus calumniis, flagella accusationis perfero; contentus quod Dominum, qui arcana novit, calumniæ testem habeam. Sed quia multi jam silentium nostrum ad calumniarum confirmationem acceperunt, nec nos patientia existimant

adductos silere, sed quod contra veritatem hiscere non possimus; idcirco obsecro vestram in Christo dilectionem, ut concinnatas ab una parte calumnias non omnino admittatis ut veras: quandoquidem, ut scriptum est, *Neminem lex judicat, nisi prius audiat, & cognoscat quid fecerit.* (i) Objecto-

rum nobis criminum rationem a nobis postulate. Ac veritatem quidem si apud nos inveniatis, ne detis locum mendacio. Sin autem nos ad defensionem infirmos senseritis, tunc credite accusatoribus nostris, ut vera dicentibus. (k) Nam ora illorum comprimi

sermonibus nostris non possunt, imo verisimile est, illos etiam defensionibus nostris irritari, & majora ac graviora in nos machinari, conviciari & incusare: (l) quamquam æquo quidem judici res ipsæ sufficiunt ad declarandam veritatem: atque etiam si nos taceamus, licet vobis respicere ad ea quæ sunt.

(m) Ante omnia autem rogamus vos, qui nunc audituri estis, & postmodum lecturi, ut ne velitis ex multitudine verum a falso discernere, parti majori tributa palma: neque mente cæcutire, dignitatum habita ratione: neque aures obturare posterioribus, priorum agmini concessa victoria. (n) Oportet enim, ut auditor alteram aurem servet

absenti, idemque faciat, quod Alexander. Nam & illum ferunt, cum quidam ex familiaribus calumnia appeteretur, aurium quidem alteram accusatori præbuisse: alteram vero diligenter manu occlusisse; demonstrantem oportere ut qui recte judicaturus est, non totus statim a præoccupantibus abducatur: sed dimidium auditus integrum ad defensionem servet absenti.

2. (o) Solent enim quodam modo magnis potestatibus illiberales ejusmodi cultus adhærere: quibus cum desit bonum proprium unde cognoscantur, sese ex alienis malis commendant. (p) Et quemadmodum vul-

tures prata multa, multaque loca amœna & odorata prætervolantes, feruntur ad graveolentia; & quemadmodum muscæ quod sanum est prætereuntes, ad ulcera properant: ita invidi vitæ splendorem, & recte factorum magnitudinem ne aspiciunt quidem, sed in marcida & putrida irruunt. Est

R r igitur

a Ex epist. CCXIX. tom. 3. 181.

b Ex epist. LI X. tom. 3. 83.

c Ex Hom. in Laxcis. tom. 2. 306.

d Ex Hom. adversus Orates. Ibid. 46.

e Ibid. 48.

Num. 25. 2.

9. Reg. 18. 32. & 4m.

f Ex epist. XXI. tom. 3. 33.

h Ibid.

Tom. 7. 51. i Ibid. 189.

k Ibid.

l Ibid.

m Ex lib. adversus Eunomium. tom. 2. 113.

n Ex epist. XCIV. tom. 3. 103.

o Ex epist. CCLXXII. Ibid. 207.

p Ex Hom. de invidia tom. 2. 51.

g Ex epist. CCXXVI. Ibid. 188.

I. g M ultum nobis sollicitudinis injicit præsentis temporis difficultas, in quo ecclesiæ omnes commotæ sunt, & om-

igitur operæ pretium ut qui recte sapiunt, **A**tum verbis efferens, sed ut ei calamitatem  
idem quod Alexander factitent: (a) qui cum graviorem efficiat. (k) Ejusmodi Saul erat, **K** *Ibid.* 50.  
epistolam contra medicum ut insidiatorem cui beneficiorum magnitudo bellum Davidi  
accepisset; atque hoc ipso tempore medi- inferendi ansa erat & origo, atque conaba-  
camentum ad bibendum sumeret, tantum tur accepti beneficii auctorem hasta transfi-  
abfuit ut fidem adhiberet calumnianti, ut gere. Is enim cum ipso exercitu ex hostium  
simul legeret epistolam, & potionem bibe- manibus incolumis ereptus, & eo qui a Go-  
ret. (b) Et qui in proximum calumnias ef- liath inurebatur dedecore liberatus, sua eum  
fundunt, eorum quæ dicunt argumenta non manu interimere, atque insidiis de medio  
proferentes, comperientur sibi ipsi nomen tollere aggressus est: exinde Davide in fu-  
pravum asciscere ex illegitimo verborum gam acto, nec sic quidem odio finem impo-  
usu. Calumniantem enim quomodo voca- suit, sed postremum expeditione cum tribus  
re convenit, nisi ei cognomen, quod ex ipsa **B** electorum millibus adversus illum suscepta,  
re profiteretur, imponendo? Neque igitur deserta loca perscrutabatur. Ille scilicet ipso  
is qui nobis convitiatur, diabolus sit, sed persequutionis tempore cum deprehensus  
frater sit admonens in caritate, & ad emen- fuisset, possetque ab hoste facile occidi, cum  
dationem arguens, neque vos convitiatorum iterum a justo, qui injicere in eum manus no-  
auditores sitis, sed argumentorum judices: lebat, servatus esset incolumis, nequaquam  
neque ii, quibus maledicatur, incurati re- flexus est hoc beneficio: sed & rursus collige-  
linquantur, suo illis non indicato delicto. bat exercitum, & rursus illum persequaba-  
(c) Nam & convicti peccatum suum agnos- tur, quoad iterum ab eodem in spelunca in-  
cent: & vobis, postquam convicti fuerint, terceptus, & ejus virtutem præstiterit illu-  
venia erit apud Dominum, quod vos ex striorem, & suam ipsius nequitiam manife-  
peccatorum communione subtraxeritis: & stiosem reddiderit. De Josepho itidem igna-  
qui convicerint, mercedem habebunt, ut **C**ri quid agerent ejus fratres, haud absimile  
qui occultam malitiam patefecerint. Sed quid fecerunt. Nam si vera quidem sunt in-  
si antequam convincantur, eos condemne- somnia Joseph, qua arte fieri possit, ut non  
tis; ipsi quidem nihil lædentur, nisi quod omnino eveniant prænuntiata? sin autem  
rei omnium nobis pretiosissimæ, caritatis falsa somniorum visa, cur invident aber-  
vobiscum intercedentis, jacturam facient: ranti? (l) Sed revera est diaboli proprium  
vos vero & hoc idem pati, si eos non habe- hoc malum, invidia: quæ nec verbis expri-  
tis, & cum Evangelio videbimini pugnare mi potest, nec medelam admittit. Cui ca-  
dicenti: *Numquid lex nostra judicat hominem, put dolet, is medico declarat capitis dolo-  
nisi prius audierit, & cognoverit quid faciat?* rem: qui invidiæ morbo laborat, ecquid  
(d) Nolite, fratres reverendissimi, nolite dixerit? Exhibent mihi molestiam fratris  
hoc ferre, (e) hanc nostram obrestationem bona? Verum id est: at dicere unumquem-  
ne eludatis, (f) ne ad nos perveniat formi- que pudet. Quid doles? tuumne ipsius ma-  
danda prophetia Domini nostri, qui dixit: lum an alienum bonum? Peculiare est haud  
*Quoniam abundavit iniquitas, refrigescet car- dubie diaboli malum, invidia. (m) Quem-*  
ritas multorum.

3. (g) Nam sicut rubigo lues est frumenti **m** *Ex Hom. de invidia. Ibid.* 51.  
propria: sic invidia amicitia est morbus. Et  
quemadmodum ex bono consequens est, ut  
invidia careat: sic invidia diabolum sequi-  
tur. (h) Et sicut rubigo ferrum, sic invidia **n** *Ex Hom. dicta in La- cixjs. Ibid.* 307.  
infectam ipsa animam absumit. Imo vero  
quemadmodum viperas tradunt exeso ma-  
terno utero nasci: ita quoque solet invidia  
parientem se animam vorare. (i) Invidus **E**  
ac malevolus unicum miseriae suæ levamen  
expectat, sicubi videat quempiam ex iis  
quibus invidet, ruentem. Hæc est odii me-  
ta, cum qui invidetur, miserum ex felici  
videre, & eum qui beatus habebatur, infe-  
licem fieri. Tunc initur foedus, & fit ami-  
cus cum viderit lacrymantem, cum lugen-  
tem conspexerit. Et vero non lætatur cum  
hilari, sed cum lugente lacrymatur. Atque  
vitæ mutationem, ex quibus in quæ excide-  
rit, miseratur, non humanitate quapiam,  
nec ullo commiserationis sensu priorem sta-

quod ipsius inopiam habeant illi unde expleant. (a) Pantheris ipsis insita est naturalis quædam in hominem ira, & maxime solent hominibus in oculos involare. Itaque bellæ furorem ridere qui volunt, imaginem velut hominem ei in charta ponunt ob oculos. Illa autem præ nimia ira nihil cogitans, chartam velut hominem dilaniat, illicque suum in homines odium ostendit. Sic etiam diabolus suum in Deum odium patefecit in imagine, cum attingere Deum non posset.

4. (b) Velim itaque, o homo, maleficorum imitationem fugias, in infirmo animali astutias multas & insidias perspicuus, cuiusmodi istud est. Appetit ostrea carnem cancer: sed difficilis captu est ei hæc præda; propter testæ munimentum. Nam in fragili septo carnis teneritudinem natura communivit. Quapropter & hoc animal *ostreodermon* vocatur. Et quoniam duo cava accurate sibi invicem conjuncta, ostream ambiunt & circumplectuntur, forcipes cancri necessario inefficaces sunt. Quid igitur molitur? Cum viderit ostream in tranquillis locis non sine voluptate apricantem, & ad

solis radios valvas suas explicantem: tunc, elanculum injecto calculo, plicaturam impedit, atque quod viribus deerat, id astu & dolo obtinere deprehenditur. Hæc est eorum quæ neque ratione, neque voce prædita sunt, malitia. Talis est qui ad fratrem fraudulenter accedit, adversamque proximi fortunam insidiosè imperit, & alienis insultat calamitatibus. Verum neque polypi præterierim dolum ac versutias, qui qualicumque tandem saxo adhæserit, illius induit colorem. Quamobrem plerique pisces improvide natantes in polypum uti in petram incidunt, paratamque versuto illi prædam sese offerunt. Talibus moribus sunt præditi, qui semper potestatibus dominantibus assentantur, seseque ad quoslibet modos ususque accommodant, nec in eadem animi sententia persistunt: sed alii atque alii facile fiunt, & sententiam mutant ad uniuscujusque gratiam conciliandam. Quos difficile est evitare, sibi que ab ipsorum nocu- mentis cavere, propterea quod eorum concinnata pravitas sub amicitie specie alte

contegitur. \* Intimum enim in cordis profundo continent odium, coloratam amicitia superficiem ostendunt, latentium in mari scopulorum more, qui quidem aqua occultati modica, improvisum incautis malum afferunt. (c) Ad calumnias igitur minime obmutescendum est: non ut refellendo nos ipsi vindicemus, sed ne prosperos successus habere mendacio permittamus, neque deceptis offensionem accipere sinamus. (d) Tribus enim damnium simul afferre calumniator solet; primum ei quem sal-

so insimulat: illi deinde apud quem accusat: postremum, ipse sibi. (e) Cum igitur calumniari & petulanti lingua ac improba mente aliquibus detrakere, opus sciamus esse hominum flagitiosorum, seque similitatibus oblectantium: qui autem per calumniam pravi esse visi sunt, si omni studio mendacium redarguendo propulsare conentur, id opus esse virorum, qui probi sunt, quique sibi privatim bene consulentes, multorum securitatem plurimi faciunt: priorum fugiamus malitiam: horum vero qui illis maxime sunt dissimiles, vitæ rationem & institutum imitemur, ut futurorum etiam bonorum participes efficiamur, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria, & potestas, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

DE TEMPERANTIA ET INCONTINENTIA.

SERMO XIX.

I. f. **A**lexander Macedonum rex, cum filias Darii captivas haberet, quarum incredibilis prædicabatur pulcritudo, ne aspiciere quidem dignatus est: turpe esse inquiens, virorum victorem vinci a mulieribus. Hoc tendit ad illud ipsum præceptum, *Qui viderit feminam ad concupiscendum, jam mœchatus est eam*: videlicet qui aspexerit mulierem libidinosè, quamquam adulterium opere non commisit, quoniam tamen concupiscentiam in animum admisit, crimine non vacat. (g) Si igitur ob fortuitos casus tantum periculum impendet obiter conspicientibus, quantum futurum est ob occursum, qui de industria fiunt, ut videantur mulieres indecore se gerentes, suoque gestus componentes ad lasciviam, & cantilenas molles canentes, quæ vel auditæ solum, omne voluptatis œstrum lascivientibus ingerere possunt? Quid igitur dicent, aut quid causabuntur, qui ex ejusmodi spectaculis ingens malorum examen sibi collegere? Obnoxii igitur sunt iudicio adulterii secundum inevitabilem Domini sententiam. \* Nam possumus & sermone adulterari, & oculis mœchari, ipso quoque inquinari auditu, dignaque piaculo flagitia corde admittere, nec non immoderato cibi potusque usu temperantiæ finibus excidere. Qui vero per continentiam sub virginitatis regula in his omnibus permanserit, is palam ostendit se prorsus perfectæ virginitatis gratia donatum. (h) Si quis autem verbo virginitatem professus, re ipsa quæ conjugatorum sunt facit, palam est eum virginitatis quidem honestatem per-

Rr 2 sequi,

a Ibid.

b Ex Hom. VII. in Hæsem. tom. 1. 35.

c Ex Hb. adversus Eusebium. tom. 1. 113.

f Ex Scrm. de legendis libris Genesim. tom. 2. 95.

g Matth. 5. 28.

h Ex Hom. in ebriosos. Ibid. 69.

\* Uterque codex indicat Etsi.

c Ex epist. CCVII. tom. 3. 169.

d Ex epist. CCIV. Ibid. 166.

\* Uterque codex indicat Commens. in Etsi.

h Ex epist. LV. tom. 3. 81.

sequi, sed nequaquam ab indecora voluptate abstinere.

<sup>a</sup> Ex Comment. in Esai. tom. 1. 202.

2. (a) Neque igitur qui inæqualis est animi circa castitatem, purus est, sed qui carnis petulantiam subiecit spiritui. Qui vero temperantiæ desiderio capitur, historiam Joseph sapius evolvat, atque hinc egregia temperantiæ facinora discat, quem non solum temperantem voluptatibus reperiet, sed summum virtutis habitum habuisse.

<sup>b</sup> Ex Hom. in Gordium mart. tom. 2. 76.

(b) Est enim hortamentum ad castitatem vita Josephi: incitamentum vero ad fortitudinem historia Sampsonis est.

<sup>c</sup> Ex Comment. in Esai. tom. 1. 216.

(c) Veram temperantem continentemque non eum dicimus, in quo præ senio vel morbo, aut alio quopiam casu extincti sint libidinis appetitus. Huic enim insidet quidem vitium ipsum: actio vero præpeditur per organorum infirmitatem. Sed continentia vera, est facultas cognitionis conciliatrix, quæ in intimo animæ recessu impressa, intestinâ turpium motuum vestigia delet.

<sup>d</sup> Ex lib. de Virg. infra n. 64.

(d) Laudari ergo ob castitatem non debent quibus abscissa genitalia. Neque enim equos, quod cornu non feriant, laudamus; sed eos quidem, si non calcitent, laudamus: in bobus autem, si cornu non feriant, mansuetudinem merito probamus. Non enim in quo quis non potest, sed in quo cum possit, ad injuriam potestate non utitur, admirationem habet.

<sup>e</sup> Ex Hom. in sanctum baptismum. tom. 2. 63.

(e) Itaque continentia in senectute continentia non est: sed animus ad lascivendum invalidus. Mortuus non coronatur: nemo ideo justus, quod ei mali faciendi facultas non sit.

<sup>f</sup> Ex Serm. de legendis libris Genesium. ibid. 97.

(f) Quapropter corpus castigandum est & cohibendum, haud secus ac impetus cujusdam belluæ; atque si tumultus qui ab ipso in anima excitatur, ratione veluti flagro compescendi sunt; non autem habenis voluptati omnino laxatis negligenda mens est, adeo ut quasi auriga qui ab equis effrenis violenterque agitat abreptus sit, ducatur. Nec abs re erit Pythagoræ meminisse, qui cum didicisset aliquem ex familiaribus sese & exercitationibus & escis valde admodum saginare, & carnosum reddere: Sic, inquit, non defines graviolem tibi metipsum carcerem exstruere? Unde dicunt & Platonem provenientis a corpore noxæ præscium, insalubrem Atticæ locum

<sup>g</sup> Ibid.

Academiam de industria elegisse, ut nimis bonum corporis statum quasi superfluum quamdam vitis feracitatem amputaret. Ego autem corporis habitudinem summe bonam etiam periculosam esse a medicis audivi. Nimia enim corporis cura & corpori ipsi inutilis est, & animæ officit; ei autem submittere se & obsequi manifesta infania. (g) Totum igitur corpus contemnendum est ei, qui in ipsius voluptatibus quasi in cœno nolit voluntari, aut tantum ei indulgendum est, in quantum, inquit Plato, philosophiæ inser-

vit, non longe aliter loquutus atque Paulus, qui monet nullam corporis habendam curam ad cupiditatum materiam. Rom. 13. 14.

3. Verum nostræ sese ita res habent.

(h) Mulieres lascivæ, timoris Dei oblitæ, æternum ignem aspernatæ, in illa ipsa die cum ob resurrectionis memoriam oportuerat eas in domibus sedere, ac recordari diei illius, in qua aperientur cœli, & apparebit iudex e cœlis, & tuba Dei, & resurrectio mortuorum, & iudicium justum, & redditiō unicuique juxta opus suum, cum de his cogitare debuissent, suæque corda a pravis cogitationibus purgare, & priora peccata lacrymis delere, atque ad Christi occursum promagno illo die apparitionis ejus sese præparare, servitutis Christi excusso jugo, velamentis honestatis a capite rejectis, contempto Deo, spretis ipsius angelis, virilem omnem aspectum citra pudorem ferentes, comas agitates, trahentes tunicas, ac pedibus simul ludentes, omnem juvenum libidinem in seipsis provocantes, in Martyrum basilicis pro mœnibus civitatis choros constituentes, loca sancta officinam obcenitatis suæ effecere. Cantilenis meretriciis ut aeream conspurcarunt, ita terram tripudiis pulsatam pedibus immundis foedarunt; spectaculum sibiipsis juvenum turbam undique statuentes, plane inverecundæ, prorsusque insipientes, nullum insanix modum omitentes. h Ex Hom. in ebriosos. ibid. 66.

(i) Rides, dic mihi, ac gaudes gaudium impudicum, cum lacrymari ob præterita & ingemiscere oporteret? Canis meretricias cantilenas, psalmis & hymnis, quos didicisti, ablegatis. Moves pedes, & more insipientium exsilis, ducisque quas non debere choreas, cum genua flexa oportuisset ad adorandum. Utras lugebo? puellasne nuptiarum inexpertas, an connubii jugo subditas? Illæ quidem amissa virginitate reversæ sunt, hæ vero pudicitiam maritis haud retulerunt. Nam si quæ forte peccatum vitarunt corpore, omnino tamen in animis corruptionem susceperunt. i Ibid. 129.

(k) Quapropter omnis mulier vestimenti cultu abutens, eo spoliatum iri se expectet. Quoniam enim incedunt etiam simul tunicas trahentes, quasi non utantur vestimento, sed abutantur, ideo justæ sunt vestimenti gloria privati. Nam & Dominus indumenti honorem a nobis aufert, si eo deprehendimur indigne uti, illud conculcantes & corporeis inquinamentis conspurcantes. Hoc autem vestimentum quodnam est? inquit, *Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis*, quem ab eis aufert Dominus, qui corpus proculcant per peccatum, & testamenti sanguinem pro polluto ac communi habent. k Ex Comment. in Esai. tom. 1. 247.

(l) Mulieres igitur ob corporis pulchritudinem ac elegantiam nimium sibi arrogantes,

4. (l) Mulieres igitur ob corporis pulchritudinem ac elegantiam nimium sibi arrogantes,

4. (l) Mulieres igitur ob corporis pulchritudinem ac elegantiam nimium sibi arrogantes,

4. (l) Mulieres igitur ob corporis pulchritudinem ac elegantiam nimium sibi arrogantes,

4. (l) Mulieres igitur ob corporis pulchritudinem ac elegantiam nimium sibi arrogantes,

4. (l) Mulieres igitur ob corporis pulchritudinem ac elegantiam nimium sibi arrogantes,

4. (l) Mulieres igitur ob corporis pulchritudinem ac elegantiam nimium sibi arrogantes,

4. (l) Mulieres igitur ob corporis pulchritudinem ac elegantiam nimium sibi arrogantes,



tes, sese supra ceteras efferunt, fastu inani A  
 utuntur atque de re cito marcescente & eva-  
 nescente gloriantur : deinde collum in subli-  
 me erectum ferunt, ut earum vultus valeat  
 omnium oculis spectari. Pudica sane moda-  
 stisque ornata moribus, defixis præ pudore  
 in terram oculis, faciem habet deorsum de-  
 missam : impudica vero & quæ pulcritudinis  
 suæ laqueos captare ac venari multos in ani-  
 mum induxit, incedit surrecto collo : & in  
 nutibus oculorum, impuritatem animæ de-  
 clarat, atque aspectu ipso exitiosum quod-  
 dam virus jaculatur. Sane simile quiddam B  
 narrat rumor de basilisco, quem ferunt solo  
 intuitu interficere spectatores. (a) Quia au-  
 tem quidam colores a mulieribus ad deco-  
 randam faciem valde exquiruntur, albus,  
 rubens, & alius niger : ac albus quidem can-  
 dorem ementitur corporis : rubens in genis  
 efflorescit : niger in modum lunæ in cornua  
 curvatur circum oculos supercilia depingit :  
 hæc quoque se erepturum Dominus commi-  
 natur. Hæc quidem dicit, ne virorum cir-  
 cumveniat continencia, neve ejusmodi  
 picturis miserabilium oculi juvenum corri-  
 piantur. \* Improbi enim mulierum affectus  
 infirmos eorum, qui cum illis versantur, ani-  
 mos demergunt. Audiant viri, (b) audiant  
 mulieres, quomodo vel apud bruta anima-  
 lia, frequentium nuptiarum dedecori ante-  
 ponatur viduitatis pudicitia honestasque .  
 (c) Alii inimici mortuis reconciliantur, no-  
 vercæ odisse post mortem incipiunt. (d) Sed  
 ferunt turturam a conjugate separatam, num-  
 quam cum alio inire societatem, sed viduam  
 permanere : utpote quæ ob prioris conjugis  
 memoriam, alterius conjugium abnuat .  
 \* Quid igitur nobis esse possit miserius, qui  
 non solum similem bestiis erga conjuges  
 amorem non ostendimus, sed contrariam  
 Domini præceptis ingredimur viam ? surre-  
 cto collo, & in nutibus oculorum, colorum-  
 que fucis aliorum suffuramur temperan-  
 tiam : (e) quæ tum a nobis profusa auferen-  
 tur, cum omnia coram iudice sistuntur nuda ;  
 quandoquidem concidet supercilium, gena  
 præ se feret tristitiam, color lividus erit præ  
 timore, ac recipiet unusquisque secundum  
 opera sua. \* Quæ animo & cogitatione com-  
 plexi carissimi, festinemus dum tempus est,  
 vitæ nostræ actiones ad Dei omnipotentis  
 normam dirigere, ut futurorum etiam bo-  
 norum participes efficiamur, in Christo Je-  
 su Domino nostro, cui gloria in sæcula sæcu-  
 lorum. Amen.

DE HUMILITATE ET INANI GLORIA.

SERMO XX.

r. f. Fieri non potest, ut is qui infimo  
 ultimoque loco erga omnes habe-  
 ri non vult, queat unquam aut dum convi-  
 ciis impetitur, iræ dominari, aut dum af-  
 ficitur, per patientiam tentationes sup-  
 rare. Qui enim ad summam humilitatem  
 pervenit, is cum in conviciis suam vilita-  
 tem majorem prior agnoscat, ob verba igno-  
 miniosa animo non commovebitur. Sed si  
 appelletur pauper, novit seipsum pauperem  
 esse, & omnium indigum, ac quotidiano  
 Domini stipendio opus habere : si vero vo-  
 catur ignobilis & obsecutus, prius sibi in suo  
 corde conscius est, procreatum esse se ex  
 luto : atque, ut breviter dicam, (g) ille  
 demum apud Deum magnus est, qui humi-  
 lem se proximo exhibet, criminaque licet  
 falso intentata, inverecunde in se recipit,  
 ut summam utilitatem, pacem nimirum,  
 fratri gratificari valeat. \* Nam perinde dif-  
 ficile est, in rerum angustia æquam men-  
 tem servare, ac in earum amplitudine, ab  
 insolentia temperatam. (h) Superba sempe  
 ingenia quo plus officiose colueris, eo se-  
 ipsis fastidiosiora effici consueverunt. (i)  
 Humili autem ac demisso sensui tristis oculus  
 convenit & deorsum vergens, habitus  
 neglectus, squalida coma, vestis sordida ;  
 adeo ut quæ lugentes data opera faciunt, ea  
 sua sponte nobis inesse videantur. Tunica  
 cingulo ac corpore adstricta sit : cinctus ne-  
 que ilia exsuperet, id enim muliebres, ne-  
 que laxus ita ut tunica diffluat ; id enim mol-  
 le. Incessus esto nec segnis, ne animum dis-  
 solutum arguat ; nec rursus vehemens ac  
 superbus, ne stolidos animi impetus indi-  
 cet. Unus vestimenti scopus, ut idoneum  
 sit carnis ad hiemem & æstatem operimen-  
 tum. Neque vero in colore floridum exqui-  
 ratur, neque in opere tenue ac molle. Ex-  
 enim in veste pigmentorum lautitias con-  
 spectari, non ab simile est venustatis studio,  
 quo mulieres ducuntur, dum genas & cri-  
 nes alieno flore inficiunt. Sed & eo usque  
 crassa tunica sit, ut socia opus non habeat,  
 ad eum qui induitur calefaciendum. Cal-  
 cearium autem pretio quidem vili, sed cui  
 nihil desit ad usum explendum. \* Humilis  
 enim abjectique animi exercitatio, in vi-  
 liorum tenuiorumque rerum conversatio-  
 ne consistit, gloriæ cupidis medicinam ab-  
 ferens. \* Inanis autem gloriæ affectator ille  
 est, qui abjectissimæ hujus sæculi gloriæ  
 causa, quidpiam aut facit, aut dicit. Ex-  
 empli

f Ex Hom. in Ps. LXI. ibid. 104.

g Ex epist. CCXIX. tom. 3. 181.

h Ex epist. CCXXXIX. ibid. n. 2. i Ex epist. II. ibid. 39.

\* Unus codex indicat Commens. in Esai.

a Ibid. 247.

b Ex Hom. VIII. in Hebraem. ibid. 41.

c Ex epist. CLX. tom. 3. 138.

d Ex Hom. VIII. in Hebraem. tom. 3. 41.

\* Uterque codex indicat Commens. in Esai.

e Ex Commens. in Esai. tom. 1. 247.

\* Uterque codex indicat Commens. in Esai.

empli gratia, (a) Qui facit elemosynam ad accipiendam ab hominibus gloriam, recipit suam mercedem, neque misericors est neque munificus. Item quicumque temperans est ad ineundam ab hominibus gratiam, temperans non est, cum virtutem non querat, sed gloriam ex ea proventuram venetur. (b) Nam Ananiam initio licebat possessionem suam Deo non polliceri ac vovere: sed postquam ad humanam gloriam respiciens, possessionem suam Deo per pollicitationem consecravit, ut hominibus ob munificentiam esset admirationi, parte pretii seposita, ejusmodi adversum se indignationem Domini commovit, cujus Petrus minister fuit, ut ne poenitentiae quidem spatium inveniret. (c) Dominus enim qui superbis resistit, & humiliat peccatores usque ad terram, hic ipse superbiorum contumeliam depressurum se pollicetur. Qui igitur humiliat superbos, idem illos ab ea similitudine quam cum diabolo superbiae parente habent, liberat; & eos inducit, ut fiant discipuli ejus, qui ait: *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* \* Quid de te magnificentius cogitas, quod populorum agmina cecideris, atque civitatum potentatus subverteris? Nonne ea etiam ratione securis inolescere possit, quod excelsas superbasque arbores humi dejiciat? ipsa quoque ferra, quod solida firmaque ligna dividat? At vero neque sine manibus scindit securis, nec absque trahente se dividere terra potest.

2. (d) Quod si proximum peccantem videris, cave consideres ipsius peccatum solum: sed etiam quae fecit aut facit recte, cogita; & saepe eum deprehendes teipso meliorem, expensis rebus omnibus, non una dumtaxat parte examinata. Neque enim Deus hominem ex parte expendit: *Ego enim, inquit, opera & cogitationes eorum venio congregaturus.* Quinetiam cum Josaphat aliquando ob praesens peccatum increparet, meminit quoque recte factorum ipsius, his verbis: *Verumtamen verba bona inventa sunt in te.* (e) Qui igitur multis magnisque peccatis obnoxius est, eum saepe liberat humilitas. Itaque ne te ipse praeter altero justificaveris, nequando Dei sententia, etsi tua justificatus, condemnare. Perpetraste te boni aliquid arbitraris: age gratias Deo, nec te extolle contra proximum. Quid enim proximum juvisti, quod fidem es confessus, aut exilium perpeffus ob Christi nomen, aut jejunii labores constanter pertulisti? Lucrum tuum est, non alterius. Time ne similiter cadas atque diabolus, qui elatus contra hominem, ab homine prostratus est, & vice scabelli traditus est conculcato. In summa, memineris veri illius pro-

verbii: *Superbis Deus resistit, humilibus vero dat gratiam.* Habe in promptu sententiam Domini: *Omnis qui se humiliat, exaltabitur.* Ne tuipsum fias iudex iniquus, neque ad gratiam expende, si videre tibi quidquam boni habere, illud numerans, delicta oblivioni ultro tradens: neque ob recte facta hodierna insolescas, neque recentium aut veterum malefactorum tibi veniam concedas: sed cum praesens reddiderit te elatum, revoca in memoriam antiquam agendi rationem, sicque stolidus tuus tumor cessabit.

(f) Et vero seipsum cognoscere, videtur esse res omnium difficillima. Non enim solum oculus extrinseca prospiciens, ad semet conspiciendum visu non utitur: sed & ipsa mens nostra acute peccatum alienum intuens ad propria agnoscenda delicta tarda est. (g) Ne sis in objurgando gravis, neque cito, neque animo commoto redarguas (hoc enim respicit arrogantiam quamdam) neque ob res parvi momenti condemnes, tamquam si ipse perfecte justus existas. Quos in peccato deprehendis, spiritualiter ipsos instrue, uti monet Apostolus, *considerans teipsum, ne & tu tenteris.* (h) Nam si qua re offendimus, commonefacti meliores evademus: si vero nihil delinquimus, cur odio habemur? (i) Hortor igitur hanc opinionem ex animo tuo ejicias, te nemine alio ad communionem indigere. Non enim est viri secundum caritatem ambulantis, aut Christi legem adimplentis, sese a fratrum conjunctione abscindere. Ne forte belli malum quod in orbem circumagitur, tandem aliquando ad nos etiam perveniat; ac si nos quoque una cum aliis injuriae participes simus, non inveniamus, qui commiserescant, eo quod latitiae tempore iis qui injuria afficiebantur, commiserationis symbolam non erogaverimus. (k) Mihi enim omnino ignorari magis studio fuit, quam gloriae cupidus in luce versari. (l) Tu igitur tantum studii in eo ponito ut ne apud homines gloria afficiare, quantum caeteri ut gloriam adipiscantur. At adeptus es praecelaram dignitatem, hominesque colunt te atque observant, & gloriam dant? Esto subditis similis. Nam qui vult primus esse, eum omnium servum esse Dominus justit. (m) Magnus ille Moses, quo nemo unquam tractabilior atque obedientior fuit, quando ad populum mittebatur, aiebat: *Obsecro, Domine, elige alium quem mittes.* Ex quo factum est ut Deus ipsum urgeret quasi pertinacius, utpote qui hac ipsa recusatatione & suae infirmitatis confessione se primatu dignum ostenderet. Quapropter egregia est admonitio illa: *Ne queras fieri iudex, ne forte non possis auferre iniquitates.* Attamen recusationem eorum, qui a seditiosis ad accipiendum principatum compellebantur,

Jacob. 4. 6.

Luc. 14. 11.

f Ex Hom. IX. in Hebraeorum tom. 1. 47.

g Ex Hom. de humilitate. tom. 2. 86.

Gal. 6. 1.

h Ex epist. LIX. tom. 3. 83.

i Ex epist. LXV. ibid. 86.

k Ex epist. CCX. ibid. 171.

l Ex Hom. de humilitate. tom. 2. 86.

Marc. 10. 44.

m Ex Comment. in Esai. tom. 1. 242.

Ecc. 4. 13.

Ecc. 7. 6.

gene-

generalem non fuisse declarat sermo propheticus. Non enim simpliciter ait : *Non ero princeps* : sed cum adjectione, *Non ero princeps populi hujus*. Atque causam subjunxit, *Quia lingua eorum cum iniquitate, bis qua*  
*Domini sunt, non obtemperant.* (a) Ac Moyses ad splendidissimum vitæ genus & ad tanti populi præfecturam accitus, abnuit & deprecatur : *Quis sum ut pergam ad Pharaonem regem Ægypti, & educam populum ex terra Ægypti?* Et rursus. *Præcor, Domine, non sum idoneus ante besternum, neque ante tertium diem, neque ex quo coepisti loqui ad famulum tuum.* Et iterum : *Supplico, Domine, elige alium qui possit, quem mittes.* Dominus autem ad illum : *Abi, & dux esto populi hujus, & mittam angelum meum ante te.* (b) Quid igitur Moyses? *Obsecro, Domine, nisi tu ipse proficiscaris ante nos, ne nos hinc educas.* (c) Esaias autem licet nihil hujusmodi audisset, sed esset solam mittendæ legationis necessitatem edoctus, se ipse libens obtulit, ac injecit sese in media pericula. (d) Quæ igitur horum virorum sententia? Moysis hæc erat cogitatio, populum illum peccatis obnoxium esse atque indigere eo, qui remittat peccata, id quod angeli præstare non possunt. Angeli enim mulctant quidem delinquentes, ac ulciscuntur, delicta vero non queunt condonare. Veniat igitur verus legislator, potens ille Servator, qui solus potestatem habet remittendorum peccatorum. \* Esaiæ vero, quod præ caritatis exuperantia atque ardore, nihil eorum quæ sibi a populo timere poterat, reputaret. Horum utriusque facta imitemur, ut futura quoque bona consequi possimus, in Christo Jesu Domino nostro, Patri, simul & sancto Spiritui, gloria, honor, potestas, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

DE prospera & adversa fortuna, & de prudentia.

SERMO XXI.

I. e. **R**es secundæ, & quarum studio plerique tenentur, stabilitatem ac diuturnitatem non habent, neque res adversæ ac tristes constanter perseverant : sed agitationi cuidam motuique & inopinatis mutationibus obnoxia sunt omnia. Neque enim corporis valetudo, neque juventutis flos, neque domus felicitas, neque reliqua vitæ prosperitas, diu durat : sed si in hac vitæ serenitate versaris, tamen rerum procellam ac tempestatem aliquando exspecta. Veniet enim morbus, veniet & paupertas, vento non semper a puppi surgente. Sed & virum in omnibus spectabilem ac æmulan-

dum invadunt inexpectata plerumque decora, atque improvisi casus quasi quidam turbines omnem felicitatem interturbant. Imo etiam assidua mala sunt tibi fluctuum loco, quorum alii aliis succedunt. Videbis vero aliquando & hæc præterlapsa, vitamque in hilaritatem & in vere jucundam tranquillitatem transmutatam. Quemadmodum enim fieri non potest, ut mare diu idem permaneat (quod enim nunc tranquillum ac stabiles vides, paulo post conspicias ventorum vi exasperatum; quod vero efferatum est & æstu effervescens, mox tranquillitas alta sedat); sic etiam res mundanæ in utramque partem facile convertuntur. Eam ob causam gubernatore opus est, ut & in vitæ tranquillitate omnibus ex animi sententia procedentibus, mutationes præstoletur, nec in præsentibus tamquam semper permanens conquiescat; neque in molestissimo etiam rerum statu meliora desperet, ne abundantiori mœstitia absorptus submergatur. (f) Nam ille demum intelligens est gubernator, qui subjæctæ naturæ habita ratione, ea quæ accidunt, tractat, quique sibi ipse similis semper permanens, neque rebus lætis effertur, neque in ærumnis animo concidit. Nam nauclero quidem non licet tranquillitatem facere cum voluerit; sed nobis tranquillam nobisipsis vitam constituere, etiam omnino facile, si tumultus intus ex vitiis insurgentes compescamus, & his quæ extrinsecus accidunt, altiore animo stabiliamus. Nam qui vitæ curis admodum detenti sunt, veluti carnosæ aves frustra alis instructæ una cum pecoribus humi serpunt.

2. (g) Plerique vero multis a juventute collectis, ubi ad mediam fere ætatem progressi sunt, nequitia spiritibus adversus eos tentationes excitantibus, tempestatibus, utpote gubernatione destituti, non sustinuerunt : sed omnium illarum rerum jacturam fecere. Ac alii quidem circa fidem naufragaverunt, alii, prava voluptate in modum procellæ cujusdam ingruente, comparatam ab juvena castitatem amiserunt. Miserabile spectaculum : post jejunium, post durum vitæ genus, post prolixas preces, post lacrymas large profusas, post continentiam annorum viginti, aut forte triginta etiam, per animi inconsiderantiam ac incuriam, nudum & spoliatum omnibus inveniri : ac similem fieri eum, qui præceptorum quæstu opulentus est, prædiviti cuiquam mercatori, qui ob copiam mercium lætus, secundo vento delata nave, horrenda maria emensus, diffracto ad ipsos portus navigio, derepente omnibus nudatur. Hujuscemodi enim hominum *Deus noster miseretur.* (h) Misericordia siquidem affectio est erga eos qui præter meritum depressi sunt,

a Ibid. 272.

Exod. 3. 11.

Exod. 4. 10.

Exod. 4. 13.

Exod. 32. 34.

b Ibid. 273.

Exod. 33. 15.

c Ibid. 272.

d Ibid. 273.

\* Uterque codex indicat Com. in Esai.

f Ex epist. CCXCIII. Rom. 3. 235.

g Ex Hom. in princip. Prov. 10m. 2. 60.

h Tim. 1. 19.

e Ex Hom. in princip. Prov. 10m. 2. 59.

h Ex Hom. in Psal. CXIV. Rom. 1. 108.

ab iis qui miseratione moventur profici-  
scens. Miseramur eum, qui ex magnis di-  
vitiis in extremam incidit paupertatem:  
eum, qui ex optima corporis habitudine  
ad summam redactus est debilitatem: eum,  
qui ob pulcritudinem ac elegantiam corpo-  
ris prægestiebat, sed a foedissimis ac turpis-  
simis morbis corruptus est. Quoniam igitur  
& nos in paradiso degentes, eramus ali-  
quando clari ac spectabiles, & tamen ob  
ejectionem, inglorii & abjecti evasimus,  
Deus nostri miseretur, dum quales nos ex  
qualibus facti simus, videt. Quapropter  
& Adamum hac misericordiae voce revoca-  
bat, dicens: *Adam ubi es?* Non enim edo-  
ceri quærebat omnium gnarus, sed intel-  
ligere ipsum volebat, qualis ex quali fa-  
ctus esset. *Ubi es?* quasi dicat: in quam rui-  
nam ex tanta sublimitate incidisti?

Gen. 3. 9

a Ex Com-  
ment. in  
Esai.  
ibid. 218.2. Cor. 11.  
24.b Ex Hom-  
in princip.  
Prov. 30.  
35.c Ex Com-  
ment. in  
Esai. tom. 1.  
224

d Ibid.

e Ibid. 234

1. Cor. 7. 15.

3. (a) Oportet itaque, rationem quæ  
tamquam iudex supremum in nobis locum  
sortita est, singula dijudicare & expende-  
re, utrum recipienda sint necne, atque  
etiam assensionibus, & animæ motibus non  
sine diligenti iudicio aditum concedere.  
Hoc enim est quod ait paulus: *Si enim nos-  
ipsos iudicavimus, non utique iudicavimus.*  
Ne igitur curiosius futura indages, sed  
præsentibus utiliter utere. Quid enim pro-  
dest cognitionem præcipere? Si certe bonum  
erit quod futurum est, eveniet, licet non  
prænoveris: sin molestum, quid juvat mœ-  
rore in antecessum consumi. (b) Duplex est  
prudentiæ nomen? Una enim suum ipsius  
commodum tuetur, sic tamen, ut simul  
struat proximo insidias, quali est serpentis  
prudencia, caput suum custodientis. Hæc  
videtur astuta quædam esse morum maligni-  
tas, quæ cito quod sibi utile est communi-  
scitur, ac simpliciores deprædatur: quali  
prudencia fuit villicus iniquitatis. Vera  
autem prudencia, agendorum & non agen-  
dorum cognitio est & secretio: quam qui se-  
quitur, numquam secedet a virtutis ope-  
ribus, numquam exitioso vitii jaculo trans-  
figetur.

4. (c) Quandoquidem unusquisque no-  
strum non potest per se invenire quid factum  
oporteat; propterea beneficus erga nos Deus,  
consiliarios dat non dominos. (d) Regis  
enim est imperare subditis, consilarii au-  
tem utilia suadere volentibus. (e) Itaque  
nostrum unusquisque se arbitretur, non ut  
principem semetipsum, sed ut consiliarium  
a Domino datum populo, existimet. Talis  
erat consiliarius novi testamenti Paulus,  
cum ait: *Consilium vero do, ut misericordiam  
consequeretur a Domino.* Magnum vero bene-  
ficio est, prudentis ac benevoli consilarii  
præsentia, qui quod deest prudentiæ consu-  
lentibus supplet. Quanta autem sit consilii

utilitas demonstrat in primis Moyses vir  
omni Ægyptiorum sapientia instructus, qui  
ut amicus amico, ita cum Deo colloqueba-  
tur. Is a locero suo Jethro consilium acce-  
pit, ut tribunos præficeret, centuriones,  
& decuriones, qui iudicaret populum. Da-  
vid quoque consultore usus Chusi est, per  
quem, militare Architophel consilium dis-  
sipavit. Atque, ut breviter dicam, divina  
prorsus res est consilium, voluntatum con-  
sensus est, caritatis fructus, humilitatis  
argumentum. Intoleranda enim arrogan-  
tia est, arbitrari nullius se indigere, sed sui  
solius sententiæ stare, ac si solus optima con-  
sulare valeat. Nos vero his qui recta consu-  
lunt, nos ipsi dedere pigramur: pudetque  
nobis in vivendi ratione prudentiores agno-  
scere. Qui autem consiliarium expectat,  
suis etiam ille cogitationibus opportunita-  
tem præbet, ut cum examine ac atten-  
tione diutius investigent quid deceat. (f)  
Valde igitur necessarium ac utile hominum  
vitæ consilium, quod nemo sibi ad ista solus  
sufficiat, sed adiutoribus magis indigeat ad  
rerum utilium delectum, quam ad ea quæ  
corpore perficiuntur. Quare qui consiliario  
caret, navis est gubernatore destituta, te-  
mere ventorum motibus permessa. Quod si  
in rerum leviorum deliberationibus consi-  
liarios adhibemus; cum deliberamus de  
anima & de rebus ei utilibus, nonne admi-  
rabiles nobis quærendi sunt consilarii? Qui  
autem, cum adest bonum consilium, vanæ  
cordis sui voluntati obsequitur, is similis  
est Roboam, qui spreto seniorum salutari  
consilio, juniores secum educatos sequutus  
est, per quos imperium in decem tribus  
amisit.

5. Sic instructa adversus justos consilia,  
in auctorum capita redundant, ut immixtæ  
in solida & obnitentia corpora sagittæ ad eos  
redeunt, a quibus sunt immixtæ. *Custodite*  
enim *Dominus omnes diligentes se, & omnes  
peccatores disperdet*: quoniam illi debetur  
omnis gloria, honor, & magnificentia,  
nunc, & semper, & in sæcula sæculorum.  
Amen.

## DE PROVIDENTIA.

### SERMO XXII.

1. g **T**anta est Creatoris in iubendo in-  
telligentiæ foecunditas, quantæ  
rerum creaturarum dissimilitudines & conve-  
nientiæ. Quæ omnia accurate recensere,  
perinde est ac si quis fluctus pelagi enume-  
rare, aut manus vola aquam maris adme-  
tiri conetur. (h) Quis enim possit cunctas  
proprietas ad volucrum vitam pertinen-  
tes

f Ibid. 239.

3. Reg. 12.

Psal. 144.  
20.g Ex Hom-  
VII. in Ho-  
nom. ibid.  
24h Ex Hom-  
VIII. in Ho-  
nom. ibid.  
40

tes accurate recensere? (a) Quomodo ciconia quidem omnes uno & eodem tempore his in locis ædificant: & sub uno signo omnes discedant: quod quidem a rationis intelligentia non longe abest. Quomodo autem stipent ipsas cornices, easque, ut mihi quidem videtur, deducant, & sociale quoddam illis auxilium præstent adversus hostiles aves. Cujus rei argumentum est, primum quidem, quod eo tempore nulla prorsus cornix appareat: deinde quod cum vulneribus redeunt, manifesta belli socialiter pugnantia indicia referant. Quis apud ipsas præscripsit hospitalitatis jura? Quis ipsis desertæ militiæ accusationem minatus est, adeo ut nulla a comitatu sese subtrahat. (b) Grues autem vicissim exercent excubias. Et quidem aliæ dormiunt: aliæ vero circumneutes, omnem ipsis securitatem per somnum exhibent. Deinde tempore vigiliarum peracto, hæc quidem clangore edito ad somnum convertitur: illa vero succedens, quam accepit securitatem, sua vice reddit. Hunc etiam in volatu ordinem servant. Alia enim alias itineris dux est; sed ubi per aliquod tempus statutum volatui præfuit; retro se recipiens, viæ ducatum insequenti tradit. (c) Vos autem qui non creditis futuram in resurrectione mutationem, revocata in mentem bombycis mutatione, manifestam resurrectionis notionem accipite. (d) Vos etiam qui mysterium nostrum ridetis, quasi impossibile & extra naturam sit, ut virgo pariat, virginitate illi integra permanente; cogitate Deum, cui hoc placuit, innumera ex natura argumenta ad rerum mirabilium fidem ipse antecessum proposuisse. Nam vulturibus absque ulla conjunctione parere dedit, licet maxime longævus: quippe quibus vita ad centum usque annos plerumque protendatur: atque ita in rebus omnibus, nobis perspicua miraculorum suorum monumenta reliquit.

2. (e) Est vero ipsis quoque piscibus suis sapiens quidam ac bene dispositus ordo, quorum unumquodque genus novit distinctam sibi a natura vitæ rationem: & in definitis sibi maris partibus perinde atque in civitatibus, aut vicis quibusdam, aut antiquis patris immoratur. Jamvero & pisces quidam peregrinare soliti, velut ex communi curia in externas regiones proficiscentes, sub uno signo omnes discedunt. Cum enim præscriptum ferandi tempus infortiter, alii ab aliis emigrantes sinibus, communi naturæ lege concitati, ad mare aquilonium festinant. Et quidem ipso ascensus tempore pisces coactos per Propontidem in Euxinum Pontum influentes, uti torrentem quemdam videre possis. Ecquis

S. Basilii Oper. Tom. III.

movet? quodnam est regis imperium? qualia edicta in foro exposita, præfinitum tempus indicant? Quinam hospitem advenarumque ductores? Vides divinam ordinationem cuncta complementem, atque per minutissima pervadentem. Piscis divinæ legi non adversatur, nos vero salutaribus præceptis non obsequimur. Cave pisces asperneris, quod omnino insipientes sint, & rationis expertes: sed time, ne etiam his inferior sis ratione; ordinationi conditoris obsistens. (f) Nullum piscium genus dimidia ex parte instructum est dentibus, ut bos & ovis apud nos: neque enim ipsorum quicumque ruminat, nisi scarus solus secundum quorundam narrationem. At vero omnes pisces acutissima condensatorum dentium acie communiuntur, ne esca dum diutius manditur, diffluat: nisi enim celeriter dissecta in ventrem detruderetur, extenuata per aquam dissiparetur. (g) Audi igitur eos, per ea quæ faciunt tantum non emittentes hanc vocem: Nos ad perpetuam generis conservationem longinquam hanc peregrinationem suscipimus. Non ipsis inest propria ratio: sed naturæ legem habent sibi fortiter insidentem, & quod agendum est suggerentem. Eamus, inquit, ad aquilonare pelagus. Dulcior est enim illa aqua quam reliquum mare, propterea quod sol brevi tempore in eo commorans, non ex eo per suos radios educit quidquid potui aptum est. Gaudent & marina aquis dulcibus. Unde & ad flumina sæpe enatant, proculque a mari discedunt. Hac de causa cæteris sinibus ab ipsis præfertur Pontus, velut ad fetus edendos atque enutriendos idoneus. Postquam vero id quod in votis erat, expletum abunde fuit; rursus omnes catervatim ad propria revertuntur. Et quæ sit redeundi ratio, a mutis audiamus. Aquilonare æquor, inquit, profundum non est, eumque supinum sit, violentis ventis exponitur, ac litora pauca & paucos recessus habet. Quapropter etiam ab imo solo ipsum facile concutiunt venti, adeo ut arena quæ in fundo subsidebat, fluctibus permisceatur: quin & frigidum est hiemis tempore, quippe quod a multis magnisque fluviis repletur. Propterea ipso in æstate moderate potiti, rursus hieme ad teporem in profundo conservatum, & ad aprica loca properant, atque septentrionales ventos graves & infestos fugientes, in sinus minus exagitados velut in portus sese recipiunt. Vidi hæc ego, & Dei in omnibus sapientiam admiratus sum. Bruta si prospiciunt sibi, ac propriam suam salutem servant, si novit piscis quid sibi eligendum sit aut fugiendum: quid nos sumus dicturi, qui ratione cohonestati, lege eruditi, pol-

Ss lici-

b. Ibid.

c. Ibid. 42.

d. Ibid. 41.

e. Es. Rom. VII. in Hæsem. Ibid. 36.

b. Ibid. 35.

b. Ibid. 36.

licitationibus invitati, & spiritu edocti, ad huc tamen res nostras ineptius quam pulces ipsi disponimus. Illi enim futura quodammodo providere norunt: nos autem spe futuri abjecta in belluinis voluptatibus vitam nostram absumimus.

Ex Hom. IX. in Hexaem. ibid. 44

3. (a) Quod si sermone percurramus, quanta hisce brutis animalibus ad conservandam suam vitam insit diligentia, quam edocta non sunt, sed quam natura habent; nonne ad nos ipsos custodiendos, & ad salutem animarum curandam impellemur, aut gravius condemnabimur, cum deprehensi fuerimus etiam ab imitatione pecorum abesse? Urta saepe numero profundissimis plagis sauciata, sibi ipsa medetur omni arte, dum herbas naturam siccam habente vulnera obturat, Vulpem quoque sibi ipsi lacrymis medicantem videre possis, Testudo vero viperæ carnibus exsatiata, noxam sibi a venenata bestia impendentem per adversam organum naturam evitat. Quin & serpens foeniculo pastus oculorum læsioni remedium adhibet. Boves etiam diu hiemis tempore inclusi, jam tandem redeunte vere, naturali sensu mutationem percipientes, stabulis ad exitus spectant & omnes ceu uno signo dato faciem convertunt. Oves vero, accedente hieme, pastum a vide vorant, quasi pro futura penuria victum sibi pararent. (b) Quid vero per hæc nobis hominibus indicatur? inesse nimirum quendam futuri sensum pecoribus; ut nos presentis vitæ non firmos addicti, sed ad futurum sæculum omne studium conferamus. (c) Unde inter innumeras oves agnus est abulis exiliens matris suæ vocem pavit, & ad ipsam defestinat, & proprios lactis fontes inquirit? Imo si in egenas matris mammæ incidit, tamen est illis contentus, plena & gravia ubera prætergressus. Unde iudam mater inter agnos quam plurimos proprium agnoscit. Vox una, idem color, similis omnium odor, quantum odoratum nostro objicitur. Sed tamen quidam inest in ipsis sensus, nostra comprehensione acutior, quo cuique quod suum est dignoscere licet. Nondum sunt dentes catulo, & tamen adversus eos qui molestiam sibi afferunt, sese per ostentur. Nondum cornua sunt vitulo: tamen novit ubi sibi arma enascentur: propterea quod Deus ipsorum opifex, rationis defectum majore sentiendi facultate compensavit.

Ibid.

4. (d) Nec quisquam incuset conditorem, quod animalia venenata produxit exitiosa ac vitæ nostræ adversantia. Aut pari ratione possit quis vituperare pedagogum, qui puerorum levitatem inconstantiamque in ordidientem redigit, quique plagis ac flagellis eorum lasciviam ac protervitatem castigat.

A Domino confidis? per fidem potestatem habes ambulandi super serpentes ac scorpiones.

Ibid. 46

(e) An non vides viperam Paulo farmenta colligenti adhaerentem, nullumque ei detrimentum inferentem, quod ille sanctus inventus est fide plenus? Quod si fide cares, non magis timeas bestiam, quam tuam ipsius incredulitatem, qua te ipsum omni corruptioni obnoxium effecisti. Nam quæcumque patimur mala, divina hæc ordinatione patimur. Neque enim nos perversis potestatibus cruciandos omnino permittit, sed ipse punitionum modum definit, habitaculum, quibus vult mederi, vitium ratione. Quidquid etiam boni divina vi nobis obvenit, gratiæ universæ perficientis operationem esse dicimus. Omnibus enim rebus providet Deus, omniumque curam gerit: omnia vigil semper oculus speculatur: omnibus adest, salutem unicuique spargens. Saepenumero igitur in tenuissimis etiam ejus relucet sapientia atque providentia. Qui enim coelum expandit, atque ingentes maria abyssos effudit, is ipse est qui tenuissimum capiculae stimulum fistulae instat excavavit, ita ut per eum venenum emittat. Nos igitur dicere cum propheta opportunum atque consentaneum est: *Quam magnificata sunt opera tua! Domine; omnia in sapientia fecisti.* Illi convenit gloria, & honor, & magnificentia, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

DE ANIMA. SERMO XXIII.

(f) Omne studium huc conferre ut corpus quam optime se habeat, non hominis est semet cognoscentis, neque intelligentis sapientem illam admonitionem, qua docemur, quod sub aspectum cadit, id hominem non esse, sed requiri sapientiam quamdam præstantiorem, qua quisque nostrum seipsum qualis tandem sit agnoscat. Hoc autem difficilius est mentem non puram habentibus, quam lippientem solem aspicere. (g) Nam nec in cera scribere potest, qui jam insitas litteras non deleverit: nec animo divina dogmata mandare, qui anticipatas & consuetudine opinionones ex eo non sustulerit, Nam si desit animæ bona cogitatio, deest ei videlicet illuminatio; non quod deficiat id quod illuminat, sed quia dormitat id quod debet illuminari. (h) Neque enim corpus quod non respirat vivere, neque anima quæ Conditorem non cognoscit, consistere potest Dei enim ignorantia animæ mors est. (i) Non igitur corpori inserviendum, nisi quantum maxime

Ex Serm. de legendis libris Genesim. 2. 97.

Ex epist. II. som. 3.

Ex Hom. ad sanctum baptisma. som. 2. 61.

Ex Serm. de legendis libris Genesim. ibid. 96.

necessarium; sed ea que potiora sunt, anime comparanda sunt, ita ut ipsam ex ea quam cum corporis affectionibus habet communione, tamquam ex carcere per philosophiam eximamus; simulque etiam corpus vitis atque libidinibus reddamus inexpugnabile. (a) Etenim qui corporis, ut se optime habeat, curam gerunt, animam autem illo usuram parvipendunt, nihil differunt ab iis qui circa instrumenta operam consumunt, artem vero per hæc operantem negligunt. (b) Neque igitur tuis, neque his que circum te sunt, sed tibi ipsi soli attende. Aliud enim sumus nos ipsi, aliud nostra, aliud que circa nos sunt. Nos quidem anima sumus & mens, secundum quam ad imaginem Conditoris sumus facti: nostra vero, corpus, & qui per ipsum sunt, sensus: circum nos autem pecunia, arces, & reliqua vite suppellex. Quare ne carni attende, nec ullo modo prosequere illius bona: sed animam eterna & excoele, eiusque adeo sis sollicitus, ut supervenientes illi ab improbitate fordes omnes, precibus ac oratione repurges.

2. Nam nec speculum fordidum imaginis speciem excipere potest, nec anima facili curis occupata, & tenebris, que ex carnis affectionibus offendantur, obscurata; Spiritus sancti illustrationes suscipere potest. Anima enim bona, natura pulchrum & honestum existimari debet. Animæ autem thesaurus est corporis indigentia: hæc enim divite, illa pauper est. (c) Et quemadmodum in stateram momenti unam lancem si degravabis, necesse est omnino ut oppositam reddas leviolem: ita etiam in corpore & animo, dum unum redundat, alterum necessario imminuitur. Fruente etiam corpore habitudine bona, æque obesitate aggravato, consequens est ut mens ad pecuniarum sibi actiones infirma sit ac debilis. Contra, animo se bene habente, sollicitam meditatione ad propriam magnitudinem erecto, sequitur bonam corporis habitudinem conturbare, & elanguere.

3. (d) Atque ut nulla disciplina nos edocuit morbum odisse, sed ex nobis metipsæ ea que molestiam creant, averfamur: ita & animæ inest quædam mali fuga citra doctrinam. Malum autem est omnis animæ morbus: virtus vero rationem obtinet sanitatis. Quidam enim sanitatem recte definiunt, esse actionum naturalium bonam habitudinem. Quod idem si quis quoque de bono animæ habitu dixerit, a decore non aberrabit. \* Nemo siquidem filium suum in foveam lapsurum aspernatur, aut si ceciderit, in ipsa eum ruina deserit: quanto vero gravius est, animam in profundum vitiorum delapsam, interitui permittere? \* Oportet itaque animum, affectibus quidem imperare, Deo vero servi-

re. Neque enim illi & peccatum & Deus dominari potest, sed improbitatem superare, omniumque rerum Domino subijci necesse est. (e) Quemadmodum vero arboris propria virtus est, tempestivo fructu scaterere, sed tamen ipsa etiam folia circum ramos exagitata aliquid ornamenti conciliant: ita & animæ quoque primarius fructus est veritas ipsa, sed tamen haud ingratus est externæ sapientiæ amictus, tamquam si folia quædam fructui & umbraculum & aspectum non inamoenum præbeant. \* Etenim nullus pictor adeo perfecte corporis effigiem, ut arcanos animi sensus oratio exprimit. Ejus igitur curam, quoad fieri poterit, geramus, ut bona futura assequamur, in Christo Jesu Domino nostro, cui una cum Patre, simul & sancto Spiritu, sit gloria, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

DE honore Parentibus exhibendo, ac de senectute atque juventute.

SERMO XXIV.

1. Illud, *Exsurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti*, potest quidem & ad resurrectionis mysterium referri: adeo ut Propheta judicem exhortetur, ut exurgat ad cujusmodi peccati ultionem, & ut mandata que nobis ante præscripsit ad exitum perducantur. Potest etiam & de statu ætæ, ut tunc erat; accipi, orante Propheta, ut iudex ad vindictam præcepti quod mandavit, exurgat. Præceptum autem erat

Da Deo datum: *Honore parentum tuorum* & mandatum, quod ipsum ejus filius fuerat transgressus. Ideo Deum adhortatur, ut non constantem & illum ipsum corrigat, & multos refrenet: sed exurgat in ira, & exurgens, proprium vindicet mandatum. Non enim, inquit, me ulcisceris, sed præceptum tuum neglectum, quod ipse mandasti. Constat enim fore, ut, castigato improbo uno, multi convertantur. (g) Porro cura, quam tironis senectæ senectis exhibent, potest vel sola liberos nostros, si attendere velint, ad parentum amorem excitare. Nemo enim homo est, qui ita prorsus mente destituarur, ut non turpe iudicet, ab avibus perquam brutis virtute superari. Illæ siquidem genitorem præ senio pennarum defluviis laborantem circumstantes, suis met pennis calefaciunt, suppeditantque abunde alimentum: quin subsidium ei, quoad fieri potest, in ipso volatu præstant, utrimque alis suis leniter sublevantes. Atque hoc ita apud omnes decantatum est, ut jam quidam beneficiorum remunerationem *antipeloponnesium* appellent.

a Ibid. 97.

b Ex Hom. in illud, Attende, tibi ipsi. Ibid. 10.

c Unus co-dex indicat epist.

d Ex Hom. in illud, Attende tibi ipsi. Ibid. 11.

e Ex Hom. IX. in Rom. tom. 1. 45.

f Unus co-dex indicat Mem. in Pf.

g Ex Sermonibus de laudibus libris Genesim. tom. 2. 97.

h Ex Hom. in Ps. VII. tom. 1. 55. Psal. 7. 8.

i Exod. 10. 12.

k Ex Rom. VIII. in Hebr. tom. 1. 40.

a Ex Com-  
ment. in  
Esa. ibid.  
287.  
E. ved. 20. 12.  
b Ex Hom.  
IX. in Ho-  
naem. ibid.  
45.  
Ephes. 6. 4.

c Ex Hom.  
VIII. in Ho-  
naem. ibid.  
41.

2. (a) Si vis igitur de rebus futuris certus esse, ea quae lege iubentur, exequere, bonorumque possessionem exspectato. *Honora patrem tuum & matrem tuam, ut bene tibi sit, & eris longevus super terram, quoniam Dominus Deus tuus dat tibi.* Grati enim & pii liberi magnas parentibus laudes conciliant. (b) Vos filii diligite parentes; Vos parentes nolite ad iracundiam provocare filios; divinus monerit Apostolus. Nam si leana amat fetus suos, & lupus pro suis catulis pugnat; quidnam dixerit homo, qui & praecepto non obtemperat, & ipsam adulterat naturam, cum aut filius inhonestae patris senectutem, aut pater propter secundas nuptias priorum filiorum obliviscitur. (c) Aquila in educanda prole iniquissima est. Etenim ubi pullos duos exclusit, horum alterum deiecit in terram, ac pennarum verberibus protrudit; alterum autem dumtaxat assumptum pro suo habet, atque quem genuit, propter victus comparandi difficultatem abdicat. Sed, ut ajunt, perire hunc non sinit ossifraga: ipsum enim susceptum una cum propriis suis pullis educat. Tales sunt parentes illi, qui paupertatis praetextu infantes exponunt, aut etiam in patrimonio distribuendo iniquissimi sunt erga liberos. Quemadmodum enim illis, ut essent, ex aequo tribuere: ita aequum est, ut eis vitae agenda facultatem pari aequalique ratione suppeditent. Cave imitoris earum alyum, quibus ungues adunci sunt, crudelitatem: quae tibi viderint suos fetus jam jam volatui maturos, alis eos verberantes, ac expellentes, ex nido eiciunt, ac deinceps nullam eorum curam suscipiunt. Amoris vero cornicis erga suos pullos emulorum praesta, quae ipsos jam volantes comitatur, alimoniamque subministrans, illos durissime enutrit.

3. Is enim qui mente infans & imprudens est, ab eo nihil differt, qui aetate est infans. *Canis es autem est prudentia in hominibus.* (d) Nam revera plus confert ad senioris commendationem senectus mentis, quam crinium albor. Etenim si quis ad exemplum sapientis Danielis corpore quidam juvenis

Sup. 4. 8.  
d Ex Com-  
ment. in  
Esa. ibid. 299.

mentis, vero capus, is potius iure pharis estimandus est, quam qui composis auribus cum animo impuro circumferunt. Nam ad Danielem, cum adhuc puer esset, & aetate sensibili junior, sed spiritali prudentia, sanitate, sobrietate, gratia tran- sivit, presbyterii. Sic nonnumquam accidit, senioribus vitam, negligenter, desidioseque ducentibus, juniores, eo quod propterea pescentem in ipsorum animis virtutem se- niores, suis, praestantiores, inveniri. Gra- vissima autem poena est ab insipienti juven- tute gubernari civitatem. (e) Est enim adolescentia levitatis, obnoxia & ad fugitiam propna; cupiditates effrenatas, beluinae irae, petulantia, contumelia, superbia & arro- gantia, vitia sunt una cum juvenente onu- tita. Excitatur invidia adversum virtutem praestantissimam, suspiciones habentur ad- versus domesticos. Innumerabilem malorum turba juvenissem comitatur, quorum omnium consortes esse subditos neces- se est. Quippe principum vitia, calamitates sunt subditorum. (f) Hinc illa ante postre- mam Jerosolymorum expugnationem flu- xere mala, cum inter se pugnaentes, sedi- tione & caede civitatem implevere, neque a suis hostibus ipsos undique obsidentibus ad concordiam, quae necessaria erat, cives sunt adducti: sed extrema sibi motuentea, civitate tantum non capta, dejectis muris, hostibus ingredientibus, in se invicem do- minii ac primatum obtinendorum studio in- valerunt. Atque haec ideo patiebantur, quod ablati esset ab eis propheta, & conje- ctos, senior, & admirabilis consiliarius: contra, supra ipsos constituti essent adole- scentes principes, & que dominantur decessores. Ut igitur nobis eadem quae ipsis non accidit, deus operam, ac nos invicem opprimamus, & murumque inter nos, hinc pacemque profsequamur, ut & vita integerrima, ac sine periculo tradita, futura bona consequamur, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria & potestas in saecula saeculorum. Amen.

Ibid. 240

Ibid. 241

Sup. 4. 8.

MONI-





Virginitas  
corporis,  
ancilla vir-  
ginitatis  
anima.

animæ, incorrupta servat corpora. Veri enim boni anima portionem concipiens, veluti penna quadam ad illud, nempe incorruptione, subiecta, & simili simile, id est, essentiam quam in se habet incorruptione, incorruptibilem Deum digne coli perspicens, corporis virginitatem, velut ancillam ad suam ipsius pulchritudinis famulatum adsciscit, eamque sibi adstantem sine incompellatione ad Deum contemplantur semper habere cupiens, obstrepentes illi corporis voluptates quam longissimo repellit. Atque ab his quidem, que sub ventre sunt, voluptatibus continentiam, corporis virginitatis ancillam, corporis autem virginitatem suam ipsius virginitatis ancillam facit: ita ut cuncta quidem omnia, & ciborum abstinentiam, & reliquam austeritatem, que cum voluptatibus per sensus contra corporis virginitatem fluentibus pugnat, sed & ipsam etiam corporis virginitatem, non propter aliud quidquam nisi propter semetipsam studiose exerceat; ut suam ipsius virginitatem incorruptam ab omni mala cogitatione custodiens, similitudinem cum incorruptibili Deo, qui jam in illa est, velut in purissimum speculum, gratiarum suarum splendorem immitrit, ad suam ipsius pulchritudinem & laudem consequatur. Quoniam igitur virginitas, veram illam dico, ut jam breviter promissa monstravit oratio, & progrediamur adhuc clarius demonstrabimus, incorrupta in anima pulchritudinis propria est, propter quam & corpora exerceatur præclare facit; stulti autem nemini virginitatis soli attendentes, nullam veram virginitatis curam gerunt; propterea necessario, ut epiphora, esse qui virginitatis coronam consequi cupiunt, pro viribus submonere conabor, ut ne inscienter præcipuum bonum negligentes, totam vitam in ancillæ cultu consumant, & eo quod nunquam illius dominam solvant, etiam corporis virginitatem non exornatam interiori pulchritudinis, post oculos sudores amittant. Ut igitur clare singula ad veram virginitatis pulchritudinem attentione cernaatur; ergo, quodnam ad propositum virgo respiciens, suam ipsius virginitatem exerceat, consideremus. Sic enim in singulis illius motibus, utrum ad propositum collineet scopum, an aliud sibi proponens & alio jaculans a suo ipsius proposito aberrat, nunquam in serena luce insuantes, quandoque verè virgo sit, cognoscere poterimus.

Origo naturalis le-  
gis masculi  
lum & fe-  
minam  
moris.

Ab origine autem quomodo ex natura se habeat femina ad marem, si ita placet, consideremus, ut & virginitatis scopum distincte explanatum conspiciamus. Ex paucis enim primis animantibus, tanquam ex primariis quibusdam seminibus, tum mun-

dum Creator implere vellet; cujusque speciei animalium, quasi unam quamdam radicem, corporalis animalis formam ab initio constituit. Hanc autem ab animali rationali usque ad omnem brutorum in animalium speciem, cum in marem & feminam dividit, ac feminam masculi incrementum efficit, stipulum maris complexus unicus, que semine arcantum natura indidit. Hæc vero ita a se invicem discissa irrequiritur amplexibus permixtionibus inter se complicans, ex complexu omnem animalium speciem ex antecessorum semine germinantem per secula multiplicat, dum ait: *Crescite & multiplicamini & replete terram.* Sic mundum, inquam, ab uno ex humano genere Adam, per universam terram innumeris gentium, varietatibus refertum ostendere volens, & ab uno ex unaquaque belluarum specie similiter cum innumeris quadrupedum, reptilium, volatilium, natatilium, & omnium animato animalium, formis scaturientem volens apparere; maris quidem potestati feminam subicit, masculum vero feminam voluptate demulcet. In quo quidem id quod masculi lares sumum est, ut partem totam quo sumum est, sumum esse & imperio parere sancivit: ut autem masculus, eam que ex se assumta est, appeteret, ac illius congressum persequendo, per hujusmodi copulam proprium membrum in seipsum reciperet, naturali quadam necessitate constituit. Sic duo ex uno, atque iterum ex duobus unum, masculum & feminam, sapienter ostendit. Atque mirum hunc complexum non esse solum, quos prius diximus, modis præstitis ipsorum corporibus jucundum & suavem: sed etiam multiplicandæ proles, que per congressum præluentibus hincis facibus suscitatur, studium ac desiderium ingens in sevit. Masculum quidem agentem utpote prius conditum, feminam vero patientem tamquam a maris parte avulsam ex ipsa natura efficit. Et ne femina veluti patientis, amoris affectu ad similis generis successionem impulsæ, auxilio destitueretur; feminam seu totum voluptatis medicamentum masculo paravit: atque violato quodam pondere, marem ad ipsam rapit, non ad masculum pertrahens feminam, sed per feminam voluptatem masculum ad ipsam captivum ducens. Quemadmodum enim magnes lapis arcanam quamdam vim in ferrum suapte natura sortitus, non ipse rapitur ad ferrum, sed erasus ferrum ad seipsum pertrahit: sic femine corpus non errabilem quamdam in masculum vim ductum, ignorantis etiam, ut ita quis dixerit, ipsius anima, maris corpus ultro ad consuetum pertrahit. Voluit hoc modo opem ferre inferiori animali rerum opifex, ut

ut sua ipsius voluptate marem incantans, non solum ob liberorum procreationem, verum etiam propter ipsum congressus cestrura, masculum defensore habere. *Mar. 10.7.* *Relinquet homo patrem suum & matrem, non femina, sed masculus ab invito stimulo ad feminam concubium impulsus. Et adhæret uxori vir, inquit, non uxor viro, & erunt duo in carne una.* Hoc autem imperium femineo sexui in suum dominum largiens Conditor, ipsam etiam corporis descriptionem ac formam feminam molliorem effinxit, ut tactu, aspectu, motu, membrorum denique molliæ, aspiciens & aspecta masculum voluptate molliet, sese undelibet ad omnem sensuum appulum offertens.

Virgini propositum est animam a corporis affectione abducere.

4. Cum autem ea vis corporibus nostris ob eam quam jam dixi causam insita sit, virgo animam æqualem, & eamdem essentiam cum viro tam feminam inesse perspiciens, & ex corporis in utroque sexu affectione, alteram effeminari considerans & alteram masculam fieri; atque etiam animas ex amatorio corporum, quibus alligatae sunt, congressu, innumeras recipere affectionum species; animam a corporis affectione semper conatur abducere: feminam vero erga masculum habitudinem, sese a corpore ad decus & ornatum sibi proprium convertendo, intercideri proficitur. Hoc iter virtutis peragere studens, non jam ipsam corporis erga masculum habitudinem considerat, sed animam, quæ in corpore incorporea est, qualis sit cum incorporeo Deo affinitas, veloci oculo intuetur; & incorporei amoris longe splendidiorem faciem accedens, sudoribus pro eo persudandis, nudam & voluptuam corporis in quo vivit in expertam semet ipsam exhibere conatur. Cum igitur divinum vere, & in gaminata animam propriam quidam sit virginitas; ac talis masculorum & femineorum corporum inter se habitudo; cumque virgo nullam femineæ voluptatis labem ex corpore trahens, ac omnibus carnis affectibus exuta, putam semet ipsam Deo, quem se proficitur diligere, exhibere conatur; participium est eam haud ignorantem violentorum prævium esse colorum regnum, vim inferre ad propositum scopum naturæ suæ debere; ita ut non solum stimulantem ad nuptias in corpore sic effesto voluptatem superet, sed etiam omni voluptatis specie fortiter resistat. Una enim cum sit genere voluptas, veluti foas quidam a carnibus scaturit; & velut in quinque canales, ita in quinque sensus divisa, per eos ad sensibilia ab intimis fluit. Quorum canalium unum quilibet, per proprium sensuum foramen, finientium suum in suum sensibile vehementer injiciens, quidquid sibi cognatum fuerit abluens

Virgo non solum stimulantem ad nuptias in corpore sic effesto voluptatem superet, sed etiam omni voluptatis specie fortiter resistat. Una enim cum sit genere voluptas, veluti foas quidam a carnibus scaturit; & velut in quinque canales, ita in quinque sensus divisa, per eos ad sensibilia ab intimis fluit. Quorum canalium unum quilibet, per proprium sensuum foramen, finientium suum in suum sensibile vehementer injiciens, quidquid sibi cognatum fuerit abluens

Ad se pertrahit: & carnali impletus limo, ac torrentis instar, rursus converso motu, ab exterioribus per eadem foramina in carnem voraces celeriter fluit, & animam quatiens perturbationum fluctibus submergit. Quamobrem necessario debet virgo sensuum metibus rationem custodem præficiens, cum eorum ad exteriora motum, nequaquam libero illis passim exitu concesso, moderatum ac tranquillum efficere, ne libere quocumque voluerint effusi, tandem aliquando animam ipsi supernatantem, ad ea quæ sibi propria sunt agitantem pertrahant; sum etiam eorum fluentum, dum extrinsecus in animam pronum relabitur, constrictis metibus percolare, & ab omni sordis purum transmittere, ne carnali limo exundans, quem per vitiosos affectus traxit, totam illam suis inquinamentis obrutans contaminet.

5. Igitur neque oculos ad omnem passim rerum visibilibus aspectum aperiet, ne dum omnem sine discrimine figurarum & formarum speciem adsciscit, suis illam imaginibus perturbent. Quinetiam dum ad aliqua aspicienda aperientur, ob necessarium ad hanc vitam lucis usum, corporis oculi animæ oculos claudet; ad veri autem luminis, & pulchritudinis, quæ ipsi hoc lumine ostenditur, considerationem, gratia ante clausos diligenter aperiet. Neque autem omni colloquio sine examine præbebit, sed pravis quidem sermonibus, veluti quidam graveolentis saporis impulsui eam obstrabit; honestis autem & purum stillantibus veritatibus laticem studiose accommodabit. Ergustum quidem suavibus semper inhiantem frangat; bit ratione, ad necessaria autem percipientem da sobrie temperabit. Tactum autem, ut illiberalissimum omnium sensuum, quique ceteros omnes propria levitate ad voluptatem veluti quibusdam prestigis pellit, purum ab omni prorsus cupiditatum macula quam accuratissime servabit. Hic enim in corpore diffusus, per totam illius superficiem, non eam solum quæ extrinsecus apparet, sed eam etiam quæ recondita est, ad vitiosos contactus tyrannidem in animam exercet. Manus autem maxime, ut opportunissimum quiddam apprehendens, per eas, veluti per quædam retia, omnes capit, quicumque in ea inciderint. Neque etiam immuena propriis prestigis relinquat aspectum. Sed ad confusos quidem colores, & asperas figuras, exasperans illum & confundens; ad ea autem quæ lævia sunt, & ad venustatem colore & specie formam haec capere valent, eminus eum perfundens & demulcens, suam ipsius potestatem per hunc etiam factis ostendit. Sed & auditum asperis quidem vocibus fugans, mollibus autem pressantem leni-

Omnibus sensibus virgo debet invigilare.

Virgo debet ante clausos diligenter aperiet.

Tactus precipue cavendus, ut qui in omnibus sensibus dominetur.

leniter aerem intrinsecus relaxans, quod sui muneris est ad voluptatis opus per hunc etiam perficit. Gustum prætermitto, ut qui omnino illius comes sit, Ad eos quidem sapores, qui secus se habent, constringitur & nauseat; ad eos autem qui suaves sunt, suos ipsius canales inexplebiles aperit. Quid enim & de genitalibus membris dicam? Quomodo videlicet insitam illis vim ad similis generationem, suis ipsius omnino constringens veneficiis, per sensum eorum levitatis, quæ tangendo percipitur, captivum sua voluptate ducit hominem. Per quemdam igitur tactum ipse aspectus, ut ostendimus, animam ad voluptatem pellit. Nam oculorum ictibus, velut incorporeis manibus, quæcumque voluerit eminens attingens, & quæ corporis manibus attingere non potest, ea oculorum conjectu libidinose complectens, per eas quas effingit species, totum corpus ob introductas imagines fluctibus quatit. Auditus ipse suaves voces per tactum percipiens, per illum animam incantat. Atque, ut verbo dicam, omnis voluptas, ut commune corpus, in quo dominatur, ita communem in corpore tactum nata, per eum singulos sensus ad proprias suavitates, ac totum omnino in tactu constitutum corpus nostrum ad universam voluptatem varie impellit.

Tactus præcipue in gustu & genitalibus membris dominatur.

6. Cum igitur in omnibus quidem tactus, præcipue vero in gustu & genitalibus dominetur partibus, ac alter ex altero tactus, velut in catena, aptus & nexus sit, ac alteri quidem ministretur, alter autem ministret, omnes autem ad reginam suam voluptatem, sensuum per tactum operationem transmittentes, adhuc magis animam perturbationibus quodammodo corpoream efficiant; cumque propositum sit virgini ab omni voluptate corporea puram exhibere mentem; propterea tactum, qui præcipue animam corpoream efficit, debet ab anima abscindere, ut vehiculum tactuum ad alios sensus atinentium refecans, simul etiam refecet, quantum fieri potest, eorum ad proprias suavitates matoriam. Quid est igitur, quod maxime corpoream per tactum animam efficit, & fitas in aliis sensibus voluptates variis modis germinat? Tactus, inquam, tum qui in gustu situs est, tum qui corpus ad coitum libidinose titillat. Horum autem ipsorum præit is qui in gustu situs est: sequitur vero ille qui in coitu; quia per gustus tactum semper ad ingluviem voracitate blandiente, corpus pinguescens, & a lenibus humoribus intus ebullientibus insuperabiliter titillatum, ad tactum coitus cæstro quodam percipitur fertur.

Gustum an se omnia virgo debet superare.

7. Quare necesse est, ut quæ concubitus voluptates virginitate vult superare, multo magis voluptatis, quæ ex gustu percipitur,

aut quæ alteri fomenta suppeditet, prius se victricem ostendat. Ex rationali enim & irrationali, secundum Græcorum in physiologia commentum, veluti quemdam Centaurum, totum hominem creator effingens, superiori parti humanam formam a capite usque ad pectus habenti, id quod ab umbilico & lumbis protenditur, velut equi naturam, tum ad ventris voluptates belluarum in morem propensum, tum ad concubitus effrenate proclive, inferius collocans adaptavit: non quod ab irrationali parte rationalem abripi vellet; sed rationali, cui subiecta est pars irrationalis, habenas ad necessarios naturæ usus regendos sapientissime committens. Propter hanc igitur statam illi potestatem, quando non ducit, sed ducitur ab irrationali pars rationalis; exprobrans aurigæ scriptura, ut ad irrationalis voluptatem prave e superiori parte dejecto, ait: *Equi insanientes in feminas facti sunt, unusquisque ad uxorem proximi sui binniebat.* Et alibi per umbilicum & lumbos irrationalis partis in animam dominatum subindicans: *Ecce robur ejus, in lumbis, & potestas ejus in umbilico ventris.* Pinguescente enim ex gustu ventre, necesse est, ut subiectæ ventri partes, ab exundante humore, qui in intimis effervesceat, ad naturales operationes moveantur. Suppeditat enim venter his imminens ea, quibus hæ operationes velut cæstro incitantur: gula autem e superiori parte materias velut ex fonte profundit. Gustum igitur virgo vincat ante omnia, fontes voluptatum ac inde ad intemperantiam fluentium irritamentorum, e superiori parte sapienter regens; ne dum virginitatem profitetur, ac postea gustui sese immoderate prostituit, imprudens alia perfruendi voluptate virginitatem stulte dividat. Virginem enim & gustum esse oportet virginis; ita ut nulla rerum gulam oblectantium illecebra ad voluptatem corrumpatur, sed incorruptam se in hoc quoque caute custodiat, corpus autem, ut animæ ad officia adimplenda ministret, prudenter regat.

8. Non enim oportet, ut dum cavet, ne succumbat gustus voluptati, & scaturientes ex ventre voluptates constringit & attenuat; rursus in contrariam partem corporis usum convertat. *Ne enim declines, inquit, ad dexteram aut ad sinistram.* Quemadmodum enim liberum ad omnes prorsus cibos emittere gustum, vere ob ea quæ diximus perniciosum est; sic eum obstruere, ita ut corpus ob debilitatem inutile fiat, omnino a ratione alienum est. Extrema enim vere, ut ait sapiens quidam, in hoc quoque æqualia sunt. Quemadmodum enim ob copiam ciborum recalcitrans equus noster, vitiose aurigam fert

Deut. 5. 9.

Virgo ut gustui indulgere non debet; ita nec corpus nimium debilitare.

fert quocumque vult; ita ob nimiam in-  
 diam, ad propositum virtutis iter impedi-  
 mento est. Quemadmodum enim non oportet,  
 ut pluribus cibis illum saginans, inordi-  
 natis ipsius saltibus vexetur auriga, &  
 quoquoersum circumferatur, fervidis il-  
 lius & indomitis viribus omnino cedens:  
 ita nec virtutis iter cum eo peragere statu-  
 tum habenti, nimia inedia, ex qua inutilis  
 fiat, vires ejus dico frangendas: ne illi  
 debilitato alligatus irritum ipsius causa susti-  
 neat laborem, nec jam lapsus erigere ad  
 cursum valens, nec dimittendi, ob natu-  
 ralem cum eo conjunctionem, facultatem  
 habens; sed semper quidem una cum eo ge-  
 mere, ac illius valetudinis cura coactus la-  
 borare; at eo quod invalido utatur ad exer-  
 citationem officiorum cursus ministro, per  
 desidiam deinceps magnam propriæ peritiæ  
 partem amittens, Quoniam igitur oportet,  
 ut natura conjuncto nobiscum vehiculo,  
 nec nimium relaxantes habenas, nec  
 rursus vehementer retinentes, ad virtutis  
 cursum procedamus; propterea convenit,  
 & statum corporis & qualitates ciborum con-  
 siderare, ac vigens quidem corpus & natu-  
 rali calore adhuc abundans cohibere, & per  
 cibos depellere calorem; ne cibis plurimi  
 succi naturalem pinguedinem accessionibus  
 augentes, aut vini infusione fervidum cor-  
 poris vigorem adhuc magis incendentes,  
 secundum Græcorum sapientem, vere ignem  
 igni admoveamus. Sed vigenti quidem &  
 naturali calore redundantem purum ex fontibus  
 laticem temperanter infundamus, fer-  
 vidam naturæ flammam contraria aquarum  
 vi restinguentes, & cum eo quod lenius est,  
 insita nobis ratione miscentes: senescenti  
 autem & marcescenti adjumentum ex cibis  
 & potu adhibeamus: non quantitatem solum  
 ciborum ubique viribus prudenter meti-  
 entes, sed maxime qualitatem ipsam sa-  
 pienter discernentes. Neque enim exteriori  
 tantum illorum speciei attendemus; sed  
 etiam maxime quam vim intus habeant,  
 prudenter spectabimus; quia non solum fe-  
 minum & leguminum, sed & olerum non-  
 nulla sunt, quæ in cibos adhibita, etsi ex-  
 terior species utilis videtur, non tamen  
 ascetæ ad placidam gubernationem profunt,  
 sed & intimas carnes vellicantia ac pruritus  
 & titillationes efficientia, non minus quam  
 quæ sua sponte fugienda sunt, latenter cor-  
 pora inficiunt & perturbant.

9. Quare nec salibus simpliciter ac indif-  
 ferenter utemur, quemadmodum nonnullos  
 asceticæ vitæ studiosos vidimus, qui ob sum-  
 mam abstinenciam omnia quidem rejice-  
 rent pulmenta, solis autem cum pane sali-  
 bus pro omni uterentur condimento. Ne-  
 que hi nimirum intelligunt sales, cum na-

S. Basilii Oper. Tom. III.

Atura foecundi sint, & pruritus corpori pa-  
 riant, plus cæteris ad libidinem corpora ir-  
 ritare. Quod si in his sumendis debet sapien-  
 ter ad propositum usum auriga versari; mul-  
 to magis in arborum fructibus, qualitatum  
 cum iis, quæ manifeste noxia sunt, cogna-  
 tionem convenit discernere: ita ut ubique  
 solum ad vitam necessarium cibum pruden-  
 ter adhibeamus, obsoniorum autem exqui-  
 sitam ad voluptatis illecebras suavitatem re-  
 pudiemus. Nam si panis cor hominis confir-  
 mat, non oportet copiosius necessario cibo  
 obsonium adhibere. Nam nec salium, qui  
 panis condimentum sunt, tantum sumi-  
 mus, quantum panis. Quod si nemo tan-  
 tum condimenti quantum illius rei, cujus est  
 condimentum, assumet; quomodo obsonio-  
 rum usum præcipuo cibo copiosorem ad-  
 hibebit? Non enim hæc panis vere condi-  
 menta erunt, sed rursus horum condimen-  
 tum panis. Ac imprudentem rursus alia  
 ratione gustus aurigam per obsoniorum vari-  
 etatem ad voluptatem pelliciet: ac inde  
 comperietur, quod per vitæ asceticæ exer-  
 citationem fugit, id rursus persequi. Que-  
 madmodum igitur in tetrachordo, ut verbo  
 dicam, bona est harmonia; quoniam ex qua-  
 tuor elementis, terra & aqua & aere & igne  
 constant nostra corpora, indigenti quidem  
 per cibos semper auxiliabitur: redundantis  
 autem, detrahendo & ad exercitationes  
 ducendo, tyrannidem emolliet: non quanti-  
 tates solum calidi in nobis & frigidi, sed  
 etiam sicci & humidi qualitates probans. Ac  
 aliis quidem ad quantitatem addens, aliis  
 vero detrahens, & alias intendens, alias  
 vero remittens vitæ instituto qualitates,  
 alias immutans, alias vero, quæ secundum  
 naturam sunt, conservans, sic ab omni dissonantia  
 liberum, apteque instructum, revera,  
 tetrachordum corporis nostri ad virtutis  
 concentum, animæ præparabit. Atque hæc  
 quidem de gustus ratione dicta sint propter  
 eos, qui in virginitatis, vel potius in totius  
 virtutis curriculo exercentur.

10. Demonstrant autem, quemadmo-  
 dum corporis in animam dominatus ad vir-  
 tutis acquisitionem impedimento est, sic rur-  
 sus debilitatem, non valente corporis instru-  
 mento animæ desideriis ministrare, virtutis  
 cursum suppressere. Non enim magis sarcina  
 carniæ, animæ pennas ad ima detrahens,  
 quam corporis debilitas in eo curando has  
 pennas detinens & premens, impedimento  
 est quominus ad coelestia pro votis avolet.  
 Nec eam solum bonorum acquisitione ob-  
 imbecillitatem privat; sed & jam partorum,  
 ob ortam ex imbecillitate desidiam, pulchri-  
 tudinem deprædatur. Quemadmodum enim  
 pinguis venter (non constitutione & natura  
 pinguis, sed in quem pinguedo ciborum ob-

Obsonio-  
 rum suavi-  
 tas repu-  
 dianda.

Psal. 103.  
 25.

Status cor-  
 poris &  
 qualitates  
 ciborum  
 consideran-  
 da.

Ciborum  
 non sola  
 exterior  
 species con-  
 sideranda.

Salibus non  
 utendum.

Quam peri-  
 culosum sit  
 corpus ni-  
 mium debi-  
 litare.

T t gu-

gulam abunde fluit obturbans mentem & A (pinguefaciens) tenuem non gignit intellectum: sic qui nimium gracilis est, quasi emortuum illum ob infirmitatem redigens, in imbecillitate corporis etiam eum, qui jam tenuis genitus erat, extinguit. Illud etiam ostendimus non satis esse alios quidem cibos rejicere, aliis vero simpliciter satiari; sed in his etiam, non modo quantitatem, quæ ob copiam idem potest ac non convenientes cibi efficere, temperantia metiendam esse; sed etiam qualitatem, quæ sæpe idem valet ac noxii manifeste cibi, discernendam esse; ac omnino Verbi cultores, rationem in ascetica vita duçem sequi debere, non impetum a ratione alienum,

Caritatis  
præceptum  
violant,  
qui corpus  
nimis debi-  
litant.  
Matth. 23.  
96.

I. Quod si diliges proximum tuum ut te-  
metipsum, & propter hoc præceptum ei qui  
dixit: *Nudus eram & operuisti me, esurien-  
temque nutritiſtis, & infirmum viſtaſtis*,  
studioſe opitulamur; is simulat observatio-  
nem præcepti, qui alteri quidem opitulari  
studet, semetipsum autem infirmum crude-  
liter perdit. Nam qui semetipsum amare  
nescit, liquet ab eo proximum falso diligi,  
cui studet providere: & quomodo præcep-  
tum legitime impleat, qui servi corporis  
causam non recte judicat, sed illud castigare  
professus per causam redigendi in servitu-  
tem, inconsiderato impetu male consumit  
& perimit? Quomodo enim adhuc servum  
erit domini, ipsum dominum ad solatium  
violentiae, quam ab eo passum est, servum  
accipiens? Quomodo serviet domino ad be-  
ne aliis faciendum, omnes qui bene facere  
possunt, ad suam ipsius curam servos acci-  
piens? Non enim jam ad virtutis operatio-  
minimo ministrabit; sed in infirmitate jacens,  
cæteris omnibus erit beneficii materia, do-  
minum habens omnium miseratione di-  
gnum, ob ærumosam circa illud operam,  
ac ipsum etiam servum miserabilem ob ac-  
ceptas a domino insanabiles plagas. Nam  
nec suis jam officiis dominus perfungi potest  
circa illud occupatus, nec necessario colliga-  
tus cum eo, libere evadendi consilium inve-  
nire potest; nec servus, dum adhuc benigne  
curatur, congruam domino servitutem re-  
cuperare: sed cum alter alteri materia in-  
sanabilis sit supplicii; probrum dementiae su-  
stinent, & a magistro certaminis, qui ambos  
huic carceri illigavit, & a spectatoribus inu-  
stum, eo quod ad coelestem cursum iste ad-  
scriptus, imprudens ob consilium rationis  
expers, non modo nihil eorum, quæ ad sta-  
dium pertinent, prudenter exercuerit, sed  
etiam eum, qui ipsi ad cursum servire de-  
buerat, inique oppreſſerit, ac semetipsum  
simul cum eo stulte everterit. Quapropter  
necessario his, qui ad virtutem comparan-  
dam corpus castigant, iterum clamamus:

Deut. 5. 32.

*Ne declines ad dexteram aut ad sinistram*,  
Quemadmodum enim ad ingluviem defle-  
tere periculosum est, ita vehementi inedia  
corpus eo redigere, ut ob imbecillitatem  
inutile sit, vere est a ratione alienissimum.  
Non enim ipsa per se abstinentia a ventris  
voluptatibus bonum est; sed quia ad virtu-  
tem comparandam confert. Quod si cujus  
causa abstinentiam ciborum eligimus, illud  
vehementiori abstinentia negligimus, in  
contrarium nobis, ob animum rationis ex-  
pertem, instituti forma vertetur: siquidem  
non jam ob tabefactum & everſum instru-  
mentum per lectiones & preces assidue versa-  
ri cum Deo poterimus, aut in fratribus ju-  
vandis officium virtutis adimplere. Oportet  
ergo etiam corporis curam gerere, non pro-  
pter corpus, sed ut ministerium ad philoso-  
phiam habeamus. Fieri enim non potest, ut  
qui ministerium corporis promptum & expe-  
ditum ad philosophiam non habent, hi vel  
lectionibus philosophiae comparandae idoneis  
pares sint, vel animum in corpore languen-  
tem ad precandum convenienter intendant,  
vel omnino quidquam eorum, quæ ad phi-  
losofiam attinent, ad suam ipsorum, aut  
ad eorum, quibuscum vita communis est,  
utilitatem operentur. Idcirco, inquit, *ca-  
stigo corpus meum & in servitutem redigo*. In-  
surgere enim volens in dominum ob carnium  
vigorem, abstinentiae plagis in servitutem  
redigo, dominatum cogens agnoscere. Non  
enim sic illud ferio, inquit, ut immodera-  
tis plagis inutile ad servitutem efficiam, sed  
id mihi in castigando propositum, ut in ser-  
vitutem redigam ad ministerium domino  
exhibendum. Qui autem adeo inediis ser-  
vum verberat, ut non solum inutile ad do-  
mini ministerium, sed & sibi ipse opem fer-  
re non possit; quid aliud semetipsum, nisi  
servum servi facit? Necessè est enim ut cum  
jam corpus servire non possit, sed ob debili-  
tatem resolutum sit, dominus ei serviat,  
quippe qui semper in ministerio illius infir-  
mitati exhibendo laboreat, nec jam suorum  
ipsius minorum meminisse possit, ac totam  
vitam in eo curando consumat.

I. 2. Carnis igitur curam gerere non sim-  
pliciter prohibuit, *sed ad concupiscentias*,  
inquit. Quare quod in carnibus concupiscit  
& voluptates appetit, id vita ascetica rese-  
cari debet: quod autem utile, id virtutis ac-  
quisitionem sibi proponenti conservandum.  
*Esca enim nos Deo non commendat. Non est  
enim regnum Dei esca & potus: sed justitia &  
pax & gaudium in Spiritu sancto*: propter  
quæ ipsa ciborum abstinentia cum ratione  
adhibetur. Siquidem ipsam per se abstinen-  
tiam ciborum si consideres, inquit, *Neque  
si non manducaverimus, defcimus: neque si  
manducaverimus, abundamus*. Nam nec qui  
non

Carnis cu-  
ra non sim-  
pliciter  
prohibita,  
sed ad con-  
cupiscenti-  
as.

1. Cor. 3. 3.  
Rom. 14. 17.

1. Cor. 3. 3.

non comedunt, præstant virtute comedentibus, quatenus non comedunt: nec qui comedunt, inferiores sunt non comedentibus, quatenus comedunt, si intus eorum virtus adæquetur. Oportet igitur, ut ad animæ virtutem respicientes, omnia quæ corporis sunt exsequamur. Cum enim per se bona non sint, per ministerium, quod virtuti præstant, consequuntur ut bona fiant. Ne igitur impediatur debitum virtuti ministerium infirmitate corporis, *Vino*, inquit, *modico utere propter stomachum suum & frequentes tuas infirmitates*. Quemadmodum enim effervescenti per ætatem, & valido vegetoque corpori, non oportet, ut jam prædiximus, ignem igni addere; ita nec frigescenti præ infirmitate frigidum, quod etiam magis perniciosum foret, infundere: sed quemadmodum illic id quod natura calidum est, subtrahendo extrinsecus materias, consumimus: ita consumtum laboribus, & jam ætate aut morbo fere extinctum, externis fomentis opem ferendo, recreabimus. Paci enim in corpore providendum est etiam infirmo, cum quatuor partes, ex quibus compacti sumus, ubique circumstant, ne si quando superaverit quod in nobis calidum est aut frigidum aut omnino unum aliquod ex quatuor, bello & discordia & orto ex infirmitate cæstro animam impleat. Atque hæc quidem de uno ex sensibus, nempe gustu solo, super corporis virginitate satis dicta sint. Jam transeundum & ad alios sensus, cum veram virginem videre nobis propositum sit.

1. Tim. 5.  
33.

Alii etiam sensus custodiendi, aspectus & auditus.

13. Sciendum est igitur his, qui famulam veræ virginittatis, per abstinentiam ciborum & reliquam austeritatem virginem custodiunt, fieri posse, ut virginem corpus habeat, qui virginem animam non habet. Potest enim vel aspectus species imprimere turpium rerum in anima; vel sermo ad voluptatem conditus in aures incidens, animum impudicitia corrumpere. Cavet igitur pronubus ne corrumpatur non modo corpus, sed etiam cogitatio eorum qui Christo desponsati sunt. Quapropter oportet ut virgo ante corpus, maxime animam servet, non custodia aliqua illam servans, aliqua vero incustoditam dimittens, sed omni custodia cor suum servans: ita ut nec voce illius profluens sermo voluptate auditorem sermonis inficiat: nec rursus extrinsecus ad aures ab aliquo perveniens sermo, cor illius ad cupiditatem exagitet. Idem enim & in aspectu facere convenit; nec aspicientem molliter, ne ejusmodi aspectu voluptatis imagines contra se immittat videntibus: nec extrinsecus misso aspectu contingi se patientem, ne eo, velut ignito quodam jaculo, in corde percussa, ad voluptatis ima-

S. Basilii Oper. Tom. III.

Agines inflammata uratur. *Eris enim, inquit, velut cervus jaculo percussus in jecore*. Sed externum quidem ipsius obtutui respondentem aspectum debet ab anima repellere, suum autem aspectum pudicitie indicem videntibus exhibere. Potest enim vel palpebrarum curiosior motus stimulare & cæstro concitare ad voluptatem, per quam hæc animam concutiunt. Ubi enim visæ ipsius oculis pulchritudini obtutum acriter defigens, velut in cera, ita in anima voluptate emollita imagines visæ formæ impressæ; recedit quidem ac seorsum est is a quo imagines profectæ; impressa autem animo forma illius, qui visus est, ad opera ipsi convenientia urgens semper, animam imaginibus ludit. Idcirco virgini principio quidem summopere cavendum est, ne cuiquam acriorem infigat obtutum, aut si infixit, contraria vi nitentes imprimi imagines a se repellat, ita ut nulla species corporea diuturnis consuetudinis stimulis imprimatur. Quod si aliquando contigerit, ut imprudens rerum corporearum imagines suscipiat; eas continuis bonarum rerum recordationibus in seipsa delere debet; species a corporea forma, velut in cera, impressas, animi ad divina conversione abolendo; rerum autem sanctarum species assiduis meditationibus inscribendo. Quod si susceptas species permanere integras in animo, tamquam in sigillo, siverit; necesse est, ut animo circa impressam formam occupato, cætera omnia bona virgo despiciat, & ad inhærentem speciem semper suspensa, libidinose ad perfruendum incitetur. Nec taliquidquam prodest, corpus a cogitationibus incorruptum servare, cum anima immixtis in eam per oculos corporei amoris voluptatibus semper corrumpatur. Metu enim vel pudore nec sine simulatione retinens præconceptam de se exterioris virginittatis opinionem, eaque nudari indecorum existimans, illam colit & conservat: sed incorporeis cogitationis manibus inseparabiliter complexa eum, quem sibi impressum & insculptum amat, semper illum secum circumfert: & quæ corpore peragere pudet, ne deprehendatur, ea animo facere non pudet. Hanc non jam amplius, ne corpore quidem, recte virginem quisquam dixerit. Necesse est enim, cum is quem amat inseparabiliter cum illa misceatur in animo, ipsum etiam corpus ad animæ perturbationes effingi, & cogitationis motibus congruens, cum domina corrupta corrumpi, & cum ea per visum & in somnis amatoria somniantem, ipsum etiam somniantem. Tali autem morbo animam detinente, inutilis jam & ciborum abstinentia, & reliqua corporis austeritas, cum non equus equitem

Tt 2 im.

impetu suo abripiat, sed ipse eques interno A  
 cestro prave equum stimulet. Quemadmo-  
 dum enim in nonnullis, quorum corpus se-  
 nectute debilitatum, mens ex præcedenti  
 intemperantia ægrotans, ultra vires ad vo-  
 luptatis imaginem corpus sollicitat; ita in  
 iis, quorum anima amoris morbo laborat,  
 etiam debilitatum vita ascetica corpus ad  
 proprias cupiditates anima extimulat: non  
 a corporis vigore in animam transeunte  
 morbo, sed ab anima ad ea, quæ corporis  
 propria sunt, prave commoto. Si ergo aspe-  
 ctus tanti incendii fax est, audiamus eum B  
 qui clamat: *Oculi tui recta videant, & pal-  
 pebræ tuæ annuant iusta, & ne abripiaris si-  
 mul cum palpebris tuis, neque capiaris oculis  
 tuis.*

Prov. 4. 25.  
 et 6. 25.

In aspectu  
 tactus est  
 quidam.

14. Quod si secundum supra expositam  
 naturæ rationem tactus quidam est oculo-  
 rum in corpora coniectus; si quemadmodum,  
 dum lippientes diutius intuemur, morbi  
 participes fimus, in ea autem, quæ natura  
 commoda sunt, oculos defigentes latenter  
 juvamus; ita etiam cum in voluptatis signa  
 oculos conijcimus, voluptatis morbo mens C  
 oppletur; ac pariter in ea, quæ vere bona  
 sunt, oculos conijcetes, per oculos in ani-  
 ma utilitatem percipimus; si hæc ita se ha-  
 bent, præterquam quod per oculos morbum  
 virgo concipit, absurdum est ut, quæ num-  
 quam manu tangere audeat, ea oculorum  
 tactu indiscriminatim tangat. Ille enim per  
 oculos tactus, leno est, ut ita dicam, & pro-  
 nubus illius, qui per manus perficitur, eum-  
 que procul antevertit: atque ipse ille qui per  
 manus fit, illius, qui per complexum, cali-  
 dior est famulus; & quæ primum oculorum D  
 tactum non fugit, ea, quantum in ipsa est,  
 ne manuum quidem tactum effugiet. Rur-  
 sus autem quæ ejusmodi tactu libidinese im-  
 plicata fuerit, non sane ab inquinamentis  
 pura deprehendatur. Quemadmodum enim,  
 cum ignem tangimus, signa ignis per im-  
 pressas nobis adustiones accipimus, nec fieri  
 potest, ut qui ignem manu tetigit, puram  
 ab illius vi urendi manum ostendat; sed pu-  
 stulæ statim post tactum surgentes, ac non  
 sine dolore ferventes ac micantes, ulcera  
 mox eruptura denuntiant; aut jam impressa E  
 manui dira cernuntur ulcera: sic fieri non  
 potest, ut qui libidinosum ignem attigerit,  
 puram ab illius signis manum ostendat; sed  
 vel eodem modo ac in manu tactu, pustulæ  
 clam in corde surgentes, diræ amoris per-  
 turbationes, fervent & micant, ac intole-  
 rabilibus motibus æstuentes, peccati ulcera  
 protinus eruptura minitantur, aut jam to-  
 tum cor intus exulceratum ostendunt. Ignis  
 enim accensus est, inquit, in omnibus mem-  
 bris: quodcumque autem invaserit, radici-  
 us perdit. Quare cum in omnibus membris

ignis ille accendatur, his qui volunt purum  
 ab exustionibus corpus exhibere, cavendum  
 est a cujusvis membri tactu; ne accensam in  
 membro vim ignis, per tactum non solum  
 in membro, quod tetigerint, sed in toto cor-  
 pore, ac in ipsa anima suscipiant. Nam si  
 caudam aliquo tantummodo serpentis tan-  
 gente, caput, etsi in medio positum tanto-  
 pere distat, tamen ad factum in cauda ta-  
 ctum statim convertitur: & si pedis nostri di-  
 gito impingente, capilli in capite statim re-  
 cti eriguntur; certe libidinosus tactus, etiam  
 si in manu tantum fiat, tamen a capite us-  
 que ad extremos unguis, ad sensum volu-  
 ptatis, pro tangentis nutu, pertrahit cor-  
 pus. Et quemadmodum lapis in cisternæ  
 aquam coniectus, non solum adjacentem  
 aquæ partem, in quam cecidit, exagitat,  
 sed etiam alios ex aliis orbis excitans, usque  
 ad extrema illos interdum agitando perdu-  
 cit: ita libidinosus aspectus, vel sermo vo-  
 luptatis effeminatus illecebris, in virginis  
 animam, velut in undam purissimam, ve-  
 hementer illapsus, alias ex aliis amatorias,  
 ut in profundo, excitans cogitationes, per-  
 cussam illius, qui aspectum coniecit, imagi-  
 ne totam animam quatit.

15. Quapropter oportet maxime, ut vir-  
 go tum aspectus tum vocis blanditias, quæ  
 pestiferæ voluptatis venenum sunt, a pro-  
 priis sensibus quam longissime repellat: au-  
 ditum quidem intus casta cogitatione oble-  
 rans, oculos autem ex sexus pudore sciens  
 avertere. Nam si semel per oculos & aures  
 in animam aditum inveniant; aliud blandi-  
 menti genus, nempe manuum, socium as-  
 sumentes, quæ sua sunt profecto temporis  
 progressu perficient. Quemadmodum enim  
 cum militari cohorte adveniens in urbem  
 miles, domum sibi ad habitandum quoquo-  
 versum circuiens inquit, ac vel foribus vi  
 exclusus, aut alia quadam arte a domino do-  
 mus repulsus, alio se vertit; vel si cœperit  
 primos aditus in interiora faciles habere, ac  
 unum aliquod ex suis militaribus instrumen-  
 tis, lanceam aut galeam aut clypeum, de-  
 ponere; etiam si propter socios exiens, foris  
 esse videatur, potentia tamen intus est per  
 instrumentum quod deposuit, propriam jam  
 & sibi & sociis, quos secum paulo post intro-  
 ducturus est, domum efficiens: sic volup-  
 tatis & peccati improbus miles, domum sibi in  
 circuitu quærens, vel a primo aditu exclu-  
 ditur & alio se vertit; vel si cœperit facilem  
 per sensus primum in interiora aditum ha-  
 bere, ac unum aliquod ex suis instrumentis,  
 aspectus dico lanceam, per oculos eminus  
 vulnerantem, aut galeam voluptatis, id  
 est, sermonem per aures incantantem, aut  
 veluti clypeum quemdam, manuum ta-  
 ctum, qui totum corpus ad voluptatem com-  
 mo-

Aspectus &  
 vocis blan-  
 ditia soci-  
 um assu-  
 munt ma-  
 num blan-  
 dimentum.



movet, in anima deponere; etiamsi foris esse videatur, quia nondum corpus peccati perpetrato corruptione corruptum, ac potentia intus est; quippe cum per arma ibi deposita mentem corrumpat, ac animam, quæ unum aliquid ex his suscepit, voluptati suæ ac sociis suis animi perturbationibus, propriam domum effecerit. Claudendus ergo primus per sensus aditus carnis militi, ita ut sensus, veluti januas aut fenestras, undique constantiæ vestibibus virgo communiat; ne per unam harum aliquam astu conscendens, secum comitem suam mortem introducat.

*Jerem. 9. 21.* *Mors enim, inquit, ascendit per fenestras vestras. Fenestræ enim revera animæ sunt sensus, per quas vel, ut casta quædam mulier, exteriori rerum sensibilibus luce anima ad attentam operis sibi convenientis considerationem, moderate eas aperiens, illustratur: vel proterve se gerens curiosa rerum exteriorum consideratione, velut impudica quædam meretrix, prospicit ad oblectamenta collum prave contorquens, ac in voluptates per has fenestras delabitur.*

*Prov. 7. 6.* *Nam ex fenestris ædium suarum prospiciens, quemcumque ex insipientibus filiis adolescentem mentis inopem viderit transeuntem, ea loquitur, quibus jam semetipsam ad intemperantiam ob petulantes & errabundos sensus totam instruxit. Quæ autem intus pudica est, in medio cordis, tamquam in domus adytis, cogitationum & sensuum sedem constituens, si quid ad virtutem utile, & ab omni vitio purum affluat, illud admittit: si quid autem inutile & a virtute alienum, extra fenestras, prudentiæ manibus eas obserans, sapienter excludit. Non debent igitur qui carnalis copulæ peccatum fugiunt, periculosas, per eas res & in iis rebus quas diximus, implicari lapsibus. Nam vocis & oculorum tactus ad manuum tactum sensum ducit. Ipsi autem omnes hi tactus, velut in catena, ex sese invicem nexi, illius tactus, qui est in carnali copula, pronubi fiunt. Non solus ergo ille tactus, qui ad carnalem copulam pertinet, sed omne genus multiformis tactus, ex quo omnis species per sensus nascitur, virgini diligenter incorruptum servandum est: ut ab oculis & voce & reliquis voluptatis motibus eminus missas scintillas contrariis pudicitæ flatibus extinguens, simul etiam accensam ab illis flammam prudenter extinguat, vel potius nullas omnino suscipiens voluptatis faces, numquam prorsus habeat in carnibus succensam voluptatis flammam. Virgo igitur sit virginis & auditus & aspectus, ac tactus etiam & omnis motus.*

*Ornatus virgini fugiendus.*

16. Ornanda autem est veræ virginittatis tota pulchritudo, ut nec naturalem pulchritudinem ostentare studeat, nec illius expers,

cultu illam exquirat. Indecorum enim profecto est virgini, & ab integritate, quam profitetur, alienum, vel gloriantem de datis a Creatore ad decorem ornamentis, ac superbe ambulantem, ut ita dicam, obvenustatem, plures amatores sui corporis in communem conari ruinam impellere; vel carentem venustate, condimentum voluptatis cernentibus, exquisito corporis cultu, elaborare. Nam nec prima castam exhibet cogitationem, dum de Creatoris opere, tamquam de proprio præclare facto gloriatur, & quod in certamen ne inducatur, a Domino petit, *Ne inducas, inquit, nos in tentationem*, in illud amatoribus trahendis semetipsam aperte conjicit. Neque etiam altera: dum quam non accepit in corpore voluptatis illecebram, eam spuriarum formarum lenocinio in perniciem suam accersit. Utraque autem imprudens datum a Deo bonum præter propositum scopum evertit. Formosa quidem animæ pulchritudinem corporis specie stulte deprædatur; quæ autem apparentem corporis deformitatem, instar præsidii ad virginittatis custodiam accipit, eam spuriiis formis, insidias sibi ipsi struens, prave transmutat. Contra oportebat, ut ista temporariam venustatem spernens, corporis pulchritudinem non adversariam animæ pulchritudini, sed potius, si ita usu eveniat, adjutricem efficeret, corporis amatores ad animam transferens: altera vero in veris bonis nihilo inferior, tentationum vacuitate, quam opinata deformitas afferebat, ad tranquille excolendam senii expertem pulchritudinem uteretur, ex quo immortalibus quidem bonis jam alteri æqualis esset, corporeis autem temporis progressu nihil ab illa discreparet.

17. Neque enim quid sibi in exquisito ornatu proponant cito perspiciunt. Nam si ut virginittatis propositum adjuvent; contra sane quam profitentur, sese gerunt, quippe cum plures tentatores exquisito ornatu contra semetipsas absurde excitent. Sin autem ut formosæ tantum appareant; videntur absurdam ea de re curam suscipere, nisi a quibus laudem consequi student, opinata earum pulchritudinis satietatem capturi sint. Quod si ut iis perfruantur quibus placere student; in contrariam partem delapsas se esse clare ostendent, meretrices pro virginibus deprehensæ: nisi inter duorum amorem mediæ distraherentur, exterioribus quidem amatoribus perfrui cupientes, & idcirco dantes operam, ut communis cupiditatis condimentum aspectus fiat, sed interno amanti ob pudorem & metum ad hærentes. Fieri enim non potest, ut talium mens pura & simplex sit; externos ad corpus machinatione quadam exstimulans, interno autem pla-

*Formæ lenocinium valde contrarium virginittatis proposito.*

placere ex dimidio cupiens. Nec jam erit A  
deinceps sententia æquabiliter sibi ipsa con-  
sentiens: sed tamquam in confinio inter in-  
ternum amatorem & externos prave scin-  
detur. *Nemo autem potest duobus dominis ser-  
vire. Aut enim unum odio habebit, & alte-  
rum diligit. Aut uni adhaerebit,* nimirum  
externo, cui se ornata venditat, & inter-  
num contemnet. *Quæ autem innupta est,*  
*cogitat quæ sunt Domini, quomodo placeat*  
*Domino, quemadmodum nupta cogitat quæ*  
*sunt mundi, quomodo placeat viro: & divi-  
sa sunt uxor & virgo.* Siquidem fieri non  
potest, ut & interno sollicita sit quomodo  
placeat; & externis spectatoribus, velut in  
tæna, sese ornata venditet. Sed quemad-  
modum qui ad solem alloquitur magistrum,  
nihil sollicitus de affectante umbra, quæ  
motus illius manuum, & totius formæ ima-  
gines imitando exprimit, ad præceptoris  
colloquium totus est intentus; ita & virgo  
nihil de corporis simulacris, utrum formo-  
sa an difformia videantur, nihil de jocis qui-  
bus exagitantur, sollicita, ad præceptorem  
& sponsum suum tota convertitur, & cum C  
eo per totam vitam in clarissima luce inten-  
te colloquitur. Sollicita enim est quomodo  
placeat Domino. Talis autem placet, qua-  
lem ipse illam formare voluit.

Debet vir-  
go natura-  
lem pul-  
chritudi-  
nem data  
opera ob-  
umbrare.

18. Non solum igitur exornari virgo non  
debet, nec exquisitam formam, ad condi-  
mentum voluptatis est oculis impudicis ela-  
borare, sed etiam naturalem corporis pul-  
chritudinem, quantum fieri potest, data  
opera obumbrare. Nam cum, secundum  
superiorem sermonem, fomentum sit vo-  
luptatis mari femina, & oculo molliori, D  
quam masculus, ad oblectamentum visus  
efficta, ac canora voce ad pelliciendas au-  
res instructa, membrorum apparenti mol-  
litie, ac uno verbo tota corporis specie ac  
motu ad decipulam voluptatis formata, cum-  
que non loquens solum mulier & aspiciens,  
sed & sedens ac ambulans obinsitam in ma-  
rem illi naturalem potestatem, eum ad se,  
ut ferrum minus magnes, attrahat; pro-  
pterea oportet ut virgo, ne ullo modo vo-  
luptatis retibus implicetur providens & ca-  
vens, masculinum aspectum & firmam effi- E  
ciat vocem, ac incessu & omni prorsus cor-  
poris motu illecebras voluptatis coerceat;  
ita ut nec ipsa magis excogitatis ad volu-  
ptatem artibus capiatur, nec laqueum aliis  
ac suæ ipsius animæ proprium corpus insti-  
tuat, sed ad firmam virtutis speciem feme-  
t ipsam sapientibus motibus viriliter erigat.

Quomodo  
& quando  
virgini in  
publicum  
prodire  
conveniat.

19. Sic igitur femineam voluptatem in  
semetipsa deltruens, & maris ad feminam  
propensionem reseccans, virgines etiam suos  
progressus efficiet, non lasciviens continuis  
progressibus, nec præter convenientem vir-

gini necessitatem in domos semetipsam in-  
trudens. Sed omnis progressus tempus præ-  
scriptæ virtutis officio metietur: ac recto-  
rem quidem progrediendi præceptum habe-  
bit Domini, tempus autem ex congrua  
diei hora discernet. Non enim simpliciter  
propter eum qui dixit, *Infirmus fui & non  
visitastis me,* materiam dissolutionis & pro-  
bri præceptum Domini efficiet, qualibet  
hora & præter decorum progredi audens,  
ac in tempeste in quolibet vico pluribus se-  
se ostendens: nec præclarum Domini præ-  
ceptum, opportune eo non utens, in suum  
ipsius vituperium prave convertet, aut  
nulla ætatis suæ habita ratione licenter pro-  
dibit, sed juvenilem quidem agens ætatem,  
in templum Domini solum, nec sola sim-  
pliciter progredietur. Præcepto autem Do-  
mini necessariis de causis alio vocante, pro-  
gressui suo ex earum, quibuscum progredi-  
ens cernitur, comitatu approbationem  
conciliabit. Non enim gregariam decet vir-  
ginem, quæ nuptiarum vincula rejecit,  
quocumque licenter vagari: quasi idcirco  
nuptias fugerit, non ut meliori sponso sem-  
per assideat, sed ut licentiam habeat eun-  
di quo velit. Non enim ut testem aut judi-  
cem vitæ non haberet, cum viro conjun-  
ctionem vitavit, neque ut immunis ab æmu-  
latione quibuscum vellet volutaretur, ne-  
minem habens qui in ipsius motus inquirat,  
sed ut carnis voluptates & partus dolo-  
res ac laboriosam & molestam rerum ad  
hanc vitam pertinentium curam fugiens,  
sub teste & æmulate virtutis Deo suam  
ipsius vitam ad immortalitatem dirigeret.  
D *Deus enim sum,* inquit, *zelator:* zelans eum  
qui adulterio meam in vobis pulchritudi-  
nem corrumpit, Nam si projecto mariti  
jugo; & vitæ inutilis futura sit, propter  
quam ad domus custodiam & filiorum ge-  
nerationem creata est, & virginitati, quam  
profitetur, dedecus inurat; damnum un-  
dique patitur. Et si animam dissolutis cogi-  
tationibus, & corpus lascivis motibus pol-  
luat; multo optabilius foret, ut viro con-  
juncta rectorem vitæ illum haberet, utili-  
lem ei operam ad res domesticas adjuvan-  
das, tamquam regiminis mercedem, per-  
solvens, ac solatium senectutis bonos ad  
successionem generis pueros exhibens, ac  
una saltem ex parte, ob mariti æmulatio-  
nes, quantum fieri potest, virginem se Deo  
conservans; quemadmodum veritatis ser-  
mo eas, quæ per vicos & domos dissolute  
volitant, ne virgines quidem agnoscit. *Orisio-  
sa enim discunt circuire domos: non solum au-  
tem orisiosa, sed & verbosa, & curiosa, lo-  
quentes quæ non oportet.*

Matth. 25.  
43.

Deus 3.9.

Orisio-  
sa 1. Tim. 3.13.

20. Quod si vidua, quæ virum experta est,  
& in oculis virorum versari assueta, non de-  
bet

Pudica &  
virgo debet  
esse virginis  
lingua.

bet citra pudorem & linguam & pedes ad quoscumque movere, ne iis, quæ diximus, criminationibus obnoxia fiat; quanto magis oportet ut virgo, quæ verecundiæ erga virum numquam exiit tunicam, pudicam ac virginem custodiat linguam, cauteque gressus ad necessarios usus moveat. Ea enim tantum a virgine dicenda, quæcumque audita mentem juvabunt audientium, & aptam illi responsionem elicientia, ipsius animam ad rerum divinarum intelligentiam adhuc magis excolent. Quod enim per linguam foras effertur sermonis fluentum, fontis ex quo fluit, sit testis. *Ex corde enim excunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, & cætera: ex quibus fructibus arbor cognoscitur.* Et quæ vere virgo est, ex morum integritate, velut ex puro fonte, purum ab omni inquinamento debet suum leniter profundere sermonem, qui non modo cogitationem neque ad fallacem voluptatem neque ad ullam rem perniciosam impellat, sed eam etiam a rationalis mentis animadversione vacuam & otiosam numquam exhibeat. Quisquis enim ex virginis fonte sermo incorruptus hauritur, eo, ut integritatis poculo, mentem exfatiari oportet, similia verecunde ei, a qua beneficium accepit, vicissim propinantem. Talem se præbebit virgo, dum loquetur, si tamen aliquando loqui oporteat. Accurate enim considerandum ad quem & quomodo & quando eam loqui decorum videatur. Nam nec sine discrimine coram quibuslibet debet interire virginis sermo, nec rursus coram iis qui veneratione digni sunt audacter nudari: nec, si careat utilitate, non decenter virginis personæ profundi: neque etiam, si illum ex ore virgineo utilitas necessario eliciat, ostentationis causa extra modum effluere. Sed ubique & personæ & utilitatis & temporis habenda ratio, ita ut cum necessitas coget loqui, multo pauciora, quam audiet, loquatur. Siquidem & natura utilitatem sermonis cum auditu æqua proportione metiens, duas quidem aures, unam autem linguam effinxit; eo quod oporteat duplum ad disciplinam audire, dimidio autem ad interrogationes breviorum proferre sermonem. Itaque etiam ex naturæ instituto, quibuscum tempestive loquitur virgo, plus multo audiet quam loquetur: omnisque ejus sermo nihil nisi utile audientibus ferens, e labiis progredietur, aut per interrogationem menti doctrinam concilians, ex ore modeste prodibit. Alias autem in arcano tacebit, multo magis quam alii omni tempore orans: *Pone Domine custodiam ori meo & ostium circumstantia labiis meis.* Et sic os suum cum precibus communiet. Non minus auditum, ne quid extrinsecus ad eum influat mali, excubiis servabit.

Matth. 13.  
19.

Psal. 140.3.

Mentem etiam ostia obstruet, quiescente tum auditu, tum lingua semper Dominum obsecrans: *Non declines cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis.*

Ibid. 4.

21. Illud autem his quæ diximus multo vituperabilius & a virgineo more alienum, ut non solum per domos virgo volitet, sed etiam nuptiarum fiat pronuba. *Honorabiles quidem nuptiæ in omnibus, sed aliis non virgini conveniunt.* Nec decet ut a propria semita recedens, in trivii sæculi cum reliqua turba reperiat permixta. Alia enim via nuptias sectantium, & alia semita, inquam, virginitatem colentium. *Et divisæ sunt virgo & nuptiæ.* Recedendum igitur a nuptialibus pertractationibus virgini: vel potius ne minimum quidem ei attingendæ. Sed aliæ quidem, quibus placuit carnales sponso colere, pronubæ sint, si liber, ejusmodi nuptiarum, & suam circa illas sollicitudinem; si id eis cordi est, ostendant. Virgo autem, quæ sponsum suum semper ambit, (si omnino ei placet pronubæ munus) ei potius intaminatas sponso ad immortalitatem conjungat. Ac illæ quidem circa mortalem laborent thalamum: ipsa vero cum prudentibus accensa lampade circa Dominum chorosagat: sponsum sequens cum proprio virginitatis lumine, & alias virgineo foedere copulans. Turpis enim revera & probri plena res est virgini, si, quæ nuptiis præoccupatæ sunt, hæ tamquam nuptiarum doloribus implicatæ nondum factis eorum, quæ ipsis eventura erant, periculo, virgines deterreant, quominus similes molestias experiantur, & intaminatum sponso, & earum, quæ illi desponsantur, tum in præsentem, tum in futura vita decus majorem in modum prædicantes ac beantes ad virginitatem adhortentur: virgo autem pronuba esse studeat, contra quam profitetur, sentire se factis declarans. Scilicet præoccupata promisso virginitatis, ob pudorem ad illius jam speciem sese fingere cogitur: sed animo nuptias eligens, ac forte non sine poenitentia cogitans quibus privata sit voluptatibus, quid de nuptiis in animo sentiat, non obscure factis suis exponit, palam & aperte ostendere nubentibus volens sese illis gratulari, quod talem percepturæ sint voluptatem. Virgo igitur & vita & toto instituto ab ea, quæ nupta est, divisæ, convenientia virgini opera semper agnoscat, incorruptam in omni opere pulchritudinem virginitatis servans, ne indifferenter ad ea, quæ non decent, effusa, quod persequi studet, id actionibus suis evertat.

Virgo nuptiarum pronuba esse non debet.

Job. 13. 4.

22. Atque ita quidem cauta erit & diligens tum in loquendo & tacendo, tum in incedendo quæ vere virgo est. Oportet autem,

Virgo in omnibus curare debet, ut qui eam vident, ad verecundiam incitentur.

tem, id quod jam dixi, ut non indiscriminatim, nec passim, nec sola, sed accommodate ad illud, quod diximus, propositum, cum ornatis & vita & ætate mulieribus progrediens, nusquam in indecoris vicis aut plateis, ubi inhonestorum hominum deambulationes solent consociari, cernatur; verum aptum progrediendi tempus eligens, talis & habitu & incessu & universo motu occurrentibus videatur, ut quicumque occurrunt, tamquam Dei simulacrum videntes, oculis omnino ad verecundiam incitentur, mente autem erudiantur virtutis admonitione, ac spectaculum illud in honore habeant, & velut Dei, ut dixi, simulacrum deprecant & venerentur. Quemadmodum enim satyrorum imagines visæ risum cernentibus movent; ac doloris plenæ aliæ imagines animum cernentium & visum impressa tristium rerum imagine suffundunt: & quemadmodum nihil horum movetur, cum cernentium visum in suos trahit affectus, sed etsi in immobili videtur imagine, in immobili tamen forma animos viventium commovet, & ad proprios habitus fingit: ita & virgo, cum castitatis imago, vel potius ipsius virtutis simulacrum sit, si tantum cernatur, intuentium oculos debet ad numinis cogitationem convertere. Percutitur animo impudicus, castitatis pulchritudinem virgineo spectaculo in memoriam revocante. Recordetur aliquis Dei, imaginem, quæ ad studium illius mandatorum excolitur, aspiciens. Atque ut verbo dicam, transformetur occurrentium virgini & aspectus & motus ad virtutis cogitationem: & quicumque cum ea versantur, animo compungantur: Nemo autem, quasi satyri aut voluptatis fractam omnino mollitie imaginem cernat, emolliatur ad peccandum, ei quidem quam videt, ad materiam probri spectaculum simulatæ virginitatis, sibi vero ipse ad peccati accessionem occursum virginis convertens. Virgo igitur ita sese excolens, ut divinæ imaginis norma in omnibus, & ut ita dicam, sculptura evadat, totam se a mundiciis removebit, & a corporeis voluptatibus animam avocabit, totamque mentem ad amorem celestium intendens, terrena omnia oblectamenta conculcabit; non magis quærens in his, quæ splendida existimantur, deliciari, quam ob ærumnas, quas in vita merito trahunt, miseratione digna judicans.

Nuptiarum incommoda cum virginitatis comparantur.

23. Nam si nuptiæ multiplices, ut ita dicam, mortes quas hic jam patitur, secum comparando consideret; omnino in se ob propositum præclare agi existimabit. Nam quæ mortalibus nuptiis illigata est, sui ipsius curæ alteram mariti curam adjungens, geminam quamdam in una anima exconjunctam,

id sibi corpore sollicitudinem sustinet: non jam uno laborans corpore, sed in una anima, ob suum & mariti corpus semper in morbis discissa. Deinde liberorum hinc orta propagine, simul cum unoquoque nascente animo scinditur, & qui nunc nascitur infidentium molestiarum accessio est. Ac bonum quidem maritum nacta, semper illius mortis metu molestias sustinet viduitatis; gravem quamdam animo tabem & præsentem illo & absente ob inopinatos casus perferens. Contra si acerbo juncta fuerit viro, tota ei vita supplicium est: & cum nec alium ob castitatis legem, nec mortem viri ob incommoda viduitatis, nec vitam ob tardium conjugii eligere valeat, inevitabili ærumnarum malo semper in animo discinditur. Deinde ubi liberos peperit, vel bonos eos esse videt, ac majorem partus doloribus ex eorum jactura molestiam per totam vitam tolerat: vel malos illos esse deprehendit, & sterilitate gravius ex filiorum generatione opprobrium refert. Vel priusquam in experientiam veniret eorum, quæ diximus, malorum, sponsa simul ac vidua facta est. Et quæ sine liberis in viduitatem incidit, nec uxor, nec virgo, nec mater est, sed omnibus simul spoliata, quæcumque jucunda ex nuptiis accideret existimantur, amisit quidem, ob brevem voluptatem, virginitatis pulchritudinem, tantum autem de nuptiis degustavit, quantum fatis erat ut acerbitatem viduitatis perspiceret. Vel in viduitate pupillos enutrens liberos, videt in eis monumentum doloris, quem ex viri morte collegit: ac semper in lacrymis, semper in gemitibus, semper in molestiis eorum educationis permixta, non modo nullum habet malo, quod ei accidit, æquale solatium, sed & cognatis & famulis & tutoribus puerorum, ac ipsis etiam sæpe pueris ad virilem ætatem perductis, ac omnibus omnino injuriam facere volentibus, præda miserabilis exposita, suam ipsius vitam, ceu doloris & luctus fabulam, hominibus proponit. Sed quid plura necesse est dicere? dominum dote mulier emens virum, ancilla fit ex libera, exigua nuptiarum voluptate naturalem vendens libertatem, ac januam sibi innumerabilium dolorum, ac omnem molestiarum materiam in matrimonio aperit. Manet enim irrevocabilis in illam maledictio, quæ in omnibus nuptiis velut epithalamium canit: *In doloribus paries liberos & ad virum tuum conversio tua, & ipse tui dominabitur.* Virgo autem, excusso viri jugo, & ad Dominum tota currens, simul etiam excussit imminentem ex maledicto dolorem. Fugit enim partus dolores, fugit exhibendam viro mortali servitutem, ac uno verbo omnia matrimonii incommoda. Simul etiam cum reliquis fugit in.

Gen. 3. 16.

instructa multis nexibus ad peccatum late in hac vita diffusum retia. Ante omnia autem ipsam corruptionem ex carnali copula primam fugiens, tota incorrupta in anima carnis experte Domino despondetur: nec jam patitur ut sua ad virum sit conversio, sed se se frugi Domino exhibet in vita decenter composita. Matrimonii enim materiam esse corruptionem & virginitatis iacturam intelligens, etiam ex argumento totam fabulam nuptiarum prudenter spectavit, & primam molestiarum materiam fugiens, simul etiam fugit nascentem ex materia pravitate. Quare quæ nupta non est curat ea quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino: quæ autem nupsit sollicita est de iis quæ sunt mundi, quomodo placeat viro: & divisa sunt hæc duo, mulier & virgo. Inupta curat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu.

1. Cor. 7. 32.

Virgo confidens sponso suo sollicita esse non debet de rebus ad vitam necessariis.

24. Igitur sollicitudinem cum ea, quæ de rebus mundi sollicita est, partita, ei quæ viro juncta est mortali, mundanas de rebus corruptibilibus sollicitudines projecit: sibi congruentes sponso suo de rebus immortalibus curas elegit. Quare nihil mundanum curare deprehenditur, ne videatur communem sibi cum altera sollicitudinem facere: sed ab omnibus prorsus pura secularibus curis, pura & experte perturbationis mente ad sponsum convertitur. Nec diffidens providæ viri sui potestati, de rebus necessariis, ut illa turbatur: sed & illius in se amoris & sufficienti ad omnia potestati confidens, nihil aliud curat, nisi quomodo illi placeat, & hac sollicitudine quomodo ei placeat, illius in se benevolentiam adauget. Quid est autem placere virginem Deo, nisi naturalem suam pulchritudinem virtutum cultu semper resurgentem ostendere, & incorruptam illam jugiter servare? Quare Deo placere velle, nihil aliud est, quam semetipsum laudabilem & beatum & similem illi efficere. Ac reperitur quæ sollicita est, quomodo placeat Domino, non ei, cui sollicita est placendi, lucrum per hanc sollicitudinem afferre, sed sibi metipsi, dum circa illum sollicita est, pulchritudinem & corruptionis expertem statum comparare. Quod si tantum virginis lucrum, quæ dum sollicita est quomodo placeat Domino, totam ad se utilitatem convertit, seque beatam efficit; non decet, ut de rebus mundanis unquam sollicita esse reperiat. Necesse est enim, ut dum sollicita est de iis, quæ mundi sunt, curam circa Dominum habendam negligat, seque curatorum suo diffidere arguat. Fieri enim non potest, ut & ei confidat ut ad omnia providenda idoneo, & rerum secularium suspensa sit sollicitudine. Sed si sollicita est quomodo placeat Domino,

S. Basilii Oper. Tom. III.

A scire omnino debet ipsum etiam sollicitum esse quomodo ei placeat, nulla in re debitor manens. Nam si mulier, quæ virum mortalem vitæ suæ rectorem instituit, suæ circa illum sollicitudinis hanc ab eo vicem accipit, ut is omnium curam suscipiat; multo magis quæ se Deo regendam commisit, & cum eo vivere elegit, uberiores suæ circa illum sollicitudinis mercedem ab eo omnibus providente accipit. Habes autem pignus fidei ex præcedenti providentia. Nam si nondum placere curantem curæ habuit, ac semetipsum pro ea libenter tradidit, ut eam sanguine suo sanctificaret; multo magis placere cupientem curæ habebit, & cum aliis illi ad veram vitam conducentibus exteriora etiam subsidia in se recipiet.

25. Non utetur Domino ad delicias; ultra urgentem necessitatem, velut voluptaria mulier, superflua exposcens. Nam nec ei dare convenit, quæ ipsam ad corporeas suavitates conversam interpellant, quominus ei placeat: nec ipsi utile est ea accipere, quæ mentem occupationibus avocata Domino placere non sinunt. Sed necessitatis modum rebus ad corporis vitam necessariis prudenter definiens, nihil his amplius petet. Atque etiam si sæpe rerum necessariorum inopia præmatur, ut ipsius in illum amor probeatur; non tamen pusillo animo contristabitur, sed omnia ferens, omnia sperans, omnia sustinens, affixa illi non simulato amore, anima in mortuo & sensus experte, ut ita dicam, corpore extrinsecus minime distracta, ipsius pulchritudine satiabitur. Quemadmodum enim temporaria pulchritudinis amator, non pecuniam solum ac omnes suas divitias amoris causa non parce absumit, sed etiam cibum & somnum, & vestem & habitum ac omnem existimationem, imo ipsum etiam corpus & corporis vitam contemnens, ut folius amoris compos fiat, ac muros & domos & interjecta audacter transiliens omnia, in enses furiosus fertur; ac si consueto ornatu ad amorem vadens, nihil consequuturus sit, nequaquam ea de re sollicitus est sed potius, si oporteat mutato habitu & cum indecora specie repentem oprato perfrui, id non sine voluptate perfert; sic qui Deum verè amat, ac sollicitus est quomodo placeat ei quem amat, non pecuniam solum & divitias, ut placeat ei quem amat adimplendis eius præceptis, debet contemnere; sed etiam necessarium cibum & somnum & exteriorum habitum, ac eam, quæ vere in hoc mundo corrupta est, existimationem, adhuc etiam corpus & corporis vitam negligens ut cœlesti amore perfruatur, muros consanguinitatis & patrum domos, & interjectum mundum transilire, & in enses martyrii, si se dederit

Virgo superflua a sponso petere non debet, sed & potius omnia pro eo libenter perferre.

1. Cor. 13. 9.

V v rit

rit occasio, irruere, & si in solito degens A  
habitu compos amoris non sit futurus, pau-  
perem habitum & vitam pluribus probro-  
sam libenter perferre, ut divina, ut ita di-  
cam, insania legitime ad bonum consequen-  
dum correptus, quantum cupit, eo qui ve-  
re amabilis est, perfruatur. Hunc amato-  
rem ad se ex terrenis affectionibus revocans  
Gen. 12. 1. amatus dicebat: *Exi de terra tua & de co-  
gnatione tua, & de domo patris tui, & veni  
in terram, quam monstravero tibi.* Ille au-  
tem, ut jam videns quod desiderabat, prom-  
to ac libenti animo sequebatur, & errores  
ac exilium amoris causa libenter perfere-  
bat, dicens: *Quis nos separabit a caritate  
Dei? an tribulatio, an angustia, an perso-  
quutio, an fames, an nuditas, an periculum,  
an gladius?* Noverat enim eum, qui dili-  
git patrem aut matrem plus quam id quod  
vere bonum est, non esse dignum qui illud  
consequatur: ac eum qui non renuntiat om-  
nibus quæ possidet, adhuc autem & animæ  
suz, non esse dignum qui amicus & amator  
Domini vocetur. Quapropter qui ea tan-  
tum curant, quæ ad ipsum pertinent, sin-  
cerum suum illius amorem ostendere volen-  
tes, ecce, ajunt, *nos reliquimus omnia, &  
sequeuti sumus te; quid erit nobis?* Ille autem  
dignam eorum in se amoris mercedem jam  
tu illis prædicans, ait: *Amen amen dico vo-  
bis quod vos qui sequuti estis me, in regenera-  
tione cum sederit filius hominis in sede majesta-  
tis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim,  
judicantes duodecim tribus Israel. Et omnis  
qui reliquerit domos, aut agros, aut fratres,  
aut sorores, aut uxorem, aut filios, propter  
nomen meum, centuplum accipiet, & vitam  
æternam possidebit.* Equum enim erat ut  
qui re ipsa suum in illum amorem per totam  
vitam purum exhibuerint, digna sudori-  
bus pro eo emissis præmia recipiant.

Virgo om-  
nia conten-  
nere debet,  
ut sponso  
perfruatur.

Psal. 72. 28.

26. Oportet ut tali amore flagrans virgo,  
contemnat quidem voluptates & divitias,  
& opيناتas mundi delicias; conculcans an-  
tem temporariam gloriam & fastum, &  
corporis pulchritudinem & vitiosas blandi-  
tias, oculo irretorto Dominum sequatur,  
dicens: *Mibi autem adhaerere Deo bonum est,  
ponere in Domino spem meam:* ita ut omnia,  
quæ quidem hujus vitæ admiratoribus vi-  
dentur bona, qualicumque illa nomine ap-  
pellare quis velit, ridicula dedecora esse  
ostendat, unicam autem rem, proprium  
bonum intuens, illud intento oculo sequa-  
tur: siquidem illius in se amorem remun-  
rans sponsum, etiamsi ancilla sit & ignobi-  
lis, etiamsi pauper & obscura, etiamsi in  
hoc mundo abjecta & deserta sit, illam no-  
bilitans reginam caelorum efficit, non so-  
lum immortalitatis nobilitate naturam infi-  
gniens, sed etiam studiose exterioris habi-

tu, ut suam sponsam, vario decorans or-  
natu. Cujus gloriam Psaltes admirans, ad  
sponsum ait: *Adstitit regina a dextris tuis in  
vestitu de auro circumdata varietate:* ita ut  
quæ nunc lacera veste & servili habitu vilis  
existimata est, in regno caelorum regina &  
nobilis & ornatu decorata, regi adstans in-  
veniatur. Ac profecto absurdum est, ut,  
cum sponsum ob suum in illam amorem, &  
nobilitatem & divitias & ignominiam con-  
temnens, extremam Adami paupertatem  
sustinuerit, ut nos illius paupertate ditare-  
mur; sponsa ne paria quidem pro sua im-  
mortalitate ei, qui propter ipsam mortuus  
est, rependat, sed mollitie & deliciis dif-  
fluat, seque ad mundum accommodet, nec  
una cum eo, qui propter ipsam pauper fa-  
ctus est, pauper sit & humilis, ut pauper  
facta una cum eo, qui propter ipsam pau-  
per factus est, eo ad proprias divinitatis di-  
vitiis revertente, particeps divitiarum &  
regni in caelis inveniatur. Prætereat ergo  
quidquid oculis cernitur, quamvis boni vi-  
deatur speciem apud nonnullos obtinere;  
vel potius ne aspicere quidem omnino di-  
gnetur. Sed divinam quamdam extasim,  
qualem ille experiebatur, qui in extasi di-  
cebat, *Omnis homo mendax,* a sensibus &  
conservis sentiens, nuda, inquam, men-  
te, congruenti sibi amore satietur: nullate-  
nus quidem aspectum aut motum aut ser-  
monem suum libidinose in aliquem ferens,  
sed omnes suas facultates proprii sponsi an-  
cillas efficiens. Nam cum is ubique cernat,  
internum illius affectum in omnibus accu-  
ratus considerat.

D 27. Nulla enim parte adultera virgo esse  
debet, non lingua, non auditu, non oculo,  
non tactu, non ullo alio prorsus sensu,  
multoque minus animo: sed corpus quidem,  
veluti templum aut thalamum sponsi, rite  
compositum habere, ac in eo animam una  
cum sponso integram sponsam collocare.  
Accurate enim explorat ille non ea solum  
quæ hominum oculis cernuntur, sed ea et-  
iam quæ in animo latent, nec ulla adultera  
ejus oculos effugerit. Nam quæ cum mor-  
talibus viris degunt, cum facto in vitiis  
progressu adulterii moliuntur opera; introi-  
tus & exitus virorum observantes, eorum-  
que oculum & aurem, quantum fieri ma-  
xime potest, callide explorantes, latenter  
adulteros sermones & aspectus furantur,  
ac aure & oculis impudicæ voluptatis satie-  
tatem capiunt. At Domini sponsa, cum  
non possit nec aspectum ejus nec auditum,  
nec præsentiam effugere, in oculis ejus om-  
nia facit. Quapropter oportet ut virgo,  
etiam si sola aliquid loquatur, sciat se in  
sponsi auribus loqui: etiam si sola aliquid  
faciat, non ignoret id ab eo accurate per-  
spi-

Sic se gerere  
debet, ut  
sponsum  
habens,  
quem nihil  
latet.

spici: etiam si quid cogitet, persuasum habeat id statim in corde commotum ab eo cognosci.

*Jerem. 23. 24. & non cognoscam? Et quomodo qui plantavit aurem non audiet, & qui finxit oculum, non considerat? Aut qui corripit gentes, non arguet? Qui docet hominem scientiam, quomodo ille non omnia cognoscet, cui omnia nuda sunt & aperta oculis ejus?*

*Eccl. 4. 13. Quapropter homo peccati, mente excæcatus a propria nequitia, ac semetipsum decipiens, dicat, ut libuerit: Tenebræ operuerunt me & parietes in circuitu meo, quis me videt?* Quæ vero purum sponsi lumen semper suscipit mente sua, prout dignum est prudentia, quæ ipsi inesse debet, ad singula exclamet:

*Psal. 138. 12. Quia tenebræ non obscurabuntur a te: & non sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ ejus ita & lumen ejus.* Probet igitur suum ipsius aspectum Domini sponsa, & si cernendo placebit, tunc eum confidens movebit. Sin autem minime placebit sponso; semetipsum non decipiat; quia a nullo homine videtur, illum etiam sese existimans latere. Sic etiam consideret sermonem & cogitationes, & membrorum ac digitorum singulos motus. Ac per hæc quidem si Domino placeat; moveatur ad singula: secus vero, illius, utpote cernentis, revereatur aspectum. Nam si sollicita est quomodo placeat Domino, nihil debet, quod non illi placeat, facere.

Valde vituperanda quæ hominum magis oculos quam sponsi veretur.

28. Sin autem, quia nullus hominum videt, nutum aut sermonem immittere audeat; primum quidem, ut per se patet, sui ipsius accusatrix est, voluntatem latendi accusatricem intus habens pravæ conscientiæ. Præterea manifeste deprehenditur erga sponsi dignitatem cæcutire. Nam cum incorporeus sit; medius & susurrus & ad spectibus & cogitationibus interest; ac subdolam quidem ejusmodi virginis mentem averfatur, seque exteriorem virginis opinionem odisse demonstrat: propterea quod, dum deceptis hominum oculis persuadet se per totam vitam ei desponsam esse, nec ipsius sponsa est, nec hominis aperte uxor, sed virginis laudem apud homines virginali specie furatur, in sponsi autem oculis, suam apud homines virginitatem ostentans, adultera est. Quinetiam præter adulterii peccatum, quod in suum ipsius sponsum committit, adhuc etiam impie in illum contumeliosa est, eo quod hominum conspectum magis verendum illius conspectu judicet, coram illis facere indecora non audens, coram illo autem, qui semper adest, impudenter omnia faciens. Igitur ut vidente omnia & audiente sponso, virgo aget omnia.

Virgo etiam si sola sit, debet revereri.

29. Ac non solum si quis videat aut audiat, qui non celaturus aut adjutor futurus existit.

Ametur, cavebit ne quidquam faciat, quod

Domino displiceat: non solum si vir non adfit, sed mulier, eaque puella ex ancillarum numero, nihil aut ad ornatum aut ad humanum amorem audebit, quod Domino displiceat; sed etiam si ipsa sola sit, nullo prorsus homine præsentem, nihil prorsus agere, quod sponso indignum sit, in animum inducet. Quamvis enim nullus alius hominum adfit; at ipsa sibi metipsi adest virgo, seque omnium maxime debet revereri. Neque enim alios, ut reverentia dignos, cavebit, semetipsam autem, ut reverentia indignam, dedecorabit. Sed, ut dixi, primum quidem semetipsam & conscientiam suam reverebitur, etiam si omnino sola sit, deinde adstantem custodem angelum. *Angeli enim eorum, inquit, semper vident faciem patris vestri, qui in caelis est.* Nec decet, ut hominum conspectui se subducens, angelum, cui cura salutis nostræ credita, contemnat: virgo præsertim, quæ hunc ipsum, veluti pronubum virginis suæ & custodem habet. Præ angelis autem revereatur ipsum sponsum, qui ubique præsens est, ejusque Patrem & sanctum Spiritum. Sed quid percurro singula? Innumerabilia angelorum agmina, simulque Patrum sanctos Spiritus: Nullus enim eorum est, qui non ubique intueatur; cum ipse quidem corporis oculis non videatur, sed incorporeo oculo circumspiciat omnia. Quare hac etiam ratione, si multos latere vult virgo, hos, qui tot ac tales sunt, multo magis quam homines, ut verisimile est, reverebitur. Et cum ei propositum sit, ut peccatum multitudinem lateat, cumque fieri non possit, ut istos, quorum magna multitudo est, lateat nihil unquam committet quod non deceat. Talia igitur in præsentem vitam circa semetipsam cogitans, undique, opinor, semetipsam communit.

30. Si autem meminerit nos manifestari oportere coram tribunali Christi; non modo turpe quidquam facere, sed vel cogitare verebitur. Nam instar pictoris mens nostra, velut in tabula, cogitationes in anima ad arbitrium suum informat, cumque soluta sit & libera ob liberum arbitrium, nec usquam ob incorpoream naturam suam, ad picturæ magnificentiam angustias patiat, sed quantum cupit loci laxitatem inveniat, depingit, inquam, cogitationibus quæcumque libet. Deinde quemadmodum pictor, postquam secreto in recessu tabulam varia historia complevit, subito illam in medium profert, ac sublatis exterioribus integumentis spectandam in medio multitudini proponit, nec jam est eorum quæ pinxit interpret, sed omnibus spectatoribus etiam in futurum tempus picturæ, qualis sit, existimanda potest.

reveri semetipsam & angelum & maxime sponsum.

Marth. 13. 10.

Si meminerit judicii nihil turpe faciet aut cogitabit.

testatem relinquit; ita & mens post exitum a vita, ubi veluti quoddam involucrium tabulæ, quæ animam tegit, quamque per totam vitam cogitationibus pinxit, ita corpus ablatum fuerit; tunc quæ in arcano picta fuerant, omnibus in lucem profert; ac videre est tabulam animæ, varia quidem historia repletam, omnibus autem ad spectandum propositam. Si ergo divinæ quædam ex sacris lectionibus & probis cogitationibus historiæ videantur depictæ; laude omni digna iudicatur & mens quæ pinxit, & quæ hanc recepit picturam animæ tabula: his qui picturam vident, recedere ab hoc spectaculo nolentibus eo quod spectatu dignum sit; omnibus autem singularum rerum depictarum pulchritudinem & figuras, tum etiam divinam formam admirantibus, ac divinum illum pictorem beatum iudicantibus, quod vitam in carne præclare traduxerit, sub hoc corporis amictu nocte & die tales picturas, præter omnem spectantium spem, elegantiam manu animæ tabulæ imprimens. Quod si turpes & indecoræ appareant picturæ, opprobrio & risu dignus pictor omnibus videbitur: quippe qui alias fortasse spes, antequam nudaretur tabula illius animæ, monstraverit, contraria autem his, quæ exspectantur, omnia post remotum corporis integumentum spectantibus ostendat. Ubinam ergo iste abscondetur, qui ex instituta cum altero comparatione ab omnibus iudicandus est? *Inter se invicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus.* Ubinam autem tabula illa animæ deponetur, quæ spectantium oculos turpibus historiis ac omni absurda specie implevit? Quemadmodum enim qui in corpore habent nævos, antequam nudentur, veste illos occultant & multorum oculis subducunt, ac sæpe splendissima veste ornati, etiam pulchri intus esse exornatu exteriori existimantur: sed si vestem exuant, & nudi in balneo appareant, ridiculi videntur, dum corpus ostendunt innumeris nævis præter plurimum illum externum decorem deforme: neque, postquam nudum omnibus corpus apparuit, opus est interpretatione, ubi & qualem nævum habeat; sed statim ac nudatum est, conspicuus cuiusque membri nævus oculis semetipsum aperit: ita & nos postquam exuerimus integumentum carnis, nec vestire insitos animæ nævos, nec occultare ullo modo poterimus; sed omnibus oculis conspicui, quæ corpore, velut veste, abscondentes latebamus, ea omnibus oculis nuda ostendemus, nec jam erit negandi aut ratiocinandi locus, cum opera ipsa cernentur, & conspecta in auctore suo agnoscentur.

Non confuse aut summatim

31. Non enim confuse & summatim res videntur; sed ut depictæ sigillatim cognos-

causa, surrexerit e lecto ad adulterium pro-<sup>res cernentur in iudicio.</sup>perans, qualibus eundo usus sit gressibus, quali constitutus corpore, & qualem præ se ferens habitum processerit, & unde obrepens alienam attigerit: quomodo semetipsam illi mulier ad nefarium opus tradiderit. Velut in tabula, inquam, singula accurate descripta cernentur, nec ea solum quæ ad actum perducta sunt, sed etiam actibus non erumpentibus insitæ in animæ tabula cogitationes. Nihil enim aliud est pictura in anima, nisi cogitatio alicujus rei in ipsa informata: nec aliud quidquam est imaginaria & excurrens cogitatio in anima, nisi pictura imaginationis coloribus, & magnitudinibus atque etiam figuris, quas in ipsa mens depinxit, delineata. Et quemadmodum qui artem notarum didicit, omnium notarum figuras & nomina, atque etiam octadum formas & tetradum in anima impressas habet, & ad usum eorum quæ dictantur, per manum ea, quæ memoriæ inscripta sunt, in tabula ostendit; atque alias quidem notas stylo figuravit, aliæ vero nondum manu designatæ, in anima tamen descriptæ servantur: ita & anima alias quidem cogitationes, dum per corpus operatur, ad actum perduxit, alias vero, quas nondum corpore perfectas nobis ostendit, in seipsa formatas servat, etsi non corporaliter, sed proprio opere eas per semetipsam incorporaliter perficit. Quemadmodum enim corporis opus est aliquid corporaliter peragere, ita & animæ opus est placentes sibi imaginationes, arbitrio suo per cogitationem ad actum perducere. Unde & peccata, quæ in cogitatione posita sunt, non ut cogitationes simpliciter, sed ut opera in anima perfecta æquum est iudicari. Quemadmodum igitur etiam si notas manus non scribat, notarum tamen figuris tota anima ubique inscripta est, & si quis corpus removeat, totam animam videbit, eo quod dicitur, commento inscriptam: sic postquam corpus exuerimus, omnis cogitatio velut in pictura, ita in anima videbitur inscripta. Et quemadmodum qui notas non didicit, earum in anima non habet descriptas formas; qui vero didicit, etiam si manus non scribat, earum formas discendo in anima inscripsit: ita & qui de peccato aliquo non cogitavit, illius imaginem animæ impressam non habet; qui vero cogitavit, etiam si non procedat opus, tamen in anima imagines eorum quæ cogitavit, velut in quadam tabula, clare descriptas habet. Sed quemadmodum illic qui notas didicit, si eas scribere negligat, obliviscendo illas e memoria abjiciet, ita ut deinceps temporis progressu nullius jam octadis figuram aut formam aut nomen memoria retineat:



neat: ita & qui absurda cogitavit, si has cogitationes negligat & in melioribus mentem occupet, hæc temporis progressu & memoria tandem aliquando projiciens, obliviscendo ex animæ tabula delebit. Nihil enim aliud est memoria, nisi cogitationum veluti depicta in anima informatio. Et quomodo possimus effugere poenas ejusmodi cogitationum, quarum memoria adhuc in mente mota formas in tabula vivas omnibus ostendit? Igitur ne turpibus rebus referta mentis nostræ tabula appareat, deleamus oblivione memorias pravaram cogitationum, & earum loco, bonarum recordationes informemus; ita ut nequamquam integumento corporis in præsens tempus cooperti, postquam illud deposuerimus, turpes quidam ob nævos & probrosi ob picturas omnibus præter conceptam de nobis in hac vita opinionem videamur,

32. Fortasse enim illud est quod ait Apostolus: *Quorumdam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: quosdam & subsequuntur*, Nam quæ manifesta sunt omnibus hominibus peccata, quibus etiam eos qui videbant ad blasphemiam & similes actiones pravo scandalo incitarunt, ea præcedunt. Quæ autem ignota sunt hominibus & clam perpetrantur, non idcirco quod homines lateant, remanent, sed inseparabiliter eos sequuntur, ut & seipsa & latentem multos auctorem prudentia, tum nescientibus eum hominibus, tum justo iudicio tradant: ita ut miser ille a propriis sceleribus comprehendatur; a manifestis præcedentibus in iudicium tractus, ab occultis autem inseparabiliter affectantibus agitur. Atque hanc sententiam exponens Apostolus infert ac dicit: *Similiter & bona opera, quæ coram hominibus lucent ut videntes dent gloriam Patri nostro qui in cælis est, manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt*. Etsi enim nunc ignoretur qualia sint opera nostra, oportet nos manifestari coram tribunali Christi, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit occulta consilia cordium. Et tunc laus erit unicuique a Deo, quando recipiemus unusquisque ea quæ sunt per corpus; prout

Quoniam peccata iudicium præcedunt, quoniam sequuntur. 1. Tim. 5. 24.

1. Cor. 5. 10.

1. Cor. 4. 5.

Alia afferuntur Pauli verborum explicatio.

33. Neque etiam alia prætermittenda intelligendi ratio, quæ fortius potest prudentem virginem ad certamina, quæ ipsi sustinenda sunt, incitare. Quemadmodum enim admirabilem Paulum, adhuc in corpore degentem, alia præcesserunt opera; multis, qui per ejus doctrinam ac vitam consummati ad æternam ei vitam præverant, præmia illi sudorum, quos pro illis stillaverat, apud justum iudicem Deum præparantibus: alia vero jam defunctum & cum Chri-

sto degentem sequuntur, iis, qui per eum in sacris ejus epistolarum scripturis ad virtutem exercentur, laudes simul & præmia bono illi magistro hinc emittentibus: sic & contra, alia quidem præcedunt peccata, cum hi, qui ex pravis sermonibus aut actionibus damnus accepere, præeunt in infernum, & supplicia damni auctoribus illic præparant: alia vero subsequuntur, nempe eorum, qui etiam ab illis, post illorum mortem, ob relicta sæculo monumenta nequitiae læduntur. Quemadmodum enim hætenus beatus David ad Dei cultum & providentiæ agnitionem juvat, & qui ab eo juvantur, propriis præclare factis hinc ei laudum voces quæ ipsum sequuntur, emittunt: sic Marcion & alii, qui hæretica dogmata in hac vita seminavere, damnus inferunt, ac omnes, qui ab eis hic læduntur, gravioribus mali auctores supplicii, etsi jam olim mortuos, illic tradunt. Nam si is, inquit, qui unum ex parvulis scandalizaverit, tali morte dignus iudicatur; qui tot ac tantos scandalizavit, dum improbæ vitæ ad corruptelam morum relinquit exempla, aut perniciosa animabus pullulat dogmata, mortis omnium, qui propter eum moriuntur, reus jure ac merito iudicetur; ita ut, prout singuli propter eum hic vulnerantur, aut moriuntur, ipse auctor in illa vita vulneretur & moriatur. Quod si etiam secundum hanc rationem aliæ quidem præcedunt actiones, aliæ vero subsequuntur; si quemadmodum quæ ex nequitia consequuntur, majori supplicio, prout quisque læditur, mali auctorem tradunt, ita etiam quæ ex virtute consequuntur actiones, prout quisque juvatur aut a vitio revocatur, majoribus præmiis magistrum augent; habetque profecto virgo ex utraque parte, vitio aut virtute, alias quidem præcedentes actiones, alias vero consequentes; misera quidem illa est, quæ præter poenam proprii peccati, etiam ob aliarum casum, quibus in peccatum labendi auctor fuit, semper acerbiori supplicio traditur: at ter beata, quæ præter proprias coronas, etiam propter illas, quæ ex illius imitatione coronantur, pro singulis post mortem in illa vita coronatur.

34. Si igitur nihil est occultum quod non revelabitur; propter omnes prædictas rationes virgo, etiamsi sola sit, dabit operam ut peccatum effugiat, non solum reliquorum hominum oculos, sed etiam multo magis suos ipsius ac angelorum ubique spectantium reverita. *Propterea enim debet*, inquit, *mulier potestatem habere supra caput propter angelos*. Non enim oportet, ut etiamsi sola domi sedeat virgo, propterea quod nullus adest hominum, indifferen-

Matth. 18. 6.

Virgo etiam si sola sit, nudari non debet, sed suos & angelorum oculos revereri.

Matth. 10. 26.

1. Cor. 11. 10.

ter

ter nudetur. Multum enim statuo esse ille-  
gebrarum in feminea natura, ut omnem vi-  
filem naturam in semetipsam trahat. Ne-  
que ob eam solum causam injurias dæmo-  
num, quæ nobis invisibiliter insidiantur,  
cavere debet ac semper suspectas habere; sed  
etiam ob reverendos omnibus, inquit, an-  
gelos potestatem habere debet. Vir enim,  
cum angelicam quodammodo potestatem  
habeat, nudo capite sodalibus fidenter se  
ostendat, Mulier autem, quæ multo infe-  
riorem, quam vir, sortita est naturam; po-  
testatem habeat in capite; suam præstantio-  
ri summisionem, habendo potestatem in  
capite, decenter confitens. Propterea, in-  
quit, ipsa etiam natura capillis earum ca-  
put in vertice contexit, sua sponte docens,  
non oportere, ut mulier umquam, non so-  
lum alio aliquo membro, sed ne capite qui-  
dem indifferenter nudetur: & quia solæ in-  
terdum, viris absentibus id facere non ve-  
tentur, venerabiliorem viris dignitatem  
adjecit, dicens: *propter angelos*, qui ubique  
adsunt & quæ geruntur vident. Reveretur  
ergo omnis mulier, adhuc autem multo ma-

Multo ma-  
gis præsen-  
tibus fra-  
tribus mo-  
deste debet  
se gerere.

Gen. 6. 2.

Rom. 14. 13.

Cum sponsi  
amicis car-

35. Quod si ne tum quidem cum sola est,  
indifferenter nudabitur; multo magis fra-  
tribus in Christo præsentibus, semetipsam  
& tunica & pudore modeste exornabit; non  
solum nullum ex membris, quæ veste ope-  
rienda sunt, nudari temere sinens; sed ma-  
xima etiam attentione semetipsam ad dam-  
num vitandum componens, ut non solum  
ipsa illæsa permaneat, sed etiam qui vident,  
nullam ex aspectu materiam damni accipi-  
ant. *Videntes enim*, inquit, *filius Dei filias*  
*hominum, quod essent pulchræ, descenderunt*  
*ad illas*. Idonea est enim nudata pulchritu-  
do, ut filios etiam Dei ad voluptatem pelli-  
ciat, & tamquam homines, qui propter  
eam moriuntur, mortales efficiat. Quare  
non oportet, ut de sua tantum securitate sol-  
licita, eorum salutis, qui lædi possunt, nul-  
lam rationem habeat: sed debet undique &  
suæ ipsius virginitatis inviolabilem pulchri-  
tudinem servare, & iis qui illam vident, lu-  
crum vitæ, non mortem ex peccato concilia-  
re. Et si enim ipsa confidit virginitatis suæ  
firmo proposito, debet tamen curam gerere,  
inquit, ut ne ponat offensionem fratri aut  
scandalum.

36. Sic igitur virgo & mente & motu &

A forma ac habitu & gestu & sola & cum aliis, <sup>se colloqui  
debet.</sup>  
ad id quod placet sponso suo salubriter com-  
posita, cum sponsi amicis caste colloquetur.  
Non enim ad hominum odium eam ferentes  
includimus: sed accuratis lineamentis totam  
a capite usque ad pedes, velut Dei simula-  
erum, informatam, sic ad fidei domesticos  
prudenter adducimus, ut dum & habitu &  
sermone vere sponsa Domini videtur, col-  
loquentibus profit. Colloquatur igitur ut  
sponsa verecunda cum sponsi, inquam, mi-  
nistris, ac colloquatur ubique sobrietatem  
B servans. Oportet enim simplicem illam qui-  
dem esse ut columbam, prudentem vero ut  
serpentem. Sed quia illigatæ corpori ani-  
mæ, cum non possint nude de veritate in-  
ter se colloqui, corporibus circumstantibus,  
velut instrumentis, tum ad vocem, tum ad  
visum coguntur uti; qui non potest animæ  
corpori illigatæ pulchritudinem videre aut  
ratione illam audire, corporis motum in quo  
illa est, videt; ejusque vocem per illud emil-  
sam audiens, pulchritudinem illius ex his  
dijudicat, nec vox solum & aspectus, velut  
C in speculo, animæ speciem demonstrant,  
sed & amictus viri & risus & pedis incessus il-  
lum produnt. Nonnulli autem musico li-  
benter audiendo, brevi imprudentes coepe-  
runt non jam musicum, sed instrumentum  
quod videtur, per quod musici arte per-  
fruuntur, diligere. Propterea necessario  
oportet, ut virgo accurate auditum & visum  
custodiat, ne forte pro anima quæ loquitur,  
illud per quod ipsa loquitur, imprudens di-  
ligat. Solers enim est, qui nostro boni amo-  
ri invidet, omni modo nobis subtrahere id  
D quod desideramus, & quod ipsius proprium  
est astute ad desiderandum substituere. Sic  
enim nonnulli, dum libenter audiunt de  
virtute sermonem, ac animam illum pro-  
ferentem diligunt, assiduo auditu ac visu  
imprudentes eo deducti sunt, ut lineamen-  
torum corporis formæ in eis imprimeren-  
tur, ac eorum auditus voce majorem in mo-  
dum demulceretur, nec jam animam vo-  
cis instrumento loquentem, quam antea  
diligentes hominem colebant, sed corpus,  
quod ipsis animæ bona ministrabat, dein-  
ceps diligerent. Vicina enim esse ajunt et-  
iam Græci vitia virtutibus. Unicuique enim  
virtutis januæ vitium specie simillimum  
utrinque adaptavit, ut qui virtutis studio-  
sus est, cum primum illius januæ adstat  
eamque videtur pulsare, aperta illi hinc  
aut illinc una ex januis vitii, similitudine  
deceptus tamquam in virtutis domum in-  
troeat, ac deinde ab omnibus ob errorem  
irrisus, tempore & experientia discat, non  
solum se longe esse ab illa virtute, cujus ali-  
quando pulsare januam videbatur, sed ne  
illius quidem limen omnino supergressum  
esse,

Matth. 10.  
16.

esse, neque illius foribus, ut antea videbatur, adstitisse easque pulsasse. Sic enim eos qui sibi ad virtutem fidere volunt, temerarios decipiendo ostendit: fugientes temeritatis notam, ignaviae & pusilli animi arguit: commiserationis studiosos prave ad vitia emollivit: discedentes a tenerioribus affectibus, crudeles & inhumanos effecit: quemadmodum etiam eos qui caritatis pulchritudinem persequuntur, falsi nominis caritate in carnis voluptates & vituperatam ab omnibus vitam indecore coniecit, aut sibi ab hoc probro caventes, fratrum osores esse fecit, ac omnem illis boni sensum eripuit.

*Prov. 4. 27.* Rursus igitur *ne declines ad dexteram aut ad sinistram*, ne decepta in unam aliquam vitii januam incidas; sed mediam incede virtutis viam; ac ubique considerans, quomodo caute, non ut insipiens, sed ut sapiens ambules, quia in medio laqueorum incedis, & super pinnas urbium transis, da operam, ut in laqueum praenegligentia non injicias pedem tuum, ne quando ex muro civitatis nostrae delapsa misere pereas.

*Ephes. 5. 15.* *Eccli. 9. 20.* 37. Diligendi igitur qui ad sponsum invitant, sed debet dilectio justa esse ac non confusa; ne ministros sponsi, continenter audiendis illorum de sponso sermonibus, aequae ac sponsum aliquando diligens, evertat dignitatem sponsi, ac pronubis, aequae illos ac Dominum honorans, maximam faciat injuriam. Jam vero imprudentes nonnulli ministros non aequae ac sponsum, sed etiam amplius quam sponsum impie dilexerunt: jamque sponsi, cui desponsatae fuerant, semel oblatae, totae famulorum sponsi factae sunt sponsae, vel potius ne famulorum quidem sponsi, sed alienorum quorundam turpes mulieres evaserunt. Nullum enim carnalem sponsum noster ministrum habere deprehenditur, sed omnes spiritu viventes. Quae autem non spiritui ministrorum sponsi, sed eorum carnibus sese desponderunt, haec, ut manifestum est, cum illos a ministerio sponsi alienos esse, tum semetipsas non ministris sponsi, sed alienis servis desponsatas esse ostenderunt. Debent igitur etiam cum istis caute colloqui, nascentem sensim ex colloquio corpoream consuetudinem prudenter abscondentes; & in colloquendo caventes, ne dum fidenter cum illis, ut cum sponsi famulis, colloquuntur, imprudentes vel eos ad ea quae non oportet detorqueant, vel semetipsas praeter propositum scopum in carnis voluptates absurde dejiciant. Sed caritas habenda proximi, quia *diliges proximum tuum sicut teipsum*, ac sponsae hoc praecipuum sibi gratum sponsum tradidit. Certe, inquit, *diliges*, & quatenus uni istorum facis, mihi sponso tuo facis. Sed non debet libidini obnoxia

Quomodo diligendi qui ad sponsum invitant.

esse caritas, nec nomen caritatis mentiens, re evertere dignitatem verae caritatis. Quamdiu quidem ob amorem sponsi, amare fratres videris, fervas & in eum & in illos gravitatem caritatis, Sed si non jam propter illum, sed eos propter semetipsos ex consuetudine diliges, corrumpens illius amorem, ac libidini obnoxium efficiens; falso nominatam ac minime veram habes caritatem. Caritas enim carnis libidines non attingit: nec rationis experit ex consuetudine animali gravitatem suam sine iudicio transfert in corpora. Sed rationis compos ac tota sapientiae plena prudenter semetipsam pro merito personarum, ut aequum est, impendit: ministros sponsi, ratione propter illum honorans, illum autem non propter eos, quia de illo loquentes audit, sed propter ipsum colens. Ac si quis illius amator est, amicum illum ob sponsi amorem existimat. Si quis autem illius amorem negligit, non jam illum, etiam si assentetur, ut familiarem habet, sed maxime ex ejus assentatione insidias suspicatur, propterea quod negligens sponsum, quem illa admiratur, simulatio ipsius sponsi cultu inescat eam, quasi ipsam adjuvet ut sponso placeat; in semetipsum autem illius amorem assiduo colloquio transferre conatur, sub pronubi nomine & specie adulter sponsae fraudulenter factus. Hinc enim multae caritatis nomine paulatim ad carnis libidines ex consuetudine & familiaritate delapsae, meretrices & adulterae ac non solum a Domini sponsalibus, sed etiam a carnali matrimonio apud homines legitimo alienae prorsus deprehenduntur. Nam cum virginitatem Domino voverint, postea carnis voluptatibus victae, stupri peccatum matrimonii nomine praetexere volunt: non ignorantes, opinor, quamvis ignorationem praeseferant, eam quae datam sponso suo dexteram violavit, neque illius sponsam esse, quem illegitime reliquit, neque illius, cui se per libidinem junxit, secundum leges uxorem videri posse.

38. Tunc enim legitime & secundum divinas Scripturas matrimonium contrahitur, cum voluptatis amor non praeventit legis necessitatem, sed cogitatio necessarii auxilii & liberorum susceptionis proposita matrimonio vere honorabiles conciliat nuptias: cum necessitate matrimonii prius animo concepta, & sancto in Domino secundum leges iusto fundamento, appendix matrimonii necessitatis esse deprehenditur, concubitus voluptas, quae carnem duorum unam efficit. Quoniam enim animae insita ratio animas in antecessum secundum illam, quae apparet, necessitatem conjunxit; merito animarum conjunctionem etiam carnum in quibus versantur legitima conjunctio consequitur.

Non potest virgo legitimum matrimonium contrahere.

Sed

*Luc. 10. 27.* *Matth. 23. 40.*

mi, quia *diliges proximum tuum sicut teipsum*, ac sponsae hoc praecipuum sponsum tradidit. Certe, inquit, *diliges*, & quatenus uni istorum facis, mihi sponso tuo facis. Sed non debet libidini obnoxia

Sed cum animabus aliud sibi ab initio proponentibus, carnes ob voluptatem ea quæ sibi propria sunt querentes, animas quæ in ipsis resident, vitio suo emancipatas conjunxerunt; appendix carnis malorum factæ animæ iniquum concubitum reddunt. Cui enim operi nec insita animæ ratio nec lex prævit, illud a conscientia, ut omni ex parte illegitimum, damnatur. Propterea, inquit, *mulier alligata est legi, quanto tempore vivit vir ejus. Quod si mortuus fuerit vir, libera est: cui vult nubat; non simpliciter, sed tantum in Domino*, inquit; quia & quæ morte viri libera ad nuptias facta est, non quia liberata est simpliciter; sed in Domino debet nubere. Quid est autem in Domino nuptias contrahere? Non carnis voluptatibus ad concubitum ante pertrahi, sed dijudicando id quod utile ad vitam, eligere nuptias. Propterea etiam necessitatem matrimonii creator in natura instituit,

39. Quod si hæc ita se habent, ne sese decipiat, inquam, quæ ex virginitate in carnis libidines delapsa est; quia matrimonium illi ad peccatum imputabitur. Primum quidem, quia malam basim, concubitus voluntatem & prævaricationis peccatum sibi ipsa posuit: deinde vero, quod cum libera non esset, (non enim mortuus est vir ejus, ut cui vult nubat) vivente immortali viro adultera vocabitur, mortalem ob carnis libidines in Domini thalamum introducens. Quod enim spectat ad legitimum matrimonium a sponso occupatum; virginitatis habitus, datæ dexteræ, processus in publicum ob initum cum illo foedus, coram omnibus testantur eam de illo, ut viro, gloriantem, in publicum, eo quod præoccupata esset a viro; prodiisse. Nam si non prius e paternis thalamis prodiit virgo, quam legitimo viro juncta, eumque dominum & vitæ moderatorem palam agnoscens, deinceps sub nomine viri, qui eam sortitus est, e paternâ domo prodeat; virgo certe prodiit e paternis thalamis, ut legitimi viri sponsam professa & sub ejus dominatu constituta in publicum prodiret. Quod si testes sunt progressuum, qui hæc vident; testes profecto iidem sunt, cuinam illa conjuncta, aut cuius viri sponsam professa, e paternis ædibus in publicum processerit. Quod si hæc nuptiæ & testibus & progressibus & omnibus rebus manifestæ, nec mortuus est vir ejus; talis igitur mœchatur, vivente viro semper adultera, vel potius ad perfruendam voluptatem impudice fornicatur; quia autem vivit vir ejus, nefario adulterio contaminatur. Nec equidem video quomodo illa pro immortali Deo mortalem ad suam ipsius perniciem hominem complectatur, semper in oculis viri impie in eum se gerens illegiti-

anis amplexibus: aut quomodo homo ille Domini cubile ausus est insane conscendere. Nam ex humanis rebus supplicia sic peccantium existimanda sunt. Quanam enim digna est poena, quæ pro nobili viro cum servo suo corrumpitur, & in herilem lectum servum ad insidias introducit? Quam dignus poena servus est, qui in domnam suam & in domini cubile impudice irruit?

40. Sed sapientes illæ, quæ talem impietatem contra semetipsas propter carnis libidines perpetrarunt, præterquam quod non lacrymantur, ut mitiorem sibi locum lacrymis præparent, adhuc etiam, quam prius promissere virginitatem, promississe se negant. Nam cum violatam virginitatem in probro ob servitutem voluptatis & ignominia apud omnes esse noverint; inficiatione, quæ majus malum est, videntur sibi peccatum excusare. Ac homines quidem, quibus ad excusationem prævaricationis inficiationem obtendunt, mirabiles illæ reverentur; sed Dominum, cui datæ dexteræ, eo quod in profundum malorum lapsæ sint, non jam metuunt. Non vident profecto, duplex se & apud homines & apud Deum crimen sibi metipsis stulte parare; quippe cum homines ob celebratam prius famam virginitatem, quamvis eam se promississe negent, furorem & impudentiam in iis, quæ omnibus certa & explorata sunt, negandis avertentur atque oderint: Dominus vero additam violatis virginitatis foederibus inficiationem pro poenitentia, acerbius in suo judicio condemnet. Ne igitur sub caritatis nomine in hoc peccati barathrum incidat virgo, libidinis expertem & puram caritatem persequatur. Neque enim si ad voluptatem delapsa sit, locum in ea habebit larva conjugii; nec nomine conjugii ludificari suum ipsius virum minime soluta poterit, mortalem ei ad facinus adulterii post tot acceptos ab eo honores impie præferens. Non enim absurde de talibus illud Apostoli dicatur: *Cum luxuriosa fuerint in Christo, nubere volunt; habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt*: non conjugium sed adulterium per totam vitam nefarie persequentes.

41. Nullus igitur servus cæstro percitus eo impietatis feratur, ut dominicam sponsam tangat. Nemo ita furiosus sit sacrilegus, ut intaminatam sacerdotem manibus impudicis tangat. Nemo eo insanie deveniat, ut cum tot ac tanta sacrilegis supplicia impendere videat, non inanimata ex auro aut argento vasa, sed animata & viventia donaria manu prædatoria impure arripiat. Vel potius nemo adeo scelestus sit, ut non inanimata in templo vasa, sed ipsum

*Frustra ejusmodi virgines negant se virginitatem promississe.*

*Gravissimum adulterium virginitatis dup-*

*Tim. 5. 11.*

*Quantum scelus illius qui Domini sponsam tangere audeat.*

templum Domini, id est, virginis corpus, & ipsam in eo omnium maxime venerabilem animam virginis, sacratissimum in templo Domini donarium, impudicitiae facibus barbare succendat. Sed si sua sponte dedit semetipsam virgo, violans initum cum sponso foedus, ac omnia, & templum & donarium & amicitiam cum eo intercedentem & regni consortium ob voluptatem confundens & conculcans; ne tradas te illi ad societatem peccati. Siquidem nec pulcher Joseph dominæ in eum furenti, semetipsum ad impudicitiam illius explendam tradere voluit.

Sed etiam si tu in foedus conjugii non venires, alteri semetipsam traderet. Ille igitur peccati poenas luat: tu vero te ipsum purum & integrum serva, nec poena, quæ pro delicto in Dominum admisso inferetur, parti-

*Luc. 24. 7. ceps efficiare. Oportet, inquit, filium hominis traditi: va autem illi per quem filius hominis traditur: conduceret ipsi si natus non esset.*

Nonne similiter quæ virginitatem ante professa, deinde mutato proposito cuiuspiam homini fruendæ voluptatis gratia seipsam conjunxit, etiam si dicat: oportet me nubere, quemadmodum filium hominis traditum oportuit: sed tamen vae illi, per quem illa foederibus, quæ cum sponso pepigerat, ruptis & violatis, suam libidinem implet. Idem enim huic homini, dicere aulim, præstabilius foret, quam si sceleris adversus Dominum ab hac impura patrati socius in iudicio reperitur. Jam vero nonne audis eum adulerari, qui etiam dimissam duxerit? Etsi enim, inquit, propter culpam suam dimissa, vivit tamen vir ejus.

*Matth. 19. 9.*

42. Cur igitur molestiam exhibes dimissæ? Cur non das tempus tum illi, ut ea in semetipsa emendet; ob quæ dimissa est; tum ei qui dimisit, ut misericordia in respicientem motus, rursus ad se revocet suam ipsius membrum, sed præripis tempus emendationis, vivente viro dimissam in matrimonium ducens? Sine, inquit, ad viventem redeat simul & reducatur melior facta mulier; vel semper nec vidua, nec uxoris nomen habens, dimissionis causæ, quam præbuit marito, poenam persolvat. Tu vero etiam antequam intelligat proprium, ob quod dimissa est, peccatum, raptam iniens cum ea conjugium, audaciorum ad peccata absurde facis; & dum vivente viro semper cum aliena moecharis, facilitatem illius ad violanda conjugii foedera absurde confirmas. Nam si dimissam a mortali viro accipiens, impie moechatur; multo magis impie per totam vitam moechatur, qui immortalis viri sponsam, nunquam dimissam, corrumpere audeat. Etsi enim semetipsam dimisit ad carnis libidines confugiens, tu vero illam ne tangas. Vivit enim vir ejus,

*S. Basilii Oper. Tom. III.*

nec vult eam dimittere. Concede illi, ut semetipsam inspiciat quoniam prolapsa sit, morbum concoquat, carnalem amorem eluat, temporis progressu consideret, quanta audeat facinora; ac profecto redibit ad sponsum. Nam si Christus lux est & resurrectio & incorruptio & vita & cætera nobis a Patre venientia bona; quæ a Christo semetipsam dimisit, quid aliud nisi a luce ad tenebras, & a vita ad mortem & ab incorruptione ad corruptionem, & a resurrectione ad inferni & mortis gravissimum lapsum semetipsam misera dimisit? Hæc si profusus consideret quantum sint barathrum majorum, horrebit confusionis ac mœroris plenas peccati tenebras, ac lucis suavitatem, in qua prius versabatur, magis exoptabit. Mortis autem horrorem ac corruptionis deformitatem perspiciens, ex his acrius ad vitam & resurrectionem resiliet, ac in inferni gravissimas ruinas oculos injiciens, vehementius concessam sibi a Domino resurrectionem complectetur. Non enim adeo infantia plena est, ut ne tum quidem cum tempore sedatus fuerit morbus, mortali immortalem præferat. Quid igitur miserae lapsum properas? cur peccati inspiciendi tempus præripis? cur consilii tempus excludis, ut eam, quæ a Domino dimissa non est, uxorem ducens, semetipsum non virum sed adulerum in Domini cubile impie accendisse arguas?

43. Intacta sit igitur omni manu, quæ præstantissimum quoddam Dei donarium est, virgo. Intaminatam autem semetipsam & corpore & cogitatione custodiens, caute etiam cum suis in Christo fratribus colloquatur. In hoc enim illius diligentiam exacuens verus Dei famulus ait: *Volo autem omnes vos prudentes quidem esse in bono, simplices vero in malo. Despondi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo: timeo autem ne forte sicut serpens Evam seduxit in astutia sua: ita corrupamur intelligentia vestra a simplicitate quæ est in Christa.* Quare ante omnia debent cogitationes virginis incorruptæ omnino permanere. Anima enim incorrupta manente, incorruptum etiam corpus servatur. Corrupta autem pravis cogitationibus anima, etiam si incorruptum videatur manere corpus, non tamen pura est illius incorruptio, cum cogitationum fordibus corrumpatur. Diligendum ergo est, sed cum ratione & iudicio prudenter modus caritatis temperandus est. Nam *caritas non indecore se gerit.* Et, *solutus es ab uxore? Noli querere uxorem.* Absurdum enim est, ut qui solutus esse studet, sub caritatis nomine in voluptatum vincula semetipsum per consuetudinem & familiaritatem conjiciat, ac jam nec cor-

*Cavendum ne sub caritatis nomine carnalis affectio obrepit.*

*Rom. 16. 19. 2. Cor. 11. 2.*

*1. Cor. 13. 8. 1. Cor. 7. 29.*

pore nec animo secundum professionem solutus esse possit. Nam nec anima soluta est ejusmodi hominis circa affectiones carnis consuetudinis occupata: nec corpus, quod vincula conjugalium curarum suscepit. Et si enim conjugium non appellatur hæc consuetudo, tamen insita illis conjugatorum sollicitudo servos illos corporearum curarum, quibus semetipsos contra rationem illigarunt, non sine probro efficit. Absurdum est autem, ut qui virginalem vitam persequuntur, nuptiarum imitatione stulte implicentur; & quæ præ se ferunt satis sibi esse sponsi sui curam, homines curatores ad suam ipsarum dedecus sibi consocient. Quod si amas illius more qui verus amator intelligitur, cætera omnia contemnere omnino debes, libenter præferens vel nuda super pavementum in qualibet specie paupertatis, amico perfrui, quam studio lautius cum eo vivendi, quæ ad id necessaria sunt ab hominibus exquirentem, divino amore indecore excidere. Nam quæ vivit in deliciis virgo, vivens mortua est. Non igitur male audiat bonum vestrum virginitatis nomen, sub caritatis intaminatæ nomine carnalibus vitiis dedecoratum. Non enim est caritas affectio subdola, simulatio benevolentiz, voluptas servilis & animalis propensio: sed benevolentia nullis carnalibus affectibus turbata, quies vitiorum & sanctificatio in Spiritu sancto. Quod si propter caritatem frater tuus molestia afficitur; non jam secundum caritatem ambulas. Noli tua caritate dissolvere opus veræ caritatis, nec falsi nominis caritate perniciem fratri inferas, in pravam illum suspicionem inducens, propter quem Christus mortuus est. Si quis te, qui scientiam habes veri boni, in idolio accumbentem videat, & pro vera & pura incorruptione illius adumbratum in corpore simulacrum colentem; nonne ipsius conscientia, cum infirma sit, inquinatur, atque ad peccatum audacter patrandum ædificabitur? Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Numquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? Numquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi? Sed, inquit, non usus sum hac potestate. Bonum est mihi mori potius, quam ut quis gloriationem meam virginitate partam reddat inanem. Tribus ergo Levi seorsum, & uxores eorum seorsum.

Etiam cum  
uterinis  
fratribus  
caute ver-  
sari debet.

44. Neque his dehortamur quominus diligentur fratres; sed omnes quidem tamquam uterinos diligere concedimus: at uterini

Aut caute diligentur, consilium dæmus. Reticulum enim est ne ex consuetudine & fiducia nostra occasionem sumens peccatum operetur in nobis omnem cupiditatem. Idoneum est animæ peccatum, ut vel tactu manuum fratris, vel osculo hætenus benevolo petulantiam carnis ad ea, quæ ipsius propria sunt, latenter excitat, & cupiditatis oculos, velut Adams post gustum voluptatis, ad malum magis aperiat. Ergo etiam uterina soror nequaquam assidue tactu & osculis fratris satietur; ne ex consuetudine, temporis progressu, nascens vitium sese exlerat: maxime cum corporis venustas amoris faces in oculis eorum magis accendit. Nam ab ejusmodi flamma etiam profana retrahens doctrina, pulchrum, inquit, oscula sunt cavenda, tamquam venenatorum animalium morsus. Ex osculo enim, inquit, diffunditur venenum per totum corpus. Propterea, *salutate*, inquit, *invisum in osculo sancto*, veluti flatu carnis osculi in pura Spiritus sancti fragrantia hæc inter se conjungentes.

1. Pet. 5. 14.

45. Reprehendendi autem, opinor, nequaquam sumus quod eo usque diligentiam, virginitatis integritati consulentes, perducamus. Nam si non jam præcessisset peccatum, nec sua luctamina in his personis adversus vitam nostram depromisset; fortasse reprehensione digni apud nonnullos essemus, quod eo usque sermonem exercuerimus. Sed si omnem peccati speciem in matres & sorores per carnis voluptates edere potuit; (quemadmodum & Amnon ob stuprum sororis infamiz notis inussit) reprehensione, opinor,

Quam necessaria sit cautio demonstrant præterita exempla, & naturalis masculi & femine ad se invicem propensio.

digni non sumus, quod ad virginis integritatem hanc etiam cautionem inducamus. Satis enim vehemens est, inquam, insitus amoris corporibus masculorum in feminas aculeus, ut ea inter se, omnibus contentis iudiciis, sua, ut ita dicam, sponte, etiam reluctanter intus cogitationibus, connectas. Ac feminae quidem dum seminarum tangunt corpora, ac rursus masculi masculorum, immobidem habent naturalem inter se habitudinem; nisi quis dum ejus memoria secundum imaginationem illius, in quem natura Elem accepit amoris motum, pungitur, etiam in alienum, cetero ad id quod sibi convenit dato scelerate utatur. Sed femina dum corpus eangit masculi, aut rursus feminae masculus, quamvis eorum animæ cogitationibus hæc communiant, tamen a se invicem ad complexum arcano modo simulabuntur. Et quemadmodum stuppa dum stuppam attingit, aut rursus ignis rutilans purum ignem, fumum minime conoitant; stuppa vero si ignem odoretur, cito accenditur, nec opus est multo labore, nec quærendus qui extrinsecus inufflet; ut ex stuppa ignis refulgeat; sed

2. Reg. 13. 14.

fed tantum admota est, ac statim flammæ A  
 habet relucens: sic femineum corpus,  
 dum masculum tangit, non multo indiget  
 labore, nec insufflante ad concubitum amo-  
 re: sed cum naturalem habeant inter se ha-  
 bitudinem, statim ac se contingunt, accen-  
 sam habent arcano modo voluptatis scintil-  
 lam. Quapropter, inquit, *Alligabit quis*  
*ignem in sinu, vestes autem non combures? aut*  
*ambulabit quis super prunas ignis, & pedes non*  
*combures? Sic non erit innocuus quisquis atti-*  
*gerit mulierem.* Quod si seipsum tradidit Do-  
 minus pro sponsa, ut eam sanctificet aquæ B  
 lavacro purgatam, illamque ipse sibi ipsi ex-  
 hibeat gloriosam, maculam non habentem  
 aut rugam, aut quidquam hujuscemodi,  
 imo, ut sit sancta & inculpata & corpore &  
 spiritu; sollicita quoque idcirco esse debet  
 virgo, quomodo placeat Domino, ut sit  
 sancta corpore & spiritu.

Omnia pro-  
 tus cavenda.

46. Neque alia quidem cavere, ad alia  
 vero sibi fidere indifferenter debet, sed  
 omnes omnino, quæ maculam ei aut ru-  
 gam inferunt, occasiones longe remove-  
 re, ut & corpore sancta sit, nullum ab eo C  
 in animam inquinamentum ferens; & spi-  
 ritu, nulla illum cogitatione infuscans. Non  
 enim a corpore tantum in animam trans-  
 unt libidines, sed etiam ab anima intransi-  
 sumentes, quamvis interdum corpora in-  
 servire non possint, per imaginationem,  
 quasi per corpora peragantur, cogitatione  
 perficiuntur. Quemadmodum enim qui  
 oleum cum aqua miscent, utriusque gra-  
 tiam, dum vim inferunt hoc artificio,  
 abolent; id quod in oleo luminosum est  
 aquæ limo turbantes, ac rursus aquæ na-  
 turam permixtione olei inquinantes: sic qui  
 animam cum corpore per libidines commi-  
 scunt, quod utrique inest ad vitam utile,  
 prave evertunt: animam, quæ luminosa  
 est & splendida, limo carnalium ex volu-  
 ptate libidinum totam inquinant, & quod  
 in corpore purum ac nitidum est, hac ratio-  
 ne permiscentes, inutile illud ad vitam ef-  
 ficiunt. Sed quemadmodum commixta in-  
 ter se oleum & aqua naturalem gratiam  
 evertunt: recedente autem eorum tumultu,  
 quietem nacta separantur quidem ab E  
 invicem, sed in propriam utrumque natu-  
 ram, dum in semetipsum colligitur, recur-  
 rit, ac purum aquæ insidet oleum, aqua  
 vero pellucidum fit illius vehiculum: ita &  
 anima & corpus, si commisceantur inter se  
 mutuis vitiis, propriam utrumque natu-  
 ram ab altero inquinatum corrumpit; sed  
 tranquillitatem nacta, in propriam natu-  
 ram redeuntia separantur, ac anima quidem,  
 velut auriga, luminosa sua pulchritudine  
 desuper affulgente corpus illustrat, corpus  
 vero, utpote grave, subsidens illius digni-

S. Basilii Oper. Tom. III.

tati, vehiculum illius fit ad usus vitæ ne-  
 cessarios.

47. Cum igitur naturam suam ita compa-  
 ratam esse virgo intelligat, neque iis quæ  
 ex carne oriuntur vitiis lumen mentis con-  
 turbabit, neque iis quæ ex anima, pulchri-  
 tudinem suam infuscari patietur; sed utrum-  
 que in proprio loco & ordine & ulu tranqui-  
 le custodiens, pacem partibus sapienter  
 conciliabit, ac corpus & animam, ut in  
 quiete secundum naturam maneat, exer-  
 cens, ex utroque concordia speciem puris-  
 simam ostendet; mentis quidem splendo-  
 rem pacatum & omnino imperturbatum  
 conservans, corporis autem speciem ab om-  
 ni cœnoso voluptatum motu puram pia ex-  
 ercitatione custodiens. Corpus enim gulam  
 & ebrietatem & concubitus voluptates effe-  
 vescens contra pulchritudinem animæ de-  
 promit: anima vero æmulationem & iram,  
 simulationem & inimicitiam stulte agitata  
 profert adversus corpus. Ac interdum eve-  
 nit, ut postquam ob metum carnis vitio-  
 rum jejuniis & austeriori vita corpora ad pro-  
 prias libidines quasi mortua reddiderimus,  
 propria animæ vitia in mortuo corpore cir-  
 cumferamus; unde sua sponte id quod ad  
 perfectionem claudicat, manifestum ac  
 perspicuum est. Alterum enim sine altero  
 recte comparatum, imperfectum ad veram  
 virtutem opus arguit. Nam nec corporis  
 vitia jejuniis ressecantes, animam vero pro-  
 priis æmulationis & simulationis & aliorum  
 vitiorum motibus perturbatam relinquen-  
 tes, utilem ad virtutem corporis exercita-  
 tionem ostendimus. Nec, si animam a  
 propriis vitiis expurgemus, corpus vero li-  
 berum ad carnis voluptates & reliquam lu-  
 xuriam dimittamus, etiam si non adsit for-  
 nicationis impudicitia, perfectam in vir-  
 tute vitam nostram exhibere poterimus.  
 Sed oportet, ut qui purum ab omni inqui-  
 namento virtutis cursum exhibere vult,  
 animæ bonis etiam corporis adjiciat bona,  
 & susceptis ad corporis exercitationem la-  
 boribus consentanea animæ præclare facta  
 ostendat. Neque enim sincera & vera de-  
 monstratur vita, si concordiam animæ cor-  
 porisque membra & consensum inter se non  
 habeant. Siquidem fieri, opinor, non po-  
 test, ut animæ comparentur bona, si cor-  
 pus obstat; aut corporis, si non præeant  
 animæ bona. Sed oportet ut consentiens  
 ipsa secum anima, ac congruum corpus ad  
 se assumens, sic ex utroque, anima & cor-  
 pore unum in cursum pacifice tendentibus,  
 perfecte beatam vitam ostendat. Igitur  
 virgo, velut oleum aquæ, ita animam pu-  
 ram corpori semper insidentem habens, &  
 luce illius subjectum corpus regens, que-  
 madmodum ex luto vitiorum corporis, ni-

Danda est  
 opera, ut  
 nec corpo-  
 ris vitiis  
 anima tur-  
 betur, nec  
 animæ vitia  
 in corpus  
 insurgant.

hil quod ex voluptate turbidum sit, ani-  
mæ pulchritudini admiscebit, sed per je-  
junia & asceticam vitam erumpentes e cor-  
pore fervores comprimet, & quod in eo ter-  
renum est, magna ex parte continentia  
laude expurgabit: sic etiam nihil ex animæ  
vitiis, æmulatione & simulatione, nihil  
insipientia perturbatum impertiet corpo-  
ri, sed ab omni furore & ira & absurda cu-  
piditate puram & luminosam mentem ho-  
minibus ostendet. Quod si purum ab omni  
vitiis consortio humanum ex corpore  
& anima constans instrumentum habere de-  
bet, ac utrumque in propria natura suo  
tranquille perfungens munere; oportet ut  
ipsa, quemadmodum fluentes in corpus per  
ventrem turbidos repellit rivus, ita & eos  
qui in animam fluunt avertat. Sic enim  
maneat illi utrumque in naturali statu im-  
perturbatum: quippe cum, quamdiu vitia  
obstreperant animæ, virginea pulchritudo  
non possit ullo modo videri intaminata;  
vel potius, præterquam quod nihil corpo-  
ris proderit exercitatio, multum etiam  
proberi ex vitiis perveritate in anima  
cernatur.

Nihil pro-  
dest corpo-  
ris puritas,  
si anima vi-  
tiis turbe-  
tur.

48. Nam si limum e corpore in animam  
erumpentem, ascetica disciplina ad naturæ  
necessitatem velut ad amissum coercens, ani-  
mæ vitiis perturbatur; nihil ei prodest cor-  
poris puritas, cum sponsus non possit ob per-  
turbationem vitiis in tali anima requie-  
scere; vel potius sibimetipsi nocet quæ talis  
est, quid vere sponso placeat, ob imperi-  
tiam non investigans, ac corporeorum præ-  
clare factorum mercede semetipsam ob-  
mentis pravitatem defraudans. Nam si pro-  
pter animæ pulchritudinem corporis inte-  
gritas exercetur, inutilis est apparens cor-  
poris integritas, anima innumeris vitiis cor-  
rupta. Quorum enim corpus, velut instru-  
mentum peccati, accepit diabolus, per il-  
lud animam oppugnat. Quorum autem car-  
nem invadere ob continentiam & austerita-  
tem ei non licet, horum sæpe, sine corpo-  
re, nudam animam accipiens, perturba-  
tionibus in ea excitandis, suum perficit de-  
siderium. Tales enim sunt quæcumque cum  
jejuniis & chameuniis & reliqua vehementi  
corporea exercitatione illum a carne abege-  
rint, iracundiæ & furoris & simulationis ac  
æmulationis perturbationibus eum in anima  
colunt. Quanto autem corpus anima minus  
est dignitate; tanto, opinor, peccatum;  
quod per corpus committitur, eo quod per  
nudam animam, minus videtur. Illic enim  
naturalis cibus & appetitus ad gulam aut  
fornicationem corpus per comites volupta-  
tes titillant. Hic autem sine ulla corporea  
voluptate perveritas voluntatis perturba-  
tiones contra naturam in animam inducit.

A Ac profecto si perturbatio est animæ corru-  
ptio virginis; perturbatio etiam est animæ;  
furor & contentio, & cætera omnia quæ-  
cumque dixit Apostolus, adhuc autem ma-  
gis & invidia: simillimum certe & qui amat  
& qui invidet dolorem sustinent. Quemad-  
modum enim amantis animam & corpus,  
si cupiditatis compos non fiat, tabefacit  
amor, ita & invidentis animam & corpus in-  
vidia. Nam qui amant, cum ab eo quod  
cupiunt aberrant, nihilo magis ob amorem,  
quam invidi propriæ cupiditatis non compo-  
sunt ob invidiam, & anima & corpore tabef-  
cunt. Tale quidpiam profecto patiuntur,  
quale imagines cereæ, quæ noctu a cerariis  
efficitur, ubi sol illuxerit, solari radio lique-  
scunt. Illæ enim, quamdiu eas quidem nox  
& tenebræ detineant, concretam in umbra  
nocturnis auris formam, prout efficitur fue-  
runt, in ea soliditate, quæ in imaginibus  
apparere solet, firmam interim exhibent:  
sed illucescente sole & proprium cursum per-  
ficiendo, cætera quidem omnia vi solari nu-  
triantur, & luce perficiuntur; illæ vero li-  
quescentes, formis ac figuris cum soliditate  
in unaquaque apparente confusis, evane-  
scunt. Sic & invidi, quamdiu in tenebris dia-  
boli, velut in nocte, invidiæ opera meditan-  
tur, solidas interim videntur cogitationes &  
figuras cum formis, prout ab invidia efficitur  
fuerunt, inter se invicem demonstrare: sed  
si vir probus instar solis ad virtutis opera ma-  
ne affulgeat, cæteri quidem omnes, qui-  
cumque probæ ac religiosæ vitæ modum ad-  
mirantur, ad divini amoris cognitionem  
abunde ab eo illustrati virtutis semina nutri-  
unt: invidi autem, cum eum inexpugnabi-  
lem quidem instar solis ob Dei amorem, vir-  
tutis autem operibus magis ac magis conspi-  
cium videant, velut cerei, ut dixi, & corpo-  
rum formis & animabus invidia refertis re-  
pente liquefcunt.

49. Serenam ergo decet esse virginis ani-  
mam, ac velut ex quodam purissimo mentis  
fonte divinis cogitationibus stagnantem, flu-  
ctu profus carere, neque ab externis, qui  
per aurem feruntur, sermonibus agitatum,  
neque ab incidentibus per visum imaginibus  
de tranquillo statu dejectam: ita ut velut in  
purissimo speculo & suam ipsius speciem &  
sponsi pulchritudinem perspicit; illius  
vero amore magis impleatur. Quare non  
oportet ut alius vultus in hujus aquæ specu-  
lum prospiciat, ne vultum jam ibi depictum  
concutiens aboleat. Neque ira aut dolore aut  
aliis perturbationibus agitari profus debet,  
ut ne alias atque alias formas, dum agitur,  
mente exhibeat; sed semper eodem modo se  
habens & divino perfusa gaudio, nullis pro-  
fus perturbationum fluctibus agitur, nec  
ullius alterius speciem, nisi sponsi, in seipsa

Serena de-  
bet esse  
mens vir-  
ginis, ut  
in ea tam-  
quam in  
purissimo  
speculo so-  
lus sponsi  
forma con-  
spiciatur.

ex-



exhibeat; ita ut ille semper in ipsa propriam pulchritudinem tamquam in speculo imprimat, sola autem animam formam illius in suo speculo refulgentem habeat, ejusque formæ pulchritudine ornari velit. Quare præmuniens illius animam sapientissimus sermo, ait: *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris; ne ascendente potenti cogitatione imago locum, ut in speculo, reperiens, etiam nomine præsentis peccati species repræsentet. Sed omnis quidem locus, inquit, in anima virginis conspectu Christi repleatur. Nullus autem omnino locus in ea vacet, quo ascendens curiosa cogitatio reperiat, ubi ea quæ sua sunt, repræsentet. Nullius igitur, ut brevi dicam, sive præsentis sive absentis, speculum sit virginis anima, nisi sancti ipsius sponsi; nec ulla alia forma, præter hanc solum, in ea conspiciatur: nec ulli alii speculum animæ studiose detergat, nisi sponso, ut in eo propriæ pulchritudinis speciem repræsentans, beatam illam efficiat. Nam si quis mortalium in hoc speculo oculos defigat; necesse est ut mens in illius formæ contemplatione occupata, priorem sponsi formam absconditam & elabentem minime jam contempletur. Quemadmodum autem qui adhæret meretrici; unum corpus est; ita qui adhæret Domino, unus est spiritus cum illo, corporis quidem perturbationibus expurgatus, anima autem in eadem formæ signatus pulchritudinem.*

Eccles. 10. 4.

2. Cor. 6. 16. &amp; 17.

In quo posita sponsalis conjunctio cum Deo verbo.

50. Neque dum virginem ad veram virginitatem ducimus, ex sponsi exemplo nuptialem ei aliquam cogitationem injicimus, sed ex matrimonii conjunctione, animæ rationalis cum Deo Verbo conjunctionem sapienter demonstramus. Quemadmodum enim corpora per nuptialem conjunctionem easdem voluptates & perturbationes & corruptionem participant, cum in voluptate & perturbationibus & concubitus corruptione per conspirationem ad hoc opus versantur; ita & rationalis anima per sponsalem cum Deo verbo conjunctionem, virtute, incorruptione & vitiosorum affectuum vacuitate perfruitur in spiritu, ut hac vacuitate & incorruptione per sinceram Dei Verbi in ea sanctificanda conspirationem pura evadat. Quare eam quæ Christo per virginitatis promissionem copulata est, ut quæ sapientiæ & Verbo semetipsam per totam vitam desponderit, sapientem convenit ac prudentem esse, ita ut omnis quidem stultitiæ & insipientiæ turpitudinem continua rerum divinarum meditatione ejiciat, sapientiæ autem pulchritudine, cui conjuncta est, mentem exornet. Nam si cui alii beato esse exoptanti, Christi sponsæ maxime convenit, animæ operationes, quæ per sensus fiunt, a re-

bus externis ad interiora omnino revocantem, cum sponso in arcanis mentis thalamis, ut cum Deo Verbo, semper versari, & in ejus die noctuque lege meditari, & pronubis, legem dico & Evangelium & si quis alius cum eis consentit, pulchritudinem sponsi enarrantibus delectari, ac sanctis Verbi cogitationum foetibus rationalem ac sapientem semper magis magisque inveniri; donec totam se cum tota sapientia conjungens, unum fiat cum eo cui adhæret, atque ex corruptibili incorruptibilis, ex imperita prudens, inquam, ac sapiens, velut costa Verbi cui adhæret, ac uno verbo ex homine Deus immortalis, tamquam ille cui adhæret, omnibus videatur. Nam quemadmodum illius sponsus, relictis thronis & dominationibus, illius mortalitati agglutinator est, ut unum cum illa per affectuum societatem factus, eam transmutaret in suam ipsius affectuum vacuitatem; ita & ipsa ejus immortalitati, qui propter illam exiit principatus & potestates, & semetipsum ex forma Dei ad formam servi ob amorem sponsæ exinanivit, adhæreere debet, ut & in celestem thalamum cum eo ad Patrem ascendente simul ascendat. *Propter hoc enim, inquit, relinquet homo patrem suum & matrem, & adhæret uxori suæ, eruntque duo in carne una.* Quod quidem interpretans, qui ad incorruptionem virtutis causa despondet Christo sponsam, ait: *Mysterium hoc magnum est; dico autem in Christum & in Ecclesiam.* Non enim descendit Christus, ut conjunctus cum sponsa maneret in terra, sed ut assumens & transmutans eam e terris in cælos reduceret. Et quæ Christo desponsata est, non Joannem solum habet sibi ad sponsalia lavacra ministrantem, sed etiam angelos epithalamium in patris domum ascendenti canentes. Incorrupta igitur non solum virgo permanet, dum conjungitur cum incorruptibili Verbo, sed etiam postquam conjuncta est. Non enim, quemadmodum corporum sponsus incorruptam virginem conjugio corrumpens, mulierem facit, ita & animarum nostrarum sponsus incorruptam virginem, secum conjungendo corrumpens, desponsat. Sed carnalibus voluptatibus a diabolo corruptam accipiens, ejusque uxorem prave factam per corruptionem, secum conjungendo incorruptam ex muliere virginem facit. Hæc enim mystica sponsalia nos etiam per Prophetam edocens, ad suam ipsius sponsam ait: *Nonne ut domum me vocasti, & patrem & ducem virginis tue.* Quasi diceret, ut ducem incorruptionis tuæ. Quemadmodum enim dux & princeps illarum uxori corruptionis vir est, Dominus illius ob eam rem factus; ita dux & princeps uniuscujusque nostrum incorruptio-

Philipp. 2. 6.

Gen. 2. 24.

Ephes. 5. 32.

Jerem. 3. 4.

ptionis Dominus est, Nam per incorruptionem noster Dominus est ac principatu redimitur: quem etiam ut domum incorruptionis nostræ debemus agnoscere, in ipso manentes & habitantes, quia in ipso vivimus & movemur & sumus ut in eo tamquam in domo virtutis omnis & incorruptionis per totam vitam habitantes, non excidamus incorruptis illius laribus. Quemadmodum enim habitat & ambulat in iis qui digni sunt, sic etiam rursus qui digni sunt in eo habitant. Propterea cum nos assumit ex mundi negotiis ad eum venientes & in eo habitantes, providens quominus cadamus, ait:

*Manete in me & ego in vobis.*

*Joan. 15. 4.*  
Virginitas resurrectionis semen angelis æquales facit.

*Matth. 22. 30.*

51. Sic autem cum & reliquis rebus magnum quiddam & splendidissimum virginitas intelligatur; hic jam resurrectionis & incorruptibilis vitæ semen quoddam purissimum esse ostenditur. Nam si in resurrectione neque nubunt neque nubuntur, sed sunt sicut angeli, fientque filii Dei: qui virginitatem colunt, angeli sunt, in incorruptis carnibus humanam vitam circumferentes, neque angeli quidam obscuri, sed valde insignes. Nam cum angeli sine carnibus in cælo incorruptionem, in loco & natura inviolabili, apud summum omnium regem Deum custodiant; isti in terra carnis voluptatibus agitati, & tentationi diaboli expositi æqualem angelis incorruptionem per virtutem creatori mirabilius servaverunt. Hic autem maxime virginum admiranda virtus, quod cum femineo circumdatæ sint corpore, impressam ex eo animæ formam virtutis exercitatione repulerint, æqualesque masculis, quemadmodum & anima æquales creatæ sunt, per virtutem videantur. Et quemadmodum illi per virtutis exercitationem ex hominibus in angelorum ordinem transeunt; ita & ipsæ æquali virtutis exercitatione ex mulieribus in eandem ac illi dignitatem traducuntur; ita ut cum in præsentis vita masculis quidem anima æquales sint, sed ob feminei corporis amictum in æqualitate claudicent; in futuro sæculo æquales omnino per virtutem his, qui angeli facti fuerint, & ipsæ reperiantur. Nam si cum æquales angelis declarantur, neque nubunt neque nubuntur; quæ in præsentis vita virtutis exercitatione id consequuntur, hic jam æquales angelis semetipsas omnium iudicio exhibent: quippe cum corporeas masculi & femineæ ad concubitum proprietates virtute rescent, ac nudis animabus in terra cum hominibus versentur. Quod si anima ex corpore, in quo degit, nullo voluptatis sensu neque erga marem, neque erga feminam ad perturbationes informatur, non jam est masculus & femina, non perturbatio & voluptas, sed omnia & in omnibus Christus, quippe cum mortua qui-

*Gal. 5. 22.*

dem sint corpora obcessantem & otiosam ad proprietates masculi & femineæ voluptatem, sola autem anima incorrupte per virtutem in his corporibus degat.

52. Actalis quidem sponsi famulum tangat; siquidem non jam vivit in illius carne femineæ voluptas. Excipiat autem sine simulatione fratrem secundum præceptum Domini, pedes illius lavans. Alium sollicitudine indigentem curet, mortuis corporis manibus mortuum corpus tangens. Quoniam enim mortificavit membra quæ sunt

super terram, nec jam ipsa vivit, sed vivit in ea Christus, & quod nunc vivit in carne, in

fide vivit; exerceat virtutis opera, Christo solum vivente in illa, & quæ sua sunt peragente, peccato crucifixum cum Christo & mortuum corpus circumferens. Ac perficiat mandata sponsi, per omnem actionem animæ pulchritudinem splendidiorē efficiens. Quando enim tacto corpore minime perturbatur anima ad masculi speciem, sed sine sensu quodammodo illud tangit, mortua manet in eo voluptas, cum non possit id quod extrinsecus tangitur, eam ad propriam voluptatem excitare. Sic enim & in persecutionibus prostitutæ virgines, ob fidem in sponsum impiis hominibus traditæ, vel corporibus incorruptæ sunt servatæ, eo, propter quem tradi non dubitabant, impiorum hominum conatum in ipsorum carnibus irritum ac mortuum redente, & incorruptæ illarum etiam corpora admirabili virtute omnino custodiente; vel vim passæ, non consentiente voluptati anima, quamvis mortua corpora viderentur injuriam pati, incorruptam animam nec ad voluptatem stupratoris conformatam, sponso suo & fide & virginitate splendidiorē exhibere.

In quibus voluit forte Dominus ostendere, eas confessionem omni circa corpus exteriori decori præferre; unde nec animam negando corruperunt, nec corporibus, dum voluptati non consentiunt, ullatenus corruptæ. Nisi quis per immanem insaniam virgini occisæ stuprum inferre volens, corrumpere illam per hunc cum mortua concubitum dicatur. Nam plagas quidem illi inferre possit, corrumpere vero nequaquam. Sed se ipse corrumpit & corrumpitur: incorrupta autem est virgo anima non præsentē.

Huic similes sunt, quæ in persecutionibus aut quolibet tempore molestiam a viris passæ, cum carne sint mortuæ, quidquid passæ fuerint, incorruptæ permanent. Nam præteritum vitæ ascetice tempus satis eas ad experientiam exercitavit, ut in carne viventes, non secundum carnem militent. Idcirco cæteras provocantes ad similem virtutem aiunt: *Spiritu ambulate & desideria*

*carnis non perficiatis.* Quæ tales sunt, demonstrant

Quæ corpore mortua est potest sponsi famulos tangere iisque officia exhibere. *Joan. 13. 14.*

*Col. 3. 5.*

*Gal. 20.*

*2. Cor. 10. 3.*

*Gal. 5. 16.*

strent etiam hospitio fraternum amorem. **A** decernit. Quare virginitas, cum secundum naturam perspiciat, quemadmodum ad presentem vitam serendam humanitatis semina per nuptiarum voluptatem jacta sunt, ita ad futuram vitam semina vite nostrae hinc jam per integritatem jaci; conatur per semetipsum pura integritatis semina ad incorruptam vitam agricolae praeparare; valida quidem integritatis manu retrorsum trahens naturalem seminarum cum masculis complexum, virtute autem affectionis experte suam ipsius pulchritudinem regenerationis vivo splendidiorem parans. In antecessum ergo virtutis merito virgines consequte sunt, ut futura in regeneratione per resurrectionem corporum mutatio, Dei virtute in ipsis perficeretur. Hic enim tanquam angeli, neque nubunt neque nubuntur, sed & animae virtute & corporis integritate aequales angelis sunt. Quod autem voluit Dominus noster ut semen incorruptae vite virginitas e terra in caelum mirabiliter mitteretur, jam nostra corpora integritatis pulchritudinem per virginum integritatem meditari volens; id inde patet, quod cum in omnibus legi paruerit, nuptias rennerit. Oportebat enim, ut ex incorrupta virgine incorruptus etiam carne genitus, nec nuptiarum experiretur corruptionem; quippe cum nec genitum ex incorrupta, corporis per nuptias corruptioni servire, neque etiam ex corruptis matrimonio, hominibus natum postea secundum naturam incorruptioni deceret ministrare. Et quemadmodum Adam semen presentis vite per nuptiarum voluptatem existit; ita & cum semen futuri aevi per virginitatis integritatem esse oportebat; ut quemadmodum Adamum sequuti sumus, qui per nuptias humanam in terra vitam seminavit, ita Dominum, qui per virginalem integritatem futurum aevum seminavit, prudenter sequeremur. Quod si non perfunctorie & paradysum & vitam illic ab Adam actam inspexeris; reperies sane eum in paradiso opus non habuisse ut cognosceret suam uxorem; sed post praevagationem & mortem & lapsum e paradiso tunc uxorem cognovisse, ut naturam jam mortalem factam successione liberorum consolaretur. Contra virgo eum sequens, qui in paradysum ducit, cum eo incorrupta jam in paradiso deliciatur, fugiens illam maledictionem, qua extra paradysum dictum est: *In doloribus parios filios, & caetera*; nec illic intelligere valens, quomodo Adamus suam cognoverit uxorem. Neque enim hoc, cum ipse in paradiso esset, dictum est, sed postquam jam fuerat ejectus.

Luc. 7. 35.

Gal. 5. 35.

Cautiones tamen adhibenda. Joan. 13. 14.

Rom. 7. 14.

Gen. 6. 2.

Psal. 81. 6.

Uc nuptias presentis vite, ita virginitas futurae semen.

Joan. 4. 35.

53. Tangat ergo quae talis est, & erga Dominum praecipuum impleat. Ubicumque autem tangat etiam quae talis est, prudenter vigilet, ne forte assiduo contactu paulatim voluptas ex carnibus in ipsam clam subrepat: eique usu eveniat, illius veneno morsae, quod absit, dicere; Veniente autem voluptate peccatum revixit: Ego autem mortua sum, & praecipuum caritatis, quod est ad vitam, ipsum mihi inventum est ad mortem. Nam si ipsi angeli cadunt; qui aequales angelis sunt, lapsum multo magis metuere debent, ne forte postquam aequales angelis virginitatis exercitatione fuerint, videntes filias hominum pulchras esse, ad eas per carnis voluptates delabantur, eisque dicatur: *Ego dixi dii estis & filii Excelsi omnes, Vos autem ad ea quae carnis sunt delapsi, sicut homines morimini & sicut unus de principibus caditis.* Quare multo praeclearius est virginem suae ipsius securitati providentem & aliorum offendiculum caventem, undique ab omni commercio prudenter junctam esse; ita ut malit inurbanitatis reprehensiones sustinere, quam ad voluptatem aut aliquorum dampnum abstrahi; ac caetera quidem omnia despiciat, solum autem Dominum semper intueatur, & angelis aequalem, inter feminam & masculi discrimina, integritatis pulchritudinem, a presenti vita ad regenerationis aevum, intaminatam jam nunc ostendat. Virginitas enim vitam nostram de corruptione ad incorruptionem colligit.

54. Primi enim homines ex parvis, ut dixi, seminibus per mutuas nuptias totam hominibus terram repleverunt. Virginitas autem ea quae in toto orbe per voluptatis nuptias fata fuere, in caelorum horrea colligit. Hanc enim eorum, quae ad incorruptionem fata sunt, collectionem indicans Dominus dicebat: *Levate oculos vestros & videte regiones quia jam albae sunt ad messem.* Nam cum terra prius incolis carens, habitata deinceps fuisset, videns Dominus noster plurimam jam esse hominum spicam ac foetibus in omni regione gravidam, harum spicarum colligendarum jam tempus esse

rationis vivo splendidiorem parans. In antecessum ergo virtutis merito virgines consequte sunt, ut futura in regeneratione per resurrectionem corporum mutatio, Dei virtute in ipsis perficeretur. Hic enim tanquam angeli, neque nubunt neque nubuntur, sed & animae virtute & corporis integritate aequales angelis sunt. Quod autem voluit Dominus noster ut semen incorruptae vite virginitas e terra in caelum mirabiliter mitteretur, jam nostra corpora integritatis pulchritudinem per virginum integritatem meditari volens; id inde patet, quod cum in omnibus legi paruerit, nuptias rennerit. Oportebat enim, ut ex incorrupta virgine incorruptus etiam carne genitus, nec nuptiarum experiretur corruptionem; quippe cum nec genitum ex incorrupta, corporis per nuptias corruptioni servire, neque etiam ex corruptis matrimonio, hominibus natum postea secundum naturam incorruptioni deceret ministrare. Et quemadmodum Adam semen presentis vite per nuptiarum voluptatem existit; ita & cum semen futuri aevi per virginitatis integritatem esse oportebat; ut quemadmodum Adamum sequuti sumus, qui per nuptias humanam in terra vitam seminavit, ita Dominum, qui per virginalem integritatem futurum aevum seminavit, prudenter sequeremur. Quod si non perfunctorie & paradysum & vitam illic ab Adam actam inspexeris; reperies sane eum in paradiso opus non habuisse ut cognosceret suam uxorem; sed post praevagationem & mortem & lapsum e paradiso tunc uxorem cognovisse, ut naturam jam mortalem factam successione liberorum consolaretur. Contra virgo eum sequens, qui in paradysum ducit, cum eo incorrupta jam in paradiso deliciatur, fugiens illam maledictionem, qua extra paradysum dictum est: *In doloribus parios filios, & caetera*; nec illic intelligere valens, quomodo Adamus suam cognoverit uxorem. Neque enim hoc, cum ipse in paradiso esset, dictum est, sed postquam jam fuerat ejectus.

55. Nec tamen haec dicimus, quasi jam virginitatem vite hominum instar legis praescri-

Gen. 3. 16.

Gen. 4. 1.

Virginitas non praescripta a Domino.

scribere velimus; sed iis, quæ pretiosam A nusquam virginitatem præcepit: sed concessit, ut quemadmodum ab incorruptione in corruptionem præter naturam immoderata potestate usus homo violenter detrusus est; ita a corruptione ad incorruptionem naturam suam proposito natura meliore, vim quamdam sibi adhibens, perveheret. Nec instar legis præscribit, inquam, nec præcipit hoc institutum, exitiam quamdam, ac supra naturam & supra legem, animæ virtutis studiosæ laudem esse sciens. Cum autem audisset eum, qui ad illom dicebat: *Non expedit nubere*; excellentiam demonstrans virginitatis ait: *Non omnes capiunt*. Math. 19. 10. Ibid. v. 11. Neque etiam ab Apostolo.

56. Quemadmodum & divinissimus Apostolus illius vestigia sequens, quæ quidem necessaria sunt ad vitam in epistolis præcipit; ac Ecclesiam in unoquoque ordine, velut unum corpus a capite usque ad extremos, ut ita dicam, ungues exornat: de virginibus autem nihil ex seipso pronuntiat. Sed interrogatus imitatur Dominum & ait: *De virginibus autem præceptum Domini non habeo*. Nusquam enim reperio nec in lege, nec in Evangelio maximum illud ornamentum animæ virtutis studiosæ præscriptum a Domino fuisse. Quemadmodum autem Dominus interrogatus illud quidem, *Non omnes capiunt*, interrogantibus respondit, nequaquam autem abscondit virginitatis præstantiam, nec modum quo quis illam consequatur: sed tertium eunuchorum genus ostendit: ita & ego, etsi præceptum Domini non habeo, ac consilium do. 1. Cor. 7. 25.

Cum enim supra naturam futura sit hæc virtus; illinc omne expellitur fervile præceptum: 1. Cor. 7. 25. & cat. Da liberali consilio opportune docetur quomodo oporteat eum, qui liber est ab omni præcepto, meliorem ex potestate factum, miram naturæ vim inferre ad incorruptionem. Quemadmodum igitur Dominus virginæ castrationis modos interrogatus aperuit: ita discipulus virginitatis consilium induxit, dicens: *De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do tamquam misericordiam consequutus a Domino ut sim fidelis*. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam 1. Cor. 7. 25. & cat. *bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori: ac præoccupatus es hoc vinculo, antequam noveres virginitatis bonum? Noli querere solutionem. Solutus es ab uxore? Noli querere uxorem. Quasi dicat: Ne quæras vinculo ligari. Si autem & uxorem duxeris; non peccasti. Et si nupsierit virgo, non peccavit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi, aperiens sibi metipsis per matrimonium dolorum officinam. Ego autem vobis parco. Hoc autem dico, fratres, Tempus jam breve est. Nam regiones albæ sunt, jamque ad messem paratæ: ut & qui habent*

1. Cor. 7. 25. *ostendimus. De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do, inquit, tamquam misericordiam consequutus a Domino*. Siquidem nec Dominus nostræ naturæ in lege aut in Evangelio virginitatem præscripsit. Nam qui talem masculo ad feminam, & rursus feminæ ad masculum, qualem initio descripsit oratio, habitum ob necessitatem matrimonii impressit, ac iis, qui ex immortalibus mortales facti fuerant, successionem generis paravit, immortalitatem, ut diximus, excogitans: quique propterea dixit, *Crescite & multiplicamini*, quomodo virginitatem tunc præscribere potuisset; cum præsertim ad explendum eorum locum, qui in bellis ob propriam improbitatem pereunt, necessariam esse posterorum multitudinem videret? Ac in lege quidem Mosis etiam benedictione digna censebatur liberorum procreatio. Sed postquam floruit undique propriis fructibus mundus, ac tanta hominum multitudine C fata est terra, ut non jam caperet nascentium multitudinem, ac impletum est quod de adventu Domini nostri prædictum fuerat, fore ut homines illius doctrina prudentet victi, conciderent gladios suos in aratra & lanceas in vomeres, nec jam sumeret gens contra gentem enses, nec bellum gerere discerent; præclare virginitas, contra atque hi qui per corpus corrumpuntur, ex corporibus incorruptionem pullulavit. Virginitatem tamen neque per Mosen præscribit Dominus, masculorum & femineorum corporum naturæ rationem habens, neque eam in Evangelio præcipit. Sed Mosis legem resumens, quod deerat ad accuratam virtutem edocat dicens: *Dictum est: Non concupisces & quæ sequuntur. Et cum sederet in monte, a beatitudinibus cœpit os aperire; & postquam recensuit leges Mosis & omnia ad veram virtutem intendit, ac ducentia ad salutem præcepta tradidit; impleto doctrinæ ministerio descendit de monte, nusquam in præceptis virginitate, sive in veteri sive in novo Testamento, præscripta. Volebat enim præceptum non esse præclarum virginitatis institutum, sed egregium animæ virtutem amantis facinus, libera potestate id quod supra præceptum & supra legem est ex seipsa perficientis. Nam nuptiæ naturæ causa institutæ, & legis præcepta ad naturam accommodata. Virginitas autem naturam superans, legis servituti non addicetur, sed supra legem incorruptionis laudem creatori ac legislatori offert. Propterea igitur Dominus, iterum dico,*

uxores, tamquam non habentes sint. Non dicit, ut qui non habent, tamquam habentes sint. Quemadmodum profecto nonnulli, non habentes propter virginitatis professionem, tamquam habentes, virginitati dedecus inurunt. *Et qui flent, tamquam non flentes, & qui gaudent, tamquam non gaudentes: & qui emunt, tamquam non possidentes: & qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur. Præterit enim figura huius mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est qua sunt Domini, quomodo placeat Domino. Qui autem cum uxore est, sollicitus est qua sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisa sunt mulier qua nupsit, & virgo. Innupta cogitat qua Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat qua sunt mundi, quomodo placeat viro. Hoc autem ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis injiciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi. Si quis autem surpem se videri existimat super virgine sua, quod sit superadulta, & ita oportet fieri; quod vult faciat: non peccat: jungantur matrimonio; sciat tamen se mortali viro ac mundo, ob fruendam voluptatem maluisse, quam Domino placere. Qui autem statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens sua voluntatis, & hoc iudicavit in corde suo servare virginem suam; bene faciet. Igitur & qui jungit matrimonio virginem suam bene faciet. Melius est enim nubere quam uri. Et qui non jungit, melius faciet: pro mortali viro, illam Domino despondens.*

Voluntarii  
Eunuchi  
aliis præferuntur.

Matth. 19.  
29. & 11.

Matth. 19.  
12.

1. Cor. 7. 37.

Matth. 19.  
12.

57. Dominus autem iis, qui matrimonii molestias didicerant, ac difficultatem solvendi conjugalis vinculi ægre ferebant, illudque, *Non expedit nubere*, dicebant, *Non omnes capiunt hoc verbum*, inquit, *sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: quicumque scilicet concubituum incitamento, in se, naturæ munere, abscisso, nuptias aspernantur. Et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus, doctrina & custodia ad virginitatem servandam adducti: qualis profecto & illa quæ a Patre servatur virgo, de quo dictum est: Qui autem iudicavit in corde suo servare virginem suam, benefaciet. Et sunt eunuchi, qui seipsos castraverunt propter regnum cælorum: qui quidem aliis præstantiores sunt, quia cum neque a natura ad castitatem adjumenta habeant, neque ab hominibus custodiantur, ipsi semetipsos propter regnum cælorum ad virginitatem exercent, matrimonium ac sæculum propter hoc regnum contemnentes, ac toti ad cupiditatem regni non sine athletico sudore*

S. Basilii Oper. Tom. III.

incumbentes. Nam qui ex ventre matris eunuchus est, cum natura sit castus, nullum proprium opus in virginitatis decore ostendere potest: ut qui naturæ, ut dixi, beneficio, non amore virginitatis matrimonium fugiat. Quemadmodum etiam & qui ab hominibus factus est eunuchus, cum custodia virginitatem colere cogatur, integritatem virginitatis non propriam suam laudem esse demonstrat, sed eorum qui illum custodiunt. Qui autem semetipsum castravit, hic cum egregium opus esse virginitatis decus & continentia & accurata in omnibus rebus exercitatione probet, propriis ac non alienis præclare factis in regno ornatur. Nota autem Christum ad eunuchos verba resumentem, differentiam eunuchorum ostendere, ita ut in suo docendi more permaneat. Quemadmodum enim per Moysen simpliciter mœchandum non esse: in Evangelio autem quomodo non mœchandum & modum explicuit Dominus: ita & per Esaiam eunuchos quidem esse, in Evangelio autem quomodo, ac non unam esse sed triplicem eunuchorum speciem demonstravit: ita ut illic quidem generatim eunuchus, hic autem propriis notis nobis designetur. Neque hæc dicta cum iis quæ supra exposuimus pugnant. Non enim castrationem lege sancit aut præcipit in Esaiâ, sed quibus digni sint præmiis boni eunuchi declarat.

58. Præclarum autem fuerit ipsa verba inspicere. *Hæc dicit Dominus eunuchis, qui custodiunt sabbata mea, & eligunt quæ ego volo, & adhaerent testamento meo, dabo illis in domo mea & intra muros meos locum nominatum meliorem filiis & filiabus. Nomen æternum dabo illis, & non deficiet. Igitur non iis qui casu ac simpliciter eunuchi sunt ejusmodi bona promittit, sed iis qui custodiunt, inquit, sabbata mea & eligunt quæ ego volo. Sabbatum autem non in opere, sed in operis cessatione intelligitur. Sabbatum enim vult agere virginem, non ita ut operando virginitatem servet, sed ut immobilis ad operationem permanens, integritatem custodiat. Velut simulacrum, inquit, Dei, ex anima constans & corpore, virgo in terra formata est. Mystice ipsa Sabbatum agat, non manum, non pedem, non oculum, neque aliud quidpiam membrum, sed nec mentem naturalis pulchritudinis corruptricem movens: sed stet ut præclara Dei effigies immota ad omnem imaginationem & tactum, perpetuo in petra consistens: ne quis per oculum aut per auditum aut per alium aliquem sensum latenter influens, dimoveat impressas in anima secundum Dei imaginem formas, aut primariis figuris confusis suas proprias præ-*

Verba Christi de eunuchis cum Esaiâ verbis comparantur.  
Esai. 56. 4

Y y ve

ve inculpat; sicque & animæ pulchritudinem corrumpat, & corpus, quod materiale est, per exitiales quosdam tactus maculis & nævis totum replcat. Stet igitur immobile, inquam, Domini simulacrum, perpetuum agens sabbatum, ut neque dum per se movetur, naturalium formarum aliquas moveat, aut eas, dum in ipso motu impingit in aliquos, perfringat; neque ab externa manu agitata naturali pulchritudine spoliatur.

Per sabbatissimum virginitatem naturaliter & mirabiliter acquiri posse indicatur. Rom. 10. 6. & seq.

59. Forte etiam per sabbatissimum illud indicat, quomodo virginitas naturaliter simul & mirabiliter acquiri possit. Quemadmodum enim salutis nostræ modum exponens ait: *Ne dixeris in corde tuo: Quis ascendet in caelum? id est, Christum deducere. Aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum a mortuis revocare. Sed quid dicit? Prope te verbum est in ore tuo & in corde tuo.* Neque opus est te quæ adeo a te remota sunt, caelum aut abyssos perscrutari: sed tu vicino ac prompto utere auxilio. *Si enim confitearis in ore tuo Jesum Christum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris.* Ita & de virginitate dicit: *Ne dixeris: Quomodo ascendam in caelum, ut inde virginitatis integritatem deducam; Aut quomodo descendam in infernum, ut eam dudum a diabolo corruptam mihi ipsa recuperem? Sed quid dicit? Prope te est, inquit, & secundum naturam tecum nascitur virginitas.* Neque igitur maria ad eam acquirendam opus est te transfretare, neque immensum aerem pervolare, neque terræ circuitus ea indaganda & vestiganda emetiri, aut e terra evolando caelum ad eam inveniendam conscendere. Sed, ut dixi, omittens remota spatia scrutari, temetipsam considera quæ sis, & eam in te, secundum naturam, invenies latentem. Ac si vis illam apud te inviolabilem permanere, per totam vitam sabbatum age, hoc est, mane quod natus es. Ne moveas manum ad tactum viri, neque implices quæ non sunt implicata, nec soluta colliges, neque incorrupta membra diversi generis membris implicando corrumpas. Sed mane in cubili id quod es, nihil amplius requirens. Sabbatum age apud temetipsam, nihil faciens quod dissolvat id quod secundum naturam est. Necessè non habes muros & septa transilire, ut virginitatem veneris. Quin etiam, si hæc agas, fortasse amittes virginitatem. Sed in cubili sabbatum agens, puram temetipsam custodies, sicque facile virginitatem, pretiosissimam possessionem habebis. Non enim inveniendi aut faciendo aliquid novi, eam tibi vendicabis: sed manens intaminata, id quod ex utero nata es virgo, bona semper

omnibus videberis. Sed si amittas hanc virginitatis possessionem, etiamsi illa omnia facias quæ dixi, caelum & terram, mare & abyssum, ac totum aerem pervageris, nullo illam modo recuperare jam poteris. Quomodo enim quod corruptum est, jam incorruptum fiet? Quomodo quæ virum cognovit, tamquam non cognoverit, reputabitur? Quomodo quod semel vulneratum est cupiditate & voluptate & vitio, quasi integrum rursus fiet, cum signa corruptionis in anima & corpore jugiter permaneant? Poenitentia enim dimittit peccatum, sed ex corrupta incorruptam iterum facere non valens, per totam vitam lamentatur. Quare cum præstantissima sit hæc possessio, ac præmium his, qui eam consequuntur, longe gloriosissimum, doctrinæ Domini morem gerentes, ita sabbatum agamus, uti hæc oratio ab initio hæctenus submonuit, intaminatam & intactam ab omni macula naturalem pulchritudinem divini simulacri perpetuo servantem. Nec sabbatum modo agat, inquit, virgo, sed etiam eligat quæ ego volo. Quid autem aliud, nisi integritatem vult Dominus? Quam quidem simul cum sabbatissimo, in virginitate eligens, præ conjugii corruptione, ac inito cum Domino foederi in mandatis observandis adhærens, accipiet ab eo in domo & muro ejus locum nominatum præstantiorem filiis & filiabus. Non enim servantibus solum sabbata mea eunuchis & eligentibus quæ ego volo, sed & adhærentibus testamento meo dabo quæ dicta sunt. Ejus igitur foederis, quod cum sponso ictum est, noctu diuque virgo meminisse debet, foederis, inquam, quod pro ipsa moriens ad tribuendam ei integritatem scriptis sancivit. Denique memor foederis confirmati per mortem quam pro ea pertulit, (ut enim ei conferret sanctitatem, pro ea seipsum tradidit) per totam vitam foedus illius servet: hoc est, ne irritam faciat dispensationem in ipsius morte pro sua salute consummatam. Imo vero quoniam suam libertatem vendiderat, ipsam suo sanguine redemit, redemptamque non libertate solum honoravit, sed sponsam etiam sibi ipsi aptatam, reginam constituere beneficio longe præstantissimo dignatus est. Quare custodiat ejus foedus: hoc est, ut usu communiore loquar, quoniam ipsius conjugium velut dos quædam, quæ pro foedere cum ea inito data sit, scriptis & modo legitimo constat; idcirco stipulationes & convictus pacta perpetuo servet, seque ei in omnibus exhibeat maculæ omnis expertem: ut cum vitam ipso dignam hic egerit, illic etiam bonis ab eo præparatis perfruatur.

60. Nam custodientibus sabbata mea

(cur-

Quanta veris eunuchis

promissa  
Præmia.  
Ejai. 56. 4.

(rursus repetam) æ eligentibus, inquit, quæ ego volo & adhærentibus testamento meo dabo in domo mea & in muro meo locum nominatum, præstantiorem filiis & filiabus. Nam ne videantur, ut infœcundi & steriles, in opprobrio esse, ita, inquit, familiares & amici mei erunt, ut in domo mea & in muro meo maneant. Tanto autem honore apud me digni habebuntur, ut nulla puerorum nobilitas, cum eorum dignitatis loco comparari possit. Dabo enim illis locum, inquit, non habitationis solum, sed & progressus ac dignitatis, ita ut omnibus conspicuus illos magis, quam liberorum successio, dignitatis splendore nobilitet. Et quid amplius, inquit, de mysticis eunuchis habeo dicendum? Dabo illis nomen æternum, quod ipsis ultra filiorum successionem manebit, nec deficiet. Hic enim corporei filii patrum subeunt nomen, quemadmodum extinctam eorum senectute excipiunt vitam, ita deficienti patrum morientium nomini succedentes, illud in seipsis exsuscitant. Deinde iidem, postquam brevi tempore vitam proavorum & nomen quodammodo reparaverint, tamen ipsi quoque ob naturam mortalem prorsus sublata, progressu temporis deficient, genus sine nomine relinquentes. Quod autem a me cum primorum locorum dignitate datur eunuchis nomen pro omni generis successione, iterum dico, jugiter permanebit, ita ut & ipsi & omnes qui eos videbunt, ex eventu dijudicent, quanto præstantius sit hoc nomen filiis & filiabus, qui sæpe genus suum & turpitudinis loco & peccati nomine probrosum reddunt. Nomen enim, inquit, pro humano, immortalium angelorum dabo illis, nec deficiet; ita ut cœlum & cœli pulcherrimum locum habeant ad habitandum: in præclarissimo autem cœli loco, id est, in domo mea, intra septa mea habitantes, non jam solum angelorum naturam & dignitatem immortalem habeant (semper ipsi sibi vice successorum in sempiterna vita in æternum sufficientes) (sed & locum fortiantur inter angelos valde insignem, & nomen propter proximæ virtutis splendorem indebile. Caveant autem, ne quemadmodum ex hominibus & a terra in cœlum & angelorum dignitatem ascenderunt, rursus ab angelis & cœlo in terram casu maximo decidant. Vidi enim, inquit, eum qui aliquando in cœlis coruscabat, ut fulgur, de cœlo cadentem. Quod cum audiunt, omni ratione cautos esse convenit. His igitur digni præmiis invenientur in regno divini secundum mentem eunuchi. Neque iisdem carebunt qui tyrannica manu de tenera ætate violenter eunuchi facti sunt. Sed si in illa corporea castratione, quæ præter eorum voluntatem ipsis contigit, voluntaria

S. Basilii Oper. Tom. III.

A secundum animum castratione semetipfos castraverint, ita ut sabbatum agant ab omni nequitia, eligant ea quæ vult Dominus, & adhæreant testamento mandatorum ejus, virtute nequaquam in animo infœcundi, locum habebunt in domo Domini meliorem filiis & filiabus; nec jam ut lignum aridum ob carnis infœcunditatem habebuntur; sed ut virentes plantæ, justitiæ plurimis fructibus undique ornati. *Plantati enim, inquit, in domo Domini videbuntur; in atriis domus Dei nostri flore bunt.* Non igitur, dicam iterum, virginitatem instar legis præscripsit, sed libero eam arbitrio relinquens; quod digni sint præmio qui naturam superaverint, mysticæ castrationis exemplo declaravit.

61. Qui autem non intellexerunt illud: *Et sunt eunuchi qui seipfos castraverunt propter regnum cœlorum*, semetipfos absurde mutilaverunt, hoc ipso facinore lasciviam suam eminus incusantes. Nam qui instrumentum amoris carnalis projiciunt, ne, si adsit, operetur, eos manifestum est cupiditate quidem ad concubitum ferri, detrahitis autem sibi armis, non quod nolint, sed quod non possint, virginitatem colere. Divina autem lex non actionem, sed cogitationem judicat; quia quisquis non factus mœchatus est, sed vidit ad concupiscendum, jam mœchatus est. Membrorum autem genitalium exsectio, gravioris adulterii, quam quod per oculorum concupiscentiam admittitur, exsectum arguit. Nam sibi ipsi diffidens an possit lasciviam vincere, id abscidit, quo cupiditatem ad actum esset perducturus. Vel potius cum persuasum haberet de eo præsentem impudicæ aliquid facturum, sustulit exsectione instrumentum lascivie, ne videretur per corpus lascivire, sed tamen luxuriatur cupiditate ac impotenter cum qualibet mœchatur. Nam ipsum facinus eminus clamat adversus ejus intemperantiam. Quare post abscissionem, incontinentiores illos merito quis dixerit. Nam cum se continere non possint, ac præterea metuant ne deprehendantur in flagitio, ut licentiam habeant libidine ad arbitrium utendi; servi quidem voluptatis, sed nolentes perfectionem operis impedimentum sibi esse futuræ deinceps ac perpetuæ voluptatis, abscisso actionis argumento, licenter insaniunt ad concubitum. Quod si qui gladio peti aliquem thorace munitum, etiamsi thorax impediatur ictum ac cædem, homicidæ tamen crimen sustinet: & qui nudo gladium vult infigere, deinde casu gladium e manu excutit, ut homicidæ merito judicatur, quia non opus, sed voluntatem lex judicat: sic etiam profecto, qui armatus genitali membro, etiamsi adortus fidei lorica armatam, corrumpere illam ad arbitrium non possit,

Adversus  
eos qui  
semetipfos  
evirant.  
Matth. 19.  
12.

M. 116. 5. 28.

Luc. 10. 18.

Y y 2 ut

ut corruptor merito punitur : & qui nudam ad stuprum invenit, ac deinde ad opus aggre- ditur, sed arma abscissione abiecit, etiam stupro non peracto, ut stupri auctor merito judicatur. Cæterum ipsa quoque hac in re crimen impudicitæ cum illo sustinet. Quo- modo enim ei credemus repulsam ab ea fuisse stupri plagam, quam infert impudicus, cum arma non adsint. Ubi enim adversus eum, qui a natura armatus est, fortiter pro integritate dimicatur, manifestum est castitatis certamen. Ubi autem inermis vir est, ac indifferens eum eo omnibus, vel potius ex amore voluptatis profluens consuetudo; incerta & dubia illius castitas, ac pluri- ma adversus eam suffragia ab omnibus impudicitia accipit. Atque hæc quidem de iis qui integra una cum testibus genitalia rese- cuerunt. Jam qui solos testes abscindunt, cum eorum genitalia membra ad statum vi- rilem & ad coeundi facultatem pervenere, ipsos ajuunt acrius ac impotentius ad concu- bitum concitari, nec illos concitari modo, verum etiam citra periculum, uti ipsis vi- detur, obvias quascumque corrumpere. Dicunt enim poros, resectis inferius testi- culis; qui a lumbis ac renibus reliquo geni- tali membro semen administrant, postre- sectionem superius oppilari, fervente vero in renibus libidine, atque ita semen in mo- dum spumæ exagitante, virum ad ejicien- dam genituram incitari, eundemque, cum semen ebulliens effundere non queat, eo quod ad coitus actum sibi servavit, armari. Ubi autem semel testium castrationem ille- cebram ad fallendam mulierem astute effe- cit, intemperantius ei commiscetur. Vir quidem qui naturæ est integer, testiculis a superna parte genituram excipientibus, in- deque eam spargentibus, mox semine ela- pso, resolutaque concupiscentia, inter- quiescit : sed qui non habet unde id quod titillat, evacuet, vix impetum remittit, quoad, ut ferunt, hujusce rabiem fatigatio solvat. Neque id solum naturæ ratio, sed etiam experientia sæculo nostro testata est : quemadmodum mihi vir quidam venerabi- lis, & canitie ac moribus senex de muliere, quæ exhomologesim apud eum fecerat, enarravit. Aiebat enim mulierem sibi di- xisse, eunuchum, cui a viro sive a domino concredita fuerat, impudice secum commi- sceri solitum. Ac audacior, aiebat, ad fla- gitium erat, quod partum, utpote eunu- chus non timeret. Neque is solum, sed & alius quidam ex iis, qui eadem ac nos sen- tiunt, vir sane qui non cito mentiretur, narravit virginem quamdam ecclesiæ cano- nicam apud se lamentatam esse, quod eunu- chus quidam ejus cubile ascendens, libidi- nose eam amplexus esset, totusque toti in-

hærens, cum non posset cupiditati satisfacere, dentibus usus esset, ferventem in carne concubitus rabiem furenter moribus indicans. Addebat castrationis illecebra vir- ginem, ob simplicitatem, tentatione im- plicatam fuisse; sed post experientiam aver- satam esse, nec coram se solum, sed etiam coram pluribus illata sibi illius cupiditate in- quinamenta dessevisse. Verum est autem duorum hominum testimonium; ut ne plu- res alios recensentes, præter animi nostri sententiam prolixiores simus.

62. Nos igitur, ut reor, sumus venia di- gni, qui hæc exposuerimus non præmu- niendæ modo virginæ integritatis gratia, sed etiam ut plurimos ejusmodi eunuchos, qui jam in Ecclesia invaluerunt, coercere conaremur. Perspicuum est enim opus illud dæmonis esse astutiam : quandoquidem pri- or ætas eunuchos apud gentiles, ac etiam nunc apud nos absurde introduxit, castita- tisque nomen, quod tunc hujusmodi exse- ctioni datum fuerat, idem etiam nunc con- tra naturam innovavit. Est enim solersis, qui nostræ in Dominum fidei insidiatur, per id quod virtus esse creditur, malum opera- ri, quod ipsum ex præteritis animadverte- re in promptu est. Quemadmodum enim ex quibus Deum cognosci oportebat, per ea effecit, ut Deum gentiles ignorarent (mun- dus enim creatoris propositum est monu- mentum, isti autem ex pulchritudine eo- rum quæ videntur, nequaquam, ut par erat, pulchritudinem illorum opificis glori- ficaverunt, sed coluerunt & servierunt cre- aturæ potius quam creatori) : & quemad- modum per quæ oportebat Christum cogno- scere, per ea fecit ut ignoraretur, per Scri- pturas, quæ Christum prædicant, illius ignorantiam hæreticis sententiis astute machinatus : & quemadmodum credito Christi nomini, incredulitatem & negatio- nem Christi vaferrime iniecit; ita & per nomen mysticæ castrationis, sub specie tem- perantiæ, spadones & impudicos efficit. Igi- tur ne cum his quidem indifferenter congre- gari virginem convenit. Nam si cum femi- næ cum feminis in eodem lecto amanter con- junguntur, effervescente intus illarum cu- piditate, sæpe ex mutuo corporum tactu ea- rum imaginatio ad ea corpora, quibuscum- que habitudinem a naturâ accepere, irritatur (idoneus est enim qui legem peccati in mem- bris nostris movet, ut medius inter carnes latenter obrepens, ex amica & comi femi- narum inter se delectatione, subtrahens or- tam ex benevolentia voluptatem, mascu- lam carniū fraudolenter inserat) quanto magis a corporibus masculis, etiamsi eunu- chorum sint, virgini cavendum? Nam etsi eunuchus est, vir tamen est natura.

63. Que-



63. Quemadmodum enim bos, qui cornu ferit; abscissis cornibus, nequaquam hæc cornuum abscissione factus est equus; sed adhuc bos est, quamvis non amplius habeat cornua; ita & masculus, cui exsecta sunt genitalia omnia, nequaquam hæc exsectione factus est femina, sed semper masculus est, quamvis non habeat genitalia. Et quemadmodum bos cornu feriens, abscissis cornibus, ira tamen & furore cornu petit; siquidem inclinans cervicem, & caput ad feriendum componens, minas non sine gaudio intentat, atque etiam sæpe ferit, irruens ea parte capitis in qua cornu armatus fuerat, ac furori satisfacit hæc ferendi specie; sic enim afficitur impetu abreptus, non quasi simpliciter feriat, sed quasi cornu, ut antea, dilaceret: ita & masculus, cui abscissa genitalia, masculus tamen est vitiosa libidine. Idcirco & ipse simili modo sese ad actionem componens, amorem spirat & absurdum furorem. Quinetiam irruens ad complexum, etiam si non corrumpat hæc parte virginem, tamen quasi corrumpat, ita cupiditate per imaginationem afficitur. Illam autem ad peccatum vehementius incitans, corrumpit totam mentem, ac ipsum corpus ad stupri actionem cæstro percellit.

64. Quare si propositum est virgini incorruptam suam interiorem virginitatem servare; caute semper se gerat etiam in colloquiis cum his hominibus. Nam si admonitionem Sirachi, quæ ad integritatem virginis conducit, recipimus; *Quasi eunuchus, inquit, complectens virginem & ingemiscens: nimirum quia quod vult facere non potest, item: desiderium eunuchi est de virginare puellam.* Etsi enim matrem, inquit, ob infecunditatem facere non potest, at virginitatem ei vult eripere. Laudari ergo ob castitatem non debent ii, quibus abscissa genitalia. Neque enim equos, quod cornu non feriant laudamus; sed eos quidem, si non calcitent, laudabimus: in bobus autem, si cornu non feriant, mansuetudinem merito probamus. Non enim in quo quis non potest, sed in quo, cum possit, ad injuriam potestate non utitur, admirationem habet. Quod si existimant abscissionem genitalium ad removendum ab anima peccatum conducere; eruant etiam oculos, qui multa contra rationem intuentur: præcidant manus simul & pedes: obstruant etiam aures, ut nihil horum instrumentum fiat peccati. Vel si istud quidem absurdum est simul & furiosum, totis membris undelibet abscissis, reliquum corpus inutile instar trunci, ut dicitur, omnino projicere cum ipsa vitii causa, ac tamen ob imagines per membra prius introductas animo peccare; satius est reli-

Acto, ita ut formatum est, corpore, casta, ut supra dictum est, ac temperanti ratione membra omnia regere, virtutem non necessitatis sed voluntatis nostræ præclarum munus efficientes. Neque vero de omnibus omnino eunuchis ea diximus quæ hætenus exposuimus: sed de iis qui, ut sibi licentiam concilient cum feminis ad arbitrium vivendi, semetipsos stulte exsecuerunt. Ac generatim de iis, qui mulierum familiaritates persequuntur, hæc diximus. Novimus enim quemadmodum viri mulieres sancte tangunt, ita & eunuchos, qui post corporis castrationem non libenter susceptam, voluntariam animæ castrationem casta ac temperanti cogitatione sibi metipsis inferunt, pure cum mulieribus versari. Sed cautionis simul & integritatis causa contestamur, quemadmodum viri, qui libenter cum mulieribus versantur, turpes in semetipsos suspensiones movent, ita & eunuchos qui in mulierum contuberniis latibula sua constituere volunt, puros semetipsos a suspicionibus non præstare. Nam qui cum mulieribus non indifferenter, sed cupide versantur, non absurde ex manifestis naturæ rationibus pejus quam viri vituperentur. Nam in viris facultas qua præditi sunt, dum eis ante oculos ponit actionem peccati, lapsus metu eos a peccato, quod voluntate perficitur, reflectit. Hic autem impotentia perficiendi quod volunt, audaces illos ad perfruemdam libidinem efficiens, peccatum, quod voluntate perficitur, adhuc magis in eis accendit.

65. Nemo autem vellicet hunc sermonem, quasi minus convenienter virginibus moribus in speculationem naturæ masculi penetret. Nam primo nulla adeo infans est virgo, modo pubes sit corpore, ut quidquam ignoret ad naturam illius attinens, cuius e latere avulsa est. Quamdiu enim imperfecta & immatura sunt ad naturalem operationem membra illius corporis, ac lex peccati feriat; forte etiam quis ignorantem naturalis actionis interim membris inesse dixerit: etsi quam maxime natura sua sponte progreditur ad id quod sibi convenit, ut in brutis videre est, quæ edocta sua sponte natura statim in concubitus feruntur. Quinetiam deprehensi sunt infantes membris immaturis virilem concubitum imitari. Cum autem membra pubescunt, ac idonea videntur ad habitudinem ad quam generata sunt, statim lex peccati introit, præscribens unicuique membro actionem, membra adversus legem mentis in aciem educens, per membra unumquemque hominem captivum legi peccati addicens. Nec ullum sane membrum magistrum habens legem, peccati, ad quod natura fertur, igno-

Ecclesi. 30.  
21.

Ecclesi. 20. 2.

Metuit auctor ne videatur nonnulla dixisse parum convenienter virginis pudori.  
Gen. 2. 22.

ignorationem prætexat. Sed labia sciunt in amatoriiis rebus ad quem usum natura idonea sint, ac unicuique membrò tantum alterius sexus membrum cognitum est, quantum semetipsum natura cognoscit. Neque enim membri actum concupisceret, si ignoraret naturam illius. Quare digni reprehensione non sumus, si quod virginibus cognitum est, sed ob necessitatem tacetur, id in tempore explicuimus. Deinde vero etiam si ignorarent masculi naturam; ne hæc ignoratio ipsis peccati illecebra fiat, non absurde ad earum securitatem naturam, ut se habet, consideravimus; ut quemadmodum simplices sunt sicut columbæ, ita etiam prudentes sicut serpens, omnem integritatis suæ injuriam proposita doctrina instituta caveant. Ad hæc, cum communis virginittatis expurgatricem orationem suscepimus, ut virginibus benevolentiam, ita & masculis debemus: oportebatque, ut illis quid noceat quidque profit ostendimus, ita & istis ostendere: ut nequaquam castrationis nomini attendentes in contrarium delabantur, sed cognoscentes quid peccet illegitima virilium abscissio, & quis dignus sit Domini approbatione eunuchus, ad veram quidem castrationem animo informentur, ab absurdo autem virilium execandorum impetu, si multi deinceps in hoc vitium ferantur, sermone cohibiti prudenter reflectantur.

66. Igitur quæ vere virgo est, si tali cum diligentia vitam instituet, ab omni masculi tactu puram se semper custodiet, & cum feminis dormiens, ad seipsam conversa mentem in cælo habebit, eamque extra corpus totam omnino evehens, eadem dicit ac ille qui dixit: Novi memetipsam, sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio, Deus scit, raptam esse in paradysum & audisse arcana verba. Nam profecto si vigilem illius erga se amorem sponsus e cælo videat, ejque noctis tenebras perspiciat non occasionem esse peccati, sed divini ad colloquendum cum sponso otii, ita ut noctis quidem tenebris circumdetur, quo minus sensus exterioribus rebus perturbentur, sed tota mente illustretur sponsi luce, ac mentis lampadem per totam noctem studiose clam adornet: merito illam rapiet usque ad tertium cælum in paradysum, eique verba ejusmodi loquetur, quæ in corpore quidem adhuc viventibus non enarrabilia esse declaratum est, ei autem, si tantos progressus habeat, ut nesciat utrum in corpore an extra corpus vivat, enarrabilia in mysterio erunt. Illic omnem virginum chorum inveniri volens & precans, ad ea cavenda quæ virginittatis pulchritudinem inquinant, hæc edisserui, non ut his consi-

Matth. 30.  
16.

1. Cor. 12.3.

derandis discamus quomodo oporteat ad ea quæ nocent delabi, sed ut modos lapsuum edocti, quomodo resiliendo declinandi sint perspiciamus. Neque enim eos qui artem medicam ediscunt, magistri, dum venena & omnia uno verbo exitialia considerant, ad horum usum adhortantur, ut noxiorum cognitione ad malitiam animo instructi, pro medicis vitæ pestes evadant, sed ut de iis, quæ naturalem nostram facultatem everunt, edocti, præcaveant ea contrariis facultatibus, & si corporibus supervenerint, scientia & arte tollant. Cum tres igitur, pro triplici castrationis modo, viæ nobis a Domino ostensæ ad virginittatem nos perducant, per quam volet, inquit, qui potest incedere incedat. Ac laudabilis quidem & quæ per alteram ex duabus prioribus ad virginittatem pergit, sed beatior quæ per præstantiorem currit. Omnes autem quacumque via ad virginittatem tendant, æque intaminatæ in via esse studeant; ut cum puram ab omni macula sponsam sponso aptaverint, illius donis gloriosius in cælo perfruantur.

67. Hæc tibi, o sacrum caput, ad veram virginittatis pulchritudinem considerandam, ut per tempus licuit, edisserui, non ex divinis solum litteris, sed, secundum sapientissimum Paulum, quod nos omnem intellectum ad obediendum Christo captivum vult ducere, omnem Christi discipulum ad continentiam volens incitare. Nam & Græcorum sapientes, dum multiformem voluptatem, & pugnandi cum illa rationem nobis fabuloso commento indicant, hydram, voluptatem corporis generatim sumtam, velut serpentem quemdam multiformem in palude delitescentem ductis ex natura rationibus finxerunt. Atque hujus quidem caput uno ictu amputatum, triplex ex uno nasci tradiderunt: cauterio autem resectum, e medio profus tolli sapienter ostenderunt. Nam cum universa voluptas in carnis materiali natura, velut in palude horrendus quidam serpens semper delitescens, per unumquemque sensum, velut unum quoddam caput ex profundo, singularem per visum & gustum reliquosque sensus multipliciter voluptatem proferat; si perfruendo ac satietate, ajunt, illius dulcedinis unumquodque caput velimus amputare; non magis caput, quod sese exseruit, amputamus, quam hoc amputandi modo perficimus ut plura pro uno nascantur. Sed si veluti cauterio, ita continentia, prodiens caput resecemus; sapienter a nobis sublatum pullulare profus non poterit. Nam qui gustus, inquit, voluptatem, exempli causa, concedendo quod ei suave est & satietate tollere vult, non magis eam tollit, quam perfruendo intem-

1. Cor. 10.5.

Multiformis voluptas & modus cum ea pugnandi designatus a profanis.

pe-

perantiorem facit ad id quod semper concupiscit. Qui autem non concedendo quod suave est, illam continentia tamquam igne coercet, ut minime compotem eorum quæ concupiscit, invalidam ac tabefactam prorsus redigit. Ac præpostera, inquit, vel potius iniqua in virtutis exercitationem oratio, quæ sine exceptione pronuntiat, quod paratam habet perfruendi potestatem, id lentum esse ad concupiscendum. Lenta enim est gustus, exempli causa, voluptas ad id cuius perfruendi potestatem habet: sed cum semper edocta sit eorum, quæ concupiscit, compos intemperanter fieri, insatiabilis ad perfruendum quidquid concupiscit, variis modis abripitur. Quare non sic unumquodque voluptatis caput amputandum esse dicunt, sed per abstinentiam, non concedendo quod suave est.

Item probatur ex Scripturis sanctis.

68. Divinus autem sermo vitulum pro sacerdotio apud sapientissimum Moysen matans, per membra, quorum fit holocaustum, virtutis exercendæ modum naturali ratione ostendit, dum jecoris quidem extremam partem, non totum jecur, & adipem quæ ventrem operit, non ipsum ventrem, renem autem non adipem modo, sed ipsos etiam cum adipe renes igne consumi jubet. Nam cum jecur organum sit concupiscentiæ, (secundum quod & de eo qui prave ad concupiscendum sauciatus est, dicitur, *Eris ut cervus sagitta percussus in jecore*) veluti extremam partem, singularem ad peccandum concupiscentiam, in qua & bilis reperitur, solam igne consumere, reliquum autem, quod a bili & prava concupiscentia purum est, ad bonarum rerum concupiscentiam servare secundum naturam convenit; ventris autem quod superfluum est, unde ad vitia a ratione aliena pinguescimus, auferendo, quod necessarium est tantummodo servare: in renibus autem, non solum adipem, quæ ingentem cupiam genituræ ad intemperantiam despumat, sed & ipsos renes sacrificare. In his, inquam, sermo divinus aptissime ad naturam

& quod ad vitam necessarium, & quod præclarum ad concupiscendum, & quod purum ad temperantiam monstrat. Nam cum sine cibo in corpore vivi non possit, organum cibi, ventrem nudum ab omni prorsus ingluvie relinquens, adipem, quæ illum operit, recte aufert. Rursus autem cum fieri non possit, ut quidquam boni assequamur, nisi naturalem illius appetendi facultatem habeamus, malam quidem, inquam, concupiscentiæ speciem, velut extremam partem cum bili resecat, bonum autem ad virtutes concupiscentiæ genus purum & intactum relinquit; de renibus autem, quoniam nec ad vitam, ut venter, nec ad concupiscentiam necessarij videntur, ut qui singularem ad concubitus concupiscentiam solam suscipiant, non solum, inquam, adipem illorum, sed & ipsos igni tradidit, quia possumus sine renibus, id est, sine nuptiis vivere, & virginitatis institutum angelis æquale etiam nunc, quamdiu vivimus, exercere. His omnibus in omni sapientia eruditos, decet universæ voluptati, velut hydræ multorum capitum, sapienter resistere, nec per speciem exsecandi prodeuntia semper per sensus capita, perficere ut plura semper renascantur; sed constantia & intenta continentia fortiter comburere, ac corpora nostra hostiam sanctam, Deo placentem, veluti vitulum pro sacerdotio, offerrentes, modo pravam cupiditatem, veluti extremam partem, modo superfluum cibum, tamquam adipem qui ventrem operit, modo totam simul nuptialis concubitus concupiscentiam, veluti renes cum suppeditante illis genituram adipe, divino continentia igne consumere, ut secundum propositum virginitatis scopum, omni prava cupiditate ac omni voluptate superiores per vitam asceticam reperti, promisso certaminibus præmio & integritatis corona digni inveniamur per Jesum Christum, cui gloria & Patri cum sancto Spiritu in sæcula. Amen.



I N  
SANCTI BASILII MAGNI  
EDITIONEM LATINAM  
NOTÆ SELECTÆ.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

3

# T O M O P R I M O

## N O T Æ S E L E C T Æ

### J U L I A N I G A R N I E R I I

P R E S B Y T E R I , E T M O N A C H I B E N E D I C T I N I .



AG. 1. Aliter in aliis Mss. ponitur titulus. Vetusissimus codex Coisl. sic habet; *Sancti Patris Nostri Basilii in primam diem Hexaemeron*. Reg. Primus; *Sermo Sancti Patris nostri Basilii magni Archiepiscopi Cesarea Cappadociae in Hexaemeron, sive in illud: in principio fecit Deus caelum & terram*. Reg. quintus. *Basilii Archiepiscopi Cesarea Cappadociae in Hexaemeron, homilia prima*.

Pag. 2. a. l. 5. col. 1. Intelligit Basilii aut eos qui omnino Deum esse negabant, aut falsorum Deorum cultores.

Pag. ibid. d. l. 4. col. 2. Quod ait Combessius hanc doctrinam Basilii nihil firmam esse, id temere dictum putamus. Causa autem cur ita iudicet, haec est, quod Angeli animaque ceperint, nec tamen sint unquam desituri. Sed quis non videt immerenti Basilio litem inferri, cum constet eum hoc loco non de Angelis, aut de anima, sed de solis rebus visibilibus loquutum fuisse? ipsum audiamus. *Siquidem, inquit, hanc rerum studio visibilem hunc mundum sempiternum esse una cum conditore universorum Deo decieverunt*. Cur igitur Angeli & anima per se non sint aspectabiles, nec oculis verni possint, neque de hac, neque de illis verba Basilii debent accipi? Is unicus scopus est Patris gravissimi ac propositum, ut ostendat, mundum per se & suapte natura aeternum non esse, sed quicquid visibile est in mundo atque sensibile, id omne corruptioni subjacere. Hanc autem ejus rei causam Basilii ipse statim affert. *Nec hoc quidem, inquit, antea advertere poterunt, quod necesse sit totum cuius partes corruptio & mutationi subjacent, ipsum quoque aliquando istis defensionibus obnoxium esse, atque illius partes*. Quod argumentandi genus pace viri doctissimi dixerim multum habere momenti atque roboris. Basilium secutus est Ambrosius lib. 1. Hexaem. pag. 6. num. 10.

Pag. 3. d. l. 2. col. 1. Male a Combessio accipi putat. Ejus haec sunt: *Basilii haec sententia Graecorum communis, creatos Angelos ante mundum corporeum, in qua nihil dum statum est, sed in carcere animarum Origenianum*. Sed propterea non statim debuit Combessius Basilium reponere in numero eorum, qui ex parte & asseveranter dicunt Angelos ante mundum visibilem corporeumque esse creatos, cum Basilii hanc opinionem non proferat tamquam certam atque indubitam, sed tamquam verisimilem; & quam multo amplectantur. Addit enim *ut videtur, ut videtur, ut videtur, ut videtur*. Imo, quod saepe fit, si illud *ut videtur* ita interpretemur: *ut videtur, ut videtur*, magis patebit Basilium hanc sententiam non proposuisse ut suam sed ut aliorum. Scio quidem voces *ut videtur* reddi posse aliquando, ut *constat* & *plano*, utique: sed haec interpretandi ratio rara est & insolita; & solum adhiberi debet tum, cum series orationis ita postulat: id quod hic locum non habere videtur, opinor, omnes. Ad haec Basilii *ut videtur*, num. 5. se ipseclare ac discrete explicat, cum ait: *Si quid, ut videtur, confusionem mundi huius sensibilem atque corruptibilem abominabilem, aut si modo fuerit quidpiam*. Ex quibus verbis intelligitur, Basilium hanc de Angelorum praesentia sententiam dubitanter non asseveranter proposuisse.

Pag. 4. c. l. 10. col. 1. Aquilam indicat Basilii, uti ex Hexaplis discimus, & ex Hieronymo lib. quatuor. Hebraeo in Genesim, initio. Haec sunt verba Aquilae, in *Capitulo erat Deus caelum & terram*. Ambrosius ut alia multa ita haec a Basilio mutatus est. Ejus haec sunt in Hexaem. num. 16. *Demque, inquit, huius dixerunt, quasi in capite, quo significatur in brevi & in exiguo momento, summa operatione completa*. Haec Aquila interpretatio, in capitulo, in summa: non partem opinionem faveret Augustini, qui lib. 4. de Genesi ad lit. cap. 33. contendit creatam esse omnem simul & uno eodemque momento. Eidem faveret & explicatio Basilii, hoc est, *subito, & brevi, aut si mavis, decubito & brevi*. Lige. praefat. n. 21.

Pag. 4. a. l. 11. col. 2. Neque ipsum in causa fuisse aut esse, hoc est, non res coepta, non res coacta, non res invite & praeter voluntatem agens in causa fuit, cur mundus existeret. Hoc ipsum dicit Basilii, Deum aliter agere, aut corpora opaca aut lucida. Nam corpus opacum producit umbram vel atque necessitate, nec liberius agit corpus lucidum: Deus vero omnia nutu coeclit & voluntate. *Illud facit tanquam bonus utilis &c.* alio modo intellexit & interpretatus est Epiphanius. Illius subiectus verba: *non causam praestitit, ut esset solum, sed fecit ut bonus utilis*. Ambrosius pag. 9. n. 18. hunc eundem Basilii locum sic expressit: *Non dixit quia subesse fecit, non dixit quia causam mundo ut esset praestitit: sed fecit quasi bonus quod forte utilis*.

Pag. 5. c. l. 10. col. 2. Quod ait Basilii sensisse quosdam philosophos de telluris quiete, id pariter nostra aetate a quibusdam defenditur. Nam utrum terra in centro mundi immota maneat, an soli hunc situm obtineat; questio est etiamnum inter philosophos perquam celebris, & magna utrinque contentione agitata.

S. Basilii Oper. Tom. III.

Pag. 5. l. c. col. 1. Est hodieque magnis inter philosophos agitata contentio quae, sit ne corporis forma esset quaedam, an solum diversus partium situs, motus &c. Videtur Basilii aut nihil, aut non ita multum a recentioribus dissentire.

Pag. 10. b. l. 6. col. 1. Monet Tillemontius hic intelligi posse Eusebium Samosatensem; sed convenit fere inter doctos, designari potius Ephrem Diaconum Syrum. Quod autem attinet ad viri illius Syri explanationem, eam omnino confirmat Hieronymus tom. 2. qu. Heb. columna 508. Pro eo, inquit, quod in nostris Codicibus scriptum est, *ferbatur*, in Hebraeo habet, *mereseth*, quod nos appellare possumus *incubabat*, si ve, *confovebat*, in similitudinem volucris, ova calore animantis. Montfauconius noster qui verbum Hebraicum sic exseribit litteris Graecis *μαρσπεθ*; interpretatur locum istum hoc modo: *Et Spiritus Dei moticabat super factus aquarum*. LXX. verterant; *incubabat*, *superferbatur*. Alii tres Interpretes, Aquila, Symmachus & Theodotio, *επιφουροσ*. Hunc Basilii locum Ambrosius de more in suum Hexaemeron transtulit. Denique Syrus, inquit, qui vicinus Hebraeo est, & sermone consonat in plerisque & congruit, sic habet: *Et Spiritus Dei foebat aquas*, &c. lib. 1. Hexaem. cap. 8. num. 29. Quia etiam Diodorus non aliter intellexit vocem Hebraicam, atque vir ille Syrus, ut videre est in notis tum Ducui, tum nostri Montfauconii. Haud immerito existimat Tillemontius esse verisimile, Augustinum e Basilii opere excerptisse ea, quae loquuntur de docto quodam Syro lib. 1. de Genesi ad lit. num. 36. Lige. praef. num. 21.

Pag. 15. a. l. 11. col. 1. Monitum lectorem volo hic multa dici a Basilio ex opinione vulgi: quae si diligentius expendantur, a vero longe abesse constabit. Quare si quis vulgaciteri ortum, eursum, magnitudinem fluminum eorum, de quibus hic fit mentio, ei auctor sum ut consulat Ptolomaeum, Strabonem, aliosque geographiae peritos.

Pag. 16. b. l. 6. col. 1. Vult Basilii firmamentum non proprie caelum nominari, sed dumtaxat caeli nomine insigniri per quamdam similitudinem.

Pag. 20. a. l. 2. col. 1. *Et congregata est aqua, qua sub caelo, in congregationes suas, & apparuit arida*, etiamnum leguntur apud LXX. Sed neque Hebraeorum exemplar, neque Vulgata, neque Aquila, neque Symmachus, neque Theodotio ea agnoscunt. Ambrosius tamen lib. 3. in Hexaem. initio capituli quinquiesimae hoc LXX. interpretum additamentum comprobat. *Multa enim, inquit, non otiosa a Septuaginta viris Hebraeis lectio: addita & adjuncta comperimus*.

Pag. 24. a. l. 6. col. 1. Sequitur est Basilium Ambrosius lib. 13. in Hexaem. cap. 17. Idem docet Augustinus quoque lib. 1. de Genesi contra Manichaeos cap. 13. Sed postea, ut notat Ducui, lib. 3. de Genesi ad litteram cap. 18. sententiam mutavit.

Pag. 26. a. l. 2. col. 1. Scammonia autem seu scammonae, herba est regionum transmarinarum, quae praesertim in Asia & in agro Colophonio crescit, cujus succus valet ad medicinas. Plura qui cupiet, Ruellium legere poterit.

Pag. 46. b. l. 4. col. 1. Non est quod scrupulosius his omnibus fidem adhibeamus, cum non pauca ex vulgi opinione narrentur. Neque tamen repertum iri puo quemquam tam iniquum, qui haec aut similia summo viro rebus gravioribus intento condonare nolit.

Pag. ibid. c. l. 1. col. 2. Illa verba ita reddita sunt a veteri interprete, ut dicas elephantem idcirco tot annorum spatio vivere, quod pedes habeat compactos, nec articulis ullis distinctos. Sed ea non est verborum Basilii sententia. Hoc autem dicit, inde constare pedes elephantis compingi, & articulis distinctis, quod elephas tanto temporis spatio vivat. Putabat enim futurum fuisse, ut tantae molis animal non potuisset stare & consistere, nisi pedes ejus articulis caruissent: sed statim suo ipsius pondere ruiturum. Ita quidem sensisse Basilium arbitror: neque tamen continuo velim hanc opinionem pro vera haberi. Probo enim scio gravissimum Patrem, cui res ejusmodi diligenter expendere non vacabat, eas quae suae aetate vigeabant opiniones non raro in his libris incautius scriptum esse.

Pag. 13. b. l. 1. col. 2. Quam varie apud varios positus sit ejus palam titulus, ex Hexaplis cognosci potest. Sed Aquila solius interpretationem, quod sola ad rem faciat, ex eis mutabimus. Ejus igitur haec sunt, *Psalms pra ignorantia ipsi David, quomodo cecinit Domino super verbis Aethiopsis filii Gammari*. Nec aliter Hieronymus, qui ex Hebraeo sic vertit, *Ignoratio David, quod cecinit Dominus super verbis Aethiopsis filii Gammari*. Haec autem eo retuli, ut planum facerem, interpretes quosdam pro Xari scripsisse *Aethiops*, nec inepte Aethiops nomine Sautem Aethiopicis moribus praeditum ab eruditis viris intelligi, ob idque videri Basilium ejus palam inscriptionem cum iis quae dicuntur 2. Reg. 17. 5. longe facilius conciliare potuisse. Nam e re expedierat se, si de duobus non de uno homine sermone haberi dixisset, hic de Saule, illic de Chusi filio Aethi. Paraphrasim Chaldaeam legas velim, & Ducui notas.





Pag. 131. a. l. 5. col. 2. Eunomius videbatur de substantia Filii loqui, tamquam de re aliqua, quæ ab ipso Filio distincta esset. Sperabat enim, fore, ut hæresis sua hoc artificio, facilius in aures audientium reciperetur. Extremum si aperte dixisset Filium ita genitum esse, ut ex nihilo factus esset, omnem exaggerasset animos; nec ei res bene successisset: Quare scis habebat dicere, substantiam genitam esse cum non esset. Sed ex hoc impio principio necessitate sequebatur Filium quoque genitum fuisse eam non esset, nec eam a creaturis differre, cum & ipsa condita sint cum non essent.

Ibid. b. l. 9. col. 2. Eunomius, ut ex dictis patet, affirmabat substantiam Filii genitam fuisse, cum non esset ante suam constitutionem. Basilium autem præpositionem ante hoc loco impugnat, sitque, aut Eunomium vana atque inania effutire, aut ex ejus verbis effici, Patrem Filio priorem esse tempore, vel ævo.

Pag. 135. c. l. 7. col. 2. Vir eruditissimus Ducas hic vehementer in Bezam invehitur. *Miror equidem*, inquit, *audaciam vel potius impudentiam Beza, qui veram & inancem arrogantiam esse dicit, qua a sanctissima Patre hoc loco profertur, &c.* Par erit quidem Bezam reverentius de gravissimo Patre atque doctissimo loqui: sed si satis habuisset illius sententiam non probare; nihil esset, opinor, quod tanopere objurgari debuisset. Et vero Hieronymus ipse Basilium petere videtur, atque sententiam ejus consulere. Ejus verba sunt hæc initio Commentarii sui in epist. ad Ephesios. *Quidam curiosus quædam necesse est, putans ex eo quod Moyses dictum sit: Hæc dices filiis Israel: Qui est, misit me, etiam eos qui Ephesi sunt sancti & fideles, essentia vocabulo nuncupatos. Ut quomodo a sancto sancti, a iusto justus, a sapientia sapientes: ita ab eo qui est, hi qui sunt appellantur, & juxta eundem Apostolum elegisse Deum ea que non erant, ut destrueret ea qua erant.* Basilium qui legerit, cum ab Hieronymo impeti facile sibi persuadebit. Sed id facit modestè, prudenter, circumspicte: quam redarguendi rationem imitari debuerat Beza. Fatebimur nos, videri Basilium rem non satis attendisse. Arbitramur itaque, Usserium sequuti, Pauli ad Ephesios epistolam circularem fuisse, atque ex æquo ad omnes Asiæ urbes pertinuisse. Hinc contigit ut simpliciter inscripta sit, *τοῖς ἀποστόλοις τοῖς ἁγίοις*, ut cum mitteretur ad aliam urbem, alio nomine inscriberetur. Hoc in causa fuit, ut videtur, cum Marcio epistolam eam quæ ad Ephesios missa fuerat, nomine epistolæ ad Laodicenos citet. Lege Tert. in Marcionem lib. 5. cap. 11. pag. 598. Et rursus cap. 17. pag. 607. Nec mirum si Pauli epistola nomen epistolæ ad Ephesios retinuerit, cum Ephesus, quæ totius Asiæ metropolis est, suum ei nomen potius quam urbs alia dare deberit.

Pag. 136. a. l. 8. col. 2. Interpretes illos, quos non nominat Basilium, Aquilam, Symmachum & Theodotionem esse, ex Hexaplis cognoscimus, quorum interpretationem hic adscribere non pigebit. Aquilas igitur: *κύριος ἐκτίσθη με κεφάλαιον τῶν δόξων αὐτοῦ ἀρχὴν κατεργασάτων ἀρτῶν. Dominus possedit me capitulum viarum suarum a principio operum suorum.* Symmachus, *κύριος ἐκτίσθη με ἀρχὴν δόξων αὐτοῦ πρὸ τῆς ἐργασίας αὐτοῦ. Dominus possedit me principium suarum ante operationem suam.* Theodotio, *κύριος ἐκτίσθη με ἀρχὴν δόξων αὐτοῦ πρὸ τῆς ἐργασίας αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. Dominus possedit me principium viae sue ante operationem suam, ex tunc.* Notum est LXX. interpretes pro *ἐκτίσθη με*, possedit me, scripsisse *ἐκτίσθη με*, creavit me: quam lectionem tanquam impio suo dogmati stabilendo accommodatissimam sequebantur Eunomiani. Neque vero frustra dixerat Basilium interpretes eos, qui vocum hæbraicarum sensum melius veriusque consequuti fuerant, veritate non *ἐκτίσθη με*, creavit me: sed *ἐκτίσθη με*, possedit me. Ita enim Hebraica in Hexaplis ad verbum vertuntur, *Dominus possedit me principium viae sue ante, ὄψεο sua ex tunc.* Paulo aliter in Vulgata legitur, nempe hoc modo: *Dominus possedit me initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio.* Sententiam fratris charissimi Basilii confirmaturus Gregorius, hunc eundem locum tractavit lib. 3. adversus Eunomium pag. 503.

Ibid. d. l. 8. col. 2. Ejus loci sententia hæc est: Ut mundus in universon erit unigenitus, ita singulæ ejus partes erunt quoque unigenitæ.

Pag. 139. c. l. 9. col. 2. Nihil mirum si hic locus, qui philosophicis subtilitatibus intricatus sit, difficilis intellectu atque obscurus esse videatur. Basilium impugnat Eunomii sententiam, ex qua aperte efficiebatur contraria principalia, & ea quæ non sunt principalia, æque sibi invicem adverteri: quod falsum esse Pater gravissimus offendit, hoc exemplo. *Nec enim*, inquit, *quoniam ex vigiliis vira sequitur, necessario ex somno sequitur mors.* Hoc est, si quis vigilat, hinc quidem optime colligitur eum vivere: sed si quisquam dormit, hinc concludi non potest eum mortuum esse: Cujus rei hæc est causa, quod, ut Basilii verbis utar, mors & somnus non sint contraria hæc est, *principalia.* Cæterum si quid in his subest obscuritatis, non statim ejus vitii accusatum volo Basilium: sed potius Eunomium, cui obscura proponenti non potuit Basilium respondere, quin & ipse obscurus esse videretur.

Pag. 143. c. l. 6. col. 2. Illud, *Et ad ejus accusandam naturam*, &c. mihi videtur accipi posse, hoc modo: Eunomius, cum ait ab Unigenito creatum Spiritum, verbis quidem videri potest naturam Unigeniti extollere: sed re tamen eam deprimit. Ita enim dicit creatum ab Unigenito Spiritum, ut simul affirmet Unigenitum a Patre creatum esse: in quo valde admodum deprimit Filii naturam atque dejecti nemo non videt. Ejus rei & aliam causam invenitur puto, qui librum Eunomii diligenter legerit.

Pag. 154. b. l. 10. col. 1. Illud ad verbum sic interpretari

licet: *Non est ex voluntate Filius: siquidem credere in ipsum, vel cum ipso, vel ante ipsum invenitur:* quæ verba quam apertam sententiam efficere possunt, alius viderit. Suspicio tamen intelligi sic posse: Quamquam voluntas Patris est, ut in Filium credamus, non tamen propterea sequitur, Filium ex voluntate esse. Nam credere nos oportet in Filium, ut primam in hunc mundum venit, imo antequam etiam naturam humanam assumeret, cum Patriarchæ & Judæi prius ad salutem consequendam in Christum venturum credere necesse habuerint. Itaque cum debeamus necessario credere in Filium omni ætate & tempore; hinc efficitur, Filium esse natura, non voluntate, neque adoptione.

Ibid. a. l. 3. col. 2. De Phino hæretico, legi potest disertario hominis eruditissimi Dionysii Petruvii, initio rationarii temporum.

Pag. 155. a. l. 7. col. 2. Illud Scripturæ. *Hic Deus noster*, &c. non reperitur apud Jeremiam, sed apud Baruch cap. 3. v. 36. Nec ququam mirum videri debet, librum Baruch nomine Jeremias citari, cum multi ex antiquis alterum librum cum altero confundere soliti sint, ut videtur esse apud Clemens Alexandrinum lib. 1. Pædag. cap. 2. apud eundem lib. 2. Pædag. cap. 3. apud Cyprianum de oratione dominica: apud Ambrosium lib. 3. in Hexæm. cap. 14. & alibi.

Pag. 157. b. l. 11. col. 2. Quæ horum verborum sententia sit, docet scriptor ipse, cum ait omnia Spiritus dona simul sumta pro corpore haberi; eadem vero dona singulatim sumta loco digiti esse. Vult igitur auctor, quisquis est, non omnia Spiritus dona *collective* sumta digiti votari, cum tunc corpus appellari potius debeant: sed eadem proprio digiti nominari tum, cum separatim considerantur.

Pag. 252. e. l. 4. col. 2. In Vulgata 2. Cor. 7. 10. ita legitur, *Que enim secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur.* Hinc fortasse suspicari quisquam possit, interpretem legisse, aut potius legera sibi visum fuisse, ad *salutem stabilem*, cum legendum tamen esset, *ad salutem hanc poenitentiam.* Et quidem vox una alteri ita similis est, ut interpretem in hoc facile labi potuisse nemo non videat.

Pag. 266. d. l. 1. col. 1. Hunc Jobi locum invenire non potui. Fortasse in mentem cupiam venire poterit, verba quidem Jobi non esse, sed periphrasim quamdam, qua interpretes significare voluerit, Jobum mortem & tumultum sibi cupidius precatum esse.

Pag. 271. a. l. 9. col. 1. Dubium non est, quin scriptor indicare voluerit miram illam crucis apparitionem, quam Constantino magno in celo visam fuisse narrat Eusebius lib. 1. de vita Const. cap. 28.

Pag. 273. d. l. 4. col. 1. Quod ait interpretes, *cor Cleopha & Simonis ipse ejusmodi incaluisse*, id, nisi valde fallor, ex apocryphis libris sumtum est. Nam cum Cleophas apud Lucam 24. 18. solus nominetur, nec quisquam idoneus scriptor alterum discipulum unquam nominarit, nomen illius ignotum esse puto.

Pag. 283. b. l. 3. col. 1. Procopius, ut alia per multa, ita illud Damasci *Et a nostra auctore sumit.* Sed hic locus apud nostrum auctorem sanus est & integer: apud Procopium vero ita depravatus est, ut ex ejus verbis sententiæ inceptissima efficiatur. Sic epim legimus pag. 327. *δυναμις ἰδιόδαμονος, εἰ ἀπὸ τῶν εὐδαιμονιστῶν, οὐκ ἀπὸ τῶν εὐδαιμονιστῶν ἢ ἀπὸ τῶν εὐδαιμονιστῶν ἢ ἀπὸ τῶν εὐδαιμονιστῶν.* id. quod ita vertit Curterius: *Significat vero Damasci potentia nomine, eos, qui de gentium numero fidem amplexi sunt; sicut eos per Samaritæ spolia, qui ex circumcissione infideles remanserunt.* Sed qui fieri potest, ut, qui ex circumcissione infideles remanserunt, ii dicantur per Samaritæ spolia indicari? Quæmadmodum epim qui inter gentes in infidelitate perhiterunt, ii Damasci potentia nomine non significantur: ita qui ex circumcissione infideles remanserunt, eos constat per Samaritæ spolia indicari nullo modo posse. Quod autem dico, id, si propositum auctoris declaratur, magis patebit. Hoc igitur vult Procopius, Damasci potentia nomine designari eos, qui relicto gentium errore, fidei essent obtemperaturi: contra, per Samaritæ spolia eos significari, qui a Synagoga ad Ecclesiam transierunt. Dubium igitur non est, quia legi oporteat: *Dicit non alios per Samaritæ spolia significari, quam qui in circumcissione fuerint infideles.* Verba auctoris nostri velim in contextu legas: quarum ex lectione facile intelligetur Procopii locum non, quod dicitur, modo existendum esse.

Pag. 283. d. l. 9. col. 2. Hoc videtur scriptor dicere, statum hominis, qui in peccatum lapsus sit, abiectionem quidem esse, sed ita tamen, ut quodam modo sublimis sit, si videlicet comparatur cum statu Demoniæ, quæ totius acquirunt principia sunt & architecti.

Pag. 292. b. l. 5. col. 2. Si igitur detestemur per confessionem &c. notata dignissima judicamus. Nec enim multum refert utrum hic Commentarius Basilii sit, an non; cum ad probandum confessionis usum satis sit, si hoc opus antiquissimum esse constet. Satis autem inter eruditissimos quoque homines conveniri videtur, illud, si non a Basilio, at Basilii tamen ætate compositum fuisse. Lege præfationem.

Pag. 304. d. l. 7. col. 2. Hoc, ut nobis videtur, dicit scriptor, ante ligneam crucem fuisse aliam crucem mysticam, quæ per quatuor mundi partes representata sit & adumbrata. Sed, ut verum fatear, mysticam hanc interpretandi rationem suspicor non multis probatum iri.

Pag. 304. b. l. 5. col. 2. Fortasse mirari quisquam poterit, demones hic infidelitatis argui, cum Jacobus Apostolus 2. 19. dicat eos credere & contremiscere. Sed de ea fide, quæ nihil salutis profert, loquitur Jacobus: interpret vero eam fidem intelligit, quæ per spem credentes ad salutem perducit.

NOTÆ SELECTÆ  
FRONTONIS DUCÆI  
BURDEGALENSIS, SOCIETATIS JESU THEOLOGI.

PAG. 1. c. lia. 8. col. 1. Eustathius insitens propius verbo- rum sententiæ dixit, qui perhibetur venustus apud Domi- num fuisse. Sic ut intelligamus Moysen venustum fuisse apud Deum ipsam, qui nimirum scripturæ auctor est, cujus hæc sunt verba Exodi 2. 2. *Idotes de auto aspien êkêptasas. Viden- tes autem eum elegantem occultaverunt.* Interpres Origenes *aspien* elegantem etiam vertit, Aquila *αγαθόν bonum*; Symma- chus *ἀγαθόν*. *voz* Hebræa *יפה* *aspien* etiam, id est pulchre red- ditur Græce 3. Reg. 1. 6. Apostolus item Hebræorum 11. 23. *ἀγαθὸν τελευτῶν ὑπὸ τῶν πατέρων αὐτοῦ, διότι εἶδον ἀσπιὸν τὸ ποσίδιον. occultatus est mensuris tribus a parentibus suis, eo quod vidisset elegantem infancem.* Sic infra *κατὰ τὴν μαρτυρίαν αὐτῶν τὸ θεῶν.* Suffragatur etiam Josephus, qui placuisse in- fantem scribit lib. 2. c. 3. *quod magnus esset ac pulcher ὑπερβάλλοντα* *μεγίστου τὸ ἔπος καὶ κάλλος.* Sequitur tamen videtur S. Ste- phani narrationem Basilius, cujus hæc sunt Actor. 7. 20. *ἐξ ἡρώδου Μωσῆς, καὶ ἦν ἀσπιὸν τὸ θεῶν.* Ubi vulgata Lat. *Natus est Moyses, et fuit gratus Deo.* & inesse potest Hebraismus, ut dicat S. Stephanus Moysen fuisse gratum, festivum ac lep- idum, pulcrum Deo, id est eximie pulcrum sicut Jonæ 3. 3. *ὃς ἦν Νεβυθὶ ἢ πάλαι μεγίστην τὸ θεῶν.* Erat autem civitas magna Deo, quemadmodum & ex Hebræo vertitur ad verbum, hoc est valde magna, quod omnia, quæ magna sunt, dicantur esse Dei, ut Psal. 36. *Iustitia sicut montes Dei.* Mavult tam- en Fr. Ribera: noster nihil aliud significare pulcrum Deo, quam pulcrum coram Deo, ut Genes. 13. dicuntur Sodomitæ peccatores coram Domino, Hebraice, peccatores Domino, in oculis Domini vel Dei, hoc est revera, etiam si homines dis- sentiant. Itaque recte dixit Basilius *ἀσπιὸν κατὰ θεῶν*, ut dixe- rat S. Stephanus *ἀσπιὸν θεῶν.*

PAG. 9. b. l. 9. col. 2. *U quid erat ante.* ) Exscripsit ad verbum hunc locum, Theodoretus questione 6. in Genesim, & quamvis hic ita Basilius loqui videatur de Angelorum ex- sistentia ante mundi creationem, ut dubitet, vel ex suppo- sitione de his agit, tamen homilia 1. disertis verbis, & sine dubitatione asserit in lumine creatos fuisse beatarum mentium ordines. Quo factum est ut hæc in suam questionem sextam inserere non dubitaverit Theodoretus, postquam dixerat quæ- stionem tertiam: *ἀνωμαλογοῦντων δὲ τοῖς τὸ τῆς ὑστερίαις ἀκαταστατοῦ λόγου τὸ πρὸ ἄρα καὶ τῆς γενεῆς ἀπὸ λέγειν τῶν ἀγγέλων τὸ θεῶν.* Hoc autem concessit, si quis angelorum tur- bas ante celum & terram conditas esse dixerit, non offendet ver- bum *πρωτῶν*. & hæc fuit pene communis Græcorum Patrum sententia: sed alteram quæ sancti Augustini est, fere omnes, qui post Augustinum Latine scripserunt, sequuntur. Apud eundem Theodoretum legitur τῶν ἀγγέλων ἐκκολληθῆναι, non τῶν ἀγγέλων: eique lectioni favent duo Regii codices, & Eusta- thius: in bonorum promissionibus operitur. Rufinus quod sequi- tur *ἰκαρὸν τῶν ἔξω*, inverte ordine exhibet Theodoretus, *ἰκαρὸν τῶν ἰδοῦν δευτέρου τὰ ἔξω.* quod possit ea, quæ foris sita sunt, separari ab eis, quæ intra se comprehendis. Et hanc fuisse lectionem textus Basilii ex Eustathio conjici potest, qui vertit: *Us possit ea quæ exterius habentur ab interioribus se- parari.* Denique *ἐκκολληθῆναι* idem Theodoretus habet cum duobus Regiis, non *ἐκκολληθῆναι.*

PAG. 13. b. l. 10. col. 1. Consentiant cum Basilio Theode- retus questionibus 11. & auctor questionum apud Justinum quæ- stione 57. cum ex verbis Moïsi colligunt duos esse celos: quod nimirum dixerit primo Deum creasse celum & terram, deinde iussisse, ut feret firmamentum in medio aquarum. Li- cet autem plures duobus celos esse colligere ex loco Pauli 1. Corinth. 12. 2. ubi se scribit Apostolus raptum se usque ad tertium celum & ex Psalmo 148. 4. tamen in eo cum illo consentiant alii duo Patres, quod esse duos ex istaem Scriptu- ræ sacre locis colligunt, & quod cum illis agnoscit ex illo genere loquutionis, quod numero multitudinis utatur, cum de celis agit, concludi non posse plures celos esse: quom- odum in amero comprehendens quibusdam videtur vir doctissi- mus benedictus Pererius, quod similia dixerit tradidisse Theo- doretum & Justinum, cum Theodoretus hæc verba sint: *παρὰ τὸ ὅτι τὸ δευτέρου διακρίσειν οὐρανὸν ἔξω βλεπὸν τῆς ὑδρίας δὲ καὶ τὸ πρῶτον περιέμενοι ἀπὸ τοῦ ἰσοῦς ἵσταται ἐπὶ τῆς θεῶν κενωμένης βδοακτικῆς καταγραφῆς. Qui igitur non credit firmam- tum esse celum, semitam vobis transgredietur: qui vero plures numerare cogatur, negligit divini Spiritus doctrinam fabulis ad- hæret.* Apud Justinum autem: *ἐκ τῆς ἀκολληθῆναι τῶν ἔξω ἀκαταστα- τῶν τὸν ἄρα καὶ τῆς γενεῆς κατὰ τὸ θεῶν, κατὰ διακρίσειν δὲ πλεονα.* Ex hisce dictis ergo, quæ posita sunt, consequens est, ut intelligamus celos subsistant quibusdam duos, inter quos aliam plures. Porro ibidem legitur apud eundem *ἐξ ἄρα καὶ τῆς γενεῆς τὸν ἄρα καὶ τῆς γενεῆς* in Scriptura occurrit, sed tantum Threnor. 4. 19. *ἀκαταστατοῦ ἡμῶν ὑπὲρ ἀπὸ τῆς γενεῆς τῆς γενεῆς τὸν ἄρα καὶ τῆς γενεῆς* nos super aquilus vult.

PAG. 14. b. l. 51. col. 1. *Specularis.* ) Specularis dicitur, ex quo hebanis specularia. Seneca epist. 60. *Quadam vestra demum prodidisse memoria scimus, ut speculariorum usum perlucens se- fta clarum transmittentium lumen.* In quem locum Liplius recte monet specularia quadras sive orbes fuisse fenestris inser- tos ad lucem immittendam, ventos excludendos, vicem & usum hodie vitrorum, dicta a lapide speculati, idemque Ca- tanæus in Plinium annotarat, Martialis lib. 8. epig. 14. *Hy- bernis objecta Noctis specularia puras Admittens Solis.*

PAG. 15. b. l. 2. col. 1. *ex Pyreneo.* ) Fidelius expressit men- sionem auctoris Eustathius; Ab occidentis vero climatibus estivo

sub Pyreneo vertice Tartessus: tametii Aristoteles, ex quo ista defumit Basilius dixit, *ἐκ τῆς Πυρηνῆς, ex Pyreneo.* Quem enim Ptolemæus & alii Bætium appellant, Straboni & Paulaniæ Tar- tessus est. Atque in Atlanticum quidem mare verum est Tar- tessum exonerari ortum ex Pyreneo, sed Istrum seu Danubium ex isto fluere falsum est, ut quod ait Seneca lib. 6. naturalium quæstionum, illum Europam & Asiam determinare, quod Ta- nat potius Nuvio convenit: sed ista Geographica non ita ex- acte Aristoteles alique Philosophi expendunt, quos dum *ἀβραβανίος* sequitur sanctissimus pater Basilius, multa hic des- cripsit, quæ ad Ptolemæi potius & Strabonis aliorumque hi- storiorum amissim examinanda sunt. Danubij ergo fontes collocat Strabo in medio silvæ Hercyniæ, quemadmodum & Rheini lib. 7. quæ silva in Germania est; Ptolemæus autem eundem caput Istrum esse vult sub 30. longitudinis gradu, la- titudinis vero 46. 20. minuto.

Ibid. b. l. 9. col. 1. *quorum est Eridanus.* ) Apud Eusta- thium legitimus, *quorum est Rhodanus*, sed utrumque falsum est, siue Rhodanum sive Eridanum Padumve dicas ex monti- bus Riphæis oriri, & in occidentalem Oceanum infundi: nam Rhodanus in mare Mediterraneum non longe a Massilia, Eri- danus in Adriaticum sinum devolvitur prope Venetias. porro ex Alpibus fluere Rhodanum, & per Allobrogum campos lapsum apud Lugdunum cum Arari concurrere, docet Strabo lib. 4. eodemque libro fontes Eridani statuit in finibus Ligu- rum & Medullorum, quemadmodum & Plinius. Ptolemæus caput ejus juxta Larium lacum collocat sub gradu longitud. 29. m. 20. latitudinis 44. m. 45.

PAG. 16. b. l. 7. col. 2. *Adversus Ecclesiasticos.* ) Dilucidius Cornarius: *Nobis autem ad Ecclesiasticos etiam quosdam sermo quidem est de discretis aquis.* Hoc est, disputandum adversus eos qui ex Ecclesia sunt, non jam Ethnici aut pagani ut illi Philosophi, de quibus antea loquebatur. Origenem enim sup- presso ejus nomine taxat, & quasi somnium anilemque fabu- lam expositionem ejus rejicit, ut admonet Pererius eruditissi- mus ordinis nostri Theologus in Commentario in hunc Gene- sens locum. Is enim quemadmodum refert Epiphanius in ep. ad Joan. Hierosolymitanum, quæ apud Hieronymum est LX. veritatem historię, allegoriz mendacio depravabat, & aquas quæ super firmamentum sunt, non esse aquas, sed fortitudi- nes quasdam Angelicæ potestatis, & rursus aquas, quæ super terram sunt, hoc est sub firmamento, esse virtutes contrarias, id est dæmones: & Hieronymus epist. 61. sextum ejusdem er- rorem numerat, quod sic paradisum allegorizet, *ut historis auferat veritatem, pro arboribus Angelos, pro fluminibus vir- tutes cælestes intelligens: Septimum quod aquas quæ super celos in scripturis esse dicuntur, sanctas supernasque virtutes, quæ super terram, & infra terram contrarias & dæmoniacas esse ar- bitratur.* At contraria sententia fere omnium veterum Patrum est tam Græcorum quam Latinorum, quos enumerant cum Pererius idem, tum Martinus Delrius item noster in 1. Gene- sens, veras & naturales esse aquas supra celum sidereum, ut Theodoretus quæst. 11. Justinus quæstionum auctor quæst. 93. & Genadius in Cætena, cujus expressisse verba Beda videtur in libro de natura rerum, eas aquas dicens ad refrigerationem & temperationem ardoris siderum fuisse comparatas. Genadii verba sunt ex mss. codicis illustr. Cardinalis Jozeui exscripta. *ἵνα ἂν μὴ τὸ πᾶν ἀπὸ τοῦ πρῶτου πρὸς τὸ δεύτερον ποτὲ, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἑσπερίων καὶ ἀπὸ τῶν παύων διακρίσει, ὁμοίως δ' ἀριστοτέλης θεοῦ τῶν ἀφαιρῶν ἐπ' αὐτῶν τῶν ἰδοῦν ἰμυχαρισάτο, & ἐκ τῆς ἐγγυραμένης ἀπὸ καταβύθους πρὸς τὴν ἐκ τῶν ἀσπρῶν ἀρτικῆς διακρίσειν δευτέρου.* Ne qua igitur coloris vicinitate solvere- tur, sed in suo statu semper indefessim æternumque durare firmamentum, sapientis architectus ipse Deus separationem hanc *ἰσοῦς* prudenter excogitavit, ut eorum refrigeratione *ἄρα* siderum ita temperaret, ut neutram in partem laboraret.

PAG. 19. b. l. 12. col. 2. *mare rubrum.* ) Argyrop. ediderat, *ἠδ' ἰθὺς quod etiam Gades mare Oceanum tenderet, eique conjun- ctum esse ferunt.* Connecit autem eum Oceano vel mari At- lantico cum ait Basilius mare rubrum, auctores sequitur non paucos, qui rubri maris nomine non eum tantum, quem vocat Ptolemæus *Ἀραβίων κόλπον* sinum Arabicum intelligit, quo etiam Erythræum mare dicitur, sed totum illud meridionale mare quod ad Indiam usque in orientem, & ad extremas Afri- cæ oras occidentem versus extenditur, quale est quod ait Se- neca Troad. actu 1. *Et qui veniunt præfusus excepitatem diem Te- pidiæm videnti Tigrin immisces fletu.* Pluvium enim Tigrin exonerari ait in rubrum mare, cum non in Arabicum sinum, sed in Persicum effluat, quia rubrum mare appellat australem Oceanum, quemadmodum & Herodotus in Clio, Diodorus lib. 2. Bibliothecæ, Quintus Curtius lib. 8. Josephus lib. 1. cap. 2. Antiquitatum: tametii Africa antiquis tempore Ptolemæi ultra montes Lunę esset incognita, neque dum Lufitani extremum ejus promontorium quod Caput bonæ spei appellant, navigan- do superassent.

PAG. 20. a. l. 4. col. 1. *In multis.* ) Et si non reperiantur hæc in Hebræo textu, neque in vulgata Latina S. Hieronymi; minime tamen superflua ea judicat S. Ambrosius lib. 3. cap. 5. *Cum dixerit, quia factum est sic, satis esse putans vocem opera- toris ad accelerata operationis indicium. Sed quia in aliis quoque creaturis habet & definitionem præceptionis & repetitum opera- tionis vel indicium vel effectum, ideo nos non putamus absur- dum id quod perhibetur additum, etiam si cæteris interpretibus vel veritas doceatur suppetere vel auctoritas. Multa enim a Se- ptuaginta viris Hebraica lectioni addita & adjuncta compo- nitur.*

mus. Augustinus etiam lib. de Genesi ad litteram imperfecto : Ut postea quod dicitur non superfluo additum videatur : sed ut post rationalem & incorpoream operationem intelligeremus etiam corporealem sequentem. Eadem quoque Theodoretus agnoscit, quæst. 12. in Genesi. & sibi objicit, cur unam cum dixerit congregationem Scriptura, multas postmodum congregationes aquarum commemoret : quia nimirum una est aquarum congregatio, quoniam inter se maria conveniunt, quædam deorsum per subterraneos meatus decurrentia, alia secundum superficiem terræ : sed plurali numero dixit, quoniam aliud est mare Indicum, aliud Ponticum, & aliud Thyreum, aliud Propontis : ἕωθεν δὲ πάλιν ἐπικρατεῖ τὸ μέγιστον πλάγος, ὅπερ τινὲς μὲν Ἀτλαντικόν, τινὲς δὲ Ὀκεανὸν ὀνομάζουσι. Extra autem rursus adjacet mare maximum, quod nonnulli mare Atlanticum, nonnulli Oceanum appellant. Extra dixit esse Oceanum, hoc est extra Gades, non ut interpres Theodoretus scripsit : Præter hæc autem omnia. Sic loquutus est hic noster antea ἕξω Γαδέων θάλασσα, quod est extra Gades mare, sive ultra Gades externum. Postremo illa verba, τὰ τοίνυν ἀκριβῆ, usque ad finem periodi non agnoscit Eustathius veteris interpres, nec a Baglio videntur inter concionandum prolata, præsertim cum dicat Epiphanius libro de ponderibus & mensuris, appositum esse obelum Scripturæ dictionibus apud LXXII. interpretes positus, quæ apud Aquilam & Symmachum non habentur, quod eas Septuaginta ex seipsis apposuerint non frustra, sed potius in utilitatem : & Hieronymus epist. 89. ad Augustinum, ubi cumque virgule, id est obeli sunt, significatur, quod Septuaginta plus dixerint, quam habetur in Hebræo. At non quidquid in Hebræo non habetur, aut apud Aquilam & Symmachum, reprobatum est.

Pag. 31. b. l. 3. col. 2. concursus. Eustathius vertit ad verbum, ut diligentius horarum possit colligi perfecta concursio. Ita dixit Horatius in Arte ; Qui purgo bitem sub verni temporis horam : & ode 12. lib. 1. Qui mare & terras, variisque mundum temperat horis. Quod autem ait Hebræos quoniam ita metiri solitos annum, ut Luna cum suum cursum peregerit, anni effectrix esset, indicat Lunares illorum fuisse annos & menses, ac proinde cum duodecim Lunationes elapsæ essent, dies tantum CCCLIV. peractos, cumque Solaris annus sit dierum CCCLXV. cum quadrante, necesse fuisse mensem intercalarem addere, ut Lunares illi anni Solaribus æquarentur. Carolus Sigonius lib. 3. cap. 1. de republica Hebræorum tradit eos interposuisse dies illos undecim cum quadrante, secundo & quarto quoque anno post mensem duodecimum qui dicitur Adar, decimum tertium, quem vocabant Veadar dierum viginti duorum & viginti trium, vicibus alternatis habita ratione quadrantis. Beda vero in lib. de temporum ratione cap. 43. Hebræos ait, qui solos Lunares in lege noverant, & observabant menses, juxta naturalem Lunæ cursum tricenis undetricesimisque diebus communium annorum menses duodenos explicuisse, & tertio vel secundo, ubi decebat, anno tertium decimum in fine anni mensem triginta dierum apposuisse embolismum. Non igitur, ut vult Sigonius, secundo & quarto quoque anno menses viginti duorum aut viginti trium dierum ; sed, ut docet Beda, colliguntur post tres annos dies undecim, & sunt dies triginta tres, unde tertio anno fit embolismus seu intercalatio mensis unius triginta dierum, tres vero qui supersunt dies adjectis trium annorum sequentium tribus diebus, sunt triginta sex ; quos sex si duobus annis adjecerit qui habent 22 dies, sunt dies 28. propterea post septimum annum non tertio, sed secundo anno fit intercalatio. De Græcis antiquis audiendus Solinus in Polyhist. cap. 3. Græci, inquit, singulis annis undecim dies & quadrantes detrahebant, eosque octies multiplicatos in annum novum reservabant, ut contractus nonagenarius numerus in menses tres per tricenos dies scinderetur, qui anno novo restituti efficiantur dies quadringentis XLIV. quos ἐμβολισμὸς, vel ὑπερβάλλοντος nominabant. Macrobius etiam lib. 1. Saturnal. cap. 13. Intercalares statuta ratione commenti sunt, ita ut octavo quoque anno nonaginta dies, ex quibus tres menses tricenarii dierum componerentur, intercalarent. Id Græci fecerunt, quoniam erat operosum atque difficile omnibus annis XI. dies & quadrantes intercalare. Itaque maluerunt hunc numerum octies multiplicare, & nonaginta dies, qui nascuntur, si quadrans cum diebus undecim octies componatur, inserere in sex menses distribuendos. Item Herodotus lib. 2. Ἐλλῶνες δὲ διὰ τρίτου ἔτους ἐμβολισμὸν ἐπιβάλλουσι τῶν ἡμερῶν ἑκατὰ. Græci tertio quoque anno intercalarem mensem introducunt temporum gratia : denique secundum quosdam Græcos apud Epiphanium hæresi LXX. liget tertio quoque anno fiat intercalatio unius mensis triginta dierum, & sexto item anno alterius mensis triginta item dierum, tamen octavo anno interjecto tertio item mense concludit, & ὅπως κατὰ περίοδον ἰκαταετησίως ἡμεῖς, ὅτι πέντε εἰσι πληρέστατοι ἐμβολισμοὶ μῆνες τρεῖς, ὅτι γίνονται κατὰ τρία ἔτη μὴν εἰς, & κατὰ δύο ἔτη μὴν εἰς. Atque ita per octenni circuitum intercalantur dies nonaginta, qui sunt plenissimi menses intercalares tres, & fit in primis tribus annis mensis unus, & in duobus posterioribus annis mensis unus. Itaque in eandem summam redit post octo annos nonaginta dierum in tribus mensibus intercalatio. Postremo observa Basilium dixisse Græcorum antiquissimos menses habuisse Lunares, & unum intercalasse ; propterea quod recentiores Græci ut Athenienses anni formam C. Cæsaris edicto mutarunt, & Julianum amplexi sunt : habuitque initium suum non Solstitiale, sed autumnale & Alexandream, a mense Octobri ; ut ex decreto illorum colligitur quod pro Hyrcano summo Pontifice Judæorum ediderunt apud Josephum lib. 14. Antiquit. cap. 16.

Pag. 33. a. l. 9. col. 1. Euriporum refluxus. ) Interpres ita hæc expresserat, ut Euriporum æstum cum Oceani æstu misceret, & æstus etiam gurgitesve maris reciproci, partem in Euripis, partem in Oceano, quos ordinate consequi : distinguit eos Eustathius hoc pacto : Euriporum quoque meatus refluxus hoc indicat, vel etiam reciprocio Syrtium, quæ vicinæ habentur Oceano : & Cornarius : Euriporum refluxus, & maris circa Oceanum appellatum reciprocio : distinguit & Strabo lib. 1. pag. 38. περὶ μὲν τῶν πλημμυρίδων & τῶν ἀποπτώσεων ἀρχαίων ἰκαρῶς Ποσειδῶνος τῆς & Ἀδριανῶντος : περὶ δὲ τῶν κρημνῶν

παρρησια εἶπεν ἀπόχρη, ὅτι ἂν εἰς τὸν τρόπον τῶν ποσσῶν εἶναι τὸς κρημνῶν, ὁ κατ' εἶδος ἢ γὰρ ὁ μὲν Σικελικὸς δὲς ἐκάστω ἡμέρῃς μετέβαλεν, ὁ δὲ Χαλκιδικὸς ἑπτάημερος. Ceterum de maris aestuatione sufficit, quæ a Posidonio sunt, & Athenodoro dicta. De fretorum auctem fluxu ac refluxu, cum ipsi quoque magis Physicam causam habeant, hoc dixisse sufficit non unum esse in universum modum æstus fretis omnibus : aliqui non Siculam his quotidie mutarentur, Chalcidicum septies. at libro 9. pag. 278. ἑπτάημερος μεταβάλλει φασὶ κατ' ἡμέραν ἐκάστω & νύκτα : septies quavis die ac nocte mutari. Pomponius Mela lib. 2. cap. 7. Euripum vocant rapidum mare & alterno cursu septies die ac septies nocte fluctibus invicem versis. Livius tamen lib. 38. non septies die sicut fama fert, temporibus statim reciprocare scribit, sed temere in modum venti nunc huc nunc illuc verso mari. Plinius denique lib. 2. histor. natural. cap. 97. ubi Euripum dixit septies die ac nocte reciprocate, addit : Æstus idem triduo in mense consistit, septima, octava, nonaque Luna. Ita varia de æstibus maris narratur, quorum causas diversas profert idem Plinius toto illo capite libri 2. c. 10. ὅμας τῆς αὐτῶν.)

Pag. 37. a. l. 5. col. 1. Quid sibi vult hic. ) Argyropylyus, Quid hæc mea ratio vult? quid portendit? Melius Eustathius, Quid igitur iste sermo desiderat? Optime Ambrosius lib. 5. cap. 7. quem sequuti sumus : Quid sibi vult sermo huiusmodi, nisi ferendus esse mores conjugum? Cæterum quod hoc loco de viperæ cum muræna coitu profert auctor, confirmatur variorum scriptorum testimonio, ut Licinii Macri apud Plinium lib. 32. cap. 2. qui murænas tradit foemini tantum sexus esse, atque ex serpentibus concipere. Oppiani qui lib. 1. de piscatione hæc de serpente :

Χρῆς δὲ ἀρ' ἐπὶ ἡθημίνοσ ἐν νόμον ἔρρε' ἵχθησ  
Κικλήσκων φιλοτύχῃ, θοῶσ δ' ἐσάκουσε κελαινῆ  
Ἰοῦλῶ μύρανα, & ἐσσητο θάσσων ὄϊσῶ.

Littore consistens horrendum sibilas ore,  
Concubitusque petis, subito muræna profundo  
Excita voce furens, ruit ocyor illa sagitta.

Ælianus lib. 1. cap. 50. de animalibus & lib. 9. cap. 66. Cum proximum est, ut viperæ complexu venero cum muræna jungatur, venenum vomitione ejicit, atque expellit, ut blandas decorusque sponsus videatur. Postea edito sibilo tamquam Hymeneo quodam ante nuptias misso, sponsum appellat. Hippolytus tamen Salviaus aquatiliam animalium historia 2. opinionem auctorum istorum non probat, primum quod neque omnino vera credatur a Nicandro in Theriacis, Fama est si modo vena murænam maris pascuo derelicto in continenti cum venenam jaculantibus viperis coire : Secundo quod hæc opinio vulgaris censetur a Plinio dicente lib. 9. cap. 23. In sicca littora lapsas vulgus coitu serpentum impleri putat. Tertio quod ea opinio falsa videatur Andreæ cuidam apud Athenæum lib. 7. pag. 312. de iis quæ falso creduntur eos mentiri scribit, qui aiunt murænam in lutulentam maris oram procedentem cum viperæ misceri, quæ in canosis locis non degit, sed loca sola amat, ubi nihil eorum invenitur, quibus fames sedatur. Quarto demum, quod cum in quamplurimis maris littoribus frequentissimæ degant murænae, nec piscatorum, nec eorum, qui circa littora versantur aliquem invenerit Salviaus ipse, qui semel eas cum viperis viderit concumbentes.

Pag. 43. e. l. 3. col. 1. marulina. ) Non ut interpres scripserat, quam aurora exoriente primam apparavi, ad verbum, mensa sermonum. Eustathio, sermocinationis marulina mensa : ne quis forte putaret summo mane concionari solitum Basilium. Porro factum Helisæi narratur 4. Reg. 3. 39. sed illud παραπύρρον non satis expresserat Argyropylyus, in prædonis apulis viliis habebatur. Eustathius dixit : Neque enim Helisæus ut improbum pastorem refutabat illius temporis convivia. Insuper vestigiis beati Ambrosii lib. 6. c. 2. Neque enim Elisæum amici quasi malam conviviam agrestia apponantem olera refutaverunt.

Pag. 46. b. l. 8. col. 1. leonis unius. ) Addidimus vocem, unius, verbis interpretis, quam & Eustathius omisit : sed agnoscunt Regii duo λέοντος ἑνός. Suffragantur huic sententiæ de leonæ partu unico Herodotus Thalia p. 232. Leona validissimum ferocissimumque animal, semel in vita unum parit : nam una cum fetu uterum emittit. Egyptii quoque, ut est apud Horum Niliacum, mulierem quæ semel tantum peperit significare volentes, leonam pingunt. Epiphanius demum hæresi 78. Si enim catulus leonis juda, obscure dixit Jacob Christum dicens, & in Apocalypsi habetur, Ecce vicit leo, de tribu juda, leona autem non contigit secundus partus. Ergo non amplius partum novit Maria, non amplius conjunctionem corporum sancta virgo. Avicenna causam reddit citatus a Cælio Rhodig. lib. 28. cap. 9. cur semel pariat, ob caloris nimietatem. Adversantur tamen eidem sententiæ & historiæ περὶ μονοτοκίας, primum ipsa Scriptura sacra, quæ plurium catulorum leonæ meminit, non singulari numero catuli tantum, Job. 38. 39. Numquid capies leonæ prædam, & animam catulorum ejus implebis? Hieronymus in 7. Danielis : Dicunt qui de bestiarum scripsere naturis leonæ esse ferociores, maxime si catulos nutriant. Homerus lib. 17. Iliados.

Utque leo in silva stabat sua pignora circum. Horat. lib. 3. Carm. ode 20.

Non vides, quamto moveas periculo,  
Pyræbe Getulæ catulos leonæ.

Plutarchus lib. de amore proles citans ex eodem Homeri libro Iliados versum, leonem ait, cum venatoribus pacifici de casulis. Plinius lib. 8. histor. cap. 16. vulgarem illam opinionem refutat. Semel autem edi partum læcerato unguum acie utero in enixu vulgum credidisse videtur. Aristoteles tradit, leonam primo fetu parere quinque catulos, ac per annos singulos unum minus, ab uno sterilescere. Verba Aristotelis hæc sunt lib. 6. cap. 31. de histor. animal. Parit magna ex parte geminos, sed cum plurimos sex catulos, nonnunquam etiam unum. Quod autem de leonæ fertur vulvam cum partu emittere, delira fabula est. Tum addit leones Syriæ quinquies in vita parere, primum quinquæ, post uno subinde pauciores, deinde steriles agere, sed hoc generatim de omnibus leonibus lib. 3. de genera-

neratione animalium cap. 1. & 10. unde Plinius illud accepit, & Ælianus lib. 4. cap. 34. de animalibus. Oppianus lib. 3. Cyneget. Philostratus in vita Apollonii lib. 1. cap. 16. ter leonem in vita parere, prima vice tres, secunda duos, quod si tertio, forte unum. Severus Sulpitius Dial. 1. cap. 9. scribit Nitrix monachos ad quemdam anachoretam pervenisse in deserto Memphi contiguo, qui leonæ catulis quinque cæcis visum restituit, quos in spelunca nutrebat. Idem ferendum est iudicium de altera viperæ historia, seu fabula, quam subicit hic Basilius ex eodem Herodoti fonte deductam, & ex eius lib. 3. quam & Horus Apollo Hieroglyphico 56. Plutarchus lib. de garrulitate, Plinius lib. 10. cap. 62. Ælianus lib. 1. cap. 25. de animalibus propagarunt. Theophrastus lib. 15. cap. 16. non catulos viperæ parentis uterum exedere, sed matrem uteri angustiis compulsam dirumpi tradit. Nicander item in Theriacis, & Athanasius quæst. 56. ad Antiochum, Epiphanius hæresi 26. Refellitur hæc historia contraria experientia & auctoritate Aristotelis lib. 5. cap. 34. historiz animalium, qui de vipera hoc tradit. *Paris catulos obvolutos membranis, quæ seris rumpantur: parit autem singulis diebus singulos.* Philostratus lib. 2. vitæ Apollonii scribit vitam viperam serpentes, quos pepererat, lingua lambere. Albertus magnus in histor. animat. 25. vulgarem sermonem de partu viperæ & ipsum Plinium, velut mendacium asserentem irridet, quem recentiores multi sequuntur ut Pierius lib. 14. Hieroglyphicorum, Brodæus Miscellanor. lib. 33. cap. 11. Cardinalis Toletus in 3. Lucæ annot. 22. qui sacros doctores admonet vulgarem sequutos opinionem eam satis sibi existimantes ad similitudines, quibus utebantur, concinnandas.

IN HOMILIAS IN PSALMOS.

PAG. 49. a. l. 1. col. 2. *que certe.*) S. Augustinus in Prologo in Psalmos, vel quisquis ille est, qui Prologum hunc Græco Basilius Latine convertit, & S. Augustini tractatus in Psalmos præfixit, quem tamen Theologi Lovanienses in manuscriptis codicibus eius operum non reperiunt, hunc locum ita interpretatus est; non ut Tilmannus, *vel certe morum maturitate nondum incanuerunt*: possunt enim maturitate morum etiam non fenes pollere, & juvenilis ætas exprimenda fuit. Cornarius edidit, *quo pueri ætate, aut etiam omnino moribus.* Atque hæc genuinæ sunt & legitimæ homiliz Basilius in Psalmos, ex quibus in Catena Nicetæ Heraclientis & aliis similibus decerpta fragmenta citantur, non item illa scholia in Psalmos, falso illi attributa, quæ in Latinis editionibus ad calcem libri subijungebantur, quæque alibi monimus ex homiliis in Psalmos B. Joan. Chryostomi in compendium redactis, & commentario Theodoretii in eisdem Psalmos esse consarcinata.

Pag. 53. d. l. 2. col. 2. Quod ait hic Basilius Chusi socium & amicum Davidis filium fuisse Arachi non Iemini, verum est: sic enim scriptum reperitur 2. Reg. 17. 5. *Vocato Chusi filium Arachi*: sed dubium est, an ille sit iste Chusi, de quo fit mentio in huius Psalmi titulo: cum hic Hebraice appellatur *חוש* Chus per Caph, unde Scholium Græcum a Nobilio citatum vertit *Αἰθίοπος, Æthiops*, vel potius unus ex tribus antiquis interpretibus Aquila, Symmacho, & Theodotione pro *Χουσι* vertit, *τῷ Αἰθίοποι*, ut constat ex homilia Chryostomi in hunc Psalmum: at ille alter 2. libri Regum *חוש* per Cheth Chusai dicitur: tamen Septuaginta utrobique scripserunt *Χουσι*. Sed Vatablus Saulem putat hic vocari Chus, id est Æthiopem filium Iemini 1. Reg. 9. 21. quod atris effret moribus, quos non magis mutaret, quam eum Æthiops. Et mirum sane Basilius hic dicere neque Chusi, neque alium aliquid in historia Regum filium Iemini reperiri, cum Semel nominetur 2. Reg. 19. 16. *ὁδὸς Ἐφραϊμ, ὁδὸς Ἰερικὰ*. Postremo notet hic lector, quam antiquus error huic loco adhereret in voce *ἀρχιεπίσκοπος, Princeps sociorum*. 2. Reg. 15. 32. omnino enim probabile videtur, quod suspicatur vir doctissimus Flaminius Nobilius in librum 2. Reg. duas fuisse voces *δ' Αρχι, αρχιεπίσκοπος*, ut habet editio Complutensis, vel ex duabus *Αρχι & ἑτάδος*, unam esse constam *ἀρχιεπίσκοπος Chusi Arachi filius socius David*. Sic enim est in vulgata Latina 2. Reg. 16. 16. *Chusai Arachites amicus David*, unde factum est errore libratorum ut nomen Arachi repeteretur, legereturque *δ' Αρχι, αρχιεπίσκοπος*.

IN LIBROS ADVERSUS EUNOMIUM.

ADVERSUS Eunomium hæreticum scripsisse libros aliquos S. Basilius testatur S. Hieronymus in Catalogo scriptorum Ecclesiastic. his verbis: *Basilius Cæsariæ Cappadociæ Episcopus egregius contra Eunomium elaboravit libros, & de Spiritu sancto volumens.* Sophronius vertit, *κατὰ Εὐνομίου ἑξήκοντα συντάξε λόγων*: sed quot numero fuerint, non satis liquido constat. Ex Photii Bibliotheca numero CXXXIX. licet colligere tres primum ab eo fuisse exaratos, quandoquidem totidem libris se adversus illum tueri conatus est Eunomius. Postquam enim S. Basilius in cælestem commigravit hereditatem, & ingenti metu liberatus est Eunomius, suum opus evulgavit, in quod incidentes Theodorus Antiochenus, Gregorius Nyssenus, & Sophronius. *Muljis verborum plagis non secus, ac priorem illum ejus libellum Basilius conficientes vulgatum jam & præ imparitate alidum in auctorem suum consecerunt.* Illustr. Card. Bellarm. in Catal. scriptorum Ecclesiast. ait in secundo Basilius operum tomo poni libros tres contra Eunomium, sed in editione Antuerpiensi libros quinque, & quamvis duos ultimos libros Erasmus sustulerit, ut indignos Basilio, alios tamen censere Basilio non indignos. Certe idem in suis de Controversiis libris, ut lib. 2. de Christo c. 25. citat ex libro quinto tria loca, quibus Ecclesiæ Latine sententiam confirmat de processione Spiritus sancti. Ipsa etiam Græca Ecclesia in Concilio Florentino, cum pro ea verba faceret Marcus Ephesus, & cum Latinis disputaret, ex libro quinto testimonium profert sessione 18. p. 436. editio Romana. *Basilius magnus in sermonibus, quibus Eu-*

*nomium confutavit, loquens de productione Spiritus sancti ex Patre, his utitur verbis: Generat Deus non ut homo, vere solum generat.* Reperitur locus lib. 5. Bessarion quoque Nicænus Archiepiscopus in oratione dogmatica, sive de unione ad Ecclesiam Orientalem c. 8. p. 544. Romanæ edit. ex eodem lib. 5. citat c. 9. p. 118. *Magnus itaque Basilius consona prædicto Doctore dicens, sum Spiritum homini a principio sufflatum, sum a Salvatore discipulis datum, ipsam hypostasim Spiritus fuisse asserit contra Eunomium in capitulo, cui titulus, Quod Spiritus divina natura est.* Ex quibus constat passim apud Græcorum bibliothecas circumferri solitos, & citari quinque istos contra Eunomium libros. Ac licet in editione Veneta apud Stephanum Sabium ann. 1535. tres tantum priores excusis fuerint: tamen in Basiliensi posteriore anni 1551. quinque sunt editi, quos etiam Regius codex Henrici II. agnoscit, ex quo multa loca emendavimus. Facebat igitur Erasmi censura, & Theodori Beza merito castiganda audacia, qui, cum quatuor libros Latinitate donasset, quintum tamen suppresserat ausus est, & quartum postrema sui parte truncare, suppressa ejus partis interpretatione, quæ nimirum Catholico ac vero de meritis operum dogmati suffragabatur. Janus Cornarius & ipse de numero Protestantium quinque integros Latine convertit, cujus interpretationem cum Beza editione apud Henricum Stephanum an. 1570. comparabimus, sicuti nobis subsidio erunt ad receptam Trapezuntii versionem recensendam. Si quis autem disparitate styli, & diversam rationem argumentandi in duobus posterioribus libris animadvertens causas earum requirat, ex Prologo, qui libro quarto præfixus est ab ipso interprete vel ab alio quopiam viro docto, eas discere poterit.

Pag. 128. c. l. 5. col. 2. *Jona filium.*) Trapezuntius, intelligimus *Jonam*. Immo filium Jonæ, unde Matthæi 16. 17. *Beatus es Simon Bar-Jona*, quod est Joannis 1. 42. *Tu es Simon filius Jonæ*. Itaque hic locus vulgatam lectionem confirmat, non eorum librorum, qui legunt *τῷ Ιωάννη*, vel *τῷ Ιωάννῃ*, ut de quibusdam testatur Hieronymus: confirmat eandem & Syrus interpres Matth. 16. Paulo post in *scipsum receptis* scripsimus, non ut Trapezuntius *commissam sibi edificationem suscepit*, ne quis dominicorum operum præfectum, vel architectum esse delinatum existimet Petrum, vel cum hoc ædificium faciendum locasse; verum super ipsum ædificatam fuisse Ecclesiam *ἐπὶ ταύτῃ τῷ πέτρῳ οἰκοδομήσω μὴ τὴν ἐκκλησίαν*. Matth. 16. 18. & Basilius ipse in cap. 2. *Ἐγὼ εἶπα*. Et in proemio, de iudicio Dei cæteris ait eum Apostolis antelatum fuisse, & homilia de pœnitentia petram fuisse ipsum ait, licet inferiori altera petra Christo.

Pag. 133. b. l. 9. col. 1. *in regione Aufside.*) Interpres, In regione Hus, atque ita quidem Vulgata Latina Job. 1. 1. *Vir erat in terra Hus nomine Job*: sed apud Græcos interpretes legitur. *Homo erat in regione Aufside, cui nomen Job.* Chryostomus in Catena Nicetæ, *hominem illum in Aufside regione fuisse dicit, & hac ingens præconiū. Si quidem in Arabia tam probum aliquem reperiri, ubi omnes corrupti erant, ubi nullum exstabat exemplum equitatis, est admiratione per quam dignum.* Olympiodorus ibidem ab Aus uno ex filiis Esau dictam illam tradit regionem, quam alii in Idumæa, alii in finibus Arabiæ & Idumææ collocant. S. Hieronymus apud Hieremiam etiam cap. 25. vertit. *Et cunctis regibus terre Aufsidis*: & citat ex textu Græco, *Homo quidem erat in regione Aufsidis, quæ Hebraice appellatur Hus, & tamen sciendum hunc versiculum apud LXX. non haberi.* Eodem modo in vulgata Ramathaim Sophim scriptum est 1. Reg. 1. 1. sed Græci efferunt, *ἐξ Ἀμαθαιμ Σίφθα*, ex *Amathaim Sipha*. Ibid. *ἀρχόντος* est temporis expertus, temporis nescium, ab ipso tempore, non, ut interpres, nullo tempore abnoxium.

Pag. 135. d. l. 8. col. 1. *unxisti.*) *σῆλω* Latine expresserat interpres lapidem, nec aliter Beza, qui vel, ex symmyra suo Henr. Stephano dicere potuit non quemvis lapidem esse *σῆλω*, sed lapidem titularem, vel signi gratia erectum, vel certe columnam, unde apud historicos *ἑξήκοντα σῆλω* sunt columnæ Herculis, & *σῆλω ἀνεγέρθη*, Budæo est in cippo proficere. Vaticana titulum, vertit: pro cippo enim sumitur, in quo vel sepulcrorum inscriptiones vel federum testimonia & monumenta perscribebantur. Cornarius recte, & ita referendum hoc loco, *qui apparui tibi in loco, ubi unxisti mihi columnam.* Nec ita multo post *τῶν δ' αἰετῶν πτερυγοῦντων*. Admonendus est lector nunc Ephesior. 1. 1. apud Apostolum legi. *sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo.* Alium fortasse nactus est codicem Basilius, a quo aberant illa *ἐν Ἐφῶν*, quemadmodum & auctor vulgatæ vertit ibidem *omnibus sanctis*, quod in Græco forte legisset *πᾶσι τοῖς ἀγίοις*: quomobrem miror equidem audaciam, vel potius impudentiam Beza, qui meram & inanem argutiam esse dicit, quæ a sanctissimo Patre hoc loco proferuntur. Sed nimirum ita majores suos tradidisse addidit Ecclesiæ doctor Basilius, & ita se in vetustis exemplaribus comperisse: quo circa mirari desino istos *τῶν παραδόσεων* traditionum hostes, & novarum religionum architectos inanes argutias accepta a Patribus dogmata nuncupare.

Pag. 137. d. l. 4. col. 2. *glebas voris.*) Legimus in editione Stephani, nec aliter in mss. suo Trapezuntius, eaque lectio confirmatur editionis Romanæ auctoritate apud LXX. & Olympiodori in Catena Nicetæ, qui *βάλανος δρόσου*, exponit *τῆς τῆς σουδου*, hoc est, *concretiones*: at Basiliensis editio Basilius *βάλανος δρόσου* habuit, quemadmodum & Regius H. unde Cornarius vertit, *guttas voris*, atque huic lectioni suffragantur Biblia Plantiniana ex Complutensibus expressa & Basiliensis; licet in his perperam verum sit, *jaclus voris*. Vulgata lexica *βάλανος δρόσου* exponunt apud Nazianzenum *stillas voris*, ut admonet auctor Græci Theauri, qui locus est oratione 34. quæ est secunda de Theologia p. 557. ubi hic ipse Jobi versus in medium affertur, licet doctissimus interpres *βάλανος* legisse videatur, cum *glebas voris* vertit, denique Vulgata Latina *vet, vel quis genuit stillas voris?* Ceterum his verbis abusus fuisse quondam Arrianos adversus Catholicos Confubstantialis defensores constat ex commentario Origeni tributo in Job, ubi

ubi hæc recitari iubet apud Homoufistas, sed hæc tamen vocabula *uiri & patris* recte admonet in Filio non communicationem & interitum, sed potestatem significare generationemque puram & mundam, & ex Severo in eadem Catena. *Alior enim Deum plura patrem esse audimus, alior Filii, & huius quidem unigeniti, id quod Filium a Patre singulari quodam modo generatum esse declarat, neque rerum omnium, qua nominibus copulatur, eadem seles esse natura.*

Pag. 143. b. l. 3. col. 2. *Unius Montani.*) Trapezuntius edidit, *Montanus solus tantum in Spiritum insanivis, & omnibus vituperavit humiliter, ac naturam ipsius tantum renouavit, ut diceret infamiam afferre factori.* Beza etiam potius hoc ultimum vertit: *Ut etiam infamiam factori suo dicatur affricuisse: quasi hoc vellet Basilius Montanum dici infamiam affricuisse creatori.* Epiphanius tamen hæc 48. Phrygias sive Montanitas ait, qui se Montanum quemdam Prophetam habere iactabant, de Patre & Filio ac Spiritu sancto similiter sensit velut sancta Catholica sentit Ecclesia, *καὶ δὲ πατὴρ καὶ υἱὸς καὶ ἄγιον πνεῦμα ὁμοίως ὁρῶντι τῷ ἁγίῳ καθολικῆν ἐκκλησίαν.* Ex Arriano quidam dixerunt Spiritum sanctum non esse Patri & Filio consubstantialem, immo esse Filio minorem: sed de Filio potissimum aduersus illos actum est, de Spiritu sancto in Concilio II. Oecumenico Constantinopolitano, cuius sectatores Pneumatomachi; sive Spiritus impugnatores appellati sunt. Philastrius cap. 21. Eunomianos tradit asseruisse Patrem quidem fecisse Filium, & iterum Filium qui sit creatura fecisse Spiritum: quod refutans Basilius hoc loco subiicit. *Illud vero cui non pater, quod nulla Filii operatio a Patre diuisa est?* In quem locum annotat antepres in margine hic probari Spiritum sanctum ab utroque procedere. Nam ut ait illustrissimus Cardinalis Bellarminus lib. 2. cap. 25. de Christo, certe Basilius probans non solum Filium esse causam Spiritus, sed etiam Patrem, quia omnia, quæ habet Filius habet Pater, simul docet, immo pro comperto assumit, Spiritum causam, ut Græci loquuntur, esse Filium.

Pag. 144. d. l. 5. col. 1. Locus celeberrimus & in tribus Conciliis Florentini sessionibus XVIII. XIX. & XX. diligenter excussus, cum inter Latinæ & Græcæ Ecclesiæ legatos de processione Spiritus sancti disputaretur. Ac Regius quidem codex cum eo consentit, quo usus est interpres, & cum editione Basiliensi: at Joannes Latinæ Ecclesiæ nomine protulit ex vetustissimo codice Basiliensi Constantinopoli a Nicolao Cusano delato, qui ante sexcentos annos videretur exaratus, testimonium istud ex hoc tertio libro aduersus Eunomium. *Dignitate enim secundum esse a Filio, cum ab ipso esse suum habeat, & ab ipso accipiat, & auerteret nobis, & omnia ab illa causa dependeat, sermo pietatis tradit: natura vero sermo uti, neque a sanctis edocetur, neque ex dictis ut consequens colligere possimus.* In quem autem finem prolatus sit locus, exponit præsertim sessio 19. p. 349. edit. Romanæ idem Joannes. *Nolo necessaria demonstratione probare, cum aliquid ex aliquo dicimus, intelligi ex persona, idque demonstrare per dictum Basilius cum ait Spiritum habere suum esse ex Filio & ab eo dependere tanquam ex causa.* Si igitur accipere, est habere esse, Spiritus sanctus habet esse, & accipit ex Filio, & ab eo dependet ut ex causa; ergo sequitur, ut si Spiritus sanctus accipit ex Filio, procedat etiam ex ipso. Opponebat Marcus Ephesus, qui pro Græcis disputabat, additamentum illud a Latinis insertum videri: sed respondit Joannes tam antiquum illud esse librum, ut nullam corruptelam suspicionem inieciat, cum multis ante annos, quam schisma hoc oriretur ac dissidium ecclesiæ, exaratus appareret, nec ulla in eo rasura vel depravatio vel manus adjectio deprehenderetur. Addit illustrissimus Cardinalis Bellarminus lib. 2. de Christo c. 25. additamentum illud codicis Latinorum esse debere in textu vel certe sensum illorum. *Dicit enim Basilius Spiritum esse secundum a Filio ordinem & dignitatem, non tamen naturam; & probat, quia sicut Filius est secundus a Patre, quia ab illo habet esse, ita quoque Spiritus est secundus a Filio; ubi si non addatur, vel subintelligatur, quod est in nostris codicibus, videlicet Spiritum habere esse a Filio, sicut Filius habet esse a Patre, ratio Basilius nihil concludat, nec ullo modo probari poterit Spiritum sanctum esse secundum a Filio, ut Filius est secundus a Patre.*

Ibid. b. l. 7. col. 2. *Angelorum.*) Apud LXX. legimus *numerus Angelorum Dei*, & ita Novatianus lib. de Trinitate, & Rufinus libro de symbolo, & Hieronymus lib. 2. in Michæam, Origenes quoque homilia 28. in Numeros, *Filiorum Dei, vel ut in aliis exemplaribus legimus, filiorum Israel:* quam ob causam suspicantur quidam in quibusdam exemplaribus LXX. interpretum ita scriptum fuisse, ut ex Hebræo *Μαγγαζα* Latina, *filiorum Israel*, nisi forte alium exemplarium nomine ea biblia intellexit Origenes, quæ communem Græcam editionem & mixtam continebant ex aliis interpretibus, cum constet Aquilam & Symmachum Græcæ edidisse *ἀγγέλων ἢ ἄγγελοι*. Beza quoque hic satis attentus non fuit, nec vidit *κατὰ ἀγγέλων* scriptum fuisse non *ἀγγέλων*, vertit enim, & *numerus Angelorum*. Potuit tamen, si attentior fuisset, illud etiam animadvertere hic confirmari dogma, quod cogente veritate confessus est scribens in cap. 18. Matth. 10. Angelos hominibus peculiariter adhiberi custodes a Deo aduersus Satanam & impuros spiritus, ut ex pluribus veteris præsertim Testamenti testimoniis liquet: tamen Calvinus hoc ut profanum & falsum commentum irridet scribens in 15. Actuum & in psalmum 90. & in dubium revocat lib. 1. Institut. c. 14. & in Matth. 18. 10. in Harmonia Evangel. Confirmat hoc ipsum Severus Catena Græca in Cantica scripturæ. *Omnibus gentibus diuisi Angelos secundum eundem numerum præfecit, attribuens aliquem unicuique ad custodiam.* Etenim esse ipsos spiritus ministros in ministerium missos propter eos qui hereditatem salutis accepturi sunt, a Scripturis diuinitus inspicendis audimus. *Quoniam etiam cuiuslibet Angelum ad custodiam datum fuisse Evangeliorum vox testatur.*

Pag. 146. a. l. 4. col. 1. *Hæc dicit Spir.*) Annotandus fuit locus Actor. Apostol. cap. 21. 21. ac quis forte, qui in ver-  
S. Basili Opv. Tom. III.

sionem Beza incidit, eum ducem sequutus erret; cuius subtilitas hic frustra fuit. Cum enim se legisse non meminisset in Actis Agabum hæc verba protulisse prophetando, *Hæc dicit Spiritus sanctus: Virum cuius est Zona hæc, &c.* ad quem locum sine dubio spectant hæc verba Basilius, mutilatum esse locum existimans, sic eum restituere coactus est. *Idcirco clamat Propheta in veteri testamento, Hæc dicit Dominus, in Novo autem Apostoli, Hæc dicit Spiritus sanctus.* Cornarius etiam indicat in margine Actor. 15. citari putans illud Apostolorum in Concilio Hierosolym. *Visum est Spiritui sancto & nobis: sed hoc ad probandam Spiritus diuinitatem sufficit, quod nimirum prophetæ donum distribuatur, ut indicant Prophetæ, cum ex illius persona loquuntur.*

Pag. 152. a. l. 4. col. 1. *Diabolum.*) Expunxit obscuram versionem, *lapsum Diabolum colentes & non filium Dei.* Porro hunc locum Jobi 40. 14. de principe demum quodam intellexisse constat ex Olympodoro in Catena Nicetæ: *Quidam aiunt hunc primum a Deo creatum esse: alii vero cum dicere reformidant primum a Deo conditam creaturam mutationem passam esse, primum illum ortum esse negant: eidem solum angelorum principatum delatum esse concedunt, qui unus e primis principibus esset, a quo nec illud diffidet, Et sicut unus de principibus cadit. Plalm. 81. Idem Hieronymus aduersus Iovinianum de Luciferò tradit & ejus casu. S. Augustinus lib. 3. de Genesi ad litteram cap. 10. meminit quorundam, qui ita sentiebant, nec illos notat aut carpit: Gregorius magnus homil. 34. de centum ovibus, quem sequitur S. Thomas 1. 2. qumq. 63. artic. 7. nec tamen alteram opinionem damnari vult, quem est Damasceni lib. a. de fide orthodoxa cap. 4. ex inferioribus nimirum ordinibus fuisse Angelos, qui lapsi sunt. Sane quidem locum illum Jobi historice sensu maluit alii de animali quodam terrestri, vel de serpente in humentibus locis degenti intelligere, nihilque de principe demum, qui ceciderunt, ex scriptura certo colligi posse, ut pluribus probat noster Gabriel Vafques in illam S. Thomæ 63. questionem.*

Pag. 153. e. lin. 8. col. 2. *cum sperasset.*) Aliud est penitentiam agere, aliud respicere, aut vitam mutare, quomohren delevimus illud Trapezunt. *cum speramus penitentia posse saluari.*

Pag. 156. b. l. 3. col. 1. *Eorum igitur.*) Interpres scripsit, *Eorum igitur, qui accipiunt, est, dignos se ad doctorem vel ad scribam sedere facere:* quæ verba cum aperte Catholico dogmati suffragentur de libertate humani arbitrii, de quo operum bonorum meritis, insigni, plagio dicam, an sacrilegio, a Theodoro Beza suppressa sunt, neque suam interpretationem adungere Græcis voluit in editione Stephanæ pagin. 421. sed hæc verba tantum appinxit: *Cur hæc omissa sint in scabulis dicitur:* quæ scholia ad Calendas Græcæ rejecta sunt, nec usquam, quod sciam, comparuerunt: sed nihil agunt hæc veritates, nisi eadem opera cuncta sanctorum Patrum opera exterminent, cum eam illa ubique testentur. Nam & hic ipse Basilius idipsum docet in sermone de ascetica seu monastica vita. *Custodiuntibus mandata eius retributio multa, merces mirum illa copiosa est & corona iustitia, æterna tabernacula, vita finem nunquam habitura.* Et homilia in principium Proverb. *Omnes, qui viam Evangelicam incedimus mercatores sumus, per opera mandatorum nobis possessionem celestium comparantes.* Justinus Apologia 2. pro Christianis. *Qui si dignos se operibus suis illius consilio & voluntati præstiterint, conversatione cum illo dignatum iri scimus, & regnatura cum illa corruptionis ac perditionis expertes futurus.* Hieronymus lib. 2. contra Iovinianum ita plane locum hunc Matthæi de petitione filiorum Zebedæi exponit. *Non est Filii dare, & quomodo Patris est preparare? Parate, inquit, sunt in celo diversa & plurima mansiones plurimis diversisque virtutibus, quas non persona accipiunt, sed opera; frustra ergo a me petitis, quod in vobis sum est, quod pater meus illis paravit, qui dignis virtutibus ad tantam ascensuri sunt dignitatem.* Et S. Joan Chryostomus in eundem locum 2. ad Corinth. 5. 10. ex eo colligit nos corporis nostri gloriam bonis operibus meritorios homil. 10. *Non enim videlicet id quod ad virtutem vel vitium operum suam subministravit a premio vel pena excluditur: sed una cum anima corpus partem cruciabitur, partem coronam consequetur.*

IN COMMENTARIOS IN  
ESAIAM.

PAG. 205. b. l. 11. col. 2. *In priore enim Paralip.*) Ita quod que legimus apud Procopium, qui Basili Commentarium plurimis in locis sequutus est p. 6. *Nam in alio Paralipomenon Ozias nominatur, & in secunda Regnorum Azarias.* At memoria lapsus videtur Basilius: sic enim scriptum est 2. Paralipom. cap. 26. 1. *Populus Juda filium ejus Oziam constituit Regem pro Azasia patre suo, & alter locus de Azaria non est in 2. Regnorum, sed in 4. cap. 14. 21. Tulit autem universus populus Juda Azariam annos natum sedecim, & constituerunt eum Regem pro patre ejus Amasia.*

Ibid. c. l. 3. col. 2. *Tempus etiam.*) Hoc quoque fuerat omnium ab interprete, qui iungebat ita, quod sequitur: *Propheta vero Esaias anno regni Ozia quinquagesimo secundo.* Legit nimirum, ut præ se ferunt A. F. *πενήκοντα δευτέρη ἐτα ἔτι Οὐζι προφήτευσεν.* at in H. & L. *πενήκοντα δύο γὰρ ἔτη ἔτι Οὐζι προφήτευσεν:* & hæc lectio sanior nunc videtur, atque ita referendum & interpungendum est: *Tempus etiam regni est idem, anni quinquaginta duo.* Prophetarum autem sub Ozia Esaias. Suffragantur huic emendationi cum ipse Procopii Commentarius ex Basilio excerptus, tum Eusebii Chronicum, quod initium Prophetiæ Esaiæ, Osce, & Amos confert non in annum quinquagesimum secundum Ozia Regis, sed in decimum septimum circa annum ab Abraham MCCX. Hoc igitur vult Basilius ex eo constare eundem esse Oziam & Azariam, quod Ozia & Azaria idem tempus regni tribu-

tur, nimirum anni quinquaginta duo. Quod vero sequitur, *Sed, quia principium*, ita clarius vertit doctissimus Procopii interpres Curterius, *Annon vero quia, Principium verbi Domini ad Osee in Osee legitur, primus & ipse vaticinari cepit?* Illud tamen  $\mu\epsilon\tau\ \tau\eta\varsigma\ \delta\epsilon\lambda\epsilon\tau\omega\varsigma\ \tau\omega\ \eta\epsilon\omega\iota\varsigma$ ,  $\epsilon\tau\ \eta\ \phi\alpha\sigma\iota\varsigma$ , non est interpretandum ante visionem, qua elevatum Superliminare dicitur, sed, in qua dicit elevatum esse, non a visione, sed ut suspicatur Basilius a terræ motu, ut inde colligatur Amos, qui prophetavit ante duos annos terræ motus, ante Esaiam prophetaſſe: verumtamen huic conjecturæ obſiſtit ipſe prophetæ textus, in quo legitur cap. 6. 4. *elevatum fuiſſe Superliminare a voce Seraphim clamantium Sanctus Sanctus*, quemadmodum & Amos 9. 1. *ex apparitione Domini Propheta percussione Superliminaria commoventur.*

Pag. 207. a. l. 7. col. 2. *interpreteris*) hoc loco intelligi non conversionem ex uno idiomate in aliud, sed explanationem, quasi dicat additum esse ab Origene vel a Luciano tamquam expositionem verbi  $\epsilon\gamma\kappa\alpha\tau\alpha\lambda\iota\pi\epsilon\iota\varsigma$ , quo usi sunt LXX. nisi forte intelligas Theodotionem Græce sic extulisse verbum Hebræum, quod LXX. verterunt  $\epsilon\gamma\kappa\alpha\tau\alpha\lambda\iota\pi\epsilon\iota\varsigma$ . Nam aliqui fuerant ab Origene sub asteriscis ex Theodotionis interpretatione addita textui Septuaginta, quæ ab illis ex Hebræo non fuerant expressa, ut scribit Hieronymus epist. 89. & Epiphanius lib. de ponderibus & mensuris. Idem porro Hieronymus in Commentario in Esaiam testatur hoc membrum, *ab aliena sunt reversum LXX.* interpretes non habere. Basilius ex Theodotionis editione additum esse vult, at apud Procopium in margine textus LXX. idem Aquilæ tribuitur: quam ob causam Flaminius Nobilius in Notationibus in Esaiam Procopium dicit hoc Aquilæ tribuere, quamvis revera Procopii Commentarii membrum illud non agnoscat: sed animadvertendum est in eo Commentario textum ex alio per vetustum codice manuscripto Renati Marchali, qui nunc est illustrissimi Cardinalis Ruffucaldii, exscriptum fuisse & Procopii commentario præfixum.

Pag. 230. b. l. 1. col. 1. *Sternutavit.*] Interpres ediderat, *Quid hoc innuit sermone?* Non animadvertenter inter ineptias quinantium  $\chi\epsilon\iota\ \tau\omega\upsilon\ \kappa\lambda\epsilon\delta\omicron\upsilon\lambda\iota\zeta\omicron\mu\epsilon\iota\upsilon\alpha\upsilon$ , hanc numerari, ut scilicet ex sternutatione capterentur auguria. Theocritus eidylio 7.

*Simicidæ amores sternutaverunt.*

in quem locum scholiastes annotat sternutamenta quædam utilia esse, quædam noxia, & apud Homerum in bonam partem accipi Athenæus lib. 2. *Quod autem sacrum olim caput existimaverint, indicio est jurandi per ipsum consuetudo, & sternutamenta, quæ ex ipso procedunt, adorandi.* Xenophon lib. 3. de expeditione Cyri pag. 300. *Hæc eo loquente quidam sternutavit. Id quomodo audissent universi milites uno impetu Deum adorant.* Et Xenophon ait: *quando milites, nobis de salute loquentibus Serustoris Jovis augurium oblatum est, equidem huic Deo votum nuncupandum arbitror.* Propertius lib. 2. epist. 3. *Aridas argutus sternuit amor.* Vide Aristotelem problem. 20. Plinium lib. 28. cap. 2.

Pag. 237. e. l. 3. col. 1. *Quiescite ab hominibus*, admonet Basilius in exemplaribus communis editionis non haberi, sed in Hebraico positum a reliquis interpretibus, diversis nimirum a Septuaginta & Theodotione translatum esse: quam ob causam in margine annotat quispiam communem editionem esse Græcis, quæ & Septuaginta interpretum: quod tamen verum non est, si S. Hieronymo credimus, qui in epist. 135. *Ut sciat aliam esse editionem, quam Origene, & Cesarionis Eusebii omnesque Græci tractatores  $\kappa\alpha\iota\ \tau\omega\upsilon$ , id est, communem appellans, atque vulgatam, & a plerisque nunc  $\delta\upsilon\kappa\tau\alpha\upsilon\delta\omicron\varsigma$  dicitur: aliam Septuaginta interpretum, quæ & in  $\epsilon\gamma\kappa\alpha\tau\alpha\lambda\iota\pi\epsilon\iota\varsigma$  codicibus reperitur:* Et in præfatione in lib. Paralip. *Origenes in editione Septuaginta Theodotionis editionem miscuit, asteriscis videlicet designans, quæ minus fuerant, & virginis, quæ ex superfluo videbantur apposta.* Sed idem Hieronymus in epistola citata monet inter  $\kappa\alpha\iota\ \tau\omega\upsilon$  & editionem LXX. hoc esse discrimen, quod communis pro locis & temporibus & pro voluntate scriptorum veterum corrupta sit editio, ea autem quæ habetur in  $\epsilon\gamma\kappa\alpha\tau\alpha\lambda\iota\pi\epsilon\iota\varsigma$ , incorrupta sit Septuaginta interpretum editio. Cum igitur ex textu Esaiæ, qui est apud Procopium ex veteri codice Renati Marchali desumpto, qui nunc est illustrissimi Cardinalis Ruffucaldii confectus, hoc membrum ex Aquilæ Pontici versione esse decerptum, hinc colligimus nonnumquam vocari communem editionem, quam Origene ex LXX. & Theodotione confavit, ut hoc loco a Basilio: nonnumquam etiam eam, quæ ex omnium interpretum versionibus diversis mixta, ut idem Hieronymus indicavit. Idem etiam in Commentario in hunc Esaiæ locum testatur hoc membrum a LXX. prætermisum, in Græcis exemplaribus ab Origene sub asteriscis de editione Aquilæ additum esse.

Pag. 242. b. l. 12. col. 1. *non contradicant.*) Hæc omnia

fuerant ab interprete, quæ tres tamen mss. uno consensu exhibent. Ubi notanda probitas illius sæculi, quo se jungebant se ab omni dignitatum Ecclesiasticarum ambitu viri sancti, quod & exemplo suo confirmavit S. Joannes Chrysostomus, cum fuga confulens sibi occultavit se, ne ad Episcopatum promoveretur, & librum defensionis suæ ad Basilium socium, & contubernalem suum scripsit, quæ inter alia difficultates exponit, quibus Episcopi munus obessum est, libris sex de sacerdotio, ut tradit Socrates lib. 6. histor. cap. 3. Testatur etiam illud studium fugiendi Episcopatus apud veteres, epistola illa Concilii Valentini ad Foro-Julienf. qua declarant quosdam horrore suscipiendi sacerdotii sese aliquod commississe delictum esse confessos, cujus gratia possent ab illo depelli. Ambrosius etiam ut dignitatem effugeret, crudelis voluit & impudicus videri. Vide Paulinum in ejus vita, & Baronium an. 374. 6.

Pag. 248. e. l. 11. col. 1. *autem nomine.*) Aliam sententiam exhibebat edita versio, *Siquidem nemo videt unum aliquem scorsim & privatam degentem vitam vestes luculentas circumjicere per ades.* Hæc enim declarant excessum omnem, quo iste abutebatur. Quod autem attinet ad illa Laconica pellucida S. Hieronymus ait ita LXX. esse interpretatos, volentes tenuissimas significare vestes, quibus Lacedæmoniorum, qui fuerunt ad bella promptissimi, & austerioris vitæ, corpora tegebantur, alii referunt ad purpuras Laconicas nitentes & splendentes, quod Laconicas purpuras esse pretiosissimas scribat Plinius lib. 35. histor. cap. 6. Basilius tamen Lacedæmonum vestes pellucidas fuisse vult, cujusmodi fuerunt Cœ vestes a Poetis Latinis celebratæ. Tibullus eleg. 3. lib. 2.

*illa gerat vestes semper, quas femina Cœ Texuit.*

& Horatius lib. 1. Satyra 2.

*Alteræ nil obstat, Cois tibi pame videre est  
Ut nudam.*

Propertius lib. 2. eleg. 1.

*Sive cogis illam fulgentem incedere Cois.*

Coa enim vestis puellarum fuit famæ non nimium bonæ. Plinius de bombycibus lib. 11. ca. 22. *Telas araneorum modo sequuntur, ad vestem luxuriamque faminarum.* Prima eas redordit vultusque taxere invenit in Cœo vel Cœo, mulier Pamphyla, ut denudet feminas vestis. Clemens Alexandrinus hæc de vestitu Lacedæmonum lib. 2. Pedagogi cap. 10. *Neque enim sicut Lacedæmonas virgines supra genu vestiri honestum: nullam enim partem famine nudari decorum est.* Lacedæmonas  $\kappa\alpha\iota\ \tau\omega\upsilon\ \mu\epsilon\lambda\omicron\upsilon\delta\omicron\varsigma$  appellavit Ibycus, quod incedu coxas retereget, &  $\alpha\upsilon\delta\omicron\mu\epsilon\lambda\omicron\upsilon\delta\omicron\varsigma$  quasi infans in viros amore ardentem apud Plutarchum sub ænem vitæ Numæ.

Ibid. b. l. 7. col. 2. *purpura pro.*) Hæc ut Græce desiderantur in Regio F. & ex H. I. & Angl. suppleta sunt, ita eorum interpretatio Latina textui est addita, ut quatuor elementorum figura perfecta in vestitu sacerdotali appareret, quam etiam exponit S. Hieronymus epist. 128. *Quatuor colores ad quatuor elementa referuntur, ex quibus universa subsistunt. Byssus terre deputatur, quia ex terra gignitur. Purpura mari, quia ex eius cochleolis tingitur. Hyacinthus aeri propter coloris similitudinem. Coccus igni & ætheri, qui Hebræice  $\text{שׁוֹמֵרֵי הַיָּם}$  Sem appellatur: & justum esse commemorant, ut Pontifex creatoris non solum pro Israël, sed pro universo mundo roget. Theodoritus de tegminibus tabernaculi agens quæst. 60. in Exodum. *Tegebantur variis sexuris diversis tinctis coloribus, qui quidem quatuor elementa subindicabant. Nam hyacinthus ad naturam aeris accedit, vaseus autem color seu coccus tinctus ad naturam ignis: purpureus autem mare donabat, in quo emittitur concha, unde color ejusmodi sumitur: byssus autem terram referret, unde nasci dicitur.* Josephus demum lib. 3. cap. 8. *Antiquit. Vela quoque e quatuor coloribus contexta elementorum naturam designans. Nam byssus terram referre videtur, ex qua lina hoc genus provenit: purpura vero mare, eo quod conchylii cruore sit fucata: aerem vero hyacinthus representare videtur, sicut puniceus color ignem. Merito igitur ordinem dictionum interurbatum restituiimus, cum antea sic expressa essent ista, quasi mulieres essent indutæ vestimentis, quæ suis coloribus elementa representarent; sed & in Græcis adhuc ex Regio H. corrigendum est & altero Angl. *indute, qualia erant ea, quibus sacerdotes induti.***

Pag. 286. e. l. 2. col. 1. & Galilæi.) Non solum idiotæ, sed & natione Galilæi, non, ut interpres dixerat, *idiotæ quippe homines Galilæi.* Sic Matthæi 26. 69. *Es tu cum Iose Galilæo eras.* Nam & loquela tua manifestum te facit. In quem locum Hieronymus: *quod una quæque provincia & regio habeat proprietates suas, & vernaculum loquendi modum vitare non possit:* & Lucæ 22. 59. *nam & Galilæus est.* Josephus autem lib. 3. de bello cap. 2. *Pugnaces sunt ab infansia Galilæi, & omni tempore plurimi, neque aut formido unquam vitæ, aut virorum penuria regiones illas occupavit.*

# NOTÆ SELECTÆ FEDERICI MORELLI

## PROFESSORUM REGIORUM DECANI.

PAG. 17. b. l. 9. col. 2. Quam vera sit hæc assertio, docet Basilius nostri amicus & familiaris Libanius in Monodiâ super Nicomedia, & in orat. *ἡ πόλις τοῦ πάλαι καλεῖται Νικόμεια*, quæ a me Græce & Lat. sunt editæ. & B. Augustinus enarrat. in Psal. ciiii. ubi scribit, *Videtur quid faciat civitas, ubi abundantè spectacula?* Itemque S. Hilarius in Psal. cxviii. Ocfon. He. de Oculis, *qui in Theatralibus ludis captivus incubans: qui Cyprensium certaminibus servians.*

### AD V. HOMILIAM IN HEXAEMERON.

PAG. 31. a. l. 10. col. 2. Annus hic non tam Lunaris quam annus dierum ab Hebræis dicebatur, quod ejus dies explorati essent, 365. menses nulli rati essent: sed ad eos dies tamquam ad amissim mentes Lunares dirigerentur.

Pag. 32. e. l. 7. col. 2. Cassius Quæstion. medic. Probl. xxv. *Cur vigilantes in Luna lumine, tamesi perdit in eo versentur, nequaquam ab illo laduntur: qui vero dormiunt in Luna radiis, capitis gravædinem comparant.*

### AD HOMIL. VII.

PAG. 34. a. l. 10. col. 2. Ex iis colligere est ad manus Basilius nostri non pervenisse libellum Plutarchi, in quo sacrarum & cjuratarum anguillarum in fonte Arethuse, & aliorum piscium alibi gentium mansuetorum historiam didicisset, & Murena illius quam Crassus mortuam luxisse dicitur. Et qui latere *ἰατροποιῶν* doctorem potuit, quod celeberrimum fuit in piscinis Cæsaris Domitiani, quæ erant Baiis, pisces nimirum vocatos ad nomen venisse? atque hoc argumento Plinius lib. 10. cap. 70. probat pisces habere auditum, sed præcipue mugilem, salpam, cromim, lupum. de eorumdem mansuetudine, idem lib. 32. c. 2. ac lupus quidem marinus ævo nostro in Caroli Noni Regis Christianiss. piscina juxta Regiam Luparæ nutritus, ad vocem, Lupule Lupule, clamantium, & ad manus panis frustula projicientium (e quo numero adolefcens sui) accurrebat. de Baiani illius lacus mansuetis & Cæsari dedicatis piscibus audi festivum, mofale, historicum Martialis Epigram. xxx. lib. 1v.

*Balano procul a lacu monemus,  
Piscator fuge, ne naçens recedas.  
Sacræ piscidus he natantur unda,  
Qui norant Dominum, manumque lambunt  
Illam qua nihil est in orbe majus.  
Quid, quod nomen habent, ut ad magistræ  
Vocem quisque sui venit citatus.  
Hoc quondam Libys impius profundo  
Dum pradam calamo vremenç ducit,  
Raptis luminibus repens cæcus  
Captum non potuit videre piscem;  
Es nunç sacrilegos perosus hamos  
Baianos sedet ad lacus rogator.  
At tu dum potes innocens recede,  
Iactis simplicibus cibus in undas,  
Es pisces venerare dedicatos.*

Idem lib. x. Epigram. 30. de murena, mugile & nullis. Adis Athenarum lib. 8. *ἑκείνῃ*. Lucianum l. de Dea Syria. Quidni vero Basilius Regius vere doctor eandem plane in assertionibus physicis rationem habuerit, quam Theophrastus in rebus civilibus? cum *jura constitui oportere dixit, in his que ad ἐπι τὸ πλεον accidunt*: laudante Pomponio l. C. L. III. D. de legibus, & Paulo l. VI. D. eodem. τὸ γὰρ ἀπὸ τῶν παραβαίνοντων οἱ νόμοι δίδονται. quo sensu Celsus interpres fidus Theophrasti ait l. 1v. D. eod. *Ex his que forte uno aliquo casu accidere possunt jura non constituuntur*, proinde nec assertiones.

Pag. 37. a. l. 1. col. 2. De remota vel remeligne, ut ab Afranio & Plauto nominatur; idem Georg. Pis. Cosmurgis ver. 983.

*Quisve Remorem piscem pusillum in aquone  
Stasuis carinis obvium currentibus?  
Hic classi in altum vela donçi opponitur,  
Spirantibusque auris resistit graviter, &c.*  
Arist. lib. 1. histor. animal. cap. 14. Plin. lib. 9. c. 25. Plutarc. Sympof. 2. Problem. 7. Oppian. lib. 1. Halieut.

### AD HOMILIAM VIII.

PAG. 39. d. l. 4. col. 2. Volucrum distinctio in garrulas, canoras, oscines, præpetes, & inauspicatæ garrulitatis aves, de quibus luculenter post Aristot. lib. ix. *περὶ ὄρνιθων* 15. Plin. lib. 10. per *ὄρνιθων* autem non taciturnas omnino, sed fridentibus & gementibus tantummodo, quas diras etiam Plin. appellat, ubi scribit, *περὶ κακοροϊῶν*, Dirarum alitum modo senectris quoque suis & ipsarum noctium quieti invidentium gemitu (qua sola vox eorum est) ut inauspicatarum animantium vice obvius quoque vetens agere aut prodesse visa.

Pag. 41. a. l. 6. col. 2. Idem autor noster cum eadem admonitione scribit in cap. viii. Esaiæ; & Georgius Pis. in Cosmurgia, Senariis perelegantibus fufius profequitur,

*Quis semine edidit sine ullo vultures,  
Ubi famina omnes, masculum nullum genus.  
Hi virginem nostram gerentem lampada  
Pro se ferunt, quantum alitis natura fert.  
Oportuit sedem istius miraculi  
Naturam imagines habere absconditas:  
Us nec novata appareat partu hoc: neque  
Arcana prorsus detegat partus sacri:  
Nam virgines intactæ, ut illa, non movent:  
Fatusque maturo meandri tempore  
Sua claustra confringit, foreisque transiit.  
At si parere sic constat istos alitas  
Uterumque ferre flamine Buri percitos,  
Cur non magis qua virgo partum pepererit;  
Faciat fidem nullo edita prolis satu,  
Vitalis aure plena cum esset spiritus  
( Natura sic proposuit in volucris  
Ænigma partus credibile sine semine.*

S. Ambrosius per xx. caput integrum idem contendit accuratè *ἰνδιεργαία*, veroque vincit, *ἀριστος* exagitans hac invectiva; *Impossibile putatur in Dei matre, quod in vulturibus possibile non negatur? Avis sine masculo parit, & nullus refellit: & quia Virgo Maria peperit, pudori ejus faciunt quæstionem?*

Pag. 41. e. l. 5. col. 2. B. Ambrosius l. 5. c. 24. *Quid de luschna dicam, qua pervigil custos, cum ova quodam sinu corporis & gremio fovet, insomnem longa noctis laborem canilena suavitate solatur: ubi perspicis quam accurata sit expositio Ambrosiana & mox hujus dicti de vespertilione: dentibus utitur, quos in aliis avibus reperire non solet.*

Pag. 42. a. l. 1. col. 1. Idem Ambrosius ibid. *Sibi invicem adherent; & quasi in speciem botri ex aliquo loco pendens: ac si se ultima quaque laxaverit omnes resolvuntur*: hujus *ὄρνιθ* seu glomeris imago exhibetur apud nos in concitatisimo genere choreæ nuptialis, quo juvenes potissimum inuupti manibus invicem insertis quam velocissime in orbem se convertunt, unde *Chorea mole* nuncupatur.

Pag. ibid. a. l. 9. col. 2. hic proprie accipitur pro linea piscatoria, metaphorice transfertur ad filum & redimiculum, ut apud Gregor. Nyssenum in vita beatæ Macrinæ Basili & Gregorii fororis: ubi narrat sanctam illam a collo appensam *ὄρνιθ* tenui redimiculo parvam crucem ferream gestasse cum annulo itidem ferreo, in cujus pala signum crucis insculptum salutaris ligni particulam coercebat. S. Ambrosius hic aliam adfert causam, *cur cygnus collo proceriore usatur*: nempe hanc, quia *est paululum segnior corpore, nec fac. &c. Adde & illud* (inquit) *quia suavior & magis canorus per proceram modulis colla distinguitur, & longiore exercitatione purior longe refuset. hæc sane desiderantur apud Basiliam.*

### AD HOMILIAM IX.


PAG. 43. b. l. 11. col. 2. Anaximander terram volebat esse *πρωτογενεῖν* mensa instar, alii veteres Philosophi, *αἰθρῆν* & *μοῦνην* γῆς τὸ πλεον autumabant, latitudinem telluris stabilitatis esse causam. Illos nugari Manilius probat 1. Astronom.

*Est igitur Tellus (sic enim lego) mediani fortis cavernam  
Aeris, & toto pariter suspensa profundo;  
Nec patulas distenta plagas, sed condita in orbem  
Undique surgentem pariter, pariterque cadentem.*

Pag. 45. a. l. 6. col. 1. Sane idem Georg. Pis. versu 1187, de eadem formica ait.

*Accedito buc formica frumenti rapax,  
Operaria abscondens humi grana in dua  
Partita, ne quam oliginon aut cariem trahat,  
Aut noxium a radice gramen pullulet. &c.*  
Quicquid sit, Flaccus *γερνικατέρῳ* dixit de eadem formica,  
*Ovo trahis quodcumque potest, atque addis aceruq.*

I N  
TOMO SECUNDO  
NOTÆ SELECTÆ  
JULIANI GARNIERII  
PRESBYTERI, ET MONACHI BENEDICTINI.



PAG. 1. a. lin. 1. col. 1. Quod ait vir eruditissimus Tillemontius, duas has quas in editione Parisiensi habemus orationes dominica prima quadragesimæ habitas esse, sed non eodem anno, de eo cum ipso contendere nolumus: sed eadem, utramque orationem Basilii videri affirmanti, non ita facile assentimur. Ea de re in præfatione.

Ibid. a. l. 7. col. 2. Hæc verba sic interpretatus est Erasmus; *Qui alios ungebat, unctus est: qui lavabat ablutus est*; quibus ex verbis quæ apta sententia idoneaque effici possit, non video. Ita igitur interpretare: *Qui unctus est, inunctis: qui ablutus fuit, ablutis*. Hoc est: Christus, qui unctus est, ungi caput nostrum voluit: Christus, qui ablutus est in baptisate, faciem nostram abluï iussit.

Pag. 3. c. l. 12. col. 2. Et in impressis libris & in duobus Oliv. & in nostris quinque codicibus constanter legitur, *ὕδατος μὴ πίνω, & aquam non bibens*. Quem locum interpretans Erasmus, videntique Basilii verba cum verbis Danielis non concordare, interpretis neglecto munere, pro Basilianis verba prophetæ ita expressit; *nec vinum bibisset*: qua in re, ut alibi sæpe, nimium sibi indulsit vir aliqui eruditissimus. Ait quidem Duceus, fieri potuisse, ut Basilii rationem habuerit puerorum captivorum quotidiani victus, de quibus scriptum est Danielis 1. 12. *Dentur nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum*: sed vir doctissimus nihil Basilium juvat. Non enim ipsum ab errore vindicat: sed errorem cum errore commutat. Satis enim intelligitur ex his quæ protuli Danielis verbis, Daniele & alios pueros captivos aquam bibisse. Ergo si Basilii respexit ad puerorum captivorum quotidianum victum, quomodo ita scribere potuit, *Δενὴν ὕδατος μὴ πίνω, Daniel aquam non bibens?* Dicam igitur libentius, & ut puto, verius, Basilium respexisse ad vericulum secundum capitis decimi Danielis: sed ipsum, quod aliquando contingit vel summis viris, memoria lapsum fuisse, atque pro *error* incaute ὕδατος scripsisse.

Pag. 4. b. l. 6. col. 1. Memini quæsitum olim ex me esse, quæ essent induciæ illæ dierum quinque, & qui horum verborum esset sensus: cui interrogationi satisfacere promptum fuerat. Cum enim non jejunent Græci neque die dominica, neque sabbato; reliquum est ut in qualibet quadragesimæ hebdomadæ supersint solum quinque dies, quibus jejunium servari oporteat.

Pag. 8. e. l. 10. col. 2. Aliquanto ante ostendimus hanc orationem habitam esse die Dominica. Nunc ex illis, *bodiermus dies vestibulum est jejuniis; nec certe qui, &c.* plane constat eandem prima Dominica quadragesimæ habitam esse.

Pag. 15. a. l. 5. col. 1. *ne quidem sic exhibebunt molestiam*. Supple, *homini perfecto*, qui, ut aliquanto ante Basilii dixit, mortificat membra quæ sunt super terram, quique in corpore mortificationem Jesu circumfert. Hunc locum ita vertat interpret: *Quod si secundum carnem vixerint: ne sic unius suspiciam fuerint molesti*: qua in interpretatione inepte additum fuerat, uni cupiam, cum ejus loci sententia, eaque pulcherrima, hoc additamento non parum obscuretur.

Pag. 26. a. l. 6. col. 1. Et illud patris miserrimi exemplum legitur apud Ambrosium eodem libro de Nabuthæ Jezraelita cap. 5. Velim autem conferantur græca cum latinis: qua ex collatione constabit Ambrosium alia ex Basilii imitatum, alia ex eo tantum non ad verbum convertisse. Et quidem multa bene: sed illud, *si unum stradam, quibus oculis videbo cæteros de mea impietate suspectos, ne alios quoque vendam*, non ita feliciter expressum videri potest. Nec enim erat cur pater filios haberet suspectos de impietate sua, quasi ejus aliquo modo participes esse possent: sed cæteri filii patrem habere poterant suspectum impietatis, ne, uno vendito, & ipsi quoque venderentur. Magis ergo placent Basiliana, quæ, ut ex græcis perspicui potest, ita interpretari licet: *Unum si vendidero, quibus oculis reliquos aspiciam, qui me illis jam reddiderim suspectum perfidiæ acque prodicionis*.

Ibid. d. l. 8. col. 2. Basilii igitur hoc dicit: Tu, qui tecum in occulto loqueris, non prophetas: non apostolos audis, sed temetipsum; ob idque a te uno responsa accipis.

Pag. 30. d. l. 12. col. 1. Qui comparaverit quæ hic dicuntur de mulierum quarundam luxu, cum iis quæ de eodem argumento scripsit Ambrosius lib. de Nab. Jez. cap. 5. nu. 26. facile opinor, fatebitur multa ex Basilianis imitata esse. Sed quod hoc ipso in loco ait Ambrosius, *delectari & competibus mulieres, dummodo auro ligentur*, id expressum fuit ad verbum & Basilii, qui paulo infra e. l. 10. col. 1. ita loquitur.

Pag. 35. a. l. 9. col. 1. Non debet hoc loco accipi pro iis qui privatim supplicant, sed pro iis qui publice. Non enim solent qui privatim supplicant, ita clamare, ut clamor eorum in aera dissipetur. Hoc publice supplicantium proprium est.

Pag. 38. e. l. 2. col. 1. Quod hoc loco ait Basilii, *solummodo esse peccatum primigenium*, id certe notatu est dignissimum; atque haud scio an nullum testimonium apud Patres Græcos existet aut insignius aut validius ad peccatum originale comprobandum. Etenim si necesse est nobis peccatum originis solvere, ejus conscii sumus oportet. Nemo enim quod non debet, solvere umquam coactus est. Illud, *ὅτι γὰρ Ἀδάμ κακῶς φρονῶν τὴν ἁμαρτίαν παρέπεμψεν*, ita verterat Volaterranus, *Sicut enim male edendo maleque sibi usando Adam peccatum incurrit*; sed longe aliud est peccatum incurrite, aliud peccatum transmittere. Ita interpretari, est ita obscurare gravissimam sententiam, ut ea, nisi intelligantur græca, perspicui nullo modo possit. Nec quemquam movere debet, quod peccatum primigenium solvi dicatur cibariorum largitione, cum tamen id baptisate solvi constet. Sic enim loquens Basilii, catechumenos qui tunc inter alios in concionibus frequentes aderant, pro virili hortabatur, ut sese stipis erogatione ad primigenii peccati efficacæ remedium, quod baptisate est, præpararent.

Pag. 41. d. l. 9. col. 2. Hic mirum videri potest, in Vulgata latina pro *apta* legi *apta*, cum nemo non videat verbum *καταργηθεῖσα* voce hæc *apta* exprimi nullo modo posse. Sed facile crediderim mendum esse alicujus librarii, qui, cum scriberet, ob oculos habebat aliquod exemplar, quod commode aperiri non poterat, sic ut cujusque versus ultimæ litteræ vix conspicerentur. Ejusmodi autem libros sæpe inveniri quotidiana experientia docet. Puto igitur factum esse, ut aliquis librarius in ejusmodi librum qui difficile aperiretur inciderit; atque in eo libro scriptum quidem fuisse totidem syllabis *apta*, sed ita tamen, ut in fine unius versus legeretur *apta*, initio vero alterius scriptum esset *ta*. Ex quo contigit, ut librarius, qui mediam syllabam *ta* ob eam quam dixi causam non videret, *apta* necessario scripserit. Quam autem facile sit, errorem, qui semel in unum librum irreperit, in alios permultos transire, notum est. Duo autem me moverunt ad id suspicandum. Primum, quod vox *apta* ad verbum *καταργηθεῖσα* exprimendum maxime idonea sit, cum contra vox *apta* quidvis potius quam verbum græcum exprimat: alterum, quod in optimis & vetustissimis duobus libris syllabis totidem *apta* legatur: quorum librorum alter in bibliotheca Regia, alter in nostra diligentissime servatur. Monere libet, antiquam Vulgatam ex duobus his pervetustis codicibus a nostris propediem edendam esse.

Pag. 66. d. l. 8. col. 1. Hunc Basilii locum sic expressit Ambrosius lib. de Elia & jejunio cap. 18. num. 66. & 67. *Ille in plateis inverecundos etiam viris sub conspectu adolescentulorum intemperantium choros ducunt, jactantes comam, trahentes tunicas... saltantes pedibus, perionantes vocibus, irritantes in se juvenum libidines motu histrionico, perulanti oculo, dedecoroso ludibrio. Spectas corona adolescentum, & fit miserabilis theatrum... calum impuro contaminatur aspectu, terra turpi saltatione polluitur, que obscenis saltatibus verberatur. Quomodo patienter loquar, pia præteream, convenienter desileam? Vinum nobis tantarum animarum damna intulit.*

Pag. 66. d. l. 8. col. 2. Inde quoque Ambrosius sumit multa, quæ reperias capite 16. Sic enim loquitur: *Hæc (ebrietas) sensus hominum mutat & formas, per hanc sunt ex hominibus equi adhinnentes, Siquidem naturali vapore corporis calidi & præter naturam vini calore flammati, cohibere se non queunt, & in bestialis libidines excitantur, ut nullum tempus præscriptum habeant, quo deceat indulgere concubitu... Umbras sæpe transfiliunt sicut foveas, nutas his cum facie terra, subito arigi & inclinari videtur... concurrentibus montibus sibi videntur includi. Murmur in auribus tamquam maris fluctuantis fragor... Vigilantes somniant, dormientes litigant. Visa his somnium est.*

Pag. 68. d. l. 5. col. 2. Ambrosius, cum librum de Elia & jejunio scriberet, & alia quædam ex hac oratione sumit, quæ omnia adnotare animus non est: adscribam tamen aliqua, quæ studiosis non injucunda fore spero. Sic igitur loquitur cap. 13. num. 50. *Spectaculum triste Christianorum oculis & miserabilis species. Cernas juvenes terribiles visu hostibus, de convivio portari foras... Quos mane insignes armis spectaveras, vultu minaces, eosdem vesperi cernas etiam a puerulis impune videri, sine ferro vulneratos, sine pugna interfectos, sine hoste turbatos, sine senectute tremulos, in ipso juvenutis flore nascente. Cætera quidem fana, & ex Græcis bene expressa: sed de illo, in ipso juvenutis flore nascente, aliter videtur. Quid enim attinuit addere vocem *nascente*; cum satis esset dixisse, *in ipso juvenutis flore?* Certe id participium profus *παρέλκει* nemo, opinor, homo non videt. Hæc igitur, cur hanc lectionem reprobem, una causa est: altera, quod post illud, *flore*, sequi debeat vox aliqua, quæ respondeat vocibus *vulneratos, interfectos, turbatos, tremulos*. Cum igitur editio Romana & miss. nonnulli, ut ex notis Ambrosianis constat, habeant *marcentes pro nascente*, ita legi debere cenfeo, *in ipso juvenutis flore marcentes*. Nam a librariis ex *marcentos* incaute factum esse*



*esse nascense*, obscurum non est. Et quidem vox *marcentes* & huic loco maxime convenit, & vocibus *vulneratos, interfectos, turbatos, tremulos*, optime respondet. Hoc nostrum iudicium non parum adjuvat, quod Ambrosius ut reliqua, *ἀνὰ φοβερὰς ἀνάσσει τὰς πολεμίας, γέλωτος ἐστὶν ἀφορμὴ τοῖς κατ' ἀγορὰν παιδίσι, ἀνευ σιδήρου καταβιβαστοῦ, ἀνευ πολεμίων πεφόνευται*, aperte expressit, ita illud, *ἀνὰ πλῆθους, αὐτὸ τῆς ἡλικίας ἄνω τὸ ἀνδρῶν, οἷον γέροντες παραλάωκα*, expressisse putandus est. Omnes enim, ni fallor, facile fatebuntur *παραλάωκα*, quod ad vim sententiae attinet, hoc loco idem valere quod *marcentes*, seu, *arcentes*, uti in quibusdam editionibus legitur.

Pag. 78. a. l. 2. col. 1. Iudex hoc dicere voluit; Sceleratus ille, sic Martyrem vocabat, quem fructum referet ex sua pertinacia, si semel mortuus fuerit: neque enim in hanc vitam rursus redibit, ejus ut gaudiis perfruatur, neque tamen ulla alia vita est, qua frui deinceps possit. Magna sane hominis impii, nec umquam satis defendenda caecitas.

Pag. 81. a. l. 6. col. 2. Illud ita latine reddidit interpres: *Igitur sancti Dei sub die pernoctare in stagno quodam iussi sunt, quod pro manibus civitatis erat*. Sed hoc non dixit Basilius. Ait solum, beatos hos martyres ex iudicis sententia sub die pernoctasse eo tempore, quo stagnum, circa quod condita erat civitas, gelu confisterat. Scio quidem omnes fere auctoritatem sequi Ephraemi diaconi, qui ait quadraginta illos Martyres in stagno frigidius expositos fuisse; sed cum non essent ipsa sanctissimi illius scriptoris opera, sed eorum dumtaxat interpretatio quaedam non ita perfecta, longe praestat sequi Basilius, qui aperte dicit fortissimos illos viros martyrium media in civitate pertulisse, non in stagno. Accedit etiam, quod illa Ephraemi diaconi sententia vix quoque conciliari possit cum verbis Gregorii Nysseni tom. 3. pag. 502. sub finem, & pag. 511. circa medium. Lege praefationem.

Pag. 81. e. l. ult. col. 2. Hic ingenue fatebor duos fratres Basilius & Gregorium mihi videri vix inter se conciliari posse. Gregorius enim eo quem dixi loco conceptis verbis ait beatorum Martyrum supplicium tribus diebus perseverasse: Basilius vero non obscure indicat id una nocte fuisse terminatum. Nam, inquit, *noctem transmissit, ferens praefationem strenue*, &c. Atque aliquanto infra, hoc idem apertius Pater gravissimus significat, ubi docet sanctos martyres tum demum crematos fuisse incipiente die. Cum enim Basilius de unica nocte mentionem fecerit: dies ille, quo incipiente ait sanctos martyres igni fuisse traditos, non videtur de alio intelligi posse, quam de eo, qui hanc ipsam noctem sequutus est. Ex quo fit, ut martyres, de Basilius sententia, non post tres dies, sed post horas fere duodecim die incipiente combusti sint. Ego igitur duos fratres inter se conciliare non aggrediar, Velim provinciam hanc suscipiant peritiores.

Pag. 82. a. l. 11. col. 2. Quod ait vir eruditissimus Tillemontius, videri in verbis vitii aliquid inesse, de eo mihi cum illo non omnino convenit. Aio igitur Basilius cum locupletissimis auctoribus Gregorio, Ephraemo & Gaudencio, qui traditos igni fuisse martyres jam mortuos dicunt, conciliari satis commode posse. Notum est enim, hominem, qui ita graviter aegrotat, ut depositus jam & desperatus sit, haberi pro mortuo, imo etiam saepius mortuum dici. Ex quibus colligitur, sanctos martyres, cum jam animam agerent eo tempore, quo igni traditi sunt, mortuos dici potuisse. Praeterea beati martyres, cum alii aliis essent robustiores, sine dubio non uno & eodem tempore mortui sunt. Fieri ergo potuit, ut cum igni traditi sunt, jam mortui essent debiliores, adhuc vero paululum respirarent valeantiores. Id autem si semel concedatur, indiscriminatum, parte pro toto accepta, aut mortui dici poterunt, aut non mortui.

Ibid. b. l. 11. col. 2. Hic autem locus ita intelligendus est, ut cineres sanctorum martyrum multis in locis dispersi fuisse dicantur.

Pag. 82. e. l. 9. col. 2. Quod hic ait Basilius, unum martyrem adhuc respirasse, cum caeteri jam frigore consumti essent & confecti, id ita intelligi debet, ut hi quidem respirarent, sed citra ullam spem sanitatis recipiendae, ille vero sic, ut vires recuperare posse crederetur. Alioquin enim Basilius pugnantia loqueretur, qui paulo ante dixerit sanctos martyres adhuc respirasse tum, cum traditi sunt igni. Martyr autem ille qui adhuc respirasse dicitur, vocatur in Actis Melito.

Pag. 84. a. l. 11. col. 2. Quod ait hoc loco Basilius, hominem sola in Christum fide justificari, id, nisi explicetur, potest simpliciores in errorem inducere. Notandum igitur, Basilius id sibi in hac oratione proponere, ut ostendat nos in nostris operibus gloriari non posse. Quare hoc dicit: etsi jejunas, etsi stipem erogas, etsi alia id genus recte facis, non propterea justificaberis; sed accedat oportet fides, non quod fides sola sine operibus justificet, sed quod ad justificationem necessario requiratur.

Pag. 103. d. l. 5. col. 2. Sic velim accipias verba Basilius: Ubi Primum de Spiritu sancto dixeris quae non oportet, statim deserit te Spiritus sanctus, quae derelictio facit, ut conficius sis tibi, te contumeliosum fuisse in Spiritum.

Pag. 176. a. l. 1. col. 1. Basilius cum ita scriberet, procul dubio respexit ad aliquem Scripturae locum, exempli causa ad caput 32. Deuteronomii, ubi ita legitur vers. 7. *Interroga patrem suum, & annuntiabit tibi: majores tuos, & dicens tibi*.

Pag. 181. c. l. 3. col. 2. Basilius cum ita invehitur in solitariam vitam, nihil aliud sibi proponit, nisi ut ostendat hoc vivendi genus periculis multis, iisque maximis, obnoxium esse. Hujus interpretationis auctorem habeo Basilius ipsum, qui paulo post ita scripsit:

Pag. 183. e. l. 8. col. 2. Ait Combefsius, videri auctorem e regno caelorum excludere eos, qui non renuntiant omnibus, nec paupertatem evangelicam amplectantur: sed videtur ipse hujus loci sententiam assequutus non fuisse. Non enim auctor univérse ait necesse esse, ut omnes, qui salvi esse volunt, renuntiant omnibus: sed ait dumtaxat, eos qui semel vitam monasticam Professi sunt, omnibus renuntiare debere, si salutem aeternam consequi velint.

Pag. 186. b. l. 3. col. 1. Basilius ultimis suae responsonis verbis rationem reddit, cur permiserit viro, monasterium ingredi invita uxore, & vice versa. Nam, inquit, non raro vidimus partem dissentientem per preces & jejunia adductam tandem fuisse ad assentiendum. Sed si altera pars nunquam consentisset, proculdubio Basilius virum aut mulierem ante professionem e monasterio egredi debere dixisset.

Pag. 191. a. l. 11. col. 2. Salomon his verbis neque inopiam significat neque rerum necessariorum copiam, sed statum quemdam, qui inter egestatem & copiam medius sit, ostendit.

Pag. 218. c. l. 2. col. 1. Combefsius in his verbis deprehendere sibi videtur Stoicam quamdam severitatem. Nam, inquit, peccata magna a parvis non discernuntur: sed omnia ex auctoris sententia magna sunt. Quid autem, quaeso, prohibet omnia peccata dici posse magna, si respiciatur qui offenditur Deus? Sed nec auctor, nec alius quisquam negat aliqua esse, quae parva sunt, si cum gravioribus comparentur.

Pag. 236. c. l. 6. col. 1. Quodnam sit illud confessionis genus, de quo loquitur Basilius, non aperte quidem ex Graecis liquet: sed tamen cum agatur de confessione quae presbytero fit, longe probabilius videtur de Confessione Sacramentali sermonem haberi.

Pag. 245. d. l. 8. col. 2. Arbitror, quicumque simpliciter verum quaerunt, eos mihi facile assensuros omnes, ipsum Christi corpus ex Basilius sententia in Eucharistia contineri, non ejus simplicem figuram.

Pag. 249. a. l. 5. col. 2. Ejus loci haec videtur esse sententia: Apostolus magni faciebat populum Israeliticum, non eo potissimum nomine, quod ex eo originem duceret, sed ob id praecipue, quod populus Israeliticus & electus esset a Deo, & ab eodem multis bonis cumulatus.

Pag. 260. c. l. 3. col. 2. Totum illud Salomonis est, non apostoli Pauli: sed ideo Paulo tribuitur, quod unam quidem sententiae partem sibi sumit Rom. 12. 16. in altera vero, quod ad sensum attinet, a Salomone non recedat.

Pag. 262. e. l. 2. col. 2. Vir eruditissimus Ludovicus ELLIES DUPIN non legerat quae hic a Basilio dicuntur, aut legisse non meminit, cum tom. 2. pag. 590. non obscure dicit tantum virum poenarum aeternitatem non agnovisse.

Pag. 315. a. l. 9. col. 1. Quae hoc loco traditur doctrina ut sanæ theologiae, ita veritati prorsus est contraria; nec satis mirari queo Combefsius, qui, ut ejus verbis utar, eam cum aliis Basilianis conciliare conatur. Certe si ex nulla alia re, at ex perversitate doctrinae tam novae quam Basilio indignae discere ei licebat, orationem ejusmodi Basilio magno tribui nec debere, nec posse.

Pag. 322. a. l. 1. col. 1. Homilia non indigna S. Basilio. Citatur autem ex sensu magis quam ex verbis in Catena ad Proverbia, vers. 4. & 5. cap. 6. BASIL. *Per dormitionem, ignaviam, & ad saniora consilia capessenda tarditatem; per mysticos autem oculos, mentem & intelligentiam; per animam vero, peccatum actu fatiatum significat: aut per somnum & dormitionem immundum cogitatum, impetum nequam, qui primum in animo exoritur: vel animi cæpe ad deteriora propensionem designat. Vult autem sapiens, eum qui virtutibus se propositis incumbit, animi prosperitate valere, supraque adversariorum laqueos fortiter sese efferre, virtutum nimirum alis in altum sublatum.* En Graeca e duobus codicibus regiae Bibliothecae: Βασίλ. Ἰππος, ἢ πρὸς τὸ κρείττον ἀμύλιον. νοστὰ ὄμματι, νοὺς & διάνοια: ὕπνος ἐστὶ λυγρὸς, ἢ κατ' ἐνέργειαν ἀμαρτία. νυσθαγμός δὲ, τὸ πρῶτον ἐν τῇ ψυχῇ συνιστάμενον ἀκαθάρτων φθόνου. ἐπιθυσιάζω ἐστὶν, ἢ πρὸς τὰ χεῖρα ῥοπή. βίμωται διορατικὸς εἶναι τὸ σφῶν, & τοῖς τῶν ἐναντίων ὑπελείπασθαι τὰς αἰτίας τῶν ἀρετῶν πτεροῖς κορυφίζομενος. Hoc est ad verbum; somnus est negligentia circa id quod est praestantius; oculi sub intelligentiam cadentes sunt mens & cogitatio: somnus anima est, peccatum actu commissum; dormitatio autem, primum immundum cogitatum, quod in anima consistit Superdormitatio est, ad deteriora propensio. Vult sapientem perspicacem esse, laqueisque adversariorum transvolare, virtutum alis elevarum. Caeterum post typis mandatam hanc Orationem cum sequenti, venit in manus meas Ecclesiastes Francisci Combefsi, in quo utraque inter Basilianas locum obtinet, latine edita, interprete eodem viro doctissimo.

Pag. 340. a. l. 8. col. 2. Quod hoc loco ait scriptor, id Combefsius gravius ac durius videtur. Sed tamen quod dixit, vere ab eo dici potuit, cum quicumque qui otiose ac inutiliter ad sancta accedit, metuendum quidem iudicium subiturus sit, sed non tale tamen, quale futurum est eorum, qui accedunt in inquinamento carnis ac spiritus. Inter caetera quae Scultetus non vere ex Basilio protulit ad suam falsam opinionem confirmandam, & hic quoque locus invenitur: sed, ut verum fatear, quid eum juvare possit, non video. Imo quae hoc toto loco scripta sunt, vel negligenter legenti videbuntur aptissima ac efficacissima ad catholicum dogma stabiliendum.

Pag. 344. e. l. 12. col. 2. Quod ait scriptor, multa eorum quae in lege sunt, a Moyse scripta fuisse, id non puto omnibus probatum iri: quasi multa quoque essent, quae non scriptisset.

# NOTÆ SELECTÆ FRONTONIS DUCÆI BURDEGALENSIS, SOCIETATIS JESU THEOLOGI.

PAG. 3. a. l. 6. col. 2. *Colocynthido*. ) Errore typographi mendose hic exaratum erat, *calamitudo*, substitutum quod interpretem scripsisse suspicabamur, ut in editione Romana *σαυιλίξερ ἀπ' αὐτῆς πολλῶν ἀγρίων*, Latine redditur, collegis de ea *colocynthidam agrestem*. Pagninus, collegis ex ea *colocynthidas*. Vox Græca, *πολύμη*, & Hebræa *צפנד*. cucurbitas significat, cui affinis altera, 3. Reg. 6. 18. *צפנד*. sculpturas sonat habentes figuras agrestium cucurbitarum, & 3. Reg. 7. 24. *καὶ ἐγλυφε καλαπτοῖς καὶ διακετασμίνα πέπλα*, & sculptis *calaturas*, & *extensas laminas*. Quoniam igitur calaturæ vel sculpturæ illæ figuram habent in morem cucurbitæ vel ovi oblongam, idcirco Hebraice nomen illud sortitæ sunt. *καλαπτοῖς* autem id est sculpturæ a LXX. dicuntur, non cucurbitæ, ut putavit Kircherus in Hebraicis concordantiis, qui sæpe lectorem posset in errorem inducere, nisi admoneretur, ut caute ipsius indice utatur, quod solet frequenter voces Hebræas aliis Græcis perperam intellectis exprimere. Porro Amianti lapidis nomine Diofcorides in hæc verba lib. 5. cap. 105. *Αμιάντος lapis in Cypro nascitur scissili alumini similis, quo utpote flexili telas & vela tantum spectaculi gratia texunt, quæ ignibus inextensa ardent, sed flammis invicta splendoris exsunt*. Ita Mathiolus interpretatur, qui & annotat Plinium lib. 19. c. 2. lini cuiusdam Indici meminisse, quod igne non absumeretur, deceptumque ipsum fuisse vult, quod ex illo Indico lino parari telas putet, quæ ex Amianto contexebantur, de quo idem Plinius lib. 36. cap. 19. *Amiantus alumini similis, nihil igni deperdit*.

Pag. 12. e. l. 10. col. 1. *illustris equorum*. ) Interpres, *illustris Hippotrophi*. Quæ voce nullus apud Latinos est usus. Et in codice Theodosiano titulus de equis Curulibus; *ἵπποτροφῶν* dicebantur, qui Curules illos equos alebant, seu qui in sacris certaminibus vincere cupiebant, ut docet Budæus in Commentariis: profertque locum Isocratis ex oratione de bigis. *Verum ubi ad alendos equos animum adiecit, quod us opulentissimum munus est, sic nemo vilis id præstare queat; non eos tantum, qui cum eo contendebant, sed omnes qui umquam vicerant, superavit*. Demosthenes in Amatoria dicit hoc esse. *Splendidissimum & pulcherrimum genus illud esse certaminis, solisque propositum esse civibus, nec nisi ab optimatibus expati*. Et in orat. pro corona, *magnus ac splendidus sive magnificus æquorum aliorum quidam appellatur*. Merito ergo numerat æquorum aliores inter divites ac potentes.

Pag. 18. a. l. 11. col. 2. *mulierum felicissima*. ) Hæc Julijta passæ est Cæsareæ in Cappadocia 111. Kal. Augusti sive xxx. Julii, ut Græcorum testatur Menologium. In Romano etiam martyrologio hujus Basilii orationis fit mentio.

Pag. 23. e. l. 10. col. 1. *semulque sermones*. ) Prudenter illi amici Job antequam ad illum consolandum os aperirent, animi compatientis affectum glentio suo ductuque testati sunt, Job. 2. 13. *Et sederunt cum eo in terra septem diebus & septem noctibus*. In quem locum Chrysostomus. *Tacerunt, & hoc prudenter fecerunt, eumque veipsa consolati sunt cum sessionis propinquitate, cum suis consillis vestibus; & hæc quidem præclara & amicis digna, atque eorum, qui calamitati compatentur ipsius certa argumenta*. S. Thomas etiam in eundem locum, scribit miseris imprimis esse delectabile sumere æquale experimentum de vera amicitia per certa verissimæque signa nullis etiam verbis adhibitis.

Pag. 32. e. l. 12. col. 1. *instar mulierum*. ) Vitio typographi legebatur prius, *femina ob malitiam interdum lapsitas edunt: tu item tamquam ipsorum belluo sardonyxas*: scripserat enim, opinor, Volaterranus, *ob malitiam*, Cornarius vero, *velut pica morbo infestata pragnans mulieris*. Cum ergo malitiam appellet Plinius, lib. 23. cap. 6. *morbum prægnantium seminarum*, quo laborantes appetunt insolitos cibos, & consuetos fastidiunt, verisimile est operas typographicas vel etiam correctores, malitiam substituisse pro malacia.

Pag. 35. a. l. 7. col. 2. *a materno abere*. ) Confuderat & commiscuerat interpres quæ de hominibus & quæ de brutis dicebantur, *Agnus parvulus sub ulnis matris non erat, Matres alia*, &c. & alii in locis innumeris sententias auctoris truncaverat vel obscuraverat, quas pristinae integritati restitimus, ut editiones antiquiores cum ista conferenti constabit.

Pag. 36. d. l. 11. col. 2. *vel ignem de celo*. ) Interpres, *Ignem denique de celo descendens mortalibus omnes ab eorum scelera jure punire*. Sed ut constaret alludere auctorem ad poënas Sodomitarum, quo tempore *pluit Dominus super Sodomam & Gomorham sulphur & ignem a Domino*, exprimenda fuit ratio de censuræ, & quos peccatores illud supplicium castigaret.

Pag. 38. b. l. 10. col. 1. *impiecat in Dominum*. ) Non ut antea, *in Deum*: quod scilicet Christum Dominum ad supplicium & mortem deposuissent. Narrat historiam Josephus lib. 9. de bello Judaico cap. 8. Porro similem miseriarum famis exaggerationem habes apud S. Joannem Chrysostomum in pænegyrico tractatu in S. Lucianum pag. 600. nostræ editionis Parisiensis in tomo homil. ad Antiochenos.

Pag. 40. a. l. 9. col. 2. *Cum videris*. ) Plus erat in Græcis, quam Latina sonarent, *Quando civitatem videris propter inhabitantes concussam*: sed indicat nonnumquam post terræ motum urbes integras hiatu terræ absorberi, vel domos conquassatas illos opprimere a quibus habitantur. Locus scripturæ proxime sequens est Efaiz 45. 7. *Ego sum, qui fabricavi facem*, & alter non Regum 2. 14. ut annotavit Cornarius,

sed Michæ 1. 12. *Descenderunt mala a Domino*: tertius denum, Amos 3. 6. *Si erit malitia in urbe, quam Dominus non fecit*. Theodoretus hunc locum exponens ait: *Malitiam ultimam vocavit per vulgata usus consuetudine; mala enim vocare solemus & morbos, & supplicia, & mortes immaturas, pestes, bella, atque his similia, non quod, inquit, hæc mala sint, sed quod hominibus tristitiam & luctum advehant*.

Pag. 43. e. l. 2. col. 1. *Gabriel Angelus*. ) Volaterranus ediderat, *Gabriel Angelus a Deo jugiter stetit, Satan item Angelus, ex ordine suo prorsus cecidit*. Quasi hoc vellet Basilius, Gabrielem a partibus Dei stetit, atque adversus Satanam militasse, sicut scriptum est Apocalypsis 12. 7. *Michael & Angelus ejus præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & Angelus ejus, & projectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanas*. Immo declarat Gabrielem unum esse ex illis, qui Deo temper assunt, ut ipse de se ait Lucæ 1. 19. *Ego sum Gabriel, qui adsto ante Deum, & missus sum loqui ad te*, & Tobie 12. 15. *Ego sum Raphael unus ex septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt*.

Pag. 44. d. l. 11. col. 1. *Satanas erat quidem*. ) Citatur locus ex lib. 3. Regum cap. 11. 14. nonnihil immutatus: sic enim ibi legitur: *Et suscitavit Dominus Satan Salomoni Adad Idumaum*. Vulgata Latina, *Suscitavit Dominus adversarium Salomoni Adad Idumaum de summa Regio, qui erat in Edom*, non ut ait Basilius, regem Syrorum: longe quippe Idumæa distat a Syria, neque *βασιλεύς Σιρων* dicitur, sed *ἐκ τῆς αὐτοκρατορίας βασιλείας ἐν Ἰδουμαίᾳ*, ex summa regni in dumæa. *ἡγετὴς βασιλείας ἐν Ἰδουμαίᾳ*, & regnavit in terra Edom. Sed ibidem fit mentio alterius adversarii Salomonis, qui dicitur Damascum occupasse, quæ est in Syria, ibique regnasse, unde occasio erroris lapsusque memoriæ data est Basilio: *Et suscitavit Dominus Salomoni Satan Razron filium Elidece Baramath, & Adradexer, Regem Suba dominum ejus, & preoccupavit Damascum, & regnavit in Damasco*. In quem locum Theodoretus in questionibus in lib. 3. Reg. *Quemnam dicit Satan? apostatam, seu desertorem, repugnantem adversarium*. Vulgata Latina auctor adversarium hoc loco ex Hebræo vertit, ubi Septuaginta vocem Hebræam retinuerunt; at lib. 3. 5. 4. contra vulgata habet, *& non est Satan, neque occursum malus*, ubi LXX. *Non est insidiator, & non est congressus malus*.

Pag. 54. e. l. 10. col. 2. *creavit me initium*. ) Proverbior. 8. 22. in vulgata Latina scriptum est, *Dominus creavit me in initio viarum suarum*: propterea interpres ediderat, *Dominus creavit me initio viarum suarum, de ea sapientia dicit, que mundo innovavit*. Et paulo post, *se factam esse, & non sponte capisse proclamas: tanta videlicet sapientia iis que facta sunt competis*. Dixerunt ergo LXX. *ἀρχὴν* non *ἐν ἀρχῇ*, sicut & Symmachus *ἀρχὴν δίδων αὐτῷ πρὸ τῆς ἐργασίας αὐτοῦ, principium viarum suarum ante opificium suum*. Ambrosius lib. 3. c. 4. de Fide, *Dominus creavit me principium viarum suarum in opera sua*, & exponens locum jungit cum altero Joan. 8. *Principium qui loquor vobis*. & S. Athanasius 3. contra Arianos de Christo item exponens. *Via creatur nova creature principium, ne ulterius secundum primam illam viam homo vivat*. Neque vero dixit Basilius sapientiam mundo innovasse, vel iis que facta sunt competere, sed que in mundo ac rebus creatis relucet & apparet. Nam ut eruditissimus Janfenius in Commentario docet, Salomon hic de sapientia Dei increata loquitur, quæ toti competit Trinitati, & variis modis homines invitat; vel potius de sapientia in genere, ut & Deo competit, & per Dei donum hominibus, quæ Deum homines cognoscunt & pie colunt: quia illius prioris est participatio quædam ab illa defluens juxta hominum capacitatem.

Pag. 55. e. l. 1. col. 1. *Non idcirco tamem*. ) Novam hic periodum inchoat interpres, cum ab initio præcedentis ad huc penderet sententia, ac per parenthesis insertum illud esset de Moyse disciplinis Egyptiorum imbuto Act. 7. 22. *Non ideo quod omni sane doctrina imbutus fueris, sed utilis tantum, ad salutem idonea recte vocabitur disciplina instructus*. Imo id vult Basilius, quandoquidem scientiarum & artium perceptio disciplina etiam dicitur; unde in Actis dicitur Moyse disciplina, hoc est, artibus Egyptiorum eruditus, non parum hoc quoque conferre ad salutem: tum subjicit eorum exempla, qui doctrinis Geometriæ & Astrologiæ non satis utilis ad salutem non profecerunt. De inventione Geometriæ Strabo lib. 17. *Atque hinc ab Egyptiis Geometriam credunt inventam fuisse, quemadmodum computandi scientiam & Arithmeticam a Phœnicibus propter mercaturas*; quod scilicet diligenti opus esset locorum divisione in Egypto, propter continuas finium confusiones, quas Nilus auctus efficiebat. Cicero lib. 1. de Divinatione, *in Syria Chaldaei cognitione astrorum solertique ingeniorum antecellunt*. & paulo post: *Etenim Egyptii aut Babylonii in camporum patentium æquoribus habitantes, cum ex terra nihil emineret, quod contemplationi cæli officina posset, omnem curam in siderum cognitione posuerunt*. Plinius lib. 7. c. 59. *Astrologiam invenit Atlas Lybie filius, ut alii Egyptii, ut alii Assyrii*. Josephus lib. 1. cap. 8. Antiquitatum Judaicarum citat Berofum Historicum hæc de Abrahamo tradentem: *Post diluivium autem decima ætate apud Chaldaeos erat quidam justitie tutor vir magnus, & sideralis scientia peritus*. Clemens Alexandrinus utrique nationi hoc acceperunt fert 1. Strom. *Primi itaque Egyptii Astrologiam hominibus insulere, Similiter autem & Chaldaei*.

Pag. 64. a. l. 9. col. 2. ) *Ælianus lib. 3. de animalibus c. 16. pluribus astutiam perdicis exponit, quam ex Aristotele didicit lib. 9. Historiæ animalium. Cum ad nidum quis venando accesserit, provolvit sese perdidit ante pedas venantis, quasi jam possit capi, atque ita allicit ad se capiendam hominem, eosque dum pulli effugiant, tum ipsa avolat & revocat prolem.* Eadem latine scidit Plinius lib. 10. cap. 33. qui tamen in eo differt a ceteris, quod dicat ad extremum in sulco resupinam globa se torrens pedibus apprehensa operire, non volentem se proripere. Inde fictum Aristophani verbum in Avibus *ἐκπερικλιζέειν, astute elabi ac periculum vitare.* Idem confirmari nostrorum temporum experientia, tam in Græcia quam in Gallia, tradit Petrus Belloanus lib. 5. de Avibus cap. 14. Quod vero subjungit Basilius de athleta conscripto, confirmat observationem clarissimi viri Petri Fabri Sanjoriani Tolosane Curie Præsidis lib. 3. Agonistici cap. 16. qui docet Olympiæ album agonistarum fuisse propositum, quemadmodum gladiatorum ad pugnam designatorum Romæ, colligitque ex hoc Dionis apud Xiphilinum loco in Pseudantonino de Aurelio Ellice: *Cui cum inviderent Elsi, ne foret, quod dici solet, octavus ab Hercule, neminem ad lucram advocaverunt, quamvis in albo id genus certaminis adscriptissimus.* De professione nominis atque in album descriptione illorum, qui gymniciis agonibus decertaturi erant, profert locum Aristidis orat. 1. *In gymniciis videtur certaminibus non eos quicumque primi nomen dederint, victoriam reportare, verum qui id, ad quod nomen dederint, optime factis comprobaverint.* Sic & apud Lucilium Epigrammate 1. lib. 2. Antholog.

*Εἰ τ' ἀπογυμνάσιος πύκτις ἀπολάκε πάντα.*  
Hic in pugilum sabulas rotatus amissit omnia.

Pag. 74. d. l. 5. col. 1. in *Barlaam martyrem.* in Martyrologio Rom. ad diem 19. Novembris legimus, *Cæsarea Cappadociae sancti Barlaam martyris, qui aggressus licet & rudis, Christi sapientia munus tyrannum vicis, & ignominiosum fidei constantia superavit: in cuius die natali sanctus Basilius magnus celebrem habuit orationem.* In eum locum scribeas illustrissimus Card. Baronius admonet agere Græcos de hoc martyre in Megolico ad xvi. Kal. Decembris sive 16. Novembris, quod convenit cum manuscripto regio, & cum excusio latino in hæc verba: *Natalis sancti Martyris Barlaam ex Antiochia, quem beatus Chrysostomus encomiis honoravit. Hic propter Christi confessionem ex carcere iudici oblatas nervis caditur, & exstirpatis ungibus ad avam ductus aperta manu carpones cum shure accepit.* In Horologio tamen Græcorum, cui Monologium breve insertum est, non 16. Novembris, sed 19. ut in Romano Martyrologio festivitas ejus & commemoratio notatur. *ἡ τῆ ἀγίου μαρτύρου Βαρλαάμ καὶ τῆ ἀγίου προφῆτι Αβδίου, ἀλλοθίου.*

Pag. 77. b. l. 5. col. 1. *Sidoniam.* ) Non ut antea *Sidoniam*: nam Sidoniam nomine Jesebelem reginam intelligit Jethabaal filiam βασιλίδος Σιδωνίων, Regis Sidoniorum, quam cum duxisset in uxorem Achaa Rex Israelis, ivit & servivit Baal, & adoravit eum, & statuit altare in domo offensivum, quam edificavit in Samaria. 3. Reg. 16. 31. Alioqui memoria lapsus fuerit Basilius; non enim paganorum, sed Israelitarum impietas Helix Prophetæ dolore inurebat.

Ibid. e. l. 12. col. 2. *extendatur in rota.* ) Volaterranus, *corpore rotis scindatur, in equuleis suspendatur.* Olim in rota extensis torquebantur rei, cum de criminibus quaestiones haberentur. Sulpas idcirco dixit, *ab rota, quod instrumentum est ad torquendum apicum, in quo corpora extenduntur, unde Aristophanes: In rota autem trahatur verberibus casus; in quem locum Scholiastes; Etenim servus, cum peccasset, vincis & trahit in rota cedebatur.* Plutarchus Torque & execrucia scelerum, affertur rota, extenditur homo: *dissipati sunt omnes miserum illum rota alligatum relinquentes.* Apulejus lib. 3. *Nec mora cum ritu Græcensibus ignis & rota, cum omne flagrorum genus infernatur.* Adhibebatur & in suppliciiis martyrum a magistratibus rota. Joan. Chrysost. sermone de S. Luciano martyre pag. 600. *neque batathro effuso, neque rota parata, neque cum in equuleum sustulisset.* Nicephorus lib. 7. histor. capit. 14. narrat S. Pantelemonem depugnasse cum ferro secante, plumbo fervente, & rota membra comminuate, atque in equore maris innatantem lapidem molarem traxisse. Ex his locis apparet supplicium illud quod Francisco I. regnante, in grassatores institutum est, ut fractis membris semianimes in altum elatis rotis supini imponantur, ab rota illa veterum, cui homines alligati torquebantur, ac distendebantur, longe dissimilimum esse, ut observat Jac. Cujacius lib. 3. cap. 28. observationum.

Pag. 78. e. l. ult. col. 1. *luctuosum diabolo.* ) Distinguendi sunt dæmones a diabolo, ut a duce milites; at interpres tantum scripserat hoc loco: *quod & Angeli & homines verobantur, dæmones vero perhorrebant.* Non igitur unum aliquem de plebe dæmonum, sed ipsorum principem intellige, qui in terra relicti sunt ut homines exerceret, ut docet Lactantius lib. 7. divinar. Institut. cap. 24. Matth. 26. ver. 23. *Qui paratus est diabolo & angelis ejus.* Hunc etiam locum citat Joan. Damascenus orat. 1. de imaginibus, ubi martyria sanctorum dicuntur Angelis & rebus omnibus procreatis admiranda, diabolo autem acerba & dæmonibus formidolosa.

Pag. 80. d. l. 11. col. 1. *apud Imperatores.* ) Plures commemorat, non unum ut Volaterranus, *in tantam quoque Imperatores dignationem venerunt, ut ob bellorum experientiam & animi fortitudinem primas apud eum obtinerent.* Porro martyrium passi sunt hi Sancti apud Sebasten Armeniæ urbem, tempore Licinii Imperatoris, sub Agricola Præside, ut legitur in Martyrologio Romano, mensis Martii nono die, & confertur illorum obitus ab illustrissimo Annalium Ecclesiasticorum auctore Baronio tom. 3. in annum Constantini magni undecimum, Christi vero CCCXVI. unde suspicari licet his verbis Constantinum & Licinium designari.

Ibid. c. l. 3. col. 2. *nomina abjicientes.* ) Interpres, *nobilitatis generalis ac dignitatis propriae oblii.* Atqui sequitur paulo post: *Non enim salem & salem, sed Christianos.* hoc est, eum rogarentur singuli, quo nomine vocarentur, respon-

debant se esse Christianos. Primus ex illis, exempli causa, nomine Domitianus apud Simsonem Metaphrasten, Christianum se esse dixit, non se Domitianum vocari. Simile illud apud Chrysostom. in illa ipsa homilia de S. Luciano pag. 602. *Quanam ex patria ortus es? Christianus sum, ait. Quam arsem profiteris? Christianus sum. Quibus majoribus? Ille vero ad omnia dicebat: Christianus sum.*

Pag. 82. a. l. 4. col. 1. *quadragesima coronemur.* ) Interpres, *sociodem, Domine, coronas tribus.* Atqui non petunt a Deo, ut dentur coronæ, sed ut omnes ita se gerant, ut coronari mereantur. Ita legitur hæc sententia in lectione quarta Brevariarii Romani 9. Martii: *Quadragesima in stadium ingressi sumus: quadragesima item, Domine, corona dememur.*

Pag. 88. e. l. 2. col. 2. *coronis ornare.* ) Interpres, *si quidem capitis suis coronas aptarent.* Cornarius, *si sane capite ornari velint.* Cæterum de lege pudicitæ & continentiæ athletis præscripta præter testimonium Apostoli 1. Corinth. 9. 25. *Omnia autem, qui agone contendit, ab omnibus se abstinere.* habes apud Chrysostomum pag. 521. *Iis enim qui decertant, tempore decertationis non licet inebriari, neque scortari, ne vires dissolvant.* Tertullianus ad martyres cap. 3. *Nempe enim & athleta segregantur ad strictiorem disciplinam, ut robori edificando vacent: continentur a luxuria, a cibis lætioribus, a potu jucundiore.* Clemens Alexandrinus lib. 3. Strom. pag. 192. *Alius autem athletas quoque non paucos abstinere a Venere propter exercitationem corporis continentes, quemadmodum Crotyliam Asylum & Crisjonom Himeram. Quinesiam Amabeus citharædus, cum recens duxisset uxorem, a sponsa abstinuit, Horatius in arte poet.*

*Qui fudet optatam cursu contingere metam, Abstinet Venere & vino.*  
Vide Ælianus lib. 11. de varia historia cap. 3. & alios auctores, quos citat hunc locum Basilius pluribus illustrans yri clari. Petrus Faber lib. 3. cap. 4. Agonistici.

Ibid. e. l. 7. col. 1. *his exereis.* ) Interpres, *Si gloria pulchritudinis visa hujus, quam tamopere laudamus, illita nobis permanens sit, nisi prius purgati, sacras & arcanas Scripturae disciplinae non facile attingemus.* Notum est plerumque Patres Gentilium eruditionem externas disciplinas appellare, ut Chrysostomus ait homil. 1. ad Antiochenos pag. 3. *Externæ vero doctrina multas jactans nugas.* & lib. 5. de Sacerdotio pag. 88. *Qui eloquentia studium excolunt, in pretio habentur, non apud externos tantum, sed etiam apud Christiana Fidei domesticos.* Clemens Alexandrinus 1. Stromatum exponit illud mentum Sapientis, *Ne multum sis apud alienam,* de Gentilium disciplinis. *Licet ergo ei, qui disciplinis prius est institutus, venire ad sapientiam, qua vel maxime principatum obtinet, a qua augetur genus Israeliticum.* Hieronymus epist. 84. ad Magnam Oratorem Romanum, *Quid ergo mirum si ego sapientiam secularem propter eloqui venustatem & membrarum pulchritudinem de ancilla atque captiva Israelitidem facere cupio?* Videndus de hoc argumento Augustinus lib. 2. de Doctrina christiana cap. 40. Eusebius Historiarum ecclesiast. lib. 6. c. 18. & Nicephorus Historiarum ecclesiast. lib. 10. cap. 26.

Pag. 311. d. l. 3. col. 1. *carne illam Dei.* ) Emendavimus locum erroris typographorum immutatum, quam interpretis culpa: *Deiparam illam constituere carnem oportebat.* Fortasse interpretatus erat, *Deiferam constituere.* Non quod ignota fuerit Basilio vox *Deipara*, qua usus est postea in hac eadem homilia: usi sunt & alii Patres Ephesino Concilio antiquiores, ut Athanasius lib. 4. contra Arianos, pag. 273. quem locum adscribam, quoniam vox *Deipara* ab interprete omisa est, *ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἔχοντες ἐκ καρδίας τῆς θεοῦ Μαρία ἀνθρώπος γίγνεται. Postea autem propter nos assumpta carne ex Maria virgo Deipara hominem esse factum. Deiparā autem Deiferam dixit carnem Christi, quemadmodum & in libro ad Amphilochoium de Spiritu sancto, & in Plal. 59. quæ duo loca citantur a Theodoro in reprehensione anathematismi 5. pag. 558. tom. 1. Concilior. edit. Roman. Cyrillus autem in responsione docet Christum esse Deum simul & hominem, non tantum Deiferum hominem, *ὁ ὁμοῦς γὰρ ἔστι θεοῦ θεοῦ ὡς ὁ πατὴρ, τὸ ὄντως καὶ ἡμῶς τοῦ ἐνανθῶπι ἔχοντος διὰ τὸ ἀγίου ἐνανθρώπων τὸν τῶν ὁμῶν θεόν. Hominem enim Deiferum cum es se dicit, ut videatur similis nobis qui per sanctum Spiritum Deum omnium habemus in nobis habitantem.* Athanasius serm. de Deipara pag. 818. *λέγομεν ὅτι ἡ θεοφόρος ἀνθρώπος ἐστὶν ὁ Χριστός, ἀλλὰ σαρκοφόρος θεός. Non Deiferum hominem esse Christum asserimus, sed Deum carniferum.* Damnatur in Concilio Ephesino anathematismo 5. hæc vox, *Deipara, Deifer,* tamquam propria Nestorianorum, quia per illam denominative tantum prædicatur Deus de homine, & significatur supponi hominem constitutum & subsistentem, qui in se ferat Deum, unde indicat distinctionem suppositorum & unionem accidentalem, ut docet Suares in 3. partem Quæst. 16. art. 1. sect. 3.*

Ibid. d. l. 11. col. 1. *Mariae virginitas.* ) Vox *καρθρία* deest in duobus mss. codicibus, & poterit locus esse carere, si Deum voluisse intelligamus ut diabolum lateret incarnationis mysterium. Nam & ita loquutus est Hieronymus in 1. Matthæi. *Marye Ignatius etiam quædam addidit causam, cur a desponsata conceptus sit, ut partus, inquit, ejus celaretur diabolo, dum eum putat non de virgine, sed de uxore generatum.* Quamquam & eodem res revolvitur, cum ad celandum præcipue virginitatem id factum videri possit, ne scilicet ex eo Christum promissum venisse agnosceret, quod ex virgine prodiret. Cum ergo sit ea vox in utraque Basiliensi editione, retineri potest, & simul observabitur illum ex antiquis Patribus qui hic citatur, Ignatium Antiochenum videri ab Hieronymo citatum ex epistola forsitan aliqua quæ non exstat: in iis quæ supersunt legimus ad Philippenes eum scripsisse adversus diabolum differentem. *Multa se latuerunt, Mariae virginitas, & admirandus ille partus.* & in epist. ad Hieronem diaconum: *Admirandus ille partus Domini ex sola Virgine: non quod desestanda sit legitima commixtio, sed quod ejusmodi partus deceret Deum. Deceret enim creatorem, non conjuncto, sed peregrino & admirando uti partu, utpote creatorem.*

Pag. 312. b. l. 3. col. 1. *didrachma.* ) Non ut interpres volebat,

lebat, *drachmas quinque*. Sic enim scriptum Deuterom. 22. 29. *quinquaginta didrachma argenti*. Vulgata Latina, *quinquaginta siclos argenti*. Hebraice ad verbum *quinquaginta argenteos*: nam **קד** id sonat, quod Genesis 20. 16. *didrachmus*, & Judicum 2. 17. *ἀργύριον*, *argentum* Septuaginta verterunt, & Numerorum 7. 85. *σίκλος*, *siclus*. quemadmodum vice versa **קד** Exodi 30. 24. interpretati sunt *σίκλος*. & Genes. 23. 15. *διδραχμῶν*. Atqui siclus Hebræum pondus æquasse quatuor drachmarum certum est, quomodo ergo didrachmus a LXX. appellatur? Josephus lib. 3. Antiquit. cap. 9. *ὁ δὲ σίκλος ἑξήμισια ἑβραίων ἢ Ἀττικῆς δέχεται δραχμᾶς τέσσαρας*. Gelenius vertit, *Siclus autem æquum genus est apud Hebræos, quales sunt tetradrachmi Attici*. Rufinus autem, *Hebræorum numisma quatuor drachmas Atticas habens*. Præterea Hieronymus in cap. 32. ver. 2. Jeremiæ, *Appendi ei stateres septem & decem argenteos*, exponit, *id est decem & septem siclos: siclus autem viginti obolos habet*. & quod Septuaginta dixerunt 1. Regum 13. 21. *τρῆς σίκλοι εἰς τὸν ὄβολον, tres sicli in decem*. Symmachus expressit, *τρῆς στατήρες, tres stateres*. At ex Budæo constat lib. 4. de asse, *staterem fuisse argenteum pondere drachmarum quatuor, quem & Hebræi siclum vocabant: sed quoniam ut idem Budæus testatur lib. 3. Atticus aureus, qui statera Græcis etiam appellatur, pondere didrachmus erat, ut auctor est Pollux lib. 4. de rerum vocabulis δὲ χρυσὸς στατήρ δὺς ἀντὶ δραχμῆς Ἀττικῆς; inde fortasse arbitratum factum esse, ut Septuaginta pro siclo vel argenteo didrachmum dixerint, vel pro statere, licet argenteus stater non duarum esset drachmarum, sed quatuor. Alij causam diversam suspicantur, quod nimirum libra Alexandrina dupla esset ad Atticam, ac proinde LXX. quod in gratiam Ptolemæi Regis Ægypti interpretarentur, didrachma siclos appellasse, qui revera quatuor drachmarum Atticarum pondus æquarent.*

Ibid. c. l. 2. col. 1. *assimilatio* hoc. Imo, *verumtamen quoniam eorum qui Christum amant, aures ferre non possunt, quod Dei Genitrix desiderat esse virgo*. Paulo post editioni Basiliensi addidimus ex Augustana τὸ δὴ μὲν οὐκ ἐπιμένει. Perpetuitatem indicat. Porro ad fidem pertinere beatissimam Dei Genitricem virginem in partu fuisse & post partum, constat ex Concilio œcumenico Constantinopolitano consult. 8. can. 6. ubi *ἀναπαύειν, semper virgo appellatur, & a Tarasio Patriarcha in Epistola ad summos sacerdotes in 7. Synodo & Concilio I. Lateranensi consultat. 5. can. 3. & ex eo quod tamquam hæretici damnati sint, qui id negabant, Antidicomariani apud Epiphanium hæresi 78. & Helvidiani apud Augustinum de hæresibus c. 84. Quod vero hic ait Basilius nihil doctrinæ pietatis officere si non negasse nuptialia opera viro beatam Virginem quis suspicetur, non hoc dicit, quasi liberum sit utrumvis opinari, sed id nihil referre ad mysterium ab Isaia predictum, de quo agebat, & ita ad illius explicationem non anxie conjungendam esse virginem post partum. Porro absolute ad fidem & pietatem id pertinere manifeste indicavit proxime sequentibus verbis, cum subiunxit hoc fidelium aures ferre non posse: ita locum hunc tuetur R. P. Gabriel Vasq. in 3. p. S. Thomæ disputat. 121. c. 6. & P. Canisius lib. 2. cap. 10. de Maria Deipara.*

Ibid. c. l. 3. col. 1. *Zacharia*. Eandem narrat historiam frater ejus Gregorius Nyssenus homil. de Christi natiuitate p. 777. Hic igitur prophetica spiritu ad occultorum cognitionem ductus, cum virginem in partu incorruptam non ignoraret, in templo inuictam matrem a loco virginibus per legem assignato non remouit. Idem apud Origenem tract. 20. in Matth. & apud Cyrillum aduersus Anthropomorphitas legitur. At S. Hieronymus in 23. Matth. non admodum fide dignam esse innuit. *Alii Zachariam patrem Joannis intelligi volunt ex quibusdam apocryphorum somniis approbantes, quod propterea occisus sit, quia Saluatoris predicauerit aduentum: hoc quia de Scripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua proferatur*. Idem censent Euthymius & Theophylactus in Matth. Petrus etiam Alexandrinus aliam occasionem proferit necis Zachariæ in Epistola canonica. *Mittens Herodes interfecit omnes infantes qui erant in Bethleem: cum quibus & alium prius natum infantem cum interfeciturus quæsiisset, & non inuenisset, patrem ejus Zachariam interfecit inter templum & altare, cum effugisset filius cum matre Elisabeth.*

Pag. 104. c. l. 4. col. 1. *Dæmonum*. Hexameter versus est, quem Desid. Erasmus in proverbio *Arena superat*, exprimit hoc latino, *Measura est pelagi, & numerus mihi notus arena: sed cum addit hoc oraçulo Dei sapientiam ineffabilem comprehendendi, non videtur meminisse demonis hanc vocem fuisse a Pythia emissam, ut scribit Herodorus lib. 1. ἐν δὲ Δελφοῖσι ἡ Πυθίη ἐν ἐξαιμίῳ τῶν χιτῶν πάλαι τὸ οὐδὲν ἔχειν τὸ ἀριθμῶν. Hæc Apollo Lydis a Cramo missis respondit. Scripsit tamen Archimedes librum de numero arenæ maris, de quo Clavius postea in Commentariis in Spheram.*

Pag. 314. b. l. 12. col. 2. *Excusat se*. His germana sunt illa Gregorii Nysseni Basili germani fratris ex homilia de poenitentia, *Qui cum expectatus rem egre ferret, reprehenditur, quod cum ipse virgultum exaruisse indignetur, nolis Deum propinquo tanta civitatis interitu commoveri*. Tum illa Chrysofomi homil. 3. de incomprehensi Dei natura pag. 364. *Deum quoque dicentem audi, quam populo cum benevolentia invocante placetur, & parcat. Quippe qui se excusans apud Ionam Prophetam fructibus argumento cucurbitæ verba ad hunc modum faciat: Tu quidem pepercisti, &c.*

Pag. 316. a. l. 3. col. 1. *Dignitates*. Sic Ambrosius in Lucam lib. 6. c. 9. hunc locum Matthæi exponit. *Petra est Christus: etiam discipula suo huius vocabuli gratiam non negavit, ut & ipse sit Petrus, quod de Petra habeat soliditatem constantiæ, fidei firmitatem*. Paulinus epist. 4. ad Severum: *Petra est Christus, sed etiam discipula suo huius vocabuli gratiam non negavit, cui ait, super hanc petram, &c.* Leo serm. 2. de Assumptione, *Ut dum petra dicitur, dum regna celorum janitor constituitur, qualis ipsi cum Christo esset societas, per ipsa appellationum mysteria noscatur*. Cyrill. lib. 2. in Joan. c. 12. *Nomen autem illi mutans altero vice ipsi rei respondens illum appellavit: siquidem super ipsum erat ipsam ecclesiam fundaturus.*

Inter libros a S. Basilio conscriptos asceticum numerat Sanct. Hieronymus in catalogo, ejusque socius olim & amicus, post æmulus & obtrectator Rufinus cum latinitate donavit, quamquam in compendium redactum. Exstat enim editus Coloniæ Agrippinæ una cum regula S. Benedicti volumen de institutis monachorum, in cujus præfatione se rogatum ab Ursatio narrat Rufinus, ut monachorum Orientis instituta exponeret, sancti Basili Cappadociæ Episcopi librum ejus responsa complexum, quibus monachorum quæstionibus satisfacere Latine vertisse, ut occidua partis monachis innotesceret. Sozomenus etiam lib. 3. cap. 13. testatur suo tempore librum quemdam ἀσκητικὸν dictum, id est de vita ac disciplina monastica Basilio magno Cappadoci attributum fuisse, tametsi quosdam dicat constanter affirmare Eustathium Sebastium in Armenia Episcopum ejus auctorem fuisse, quod repetit etiam Nicephorus lib. 9. cap. 16. historię Ecclesiasticę, & lib. 13. cap. 29. sed quam alienus esset ab ea probitate, quæ in istis regulis elucet, ex epistola Basili ipsius 74. & 82. edit. Paris. an. 1618. cognosci potest: illud quidem certe iudicium de auctore asceticorum posteriora sæcula minime sequuta sunt, cum Basilio potius tribuantur, ut a Justiniano Imperatore in Tractatu pro Synodo V. œcumenica pag. 651. edit. Rom. tom. 2. Concilior. Βασίλειον ἐκ τῶ κανονικῶν αὐτῶ βιβλίου. Εἰ ὅπου μὲν λέγει δαήμεται πολλά. quæ reperiuntur in reg. breviori 267. & a Photio in Bibliotheca numero CXLIV. pag. 169. edit. Augustanæ: *Legimus & Ascetica Basili, hoc est monastica vita præceptiones, ex quarum quidem præcepto, qui vixerit, celesti regno aliquando potitur*. & numero CXCI. pag. 255. *Legimus Basili Episcopi Cæsariæ Cappadociæ, qui vocatur Asceticorum, libros duos. Utile sane hoc opus, si quod aliud, pietatis studiosis, quique eterna bona conseruantur: maxime vero iis, qui in monasteriis ad pietatem veram exerceantur*. Tum addit hunc librum variarum quæstionum e Scriptura breviarium continere, atque his additas solutiones & explanationes; ita plane ut in hoc opere cernuntur, quod olim excerptum fuit ex duobus vetustissimis exemplaribus ex Ponto ac ex Cappadocia allatis, ut annotatum est in editione Veneta ann. 1535. fol. 92. quæ quia græce prætermissa est admonitio in Basiliensi anni 1551. propterea nunc a nobis subijcietur: interpretationem habes pag. 644. Parisiensis editionis an. 1618. *χρόλιον*. Εγγράφον ἢ βιβλίον πρὸς τὸ παλαιότερον ἀντίγραφον τὸ κομισθέν ἀπὸ τῶ Πόντου ἐκ τῶν τόπων ἐκείνων, ἐν οἷς ὁ μέγας Βασίλειος τὸν μοναστικὸν βίβλον ἠέκησεν ἀνεργάσθη δὲ καὶ πρὸς τὸ αὐτὸ Κωνσταντίνου καὶ εὐρυδείας ἐν τῷ πτωχεύει τῷ ὑπ' αὐτῶ οἰκοδομηθέντι ἐπὶ τῆς νῦν καλυμμένης Βασιλειᾶδος. Ταῦτα τὰ κ' κεφάλαια, καὶ τὰ ἐπιτίμια ἐκ τῆς βιβλίου τῆς ἀπὸ Κωνσταντίνου προσεβλήθησαν.

Pag. 77. d. l. 2. col. 2. *vulnerata*. Delevimus, quæ præmittentur antea ab interprete, *Ego amore languens, quæ sunt verba vulgata latinæ, quibus effert illa græca LXX. quæ sequuntur. Quia vulnerata caritatis ego sum*. Symmachus vertit etiam *vulnerata philtro*. Rufini etiam vetus interpretatio tantum habuit cap. 1. de institutis monachorum, *Quoniam vulnerata caritatis ego sum*. Paulo post, e. l. 9. sustulimus mendum, quod ex vulgata quoque Psalmi 41. 3. sublatum in nupera Romana correctione, *ad Deum fontem, pro fontem, ἰχθυὸν ζῶντα*. Apud Rufinum tamen in manuscripto codice Puteanorum fratrum legebatur tantum *ad Deum vivum*, non ut in excuso *ad Deum fontem*, quemadmodum & in textu LXX. editionis nupere Romanæ est tantum *ἰχθυὸν ζῶντα*, & suspicatur Flaminius Nobilius illud *ἰχθυὸν* esse Aquilæ: quod in Hebræo sit **יח** quam vocem S. Hieronymus ait ab Aquila verti *ἰχθυὸν*. Ego tamen illi non assentior, neque eum probable est LXX. vocem illam **יח** absque interpretatione omisisse, imo ipsos quoque scimus eandem græca dictione *ἰχθυὸν* exprimerere solere, ut Job 37. 5. *Βροντῆσαι δὲ ἰχθυὸν ἐν ὧντι αὐτῷ θαυμασιᾶ. Tonitrua ades fortis in voce sua mirabilis*. & Esaiæ 44. 10. *τίς πλάσσει ἰχθυὸν: καὶ γλυπτὸν χυθῶνα: Quis fingit fontem, & sculpit constellabis?* S. Hieronymus etiam ex hebræo dixit, *Sisivi anima mea ad Deum fontem vivum*.

Pag. 188. c. l. 13. col. 2. *Cordis læti*. Proverbior. 15. 13. in Vulgata Latina sic habet, sed e græco LXX. interpret Origenis homil. 4. in Canticum, vertit, *Cordis læti facies florat*. Paulo post simili lapsu interpret ex Vulgata locum illum Ecclesiasticum 2. 2. excerptit, *Risum respexi errorem*, cum ad verbum vertendum fuisset, *Risui dixi errorem*. Cornarius, *Risum dixi errorem*. Rufinus, *Risum dixi amensiam*: quasi legisset *παρρησιᾶν*, non *περιφροσύνην*, quæ proprie circumlationem significat & hallucinationem atque errorem, ut notat Budæus in Commentariis, quod convenit cum verbo *περιφροσύνη*, quod huc & illuc ferri & errare sonat. Gregorius Thaumaturgus in paraphrasî, *καὶ γέλωτα μὲν εὐφροσύνην ἐπιφέρει. Et risum quidem qui removere feratur, cobibetur*. Citatur a Damasceno hic locus Basili lib. 2. cap. 70. Parallelor.

Pag. 191. e. l. 9. col. 2. *Si mundani*. Intelligit eos qui religiosam vitam amplexi non sunt, quos sæculares & mundanos Christiani vocant. Chrysofomus hom. 21. in Genes. pag. 240. *Mundanus sum, uxorem habeo, & liberorum curam gero*. Mundanum se dicebat Socrates, ut ait Cicero 5. Tusculana. Socrates cum rogaretur curatum se esse diceret, *mundanum inquit: totius enim mundi se incolam & civem arbitrabatur*. Diogenes Laertius tale quid de Cynico Diogene refert, qui curas esset interrogatus, respondit se esse *κοσμοπολίτην, mundi civem*.

Pag. 197. c. l. 10. col. 1. *ne studium*. Dilucidior est Cornarii versio, *ne tractandi operis studium propter mandatum Domini nostri Jesu Christi institutum impediatur*. Intelligit enim opus monachorum, a quo plures avocari non debent, & mandatum Domini appellat, quod dicat Apostolus Actor. 20. 39. *Quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Jesu, Beatius est dare, quam accipere*.

Pag. 201. e. l. 11. col. 1. *a visis libera*. Volaterranus e græco ad verbum, *sine phantasia quiescere docet*. Cornarius, *& ab imaginationibus libera nobis requies contingat*. Philonæ lib.

lib. de mundo, viso & impressio est in anima, interprete Budo. Basilii intelligit visa sive spectra, quibus dormientibus nobis illud dæmon, quæ phantasmata dicuntur in hymno vespertino, qui S. Ambrosio tribuitur: Procul recedant somnia, Et noctium phantasmata; Hostemque nostrum comprimam, Ne polluantur corpora. Cæterum hic observa Latinam etiam Ecclesiam Psalmum 90. in Completorio recitare, Qui habitas in adjutorio Altissimi, una cum Græca.

Pag. 202. d. l. 4. col. 1. que in locis. ) Interpres vertit, que ad sepulchra sanctorum martyrum celebrari solite sunt; & rursus, ad martyrum conditoria. Volat. que in martyrum memoriis habentur. Cornarius que in locis, ubi martyres coluntur, sicut mercimonia. dicitur, & memoriæ martyris Latinis, locus in quo conditæ sunt sanctorum martyrum reliquiæ, atque ipsum quoque templum Deo & illorum memoriæ dedicatum, ut in Concilio Chalcedonenfi can. 8. Nullum ordinari debere, nisi specialiter in Ecclesia civitatis aut pagi, aut in martyrio, aut monasterio. & apud Eusebium lib. 3. de vita Constantini c. 47. Civitatem permultis templis, & præclarissimis ecclesiis in domerum martyrum, illustrissimisque adibus sacris adornavit. Sic igitur Basilii non vult ad nundinas, quas ferias Galli appellamus, quod occasione feriarum sacrarum a Regibus olim concederentur, pergant religiosi viri, ut opera & artificia sua dividant.

Pag. 203. e. l. 4. col. 1. pro alienis habet. ) Non hoc vult Basilii tantidem fore, ac si res artis illius vel instrumentum alienaret aut divenderet, sed hoc indicare alienationem animi ejus ac voluntatis: propterea recte Cornarius, consensere ab alienationis signum est; at Volaterraque olim ediderat, animi alienati notam habet.

IN REGULAS BREVIUS TRACTATAS.

PAG. 223. d. l. 3. col. 2. omnis malus. ) Hæc quidem ita leguntur in Vulgata Lat. Proverb. 16. 28. Homo perversus suscitavit lites, at in Græco LXX. textu, quem notat interpres, scriptum est, ἀνὴρ σκολιὸς διαπέμπεται κακά. Vir perversus transmittit mala. Scholiastes Græcus ἀποπέμπει ἀνηθικίας, immittit discordiam; & Symmachus dixit μάχας, lites, pugnas. Verum ex altero Proverbiorum loco hæc citat noster auctor, nempe ex 17. 11. Contradictiones suscitabit omnis malus: Dominus autem Angelum immisericordem emittet, non crudellem, ut scripserat interpres. In Vaticana edit. ut apud Basilium legitur ἐγείρει, suscitavit. & vulgata Latina, Semper jurgia querit malus. & Rufinus cap. 42. Contradictiones suscitavit omnis malus.

Pag. 224. d. l. 12. col. 2. & obturantis. ) Hæc substitutum in locum verborum vulgatæ Latinæ, venefici incantantis sapienter. Nam & ita legitur Psalm. 57. 5. in quibusdam libris veteris Testamenti, ut notat Flaminii Nobilius in Notis suis in Psalmos, & apud Theodoretum in Commentario. Prætere ipsam aspidi comparavit, que non secundum naturam est surda, sed aures obturavit, ut carnis ingressum repellat. Hæc autem verba, Medicatur medicata a sapiente, ita Symmachus versio, Incantatur incantationibus sapientis. Apud LXX. in editione Romana legitur φαρμάκῳ τε φαρμακευμένῳ παρὰ σοφῶν. & medicamentis medicatis a sapiente. Quæ lectio verior videtur, cum propius ad Hebræum textum accedat, ex quo S. Hieronymus, ut non audiat vocem murmurantium, nec incantatoris incantationes callidas. Itaque probabilis est conjectura Theodori in Catena Græcorum in Psalmos, illud φαρμακεύεται, goaluisse ex duabus vocibus φαρμάκῳ τε φαρμακευμένῳ, quod S. Augustinus effert Latine, & medicamentis medicatis a sapiente, eodemque modo Symmachii versio ab aliis effertur ἐπὶ τῷ ἐπωδῷ σοφοποιεῖται. & incantatoris docti incantationes. Postremo illud observandum est Rufini liberiore veritionem in libro de monachorum institutis c. 62. ita in mss. hæc exprimeret ex quibus Colonienfis editio poterit emendari: Quia sicut aspides surdæ, & obturantes aures suas, ne exaudiant vocem incantantium, & curentur medicamento, quod componitur a sapiente.

Pag. 228. d. l. 4. col. 1. ) in recta verbi translatione scriptum, pro, in iis que recte dicuntur vel fiunt. Est enim proprium Scripturæ verbum οὐδωραίν. 2. Tim. 2. 15. οὐδωραίνοντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. recte tractantem verbum veritatis. Nec audiendæ sunt ineptæ cavillationes Bezzæ, qui Vulgatæ auctorem reprehendit, quod metaphoram non observavit, ac proinde sententiam Apostoli non explicavit, cum nec ipse metaphoram recte explicavit. At enim translationem esse ab illa legali victimarum sectione ac distributione, atque hanc ejus conjecturam sub calculo comprobavit Henricus Stephanus in Thesauro, cum tamen ille ipse locus Proverbior. 11. 3. quem profert, suadet potius metaphoram sumptam a via, quam dicitur viator secare, quam a victimarum sectione. At enim Salomon δικαιοσύνη ἀπέσπασεν ὁδοὺς δού. Justitia immaculati dirigit vias, id est, rectum iter tenet. Syrus dixit, recte prædicantem sermonem veritatis: neque enim necesse est, cum quis ex uno idiomate vertit in aliud, ut metaphoras omnes dictionum ex uno in aliud transferat.

Pag. 230. e. l. 4. col. 2. Velut ager. ) aptius agrum interpretatus est Cornarius, Tamquam ager vir insipiens, & tamquam vinea homo indigus rationis. Si dimiseris ipsum, incultus fiet, & totus in herbas inutilem eluxurabit, & fiet derelictus. Proverbior. 24. 30. in Vulgata legimus loco illorum verborum LXX. Per agrum hominis pigri transivi, & per vineam stulti. Verum in Græcis illa postrema vel ad hominem ipsum referri possunt, vel ad vineam, ut retulit Rufinus cap. 91. quemadmodum & Fumanus: Sicut agricultura, ita vir insipiens: & sicut vinea, ita homo cui deest prudentia. Si relinquas eam fiet deserta, & ascendens in ea spina, & fiet derelicta. S. Ambrosius lib. 2. de Abraham cap. 6. Tamquam agricultura homo imprudens, quæ si secunda sit, optimis segetum fructibus abscondere potest spinas.

Pag. 236. e. l. 8. col. 1. seniori confessio. ) Hic quoque scribendum presbytero, cum de confessione agatur, neque religiofi quilibet, quantumvis seniores, possint confidenter penitentem. S. Basilii Oper. Tom III,

tes absolvere: propterea Rufinus prudenter interpretatus est e. 93. Cum soror aliqua confitetur presbytero: item, Presbyter per seniores, si quid aliud sibi videretur, statuat. Sane quidem Tertullianus inter ritus & actiones penitentium numerat lib. de pœnit. c. 9. Ingemiscere, lacrymari, presbyteris advolvi, & caris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationem deprecationis sue injungere. & Dionysius epistola 8. ad Demophilum reprehendit eum, quod accidentem & advolutum sacerdoti peccatorem calce repulisset, προπεσόντα τῷ ἱερωτάτω ἀπὸ τῶν ἀπλάκτων. Basilii ipse reg. 229. non apud omnes enuntiari debere peccata docet, verum apud eos, qui ea possint curare; & regula 288. peccata iis aperiri debere, quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei. Ibidem apud Rufinum emenda ex mss. & modum vel typum penitentis imponas, ad emendationem ejus, quæ corrigi desideras a peccato.

Pag. 239. c. 1. 5. col. 1. quæ ab Apostolo. ) Merito adjunctus est margini locus Coloss. 2. 23. ubi legitur, in humilitate, & non ad parcendum corpori, vel ut legit S. Aug. ep. 59. ad non parcendum corpori, dum fraudatur istis escis, quibus compellitur abstinere, & Chryl. hom. 7. exponit. Dedicere afficiunt carnem, eam privantes, sive fraudantes. At Cornarius præter morem a mente auctoris aberravit, damnata est corporis instabilitas, quæ esset ἀσθενία, ἢ ἀπληξία. Rufinus autem, cum non posset conjicere, quem locum Apostoli designaret Basilii, alterum de suo substituit ita scribens: Nam hæc ab Apostolo etiam culpam invenitur, si non cum fide & ratione fiat, cum dicit: Abstinentes se a cibis, quos Deus creavit. 1. ad Timoth. 4. 3. At in illo Colossensium loco vœsanus ille Theodoros contendit monachorum regulas & pseudopostolicas traditiones describi, cui si quis unicam hanc S. Basilii regulam opponat, non quidem pudorem, sed silentium plagario merito imponet.

Ibid. e. l. 2. col. 1. & ab Elecho. ) Electus sive eximius David nos docet exemplo suo, tum jejuandum esse, cum nos rebus adversis urgemur, & ab hostibus divexamur, unde Psalmus annotavit 34. Cornarius, in cujus versu 14. legitur: Ego autem, cum mihi molesti essent, induabar cilicio. Humilitatem in jejunio animam meam. Interpres epithetum τῷ ἰακωβῷ omiserat; at ex Actis Apostolorum c. 14. ubi dicitur Apostoli v. 22. constituisse presbyteros per singulas Ecclesias, & orasse cum jejunationibus, quemadmodum & Actor. 13. 3. jejunantes & orantes, atque imponentes manus Saulo & Barnabæ, dimiserunt illos. Ex quibus constat, prout exorta necessitas urgebat Ecclesiam, Christianos ad jejunium recurrere solitos, aut cum implorare subsidium Spiritus sancti opus esset: id enim significavit Basilii, cum dixit, aliquid eorum que ad Dei cultum pertinent, non ut vertit Cornarius, necessitas eorum qui ad divinum cultum accedunt, neque ut Rufinus, ex institutione eorum qui communiter Deo servant: nam & ita sequenti regula dicitur, propter eorum aliquid, quæ ad pietatem requiruntur, quod ipse Rufinus vertit, si aliquando aliquid, quod religio depositis, expendendum est. At Rufinus ad Actorum caput alterum hæc retulit scribens: Sicut & illorum in omnibus unanimitas & consonantia refertur, qui in Actibus Apostolorum cor unum & animam unam habuisse signantur.

Pag. 242. b. l. 4. col. 2. damnatus est. ) Illud, ab Apostolo, Græca non agnoscunt: idcirco scribere contentus fuit Cornarius, clamor fit reprehendendus, ut Paulus ait Galat. 2. 11. quia reprehensibilis erat. Rufinus etiam dixit tantum c. 69. sed clamor, quod est notabile. Designari tamen puto locum epistolæ ad Ephesios 4. 31. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor tollatur a vobis. Postremo notandum est, quod Basilii verbis adjecit Rufinus, sed ita corrigendum: Clamare autem dicitur pro iis, quorum interior auditus surdus erat & obturatus. Nimirum Joannis 12. 44. Regula sequenti locum habes Psalmi 93. 20. ubi reposuimus ut habet Vulgata Lat. Qui fingit laborem, non ut interpres, & Rufinus, Qui fingit laborem, vel ut est in mss. P. Qui fingit dolorem, ut Symmachus formavit miseriam. Explicat tamen etiam in tertia perina Joannes Campenlis, Numquid commune tibi quidam erit cum solio & potentate tyranni, qui fruit calvarianam insontibus tanta calliditate, ut legitime id facere videatur.

Pag. 272. a. l. 2. col. 1. Cæna dominicæ voce raro scriptares sacri delectantur, ut recte asserit Claudius Sanctelius Episcopus Ebroicensis repetitione 6. de Eucharistia c. 1. & August. aliquando ea usus est ut lib. 2. c. 6. de sermone Domini in monte, atque inter Christianos usque ad nostra tempora potuit invalescere. Ambros. quidem certe vel Commentarii auctor in ep. 1. ad Corinth. c. 11. hæc scribit, Quidam illis mysterium Eucharistie inter cœnam celebratum non cœnam esse. Merito ergo reprehendit Lutheranos & Calvinistas Maldonatus noster in c. 26. Matthæi, quod noluerint corporis & sanguinis Domini sacramentum, Eucharistiam, sed cœnam appellare, cum nullus in sacris litteris locus occurrat, ubi hoc sacramentum cœna vocetur. Ac nonnulli quidem sanctorum Patrum profertur loca, in quibus cœna Domini vocatur nunc cœna, quæ Eucharistia agni manducationem sequuta est, nunc ipsa etiam Eucharistia; sed addito semper epitheto dominicæ, aut mysticæ cœnæ, absolute autem cœnam non appellant, neque facere cœnam, aut celebrare cœnam dicunt, ut vernacula nostra lingua in Gallia loquuntur Novatores, quos potissimum nostri Doctores oppugnant, qui in libris, quibus formulas ritusque sacrorum suorum sacrilegorum complexi sunt, non aliter eam quam absolute cœnam vocant.

IN LIBROS DE BAPTISMO.

MERITO sane præixerat his libris quispiam ex iis, qui superioribus latinis editionibus præferunt, monita quædam, quibus lectorem monebat, ut quoniam non alium nacti erant interpretem, quam hominem Zuinglianæ doctrinæ suspectum, ac proinde a Catholica alienum, sibi ab eo caveret; cum illius χριστουίας studiosi, sacramentorum vim & efficaciam mirum quomodo elevent, & cum ipsi baptismum, tum cæteris gratiæ divinæ vasis minus quam par sit tribuant. Quo nobis crebrius faciendum erit, ut quæ loca sunt in hac editione recensita cum ex collatione cum

um aliis auctoris locis, tum ex aliorum Patrum consensu & *σωαδία* fideliter asseramus. Verterat igitur pag. 326. d. lin. 5. col. 1. tom. 2. Volfangus Musculus, cui tribuitur in editione Basiliensi anni 1540. hæc interpretatio, *de posteriore nostram sententiam quesivistis*, item illud, *ἵτοιμοι ἔσθε*. *Parati estote omnes vos interroganti respondere, rationemque communis fidei reddere, rationem de Dominico secundum Evangelium baptismate reddimus*. Usurpat Basilius verba Petri Apostoli 1. Petri 3. 15. nisi quod pro *αἰτιῶντι ὑμῶν λόγον* legit, *ἵτερωῦντι ὑμῶν λόγον*, & addit verbum *ἔσθε*. Ubi advertendum præstantius esse Joannis baptismate Christi baptisma ex sententia Basili, contra quorundam *ἑτεροδόξων* profanam novitatem.

Pag. 327. e. l. 3. col. 2. *Rursus autem*. ) Hoc Græca sonabant, non quod scripserat interpres, *Regrediendum est ad ea, quæ Dominij sunt, quod singulos concernit ad eum qui dixerat: Permite*. Lucæ nimirum 9. 60. In altero vero Evangelij loco legitur. *Permite mihi renuntiare his, qui domi sunt*. Syriaca paraphrasis ad verbum, *permite, ut proficiat valedicturus filiis domus mee*. Tertullianus 4. in Marcionem 23. *Tertium illum prius suis valedicere parantem prohibet retro spectare*. Ita quoque Musculus hic verterat, *Ut abeam ac disponam illis, quos domi habeo*. Sane verbum *ἀποχωροῦμαι* de personis dici existimantur Cyrillus apud S. Thomam, & Beda, quemadmodum & Marci 6. 46. & Actor. 18. 18. sed & de rebus dici posse constat, ex ipsa Vulgata Latina, in qua legitur ex nupta correctione Romana, *renuntiare iis; quæ domi sunt*, ex Augustino lib. 2. de consensu Evangelist. cap. 23. & quod phrasia illa *ἐξ οἴκου* de rebus magis, quam de personis dici posse videatur, ut Maldonato nostro placet. Adde quod Basilius hic nonnihil immutans verba Lucæ dixit *ἀποχωροῦμαι*, quod est constituere, disponere de rebus suis, cui cognata est illa loquutio Prophetæ Esaiæ 38. 1. ad Ezechiam, *Dispone de domo tua, quod aliter effertur* 4. Reg. 20. 1. *ἔταξα τὸ οἶκόν σου*, idque eodem modo vertit ad verbum ex Hebræo Pagninus, *Præcipe domui tuæ, quia morietur*. Rursus quod dixit Evangelista *ἀπέχω ἐκ τῶν οἰκίων*, Basilius immutans dixit, *ἐραπείς ἐκ τῶν οἰκίων*.

Pag. 328. e. l. 1. col. 1. *quod per baptismum*. ) Non ut antea in *baptismo aquæ*. Trina scilicet fit abrenuntiatio in baptismo, qua profitemur nos nuntium remittere satanæ, & angelis, & pompis ejus. Chrysofomus homil. 21. ad Antiochen.

Pag. 329. d. l. 3. col. 1. *summitatis auriculæ*. ) Non *mutillatio auriculæ*, ut vertit Musc. nam *λοβός* extremum auriculæ significat, cujus crebra mentio in consecratione sacerdotum Levitici 8. 23. & *impositis super extremum auris dextra*. & Levit. 14. 14. de eo qui mundatur, & *imponet super extremum auriculæ ejus qui mundatur*. De integritate membrorum corporis, quæ requiritur in sacerdote, qui altari inserviat, agitur Levitic. 21. 17. *Homo cæcus, vel claudus, vel truncatus auribus, vel manibus scædis, non appropinquabit ut offerat*. & Levit. 22. 23. *Vitulum vel ovem sectam auribus non dabis*: at mutilationis τῷ λοβῷ ὄπτις, nullam expressam arbitror in Scriptura mentionem existare. Paulo post a. 7. τὴν ἀπεροχὴν δεξιᾶς necesse non fuit ut verteret interpres, *quæ a nobis exigatur iustitia præstantis*: non enim de iustitia nostra hic agitur, sed de novæ legis supra veterem excellentia. Porro in quibusdam libris veteribus legitur Matthæi 12. 6. ut hoc loco & apud Theophylactum. *Templo majus aliquid est hic*: at in Vulgata excusis major est hic.

Ibid. e. l. 4. col. 2. *fuerit denuo*. ) Correximus illud interpretis, *natus fuerit a supernis*. Licet enim *ἀνωθεν* idem valeat nonnumquam quod *desuper*, ut Joannis 19. 11. *Nisi tibi datum esset desuper, hic tamen id sonat, quod iterato fit, ut constat ex Augustino de peccatorum meritis & remiss. cap. 27. & Chrysofomo homilia 24. in Joannem, hoc loco alii a celo, alii iterum exponunt*. Sed, insistit potissimum illi expositioni, quæ de regeneratione baptismi vult locum intelligi. *Nisi genitus fueris denuo, hoc est, nisi spiritus per regenerationis lavacrum particeps efficiaris, non poteris convenientem de me opinionem concipere*. In eo, *nisi quis natus fuerit ex aqua*, non expresserat illud ἕξ ὕδατος interpres, ut facile solent ejusmodi Novatores sacramento baptismi carere, ac si aqua desit, fide sola niti, quam ob causam & fide parentum filios fieri salvos contendunt, licet baptismi minime sint abluti, utpote qui sancti sint, si fidelium soboles, & si prædestinati sint, absque baptismi salventur: quod tamen falsum esse contendit S. Augustinus lib. 3. de origine animæ cap. 10.

Ibid. e. l. 10. col. 1. *secundum Lucam*. ) Non, ut interpres volebat, *Evangelio Lucæ*: nimirum cap. 9. 62. Est enim, ut in Latinis codicibus scriptum reperitur, *Sacrosanctum Jesu Christi Evangelium secundum Matthæum vel Lucam*, id est, prout scriptum est a Matthæo vel Luca: itaque merito reprehenditur ab ipso Beza Sebastianus Castalio, quod verterit, *auctore Matthæo*; Deus enim auctor libri est, scriptor Matthæus vel Lucas.

Pag. 330. a. l. 10. col. 2. *ad penitentiam*. ) Rescribo fit in

Vulgata Matthæi 3. 11. *in penitentiam*. Erasmus vertit, *ad penitentiam*: at Beza & cæteri *μετάνοια*, *ad respiciendam*, quod nimirum externum baptismi signum homines de corrigenda vita admonent tantum: penitentiam vero vocem non usurpant, quod ex hoc dicendi genere, inquit, multi imperiti occasionem opinionis de satisfactione arripuerunt. Catholici vero illam usurpant, quod externum dolorem ac poenam ex interna conversione profectam significet, non solum vitam corrigendam propositum. Vide Bellarminum Cardinalem illustrif. lib. 1. de penitentia cap. 7. In sequenti periodo epithetum *sanctum* addidimus e Græco ab interprete omissum, quo evidentius convincuntur erroris Calvinistæ, qui baptismum Joannis æquare Christi baptismi non verentur.

Ibid. d. l. 4. col. 2. *sive alla proferat*. ) Ne quis adducere tur verbis interpretis, ut crederet Basilius velle baptismum Joannis gratiam contulisse, ac peccata remississe, his substitutis illa expunximus, *nec ullam proferat ad gratiam Dei & Christi ipsius perveniendi dilationem*. Non enim dubium est, quin baptismus Joannis potuerit peccata remittere ex devotione ac fide accedentium, vel etiam ex contritione, quomodo intelligenda censet similia Basili verba & fratris ejus Gregorii idem doctissimus Cardinalis lib. 1. de baptismo cap. 21.

Pag. 341. e. l. 9. col. 2. Musculus scripserat, & *impigre studio auctorem reddere satogoris*; quod mentem auctoris non exprimit, & potest videri meritum bonorum operum suppressere voluisse, cui Protestantes illi *Præcones* infensu sunt admodum, quasi hoc tantum vellet Basilius nos in id solum incumbere, id eniti, non perficere, ut scilicet gratiæ incrementum mereamur, quod tamen asserunt Patres, & Catholici Doctores confirmant auctoritate S. Augustini tract. 5. in Joann. *Caritas meretur augeri, ut aucta mereatur & perfici*, & tract. 77. *Restat ut intelligamus Spiritum sanctum habere, qui diligit, & habendo mereri ut plus habeas, & plus habendo plus diligat*.

Pag. 344. e. l. 2. col. 2. *supplicium graviss.* ) Non solum exprimit, ut volebat interpres, *maledictionem gravissimum sane supplicium evidenter exprimentem*. Sequenti sumus interpretationem Cornarii, quam confirmat Clemens Alexand. lib. 6. Strom. pag. 332. *τὰ αἴτια προκαταρκτικά* sic appellans, *primordiales causas*, non quæ exprimunt aut repræsentant, sed quæ primo dant occasionem ad hoc, ut aliquid fiat. Quoddam enim improbos & in hoc & in futuro sæculo puniri colligit S. Joannes Chrysofomus ex illis Matthæi 10. 31. *Tolerabilis erit terra Sodomorum*. homil. 37. in Matth. *Hæc enim dictum est, ut intelligamus illos fore puniendos, sed tamen remissis*. Est enim in hac quoque vita gravissimas poenas dederunt, non tamen idcirco punitionem in altera vita effugerunt. & homil. 3. de Lazaro pag. 69. editionis nostræ tomo 5. *Quod autem aliqui tum hic tum illic puniuntur, si minus pro peccatorum magnitudine hic luerint poenas, audi*. & in homil. in terræ motum in eodem volumine.

Pag. 346. a. l. 5. col. 1. *Hujus questionis*. ) Non ipsa questio est regula, ut præ se ferebant hæc interpretis verba: *Hæc questio manifesta, & quasi quodam canone adversus quæcumque salem causam a veteri Testamento docemur*. Porro in loco Genesis 4. 7. *ἀποστολή* non *aversio*, ut ab interprete, *sed conversio*, a sanctis Patribus redditur, qui Græcum LXX. textum sequuntur, ut a Tertulliano adversus Judæos cap. 51. *Quoniam si recte quidem offeras, non recte autem divides, peccasti, quiesce*. Ad se enim conversio ejus. Idem apud Ambrosium occurrit lib. 2. de Cain c. 7. & Hieronymum ep. 155. quæstionum Hebraicarum in Genesim.

Ibid. e. l. 2. col. 2. *secundum sacrificii*. ) Hæc perperam a præcedentibus, nova periodo inchoata fuerant divulsa, suppresso etiam nomine sacrificii, quod novo ista dogmati Zuinigliano nimirum quantum adversatur. Quam ob causam etiam Cornarius scripsit tantum, *dicatus est Deo ad gloriosæ mysterii celebrationem*: at ἱερολογία, *sacrificium*, aut, *rei divine participatio* est etiam ex ipsius Henr. Stephani Theauri Græci conditoris testimonio, qui & profert locum Apostoli ad Romanos 15. 16. conjungentis hæc duo, quemadmodum a Propheta Esaiæ conjunguntur, *ministerium & sacrificium*. Interpres sic ediderat: *Et secundum prophetiam hostia eum, qui diligentior ac studiose ad sacerdotium gloriosæ mysterii obsequium propensus est*. Alludit nimirum Basilius ad locum Malachiæ 1. 11. *Es in omni loco incensum offertur nomini meo, & sacrificium mundum*. Quibus verbis ex communi Patrum consensu sacrificium novæ legis prædictum est, quod in altari Deo solet offerri; Propterea noster auctor in Psalmum 115. in tomo primo *ἀλλ' ἐν θυσιῶντων ἀποδίδεται τοῖς θυσιάζειν προαιρουμένοις*. & homilia in Gordium martyrem in tomo secundo aras sanctissimas in ecclesia fuisse testatur. Qui vero deinde profertur locus, paulo aliter habetur apud Esaiam 61. 6. neque enim additur vox *πάντες*, sed tantum *ὑμῶν δὲ ἑστίς τις κληθήσεται, λειτουργοὶ θεοῦ ἡμῶν*. *Vos autem sacerdotes Domini vocabimini, ministri Dei nostri*.

I N  
TOMO TERTIO  
NOTÆ SELECTÆ  
JULIANI GARNIERII  
PRESBYTERI, ET MONACHI BENEDICTINI.



AG. 2. c. l. ult. col. 2. & 3. a. lin. 1. col. 1. Sic reddit hunc locum Erasmus: Spiritus sanctus nihil plus ad res condendas momenti attulisse videatur, nisi quod tempus aut locum praeberet rebus conditis. At non tantum honoris Spiritui sancto habebant impii haeretici, ut ab eo tempus & locum creata dicerent: sed eum comparabant cum loco & tempore, ut Filium cum instrumento: ac ejus appellationem loci imponebant, ut ait Basilus cap. 4. cujus cavillationis ansam videntur arripuisse ex usitata apud scriptores Ecclesiasticos sententia, qui Spiritum sanctum dicere solent plenitudinem bonorum Dei esse, ut ait Didymus lib. 1. de Spiritu sancto, ac in eo cuncta Dei dona consistere. Ipse Basilus probat cap. 26. hujus libri Spiritum sanctum esse veluti locum eorum qui sanctificantur.

Pag. 3. d. l. 2. col. 2. ) S. Ambrosius qui plurima ex Basilio in suos de Spiritu sancto libros transtulit, minus commode videtur hoc loco Basilii sententiam accepisse. Nam observat Basilus Pneumatomachos, dum omnia ex Deo tamquam ex causa efficiendi esse dicunt, discedere a principiis philosophorum, qui illud, ex quo, materiae proprium attribuunt, quia materia sit opificium. Contra Ambrosius de Pneumatomachis loquens, *illi volunt*, inquit lib. 2. c. 9. ex Deo tamquam ex natura Dei esse materiam, ut si dicas ex ligno arcam esse factam, ex lapide statuam: ita ex Deo materiam processisse.

Ibid. d. l. 9. col. 2. ) Hæc S. Ambrosius legit cum interrogationis nota. Sic enim interpretatur lib. 2. de Spiritu sancto cap. 9. Numquid ergo alienus secundum naturam Filius a Patre? quia alienum instrumentum ab operatore proprio vel auctore? aut numquid alienus Filius a Spiritu? quia ab instrumenti genere aut locus separatur aut tempus?

Pag. 4. c. l. 9. col. 1. ) Sic reddit hunc locum S. Ambrosius lib. 2. de Spiritu sancto cap. 9. In ipso, quid est? quia omnia admirabili quodam desiderio & inenarrabili amore auctorem visa & ministratorem gratia suæ ac muneris insuntur, secundum quod scriptum est: Oculi omnium, &c. In Commentario in Etsiam cap. 5. hæc leguntur: Unigenitus ipsum bonum, quod appetunt omnia, cujus amor naturali & inenarrabili modo omnium ratione usentium animis insillatus.

Pag. 10. b. l. 3. col. 2. ) Immerito vituperat interpretationem Erasmi Combessii, ac vertendum esse pronuntiat: qui integre, in totum plene participatur. Nam Basilus, qui probat hoc loco immensitatem Spiritus sancti, num dicere potuit eum a rebus creatis plene & in totum percipi? At Spiritum ita dividi & communicari, ut totus & integer maneat, sententia est Basilio digna & sanctis Patribus notissima. Unum ex omnibus proferam Ambrosium, qui Basilium imitatur & illustrat. Non enim totum effudit, inquit lib. 1. de Spiritu sancto cap. 8. Sed quod effudit, omnibus abundavit. Quod igitur nobis satis esse judicavit, effudit: & quod effusum est, non separatim est nec sine: sed unitatem habet, quæ aciem nostram cordis illuminat pro nostra possibilitate virtutis. Denique tantum capimus, quantum profectus nostra mensis acquirit. Inseparabilis est enim plenitudo gratia spiritalis, sed nobis pro nostra participatur facultate natura. Vide Basilii Homiliam de Fide.

Pag. 11. c. l. 8. col. 1. ) Hæc Scriptura, quam Erasmus in interpretando sequitur, bilem movit Combessio; ac legendum esse contendit, ut in quatuor MSS. reperimus, Tunc nobis visio versans, quod eos conjungimus. Sed profus immerito Erasmus vellicat, qui multo melius sententiæ seriem perpexit. Fert enim conditionem adversariis Basilii, eoque undique restrictos tenet, ut his verbis, In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, vel Spiritum cum Patre & Filio conjungi negent, vel fateantur. Si conjungi negent, neque etiam se conjunctionis nomine incusari ab illis debere; cum nihil dicat neque sentiat ab hoc testimonio diversum, nec magis ex suis quam ex Christi verbis conjunctio sequatur. Si vero fateantur; immerito litem sibi ab illis impingi, quod Scripturam sequatur. Hanc esse Basilii sententiam perspiciet, quisquis leget attentius.

Pag. 28. c. l. 12. col. 1. ) Non respicit Basilus ad ritum orationis Eucharistiae, ut multi existimant, sed potius ad verba Liturgiæ ipsi adscriptæ, cum petit sacerdos, ut veniat Spiritus sanctus. Hæc autem verba sic reddit Erasmus, cum ostenditur. Vituperat eum Ducæus, sicut ipse vertit, cum conficitur, atque hanc interpretationem multis exemplis confirmat. Videtur tamen nihil profus vitii habitura hæc interpretatio, Invocationis verba cum ostenditur panis Eucharistiae, id est cum panis non jam panis est, sed panis Eucharistiae, sive corpus Christi ostenditur; & in Liturgia, Ut sanctificet & ostendat hunc quidem panem, ipsum pretiosum corpus Domini. Nam 2. Cur eam vocem reformidamus, qua Latini uti non dubitant, ubi de Eucharistia loquuntur; quale est illud Cypriani in epistola 63. ad Cæciliam: Vino Christi sanguis ostenditur. Sic etiam Tertullianus 1. Marc. c. 14. Panem quo ipsum cor-

S. Basilii Oper. Tom III.

pus suum representat. 2. Ut græce, ἀραδίκα, ἀραδίκα, ita etiam latine, ostendens, corpus Christi præfens in Eucharistia significantiore quodam modo exprimit. Hoc enim verbum non solum panem fieri corpus Domini significat, sed etiam fidem nostram excitat, ut illud corpus sub specie panis videndum, tangendum, adorandum ostendi credamus. Quemadmodum Irenæus, cum ait lib. 4. cap. 33. Accipiens panem, suum corpus esse confitebatur, & temperamentum calicis suum sanguinem confirmavit, non solum mutationem panis & vini in corpus & sanguinem Christi exprimit, sed ipsam etiam Christi asseverationem, quæ hanc nobis mutationem persuadet: Sic qui corpus Christi in Eucharistia ostendi & representari dicunt, non modo jejune & exilliter loqui non videntur, sed etiam acriter Christi præsentis adorandi stimulos subicere. Poterat ergo retineri interpretatio Erasmi; sed quia viris eruditissimis displicuit, satius visum est quid sentirem in hac nota exponere.

Pag. 29. c. l. 4. col. 1. Mirum videri possit, cur dicat Basilus dogmata sileri; cum constet Catholici dogmatis prædicationem in omnibus semper ecclesiis viguisse. Sed observandum est, id quod postea pluribus probabitur, Basilium de Scripturis potissimum loqui, in quibus plura dogmata, traditione ad nos transmissa, aut sileri ait, aut obscuritate, quæ est silitii species, involvi. In ipsa etiam ecclesiæ Catechumenis multa abscondi solebant; non statim admittebantur in ecclesiam, nec admittis statim tradebatur Symbolum, ut ait Origenes lib. 3. contra Celsum pag. 142. Idem Origenes, cum christiana doctrina vocaretur a Celso κρυφίον δόγμα, clandestinum dogma, respondet prædicationem Christianorum toti orbi notiore esse, quam placita philosophorum; sed tamen fatetur, ut apud philosophos, ita etiam apud Christianos nonnulla esse veluti interiora, quæ post exteriorum & propositam omnibus doctrinam tradantur, lib. 1. p. 7. In libro autem 3. p. 143 ait quæ maxime præclara & divina sunt palam & aperte prædicari, si adsint prudentes auditores; sin autem lacte indigeant, profundiora illis abscondi & sileri.

Ibid. b. l. 9. col. 2. Id est, in Scripturis sacris non præscripta. Non enim hoc loco statuit Basilus, quod ab eo eruditum nonnulli, in his præstantissimus scriptor Eusebius Renaudot Liturg. Orient. dissert. 1. c. 2. doceri existimant, Eucharistiæ & baptismi & aliorum sacramentorum preces & ritus ne in ecclesiis quidem ad sacerdotum usum scripta servari. Merito illud quidem ex hoc capite colligitur, summam olim adhibitam fuisse cautionem, ne quid de mysteriis non solum ad Gentiles, sed etiam ad Catechumenos permaneret; ac recte observat scriptor modo laudatus, mysteria initiandis viva voce exponi, initiatis breviter & obscuriuscule in concionibus indicari solita, cum hac ἀποσιωπήσεως formula, *Norunt initiati*. Perineoimode enim fuissent vulgata, quæ Catechumenis spectare non licebat; nec leve periculum erat, ne viscerent mysteria, si violata arcani sanctitas fuisset. Sed tamen Basilium dum scripta negat hæc instituta, non de veterum scriptorum libris, non de Liturgiis scripto consignatis, sed de Scripturis sanctis loquitur, Liqueat 1. Pneumatomachos dum glorificandi modum ἀγγραφῶν rejiciunt, hoc tantum nomine argutus suas prætexuisse, quod in Scripturis non legeretur eum sancto Spiritu. Hinc Basilus illis instituta non scripta opponit; in primis invocationis verba; quæ quidem negat ab ullo sanctorum fuisse scripta, quia nec apud Apostolum, nec in Evangelio commemorantur. Sæpe alias apud Basilium ἀγγραφῶν dicitur, quæ non existant nominatim in Scripturis. In libro sive epistola de Fide Moralibus præfixa, cum quidam ab eo postularent ἐμολογίαν ἑγγραφῶν confessionem ex Scripturis petitam profiteretur se non usurum verbis ἀγγραφῶν, id est quæ in Scripturis non leguntur. Unde Consubstantiale in illa fidei confessione non reperitur. Ariani apud Athanasium lib. de decret. Nic. queruntur quod Nicæni patres ἀγγραφῶν λέξαι δόξαι non scriptas admisissent. 2. Nihil veri dixisset Basilus, si confessionem fidei in Patrem & Filium & spiritum sanctum, & alia ejusmodi instituta, quæ vocat ἀγγραφῶν, nullo profus scripto consignata esse contendisset. Horum enim non inrequens apud antiquos scriptores mentio. Quin etiam ipse Basilus glorificandi modum, quem inter ἀγγραφῶν instituta numerandum fatetur, in scriptis veterum patrum sæpe occurrere demonstrat c. 29. Frustra ergo sententiæ suæ præsidium a Basilio petunt, qui preces Liturgiæ sero admodum contendunt litteris mandatas fuisse.

Pag. 43. d. l. 1. col. 1. Hæc epistola non ad Cæsarienses, sed ad monasterium, cui præerat Basilus, scripta; nec Basilus ex urbe in solitudinem, ut eruditi viri hæctenus crediderunt, sed potius in urbem ex solitudine discesserat. Petit enim ut sibi aliquandiu liceat abesse, non quod in urbe commorationem, inquit, ambiamus, sed quod versari cum sanctis longe utilissimum judicemus. Erat ergo in aliqua urbe, videlicet Nazianzi cum Gregorio. Quod autem addit homines urbium desiderio a maligno decipi; non congruebat hæc admonitio civibus Cæsariensibus, sed potius monachis, quos sæpe diabolus hoc artificio retrahere e solitudine tentabat, ut perspicui potest infra ex epistola ad Chilonem.

Pag. 46. c. l. 1. col. 1. ) Tota hæc explicandi ratio non sua sponte deducta, sed vi pertracta multis videbitur. Sed illud ad excusandum difficilius, quod ait Basilium Angelorum scientiam crassam esse, si comparetur cum ea quæ est facie ad faciem. Videtur subtilis explicatio, quam hic sequitur, necessitatem ei imposuisse ita de Angelis sentiendi. Nam cum diem & horam idem esse statueret, ac extremam beatitudinem, illud scripturæ, *Sed neque Angeli sciunt*, cogeat illis visionem illam, quæ fit facie ad faciem, denegare; quia idem de illis non poterat dici ac de Filio, eos de seipis scire id quod sunt, nescire quod non sunt. Quod si hæc hausit opinionem ex Origenis fontibus, qui pluribus locis eam insinuat, certe cito deposuit. Ait enim tom. 2. pag. 168. c. Angelos in divinam faciem continenter intentos oculos habere. Idem docet in Commentario in Esaiam tom. 1. pag. 272, n. 185. & in libro de Spiritu sancto cap. 16.

Pag. 48. c. l. 5. col. 2. ) Nonnulla sunt in hac Basilii de Dionysio sententia, quæ nosata & animadversa velim. 1. Fateatur Dionysium non pravitate sententiæ peccasse, sed studio oppugnandi Sabellii, atque ut plenam & redundantem victoriam obtineret. Hinc consubstantiale ab eo admitti dicit in apologia ad Dionysium Romanum: in aliis autem libris non alio consilio rejici, nisi ut adverteretur Sabellio hæc voce abutenti. 2. Frustra quis cum Tillemontio conjiciat Basilium mutasse sententiam, & quod junior dixerat, recantasse in libro de Spiritu sancto cap. 29. ubi præclarissimum Dionysii de Trinitate testimonium profert. Frustra hoc, inquam, sententiæ immutatæ iudicium existimetur. Tum cum enim citat illud testimonium, *mirabile auditu esse dicit*. Quod argumento est eum Dionysio ne tunc quidem magis favisse. Verum, ut jam dixi, non sensus, sed verba displicebant, unde magnum Dionysium dicere non dubitat in epist. canonica prima: quod profecto non commisit Basilium, si Dionysium Arianae impietatis affinem judicasset. 3. Non ita vehemens Basilii defensor esse velim, ut eum hac in re nullam prorsus culpam sustinere contendam. Etsi enim sola Dionysii verba vituperat; sic tamen ea vituperat, quasi vituperatis apud Arianos sermonibus non discrepant. At profecto extra hanc culpam fuit Dionysius. Multa dixerat quæ Arianam hæresim penitus profigerent, nonnulla quæ favere viderentur, nihil prorsus quod eam aperte exprimeret. Finxerunt Ariani dixisse Dionysium, *Filius cum sit res facta, non erat antequam fieret*, apud Athanasium de Dionysio. n. 4. p. 246. sed probat Athanasius neque hæc, neque alia ejusmodi apud Dionysium occurrere. Forte Basilium fucum fecerunt falsa ejusmodi testimonia; vel non animadvertit vir sanctissimus, si quid Dionysio minus commode dictum excidisset, id & sua sponte ab Arianis dictis distare, & ex aliis locis explicari debere, ut ab Athanasio factum est, cujus elucidationem si vidisset Basilium, non dubito quin promptum & alacrem assensum præbuisset.

Pag. 49. a. l. 10. col. 1. ) Valde dubium est quod hoc loco asseverat Basilium, & a Dionysio sublatum & a Sabellio adhibitum consubstantiale. Ipse Dionysius confutavit accusatores suos, teste Athanasio, ibidem p. 255. *Qui eum mentiebantur dixisse Filium inter res creatas computari & nequaquam esse Patri consubstantialem*. Quod spectat ad Sabellium, probabile non est ei arripisse consubstantiale, quod non minus ipsi adversarium est quam Arianis: nusquam hac voce perhibentur usi esse Sabelliani. Sed cum ea Basilium sibi persuasisset absum esse Marcellum Ancyranum, facile adductus est, ut idem de Sabellio iudicium ferret.

Pag. 53. d. l. 8. col. 1. ) Suspiciatur Gothofredus tetraplam sive quadruplum, de quo Basilium in hac epistola, esse pensionem quadrimestriam, vel quadrupli panam ob non soluta tributa, vel potius ob superexactionem. Sed liquet hic litteras non redditas cum tributis non solutis comparari; sicque Basilium cum Leontio joculari, quasi is quadruplum litterarum reperceret, ut quadruplum debitorum tunc passim reposcebatur. Lucem afferet Ammianus Marcellinus, quo teste Petronius focer Valentis: *ad nudandos sine discretione cunctos inmaniter flagrans, nocentes pariter & insontes post exquisita tormenta quadrupli nexibus vincibat, debita jam inde a temporibus principis Aureliani persecutus & impendio marens, si quemquam absolvisset indemnem*, lib. 26. cap. 6. Est ergo quadruplum hoc loco non quadrimestriam pensio, non superexactio, sed debitorum, quæ soluta non fuerant, crudelis inquisitio, & quadrupli poena his, qui non solverant, imposita.

Pag. 58. l. col. 1. Quod ait Neocæsaream multis jam malis præoccupatam fuisse, non videtur id referri posse ad famem, de qua Basilium in præcedenti epistola. Hoc enim malo contactas non fuisse Ponti civitates conjicimus ex Gregorio Naz., qui famem eo graviolem fuisse dicit, quod non possint Cappadoces, ut maritimæ civitates, & ea quibus abundant exportare, & quibus indigent invehere. Respicit ergo Basilium ad illam potissimum calamitatem, qua Neocæsaream Gregorius Nyssenus sua ætate afflictam fuisse testatur, cum ingenti terræ motu ædificia omnia tum publica tum privata ruinas traxerunt, ac solum templum, quod a Gregorio ædificatum fuerat, illæsum & intactum permansit, Vit. S. Greg. tom. 3. p. 554. Eundem eventum referunt in Chronicis Hieronymus & Theophanes ad annum 344.

Pag. 60. d. l. 4. col. 2. Non hic agitur de lege & præcepto Domini, sed de extremo Cæsarii mandato. Duas causas asserit Basilium, cur bona Cæsarii statim distribuerint: prima est eorum propensio sive studium implendi de elemosyna præcepti: altera, Cæsarii morientis voluntas extrema, cui non parere nefas duxerunt.

Pag. 63. a. l. 1. col. 1. ) Legitur hæc epistola inter opera Gregorii Nysseni tom. 3. p. 28. sub nomine Gregorii Nysseni ad Petrum fratrem de differentia essentia & hypostasis, sed eam Basilium tribuunt omnes nostri codices MSS. Stylus Basilii factum esse clamitat: ac ipsa etiam synodus Chalcedonensis parentem epistolæ Basilium agnoscit, dum ait, magnum Basilium, gratiæ ministrum in epistola hypostaseon differentiam explanasse, concil. Chalced. part. 3. cap. 1. p. 825.

Pag. 70. b. l. 12. col. 1. ) Auctor hujus epistolæ, quem in

Palæstina vixisse non obscure perspicitur, videtur horribili vitiorum pictura hæc potissimum gentem notare. Illius narrationem confirmat Gregorius Nyssenus, qui in epistola de iis qui adeunt Hierosolyma, tom. 3. p. 653. testatur nullum esse impuritatis genus, quod non in locis Hierosolymitanis perpetraretur: adulteria, furta, idololatrias, & cædes commemorat, ac nullibi tantum furoris esse ad fundendum sanguinem, non ex rumore aliquo, sed ex oculorum suorum testimonio asseverat.

Pag. 76. c. l. 1. col. 1. ) Hic titulus sic habetur in codicibus Vat. Med. & Coiff. primo: *Gregorio sodali de obitu Eusebii episcopi; & quod habet præ oculis vjrum ad episcopals manus idoneum*. Legi non potest attentius hæc epistola, quia eam non a Basilio, sed potius de Basilio scriptam esse pateat. Plures tamen decepit titulus; at hodie inter eruditos fere convenit eam a Gregorio patre, filii manu, ad Eusebium Samofatensem scriptam fuisse. Nam senem se esse declarat auctor epistolæ & in Cappadocia episcopum, ut qui litteris cleri ad electionem episcopi, & ecclesiæ Cæsariensis defensionem invitatus fuerit. Is autem ad quem scribit & eadem dignitate præditus erat, & laboribus pro Ecclesia susceptis clarus, & amicus Basilio; nec Cappadociæ vicinus. Omnia in Eusebium Samofatensem mirifice conveniunt, quem Basilii ordinationi scimus interfuisse.

Pag. ibid. c. l. 10. col. 1. ) Indicat Gregorius structas ab Arianis insidias ecclesiæ Cæsariensi anno 365. cum Valens in hanc urbem venit cum suo Arianorum episcoporum comitatu. Tunc Basilium, qui se in solitudinem pacis tuendæ causa receperat, ad succurrendum episcopo suo advolavit, omnibus rebus Ecclesiæ utilitati posthabitis, ac præclarum illum triumphum reportavit, de quo Gregorius orat. 20. pag. 339.

Pag. 76. d. l. 6. col. 2. ) Minime mirum quod Eusebius in remotam provinciam ad electionem episcopi vocetur. Nam cum unus sit episcopatus, & unus grex, sæpe incidunt tempora ejusmodi, ut curam suam & sollicitudinem episcopi exteris ecclesiis debeant. Ut hæream in exemplo Eusebii Samofatenensis; nemini sanctus ille martyr in hoc genere concessit, ac in variis ecclesiis presbyteros & diaconos, atque etiam episcopos magno Ecclesiæ commodo ordinavit, ut testatur Theodoretus Hist. lib. 4. cap. 13. Ex hac autem epistola & nonnullis aliis ejusdem Gregorii, & ex laboribus, quos a Patre Basilii causa susceptos narrat in orationibus 19. & 20. facile perspicimus episcopos electionum otiosos spectatores non fuisse, sed plurimas earum partes consiliando & adhortando sustinuisse. Quin etiam electio interdum penes episcopos erat; & cum varia essent plebis ac cleri studia, ut in Basilii electione contigit, tunc ea pars vincebat, cui major favebat episcoporum numerus. Hinc cum ad canonicam Basilii electionem deesset unius episcopi suffragium; Gregorius Nazianzi episcopus, quamvis senio ac morbo confectus, Cæsaream advolavit, ut electionem calculo suo adjuvaret, *βελτιωσας τὴν ψῆφον*, Greg. Naz. orat. 19. p. 311. & 20. p. 343.

Pag. 77. d. l. 1. col. 1. Manifestus est error librariorum, cum constat Damasum, non Innocentium tunc Romæ præfuisse. Sed hoc erratum alio absurdiore emendat Combefisius, qui hanc epistolam ad Innocentium tunc ecclesiæ Romanæ presbyterum suspicatur scriptam fuisse, & magnum illum & verum episcopum, qui totum orbem suis miraculis complevit, Damasum interpretatur. Videtur illusisse libris cum Innocenti nomen, quo nomine appellatum sciebant celeberrimum Romæ episcopum; tum etiam quod idem Innocentius in epistola 81. dicitur magnæ urbi præfuisse. Sæpe enim Roma apud antiquos *μεγαλόπολις*, magna urbs vocatur.

Pag. 79. a. l. 7. col. 1. ) Ex hoc Basilii testimonio Curcellæus, Quatern. Dissert. 1. p. 138. & Clericus Biblioth. tom. 10. p. 408. ansam carpentæ synodi Nicænæ arripiunt, quod rejectam ab alia synodo vocem adoptaverit; sed consuli potest *differentiatio de Semiarianis in qua nova Cyrilli Hierosolymitanæ operum editio defenditur*. Ibi probatur cap. 7. opinatum illud synodi Antiochenæ decretum, & iis repugnare quæ paulo ante synodum inter utrumque Dionysium gesta sunt, & omnibus prorsus, ne Arianis quidem exceptis, ignotum fuisse usque ad annum 358. nec ullo prorsus testimonio niti, nisi Semiarianorum. Nam Basilium pugnat adversa fronte cum Athanasio, qui in libro de synodis n. 45. Consubstantiale non a synodo Antiochena, sed a Paulo Samofateno exagitatum fuisse dicit.

Pag. 80. a. l. 1. col. 1. *Ad episcopos sibi subditos, ne pretio manus imponant*. Liqueat Basilium agere de episcopis sibi subditis. Nam qui proprie dicebantur chorepiscopi, manus non imponebant, sed clero inferiores ministros adscribebant, ut videre est in epist. sequenti. Sed tamen ipsi etiam episcopi, qui ecclesias metropoli subjectas regebant, interdum vocabantur chorepiscopi. Queritur enim Gregorius Naz. in carmine de vita sua, quod a Basilio, qui quinquaginta chorepiscopos sub se habebat, vilissimi oppiduli constitutus episcopus fuisset.

*ταῖς, καὶ ὁ πενήκοντα χορηπισκόποις  
στρημέρος δέδωκεν.*

*His, quinque me chorepiscopis decem  
Donavit eccles.*

Hoc exemplo confirmatur vetustissimum sodicum scriptum quam sequitur sumus.

Pag. ibid. b. l. 4. col. 2. ) Ambigi possit an non illa ab altaribus secessio excommunicationem simul cum depositione includat. Non tamen videtur Basilium graviolem depositionem poenam intendere. Hæc enim verba, *gratia privabere, quæres autem ubi Dei donum emens donum divendere queat*, nihil aliud designant nisi abrogationem ministerii, quo nonnulli ad turpem quaestum abutebantur. Præterea in canonibus Apostolicis, quos sæpe Basilium sequitur, sola depositio infligitur ei qui pretio ordinavit: qui autem sic ordinatus est, etiam a communione segregatur can. 22.

Pag. ibid. d. l. 5. col. 2. ) Ministros, sive subdiaconos saceratorum ordini adscribit Basilium. Synodus Læodicena inferiores clericos saceratorum numero non comprehendit, sed numerat sacros a presbyteris usque ad diaconos. *ἐπὶ πρεσβυτέρους  
ἐως*



101. dicitur can. 24. Distinguit canone 27. *sive sacerdos, sive clericus, sive laicus*. Et can. 30. *Non oportet sacramentum vel clericum aut ascetam in balneo cum mulieribus lavari, sed nec ullum Christianum aut laicum*. Non sequuntur hujus synodi morem ecclesiastici scriptores. Basilius epist. 287. excommunicato omne cum sacerdotibus commercium intercludit. Et in epist. 195. *Separatior* intelligit cœtum clericorum, eique adscribit clericos qui epistolam episcopi perferebant. Athanasius ad Rufinianum scribens, rogat eum ut epistolam legat *separatior & populo*. Gregorius Nazianzenus lectores sacri ordinis *seps rōymatos* partem esse agnoscit in epist. 43. Notandus etiam canon 8. Apostolicus. *Si quis episcopus vel presbyter vel diaconus, vel ex sacro ordine*. Hæc visa sunt observanda, quia pluribus Basiliis locis, quæ deinceps occurrent, non parum afferent lucis.

Pag. ibid. e. l. 1. col. 2. Quod ait Basilius chorepiscopos hominum penuria laborare in electionibus, id de electionibus inferiorum ministrorum accipi non debet, sed presbyterorum & diaconorum, quos episcopi chorepiscoporum testimonio probatos ordinabant.

Pag. 83. a. l. 4. col. 1. Non sine ironia dicit Basilius fratrem sibi bellum indicare, quia scilicet eo invito Gregorius in pacificationem sese interponebat. Hæc enim est, ni fallor, hujus loci sententia, Gregorius non debuisse ejusmodi temporibus nova fratris negotia facere; sed tamen quia bellum indicere ei statuerat, saltem Cæsaream venire & curas cum fratre partiri debuisse. Etsi autem hæc Basilius quadam potius urbanitate, quam animi offensione dixit; videtur tamen Gregorius offensum illius animum judicasse, idque patruo communi indicasse. Hinc Basilius in epist. ad eundem patruum remouet a se suspiciones animi in fratrem irati, & bellum sine inimicitias cum propinquis, ut magnum nefas, a se detestatur.

Pag. ibid. b. l. 1. col. 2. Negat Basilius se adfuturum, nisi decenter advocetur, id est, nisi mittantur qui eum in iudicium locum deducant. Erat Basilius, ut in ejusmodi officiis exhibendis diligentissimus, ita etiam in reposcendis attentus. Meletius Antiochenus & Theodotus Nicopolitanus, cum Basilius ad celebritatem quamdam obiter advocasset per Hellenium Nazianzi Persequatorem, nec iterum misissent qui de iisdem admoneret aut deduceret; displicuit Basilio pertinetoria invitandi ratio, ac veritus ne suspectus illis esset, adesse noluit.

Pag. 84. e. l. 7. col. 2. Liquet hunc ducem non solum a communionem & precibus remotum fuisse; sed etiam ab ecclesia prorsus ejectum. Porro in Libya, ubi cum imperio etiam excommunicatus versabatur, nemo poterat eum in his, quæ ad rem publicam pertinent, fugere, nec videtur Athanasius edicere potuisse, ut nemo cum eo ignem aut aquam aut tectum commune haberet. At is si in Cappadociam privatus redisset; merito subiisset has ignominias notas. Simili modo Basilius in epist. 288. hominem in vitiis pertinacem excommunicat, ac jubet toti pago denuntiari eum admittendum non esse ad ullam rem ad vitam pertinens societatem.

Pag. 85. c. l. 1. col. 2. Ducem Neocæsareæ intelligit vetus interpres. In titulo prorsus simili epistolæ 306. reddit, *Præsidi Sebastie*. Sed in utroque loco non dux aut præfex, quorum potestas unius urbis finibus non continebatur, sed potius Præpositus urbis indicatur, seu *primus curia*, ut legitur in cod. Theod. lib. 12. Tit. 1. leg. 127. 171. & 189. Erant enim in unaqueque curia Principales & inter Principales unus eminebat dignitate, ac regendæ curiæ & urbis gubernandæ plurimas partes tenebat. Præpositus pagorum similiter vocatur *πρωτοδωρ* in epist. 86.

Pag. 89. c. l. 7. col. 2. Quod Basilius de Romanorum episcoporum in alias ecclesiis beneficentia narrat, testimoniis confirmatur & Dionysii Corinthiorum episcopi apud Eusebium Hist. lib. 4. c. 23. & Dionysii Alexandrini lib. 7. c. 5. & ipse etiam Eusebii, qui hunc morem in postrema persecutione servatum a Romanis fuisse declarat lib. 4. c. 23. Memorata autem a Basilio calamitas sub Gallieno contigit, cum Scythæ Cappadociam & finitimas regiones vastarent, ut testatur Sozomenus lib. 2. c. 6. Atque ex tantis malis magnum hoc bonum eruit Deus, ut christiani a barbaris abducti victores suos caperent & ad Christum adducerent. Unde Basilius in epist. 164. prima pietatis semina apud Gothos & Cappadociam pullulasse ait opera beati Eutychis.

Pag. 92. b. l. 2. col. 2. Erant hæc nocturnæ lucernæ inter ornamenta civitatum, sed in luctu publico intermitti solebant. Unde Libanius in orat. ad Antiochenos de Imperatoria ira, suadet civibus, ut has lucernas tantisper seponant, vel rariores accendant. Vide Ammianum lib. 14. c. 1. & Notam Valefii ex qua hæc delibavimus.

Pag. 98. a. l. 8. col. 2. Patriam suam vocat Basilius locum, in quo educatus fuerat apud aviam suam. Eundem locum similiter designat supra initio epistolæ 8. Ait in epistola 51. se cum pluribus in patria timentibus Deum insolabiliter doluisse, quod Dianius formulæ Constantinopoli allatæ subscripsisset. Hunc autem presbyterum qui in patria Basilius degebat, non alium esse perspicitur ei presbytero, qui Basilius colactaneus erat, ac domum, in qua Basilius educatus fuerat, certis conditionibus commissam administrabat, ut patet ex epistolis 36. & 37.

Pag. ibid. b. l. 3. col. 1. Aurum illud vocabatur *comparativum*, quia idcirco conferebatur, ut inde vestes militares compararentur, ut observat Gothofredus ad lib. 7. cod. Theod. tit. 6. leg. 3. Nam provinciæ Orientis, exceptis duabus, nempe Oſroene & Isauria, non vestem ipsam militarem præbebant, sed aurum compensationis gratia. Porro Valens in lege secunda ejusdem tituli, quæ Marcianopoli data est anno 368. iusserat *Omniem canonem vestium ex Kal. Sept. ad Kal. Aprilis largitionibus tradi: proposita Reſtori provinciæ vel ejus officio condemnationis pena*. Unde patet hanc Basilius epistolam ad Rectorem Cappadociæ, quem Eliam esse non levibus de causis existimamus, scriptam esse mense Martio ac non longe ante Pacha, quod hoc anno 372. incidit in diem octavam Aprilis.

Pag. 101. e. l. 12. col. 2. Exstat synodica illa epistola, græcè quidem apud Sozomenum & Theodoretum, latine vero in collectione Romana ex veteribus monumentis descripta. Sed cum synodus in hac epistola doceat Patrem & Filium & Spiritum sanctum unius esse hypostasis & essentia *τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως & οὐσίας*, quomodo Basilius & cum eo plures alii, qui unam in tribus hypostasis ferre non poterant, omnibus tamen, quæ synodi litteris continentur, declarant se assentiri? Magnum sane indicium hanc vocem *ὑποστάσεως* subditivam esse & assutam. Sed huc accedit cum ipsa epistola ab Holstenio edita, in qua legitur tantum Patrem & Filium unius esse substantiæ, tum maxime ipsius Basilius testimonium, qui in epist. 212. docet ipsos etiam Occidentales discrimen inter essentiam & hypostasis subindicasse; siquidem in litteris suis, cum lingua sua inopiam suspectam haberens, essentia nomen græca lingua ediderant. Non ergo dixerunt Occidentales Patrem & Filium ejusdem esse *ὑποστάσεως & οὐσίας*, sed tantum ejusdem *οὐσίας*, omiſſa hypostasis voce. Atque inde etiam colligitur eos non græcè scripsisse, nec epistolam, quæ est apud Sozomenum & Theodoretum, primarium esse & germanissimum exemplar, ut eruditus editor litterarum summorum Pontificum contra Tillemontium & alios contendit, sed potiori jure hanc laudem editæ ab Holstenio epistolæ latinæ tribuendam.

Pag. 102. b. l. 4. col. 1. Non legitur hæc epistola in codice Harlezano. Editi *μαρτυρος*, quam lectionem tuetur Combefissius & Scultetum castigat, quod reddiderit, *alicujus sancti*, cum soli martyres illis temporibus colerentur. Sed ne id quidem Combefissio concedi potest, martyres solos tunc coli solitos fuisse. Narrat Basilius in epistola ad Ambrosium Dionysio Mediolanensi eundem ac Martyribus honorem delatum fuisse ab incolis illius loci, in quo sepultus fuerat. Nec minor fuit Gregorii apud Neocæsarienses celebritas. Athanasii & Basilius dies festos nemo nescit statim post eorum mortem celebratos fuisse. Atque etiam si demus Combefissio quod contendit; non idcirco mutandus erit contextus. His enim vocibus, *Si sancti alicujus memoria recolatur*, nihil vetat Apostolos & martyres intelligere. Sic enim Paulum designat Basilius in epist. 201. sic designantur sacri scriptores in libro secundo adversus Eunomium n. 8. Sed quod nullum prorsus difficultati locum relinquit, Gregorius Nyſſenus orat. in laudes Basilius pag. 485. negat celebritatem illius diei minorem videri debere aliis sanctorum festis diebus, *τῶν ἐπι τῆς ἀγίας ἰστορίας*.

Pag. 107. c. l. 5. col. 2. Nemo sane non miretur Gregorium Nyſſenum concilia coegisse contra Basilius, eique insidias struxisse. Sed quia Basilius id adscribit simplicitati Gregorii; facile perspicitur non malum animum, sed potius immoderatam fratris juvandi studium reprehendi. Nam cum esset Gregorius homo minime astutus, & ad suspicandam in aliis fraudem tardissimus; merito metuebat Basilius ne, dum is cum hominibus vasserrimis consiliatur, & se & fratrem in res molestissimas conjiceret. Non multo lenius castigat illius simplicitatem Basilius in epist. 57. queriturque quod sibi bellum indicat; quia sese in pacificationem; invito Basilio, interponebat, & in componendo Basilius inter & avunculum dissidio minus caute versabatur. Insidiæ ergo illæ & concilia adversus Basilius, eodem sensu accipienda, ac bellum in epistola mox citata memoratum, utpote ex eadem profecta simplicitate.

Pag. 109. a. l. 9. col. 1. Basilius his vocibus non presbyteros solum & diaconos, sed alios etiam clericos comprehendit, ut observavimus ad epist. 54. 2. Antiqua illa lex, quam citat Basilius, exstat in codice Theodosiano tom. 6. lit. 2. p. 34. Ibi Constantius immunitatem a sordidis muneribus, a collatione iustrali & a censibus concedit non solum presbyteris & diaconis, sed etiam aliis clericis & juvenibus, eorumque conjugibus & liberis & ministeriis. Hinc Gregorius Nazianzenus in epistola 166. queritur quod clerici, qui secum erant & in domo sua, immunes non sint, cum in aliis civitatibus omnes, qui circa sacrarium versantur, *πάρτας τῆς πρεβυτερίας* hoc beneficio perfruantur. 3. Basilius, qui in hac epistola petit, ut concessa immunitas iudicio episcopi dispensanda permittatur, non videtur solis presbyteris & diaconis immunitatem petiisse; cum ipsius interesset, ut hæc liberalitas ad eos etiam clericos, quos domi suæ habebat, & ad alios pauperrimos & omnium egenos extenderetur.

Pag. 109. a. l. 3. col. 2. Gothofredus Basilius petere existimat, ut beneficium successoribus eorum, qui tunc erant, presbyterorum & diaconorum, transfatur. Sed minus vidit hoc in loco vir doctissimus. Quomodo enim Basilius, si quidquam ejusmodi peteret, hac ratione uteretur, quia non semper contingit eos ministerio sacro dignos esse? Non cadit in Basilius ejusmodi ratiocinatio. Præterea postulat ut ipsi episcopi hanc immunitatem dispensent; quod prorsus inutile fuisset, si ratum & fixum singulis clericis beneficium fuisset. Videtur ergo Basilius sententia sic accipienda. Petit aliquam immunitatem, episcoporum arbitrio gubernandam, ita ut nominatim non tribuatur certis quibusdam ministris, quia eorum successoribus, qui fortasse indigni essent ministerio, transmitteretur. Longe satius ei videtur, ut descriptio sit libera, & qui ecclesias gubernant, immunitatem quovis loco ministrantibus donent, eorumque iudicio permittatur, quinam censui addendi, quive habendi sint eximii. Hinc se immunitatem non omnino clericis, sed iis qui quovis tempore affiguntur, petere declarat.

Pag. 110. b. l. 8. col. 1. Ex-Præfectis dicuntur qui dignitate Præfecti perfuncti sunt, vel illius ornamenta per codicillos acceperunt. Quisnam ille sit, de quo Basilius loquitur, & in Cappadocia an quifquam ejusmodi existerit, plane nescio.

Pag. 115. b. l. 8. col. 1. Probabilis est, ut observat Tillemontius, Jovinum Perrhæ in Syria episcopum fuisse, quam aut Pergæ in Pamphylia, aut Kerrhæ urbis prorsus ignotæ. Fuit enim Jovinus illæ amicissimus Eusebio Samosatensi, & in eadem provincia episcopus; siquidem mortuo Eusebio ad electionem episcopi vocatus fuit, & cum manu Antiocho Eusebii

sebiei successori una cum aliis episcopis imponeret, repulit ejus dexteram Antiochus, quia Arianorum communionem, licet exiguo tempore admiserat; eumque ex numero consecrantium removeri iussit, negans se manum illam ferre posse, quæ sacramenta per blasphemiam confecta susceperat, Theodoret. lib. 4. c. 15.

Pag. 116. a. l. 3. col. 1. Nemo existimet Cæsaream idcirco miseram vocari, quod impietas ac vitia in hac urbe dominantur. Laudat in Cæsariensibus fidei fervorem Gregorius Nazianzenus Orat. 3. & 19. p. 91. & 308. nec ulla alia civitas sub Juliano majora religionis studia declaravit. Miseram ergo arbitror dici, quia quo major erat in plerisque civibus pietas, eo detestabilior videbatur nonnullorum aliorum impietas & morum dissolutio, maximum dolorem Basilio ac omnibus bonis inurens.

Pag. 121. a. l. 3. col. 1. ) Mirum videri possit, cur Basilius communicare cum Arianis sibi videretur, si cum Eustathio communicaret. Nam Eustathius nondum cum Arianis communicabat, neque hoc facinus aggressus est, nisi anno 375. exunte. Ipse Basilius, postquam communionem Eustathio renuntiavit, non se ab omnibus Eustathii communicatoribus disjunctum, ut patet ex epistolis 249. & 250. ad Patrophilum & Theophilum. Cur ergo visus sibi fuisset cum Arianis per Eustathium conjungi, qui tamen cum Arianis non communicabat: cum ipso autem Eustathio conjungi per eos sibi non videbatur, qui cum Eustathio communicabant? Aliud causæ esse non puto cur ita se gesserit Basilius, nisi quod Eustathii communicatores nequaquam illius sententiæ adscriptores & adspulatores essent: Eustathius vero Arianorum errorem damnare, & catholicam fidem profiteri nollet. Quamobrem si cum Eustathio communicasset, visus sibi fuisset Arianam hæresim fovere vel saltem tolerare: at idem in incommodum non incurberant, cum iis communicans, qui se ab Eustathio nondum disjuncterant.

Pag. ibid. d. l. 1. col. 1. ) Basilius in epist. 265. non audit Eustathio tantum facinus attribueret: at si hæc verba sint Apollinarii, merum Sabellianismum esse pronuntiat. Citantur, ut Apollinarii, a Timotheo presbytero Constantinopolitano in libro de Receptione hæreticorum, apud Cotelierum tom. 3. monument. Græc. p. 395. Sed tamen in Apollinario licentia magis scribendi, quam Sabelliana impietas vituperanda. Id enim videntur indicare Orientales, dum in epist. Basilius 263. queruntur, quod Apollinarii de Theologia, id est, de personis divinis, disputationes non petitis e Scriptura probationibus, sed humanis argumentis nitantur. Plurimum se amabant Apollinarii de catholica Trinitatis fide, ac de hujus dogmatis defensione, ut videre est apud Gregor. Naz. Orat. 51. Neque hanc laudem Apollinario denegat Epiphanius hæres. 77. Sed dolet quod eam impiis de Incarnatione erroribus perverterit. Adeo autem non laborabat Sabelli morbo Apollinarius, ut interdum in Arianam hæresim ferri videretur, gradus in Trinitate fingens, & magnum, majorem & maximum inducens, ut ei exprobrant Gregorius Nazianzenus Orat. 51. & Theodoretus lib. 5. lib. c. 3.

Pag. 122. a. l. 4. col. 1. ) Duplicem communicandi rationem esse ex hoc loco & ex epist. 224. perspicimus, alteram cum iis qui coram accedunt, alteram per litteras. Prima quæ ad sacram Eucharistiam, aut ad preces admittendo fiebat. Itaque Theodotus, ut supra vidimus in epist. 99. quod Basilius ab Eustathii communionem non discederet, contumeliam eo perduxit, ut illum nec ad matutinas, nec ad vespertinas preces assumeret. Ipse Basilius adversarios provocat in epist. 224. ut aliquem a se ex clericis Apollinarii ad communionem aut ad preces admissum fuisse demonstrant. Quod spectat ad alterum communionis genus, non omnes hæreticæ signum erant communionis, sed quæ, ut ait Basilius, *secundum Ecclesie normam* fiebant, sive litteræ canonicæ. Sic enim appellat Basilius in eadem epist. 224. ubi communionis cum Apollinario litteræ suspensionem repellens, negat se unquam litteras canonicas ad eum dedisse. Unde confirmari potest, quod in Vita S. Cypriani novæ edit. probatum est, epistolam Stephani Papæ ad Cyprianum, non esse certissimum communionis argumentum, & contra quam videtur Tillæmontio, post negatam legitis episcopis communionem scribi potuisse. Una autem ex hujus, quibus ejusmodi epistolæ dignoscantur, ea videtur existisse, ut is ad quem scribebatur, episcopus salutaretur, si hac dignitate ornatus esset. Discimus enim ex ep. 240. Theophilum Castabalarum episcopum, cum nec aperte conjungi cum Basilio vellet, nec aperte disjungi, scribere ad eum noluisse, ne ut episcopum salutare cogereetur. Basilius postquam se ab Eustathii communionem disjunctum, nunquam illum episcopum vocat.

Pag. ibid. d. l. 11. col. 2. ) Hoc reordinationis facinus, quod rumor ad Basilius detulerat, non videtur certis indicibus fuisse confirmatum. Nulla enim illius mentio in aliis Basilius epistolis, quæ adversus Eustathium scriptæ sunt. Quod autem spectat ad alios hæreticos, non accuratissimum videtur, quod ait Basilius nulla apud eos existere reordinationis exempla. Nam *execrabiles Arianis*, ut est in libello precum Fausti & Marcellini, Biblioth. Patr. tom. 5. p. 655. *in partibus Orientis & maxime Ægypto non fuerunt hoc solo consenti, ut episcopi, damnata fide integra, in eorum impiam sententiam declinarent: sed hos ipsos qui primum fuerant per catholicos episcopos ordinati, ubi pro eorum desideriis subscripsissent, in laicorum numerum exigebant, & postea iterum eos idem hæretici episcopos ordinabant, ut non solum fidem catholicam damnare viderentur, sed ordinationem factam per episcopos catholicos.* In eodem libello p. 658. & 659. plebs Oxyrinchi communionem episcopi sui execrata dicitur, quia non solum impie subscripserat, sed etiam se a Georgio laicum fieri, & denuo episcopum ordinari passus fuerat. Hæc confirmari possunt ex epistola Constantii ad Auxumitanos principes, in qua jubet Constantius ut Frumentius Auxumitanos episcopum quam primum mittatur in Ægyptum ad honoratissimum episcopum Georgium & alios Ægypti episcopos, quibus ordinandi & ejusmodi res dijudicandi major inest potestas, *οὐ τὸ χειροτονῆσαι καὶ κερσεύειν τὰ*

*πραῦτα κέραιοι μὲν δὲ εἶναι.* Addit postea, *καταστῆσαι καὶ αὐτὸν, εἰ μάλιστα τὸ ὄντι κατὰ τὸ δίκαιον ἐπίσκοπος εἶναι δοκῆι.* Et ab eis constituetur, si verus Episcopus juxtaque leges ordinatus haberi velit, Athanas. Apol. p. 313. Videtur hoc Georgii scelus, quod sua sponte gravissimum erat, cum multis aliis sceleribus longe gravioribus adjunctum esset, minus inique existisse, nec ad Basilius aures pervenisse.

Pag. 123. b. l. 10. col. 1. ) Præclare describitur speciosa illa pellis, quæ se turpis introrsum Eustathius tegebatur. Præ se enim ferebat maximum amorem veritatis, & mendacium vel in minimis rebus, ut *horribile quiddam*, aversari videbatur, nedum in gravissimis velle mentiri. Hoc ei testimonium tribuit in epist. 99. Basilius, qui his artibus deceptus, & ex tota Eustathii vita conjecturam faciens, pernicem illi notam mendacii a Theodoto Nicopolitano iniuri contendeat. Unde etiam Eustathium sic compellat Basilius in epist. 223. *O vir amice veritatis, qui mendacium diaboli factum esse didicisti.*

Pag. ibid. c. l. 3. col. 2. ) Sæpe alias hunc deorum errorem catholicis Ariani affinxerunt. Hunc Gregorius Nazianzenus Orat. 1. & 29. p. 16. & 489. refellit, ut a nonnullis propugnatum, quos nimis orthodoxos vocat. Sed tamen, cum nulla essent sæculo quarto hujus erroris vestigia, credere malum ita loquutum esse Gregorium, non quod ipse hujus hæresis sectatores deprehendisset, sed quod ea de re, quæ rem causamque non continebat, cum Arianis litigare nollet. Sic Basilius inter ea, quæ Eustathio subscribenda proponit in ep. 125. non omittit *jugiendos esse eos qui Filium Patris, & Spiritum sanctum præsumunt.* At id Basilius videtur potius concessisse Eustathio, quam sua sponte necessarium duxisse. Neque enim probabile est hoc errore quemquam infansisse: sed Eustathius & alii Pneumatomachi hanc notam inurere tentabant veritatis defensoribus, ac imprimis Basilio qui calumniam a se propulsat in epist. 251. Simile exemplum suppeditat Apollinarista, qui ut catholico dogmati invidiam crearent, duos Filios ab adversariis suis admitti & Mariam homini-param dici fingebant. Gregorius Nazianzenus hunc errorem recens exortum esse dicit in Orat. 11. p. 221. Nyssenus vero ut contentum esse dicit in Orat. 11. p. 221. Nyssenus vero ut contentum esse dicit in Orat. 11. p. 221. Nyssenus vero ut contentum esse dicit in Orat. 11. p. 221. Nyssenus vero ut contentum esse dicit in Orat. 11. p. 221.

Pag. 125. c. l. 11. col. 2. Hujus loci, qui suboscuro est, ea videtur esse sententia. Non dicit Basilius sibi in votis esse iter Samosatense, ut extratela inimicorum sit. Quomodo enim tutior fuisset in externa regione? Metuendum potius erat ne in gregem eo absente lupi irruerent; quod periculum episcopis diu absentibus imminere ait pluribus locis. Rationem ergo reddit, cur colloquium & conspectum Eusebii non ad communem utilitatem, sed ad propriam profuturum speraret. Cum enim ei mutuas operas episcopi ad communem utilitatem non traderent, impari se videbat evertentis adversariorum consiliis, satisque magnum sibi facturus videbatur, si sibi ipse consulens extra eorum tela esset, seque eorum subduceret furori, id quod etiam testatur supra in epistola ad Urbicum monachum. Sic animo affectus Samosatam cogitabat non communis, sed propriæ utilitatis causa. Nihil prorsus vidit in hoc loco Combessius, qui sic interpretandum docet: *Putaveram esse me extra ecclesiasticorum tela &c.*

Pag. 127. c. l. 6. col. 2. ) Perspicimus ex epistola 151. multos Sebastiaz a communionem Eustathii secessisse. Hi ad Basilius, ut primum in has regiones habentem confugerunt. Cura autem ecclesiastica, quam a Basilio petunt, interdum eo spectat, ut pulso episcopo alius ordinetur; vel: cum Xystus III. ep. 1. p. 1235. minatur episcopis hæresi faventibus: *Ecclesiarum ab ipsis occupatarum curam fore, si non ipsi sibi consuluerint.* At Sebasteni non videntur id petiisse; neque enim sub Valente fieri potuisset; sed Basilio regendos se ac gubernandos, ut episcopo carentes; comisisse.

Pag. ibid. e. l. 4. col. 2. ) Rogat Eusebium Basilius, ut præter consuetas orationes unam aliquam pro se indicat, & populo ipse præeat; velut cum Athanasius dicebat: *Præeam pro salute religiosissimi Imperatoris Constantii*: statimque populus una voce acclamavit: *Christe auxiliare Constantio*, Apol. ad Constant. n. 10. Fiebant interdum ejusmodi extra ordinem preces, Audierat Joannes Hierosolymitanus S. Epiphanius sic pro eo in sacrificiis solitum precari; *Domine præsta Joanni ut recte credat.* Fatetur Epiphanius in epistola ad eundem Joannem se corde quidem sic semper orasse; sed negat se ejusmodi preces in alienas aures protulisse; sed tantummodo in complenda oratione secundum ritum mysteriorum & pro omnibus & pro Joanne quoque dicere: *Custodi illum, qui prædicat veritatem*, vel certe ita: *Tu præsta Domine ut ille verbum prædicet veritatis.* Non videtur Epiphanius ante hæc preces populum admonuisse. At Basilius rogat Eusebium, ut id non omittat.

Pag. 128. a. l. 10. col. 2. ) Nicænam formulam Cæsaream attulerat S. Leontius, qui huic synodo interfuerat. Ejusdem fidei acerrimus defensor existit Hermogenes Leontii successor. Et perspicui potest ex epist. 81. At Dianius qui Hermogeni successit, non videtur ejus vestigiis semper instituisse. Sæpe enim Arianorum formulis subscripsit. Non ideo tamen Nicæna formula Cæsareæ oblitterata, ut hoc loco testatur Basilius: ac ipse Dianii perhonorificum de hac fide & de Nicænis patribus testimonium habemus in epist. 51.

Pag. 129. e. l. 4. col. 2. ) Duo erant numerarii in Unaquaque provincia. Non tamen collega hoc loco intelligitur alter Numerarius, cui superior inscripta epistola. Huic enim Basilius similiter dicit beneficium sibi in pauperes ab ipso collega promissum fuisse. Quare collegam utriusque Numerarii interpretor Tractatorem Præsidum, cuius promissa in epistola sequenti repositur. Is cum munus administraret magna cum Numerariis necessitudine conjunctum, eorum collega dici poterat.

Pag. 131. d. l. 1. col. 1. ) Legitur in omnibus editis & MSS. codibus *eidem*, Trajano scilicet: ad quem scripta superior epistola. Quare non ausus sum hunc titulum mutare; sed tamen nullus dubito, quin hæc epistola ad Trajanum minime scripta sit. Is enim ad quem scripta, est oculis suis viderat calamitates

tes Maximi. At Trajanus nihil prorsus audierat de his criminibus; & idcirco Basilium Maximus rogavit, ut eas Trajano breviter exponeret.

Pag. *ibid.* d. l. 4. col. 2.) Hac voce non questionis tormenta, quibus subijci non poterant præfides provinciarum, nisi in crimine majestatis, sed ea potius incommoda intelligi debent, quæ ab homine lautiori vitæ affueto, dum bonis omnibus spoliatus fugit, abesse non possunt. Hinc in præcedenti epistola, ut ex octo veteribus libris legimus, corporis incommoda, quæ Maximus sustinuit, ex illius potissimum fuga & variis fuscis erroribus repetuntur. Videtur autem accusatus repetundarum fuisse, & idcirco omnibus rebus spoliatus; quia etsi minime convictus fuit, per vim tamen & impressionem Vicarii, quadrupli penam, quam leges convictis infligebant, coactus est persolvere. Hinc etiam civis statu non omnino excidit; nec eum tamen integrum & illatum retinuit, ut in superiori epistola legimus. Nam iudices repetundarum convicti ablatis codicillarum insignibus, & honore exuti, inter pessimos quoque & plebeios habebantur, ut sanctorum cod. Theod. lib. 1. tit. 27. leg. 1. nec tamen infames & intestabiles erant, ut observat Gothofredus ad eandem legem.

Pag. 133. d. l. 2. col. 2.) Hæc intelligi non debent de Eustathii separatione a communione Basilii, sed potius de Sebastianorum nonnullorum ab ipso Eustathio discessione. Tota res enitescit ex superioribus verbis, sed tamen aliquid necessarium a nonnullis præter animi sententiam fieri, non improbat. Hæc profecto referenda ad separationem eorum, qui se separaverunt. Huic eorum facto non assentiebatur ex animo Basilii, quem admodum nec medici libenter urunt, nec navigantes liberter mercem eiciunt. Sed tamen eos non improbat, quia veritas amatoribus nihil est Deo & spe in Deum antiquis. Hæc optime congruit Sebastianis illis, qui, ut supra vidimus in epist. 238. occulto prava opinionis Eustathii vulnere detecto aliquam ecclesiasticam sollicitudinem a Basilio poscebant. Unde Basilii Eusebium consulit, quid Sebastianis respondendum sit. Eis autem Basilium communionem & patrocinium concessisse perspicuum cum ex hac epistola, tum etiam ex epist. 233. ubi narrat Basilii eos, qui secum Sebastiani communicant, curæ addictos a Demosthene fuisse, magnos autem honores amicis Eustathii delatos.

Pag. 135. a. l. 12. col. 1.) Eadem voce Firmilianus Cæsariensis episcopus ecclesiasticas precès designavit in epistola ad Cyprianum. Nam in latina interpretatione ejusdem epistolæ, quæ est inter Cyprianicas 75. legimus mulierem quamdam hoc facinus ausam esse, ut & invocatione non consecrabili sanctificare se panem & Eucharistiam facere simularet & sacrificium Domini non sine sacramento solita prædicationis offerret.

Pag. 136. b. l. 5. col. 1. Hic licet animadvertere summam Basilii inter ipsas dissensiones caritatem. Meletium & causa & sanctitate potiorē deserere non poterat; sed a Paulino illiusque sectatoribus, ut orthodoxis fratribus, diligendis non discedebat, idque confirmat in epist. 211. ad Terentium comitem. Eandem animi moderationem præ se fert in epist. 258. ad Epiphanium, ubi significat se multa quidem ex fratribus audivisse de Paulino, sed minime comprobasse, eo quod non adesset is qui inculpabatur. Quamvis autem Paulini fama apud ecclesiasticos scriptores nulla prorsus criminatione videatur fuisse contacta, ex his tamen Basilii locis nonnulla ei objecta esse perspicitur: sed hæc fortasse iniquis magis suspitionibus, quam certis iudiciis continebantur.

Pag. *ibid.* a. l. 8. col. 2.) Ut hæc intelligantur, conferenda sunt cum aliis locis. His enim verbis, *is scit procul dubio & ad quos profecturus sit*, indicat Basilii sibi Occidentales parum satisfacere, id quod in aliis epistolis vehementius declarat, nempe in epist. 212. & 235. Nec profecto placere illi poterant, quæ Evagrius Roma rediens ei narraverat, ut supra vidimus in epist. 138. Illud autem, *& ad quem finem*, illustratur ex epistola 129. n. 3. ubi fatetur Basilii reperire se non posse, qua de re scribendum sit in Occidentem; quæ enim necessaria sunt, jam præoccupata esse, superflua autem scribere vanum ac inutile esse: de iisdem autem rebus obstrere, etiam ridiculum videri. Ait autem se neminem habere quem mittat, quia episcopi cum Basilio communione conjuncti, operam ei navare volebant; qua de re queritur in epist. 141. Cæterum & a suis desertus & ab hæreticis impugnatus precatur, ut inter septies mille viros numeretur, qui genu ante Baal non incurvaverit, seque de studio ecclesiæ Dei debito nihil remissurum pollicetur.

Pag. 139. a. l. 2. col. 1.) Perspicitur ex conclusione hujus epistolæ incestas illas nuptias, quæ huic epistolæ occasionem dederunt, non contractas in ecclesia Cæsariensi fuisse. Ac profecto, qua erat constantia Basilii in vendicandis ecclesiæ suæ institutis, minime dubium quin ei, qui uxoris mortuus forem duxerat, longe fuisset epistolæ Diodoro affectæ præsidium.

Pag. 146. a. l. 6. col. 2.) Existimat Tillemontius Amphilochem sic invitari, ut dum in ptocotrophio diversatur, locus ex ejus præsentia memorabilis fieret. Sed quid necesse fuit eum tribus ante diem festum diebus advenire? Num si ad diem præstitum venisset, ptocotrophio nihil honoris ex illius præsentia accessisset? Itaque τὴν μνημὴν interpretor, ecclesiam in ptocotrophio extructam, de qua Basilii loquitur in ep. 94. Nemo necit ecclesias, in quibus martyrum reliquæ servabantur, memorias dici solere. Porro Amphilochem, si tribus ante festum diebus venisset, non dubium est, quin ptocotrophio exceptus (ibi enim excipiebantur insignes personæ) mysteria in ecclesia illius loci celebrasset. Quamobrem rogat Basilii tempus tribus diebus anticipet, ut non solum S. Euplychii diem festum obeat, sed & Memoriam Ptocotrophii præsentia sua insignem efficiat.

Pag. *ibid.* c. l. 5. col. 2.) Indicat Basilii horribilem illam tragœdiam, quæ sub Valente acta est, cum deprehensi fuissent qui de illius successore per sortes inquisierant. Tunc omnium fere ordinum multitudo, quam nominatim recensere est arduum, inquit Ammianus, in plagas calumniarum conjecta, percussorum dexteris fatigavit, tormentis & plumbo & verberibus ante debilitata: sumptumque est de quibusdam sine spiramento

vel mora supplicium, dum quaritur an sumi deberet: & ut pecudam ubique strucidatio cernatur. Rerum crudeliter gestarum seriem & modos accurate describit idem scriptor lib. 29. c. 1. & 2. Merito ergo metuebat Basilii, ne his calumniis implicatus Eusebius parum haberet in sua innocentia præsidii.

Pag. 149. a. l. 9. col. 1.) Illud ex verbis Basilii colligi non debet, eum hæc in canonibus parum fuisse veritatum. Nam ab initio episcopatus multa de matrimonio, de ordinationibus clericorum & eorum singularitate statuerat, ut patet ex epistolis ad Diodorum, ad chorepiscopos, ad episcopos sibi subditos, & ad Paregorium. Scripserat etiam ad clericos Antiochenos de jurejurando, ut ipse testatur can. 18. Sed cum latissime pateat hæc materia, non mirum si vel doctissimis semper novi aliquid occurrat. Idem de se fatetur Innocentius Papa in ep. ad Exsuperium. *Mihi quoque ipsi*, inquit, *de collatione docilitas accedit, dum perscrutatis rationibus ad propositum responderi compellor: æque fit mihi aliquid semper addiscas, qui postulat ut doceas.*

Pag. *ibid.* b. l. 12. col. 1. Deest hoc loco in nostris sexdecim codicibus hæc honorifica appellatio, quæ tamen postea eidem Dionysio in hoc ipso canone tribuitur, consentientibus libris veteribus & editis. Duo autem in hoc Basilii testimonio observanda. 1. Pugnat aperte Basilii cum Hieronymo, qui in libro de Scriptoribus ecclesiasticis testatur Dionysium idem ac Cyprianum de baptismo sensit. Videtur hac in re major auctoritas Basilii attribuenda quam Hieronymo. Plus operæ infuserat Basilii in ea re examinanda. Præterea cum illius testimonio congruit tota Dionysii agendi ratio; qui deprecator se pro Asiaticis & Afris interposuit: nedum in eadem ac illi causa versaretur. Quinetiam suam ac decessorum suorum sententiam satis declaravit, cum hominem impio & blasphemie pleno baptismo apud hæreticos initiatum, sed jam dudum sine baptismo ab antecessoribus suis receptum, ante non ausus est baptizare, quam Xystum episcopum Romanum confuisset, Euseb. Hist. l. 7. c. 9. 2. Etsi testatur Basilii non receptum a Dionysio fuisse baptisma Pepuzenorum; non tamen videtur existimasse magnum illum virum eadem indulgentia in alios hæreticos usum fuisse. Miratur enim cur tam liberaliter egerit cum Pepuzenis utpote hæreticis; quod profecto mirum ei visum non fuisset, si ipsos etiam Marcionitas & Valentianios ab eo sine baptismo receptos credidisset. Quamobrem Basilii sententia paulo restrictius accipienda, quam vulgo accipitur. Constat illius de Pepuzenis sine baptismo receptis testimonium, atque ex hoc testimonio illud etiam colligi potest, quodlibet baptisma, modo ritus legitimus non deesset, ratum a Dionysio habitum fuisse. Sed Basilii ipse de solis Pepuzenis loquitur, & in hoc ipso canone magni Dionysii erratum, (sic enim appellat) in eo manifestum & ante oculos positum esse declarat, quod discesserit a sancta præfata canonibus regula, ut aliter hæretici, aliter schismatici recipiantur. Credebat ergo opinatam illam regulam in aliis hæresibus a Dionysio observatam fuisse.

Pag. *ibid.* c. l. 1. col. 1.) His verbis Basilii, *qui nihil a fide recedit*, baptisma intelligit, quod ab hominibus nihil in fidem peccantibus extra Ecclesiam datur. Nam in toto hoc canone non quarit, utrum observata necne fuerit præscripta a Christo forma: sed eam rem, ut minime controversam prætermittens, baptismi rejiciendi aut probandi regulam repetit ex sana aut hæretica doctrina. Hinc illa hæresum, schismaticum & parasynagogarum distinctio, ex qua profecto dignosci non potest, utrum observati necne fuerint legitimi ritus. Hinc etiam Basilii hæreticorum baptisma; etsi a fide recedit, interdum tamen ratum esse patitur, si ita postulet publica utilitas. At profecto numquam tanta usus esset indulgentia, si baptismum a fide recedere aut non recedere existimasset, prout præscripta a Christo forma violatur aut servatur. Denique sancti can. 47. baptizandos Encratitas quamvis dicant, *In Patrem & Filium & Spiritum sanctum baptizari sumus*. Rejiciebat ergo illud baptisma non ob violatos baptizandi ritus, sed quia Encratitæ, ut ibidem testatur, Deum auctorem malorum existimabant, itidem ut Marcion & alie hæreses.

Pag. *ibid.* d. l. 11. col. 1.) Quosnam hic antiquos intelligit Basilii? An Firmilianum, an ejus antecessores, an successores? Non loquitur de Firmiliano; ejus enim sententiam non parum ab ista discrepantem infra exponit. Si de successoribus loquitur, nihil erit ambigui, nihil non accurate dictum. Nam cum Firmilianus nullo discrimine habuisset baptismum sive in hæresi, sive in schismate, sive in parasynagogis datum, ut patet ex ejus epistola ad Cyprianum & ex hoc ipso canone; de illius severitate aliquid postea limitatum, & ea inducta distinctio quam Basilii commemorat. Sed videtur Basilii episcopos Firmiliano antiquiores designare. Hæc enim verba *his estis* satis apte eos indicant, qui de baptismo primi pertractarunt. Præterea miratur Basilii, quod Dionysius, qui æqualis fuit Firmiliani, ab hac distinctioe discesserit in recipiendo Pepuzenorum baptismo. Jam tum ergo illam viguisse credebat. Hæc autem sancti doctoris opinio cum sua sponte non verisimilis est, tum ab ipso Firmiliano refellitur, qui sententiam suam a majoribus accepisse se testatur. *Nec meminimus*, inquit in epistola inter Cyprianicas 75. p. 140. novæ edit. *hoc apud nos aliquando capisse, cum semper istic observatum sit, ut non nisi unam Dei Ecclesiam nossentus, & sanctum baptismum non nisi sancta Ecclesia compareremus*. Credebat ergo Firmilianus ignotam majoribus suis fuisse distinctionem hæreticorum & schismaticorum in baptismo: longe aliter visum Basilio. Unde patet summos illos viros, Firmilianum & Basilium, errasse, dum suam uterque opinionem justo longius repetit, alter ab ipsis Apostolis, alter a temporibus ante Firmilianum elapsis.

Pag. *ibid.* e. l. 1. col. 1.) Quod addit Basilii, *ut adhuc ex Ecclesia existens*, non idcirco addit quod schismaticos in Ecclesiæ membris numeraret. Illius verba si quis in deteriori partem rapiat, facilis & expedita responsio. Nam sub finem hujus canonis de Encratitis ipsis, id est, de hæreticis Incarnationem & Dei singularitatem negantibus, ait sibi non jam integrum esse eos qui huic sectæ conjuncti sunt ab Ecclesia

*fia separare*, quia duos eorum episcopos sine baptismo ac sine nova ordinatione receperat. Nemo autem suspicabitur Basilium ejusmodi hæreticos ab Ecclesia alienissimos non judicasse. Quæ quiddam schismaticis tribuit, in sola baptismi societate positum est. Nam cum Cyprianus & Firmilianus schismaticos & hæreticos ita ab Ecclesia distractos crederent, ut nihil prorsus ad eos ex fontibus Ecclesiæ perduceret; Basilium huic sententiæ non assentitur, & in schismaticis, quia fidem Ecclesiæ retineat, vestigium quoddam agnoscit necessitudinis & societatis cum Ecclesia, ita ut validâ sacramentorum administratio ab Ecclesia ad illos permanere possit. Hinc sibi integrum negat detestandos hæreticos *ab Ecclesia separare*, quorum baptismum ratum habuerat. Idem docent duo præstantissimi unitatis defensores, Optatus & Augustinus. *Quod enim scissum est*, inquit Optatus lib. 3. n. 9. *ex parte divisum est, non ex toto: cum constet merito, quia nobis & vobis Ecclesiastica unq̄ est conversatio, & si hominum litigant mentes, non litigant sacramenta*. Vid. lib. 4. n. 2. Sic etiam Augustinus lib. 1. de Baptismo n. 3. *Itaque isti (hæretici & schismatici) in quibusdam rebus nobiscum sunt; in quibus autem nobiscum non sunt, ut veniendo accipiant, vel redeundo recipiant, aborsamur*. vid. lib. 3. num. 26. Sic ex Basilio hæretici nobiscum sunt quoad baptismum.

Pag. i. id. b. l. 2. col. 2. Non ait Basilium Pepuzenorum in baptizando Montanum aut Priscillam nominatim appellasse: sed Pepuzenorum baptismum rejicit, quia aperte sunt hæretici; & cum eos Montano crederet Spiritus sancti nomen deferre, inde concludit eos, dum baptizant in nomine Spiritus sancti, Montanum intelligere. Simili ratione rejicit Cyprianus baptismum Marcionis in epist. ad Jubaianum p. 131. novæ edit. *Numquid, inquit, banc Trinitatem Marcion tenet? Numquid eundem asserit, quem & nos Patrem creatorem? Numquid eundem novit Filium Christum de Maria virgine natum?* Firmilianus negat Cataphrygas in eundem ac Catholicos Christum baptizare, quia *si queramus quem Christum prædicent, respondebunt se prædicare qui miseris Spiritum per Montanum & Priscillam loquuntur* p. 145. ejusdem edit. Quemadmodum ex his Cypriani & Firmiliani testimoniis non sequitur hæreticos aliis ac catholicis in baptizando verbis usos fuisse; ita nec de Montanistis id Basilium testari credendus est.

Pag. ibid. d. l. 8. col. 2. Hoc Encratarum facinore non corrupta essentialis baptismi forma, sed novæ quædam adjectæ ceremoniæ. Nam in canone 47. sic eos loquentes inducit, *In Patrem & Filium & Spiritum sanctum baptizati sumus*. Hinc eorum baptismum ratum habet, si qua incidit magni momenti causa. Quod autem ait hoc facinus eos incipere, *ut reditum sibi in Ecclesiam intercludant*, videtur id prima specie in eam sententiam accipiendum, quasi Encratiæ baptismum suum eam mente immutassent, ut Catholicos ad illud rejiciendum incitarent, sicque plures in secta contineret odium & fuga novi baptismatis. Abhorrebat enim ab omnium animis iteratus baptismus, ut pluribus exemplis probat Augustinus lib. 5. de Baptismo n. 6. Videtur ergo prima specie Encratis, ea, quam dixi, existisse causa, cur baptismum immutarent. Atque ita hunc locum interpretatur Tillemontius tom. 4. p. 628. Sic etiam illius exemplo interpretatus sum in Præf. novæ Cypriani operum editioni præmissa cap. 4. p. 12. Sed huic interpretationi non convenit cum his quæ addit Basilium. Vereri enim se significat ne Catholicis, dum Encratis ab hac baptismi immutatione deterere volunt, nimium restricti sint & severi in eorum baptismum rejiciendo. Sperabant ergo Catholici tardiores ad ejusmodi baptismum Encratis futuros, si illud Catholicis ratum habere nollent; nedum ipsi Encratiæ baptismatis immutationem eo consilio induxerint, ut ejusmodi baptismum a Catholicis rejiceretur. Quamobrem hæc verba, *ut reditum sibi in Ecclesiam intercludant*, non consilium & propositum Encratarum designant, sed incommodum quod ex eorum facinore consequeretur; velut si dicamus aliquem scelus admittere, ut æternam sibi damnationem accersat.

Pag. 150. d. l. 2. col. 1. Respicit, si fallor, ad canonem 25. Apostolorum, ad quem Balsamon & Zonaras observant nonnulla esse peccata, quibus excommunicatio, non solum depositio infligitur; velut si quis pecunia, vel magistratus potentia sacerdotium assequatur, ut sancitur can. 29. & 30.

Pag. ibid. e. l. 3. col. 1. Constat hic canon duabus partibus. Prima diaconis excommunicationis & gradum poenitentiam molestiam eximit. Altera veram & in omnibus servandam præscribit medicinam, quæ est recessus a peccato, nec diaconos ab exhibendo curationis suæ specimine immunes relinquit. Unde colligitur clericis lapsis non statim concessum fuisse corpus Domini, sed eorum conversionem probatam aliquamdiu fuisse, quamvis depositionis poenæ excommunicatio non adderetur. Sic etiam Basilium can. 1. testatur clericos, qui cum rebellibus abierant, redeuntes sæpe in eodem ordine recipi. Sed postquam poenitentiam egerint, non illam quidem publicam, sed eam quæ in vitiorum emendatione & legitimis conversationis significationibus posita est. Late patet hæc observatio in canonibus Basilii; eademque adhibita ratio in iis curandis & sanandis, qui quamvis inter poenitentes non amandarentur, sed cum fidelibus consisterent, non tamen idcirco ad Eucharistiam accedebant. Hinc iis qui in bello occiderunt, auctor est Basilium, ut a communione per tres annos absterneant, can. 13. Eandem poenam imponit iis qui adversus latrones arma fuserunt, can. 55. Furi sponte confesso locum inter alios fideles relinquit; ita tamen ut annum unum communione careat. Eum autem qui usuras accipit, ad sacerdotium admitti patitur, sed si voluerit injustum lucrum in pauperes infundere, & deinceps ab avaritiæ morbo liberari.

Pag. ibid. c. l. 2. col. 2. Statuit synodus Eliberitana can. 39. ut Gentilibus, si vita eorum honesta fuerit, baptismum in sine concedatur. Sed non puto Basilium in eandem sententiam de hæreticis loqui. Fructus enim in hæreticis redeuntibus intelligendi sunt, non antea facta vita, sed præsens hæresis detestatio, veritatis amor, ac sincerus omnibus ecclesiæ documentis assensus. Porro non mirum si Basilium redeuntes hæreticos non sine examine in exitu recipi jubeat; cum de Catho-

licis ipsis sanciat synodus Nicæna can. 13. ut quisquis communione petat in exitu, eum episcopus *μετὰ δοκιμασίας* cum examine imparti oblatione.

Pag. ibid. c. l. 4. col. 2. Clericos sive eos qui in canone recensentur hæc voce designari hæcenus existimantur Basilii interpretes, ac ipsi etiam Zonaras & Balsamon. Sed ut canonicas sive sacras virgines interpreter, pluribus rationum momentis adducor. 1. Basilium hoc nomine clericos appellare non solet, sed sacras virgines, ut perspicitur ex epistolis 52. & 173. 2. Præscriptum Basilii non convenit in clericos, quorum nonnullis, nempe lectoribus & aliis ejusmodi venia dabatur ineundi matrimonii, quamvis in canone recensentur. 3. Prohibet Basilium ejusmodi supra quæ honesto matrimonii nomine prætexi solebant. At id non quadrat in clericos, quorum aliis, ut jam dixi, non in concessum erat matrimonium, alioquin vero matrimonium post ordinationem inire nulla prorsus ecclesia patiebatur, aut certe matrimonii pretium erat depositio. Contra virginibus nubentibus non longior poena pluribus in locis imponebatur, quam digamis, ut perspicitur ex canone 18. ubi Basilium hanc consuetudinem abrogat, ac virginum matrimonia instar adulterii existimat.

Pag. ibid. d. l. 2. col. 2. Manifestum est in hoc triginta annorum numero erratum, quamvis omnes libri veteres cum editis consentiant. Quomodo enim triginta annorum poenitentia ejusmodi peccato imprudenter commisso imposita fuisset, quod qui scientes & volentes admiserant, per annos tantum quindecim a communione atcebantur, ut patet ex canonibus 38. 62. 63. Deinde vero testatur Basilium eos *sepe hominis ætatem* satanæ traditos fuisse. At ætas hominis (*γενεά*) sæpe annorum viginti spatio existimatur: velut cum ait Dionysius Alexandrinus apud Eusebium lib. 7. cap. 21. Israelitas in deserto fuisse duabus ætatibus. Ipse Basilium in epistola 201. quæ scripta est anno 375. Neocæsarienses incusat quod sibi jam totam fere hominis ætatem succenseant; quos tamen non ita pridem amicos habuerat, ac anno 368. Mufonii morte afflictos litteris amicissimis consolatus fuerat. Sæculum apud latinos non semper stricte sumitur; velut cum ait Hieronymus in epist. 27. ad Marcellam in Christi verbis explicandis *per tanto jam sæcula sanctorum ingenia sudasse*: vel cum auctor libri de Rebaptismate in Cyprianum tacito nomine invehitur, quod *adversus præca consulta post tot seculorum santam seriem nunc primum repente sine ratione* insurgat, p. 357. De hoc ergo triginta annorum numero non paucos deducendos esse crediderim.

Pag. 151. a. l. 6. col. 2. Sequitur in hoc canone Basilium Romanas leges, quas tamen fatetur cum Evangelio minus consentire. Lex Constantini jubet *in repudio mittendo a femina hæc sola crimina inquiri, si homicidam, vel medicamentarium, vel sepulcorum dissolutorem maritum suum esse probaverit*. At eadem lege viris conceditur, ut adulteras uxores dimittant. Aliud discrimen hoc in canone uxores inter & maritos ponitur, quod uxor injuste dimissa, si ab alio ducatur, adulterii notam non effugiat; dimissus autem injuste maritus nec adulter sit, si aliam ducat, nec quæ ab eo ducitur, adultera. Cæterum Basilium ante episcopatum eodem jure uxorem ac maritum esse censebat. Nam in Moralibus Reg. 73. statuit *virum ab uxore, aut uxorem a viro non debere separari, nisi quis deprehendatur in adulterio*. Utrique pariter interdicit novis nuptiis, sive repudient, sive repudientur.

Pag. ibid. c. l. 5. col. 2. Videtur hunc canonem sequutus esse S. Athanasius, cum Dracontium, qui jurayerat se abiturum, si ordinaretur episcopus, ac ordinatus fuisset, ad suscipiendam ecclesiæ curam, nulla habita jurisjurandi ratione, hortatus est.

Pag. ibid. d. l. 1. col. 2. Perobscurus hic canon videtur sic explicari posse. Longinus presbyter erat in agro Mestizæ subjecto. Sed cum is depositus esset ob aliquod delictum, ac forte honorem sacerdotii retineret, ut nonnumquam fiebat; Severus episcopus in ejus locum transtulit Cyriacum, quem antea Mindanis ordinaverat, ac jurare coegerat se Mindanis mansurum. Nihil hac in re statui posse videbatur, quod non in magnam aliquam difficultatem incurreret. Nam si in agro Mestizæ subjecto Cyriacus remaneret; perjurii culpam sustinebat. Si rediret Mindana; ager Mestizæ subjectus presbytero carebat, atque hujus incommodi culpa redundabat in caput Longini, qui ob delictum depositus fuerat. Quid igitur Basilium? Utrique occurrit incommodo; jubet agrum, qui Mestizæ subjectus erat, Vasodis subijci, id est loco, cui subjecta erant Mindana. Hoc ex remedio duo consequeretur Basilium, ut & ager ille presbytero non careret, & Cyriacus ibi remanens, Mindana tamen redire censeretur, cum jam hic locus eidem ac Mindana chorepiscopo pareret.

Pag. ibid. e. l. 1. col. 2. Erant ergo Mindana Vasodis subjecta, id est chorepiscopo Vasodis sedenti; siquidem Basilium agrum Mestizæ subjectum Vasodis subijci jubet, ut Cyriacus ex agro, in quem translatus fuerat, non discedens, redire tamen Mindana censeatur. Ex quo etiam colligi potest vel Cyriacum non stricte jurasse Mindanis se mansurum, sed paulo latius de tota regione, quæ sub eodem erat ac Mindana chorepiscopo, jusjurandum concepisse; vel Basilium, ut in re difficili ac molesta, benignam interpretationem adhibuisse. Sed prior sententia magis aridet, quia summa erat Basilii in jurisjurandi observatione religio. Exemplum satis simile occurrit apud S. Augustinum, qui rem paulo aliter ac Basilium temperavit. Nam cum Timotheus quidam Severo episcopo jurasset numquam se ab eo recessurum, isque postea ordinatus alibi diaconus, nec redire posse videretur ad Severum ob susceptam ordinationem, nec ubi ordinatus fuerat remanere ob religionem jurisjurandi; censuit Augustinus una cum Alypio & Samucio non futurum perjurii reum Timotheum, si non per ipsum, sed per Severum fieret, ut ab eo discederet; quandoquidem de sua Timotheus, non de Severi voluntate juraverat, nec vicissim Severus sese jurejurando obstrinxerat, Aug. ep. 62. & 63.

Pag. 152. c. l. 2. col. 1. Multi observant in hoc loco Basilii canonum interpretes Balsamon, Zonaras & Alexius Arsenus.

Renus. 1. Consilium dari a sancto patre, non legem imponi, nec militum conscientiam ei pollutam videri, sed manus non puras. 2. Objecisse hunc canonem episcopos imperatori Phocæ, cum eos qui in bello ceciderant inter martyres referri vellet. 3. Hunc canonem non fuisse observatum, utpote minus appositum ad publicam utilitatem, ac præterea minus consentaneum Athanasii sententiæ, qui in epistola ad Amum, *adversarios in bello occidere, & legibus permissum & laude dignum esse pronuntiat.*

Pag. ibid. c. l. 4. col. 1. ) Ex his patet ejusmodi peccatum non insignibus poenitentiae gradibus, sed inter Consistentes expiatum fuisse. Alioqui aditum in sacerdotium non reliquisset Basilius. Atque ex hac lenitate illud etiam colligi possit, canonem 17. Nicænum, qui clericos usuram exigentes deponi jubet, non sine benigna interpretatione in Cappadocia observatum fuisse. Videntur enim Græci canonem 44. Apostolorum sequi maluisse quam Nicænum; siquidem in canone decimo Trullano, itidem ut in canone pseudo-apostolico, sanciunt, *ut episcopus, presbyter, vel diaconus, qui usuras vel quæ dicuntur censuras accipit, vel cesset vel deponatur.* Coniici ergo possit Basilius ejusmodi peccato, quod in laicis leniter puniunt, non gravissimam poenam in clericis statim irrogasse. Illius autem lenitatem inde repetit Balsamon, quod fœnus civilium legum auctoritate comprobaretur.

Pag. 154. c. l. 5. col. 1. ) Videtur hunc locum admodum negligenter legisse Scultetus, dum putat animam Samuelis hoc loco evocatum dici. Unde concludit hanc sententiam pugnare cum iis quæ leguntur in Commentario in Eaiam n. 218. ubi sic legitur. 287. *Ventri loqua Saul per demones enuntiavit futuram cladem. Erant enim demones qui induerant Samuelis personam.* Hæc profecto non pugnant cum his quæ in hac epistola leguntur. Nam Basilius non solum non dicit animam Samuelis vere apparuisse; sed etiam non obscure indicat demones sub animarum specie evocatos fuisse. Probat enim hoc loco Dei nomen in Scriptura ipsis etiam interdum tribui demoniis; atque in hunc usum adhibet Pythonisæ testimonium, quæ evocatas animas deos appellavit.

Pag. 155. d. l. 7. col. 1. ) Hoc negotium diu protractum est; nam Basilius anno 375. in Pisidiam profectus, ut episcopos cum Amphilocho hac de causa congregatos, consilio ac sententia sua juvaret. Ipse testatur in epist. 216. venisse se in Pisidiam, ut cum episcopis illius provincie ea constitueret, *quæ ad fratres Isaurie spectant.* Existimat Tillemontius non de Isaurie provincia hic agi, sed tantum de civitate, quæ Isaurus dicebatur. Unde varias in conjecturas fertur: vel enim legendum esse putat *ἐν τῇ Ἰσουλῆ*, vel Isaurie nomine hanc civitatem vocatam fuisse, ut in Testamento S. Gregorii Nazianzeni appellatur: vel denique Amphilocho hanc urbem in Isaurie provincia collocare, quamvis attributa aliæ provincie esset; quemadmodum etiam Iconium in Pisidia collocat. Libenter amplecter doctrinam viri opinionem, nisi me deterrent hæc epistolæ verba, *ut Isaurorum episcopo suis circumscrIBatur circulus, eo quod nonnullos vicinos ordinet.* Ex his enim perspicitur non de solo urbis episcopo, non de vicinis tantum episcopis, quos ille ordinabat, sed de pluribus aliis deliberationem fuisse.

Pag. 156. a. l. 5. col. 1. ) Videtur Amphilocho hoc Basilius consilium sequutus esse, id est, Isaurorum episcopo suum circulum circumscripsisse, ac sibi jus episcopatus in aliis civitatibus restituendi retinuisse. Nam cum Macedonio præcipue civitati præfisset, ut perspicitur ex initio epistolæ tertie Canonice; cumque alia superessent oppida episcopo destituta; Basilius, qui unum aliquem e suo Clero promiserat, nec eum morbo debilitatum & imparem episcopalibus munitis factum mittere poterat, auctor est Amphilocho in eadem epistola Canonica, ut aliquem ex recens baptizatis, *sive Macedonio videatur, sive non,* episcopum constitueret.

Pag. ibid. b. l. 2. col. 1. ) Videtur illa dignitas, quam se amici alicujus causa petitorum promittit Basilius, non administratio aliqua fuisse, sed tantum codicillaria dignitas. Hoc enim consilio hanc dignitatem petere staturat, ut amici domus magnum aliquod incommodum effugeret. Porro in hunc usum impetrari solebant codicilli, ut curia, vel saltem dumviratus & civitatis cura vitarentur. Pretio autem impetratos non modo nulla immunitas, sed etiam multa sequebatur, ut perspicitur ex Cod. Theod. lib. 6. Tit. 22. Sic enim habet lex secunda Imperatoris Constantii: *Ab honoribus mercandis per suffragia, vel quolibet ambitione querendis, certa multa prohibuit: cui addimus, ut quicumque fugientes obsequia curiarum, umbras & nomina affectaverint dignitatum, tricenas libras argenti inferre cogantur, manente illa præterita inlacione auri, quæ perpetua lege confirmata sunt.* Unde miror Basilius ab hæc via tentanda non omnino alienum fuisse. Sed forte hæc leges non admodum accurate servabantur sub Valente.

Pag. ibid. d. l. 1. col. 1. ) Codices omnes, editi & MSS. hanc epistolam inscribunt Amphilocho: sed lucè clarius est ad eum scriptam non fuisse: nec difficile est conjicere ad illum episcopum datam fuisse, de quo mentio facta in epistola præcedenti. Suspiciatur Tillemontius hanc epistolam scriptam esse ad aliquem ex Lyciæ episcopis, de quibus agit Basilius in ep. 218. Cum enim audiisset hos episcopos ab Arianis alienos esse, & ipsius communionem amplecti velle; scripsit Amphilocho, eumque hortatus est, ut illorum animos periclitaretur. Inde coniicit Tillemontius aliquem ex illis episcopis, accepta Amphilocho epistola, ad Basilius scripsisse. Sed tempus non quadrat. Cum enim verisimilimum sit hanc epistolam in præcedenti indicari & designari; cumque epistola 218. in qua de episcopis Lyciæ agitur, anno 375. scripta sit post reditum ex Ponto; necesse est hoc loco aliud negotium, ac alios, quam Lyciæ, episcopos intelligere. Deinde vero, ut observat idem doctissimus scriptor, videtur episcopus, cui scribit Basilius, Metropolitanus fuisse; siquidem rogat Basilius ut unanimes suos confociet, ac locum & tempus conveniendi designet. At episcopus Myræ, qui Lyciæ Metropolitanus erat, non recedat inter eos qui Basilius communionem appetebant: sed tribus ejusdem urbis presbyteris hæc laus tribuitur, quod argumento S. Basilius Oper. Tom. III.

est episcopum male audiisse. Longe ergo probabilior alia Tillemontii conjectura, hanc epistolam inscribi Sympio, de quo in epist. præcedenti, sive Symposio Seleuciæ episcopo, qui concilio Constantinopolitano interfuit anno 381. Hæc sententia confirmatur ex epist. 204. in qua Basilius Isauros enumerat inter suos communicatores. Porro nemo non videt facile fuisse librariis in his Sympii & Symposii vocibus errare. Quæcumque autem statuatur opinio; facile perspicitur gravissimum esse in titulo epistolæ erratum. Neque enim de reconciliatione Basilius agere potuit cum Amphilocho, cum inter utrumque semper extiterit arctissima conjunctio.

Pag. ibid. d. l. 6. col. 2. ) Accedit ipsius Basilius testimonium in loco simillimo ex epistola 203. in qua sic loquitur. *Nos autem, qui filii sumus illorum patrum, qui legem tulerunt, ut brevibus notis, commercii signa a terminis orbis terrarum usque ad terminos circumferrentur, ac omnes omnibus civis & propinqui essent, nunc abscondimus nosmetipsos ab orbe terrarum, neque nos pudet solitudinis, nec damnum ferro dissolutionem concordie ducimus: neque horrescimus, quod ad nos pervenerit terribilis Domini nostri prophetia dicentis. &c.* Sæpe alias Basilius luctuosa tempora deporat. Sed tamen cum dissolutionem concordie in allato testimonio describit, vel cum ait intra in hac epistola, *singulis civitatibus circumscrIBimur*, non de se ipse loquitur, sed aliorum mala deslet, ut sua propria. Quanto enim studio arserit fovendæ cum omnibus communionis, perspicitur potest, tum ex lætitia, quam ei litteræ ab ecclesiis remotis scriptæ afferbant, tum ex iis quæ scripsit & gessit, ut maritimos episcopos, Neocæsarienses, Lyciæ ecclesias sibi caritate devinciret. Testatur in epistola 204. tecum communicare Pisides, Lycaones, Isauros, Phryges, Armenos Neocæsariensibus vicinos, Macedones, Achæos, Illyrios, Gallos, Hispanos, totam simul Italiam, Siculos, Afros, & quidquid sani in Ægypto & Syria supererat.

Pag. ibid. e. l. 6. col. 2. ) Utrum ad effectum perducta fuerint, quæ hic proponuntur a Basilio, nullo cognoscimus monumento. Semel eum in Pisidiam, nempe anno 375. venisse, & cum Amphilocho ac vicinis episcopis consiliatum esse scimus. Sed ante hoc tempus jam Isauros inter communicatores suos enumeraverat in epist. 204. ex quo coniicimus Basilius, etiam cum his episcopis non convenerit, pacem cum illis & communionem per litteras redintegrasse. Præterquamquod nulla necessitas erat conveniendi, cum tota res per litteras confici posset; forte congressum anni tempestas & Basilius morbi interpellarunt.

Pag. 157. a. l. 2. col. 2. ) Manifesta est necessitudo hujus epistolæ cum centesima nonagesima. Promiserat Basilius se apud potentiores amicos acturum, si ita Amphilocho videtur, & dignitatem aliquam petitorum, ut amici domus magnum aliquod incommodum effugeret. Observavimus hanc dignitatem non in aliqua administratione, sed in codicillis positam fuisse. Quod ergo tam celeriter confectum misit Sophronius Magister Officiorum, nihil aliud videtur esse, quam codicillaria aliqua dignitas. Id autem pretio impetratum fuisse, nec Sophronii liberalitas patitur suspicari, nec scriptæ ab eo ad Basilius perhonorifice litteræ.

Pag. 159. d. l. 1. col. 1. ) Satis absurde in tribus recentioribus codicibus, nempe Reg. secundo, Coisl. secundo & Paris. hic titulus apponitur. *Eidem exulanti, cur non potuerit ad eum quosdam ex presbyteris mittere.* Codex Parisiensis habet *καὶς αὐτοῦ, ad ipsos.* Perspicuum est Basilius, non de presbyteris loqui, sed de clericis inferioribus, quos episcopi solebant ad hoc munus litterarum perferendarum adhibere. Presbyteri vero non mittebantur, nisi aliquid majoris rei tractandum esset, velut cum Athanasius Petrum misit ad Basilius, Petrum presbyterum Basilius ad maritimos episcopos; vel cum Dorotheus & Sanctissimus ab Orientalibus in Occidentem missi.

Pag. ib. d. l. 3. col. 1. ) Hoc nomine generatim designantur omnium dignitatum sive civilium, sive Palatinarum, sive militarium apparitores. Hic autem præsidis Cappadocie officiales non crediderim interpretandos (his enim causa non erat, cur in Thraciam irent, ubi exulabat Eusebius) sed eos potius officiales, qui in provinciis mittebantur *eam ad necessitates publicas quam privatas*, non sine consensu Principis officii, ut legitur in libro sexto Cod. Theod. tit. 28. lege 1. & 3.

Pag. 160. d. l. 1. col. 1. ) Sæpe vituperantur apud sanctos patres, qui sacra in privatis ædibus sive domesticis oratoris celebrant. Hinc Irenæus lib. 4. c. 26. oportere ait eos, *qui abstant a principali successione & quocumque loco colligunt, suspensos habere, vel quasi hæreticos & malæ sententiæ, vel quasi scindentes & elatos & sibi placentes: aut rursus ut hypocritas quæstus gratia & vanæ gloriæ hoc operantes.* Basil. in Pl. 28. n. 3. *Non igitur extra sanctam hanc aulam adorare oportet, sed intra ipsam &c.* Similia habet Eusebius in eundem Pl. p. 313. Sic etiam Cyrillus Alex. in libro adversus Antropomorphitas cap. 12. & in libro decimo de Adorat. p. 356. Sed his in locis perspicuum est hæreticorum aut schismaticorum Synagogas notari, vel quas vocat Basilius can. 1. *κατασκευασταί*, sive illicitos conventus a presbyteris aut episcopis rebellibus habitos, aut a populis discipline expertibus. At interdum graves causæ suberant, cur sacra in privatis ædibus impermissa non essent. Ipsa persecutio necessitatem hujus rei sæpe afferebat, cum catholici episcoporum hæreticorum communionem fugerant, ut Sebastianæ contigit; vel etiam, ut in pluribus aliis locis, ecclesiarum aditu prohiberentur. Minime ergo mirum, si presbyteris Antiochenis eam sacerdotii perfunctionem Basilius reliquit, quæ & ad jurisjurandi religionem & ad temporum molestias accommodata videbatur. Synodus Laodicena vetat can. 58. *in domibus fieri oblationem ab episcopis vel presbyteris.* Can. 31. Trullanus id clericis non interdicit, modo accedat episcopi consensus. Non inusitata fuisse ejusmodi sacra in domesticis oratoriis confirmat can. Basilius 27. ubi vetatur, ne presbyter illicitis nuptiis implicatus privatim aut publice sacerdotii munere fungatur. Eustathius Sebastenus Ancyre cum Arianis in domibus communicavit, ut ex pluribus Basilius epistolis discimus, cum apertam ab eis communionem impetrare non posset.

Pag. *ibid.* d. l. 7. col. 1. ) Videtur infidelis ille vir, unus aliquis fuisse ex potentioribus Arianis, ejusque furor idcirco in presbyteros Antiochenos incitatus, quod hi ecclesiam absente Meletio regerent, ac maximam civium partem in illius fide & communione continerent. Ejusmodi enim jusjurandum nemo extorquere potuit, nisi qui potestatem cum summa improbitate conjunctam haberet, & in abstrahendis a sacerdotio catholicis presbyteris magnum quiddam sibi proponeret; quod quidem nisi Ariano convenit nemini. Neque etiam jusjurandum ab aliis extorsit, quam a Meletii presbyteris. Nam præterquam quod Paulini partes persequitur non videtur attigisse; certe parum profuisset aliquos ei presbyteros auferre, cum per se ipse parvam ecclesiam regeret, & alios presbyteros creare posset. At si idem commissum fuisset in eos qui absente S. Meletio gubernacula tenebant; magnus lupus aditus ad gregem disperdendum patuisset. Præterea cum iidem presbyteri Basilium consuluerint, id argumento est eos S. Meletio affixos fuisse. Nemo enim Meletio amior erat quam Basilius, nemo in defendenda illius causa constantior. Longe errat Aristenus, cum presbyteros illos sua sponte & ulciscendæ alicujus injuriæ causa existimat jurasse. Non enim lenitatem in Bianore requirit Basilius, sed constantiam; eumque magis indicat periculo territum, quam ob acceptam injuriam iratum fuisse.

Pag. 161. c. l. 1. col. 1. ) Male Angli in Pandectis & alii interpretes reddunt, quæ in catechumenica visa sunt, non enim dicit Basilius ea non puniri quæ in hoc statu peccantur, sed tantum peccata ante baptismum commissa baptismò expiari, nec jam esse judicio ecclesiastico obnoxia. Hinc observat Zonaras non pugnare hunc canonem cum canone quinto Neocæsariensis, in quo pœnæ catechumenis peccantibus decernuntur.

Pag. *ibid.* c. l. 12. col. 1. ) Supra vidimus can. 9. Basilium in iis, quæ ad repudium attinent, duo virum inter & mulierem discrimina ponere. Hic autem tertium adjicit, ac virum quidem in ipso matrimonio, si cum soluta & libera peccaverit, adulterii nomine non condemnat, sed fornicationis; uxorem autem in eodem peccato certissimam adulteram declarat.

Pag. *ibid.* d. l. 7. col. 1. ) Non solus Basilius hanc consuetudinem sequutus, Auctor Constitutionum apostolicarum sic loquitur lib. 6. cap. 14. *Qui corruptam retinet, natura legem violat; quandoquidem qui retinet adulteram, stultus est & impius.* Abscinde enim eam, inquit, a carnibus tuis. Nam ad justitiam non est, sed infidelitatis, quæ mentem ad alium declinat. Canon 8. Neocæsariensis laicis, quorum uxores adulterii convictæ, aditum ad ministerium ecclesiasticum claudit; clericis depositionis pœnam irrogat, si adulteram nolint dimittere, Canon 65. Eliberitanus sic habet; *Si quis clericus uxorem fuerit mœchata, & scierit eam maritus suus mœcham, & non eam statim projecerit, nec in fine accipiat communionem.* Heremus lib. 1. c. 2. adulteram ejici jubet, sed tamen pœnitentem recipi. S. Augustinus adulterium legitimam esse dimittendi causam pronuntiat, sed non necessariam, lib. 2. de adulter. nuptiis cap. 5. n. 13.

Pag. *ibid.* e. l. 10. col. 1. ) Mirari subit cur quos leges civiles capitali supplicio puniebant, nec raptosinebant perfrui, ut videre est Cod. Theodos. lib. 9. tit. 25. iis Basilius tam leves pœnas irrogat, nec a matrimonio excludat, si parentum virginis consensum accedat, ut videre est in canone 22. Sed credo sanctum doctorem ea mente leniter egisse, ne quibus ipsa fuga impunitatem & licentiam dare poterat, hi & matrimonii desperationem & gravioris pœnæ metu in scelere obdurefcerent. Hinc de sacrarum virginum raptu non loquitur, sed de iustantium, quorum peccato matrimonium mederi poterat.

Pag. *ibid.* c. l. 11. col. 2. ) Illicitas nuptias interpretatur Balsamon, si quis ducat eam, cujus vel ipse tutor est, vel ipsius pater, vel monialem, vel consanguineam. Zonaras consanguineam vel monialem intelligit, Alexius Aristenus viduam, aut infanam, aut e scenicis, aut Deo consecratam.

Pag. *ibid.* d. l. 12. col. 2. ) Addunt editi & tres recentiores MS. *stat coram alijs & coram Deo.* Sicque legitur apud Balsamonem & Zonaram, Sed hæc defunt in omnibus alijs codicibus MSS. & in concilio Trullano, ubi hic canon Basilii est inter canones concilii vigesimus sextus. Præterea repugnat ut Basilius eidem presbytero & honorem cathedræ conservet, & ad januas ecclesiæ flere præscribat.

Pag. 162. c. l. 4. col. 1. ) Tres annos extra preces decernit, ac proinde quartus addetur inter consistentes, Nam supra can. 22. quatuor annos decernit, ut fornicatoribus. Tres autem illos extra preces annos, inter audientes traduci existimant Zonaras & Balsamon, inter substratos Aristenus. Zonaras & Balsamonis sententia inde firmari possit, quod duo precum genera in his Basilii canonibus distinguantur. Aliæ enim sunt fidelium, aliæ substratorum preces, Nam can. 75. de eo qui cum sua sorore pollutus est decernit, ut postquam tres annos inter flentes traduxerit, postea alio triennio ad solam auditionem admittatur, ac Scripturis doctrinaque auditis ejiciatur, nec dignus habeatur oratione. Vide canones 56. & 82. Expelli a precibus idem est in canone 22. ac inter flentes amandari. Si tamen pœnæ raptoribus eadem imponantur ac fornicatoribus, ut fatetur Aristenus, non video cur quatuor anni non eodem modo in utroque peccato disponantur. Nam fornicatores per triennium excluduntur in canone 22. a precibus fidelium, ita ut primo anno inter flentes sint, secundo inter audientes, tertio inter substratos, quarto consistent cum fidelibus.

Pag. *ibid.* c. l. 9. col. 1. ) Quod de vidua statuit hoc loco Basilius, id clarius ipse explanat can. 53.

Pag. *ibid.* d. l. 1. col. 1. ) Synodi in Trullo nonagesimus tertius canon continet hunc canonem cum trigesimo sexto & quadragesimo sexto,

Pag. *ibid.* d. l. 4. col. 1. ) Peccato ad mortem sive mortali sæpe veteres eandem ac nos hodie adjungimus, sæpe aliam notionem subjiciunt. Sic ipse Basil. in cap. 4. *Eliaz*, n. 137. p. 252. tom. 1. peccata ad mortem vocat, quæ post acceptam cognitionem voluntarie admittuntur, ac ea opponit peccatis ignorantiz, At in eodem Commentario n. 166. p. 263. peccata ad mortem vocat quæcumque in infernum deducunt. Quenam ergo ad mortem peccata in hoc canone 32. intelligit? Id per-

spici potest ex canonibus 69. & 70. Ibi enim clericorum peccatis, quæ non gravissima quidem, sed tamen mortalia erant, & necessario confitenda, leviores pœnas infligit, quam peccato ad mortem in canone 32. Videtur ergo hanc vocem paulo strictius in hoc canone 32. usurpasse, neque omnia peccata, quæcumque a Deo separant, sed graviora tantum designasse. Eodem sensu synodus Eliberitana vetat can. 32. apud presbyterum, si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, agere pœnitentiam debere, sed potius apud episcopum. Diaconus detectus in crimine mortis ante ordinationem commisso, pœnitentiæ subjicitur can. 76. ejusdem synodi.

Pag. *ibid.* a. l. 6. col. 2. ) Zonaras, Balsamon & Aristenus hunc canonem accipiunt non de raptis virginibus, sed de iis quæ præter patris sententiam nubunt. Illis autem communionem post tres annos reddi existimant Balsamon & Zonaras. At Aristenus ait: *τρεῖς ἔτη ὑποκρίσει, τριennio subternatur.* Valde dubito an non præter tres annos substrationis alius inter consistentes præscriptus fuerit. Sic enim supra tres annos irrogat raptoribus, quibus tamen canone 22. iidem ut fornicatoribus quatuor annos imposuerat.

Pag. *ibid.* c. l. 11. col. 2. ) Hanc scripturam eruimus ex codice Regio 3027. antiquo & in membranis scripto. Eam confirmat Alexius Aristenus, qui Basilii voces hoc verbo commutat, *sic inter substratos.* Legitur in omnibus alijs codicibus MSS. *recipienda est in communionem.* Sic habent Balsamon & Zonaras, qui lapsam diaconissam ad communionem precum admitti existimant, eique, itidem ut clericis lapsis, non aliam quam depositionis pœnam imponi. Legitur in editionibus S. Basilii *non recipienda in communionem.* Scriptura quam sequimur, præter auctoritatem codicis MS. & Aristeni, nititur etiam manifesto argumento. Nam communio apud Basilium non idem valet ac precum communio; & cum Basilius lapsæ diaconissæ Eucharistiam non concedat nisi anno septimo, quomodo videri possit eadem in illam indulgentia uti, ac in clericos, quibus nihil pœnarum imponit, præter depositionem? Melius multo Alexius Aristenus duplicem pœnam huic diaconissæ irrogari observat, depositionem & pœnitentiam.

Pag. *ibid.* d. l. 8. col. 2. ) Satis apposite ad hanc sententiam Basilius in Commentario in *Eliaz* pag. 226. tom. 1. n. 64. *Nemo se ipse seducat, inquit, inanibus his verbis; tamen se peccator sum, ac corpe sum Christianus: non igitur incidam in gehennam, ubi idololatæ. Ipsum Christiani nomen erit mihi adsumptum, siamsi præcepta Christi violaverim.* Vide Reg. 7. moral. pag. 129. tom. 2.

Pag. *ibid.* d. l. 11. col. 1. ) Hic canon inter Trullanos est nonagesimus tertius. Diligenter autem observandum est illud, ad tempus. Nam si penitus ille vir dimissus & repudiatus fuisset ab uxore, mulierem illam non condemnasset S. Pater. Sic enim statuit can. 9. Sed cum matrimonium minime dissolutum censeret, quia primâ uxore ad tempus tantum discesserat; secundam uxorem in fornicationis peccatum incipientem & imprudentem incidisse pronuntiat. In hac interpretatione consentiunt Balsamon, Zonaras & Aristenus.

Pag. *ibid.* e. l. 4. col. 2. ) Quemadmodum has sectas Basilius hoc loco Marcionitis, veluti quoddam germen adscribit; ita a Theodosio Manichæis adscribuntur, Cod. Theod. tom. 6. p. 121. Cum enim duo principia admitterent impiæ illæ sectæ, itidem ut Marcionitæ & Manichæi, minime mirum si nunc ad hos, nunc ad illos referuntur, Saccophori in Cod. Theodosiano vocantur etiam Hydroparastæ.

Pag. *ibid.* e. l. 6. col. 2. ) Sanando hujus loci vulnere nec codices MS. conducunt, nec Balsamon, Zonaras & Aristenus. Quinetiam Basilium adeo lippis oculis legerunt Zonaras & Aristenus, ut Novatianos in hoc canone *Marcionistarum germen* appellari putent. Luce clarius est legendum esse *το τὸ αὐτὸ*, id quod in interpretando sum sequutus. Vulgata lectio ferri non potest, Quomodo enim dicere potuisset Basilius Encratitas, Saccophoros & Apocritas eidem subjici rationi, cui & Novatianos, quia magnum inter utroque discrimen, ac de Novatianis canon editus fuit licet varius, de alijs vero nequaquam? Confirmatur hæc emendandi ratio ex canone primo, ubi Basilius Novatianorum baptismum ratum habet, *quoniam nonnullis Asiaticis omnino visum est, pluribus consulendi causa suscipiendum esse; rejicit vero Encratitarum, quoniam nihil de illis aperte dictum est.* Improbabile ergo proferri est, quibus causis adductus fuit Basilius in canone primo, ut baptismum Novatianorum ratum haberet, Encratitarum autem rejiceret, iidem illum adduci in canone 47. ut utrumque baptismum rejiciat.

Pag. *ibid.* c. l. 9. col. 2. ) Dicebat S. Cyprianus hæreticos non rebaptizari, sed baptizari, epistol. 71. & 73. Unde Adelphius a Thalvalte in concilio Carthaginensi: *sine causa quidam, inquit, falso & invidioso verbo impugnant veritatem, ut rebaptizare nos dicant, quando Ecclesia hæreticos non rebaptizat, sed baptizat,* p. 314. novæ edit. Cum Basilio consentit canon 19. Nicænus, in quo statuitur eos, qui ex Paulianis ad Ecclesiam catholicam confugiunt, rebaptizari debere.

Pag. 163. a. l. 8. col. 2. ) Zonaras stupro per vim illato se veniam concedi existimat, ut diaconissa, si hanc contumeliam passa sit, deponatur. Probat opinionem suam ex canone 28. Basilii & ex primo Ancyrano, Sed tamen magnum videtur esse discrimen inter diaconissam, quæ nullum prorsus peccato confensum præbuit, & presbyterum qui illegitimis nuptiis imprudens implicatus est, ut in canone 28. Basilii legitur, aut sacrificavit, & postea reluctatus est, ut refertur in canone primo Ancyrano.

Pag. *ibid.* b. l. 2. col. 2. ) Mirari subit cur id Basilius publice condemnari neget, quod in c. 4. ab Eucharistia quinquennium excludi decernit. Sed observandum est trigamos, etsi annis quinque ab Eucharistia removerentur, non tamen in flentium aut substratorum locum, velut in graviore peccato, amandatos fuisse. Erant enim hi duo ordines ad pœnitentiæ notam maxime insignes, ita ut substratorum locus proprie vocetur *pœnitentia* can. 22. ubi Basilius jubet raptos primo anno *flere*, secundo *ad auditionem admissi*, tertio *ad pœnitentiam.* At obicu-

obscurior erat inter confidentes penitentia; mulierum adulterarum vita in periculum non veniebat, si in hoc ordine penitentiam agerent: nec usura & alia ejusmodi peccata, quae inter confidentes expiata fuerant, aditum ad sacerdotium, Basilii iudicio, praecludebant. Non immerito ergo Basilium publice trigamos condemnari negat, quos can. 4. non interfentes aut subtratos rejecerat, sed duobus aut tribus annis audire, ac postea jufferat consistere. Vide canonem 80. ubi de trigamis longe severius statuit. Balsamon & Zonaras trigamiam publice non condemnari idem esse putant ac non dissolvi; sed veriore, mea quidem sententia, Aristenus hanc causam affert, quod cum sentibus non collocarentur.

Pag. ibid. c. l. 6. col. 1. ) Eadem utitur excusatione in ep. 203. ad episcopos maritimos, ubi sua cum iis, qui doctrinam veritatis impugnant, certamina commemorat. Videtur autem in utraque epistola non solum exhibita ab haereticis nunquam quiescentibus negotia indicare, sed etiam operam, quam in scribendo ad eos refellendos libro de Spiritu sancto impendebat.

Pag. ibid. d. l. 9. col. 1. ) Dubitat Tillemontius utrum litterarum minister intelligi debeat is qui fert litteras, an qui scribit. At liquet Meletium hic designari, eumque non alio quam perferendam Basilii epistolae munere perfunctum. Praeterea *δῆμιος* sive minister litterarum apud Basilium dici solet is qui eas perfert, ut percipi potest ex pluribus locis, quae longum sit enumerare.

Pag. 164. b. l. 4. col. 1. ) Conjicit Tillemontius Basilium curru vectum fuisse ad Memoriam S. Euphychii. Sed non quadrat tempora. Scripta enim haec epistola est multo ante mensis Septembrem, quo mense dies festus S. Euphychii recolatur. Multae aliae erant Martyrum Memoriae prope Caesaream, velut S. Julittae & S. Gordii, tom. 2. p. 19. & 75. Neutrum tamen a Basilio designari puto; quia utriusque anniversarius dies mense Januario redibat. Sed minime dubium quin plures alios habuerit Caesarea. Nam Gregorius Nyss. in epistola de iis qui adeunt Hierosolyma, declarat plura propemodum esse altaria in Cappadocia, quam in toto terrarum orbe, tom. 3. p. 633.

Pag. ibid. d. l. 10. col. 1. ) Gregorius Naz. Orat. 14. p. 223. *Christus hinc descendens*, inquit, *pacem reliquit nobis, & omnia mala ei exierunt, veluti aliud quoddam extremum munus.* Idem autem hoc testimonium Gregorii attuli, quia appositum videtur ad emendandum quod supra legitur in libro de Spiritu sancto cap. 29. n. 71. tom. 3. nempe Athenogenem reliquissimum hymnum discipulis suis, tamquam aliquod amuletum.

Pag. 166. a. l. 1. col. 1. ) Scripta est haec epistola presbyteris Neocaesariensibus, per quos ait infra n. 2. se totam civitatem alloqui. Eandem epistolam indicat in epist. 207. cum ait se antea totum scripsisse presbyterio, nec responsum accepisse.

Pag. 167. d. l. 9. col. 2. ) Non difficile est ex hoc loco percipere, episcopum illum Neocaesariensem, qui Basilio tantum molestus exhibuit, indoctum hominem fuisse. Atque id confirmatur ex epistola 207. n. 1. ubi eum Basilius ait lingua perfringere, & cavillationibus suis verisimilitudinis colorem illudere non posse.

Pag. 168. c. l. 8. col. 1. ) Quod de Athanasii sententia testatur Basilium, id confirmatur cum ab ipso Athanasio, qui in ep. ad Rufinianum non solum in Aegypto, sed etiam in Graecia, in Hispania & Gallia & ubique idem episcopis placuisse declarat; tum etiam a Liberio Papa, qui in ep. 13. Aegyptios omnes & Achaivos ejusdem sententiae testes citat. Sed Mirum est cur Occidentalium testimonium aut Athanasius in epistola ad Basilium praetermisit, vel ipse Basilius hac in epistola praetermittat. Causam investigare conabimur in vita S. Basilii.

Pag. 169. b. l. 6. col. 2. ) Vetus est apud ecclesiasticos scriptores effatum, eum schismatis crimen incurere, qui alium praeter fas & iura excommunicat. Sed tamen ejusmodi schismatici non idcirco ab exteriori Ecclesiae communiione discedebant. At Basilium loquitur de hac exteriori communiione, & eaque carituros declarat, qui a sua discesserint. Quod quidem non accuratissime dictum videtur, nisi praecipue de Neocaesariensibus dictum esset. Nam Paulinus Antiochenus carebat communiione Basilii, nec tamen ecclesiarum Occidentalium communiionem amiserat. At Neocaesarienses si in injuria Basilio factenda persistissent, eumque coegissent apud communicatores suos querelas deferre, non dubium quin omnes illius causae favissent, & iustissima in Neocaesarienses indignatione exarsissent.

Pag. 170. d. l. 2. col. 2. ) Hac voce non supplicationes sive processiones designantur, ut in Euchologio Gregorum, sed praes ad penitentiam accommodatae. Hoc enim tantum discriminis ponit Basilium inter Neocaesariensium ritum & Caesariensium, quod primi humanis verbis, Caesarienses vero oraculis Spiritus sancti Deum placent. Porro nullum processionis vestigium in illa psalmi confessionis cantandi ritu, qui Caesarem observabatur.

Pag. ibid. d. l. 11. col. 2. ) Videntur prima specie cum hac epistola pugnare, quae in libro de Spiritu sancto leguntur c. 29. n. 74. Ibi docet Basilius tantam esse Greg. apud Neocae., admirationem, ut non factum aliquod, non dictum, non ritum nullum mysticum, ultra quam ille reliquit, ecclesiae adjecerint. Unde ait evenisse, ut multa apud illos manca essent & inchoata. Cur ergo in hac epist. nonnulla recens in ecclesiam indulta commemorat, imo eos negat ex Greg. institutis quidquam retinere? Haec ut conciliantur, observandum est. Quae leguntur in libro de Spiritu sancto accipi de insignibus & praecipuis institutis debere. His nihil addi, nihil detrahi passim sunt Neocaesarienses. Hinc nulla apud eos monasteria, nec liturgia, ut apud alias ecclesias, novis ritibus locupletata. Doctrinae Gregorii ita erant addicti, ut cum eorum episcopus sabellianismum inducere tentaret, Gregorii verbis errorem praetexte congereretur. Sed tamen in rebus levioris momenti non ita difficiles erant, sed nonnulla ad usus suos adjunxerunt; quales erant litaniae: quale est etiam quod narrat Greg. Nyss. oblectamenta quaedam a Greg. concessa in martyrum Memoriae fuisse, ut eorum, qui a simulacrorum cultu recentes venerant, inimitati

S. Basilii Oper. Tom. III.

confuleret, sed ea temporis progressu in spiritalem latitiam magna ex parte conversa, Vit. Greg. p. 574. 2. Neque etiam secum ipse pugnat Basilius, cum Neocaesarienses laudat in libro de Spiritu sancto, quod Gregorii instituta archaice teneant, hic autem vituperat, quod ea omnino reliquerint. Illic enim respicit ad exteriora instituta, hic autem ad virtutum exempla, convitii & iracundiae fugam, odium jurisjurandi & mendacii.

Pag. 173. c. l. 3. col. 1. ) Credere non possum Gregorium dixisse Patrem & Filium, si simul considerentur, cogitatione duo esse, hypostasi unum. Haec enim gemella essent haeresi Sabellianae, quam supra Basilius Gregorii traditione extinctam docet. Sed his in verbis vel erratum aliquod librorum, ut placet Basilio, suspicandum est, vel de Patre & Filio separatim sumtis accipi debent. Quo sensu magister Gregorii Origenes dixit de Christo. *Suppositum quidem unum est, sed cogitatione plurimum, quia variis rebus imponuntur*, Hom. 8. in Jerem. p. 96.

Pag. 174. c. l. 4. col. 2. ) Videtur prima specie Eustathius Sebastenus his verbis designari, qui *viam mediam, ut sibi videtur, incedunt*. Hunc enim Basilius in ep. 128. medium esse ait, nec quidquam mediis hominis statu antiquius habere. Sed tamen, si res attentius consideretur, non Eustathium proprie hoc loco, sed generatim eosdem haereticos, quos contra Liberium de Spiritu sancto scriptus est, perspicuum erit notari. Nam medius ille Eustathii status in eo positus erat, quod nec Catholicis potentioribus Arianis, nec Arianis Catholicis videri vellet. Nam dum aperte cum Arianis conjunctus, nec negare audebat, nec probare quae ipsi a Basilio proponebantur. At quos hic commemorat Basilius, hi catholicae doctrinae bellum apertum indixerant, & quamvis dissimilitudinis impietatem fugere viderentur, iidem tamen, ac Anomaei, principiis stabant. Hoc eis exprimat Basilius in libro de Spiritu sancto c. 2. ubi impietas eorum de Filio ac Spiritu sancto nugae ex principiis Aetii deductas esse demonstrat. Iidem haeretici non desierunt nefaria Basilii expellendi consilia inire. Eorum convitia in Basilius, insidias & nefarias molitiones, furorem ac bellum inexpiabile, vide in libro de Spiritu sancto n. 13. 25. 34. 52. 60. 69. 75.

Pag. 176. b. l. 12. col. 1. ) Id est, inter Athanasium & Meletium. Nam *beatissimus Papa Athanasius* inquit Basilius ep. 248. *cum Alexandria advenisset, omnino optabat, ut sibi cum eo (Meletio) communiione conciliaretur. Sed malitia consiliorum in aliud tempus dilata illorum communiione: quod utinam non evenisset!* Hoc Athanasii cum Meletio communicandi desiderium argumento erat, quid de Meletio, quid de Paulini episcopatu sentiret. Sed tamen cum ejus consilia ad exitum perducta non fuissent, interim oblata Paulino fidei formula, cui Paulinum purgandi sui causa subscripsisse narrat Epiphanius haeres. 77. n. 20. communicavit cum eo Antiochia, & Alexandriam redux ad eum scripsit. Existimat Tillemont. tom. 8. p. 221. Athanasium, antequam Antiochiam veniret, auditis quae de Paulini fide parum honorifice dicebantur, ad eum scripsisse. At quae de re scripserit Athanasius ad Paulinum, statui non potest: scripsisse autem postquam Antiochia discessit, inde perspicitur, quod Basilius, quae Antiochia inter episcopos gesta fuerant, adductum fuisse dicit Athanasium, ut scriberet Paulino. Praeterea non dubium, quin haec ep. Paulinum episcopum salutaverit: alioqui nihil ei profuisset. At causae Paulini Athanasius aperte non favit, antequam veniret Antiochiam. Tunc enim propensior erat in Meletium, ac omnino optabat, ut sibi cum eo communiione conciliaretur.

Pag. 177. c. l. 1. col. 1. ) Quod ait Basilius se multas & alias peregrinationes suscepisse, id argumento est aliquam ei praeter eas, quas jam exegerat, propositam a Meletio fuisse. Unde colligimus episcopum, qui, ut est in ep. 213. Basilio auctor fuerat, ut celeriter Meopotamiam peteret, ibique coactis idem sequentibus episcopis Imperatorem adiret, non alium Meletio fuisse. Quamvis autem Basilius non declarat in hac epistola, quid de Meletii consilio sentiat; non idcirco mutila videri debet. Res enim maximi momenti erat, ac litteris non temere committenda. Hinc Basilius in epist. 213. auctorem consilii non nominat. Quamobrem verisimile est Basilius idem in hac epistola, ac in pluribus aliis & praesertim in epistola 57. ad eundem Meletium, fecisse, ut quae toto scribi non poterant, ea in arcanis mandatis daret petenda.

Pag. ibid. c. l. 8. col. 2. ) *Ea condicione*, id est, si nihil amplius ab eis exigatur. Nam etsi unam hypostasin dicebant, hanc tamen legem non imponebant aliis. Imo videntur persuadere voluisse totam rem levis esse momenti: unde Basilius hanc opinionem refellit in ep. 214. Rem asu tractabant, & idcirco fraudis infra accusantur. Denique perincommodum fore ait Basilius in epist. 214. *Si qui ex nobis*, inquit, *videmur unam hypostasin dicere*. Non ergo omnes id dixissent, sed quidam tantum nempe Paulinus & qui cum eo erant.

Pag. 178. c. l. 2. col. 1. ) Miratur Tillemontius, quod auctor sit Basilium, ut neophytus ordinetur, huiusmodi loci sententiam videri fatetur. Sed temporum difficultas huius rei necessitatem attulerat, ut laicus vel etiam neophytus, si modo esset exitum veritatis defensor, praefereatur clerico aut aliqua erroris labe asperso, aut praesidiis ad fidei defensionem necessariis destituito. Quare haec verba, *Quod si quis sit ex neophytis*, idem valent ac, *si quis sit episcopatus idoneus*. Vituperat ejusmodi ordinationes Siricius papa, sed tamen fatetur interdum ob imminetia ab haereticis pericula necessarias fuisse. *Certe etiam illud*, inquit in ep. 6. n. 5. *non fuit praetermittendum, ut quod semel aut secundo necessitas haereticorum intulit contra apostolica praecpta, velut lege licitum accepisse presbiterii, neophytum vel laicum, qui nullo ecclesiastica functus fuerit officio, inconsiderate vel presbyterum vel diaconum ordinare: quasi meliores Apostolis sint, quorum auctoritate mutare praecptum.*

Pag. ibid. c. l. 7. col. 1. ) In gradu collocant Balsamon & Zonaras presbyteros, diaconos & subdiaconos: in ministerio autem sine impositione manuum dato lectores, cantores, sacrorum valorum custodes & alios ejusmodi. Alexius Aristenus presbyteris, diaconis & subdiaconis adjungit cantores & lectores, in inferiore autem ministerio numerat eos qui sacra vasa custodiunt, aut qui candles accendunt, aut quibus commissa sanctarum altaris fororum custodia. Aristenii sententiam confirmant

ita canonis verba, *sive in ministerio, quod ministerium impositionis non datur, permanent*. Inde enim patet ulterius non promoveri eos qui in hoc ministerio erant, sed in eo permanere solitos esse; quod de lectoribus & cantoribus dici non potest. Videtur autem huic canonis locum dedisse exorta dubitatio, an si, quos ejusmodi ministerium a laicis non multum segregabat, eodem jure esse deberent, ac alii clerici, quibus in vitium lapsi sola depositionis poena, non publica poenitentia imponebatur. Eodem jure esse debere pronuntiat Basilius.

Pag. ibid. d. l. 9. col. 1. ) Idem jam statuerat Basilius can. 30. de vidua, quæ secundi cupida matrimonii, sed verecundia quadam, ut interpretatur Balsamon, ab eo ineundo deterrita ad raptus simulationem confugit. Quod autem ait idem Balsamon hanc viduam olim quidem ancillam fuisse, sed tacite liberam, domino primis nuptiis consentiente, evasisse; id & Basilius verbis repugnat, qui eam nominatim ancillam vocat, & a Zonara ac Alexio Aristeno refellitur, qui tum demum huic viduæ veniam concedi existimant, si heri consensus accedat.

Pag. ibid. b. l. 3. col. 2. ) Synodus Ancyrana quinque annos imponit huic peccato: septem a patribus impositos testatur. Severior his Basilius: non tamen videtur eadem poena omnes involuntarias cædes comprehendere, quas canone 8. recessit, sed eas tantum, quas ibidem ad voluntarium accedere declarat.

Pag. ibid. c. l. 2. col. 2. ) Laborant Balsamon & Zonaras in hoc canone contiliando cum vigesimo secundo, atque id causæ afferunt, cur in vigesimo secundo quatuor anni, septem in altero decernantur, quod Basilius in vigesimo secundo antiqua patrum placita sequatur, suam in altero propriam sententiam exponat. Eundem hunc canonem Alexius Aristenus, ut clarum & perspicuum, negat explanatione indigere. Videbat nimirum doctissimus scriptor duplicem a Basilio distingui fornicationem, levioer alteram, alteram graviorem. Levior dicitur, quæ inter personas matrimonio solutas committitur, gravior, cum conjugati hominis libido in mulierem solutam erumpit. Priori anni quatuor, septem alteri imponuntur. Manifesta res est ex canone 21. ubi conjugati peccatum cum soluta fornicationem appellat Basilius, ac longioribus poenis coerceri, non tamen instar adulterii, testatur. In canone autem 77. eum qui legitimam uxorem dimittit, & aliam ducit, adulterum quidem esse ex domini sententia testatur, sed tamen ex canonibus patrum annos septem decernit, non quindecim ut in adulterio cum aliena uxore commisso. Secum ergo non pugnat cum fornicationi nunc annos quatuor, nunc septem; adulterio nunc septem, nunc quindecim indicit. Eandem in sententiam videtur accipiendus canon quartus epistolæ Sancti Gregorii Nysseni ad Letoium. Nam cum fornicationi novem annos, adulterio decem & octo imponit; gravior illa intelligenda fornicatio, quam conjugatus cum soluta committit. Hinc illam adulterium videri fatetur his qui accuratius examinant.

Pag. ibid. c. l. 7. col. 2. ) Hæc consentanea sunt canonis 18. in quo decernit Basilius adulteram esse virginem lapsam. Multi alii patres cum Basilio faciunt. Augustinus, qui rem subtilius persequitur, negat adulterium esse hujusmodi peccatum, sed tamen adulterio gravius fatetur. *Quapropter non possum dicere, inquit lib. de bono viduitatis. n. 14. a proposito meliore lapsas, si nupserim, feminas, adulterias esse non conjugias: sed plures non dubitaverim dicere, lapsas & ruinas a castitate sancti, que vocatur Domino, adulterias esse peiores.*

Pag. ibid. c. l. 9. col. 2. ) Continentia ejusmodi verbis apud antiquos designari solet; cujus rei satis erit illud exemplum afferre ex Hermæ lib. 2. cap. 4. *Qui nubit non peccat, sed si per se manserit, magnum sibi conquisit honorem apud Dominum.* Confirmatur hæc explicatio ex canonibus 18. & 4. quorum in primo Basilius lapsas virginibus, itidem ut adulteris, non prius reddendam communionem decernit, quam a peccato recesserint; in altero autem lapsæ cum Græco diaconicæ communionem post septem annos ea conditione concedit, ut perpetuam castitatem colat.

Pag. ibid. c. l. 12. col. 2. ) Tres anni convicto furi decernuntur in recentissimo codice Coislino S. Gregorius Nyssenus eum qui aliena latenter rapuit, & sponte confessus est, non addit gradibus poenitentia, sed, itidem, ut Basilius, inter consistentes curandum censet, can. 6.

Pag. 179. a. l. 3. col. 1. ) Hunc canonem sic interpretatur Aristenus: Matrimonium cum propinqua legibus prohibitum, eadem ac adulterium poena castigatur: & cum diversa sint adulterorum poenæ; sic etiam pro ratione propinquitatis totæ res temperabitur. Hinc duas sorores ducenti septem anni poenitentia irrogantur, ut in adulterio cum muliere libera commisso, non quindecim, ut in graviore adulterio.

Pag. ibid. a. l. 11. col. 1. ) Balsamon & Zonaras ministri nomine intelligunt subdiaconum: Aristenus vero ejusmodi clericos interpretatur, quibus manus non imponebatur; minus probabilis videtur Aristeni sententia, Nam qui erant in ejusmodi ministerio non solebant ulterius promoveri, ut observavimus ad canonem 51. At ministro, de quo agitur in hoc canone, itidem ut lectori, in poenæ loco imponitur, ut altius non provehatur. Longe ergo satius ministri nomine subdiaconum intelligere, ut in ep. 54. ad chorepiscopos.

Pag. ibid. a. l. 12. col. 1. ) Balsamon, Zonaras & Aristenus varia commentantur in hunc canonem, sed a mente Basilius multa abulentia. Liqueat enim hoc laborum peccatum, cui remissior poena infligitur, ipsa actione, quam Basilius minime ignoscendam esse judicat, levius existimari debere. Simili ratione sanctus Pater in cap. 6. Etia n. 85. tom. 1. pag. 273. laborum peccata actionibus, ut leviora, opponit, ac prophetæ delicta non ad actionem & operationem erupisse, sed labiis tenus constituisse observat. In eodem commentario n. 170. pag. 265. impunitatis peccatum variis gradibus constare demonstrat, inter quos enumerat *ῥυμματα φθορίας, verba ad corruptelam apta, δολίαι, καὶ ἄλ, longas confabulationes, quibus ad stuprum pervenitur*. Ex his perspicitur arbitror peccatum aliquod in hoc canone designari, quod ipsa actione levius sit;

nedum ea suspicari liceat, quæ Basilius interpretibus in mentem venerunt. Sed tamen cum dico Basilius in puniendis laborum peccatis leniorem esse, non quodlibet turpium sermonum genus, non immunda colloquia, (quomodo enim presbyteris hoc vitio pollutis honorem cathedræ reliquisset?) sed ejusmodi intelligenda sit peccandi voluntas, quæ foras quidem aliquo sermone prodit, sed tamen quominus in actum erumpat, subeunte meliori cogitatione reprimatur. Quemadmodum enim peccata, quæ sola cogitatione committuntur, idcirco leviora esse pronuntiat Basilius, comment. in Esaiam n. 175, pag. 243. & n. 243. p. 297. quia repressa est actionis turpitudine; ita hoc loco non qualibet laborum peccata, non calumnias, non blasphemias, sed ea tantum lenius tractat, quæ adeo graviora non erant, vel etiam ob declinatam actionis turpitudinem, ut patet ex his verbis, *sequo ad usque peccato confessus est*, aliquid indulgentiæ merere videbantur.

Pag. ibid. b. l. 6. col. 1. ) In his canonibus quos de clericorum peccatis edidit Basilius, duo videntur silentio prætermissa. Quæri enim possit 1. cur suspensionis poenam soli lectori ac ministro, sive subdiacono, imponat, diaconis autem & presbyteris depositionem absque ulla prorsus exceptione infligat, nisi quod eis communionem cum diaconis & presbyteris relinquit, si peccatum non ita grave fuerit. Erat tamen suspensionis poena in ipsos presbyteros non inusitata, ut patet ex pluribus Apostolicis canonibus, in quibus presbyteri ac ipsi etiam episcopi segregantur, ac postea, si sese non emendaverint, deponuntur. Forte hæc Basilius reliquit episcopo judicanda, quemadmodum ejusdem arbitrio permittit in canonibus 74. & 84. ut poenitentia tempus immineat, si bonus evaserit is qui peccavit. 2. Hæc etiam possit institui quaestio, utrum ne in gravissimis quidem criminibus poenitentiam publicam depositioni adjecerit. Adhibita ratio in canone 3. cur aliquid discriminis clericos inter & laicos ponendum sit, non solum ad graviora peccata, sed etiam ad gravissima pertinet. Ait enim æquum esse ut cum laici post poenitentiam in eundem locum restituantur, clerici vero non restituantur, liberalius & mitius cum clericis agatur. Nolebat ergo clericos lapsos quadruplicem poenitentia gradum percurrere. Sed quemadmodum lapsi in fornicationem diacono non statim communionem reddidit, sed ejus conversionem & morum emendationem probandam esse censet, ut ad eundem canonem tertium observavimus, ita dubium esse non potest, quin ad criminis magnitudinem probandi modum & tempus accommodaverit.

Pag. ibid. b. l. 11. col. 1. ) Eos intelligit qui se vatibus tradunt ad eorum artem ediscendam. Sic enim interpretatur Aristenus. Iis autem qui vates consulunt aut in suam domum introducunt, sex anni irrogantur in canone 83.

Pag. ibid. c. l. 1. col. 1. ) Basilius, ut ipse interpretatur, observant, etsi discedit a veteriorum patrum decretis, non tamen ab eorum mente discedit. Illi enim pacem dederunt post aliquot annorum poenitentiam his qui persecutionis tempore Christum negaverant. At æquum fuit severiora in eos exempla statui, qui tranquillis temporibus hoc scelus admiserent.

Pag. ibid. d. l. 2. col. 1. ) Observat Zonaras sanctum Patrem ad ea, quæ narrantur de Manasse, Ezechia & aliis ejusmodi, digitum intendere. Hanc autem canonis esse sententiam contendit Balsamon, ut episcopi non solum poenarum tempus imminuant, sed ipsas etiam poenas commutent: in quo quidem sibi nonnullos ait non assentiri. Ipse tamen fatetur magnam esse debere cautionem. Narrat enim, cum miles voluntarii homicidii reus a quodam episcopo post breve admodum poenitentia tempus absolutus fuisset tempore Lucæ patriarchæ, synodum jussu imperatoris graviter id ferentis convocata, de episcopi facto deliberasse. Ac episcopus quidem fecit hujus canonis & aliorum similium auctoritate defendisse, sed ad tempus a ministerio remotum fuisse, & militem rursus poenitentia subiectum: pronuntiantem synodo licere quidem episcopis canonicas poenas augere & minueri, sed araneam filis ligare, quæ debent tribus rudentibus alligari, non licere.

Pag. ibid. a. l. 5. col. 2. ) Loquitur S. Pater de viro injuste legitimam uxorem dimittente. Nam si adulterium intercessisset, non jam legitima uxor esset ex sententia Basilius, qui adulteram ejici jubet, non modo permittit. Atque hoc quidem peccatum hominis legitimam uxorem dimittentis & aliam ducentis, adulterium fatetur esse, si Domini sententia spectetur, secus, si canones patrum. Quamobrem eandem poenam imponit ac graviori fornicationi in canone 59. cum hoc tamen levi discrimine quod in canone 59. duo anni inter sententes affigantur, unus vero in hoc septuagesimo septimo. Hoc autem matrimonium, quod legitima uxore dimissa contrahitur, etsi Basilius instar adulterii non jubet puniri, minime tamen dubium, quin poenitentia dissolvendum esse duxerit, nec ante restituerit communionem, quam illegitima uxor esset dimissa. Illud autem difficilius est statuere, quid de matrimonio post ejectam uxorem adulteram contracto senserit. Ratam a Basilio habitum fuisse ejusmodi matrimonium pronuntiat Aristenus. Atque id quidem Basilius conceptis verbis non declarat; sed tamen videtur hac in re a saniori ac meliori sententia discessisse. Nam 1. maritum injuste dimissum ab alio matrimonio non excludit, ut vidimus in canonibus 9. & 35. Porro non videtur jure dimittenti denegasse, quod injuste dimisso concedebat. 2. Cum jubeat uxorem adulteram ejici, vix dubium est quin matrimonium adulterio uxoris dissolutum existimaverit. Præterea dura admodum fuisset mariti, ac multo durior, quam uxoris conditio, si nec adulteram retinere, nec aliam ducere integrum fuisset.

Pag. ibid. b. l. 4. col. 2. ) Prima specie non omnino perspicuum est utrum sorores ex utroque parente intelligat, an tantum ex alterutro. Nam cum in canone 76. eos qui suas nurus accipiunt non severius puniat, quam qui cum sorore ex matre vel ex patre rem habent, forte videri posset idem statuere de iis qui in novercas insaniunt. Sed tamen multo probabilis est eandem illis poenam imponi, ac iis qui cum sorore ex utroque parente contaminantur. Non enim distinctione



hione utitur Bassius, ut in canone 75. nec mirum si peccatum cum nocera gravius quam cum nuru, ob factam patri injuriam, judicavit.

Pag. ibid. b. l. 7. col. 2. ) Polygamie nomine Zonaras & Balsamon non trigamiam interpretantur, sed tetragamiam, Trigamiam canonibus & legibus permittam esse, vetitam autem tetragamiam testantur. Unde nihil in hoc canone durius aut justo severius animadvertunt. Videtur idem sentire Aristenus, qui polygamiam, de qua in hoc canone agitur, scelus appellat. Valde mihi aridet hanc interpretationem: demittit enim hujus canonis asperitatem. Sed tamen magnis illis interpretibus assentiri non possum. Nam ipsam trigamiam polygamie nomine notari ait Balsamon in canone 4. eamque ex lege contrahi negat in canone 50. Præterea animadvertendum est Balsamii propositum. Cur enim polygamos in hoc canone octogesimo subijcti canonibus, id est, inter sentes penitentiam agere jubet, nisi quia eos publicis condemnationibus subijcti non solum dixerat in canone 50. At canon ille 50. de trigamis nominatim agit. Videtur ergo ad eisdem referendus octogesimus. Justo sane severior hæc doctrina videbitur: sed ita de trigamis statuisse Balsamium minime mirabitur, quisquis similia plurimum patrum dicta pensabit, imprimis Gregorii Nazianzeni apud quem in Orat. 31. tertie nuptie παρανομία, iniquitas dicuntur.

Pag. ibid. c. l. 1. col. 2. ) Recipi eos in consistentium locum existant Balsamon & Zonaras, in ipsam communionem Aristenus, qui quatuor tantum annos numerat, hanc tamen conditionem addens, ut matrimonium dissolvatur. Confirmari potest Zonara & Balsamonis sententia ex canone 4. ubi quinque anni trigamis decernuntur. De hac severitate non videtur detrudere hic canon octogesimus, qui ad intendendas potius quam remittendas trigamorum poenas institutus est.

Pag. ibid. c. l. 7. col. 2. ) Ancyranos patres designat, quorum magna videtur fuisse in Cappadocia & finitimis provinciis auctoritas. Quamquam in hoc tantum eos sequitur, quod eorum exemplo discrimen ponat inter eos, qui tormentis cessant, & eos qui facilius superati sunt. Nam Ancyrani patres multo sunt leniores, ac iis qui solis supplicii aut bonorum direptionis aut exilii minis cesserunt, non longiorem sexennio penitentiam imponunt can. 6.

Pag. ibid. c. l. 11. col. 2. ) Longe alio sensu usurpatur hoc loco ea vox ac in canone 65. in quo veneficia ad perniciem inventa designat: hic autem remedia ad morbos pellendos, ut observant Balsamon & Zonaras. Hinc multo lenior in hoc canone penitentia, quam in sexagesimo quinto. Distinctione utitur S. Gregorius Nyssenus in statuenda hujus peccati penitentia. Sancit enim canone 3. ut qui se ad præfignatores, aut vates, aut eos qui demonum opera piacula quædam & malorum avertendorum artem profitentur, hi si fidei negandæ consilio id fecerint, iisdem poenis, ac apostatæ subijciantur: si autem gravissimo quodam dolore & damno percussus; eodem modo puniantur, ac qui tormentis tempore confessionis cesserunt.

Pag. 180. c. l. 6. col. 2. ) Tatianus factus est episcopus Myrænsis, ac interfuit concilio C. P. Nondum ad hanc dignitatem pervenerat, cum hæc scriberetur epistola; nam ei Balsamon non alium quam presbyteri titulum deserit, qui ei cum Polemone & Macario communis est. Videtur etiam Diatimum nequaquam Limyræ episcopus fuisse; sed tantum presbyter. Illud enim episcopi nomine non designat Balsamon; & presbyteri titulus ad eum, itidem ut ad tres alios, videtur referri. Silentium Balsamii de episcopis Limyræ & Myræ argumento est eos male audisse. Porro non mirum in tanta rerum ecclesiasticarum perturbatione, si ejusmodi presbyterorum communionem appetebat, quorum cum episcopis non communicabat. Sic enim cum presbyteris Tarsensibus, minime vero cum episcopo Tarsensi conjunctus erat: plures in Sebastie presbyterio communicatores habebat, quamvis ab Eustathii communiione discessisset, ut patet ex epistolis 113. 114. 237. Paulo ante legitur in codice Vaticano monachum & episcopum.

Pag. 185. a. l. 12. col. 1. cum fraternitates. Interdum hac voce designantur ecclesie, velut in epist. 226. ubi Eustathius dicitur suas adversus Eudoxium litteras ad omnes fraternitates misisse. Interdum etiam monasterium vocatur fraternitas, ut in epist. 257. Monasteria, quibus præerat Eustathius, vel saltem quibuscumque amicitia conjunctus erat, hoc loco indicari crediderim. Id enim probant & noctes in precibus traductæ & mutua de rebus divinis colloquia. Non dicit Balsamon se una cum Eustathio hæc monasteria invisisse; sed fidem suam ex his, quæ illic differuit, exploratam Eustathio esse debuisse: quod argumento est monachos illos Eustathio subjectos fuisse; vel saltem amicos & familiares.

Pag. ibid. a. l. 6. col. 2. ) Valesius in notis ad cap. 2. libri 18. Am. Marcellini, & Gothofredus comment. in lib. 1. cod. Theod. pag. 42. hoc Balsamii testimonio utuntur, ut probent in gravioribus causis velum obtendi & contrahi solitum fuisse, ut iudices attentius deliberarent, plebe non obstrepente. Sed tamen contrariam profus in sententiam Balsamii verba videntur accipi debere. Nam illud ἀφελκονται, non idem sonat ac obducunt vela, sed idem potius ac retrahunt & remouent. Deinde vero quod addit Balsamon μάθημοί πασι γινονται, iudicium designat in clarissima luce & omnium oculis expositum. Quare etiam si legeremus ἐφελκονται, nequaquam vertendum esset, vela obducunt, sed potius contrahunt, ut iudices ab omnibus videantur. Atque eo sensu usurpatur illa vox apud Joannem Chrysostrum Hom. 56. in Mat. ubi sic legitur. Cum publice sententiam iudices prolaturus sunt, velamina statorum contrahunt ut ab omnibus videantur. Sic etiam ait Balsamon Homil. in Ps. 32. num. 8. ut Deus videat quæ ab hominibus sunt, non portas aperiri, non vela contrahi, & παραπέτασμα συναγεται. Ipse Gothofredus videtur erratum suum agnovisse; nam in observationibus ad librum 13. tit. 9. leg. 6. in qua decernitur ut de submersis navibus levato velo iusta causa cognoscantur, ex his Balsamii verbis repetit exemplum iudicii patente velo peracti.

Pag. ibid. a. l. 10. col. 2. ) Ait auctor Constitutionum Apo-

stolicarum, l. 2. c. 57. iudicium, cum sententiam capitalem laturus est, sublatis ad caelum manibus, contestari infontem se esse humani sanguinis. ὅπου ἡ ψῆφος δαπάνη ἐ μέλλου ἰσχυρῶς κατ' αὐτὴν πρὸς τὸν ἰδίον ἑσπῆρας τοῦ χριστοῦ ἐπιμαρτυρεῖται αἰδώς ἢ πάρεσσι τῶ ἀίματος τῶ ἀνδρώπυ.

Pag. ibid. a. l. 11. col. 2. ) Observandum est non loqui Balsamium de omnibus iudicibus, sed de iis qui suam equitatem omnibus notam esse & testatam volebant. Sic Gregorius Naz. laudat Capdidianum in epistola 194. quod sub alara sua controverfias dirimat. Julianus, teste Ammiano lib. 18. cap. 1. Numerianum Narbonensis paulo ante roforem, accusatum ut suum, iussuato consorio vigore pro tribunali palam admittis volentibus audiebat. Multa alia occurrunt ejusmodi exempla, quæ cum referri soleant ut insignia quædam equitatis specimine, argumento sunt, nec legem fuisse, nec omnium iudicium morem, ut velum expanderetur. Coniux Galli Cesaris non audebat secretarium ingredi, sed exortabat aurem subinde per Aulæum, ut ait Ammianus lib. 14. c. 9. In Constitutionibus Apost. lib. 2. cap. 52. proponitur iudicibus ecclesiasticis exemplum iudicium secularium, qui reum non statim ad supplicium mittunt, sed pluribus diebus cum multa consultatione & interfecto velo inquirunt de crimine, μετὰ συμβουλίου πολλῶν ἢ παραπέτασματι μίση. In codice Theodosiano nulla alia lex præscribit, ut levato velo causa cognoscatur, præteream, quam ab Honorio de submersis navibus latam modo citavimus.

Pag. 187. c. l. 7. col. 2. ) Erat tunc Vicarius in Galatia, ubi synodum impiorum coegerat, ut dicimus ex epist. 237. Favebat Balsamii petitioni lex data a Valente, anno 373. Ultra provinciam terminos accusandi licentia non progrediatur. Oportet enim illic criminum iudicia agitari, ubi facinus dicitur admittum. Perverfina autem iudicia præsentibus legibus conceptus. Cod. Theod. lib. 9. tit. 1. leg. 10. Crediderim hac lege vicarios potius coerceri, quam præfides, ut existimat Gothofredus. Nam reos ex remota provincia pertractos opprimere multo facilius fuit vicariis, qui plures provincias regebant, quam præfibus qui unicam administrabant.

Pag. 188. c. l. 12. col. 2. ) Niniium stricte hæc interpretatur Tillemontius tom. 9. pag. 236. Existimat enim Eustathium, tum cum acerrime Balsamium exagitaret anno 375. Arianos harum ecclesiarum episcopos infectatum esse, ut catholicam plebem ad se alliceret, & a Balsamio abstraheret; atque hos esse motus, quos ab Eustathio in Dazimone excitatos queritur Balsamius in epistola 216. Sed 1. Dazimone non perturbavit Eustathius infectandis Arianis, sed exagitando Balsamio & salummiis ac opprobriis cooperiendo, ut ex epistola 203. perspicui potest. 2. Verisimile non fit Eustathium, postquam discessit a communionem Balsamii, ac gratie apud Euzoium ineunda consilium cepit, tam insignem Arianis contumeliam fecisse, ut in ecclesiis, quas invaserant, catholicos presbyteros & diaconos ordinaret. Hoc ei magnum vitium imerat, quod se ad omnem temporum & vicissitudinem colorem fingeret, ac mutatis rebus totus immutaretur ab eo qui antea visus fuerat: sed ninium rebus suis attentus erat, quam ut Arianis bellum audacter inferret, tum cum eorum gratie vilem se captatorem præberet. 3. Illud, etiam Balsamon, de iis dici potest, quæ sua sponte satis remota, cum aliis comparata, recentia videntur. Sic in Comment. in Esaiam n. 232. Quæ nunc pullulavit Anomorum heresi. In epist. 169. Nunc prodians ab hominibus semper novi aliquid inducere conantibus questio. Ideo ergo Balsamius Eustathium ecclesias Zelorum & Amasæ etiam Balsamon infectatum esse dicit, quia hoc illius factum multo recentius erat iis, quæ ex Dardania rediens sub Juliano in Gangrenorum regione designaverat. Sed quamvis hoc facinus altero recentius sit, videtur tamen illud edidisse Eustathius, antequam a Balsamio discederet, vel etiam antequam aucta, Valentis presentia, Arianorum auctoritas metum ei incussisset.

Pag. 189. c. l. 7. col. 1. ) Occurrit Balsamius eorum cavillationi qui, ut ait in epist. 51. consubstantialis voce, & substantiam communem, & ea quæ ex substantia orta sunt, designari volebant. Unde sequeretur Patrem & Filium fratrem inter se cognitionem habere; quia, ut ibidem ait, fraternitas sunt inter se quæ ex uno orta sunt.

Pag. 190. b. l. 7. col. 1. ) Dubitarunt eruditi viri, utrum Euphronius, relicta Coloniensi ecclesia, ad Nicopolitana translatum fuerit, an utramque simul regendam susceperit. Utrumvis factum fuerit, cum ad summam Ecclesie utilitatem necessario tempore factum sit, maxima laude dignum videri, & Spiritui sancto attribui debet. Sed perspicere mihi videar, ita rem constitutam fuisse, ut alius Coloniæ, præter Euphronium, episcopus non daretur. Promittit enim Coloniensibus Balsamius, eos & communem cum aliis provinciæ ecclesiis utilitatem percepturos, & Euphronium ab illis proprie regendis non discessurum. In aliorum custodia, inquit, securitatis vestra provident, cuiusque crisis ab omni tumultu, aliis belli impetum sustinentibus. Hæc communia Coloniensibus erant futura cum aliis provinciæ ecclesiis. Quid autem Coloniensibus proprie servaretur, indicant quæ sequuntur. Ad hæc illud etiam vobis considerandum est, non vos ab eo repudiatos, sed alios assumptos. . . suscipias itaque & Nicopolis curam, & ad futuram illis sollicitudines vestri cura accedat &c. Similia leguntur in epistola sequenti, in qua Balsamius Colonienses magistratus rogat, ut boni vasis utrum communem habere cum vicinis non reculent; ac Euphronium Coloniæ & Nicopolis communem patrem futurum pollicetur. Ridicula sane & absurda promissa, si Euphronium Colonia non cum Nicopoli, sed cum aliis ecclesiis episcopalibus Nicopoli subjectis communem patrem erat habitura.

Pag. 192. a. l. 9. col. 1. ) Editi & plures MSS. recentiores addunt, Ordinati causa episcopi. Sed hæc melius desunt in antiquioribus codicibus. Non enim ordinatus fuit episcopus Euphronius, qui dudum Coloniæ ecclesiam regebat. Scribit autem ad magistratus Balsamius, non solum quia plurimum poterant in temperandis populi animis, sed etiam quia eorum ad electionem confirmandam consensus requirebatur. Unde Celsinus Papa in epist. 7. Nullus, inquit, iuvissis desit episcopus.

quis. Cleri, plebis & ordinis consensus, & desiderium requiritur. Gregorius Theologi patet in epist. 22. quam scripsit vacante sede Cæsariensi, Basilium presbyterum commendat cle- ro, honoratis, & curialibus, ac toti populo.

Pag. 193. a. l. 6. col. 1. ) Festi symbola apud Greg. Naz. in epist. 53. & 54. de acceptis ab Helladio muneribus intelligi debent, non, ut visum est Billio, de litteris quaquaverum missis ut dies festus nuntiaretur. Interdum etiam presentibus clericis ejusmodi munera dari solebant. Legimus enim apud Facundum lib. 5. c. 2. Ibam solitum esse in die sancto Pas- che, aut ante diem, dare de manu clericis quadam pro festivi- tate.

Pag. ibid. a. l. 9. col. 2. ) Vertit interpres gestatorios cur- rurs. Combessius rbedas nobiles, sedos currus. Sed quid ejus- modi rbedæ & currus ad nocturnos labores prodesse poterant? Lampades ergo vel candelas cereas sententia hujus loci inter- pretari cogit: quo sensu lampenas interdum usurpari probant Martinus & Cangius. Ingeniosam munusculorum explicatio- nem habemus apud Hieronymum in epistola 46. ad Marcellam, quæ cum ei varia munera, in his certos, misisset, in singulis Hieronymus aliqua mysteria tum sibi tum virgini convenien- tiam peracutæ exquirat. Cereos autem non ut Basilus ad no- cturnos labores revocat: sed in virgine hanc vim habere di- cit, & accenso lumine, sponsi expectetur adventus: in seipso autem, ut & propter nocturnos metus, & animos semper male conscientia formidantes, cereos quoque accendisse sit gratum.

Pag. ibid. c. l. 7. col. 2. ) Id est, illiberalium illarum ar- tium. Si quis faveret MS. codex, libenter eliminat hæc verba, quæ spuria esse nullus dubito, & idcirco in latina in- terpretatione omittenda esse duxi. Totam enim Basilii senten- tiam peritus deformant, quæ cum artes generatim complectatur, immerito illiberalium artium angustis coarctetur. Præterea profert Basilus exempli loco artem gubernandi & medici- nam, quas absurdum sit inter artes illiberales numerare, præ- fertim medicinam. Hanc artem ipse Basilus adprime callebat, teste Gregorio Naz. orat. 20. pag. 333. Quanti medicos face- ret, perspicui potest ex epist. 189. ad Eustathium archiatrum, ubi assentiri se proficitur is, qui omnibus rebus, quæ quidem in vita studio habentur, medicorum scientiam anteponunt, vide epist. 84. num 1.

Pag. 199. b. l. 2. col. 1. ) Suspiciatur Tillemontius huic ho- mini datam fuisse quamdam visitandi ecclesiæ provinciam. Sed illud, miserunt ad ecclesias, idem esse crediderim ac epis- copum ordinaverunt. Sic enim videtur ipse Basilus interpre- tari in epistola 239. ubi de eodem homine loquens ait: Et ad miserum hominis, vernerum vernas, devenit nunc episcopus nomen... qualis est qui nuper ab Anyso & Ecdicio Parnasse- no missus est, quem quidem qui constituit, pessimum sibi ipsi furoræ vita vitaticum in ecclesiis immisit. Et in epist. 240. de Frontone loquens ordinato ab Arianis episcopo, ait: qui in nos immisit sunt. Verisimile ergo est hunc hominem idcirco in ecclesiis immisum dici, quia ab illius nequitia periculum im- pendeat, non unius ecclesiæ evertendæ, sed plurium & vitæ exemplo & nefariis molitionibus lædendarum.

Pag. ibid. a. l. 4. col. 2. ) Totum huic locum minus bel- le interpretatur Tillemontius. Existimat Vicarium, cum primo repulsi fuisset a Nicopolitanis, postea violentiore manu rem aggredi capisse; & idcirco immisit agmen Arianorum. Sed cum Ariani Frontonem episcopum ordinaverint, ut per se patet; adhibita a Vicario violentia ut datum episcopum con- stitueret, de immisissis Arianis intelligi non debet, sed de iis, quæ postea Vicarius per vim & impressionem egit, ut ordina- tionem illam tueretur. Deceperunt Tillemontium hæc verba, Et nunc cum hæc scriberem, ipsum illud agmen &c. indeque adductus est, ut crederet ante adventum Arianorum jam repulsi Vicarii conatus fuisse. Sed ejusmodi loquendi rationes non tam stricte accipiendæ. Potuit enim dicere Basilus: Eo- que cum hæc scriberem, ipsum illud agmen Sebastianus venit, quamvis ab hoc eventu aliquod tempus effluxisset. Hinc in epist. 239. de rebus, quæ non paulo ante contigerant, eodem modo loquitur. Ait enim nunc episcopatus nomen ad miseros homines & vernas vernerum devenisse; qualis est qui nunc ab Anyso & Ecdicio missus est. Hi nunc fratrem meum Nyssa rapulerunt.

Pag. 200. a. l. 6. col. 1. ) Non captivitatem Babylonicam intelligit Basilus, sed eas calamitates, quæ Hierosolymis, ob- sidente Vespasiano, acciderunt; cum simul & externo preme- gentur bello, & domesticis seditionibus absumerentur, ut aiunt Orientales episcopi in epist. 92. ubi cum hoc Judæorum statu comparant Orientis ecclesiæ, quæ præter apertum hæretico- rum bellum, domesticis inter catholicos dissensionibus labo- rabant. Eadem comparatione utitur Basilus in commentario in Esaiam tom. 1. pag. 241.

Pag. ibid. b. l. 2. col. 1. ) Mallet Combessius & Ecdicii Parnasseni. Sed repugnant non solum MSS. codices, in qui- bus punctum ponitur post Ecdicii, ut indicetur Anysum non esse alumnum Euippii & Ecdicii, sed ipsa etiam historia. Nam Ecdicius ille nuper fuerat creatus episcopus, ut est in præce- denti ad Eusebium epistola. Quare Anysius non potuit Ecdi- cii simul & Euippii longe antiquioris, ut patet ex ep. 128. alumnum dici, id est, ab Ecdicio & Euippio ordinatus & in- stitutus. Sed cum Ecdicius a Demosthene constitutus fuisset episcopus Parnassenus, conjunxit se in concilio Nysseno cum Anyso Euippii alumno, & cum illo ea facinora designavit, quæ Basilii & bonorum omnium lacrymis ac gemitibus mate- riam dederunt.

Pag. 203. a. l. 12. col. 1. ) Sæpe alias Basilus, dum perse- quutionis Orientis describit, hoc incommodum commemorat, quod non idem sit martyrii splendor ac sub ethnicis Impera- toribus. Nod idcirco tamen de eorum qui patiebantur, merito detrahi putabit, Nam in epist. 257. testatur persecutores ipsos christianum nomen obicere, ut adversariis martyrii exi- stimationem eripiant, ac simpliciores hac cavillatione decipiat: ut revera ejusmodi persecutionis, quæ a tribulatione accidit, eo uberiora esse contendit præmia, quo & gravior & ad ca- vendum difficilior est, ac minus ad martyrii laudem insignis,

quam si ab ethnicis excitaretur. Sic etiam Cyprianus in epi- stola 55. Nihil interest quis tradat aut serviat, cum Deus tra- di permittat, quo disponit coronari. Neque enim nobis ignomi- nia est pati a fratribus quod passus est Christus, nec illis glo- ria est facere quod facerit Judas. Idem docet concilium Sardi- cente in epistola ad Julium papam, & Liberius papa in epi- stola septima ad Dionysium, Eusebium & Luciferum in exilio constitutos. Gregorius Nazianzenus orat. 23. p. 416. de Va- lentis persecutione sic loquitur: Nunc autem turpis & indo- cora persecutio coarctatur, quæ Christianorum patrocinium ad defensionem impietati suæ præterens, veros Christianos aggredi- tur: hoc usque nomine superiore persecutione acrioribus, quod sum quidem minime dubia & obscura erat martyrum decorsioz nunc autem res eo rediit, ut cruciatus quoque ipsa laude careat, falsam apud iniquos cruciatuum iudicet.

Pag. ibid. c. l. 3. col. 2. ) His ex verbis concludit Combessius hanc epistolam a solo Basilio scriptam non fuisse. Id enim, inquit, in sua Basilius persona, idque solius non facile dicit, sanæ sedis antistes, ipseque sic clarus. Nulla ratio ne- nitatur eruditi viri observatio. Ut omittam loca pene innum- erabilia, in quibus de se ipse Basilus demississime loquitur; certe in epistola 225. contentum se fuisse dicit a iudicibus, qui furoræ suum in Gregorium Nyssenum verterant.

Pag. 204. b. l. 4. col. 1. ) Quæ hic recentur a Basilio magna ex parte officia sunt episcoporum & presbyterorum. Indicant autem hæc verba non solum Arianos ad has dignita- tes evehi solitos esse, quod sane mirum non fuisset sub hære- tico Imperatore, sed etiam eos ecclesiastica munia ita sibi at- roasse, ut Catholicos excluderent. Non alio consilio Ariani presbyteros Antiochenos, ut discimus ex canone 17. Basilii, jurare coegerunt, se nunquam sacerdotio publice perfunctu- ros. Quinetiam ambitionem suam ad alias ecclesiæ extende- bant. Nam Eustathius, qui eorum ingenium averterat, hac arte eorum captavit benevolentiam, advocavit eos in ecclesiæ suam, concionati sunt summa cum potestate, traditum est eis populus, traditum altare, ac totam regionem peragravit; ubique episcopalem honorem & observationem habentes, ut perspicitur ex epistolis 244. & 251.

Pag. ibid. a. l. 9. col. 2. ) Non sine causa Orientales hæc excusatione utebantur. Metuendi enim locus erat, ne Occi- dentales suboffenderentur, si episcopi non venirent. Anno 371. cum Orientales diaconum mississent, diaconum pariter miserunt Occidentales. Anno 372. nemo missus ab Orientalibus, sed per litteras suppliciter petierunt, ut plures episcopi ad feren- dum Orienti auxilium mitterentur. At nullam prorsus respon- sionem impetrarunt; imo rediens Roma Evagrius presbyter nuntiavit Basilio, ipsius scripta Romanis displicuisse, ac viros auctoritate præditos Romam esse mittendos.

Pag. ibid. b. l. 3. col. 2. ) Missus etiam cum Dorotheo presbyter Sanctissimus, ut patet ex epist. 257. & sequentibus. Quinetiam in epistola 263. gratias agunt Occidentalibus Ori- entales ob litteras per compresbyteros missas. Mirum autem vi- deri non debet, quod solus Dorotheus nominetur. Sæpe enim in ejusmodi litteris solus ille nominatur, qui præcipuas com- munitatis muneris partes sustinebat. Sic in epist. 220. solus Aca- cius in epist. 264. solus Dominus commemoratur, quamvis utrique comites adjunctos fuisse pateat, Acacius quidem ex ep. 220. Dominus autem ex 267. In titio epist. 48. unum epistolæ bajulum memorat Basilus, sed tamen plures missos fuisse patet ex his ejusdem epistolæ verbis, ut ipsi illi narrabunt. Similiter Cyprianus in ep. 43. solum Mettium subdiaconum nomi- nat, quamvis ei socium adjunxisset Nicephorum acolythum; & in epist. 46. quæ est S. Cornelii, de solo Nicephoro fit men- tio, ac prætermittitur Mettius.

Pag. 206. c. l. 5. col. 2. ) Hoc in loco & in aliis similibus, nempe in epistolis 226. & 251. non suo nomine loquitur Basili- us, sed potius Eustathii, quem deducto ex ipsius sententia argumento in angustias concludit. Depositis enim a quingen- tis episcopis, eorum sententiæ non cessit: sed eos negavit epi- scopos esse, utpote non participes Spiritus sancti, ut supra legimus in hac ipsa epistola. Sequeretur ex hac Eustathii ra- tiocinatione, si strictius sumeretur, datam ab hæreticis ordina- tionem non modo non legitimam, sed etiam invalidam ac prorsus nullam esse, ac Spiritum sanctum ab eis conferri non posse. Sed si ea fuit Eustathii sententia, certe Basilio affingi non potest. Is enim testatur can. 1. Izoinum & Saturninum ex Encratitarum hæresi in episcopalem cathedram a se susceptos esse. Rejicit in eodem canone principum Cypriani & Firmi- liani, qui nulli prorsus hæretico aut schismatico relinquebant baptizandi aut ordinandi potestatem, ut qui non possent am- plius Spiritus sanctus gratiam aliis præbere, a qua ipsi excide- rant. In epistola autem 240. cum denuntiat Nicopolitanis, ne quis communionem Frontonis præoccupet, neve accepta ab eo manus impositione, postea reddita pace vim faciat ut in cle- ro recentetur; cum hoc, inquam, denuntiat, declarat ille quidem se hac in re de canonum severitate nihil remissurum; sed tamen non obture fatetur ejusmodi ordinationes validas esse, ac interdum in Ecclesia pacis causa ratas haberi.

Pag. 207. a. l. 1. col. 2. ) Non male abest ea vox a codice Mediceo. Baronius ad annum Christi 325. ex his verbis, ut demonstrat ipsa illa fides, quæ Nicæa ab illo viro prædicata est ab initio, concludit memoria lapsum esse Basilium: liqui- dem non Hermogenes, sed Leontius Cæsariensis episcopus in- terfuit concilio Nicæno. Hæc tamen verba sic accipi possent, ut Hermogenes Nicænam fidem prædicasse ab initio diceretur, id est, olim, jamdudum, non multo post synodum ipsam, ut in can. 1. εδοξε τοις εκ αρχης. visum est antiquis. Sed cogunt me assentiri Baronio quæ de eodem Hermogene leguntur in epist. 81. Ibi enim conceptis verbis dicitur magnam illam & insuperabilem fidem scripsisse in magna synodo.

Pag. 210. c. l. 11. col. 1. ) Amalienum nomine intelligit Basilus, non cives Amasæ, sed hujus urbis episcopum. Non enim populus supplicabat Eustathius, sed episcopus, quorum gratiam ambiebat ut episcopatum retineret. In epistola 244. Nicopolitanos vocat Theodotum Nicopolis episcopum, Seba- stenos in epist. 129. Eustathium Sebastenum. Huc accedit, quod

quod Amasia civitas erat catholicæ fidei retinentissima, etiam sub Ariano episcopo, quem, pulso Eulalio, Ariani intruferant. Hunc hominem sic averfata est civitas, ut rediens Eulalius post pacem mortuo Valente concessam, non plures ex tota urbe, quam quinquaginta homines, cum hæretico communicantes invenerit. Hæc discimus ex Sozomeno lib. 7. cap. 2. Quare Elpidii cum Amasiensibus civibus communio reprehendi non poterat: sola cum episcopo urbis communio causam Eustathio potuit asserre.

Pag. 214. a. l. 11. col. 1. ) Quod ait Basilius se adtexta Nicænæ fidei dogmata de Incarnatione nec examinasse, nec recepisse, id de ipso dogmate accipi non debet, sed de modo dogmatis ita exprimendi, ut hæretici eludere non possint. Nam ipsum quidem dogma certissime tenebat Basilius, neque ad eam rem opus habebat examine. Sed cum nonnulli formulæ Nicænæ aliquid de Incarnatione adderent ad comprimentos Apollinaristas; id Basilius nec examinaverat, nec receperat, tum quia altius intelligentia sua esse ducebat; tum quia metuebat ne finem non haberent ejusmodi quæstiones, ac simpliciorum animi novis rebus in symbolum inductis læderentur. Minime autem mirum, si, quamvis Basilius nemo intelligendi & explicandi dogmatis dono superaret, suarum tamen virium ac suæ facultatis esse non putabat, adtexta fidei Nicænæ de Incarnatione dogmata examinare. Longe enim difficillimum sciebat esse formulam fidei ita constituere, ut, quod omnino necessarium esse ad legitimam formulam docet lib. 1. in Eunom. p. 115. tom. 1. nihil ei desit, & hæreticorum usu teri non possit. Nec eum latebat ipsos etiam Nicænos patres formulæ, quam primo considerant, aliquid addere coactos fuisse, postquam illam ab hæreticorum auribus non abhorre animadvertunt.

Pag. ibid. d. l. 4. col. 2. ) Basilius narrationem confirmant Bardeanes apud Eusebium Præp. evangel. lib. 6. pag. 275. & ipse Epiphanius in Expositione cathol. fid. Primus testatur legem esse apud Persas ut filias & matres in matrimonium ducant; neque id in Perfidie solum fieri, sed etiam quotquot e Perfidie migrarunt, quos Magusæos vocant, iidem in flagitiis manere, & filiis quasi patriam hereditatem hos mores tradere. Addit multos hætenus Magusæos reperiri in Media, Ægypto, Phrygia, & Galatia. Epiphanius ait Magusæos apud Persas simulacra detestari, sed ea tamen adorare, siquidem adorant ignem, solem & lunam.

Pag. 217. d. l. 3. col. 2. ) Fatendum sane est hoc loco S. Basilius (quod equidem me certo scio non sine ipsius pace dicturum) longe aberrare & ab evangelica historia & a recta Symeonis verborum interpretatione. Nihil enim ejusmodi de sanctissima Deipara suspicari sinunt cum ipsius constantia in filii morte oculis suis spectanda, tum tenerè ad eam filii morientis voces. Sed quamvis illius fides minime vacillaverit, non idcirco tamen materna viscera dolore illo caruerunt, quem ei sub gladii nomine Symeon prædicat. Videtur Basilius hæc opinionem hausisse ex Origenis fontibus, quamvis in hoc legendo scriptore satis cautus fuerit. Id enim docet Origenes homil. 27. in Lucam. Nonnulli alii post Basilius scriptores idem commentum sequuti sunt, quos recenset Petavius lib. 14. de Incarn. c. 1.

Pag. 218. b. l. 12. col. 1. ) Notandum diligenter hoc verbum, nempe *percurrerat*, quia indicat Basilius Filium Dei, antequam nasceretur ex virgine, antiquis patribus apparuisse. Hinc contendit in libro 2. in Eunomium, eum qui Deus & angelus vocatur ac Moyfi apparuit, non alium esse quam Filium. Simili sensu Filius Dei apud Clementem Alexandrinum in libro *Quis dives salvandus* n. 8. dicitur *a creatione mundi, usque ad signum crucis humanitatem percurrisse*.

Pag. ibid. a. l. 9. col. 2. ) Illud *apparentia* commentum proprie illis tribuitur, qui carnem phantasticam Christo attribuebant: quales fuere post Simonem Basilides, Marcion & Cassianus, qui Docetarum princeps dictus est. Verum ab his discrepabat Valentinus, eumque testatur Tertullianus carnem & nativitatem Christo attribuisse, lib. de carne Christi cap. 1. quamvis hanc carnem per Mariam veluti per tubum transiisse fingeret. Cur ergo *τὸς δοκῆσεως* auctorem illum facit Basilius? Videtur S. Pater de Valentino sic statuisse, quia illius de celesti carne Christi commentum eodem redibat ac Marcionis *apparentia*. Utraque enim opinio Incarnationem evertibat: utraque carnem ejusmodi affingebat Christo, quæ cum eadem videretur ac nostra, nec tamen eadem esset, non immerito phantastica dici potuit. Eo libentius in eam partem accipio S. Basilius sententiam, quod eum minime latuerint commenta Valentini. Nam paulo ante cum eos notaret, qui Dominum dicebant *caeleste corpus habentem advenisse, tandem silentio scripturam Valentini dogma* ab eis renovari declarat.

Pag. 221. c. l. 4. col. 1. ) Existimat Combesius solum Dominum sic honoris causa nominari, nec ullos designari comites. Atque id quidem libenter assentior doctissimo viro, solum hic Dominum nominari; non idcirco tamen, quod sociis careret, sed quia illi præcipue honor habebatur. Sic enim fieri solere observavimus ad epist. 243. ut cum plures mitterentur, unus tamen nominaretur. Dominum autem aliquem adfuisse comitem conjicimus ex epist. 267. ad eundem Barsam, ubi Basilius laudes litterarum suarum fratres commemorat, hanc ipsam epistolam indicans. Ait enim se Barsæ non sæpe quidem scripsisse, sed tamen scripsisse: quibus verbis unica designatur epistola.

Pag. 222. e. l. 4. col. 2. ) Mirum id videtur ac prima specie vix credibile, Marcellum ob impios errores ex Ecclesia exiisse. Nam S. Athanasius suspectum illum quidem, sed tamen purgatum habuit, teste Epiphanio hæref. 72. p. 837. Hinc illius discipuli communicatorias beatissimi papæ Athanasii litteras ostenderunt confessoribus Ægyptiis, ibid. pag. 843. Testatur idem Epiphanius varia esse Catholicorum de Marcellio judicia, aliis eum accusantibus, aliis defendentibus, pag. 834. Paulinus ejus discipulos sine discrimine recipiebat, ut in superiore epistola vidimus. Ipse Basilius in ep. 69. queritur quod eum ecclesia Romana in communionem ab initio suscepisset. Quomodo ergo exiisse dicitur ex Ecclesia qui tot ha-

buit communicatores? Sed tamen S. Basilius testimonium cum sua sponte magni est momenti, (non enim ut in diducandis Marcelli scriptis, ita in ejusmodi facto proclive fuit errare) tum etiam hoc argumento confirmatur, quod Athanasius extremis vitæ suæ annis Marcellum a communione sua removerit. Neque enim, si semper cum eo communicasset Athanasius, opus habuissent illius discipuli confessione fidei ad impetrandam confessorum Ægyptiorum communionem: nec Petrus Athanasii successor canones violatos, concessa illis communionem, quereretur, ut videmus in epistola sequenti, si Ægyptum inter ac Marcellum ejusque clerum & plebem non fuisset rupta communio. Videtur ergo Marcellus sub finem vitæ aliquid peccasse, quod Athanasium ab ejus communionem discedere cogeret: & cum jamdudum a toto fere Oriente damnatus esset: amissa Athanasii communionem, quæ unicum fere illius refugium erat, desertus ab omnibus videri debuit, nec ei nova ignominia notato prodesse poterat concessa olim a Romana ecclesia communio.

Pag. 224. b. l. 12. col. 1. ) Vix credibile est tam iniquum sermonem ex ore Petri Alexandrini emissum fuisse. Sed tamen Basilius querelæ non alium petere videntur, quamvis leuiter rem iniquet & cum urbanissima quadam circuitione. Ait enim sibi narraffe Dorotheum quos cum Petro sermones coram Damaso habuisset, seque addit vehementer doluisse, cum is diceret Meletium & Eusebium numeratos in Arians fuisse. Non alius ergo colloquutus est cum Dorotheo, nec alius Meletium & Eusebium tam inhoneste appellavit. His adhibitam a Basilio operam, ut eximium illud par episcoporum apud Petrum Alexandrinum purget. Demonstrat eum vel ob solam perfectionis societatem conjungi cum illis viris debuisset; præterita libenter oblivioni tradit, modo deinceps initium aliquod pacificum instituat. Hæc profecto probant iniquum illud de Meletio & Eusebio judicium, quod Basilio tantum inuisset doloris, a Petro profectum esse. Mirum id de tanto viro ac luctuosum: sed inde percipitur quid peccent studia partium. Videtur enim hanc Petro opinionem injecisse calidiores Paulini adstipulatores. Non æquior fuit in Meletium Hieronymus, ut patet ex ejus epistola ad Damasum Papam.

Pag. 226. b. l. 7. col. 2. ) Vix sunt sibi in hoc Basilius decreto eruditi viri imaginem quamdam generalis interdicti percipere. Sed tamen non leve discrimen intercedit. Nam 1. quod sceleris conscios arceat a precibus, argumento est liturgiam in hoc pago minime intermissam fuisse. 2. Inde etiam sequitur non omnes pagi incolas a precibus remotos fuisse, sed eos tantum, qui scelus adjuverant, 3. Id confirmatur ex accurata enumeratione eorum qui operam suam contulerant, aut puellam recipiendo, aut occultando, vel etiam dimicando. Inutile enim & absurdum fuisset tam accurate varia delictorum genera recensere; si eadem sententia comprehendi fuissent, qui nihil prorsus commiserant. Pagus ergo intelligi debet magna pars incolarum. Si quis tamen existimet nullum in hoc pago presbyterum fuisse, univrsosque incolas a precibus, quæ in alterius pagi ecclesia fiebant, exclusos fuisse; illud semper manebit, quod mihi probandum proposui, nullam prorsus ecclesiam generali decreto interdictam a Basilio fuisse. Præterea cum accurate distinguat delictorum species, inde sequitur vel omnes nocentes fuisse, vel nocentium & innocentium habitum fuisse discrimen. Ex his illud etiam colligi potest eos, qui raptorem juverunt, idcirco cum tota familia puniri, quia familia sceleris expers non erat; idque confirmat ipse Basilius, qui eos secundum canonem jam a se editum puniri jubet. Porro in hoc canone nemini prorsus nisi nocenti poena imponitur.

Pag. 230. e. l. 2. col. 1. ) Synodi nomine multa apud Basilius significari solent, interdum episcoporum concilia, interdum fidelium conventus ad dies festos martyrum, ut in epistolis 95. 98. 126. Ipse etiam ecclesiæ vocantur synodi in epist. 286. & 321. Hic autem eos conventus designat Basilius, quos, cum ecclesiis agrorum visitaret, convocatis presbyteris, indicare solebat: horum exempla habes in epistola 278.

Pag. 232. a. l. 8. col. 1. ) Vituperat S. Augustinus in epistola 250. factum Auxilii episcopi, qui virum spectabilem Clascianum cum tota familia excommunicaverat. Discrepat ergo Basilius ab Augustino, si hominis nocentis innocentem familiam arceat a communione. Sed nihil cogit ejusmodi decretum ei attribueret. Nullo certe in canone poenam ejusmodi imponit. In epistola sequenti gravissimam infligit excommunicationem, sed nocentis familiam non tangit. Quod si in epistola 270. eos qui raptorem juverunt cum totis familiis arceat a precibus; communem irrogat poenam, quia, ut ibidem observavimus, commune peccatum erat. Quinetiam in hac ipsa epistola cum ait, *sed ne vos peccatorum communicatio contaminet, cum omni sua familia a precum consortio & reliqua cum sacratis communionem separetur*, satis indicat sibi innocentem hominis familiam non videri, seque metuere ne pravo exemplo corrupta similem perniciem aliis inferat.

Pag. ibid. c. l. 11. col. 2. ) Subobscura autem hujus loci sententia sic videtur explicari posse: Erat illa virgo ob famosos libellos omnibus cognita, ita ut in omnium sermone versaretur. Itaque si calumpniæ non ipsam pudicitiam, sed aliud quiddam oppugnasset, illud saltem ex calumniis consequuta esset, ut eam omnes virginem esse scirent. Sed cum maledicta in ipsam pudicitiam erupissent, non jam sua illam virginitas, utpote incontinentis animi notis inuistam, apud homines commendare potuit.

Pag. 233. a. l. 1. col. 2. ) Notum est olim episcopos pro nocentibus deprecatorum munere fungi solitos esse. Videbitur forte Basilius ab hac humanitate discedere: non tamen discedit, nec pugnat cum Augustino, qui reorum patrocinium apud iudices merito ab episcopis suscipi docet epist. 153. ad Macedonium. Nam fatetur Augustinus in illa epistola n. 2. pro iis qui aliena rapuerunt, *magis apud eos qui repetunt, quam apud eos qui iudicant, intercedere convenire*. Id autem perficit Basilius; at ubi vidit nihil se apud virginem lætam promovere, incepto desistit. Deinde vero addit idem Augustinus nu. 22. non audere se dicere, *interveniendum esse pro aliquo, ut quod scelero*

*scelere abſtulit, ſcleris impunitate poſſident*. Quamobrem non erat, cur Baſilius deprecatores ſe præberet pro ejuſmodi ſycophanta, quem perſpicuum eſt ex tota hac epistoſa calumnias & opprobria recantare noluiſſe. Ubi autem rei, incolumi æquitate, liberari poterant, non deerat operæ Baſilii, ut perſpici poteſt ex pluribus epistoſis.

Pag. ibid. c. lin. 3. col. 1. ) Hac voce non designatur tota diœceſis, ſed certus quidam pagorum numerus chorepiſcopo commiſſus, ut patet ex epistoſt. 142. ubi Baſilius ſic loquitur de quodam chorepiſcopo. *Dignaberis autem & pauperum domum ad pagos et commiſſos perveniſſentem inviſere*. Ex hac autem epistoſa patet chorepiſcopos non ad arbitrium episcoporum delignari ſolitos eſſe; ſed rem electioni commiſſam fuiſſe. Quod minime mirum, cum ipſi etiam in pagis preſbyteri & diaconi non ſine electione ordinarentur, ut patet ex epistoſt. 54. Erat autem chorepiſcoporum ſedes inſigni alicui affixa pago, cui alii pagi attribuebantur. Unde Baſilius in epistoſt. 188. can. 10. auctor eſt Amphilochio ut agrum Meſſiæ ſubjectum Valodis ſubjiciat.

Pag. ibid. d. l. 5. col. 1. ) Poſſent Baſilii verba ſic intelligi: abſtinendum a contentione, quaſi non unus aliquis inter eos, quibus datum eſt teſtimonium, ſed omnes noſtri ſint neceſſarii. Sed magis arridet ſenſus, quem in interpretando ſequuti ſumus. Similiter Baſilius in caput 3. Eſaiæ tom. 1. vituperat ejuſmodi electiones, in quibus unuſquique non virtutem, ſed neceſſitudinem & conſanguinitatem ſpectat.

Pag. 236. b. l. 6. col. 1. ) Legit Combefiſius cum interprete, *parce quidem ſamquam ſuis utens*. Sed repugnant MSS. codices, nec neceſſaria immutatio. Nam cum ſoleant homines ſuarum quique rerum curam gerere; nihil mirum ſi Baſilius mulabatur parce ut ſuis uſum ſe eſſe dicit, ſimul & ſuam in illis conſervandis diligentiam, & amicam in utendo fiduciam indicans. Porro ea diligentius curari, quibus quis utitur ut ſuis, ex alio Baſilii loco perſpici poteſt, ubi diabolus hiſ, qui ſe illi addixerunt, *non ut propriis mancipiis uti, ſed ſamquam alienis abuſi docet* Comment. in Eſaiam num. 109. tom. 1.

Pag. 244. b. l. 1. col. 2. *conſeptum*. ) Hac voce non parietes ipſius eccleſiæ designantur (jam enim ipſa videtur fuiſſe extructa) ſed ſeptum illud quatuor murorum, quod eccleſiam interjecto aliquo ſpatio cellis, areis, balneis & aliis ejuſmodi rebus deſtinato cingebat, ut videre eſt in lib. 4. de vita

Conſtantini cap. 59. & in lib. 9. cod. Theod. tit. 45. ubi templum dicitur *τετταρων των τεκων περιβλην τεχιζόμενον, quadruparibus parietum ſeptu conſuſum*.

Pag. 256. c. lin. 1. col. 1. ) Cum tota epistoſa Baſilii ſtylo & ingenio diſcolor, tum maxime hoc pluſquam ſeſquipedale verbum. Unde non immerito Cotelerius, qui hanc epistoſam in lucem edidit, tom. 2. Monum. Eccl. Græcæ, hanc apponit Notam p. 559. *In primo e codicibus, inquit, emunctæ naris Criticus adnotaverat, η επιβολή αυτή, ούτε από των νεωμάτων, ούτε από της φράσεως εἰσκεινται τῆ μεγάλη Βασιλική*. Hoc eſt, *Iſta epistoſa, neque ex ſenſu, neque ex dictione videtur eſſe magni Baſilii*. Videtur tamen Tillemontio hæc epistoſa juvenem & rhetorem Baſilium non dedecuiſſe, & Theodoſium, cui inſcripta eſt, non magnum illum Imperatorem intelligit, ſed præſidem aliquem Cappadociæ. Iniquum ſane eſſet in juvene ſummam ſtyli gravitatem requirere; ſed tamen Baſilio numquam deſuiſſe crediderim pellucidum quemdam orationis nitorem, qui toti epistoſæ proſus deeſt. Auctor epistoſæ Imperatorem ipſum Theodoſium, quem regnantem non vidit Baſilius, maniteſte alloquitur, ut patet ex his verbis: *οὐ ἐν ἐκδυσσότηθεῖς, κρῆτις, φιλοτιμύθου διλῆστον τὴν ὑπόφρονσιν γῆν*. Tu igitur exoratus, præſtantiffime, bene mereri velis de terra tibi tributaria. Sed quod de quadraginta martyribus dicitur, eos in ſtagnum Sebaſtenorum, gravi flante borea, inſixos fuiſſe, id peregrinitatem huius epistoſæ adeo confirmat, ut mirer Tillemontium, qui hanc difficultatem obſervavit, dubitare potuiſſe, utrum Baſilius epistoſæ auctor haberi necne deberet. Cum enim illa de quadraginta martyribus opinio recentiorum Græcorum eſt, ut ipſe obſervat Tillemontius, tom. 5. p. 789. tum vero Gregorii Nyſſeni & Baſilii teſtimoniis penitus repugnat, quorum alter quadraginta martyres in balneis publicis frigori expoſitos fuiſſe narrat, tom. 3. p. 511. Baſilius vero eos in urbe paſſos eſſe, non vero in ſtagnum declarat: *Tunc igitur, inquit tom. 2. p. 81. ea in illor laza ſententia eſt, ut ſub dio pernoctarent, cum ſtagnum, circum quod condita erat civitas, in qua Sancti decerabant, eſſet velut quadam planities equitabilis, glacie illud tranſmutante, cumque id ex frigore ad continentis naturam redactum, ſuper dorſum iter accolarum pedibus ſutum præberet, prætereaque fluvii qui jugiter fluebant, glacie conſtricti, deſiſſent manere, & aquarum natura mollior in lapidum duritiem converſa eſſet, cum denique accres borea flatus animantis omnia urgerent ad mortem*.



# NOTÆ SELECTÆ FRONTONIS DUCÆI BURDEGALENSIS, SOCIETATIS JESU THEOLOGI.

IN LIBRUM DE SPIRITU SANCTO.

**P**RÆFIXERAT hujus libri interpretationi Des. Erasmus epistolam, suspiciones suas sinistras & temerarias exponens conjecturas, quibus partem hujus operis tamquam ab ejus stylo alienam illi abjudicabat; sed quam iniqua sit & infusa hominis illius censura, pluribus verbis luculentissime ostendit vir clarissimus Jacobus Billius S. Michaelis in eremo Cœnobiarcha lib. 1. cap. 9. sacrarum observationum, ac leves planeque stuppeas ratiunculas refutat. Primum enim vitio vertit auctori Erasmus, quod interdum ad tragœdium cothurnum ejus oratio intumescat, nunc rursus ad vulgarem sermonem subsidat. Quasi vero non omnibus auctoribus hoc familiare sit, ut cum materia hoc possit, altius stylum attollant, grandiorque genere dicendi intantur. Nam ut idem Basiliius inquit in tractatu de vera fide, άλλο εδος λόγῳ ελευθερικῷ, & άλλο εδος λόγῳ παρακλητικῷ. ἀλλὰ ἀπλότος τῶν ἐν εὐθείᾳ τῷ εὐσίβειαν ὁμιλοῦντων & άλλοι ἰδιώτες τῶν πρὸς τὰς ἀντιθέσεις & ψευδανύμῳ γινόμενοι ἰσαμείων. Deinde quod subinane quiddam habere videatur auctor, velutque ostendit se didicisse, quæ Aristoteles in Prædicamentis, & Porphyrius in libello de quinque vocibus tradiderunt, idcirco indignum Basiliiio censet librum, quasi vero cum totius disputationis cardo in exiguarum præpositionum explicatione verteretur, fideique adversarii externæ disciplinæ præsidii abuterentur, eruditissimum virum non decuerit, quo gladio illi per ipsius latus Ecclesiam petebant, eodem iplos trucidare. Nam de phrasis dissimilitudine, quam caufatur in eo, quemadmodum & in secunda homilia de jejunio, perspicue fallitur; neque enim ullum ejus discrimen agnosci potest. Opponit deinde idem Billius Euthimii Græci auctoritatem, qui Alexii Imperatoris ætate floruit, qui in sua Panoplia sæpe librum illum tringinta capitula citat. Addit multo plures multoque antiquiores testes illustrissimus Cardinalis Perronius in auro suo, & eximia doctrina referto examine libri Philippi Mornæi adversus Eucharistiæ sacramentum, nimirum sanctum Hieronymum in catalogo scriptor. Theodoretum Dialogo 1. & in Anathematismorum Cyrilli refutatione cap. 5. Damascenum orat. 3. de imaginibus, Concilium Nicænum II. Actiōne 4. Photium in Nomocanone, Burchardum in Decreto, Zonaram in Nomocanone, Anastasium Nicænum quæst. 84. Theodorum Balsamonem in Nomocan. & Nicephorum lib. 12. c. 20. Postremo inter Ecclesiæ Catholicæ adversarios is, qui solitus est Erasmus adversus aliorum censuras tueri, in hoc e se non assentiri testatur in suis adversus illustrissimum Cardinalem Baronium exercitationibus XVI. num. 31. & in eadem numero 43. eos planissime falli asserit, qui eam partem libri suspectam habent, & Basilii esse negant, in qua de dogmatibus silentio premendis agitur & de arcanis minime divulgandis.

Pag. 1. n. 2. a. lin. 10. col. 2. *Quod si stulta.*) Hinc subodorari potest lector, quam in Scriptura facta hospes esset interpret Batavus, cum hæc duo loca minus fideliter verterit. Prior est Proverbior. 17. 29. *Dementi, vel stulto interroganti sapientiam, sapientia imputabitur:* posterior Esaiæ 3. 3. *Domini exercituum auferet de Hierusalem admirabilem consiliarium & sapientem architectum, & prudentem auditorem.* At Erasmus verterat, *sapientem auscultatorem, quem Propheta admirando consultori comparat.* Non igitur auditorem æquat consiliario, vel cum eo confert, sed in oratione sua simul enumerat inter eos viros eximios, quos ab Hierusalem Deus auferret.

Pag. 5. n. 12. a. l. 9. col. 2. *carnem Dei*) Insignem hunc locum dum verteret Erasmus, insignem oscitantiam suam ostendit, seque tenuiter admodum in Patrum lectione versatum esse, ut qui non didicisset olim Theodoretum in reprehensione anathematismorum Cyrilli, qui tam celebres in Concilio Ephesino fuerunt, hoc loco abutum esse. Vertit igitur, *Ut ostendens carnem in Christo divine natura unitam ex humano liquore concretam fuisse?* Atqui φύσμα hic non liquorem, sed massam vel confectionem significat, ut Romæ 21. *ἐκ τῆ αὐτῆ φύσματος.* Ex eadem massa, & Rom. 11. 26. *ἐκ ἀπαρχῆς ἀγία, & τὸ φύσμα.* Ubi Erasmus ipse vertit, *Quod si primitiæ sancta, sancta est & conspersio.* At Θεοφόρος σὰρξ dicitur Christi corpus, ut antea in Psalmum 39. ὑπόδημα δὲ τῆς Θεότητος Θεοφόρος σὰρξ. *Divinitatis autem calcamentum est caro Deum ferens:* Et in 2. cap. Esaiæ ἀπὸ τῆ σκοπευθείᾳ γενομένου, ἀπὸ τῆ σαρκὸς Θεοφόρου. *A specula exortam, a carne qua gestavit Deum.* Carnem Christi Θεοφόρον appellat, non hominem Christum, ut falso citavit Theodoretus in reprehensione anathematismi quinti pag. 558. edit. Romanzæ parte 3. Concilii Ephesini. τῶν δὲ φύσεων ἡ διαφορὰν γνωρίζομεν, & τὸν Θεοφόρον δὲ ἀνθρώπον ὡς πολλοὶ τῶν ἁγίων πατέρων ἐκμύθησαν ἢ παρατήματα. ὡς εἰς ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ πρὸς Ἀμφιλόχιον περὶ τῆς ἁγίας πνεύματος λόγῳ τῶν χρησάμενος τῷ ὀνόματι, & ἐν τῇ περὶ τῆς ἐνάτης ψαλμοῦ ἑρμηνείᾳ. *Naturarum autem differentiam agnoscimus, & Deiferum hominem, sicut a multis sanctis Patribus dicitur est, non devotamus: quorum unus magnus ille Basiliius in sermone de sancto Spiritu ad Amphiloichium hoc usus est nomine, & in explanatione quinquagesimi noni Psalmi.* Atqui non parvum est discrimen inter hominem & carnem. Nam, ut inquit illustrissimus Cardinalis Bellarminus lib. 3. de Christo cap. 8. homo personam significat, ut etiam Deus, caro autem non personam, sed naturam, vel potius partem naturæ humanæ significat. Quare homo deifer non recte dicitur *φ. Basilii Oper. Tom. III.*

de Christo, quasi dum sint in eo personæ, homo & Deus, sed caro deifera dicitur a Basilio, quia sunt dum naturæ caro & deitas. At sanctus Ignatius dicitur Θεοφόρος, quemadmodum & sanctus Cyrillus ait Prophetas dici posse Θεοφόρους, quod templum sint Spiritus sancti, & Clemens Alexandrinus I. Strom. pag. 318. Θεὸς ἄρα ὁ γινώσκων, & ἡδὴ ἅγιος Θεοφόρος ἢ Θεοφορούμενος. *Divinus ergo est, qui cognitione præditus, & jam sanctus qui Deum fert, & fertur a Deo.* Ita malim vertere, quam qui Deo afflat, & afflatur. Et Greg. Naz. or. 37. pag. 609. ὡς τις τῶν μικρῶ πρὸς θεὸν Θεοφόρον ἐφιλοσόφησεν. *Ut quispiam divino lumine afflatus non ita pridem philosophatus est.*

Pag. 11. n. 25. e. l. 4. col. 1. *adversarii & inimici.*) Hæc adjectivum Erasmusianæ versionis, quod & regius H. & Angl. addeunt Basilienis, τῶν ἐναντίων ἢ ἐχθρῶν τῆς θρησκείας διδασκαλίας. Paulo post immutavimus illud, *sicut solent eris alieni debitorum, qui sane cordati sunt.* Nam εὐγνώμονες sunt bonæ fidei debitores, non qui cordati sunt, id est, qui bona fide agnoscunt se debere persolvere. Joan. Chrysostr. homil. 5. de penitentia p. 686. b. *πρὸς ἑσέ, πῶς ὁ χρεώτης εὐγνώμων περὶ τὸν δανείσαντα.* *Attende quam sit bonæ fidei debitor sanctorum.* Et Tractatu de Susanna pridem a nobis vulgato. *Ἡκούει ἡμῶν εὐγνώμονες ὀφειλῆται τῷ λόγῳ, οὐχ ὅσον ἐπιεικῶς πληρωῦντες, ἀλλ' ὅσον ἔχοντες ἀποδιδοῦντες.* *Bonæ fidei vobis debitores sermonis advenimus, non ut quantum debemus exolvamus: sed ut quantum in nostra situm est possit reddamur.* Cæterum, ut ait doctissimus Billius, hæc ironice legi debent: neque enim debitores illi bonæ fidei sunt, qui nisi syngraphis suis urgeantur, debita non agnoscunt. In fine capituli additum est verbum κλητύσι post vocem βαπτισματος, quomobrem ita in versione scribendum, *in baptismo receperunt, vesineant.* Ibidem pro τῆς δόξης ἀποπληρώσει in Angl. legebatur τῆς δόξης ἀποπληρῶ. At Regius H. receptam lectionem retinebat.

Pag. 14. n. 33. e. l. 2. col. 1. *Nam Dei & hominum mediator.*) Cornarii versionem hic malim amplecti sic ad verbum Græca referentem, *Mediatorem enim Dei & hominum per seipsum tum præfigurabat in ministerio legis.* Paulo post scripsit, *in manu mediatoris,* ut est in Vulgata ad Galatas 9. 19. non ut Erasmus ediderat, *In manu sequestri videlicet Moysi juxta provocationem populi:* sed in ipsa novi testamenti versione magis ei placuerat vox intercessoris, quam tamem reprehendit Beza, quod Latinis dicatur intercessor, qui se medium velut injiciens obstat iis, quæ geruntur. Tum addit Castellionem maluisse sequestrem interpretari, quo vocabulo usus est interdum Tertullianus, sed quum de Christo agitur, quod & ipsum nolle sine commoda expositione imitari: at ipsi vocem internuntii cæteris prætulit, non ut innovaret vocabulum Theologorum auribus familiare, sed ut Mosem a Christo distingueret: inepta plane ratio, quasi sapientior velit Apostolo videri, qui quum de Mose & de Christo loquitur, ἀδιάφορος utitur voce μεσίτης, Mediatoris, cur igitur, cum de Mose agitur, μεσίτη internuntii, & cum de Christo μεσίτη Mediatoris vocem usurpavit? Sane quidem Hilarius, Ambrosius, Hieronymus & Augustinus passim non verentur Apostolorum loca, in quibus voce μεσίτη utuntur, Mediatoris voce exprimere, sive de Christo fiat mentio, sive de aliis. Et Tertullianus cum sequestrum dixisset de Christo loquens in libro de resurrectione carnis, *Sequester Dei & hominum appellatus ex utriusque partis deposito commissio sibi,* visus non est dictionem illam soli Christo reservare, cum sequestri notio tam honorifica non sit, & apud Gentiles Jureconsultis pro eo sumatur, apud quem plures rem eam, de qua controversia est, deponunt: idem etiam Tertullianus lib. de patientia cap. 15. *Adde satis idoneus patientiæ sequester Deus:* ubi de Redemptore non agitur. Denique πρὸς κλητύσι habuit Basilienis editio & MS. H. non πρὸς κλητύσι, ideo delevi provocationem. Sub finem capituli hujus immutavimus illam clausulam, *τί οὐ πρὸς τῶν τοις ἡμῖν;* *Quid igitur attinet his aliquid addere, in quibus ab undè multæ sunt objectionum dissolutiones?* Nec aliter Cornarius, quasi hoc vellet Basilii superioribus nihil addi posse, quæ rationem indicunt multas hæreticorum objectiones dissolvendi: at in regio H. hæc inchoabant cap. 15. quasi dicat auctor: Quæ alias responsiones afferunt hæretici, quibus Catholicorum firmamenta destruant? Admodum enim abundant solutionibus; tum novas subjicit.

Pag. 28. n. 66. e. l. 12. col. 2. *Quum conficitur.*) Erasmus ediderat, *quum ostenditur panis,* unde occasionem arripuerunt Novatores, ut istum locum objicerent, dum contendunt Eucharistiam, dum populo ostenditur esse panem, & consecrationis verbis Christi non fieri, cum invocatio fiat post Christi verborum pronuntiationem. Sed omnino certum est hic ἀνάδειξιν non significare ostensionem, quæ populo fiat, cum dicatur, dum ea fit, pronuntiarum verba μετὰ ἡμῶν ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον ἔχων, quæ multum momenti habeant ad mysterium: at in Ecclesiâ Græca non ostenditur, neque attollitur adorandum Christi corpus nisi post consecrationem, cum dicitur paulo ante communionem, τὰ ἅγια τῆς ἁγίας. *Sancta Sanctis.* Significat ergo consecrationem & oblationem Eucharistiæ, quasi ἐπὶ ἀνάδειξιν idem valeat, quod *cum conficitur,* vel *consecratur panis Eucharistiæ.* Nam ἀναδεικνῶν sonat idem quod efficere, ut pluribus exemplis confirmat Budæus ex Gregorio Nazianzeno citans orat. in nonam dominicam pag. 699. τελευταῖος ὁ ἀνθρώπος ἀνεδείχθη. *Postremo homo creatus est.* Et in Annotationibus in Pandectas idem verbo Latino, designo, tribuit ut ostendit.

ostendere valeat & patrare, quemadmodum & 2. ad Tim. 4. 14. Ἀλέξανδρος ὁ χαλκίς πολλά μοι κακὰ ἐπέδειξε καὶ ἄλλοις ἁμαρτίας ἑαυτοῦ ἐπέδειξε. Alexander ararius multa mala mihi ostendit. Sic & in ipsa Basilii Liturgia, dum orat sacerdos, petit a Deo; ἁγιάσαι καὶ ἀναδέξασθαι τὸν μὲν ἅγιον τῶν ἁγίων αὐτὸ τὸ τίμιον σῶμα αὐτῆς κυρίου, *Us sanctificet, & efficiat hunc quidem panem ipsum pretiosum corpus Domini.* Nam & ita ἡ Syriaco vertit Andreas Mazius in eadem Liturgia Basilii, *Et efficiat panem istum corpus gloriosum Domini.* Et in Liturgia S. Jacobi, ἡ ἀγία καὶ ἡ πόσις τῶν μὲν ἁγίων τῶν ἁγίων τῶν Χριστῶν. Et in ea Chrylostomi ποιήσον τὸν ἅγιον τῶν ἁγίων σῶμα τῶν Χριστῶν; postremo apud Clementem lib. 8. c. 17. Constitutionum Apost. in eadem formula consecrationis, ὅπως ἀποφῆναι τὸν ἅγιον τῶν ἁγίων σῶμα τῶν Χριστῶν. *Ut efficiat panem hunc corpus Christi.* In veteri etiam interpretatione apud Burchardum in Decreto, libro de universa Ecclesia cap. 223. hic Basilii locus ita vertitur. *Quæ enim scriptura salutifera crucis signaculo fideles docuit insigniri? Quæ multisariam digesta super panem & calicem proluxa orationis & consecrationis verba commendavit? Apud Gratianum autem sic legitur: Verba invocationis cum panis Eucharistiæ & calix benedictionis offertur quis ex sanctis Patribus scripta nobis reliquit? Hæc & alia ejusmodi colligebamus ad tuendam versionis hujus emendationem in Elcncho errorum Philippi Mornæi cap. 1. lib. v. a nobis vernacula lingua edito ante annos XVIII. quod idcirco*

monéo, ne quis forte existimet hæc a nobis fuisse decerpta e novis exercitationibus Isaaci Casauboni, Exercitat. 16. num. 33. cui cum talia multa illustratissimus Cardinalis Perronius loca Patrum indicasset, cum illi, tum nobis sæpe professus erat, sed de sanctissimi Eucharistiæ sacramenti veritate cum Ecclesia Romana sentire, ac fidem dederat se Calvinianis erroribus nuntium proximis feriis Pentecostes remissurum; sed nimirum aliquando & cælum & animum mutant, qui trans mare currunt: utinam non cælos & animas sæpenumero perdant. Hic ego tamen facere non possum, quin mirari me tester ac miserari hominis cæcitatem & inconstantiam, qui cum ad hujus illustrationem loci tam multa Patrum testimonia congestisset, ex quibus constat illos existimasse Christi verba ex Evangelistarum libris deprompta pronuntiarum debere cum Eucharistia consecratur, Spiritum sanctum invocari, & alias sacræ formulæ voces proferri, quas Liturgiæ Græcæ Latinæque præscribunt: tamen in templum a museo discedens in verba Calvini juraret, ordinem administrationis sacramentorum ab eo traditum observaret, quia omnia illa pro magicis incantationibus habet, nec ullas Evangelistarum voces proferri sinit, sed una cum pane & calice promissiones fidelibus offerri, non ulla demurmurari verba præter vivam prædicationem, quæ auditores ædificet, nec aliud præscribit lib. 4. Infit. c. 17. num. 39.

## ADDENDA ET EMENDANDA JULIANI GARNIERII

**D**UM in scribendis S. Basilii rebus gestis laborarem, necesse fuit illius epistolas semper ante oculos habere, ut inde rebus obscuris lucem peterem, vel potius quia ejusmodi elucubrationis materiam epistolæ totam fere suppeditant. Inde autem evenit, ut nonnulla mendose reddita & interpretata animadverterem, quæ hic castiganda & emendanda esse duxi. Ac satis quidem officio facturum videbar, si harum animadversionum operam tertii voluminis finibus coercerem.

T O M. I.

**H**omil. 1. in Hexaem. p. 4. a. lin. 11. col. 2. Legendum: *Non hoc solum præstitit, causam us esset mundus, id est, non nudam & simplicem mundo creationem præstitit, sed us bonus fecit quod utile est, ut sapiens quod pulcherrimum.*

Homil. 2. p. 9. d. l. 9. col. 2. locum a se derelictum. Legendum potius locum a se comprehensum. Negat Basilius tenebras naturam esse a Deo creatam: sed earum originem sic repetit. Si quid ante mundum sensibilem & corruptibilem existit, id in lumine fuit, neque enim angeli in tenebris degerebant, sed in luce. Sed hæc lux corporis opaci interjectu intercedi debuit. Quare cum cælum, quod est corpus opacum, creatum est, quæcumque intra illius circumferentiam comprehensa fuerunt, luce illa, quæ est extra mundum sensibilem & corruptibilem, carere. Cælum ergo non locum a se derelictum obnubilavit, sed locum a se comprehensum.

Homil. in Psalm. 14. p. 60. d. l. 12. col. 1. Legendum esse *Ne des senore.* Ibidem p. 61. e. lin. 5. col. 1. Legendum potius. *Vadimoniorum dedecus non ferentes.*

Homil. in Psalm. 28. p. 62. c. lin. 11. col. 1. sacerdotibus & levitis opus negligenter facientibus.

In Psalm. 33. p. 82. a. lin. 2. col. 2. eos qui procul lapsi sunt. Et p. 85. c. lin. 2. col. 2. inter causas, ob quas justus odio haberi solet, recensetur. *Illam ignorantiam quæ sit justitia ratio & quis justus.* Et p. 90. c. l. 6. col. 1. *Accepta a Spiritu contemplatione.* In Psalm. 45. p. 95. b. l. 10. col. 2. *Us nihil ab hoste passurus.*

Lib. 1. in Eunom. p. 114. e. l. 3. col. 2. Totus hic locus sic videtur reddendus; *Proponis patrum fidem, quæ, ut verbis indifferentibus constans, nihil quod veri illius orationis constructioni repugnet, exhibitura erat, eumque facile sequentem, si sermonem sub expositionis specie ad ea, quæ intendit, transferret. Hæc autem vera esse sua sponte liquet.*

Pag. 116. b. l. 3. col. 1. In hoc loco, qui infra bis repetitur, multo clarior erit tota disputatio, si legamus ut in nonnullis codicibus MSS. & editis, αὐτὸς ἰσῆν. *Vel potius ipse (Deus) est substantia ingenerata.* Testatur Basilius p. 120. b. hæc Eunomium de Deo universonum dixisse; idque patet ex his quæ protinus addit Eunomius. Præterea conceptis verbis hoc loco non dicebat Eunomius ipsum ingeneratum esse essentiam Dei, sed eo spectare illius verba observat Basilius pag. 116. d.

Pag. 117. a. l. 8. col. 1. legendum. *Videmus igitur in communi usu quæ subito mentis impetu simplicia videntur & unica, accuratius autem inquirenda varia & multa, ea dum mente dividuntur, sola cogitatione divisibilia dici.*

Pag. 219. 118. c. l. 1. col. 1. his verbis intelligit Basilius catholicum sensum Marcionis sensui oppositum.

Pag. 220. 118. c. lin. 3. col. 2. *Quenam hæc temeritas?* Clara enim Basilii sententia: arguit adversarium, quod essentiam Dei in sola ingenerati voce confiteri vellet, in aliis vocibus, nempe incorruptibilis & invisibilis, ejus essentiam pariter confiteri recusaret.

Pag. 124. c. lin. 5. col. 2. *Quomodo enim id fieri potuisset, cum ne condita quidem omnino (stellæ) fuissent?*

Pag. 126. a. lin. 12. col. 1. Totus hic locus sic videtur reddendus. *Itaque alterutrum ex duobus necessario amittens, ita ut vel Pater non significet operationem, sed substantiam (sicque illis evanescent excogitata similitudinis ratio, dum Patris similem Filium dicunt, id est, operationi: qualem enim voluit Pater, inquirunt, talem fecit: unde & imaginem voluntatis illum appellat) vel si id retinent, major Filio Pater dies non possit.* p. 126. d. lin. 7. col. 2. *Illud, majus, quod comparative dicitur.*

Lib. 2. p. 130. b. lin. 2. col. 2. Præferenda videtur vetus interpretatio, quod si eam usurpat, hic aut alius quispiam eorum, qui hujus orationem defendunt, ostendat. pag. 133. b. l. 6. col. 1. *Principium quod transcendit & superari non potest.* p. 134. b. lin. ult. col. 1. *Imago, quæ hoc ipso quod est archetypum existit.* p. 136. a. l. 8. col. 1. *Non dixit, concipimus aut glorificamus.*

Pag. 139. b. l. 11. col. 1. *Nihil illi proderunt sophismata.* Ibid. d. l. 5. nullus erit sensus nisi legamus Eunomii verba: *Utrum lux in ingenito aliud quid significat ac ingenitum, an idem utrumque?*

Pag. 142. a. lin. 1. col. 2. Totus hic locus sic videtur reddendus: *Atque id ex eorum doctrina consequitur: ita ut eis superfluum sit contradicere, cum id non possint. Ac magno quidem mercaverit ut hanc suam impietatem abnegens: sed quia eam protulerunt &c.*

Pag. 143. a. l. 9. col. 2. *Hic autem valis est, nempe spiritus.* Ibidem c. lin. 2. col. 2. *Nihil est in rerum natura quod ad Filium pertineat & a Patre alienum sit.*

Pag. 143. d. l. ult. col. 2. *Cum Dominus dicat Spiritum veritatis (ipse enim est veritas) & a Patre procedit.*

Lib. 4. p. 148. a. l. 10. col. 1. *Si ex Deo est Filius, non ut ex Patre, sed velut ex alio; causa autem ut simus nobis etiam Deus est &c.* Legendum videtur, *sed velut ex causa.* Difficiliora sunt quæ paulo post sequuntur. Vix ulla videtur sententia ex his verbis erui posse, nisi legamus. *Et quomodo non absurde, si nihil Deo simile & æquale, de Filio nihil quod differat ab infimis rebus dicitur?* Probatur hoc loco Deum non aliter Filii patrem esse, quam hominum, si Filius ex Deo est, non ut ex Patre, sed ut ex causa. Quare non immerito ostenditur id ex hæreticorum sententia consequi, ut quamvis Deus sit Filius, nec Deo quidquam simile sit & æquale, de Filio tamen nihil præstantius quam de infimis rebus dicitur.

Pag. 152. a. l. 7. col. 1. *Nec opus est ipsi (Christo) ea quæ per Spiritum sit adoptions. Verte, nec opus est nobis &c.*

Pag. 152. d. l. 11. col. 2. Probatur Patrem nec magnitudine, nec tempore majorem Filio dici posse. *Sed neque etiam dignitate, non enim factus est quod aliquando non erat.* Legendum videtur, *non enim genitum est quod aliquando non erat,* scilicet in opinione hæreticorum. Concedit auctor hujus operis, id quod ab ipso Basilio concedit, Patrem Filio majorem dignitate dici posse, quatenus genitor est: id autem in Ariannorum sententia dici non posse, quia eum creatum fuisse voluit. Simili ratione ibidem probat, neque etiam quatenus Pater causa est Filii, majorem Filio dici posse: similiter enim Filio & nobis major esset, cum & Filii & nostri eodem modo causa sit in hæreticorum opinione.

Pag.

Pag. 174. b. l. 6. col. 2. si volentes est Patris, ut nos in eius Filium credamus... non est ex voluntate Filii, quippe nostra in ipsum fides aut cum ipso aut ante ipsum invenitur.

Lib. 5. p. 162. b. l. 8. col. 1. Est Verbum semper, antea etiam quam a Mose ostenderetur, quasi humano more loquens, Verbe, quasi humano more pronuntiatum. P. ibid. e. l. 4. col. 2. Quod si Apostoli dicunt, Visum autem est Spiritui sancto & nobis, non componentes seipsos cum potestate Spiritus, sed subicientes sicut ab ipso edocti, & quasi unam cognitionem sententiamque & unam potestatem dicentes suam & Spiritus, tu ad creaturam Spiritum demittere conaris.

Hom. 1. de hominis structura. p. 174. d. l. 8. col. 2. Ne dixeris: quae in aere feruntur, quomodo mea sunt? Comment. in Esaiam. p. 219. e. l. 2. col. 2. Et certe iudicium divinum decet non esse tyrannicum, sed magis commune & aequabile, quam apud iudices qui inter homines sunt.

Pag. 259. b. l. 11. col. 1. Oculi vident qua fiunt, vel potius aliter ac sunt vident.

T O M. II.

Homil. 1. in Jejun. p. 2. c. 2. Qui illinc, inungit, qui lavat, abluat. Cum vellet Basilius illud praeceptum Christi, ad animam transferre, observat has voces, illinc, lava, idem valere ac, unge & abluo, quae animam melius congruunt.

Hom. 2. pag. 7. d. l. 10. col. 2. Qui pauper est, ne ludum jejunium faciat: quandoquidem illud iam olim habet demestium & mansue socium. Cum Basilius hoc loco pauperes ipsos hortetur ad jejunandum; multo aptior & commodior erit illius oratio, si legamus ludum existimat jejunium, quandoquidem jejunio jamdudum assuetus est.

Homil. de grat. act. pag. 27. e. l. 8. col. 1. Multo melius apud Symeonem Logothetam serm. 12. tom. 3. Majoris vultus semper recens in animo servanti. In Mart. Julit. p. 19. a. tom. 2. valeant devotia.

In illud Lucae, Destruam hanc p. 25. a. l. 2. col. 2. An non vides eos qui in tabernaculo, in panariis, in mimis... divitias profundunt? Pag. 27. e. l. 11. col. 1. Ecce injuriam facio dum quae mea sunt clausa custodiam? Sic etiam infra homil. in divites p. 29. b. l. 7. col. 1. Dispersa solent permanere, clausa vero alienari.

Pag. 30. e. l. 6. col. 2. Quando in domum ingreditur hominis inopis & sero ditatis. Homines illi sero ditati iidem sunt ac qui paulo post n. 5. vocantur recens ditati, & idcirco magis insolebant quam qui in magnis opibus nati sunt.

Hom. in Famer. p. 36. b. l. 11. col. 2. sic vertendum: ut sua ipsorum varietate variis nostris necessitatibus episcopus, ac nunc quidem tempestive necessest hanc, rursus autem calor succedat &c. Ibidem pag. 39. b. l. 1. col. 1. Deseret te corpus, tuum in vita praecipuum ornamentum. Greg. Naz. orat. 20. p. 213. eadem voce utitur de Caesarea loquens: τὸ δὲ λόγος τὸ γυμνάσιον. Homil. adversus iratos p. 89. e. l. 1. dixoribus dicitur, vortam vortatum.

Serm. de legendis lib. Gentil. pag. 95. e. l. 11. col. 2. Hic vultum servavit facturum se ut sibi ille placere ac infusus esse desineret. Ibidem pag. 98. b. 3. col. 2. cum nihil angeli proferit.

In serm. de renunt. pag. 112. b. l. 9. col. 1. haec de tribus pueris leguntur: Statuam illam, quae pro Deo habebatur, vortam esse ac incertum ostenderunt: & quae multo tempore a sacra constructa fuerat ad Dei gloriam injuria afficienda, eam cum spoliis accipientes, proprio Domino attulerunt. Statua illa, quam tres pueri dicuntur proprio Domino restituisse, est anima Regis, quem, ut ibidem legitur, ad Deum celebrandum laudibus adduxerunt. Quare cum statua illa dicitur multo tempore a sacra constructa, manifestus est error, nec difficile est percipere legendum, quae multo tempore a sacra de-sensa fuerat.

Proem. Moral. pag. 115. a. l. 5. col. 1. Narrat Basilius sibi gravissimas diffensiones consideranti, quae Ecclesiam anno 357. permiscebant, usu evenisse, ut primum quidem quasi in profundis tenebris versaretur, & tamquam in statera constitutus modo huc, modo illuc propenderet, cum cum aliis alio modo aut ad seipsum traheret, ob diuinam hominum consuetudinem, aut rursus ab eo repelleretur ob cognitam in divinis Scripturis veritatem. Haec Basilius dubitatio in eam partem accipi non debet, quasi incertus haerit, utri sententiae, utris partibus se addiceret. Nihil ejusmodi ei contigisse perspicimus ex epistolis 204. & 223. Erat ei non de sententiae deliberatio, sed de causa diffensionum, quam dum inquit, interdum eo ferebatur, ut nonnulla in quibusdam hominibus probaret aut excusaret ob consuetudinem; rursus autem ea improbat ob veritatem consuetudini minime obnoxiam. Sic alius aliter eum aut ad se traheret aut ab eo repelleretur.

Proem. in Reg. sup. p. 173. e. l. 9. col. 2. Legendum ut in sermone 7. Symeonis Logothetae tom. 3. Equis igitur ad s. Basili Oper. Tom. III.

bus momento detrimento mercedem persolvat injuncta auctoritate? Pag. 176. a. l. 4. col. 1. Quandoquidem dedit nobis sermo tuus interrogandi potestatem. Supra enim eos hortatur Basilius ut id faciant, nempe sub finem prologi. Pag. ib. a. l. 7. col. 2. Quomodo autem id praestari possit, discere exoptamus. Reg. sup. interrog. 6. p. 181. a. l. 6. col. 1. inter multa animam distrabentia &c.

Interrog. 9. p. 184. a. col. 2. jubet sanctus Basilius ut qui sese Deo consecrare statuit, is res suas, ut jam Deo consecratas, cum omni pietate dispenset, vel per se, vel per alios multo examine delectos. Illud sic reddi debet, cum omni pietate distribuas, Non enim ascetis permittit Basilius, ut sua retineant, & arbitrio suo administrant. Interrog. 11. p. 185. d. col. 2. si servus herum improbum fugiens, & contraria divinae legi imperantem, ad monasterium confugiat; dandam esse ailem operam, ut ne nomen Dei blasphemetur, propter servum illum, si quid fecerit non acceptum Deo, manere scilicet apud herum coactus & a monasterio repulsi.

Interrog. 33. p. 197. b. l. 1. col. 1. in iis qui probati & electi fuerint ut se invicem invisant ac diligant &c. Interr. 35. p. 198. b. col. 2. in eodem pago plura construi monasteria non probat sanctus Basilius cum pluribus aliis de causis, tum quia & hospitibus fratribus, & iis qui tum primum adveniunt, ut monasticam vitam amplectantur, difficilis & molesta incidere deliberatio, utrum eligant monasterium.

Hom. de Spir. S. p. 303. b. l. 3. col. 2. Quin & secundum nos, id est, more nostro, sequatur dicitur Spiritus, quia in eo nos servamus.

P. 318. a. l. 10. col. 1. Si Triadem confiteri, tres deos nominare est, evertit baptisma, bellum infer fidei. Pag. ib. e. l. 4. col. 1. An non Dominus hanc sibi appellationem congruere sanxit?

Lib. 2. de Bapt. c. 5. p. 344. d. l. 12. col. 2. Nam & per Mo-sen, qui multa in lege scripsit non addidit adversus transgredientem aut negligentem minis, contra omnes generalium induxit maledictionem &c.

T O M. III.

In lib. de Spir. S. e. l. 17. p. 28. c. l. 12. col. 2. Cum confiteretur panis Eucharistiae &c. Quidquid hunc in locum dixi, eodixi consilio, ut catholicam doctrinam defenderem, ac demonstrarem interpretationem illam Erasmi, cum ostenditur panis Eucharistiae, nihil prodesse Protestantibus. Sed tamen fatendum est clariorem esse interpretationem Ducei, & ad cavillationes vitandas tutiorem. Quare illius annotatio, quam infra apponimus, dignissima est quae legatur.

Cap. 29. p. 32. a. l. 1. col. 2. tamquam aliquid amuletum. Placuerat mihi haec scriptura primi codicis Regii propter eas rationes quas in annotatione exposui. Sed tamen legendum videtur, ut in quatuor codicibus MSS. ὡς περ ἄλλο τι ἐπιτίθειν, tamquam aliud aliquid valadictionis donum. Sic enim apud Greg. Naz. or. 14. p. 223. Χριστὸς ἡνὶκα δὲσκαδὸν παρὲν ἠὲλὶκὸν ἡμῶν, ὡς περ ἄλλο τι ἐπιτίθειν.

Cap. 30. p. 34. d. lin. 2. col. 1. Quod si caecideris iustus, commisitio insurgit.

Epist. 2. p. 38. b. lin. 6. col. 1. loci structuram, id est, formam ac situm.

Ep. 3. p. 40. e. l. ult. col. 2. si cum strenuo tua praesidio consueveris semper.

Ep. 8. p. 48. a. l. 2. col. 1. Quod si etiam nominatur Patris dextera, id est, si dextera Patris vocabulum usurpatur in Scripturis, hujusque dexterae digitus est Spiritus sanctus... Quare totus hic locus sic reddi ac scribi debet. Quod si etiam de Patris dextera sit mentio, (dextera enim Domini fecit virtutem, & dextera sua percussit inimicos) Dei autem digitus Spiritus sanctus est, secundum illud, Si ego in digito Dei eicio demonia: id quod in alio evangelio scriptum est, Si ego in Spiritu Dei eicio demonia; Spiritus sanctus ejusdem naturae ac Patris & Filii. Ibid. lin. 9. legendum; Non enim nunc latius exquirere possumus quae ad eam (Trinitatem) pertinent.

Ep. 22. p. 54. b. l. 11. col. 2. cum ratione & animi persuasione, Vertere malim, cum ratione & aequanimitate, id est, animo libenter summissio. Sic etiam infra n. 3. e. l. 5. col. 2. Quod si quando accusatio videatur alicui a ratione aliena, primum congruentem intrragare debet ac persuadere aut persuaderi. Satius videtur sic reddere has ultimas voces, ac vel satisfacere vel acquiescere. Et p. 55. b. l. 5. col. 2. Dei autem Dominus ut qua diximus cum omni animi persuasione. Suficientes &c. Hic etiam Galim, cum omni aequanimitate. Saepissime apud Basilium occurrit illa vox πληροφουλία, ac interdum quidem, significat firmam animi persuasionem, ut in Regula morali 8. p. 129. to. 2. & in Reg. brev. 172. ubi agitur de animi persuasionem ac fide ad Eucharistiam percipiendam necessaria. At interdum idem valet ac aequanimitas, sive animus libenter acquiescens iis quae jubentur aut docentur, ut in locis supra allatis, & in Regulis longioribus Interrog. 10. p. 185. ubi declarat Basilius ei, qui ab illustri quodam vita genere juxta Domini nostri Jesu Christi exemplum ad humilitatem festinat, aliqua qua apud externos probrosa esse videatur, praescribenda esse, ac observandum utrum eum omni aequanimitate, μετὰ πάσης πληροφουλίας, operarium se se Deo non prave pudenter exhibeat. Hinc etiam πληροφουλία καρδία idem valet ac animo obsequi in homilia in divites p. 59. c. ubi Basilius eos alloquitur qui liberos suos praeterebant, ut elemosynae praecipuum eluderent. Liberos enim praetendit: at vestro animo satisfaciis.

Ep. 30. p. 60. Interim Neocoesares & Ancyra visa sunt habere successores eorum qui obierunt, & huc usque conquisierunt. Videtur mihi Basilius sic loquendo nihil boni ab his duobus episcopis expectasse. Non enim honorifica est haec loquendi ratio. Similiter de Nestorio S. Cyrilli. Iste qui videtur Constantianopolitanam obtinere ecclesiam, Ep. ad Joan. Antioch. conc. Ephes. p. 375. Non falsas fuisse S. Basilius de utroque illo episcopo suspiciones comprobavit eventus. Ac Neocoes. quidem, qualis vir extiterit; perscipi potest ex his quae diximus in vita S. Basilius. Ancyra. videtur insignis haereticus fuisse. Galatiam non recesset Basilius inter provincias suae communionis in ep. 204. n. 7. A Galat.

Galatis omnia sunt quaecumque nefarie anno 375. & 376. sub Vicario Demosthene gesta sunt, ut patet ex ep. 237. & 239. vixque dubium quin magnam partem earum rerum sustinuerit Ancyranus episcopus. ac numerari debeat inter illos Arianos, qui suam communionem Ancyrae in domibus privatis Eustathio concesserunt, ac perhonorifice ab eo e Galatia accersiti multa mala toti regioni dederunt.

Ep. 53. p. 81. c. l. 2. col. 1. *Vita autem celebs in eo honestatem habet, ut a convictu mulieris separatur.* Videntur postrema verba sic etiam reddi posse: *ut quis a convictu mulieris separatur,*

Ep. 57. p. 82. b. l. 9. col. 2. *Verte, nullis documenta.*

Ep. 69. p. 88. c. l. 4. col. 2. *Igitur & illius (Marcelli) ut par est, fieri mentionem res praesentes postulant, ut qui occasionem quaerunt, occasionem non habeant, dum sani ad suam se sanctitatem adiungunt, & qui circa veram fidem claudicant, manserunt omnibus sunt.* Huius loci videtur ea esse sententia: si Marcellus damnatur, nullam occasionem relictum iri his qui occasionem quaerunt; quippe cum futurum sit, ut sani omnes, hoc scrupulo evulso, libenter se cum Athanasio conjungant; qui autem claudicant in fide, nudent se & malam mentem aperiunt, si post damnatum Marcellum recitent conjunctionem, cuius haecenus recusandae ansam ex Marcello arripuerant.

Ibid. pag. 89. b. l. 2. col. a. *Lege, quae ad constituendam pacem ecclesiarum pertinent.*

Ep. 76. pag. 93. c. l. 2. col. 2. *Jam defecit rerum necessarium administratio.*

Ep. 87. p. 98. a. l. 1. col. 2. *Sin minus, saltem contra presbyteros, eosque quotquot idem ac nos sentiunt, id est, saltem contra presbyteros, praesertim si presbyteri illi idem ac nos sentiant.*

Ep. 90. p. 99. b. l. 8. col. 2. *Lege, Defersa domus orationis nec quisquam in eis congregatur.* Confirmatur haec interpretatio ex his verbis ep. 92. p. 101. c. l. 6. col. 1. *Fugimus praecationis domos populi saniores, ut impietatis sedulas, ac in solitudinibus ad Dominum in calis inhabitantem cum gemitibus & lacrymis manus atollunt.* In hac ep. 92. p. 101. a. l. 5. col. 1. *Neque aliud quidquam humanum cogitatis, id est, formidatis.* Id enim sonat illud verbum ὑπεροχισσασθαι, ut perspicui potest in ep. 97. ad Senatium Tyanensem.

Ep. 98. p. 105. a. l. 11. col. 1. *Hellenius ille Nazianzi perus quator, idem esse videtur, ac is de quo Basil. initio ep. 71.*

Ep. 98. p. 105. a. l. 5. col. 2. *Hic locus scribendus & interpretandus videtur. Expectabatur autem & alius congressus, nempe cum reverendissimo episcopo Eustathio, quem quidem congressum consequuti sumus. Illud expectabatur: & quae praecedunt, Erasmus etiam cum episcopis secunda Cappadocia congressuri, referuntur ad initium epistolae, Cum Nicopolim mente animoque ferret, Alium dicit hunc congressum, quia jam de congressu cum episcopis loquutus est.*

Ep. 99. p. 106. c. l. 11. col. 1. *Quod ait hoc loco Basilus se cum Eustathio iterum differuisse, & Pomenium presbyterum doctrinae suae vehementer adversatum esse; id ita accipi non debet, quasi Pomenius Arianam sententiam aperte defendisset. Nam si impietatem praese tulisset Eustathius, statim illum Basilus missum fecisset. Sed cum ab eo Basilus clara & perspicua fidei confessionem peteret; Eustathius qui medium esse volebat, ac nec Arianus Catholicis, nec Arianis Catholicis videri, declinare & eludere tentabat quae a Basilio proponebantur; in quo Pomenius operam Eustathio navabat & adversabatur Basilio.*

Ep. 104. p. 109. b. l. 2. col. 2. *iis qui quovis tempore affliguntur. Verti posset, iis qui quovis tempore pauperes sunt.* Hoc enim verbum sic accipitur in epist. 142. & pluribus aliis in locis.

Ep. 117. pag. 115. a. l. 5. col. 1. *Ejusmodi ministeriis, id est gratiarum agendarum officis.*

Ep. 130. p. 122. d. l. 5. col. 1. *Postquam vero & in Ciliciam venit, atque Gelasium quendam convenientem, eidem fidem exposuit, quam conscribere erat Arij solius, & si quis germanus illius discipulus &c.* Loquitur Basilus sub fine epistolae 124. de eadem fide, quam Gelasio Eustathium ait tradidisse. Patet hanc fidei confessionem ab ipso Eustathio compositam fuisse. Hanc enim componere Basilus solo Ario dignum iudicavit, & si quis Arij germanus discipulus, qualis erat Eustathius. Idem probat verbum *exposuit*. Sic enim Basilus de variis formulis, quas Eustathius ad episcopatum evectus ediderat; quos fidei formulas ediderunt? Sed quae consilio hanc fidei confessionem petierit Gelasius; utrum ab Eustathio edoceri voluerit, an ab eo recantari subscriptam petitu Basilii formulam, id videtur incertum.

Ep. 138. p. 126. c. l. 2. col. 2. *legationem aliquam per viros fide dignos. Melius, per viros auctoritate praeditos.*

Ep. 155. titulus sic habet: *Sine inscriptione causa alipta.* Credo librariorum hunc titulum idcirco apposuisse huic epistolae, quia is ad quem scripta est hortator erat & alipta eorum qui pro Christi nomine persecutionem patiebantur. Simili sensu Basilus S. Acholium hortatorem S. Sabae martyris vocat in epist. 164. P. 141. a.

Ep. 189. p. 153. a. l. 3. col. 1. *Neque contradicere hominibus mendacio armatis, malo illo jaculo, quod & per ipsam veritatem non raro cuspidem adigit.* Videntur haec illustrari posse ex his verbis ep. 92. n. 2. p. 101. *Jam quoque & illud manus belli telum a quibusdam, defensa videlicet sana doctrina, excogitatum est: & dum privata odia occultant, pro veritate se odisse simulant.*

In eadem ep. p. 153. d. l. 12. col. 1. *Totus hic locus sic etiam videtur scribi & reddi posse. Sed novitatem nobis objiciunt, sic accusationem contra nos instituentes: quaeruntur quod, cum vires hypostasas confiteamur, unam bonitatem & unam potentiam & unam divinitatem dicamus.*

In eadem ep. p. 154. d. l. 3. col. 2. *verte, Nec ignis frigescit.* Et p. 153. e. l. 3. col. 2. *Malim reddere; Quae est igitur nostra doctrina?*

Ep. 190. p. 155. e. l. 3. col. 2. *Parvis civitatibus, sive parvis pagis.* Satius videtur interpretari, *sive parvis oppidis.* In eadem ep. p. 156. a. l. 2. col. 2. *Inde expectantes rumorem; clarius & accuratius, venturum illinc expectantes rumorem.*

Ep. 212. p. 174. c. l. 2. col. 1. *Ambiguum est & in graeca oratione & in interpretatione latina, utrum Basilus paucis post adventum suum diebus didicerit Hilarius Dazimone abiisse, an paucis post adventum Basilii diebus Hilarius abierit. Magis aridet hic posterior sensus, magisque videtur consentire cum dolore quem significat Basilus; quod Hilarius non viderit, cum videre potuisset. Itaque clarius reddi posset: *Quid passum me esse putas, aut quo animo fuisse, cum Dazimona veni, ac didici facundiam suam paucis post adventum meum diebus exiisse?**

Ep. 214. p. 176. c. l. 3. col. 1. *Verte: Carissimum cum omnibus habere cupimus, & maxime cum domesticis fidei.*

Ep. 217. quae est canonica tertia, can. 80. Quae ad explicandam sancti Basilii de trigamis sententiam differuimus, hoc argumento confirmari possunt, quod Basilus polygamiae totidem annos poenitentiae imponat, quot impositi trigamis fuerant in canone quarto. Probabile autem non videtur eum diutius facti parem irrogasse poenam, & severiorem non fuisse in quartas nuptias, quam in tertias; cum praesertim statuat in his rebus servandam esse proportionem, & prout agitur cum digamis, ita cum trigamis agendum esse, canone quarto.

Ep. 237. p. 199. a. l. 3. col. 1. *Paulisper occupatus circa res militares.* Cum vox illa στρατιωτικος in pluribus aliis sancti Basilii locis aulam Imperatoris designet; hoc etiam loco eundem in sensum accipitur a doctissimo Cangio, Sed tamen probabilius est Basilium de exercitu loqui. Nam cum in ep. 215. quae sub hiemem anni 375. scripta est, Dorotheo nuntiat omnia a Constantinopoli usque ad Cappadociam referta esse hostibus; dubium non est quin aliquis exercitus adversus illos hostes missus fuerit, isque Demostheni eas occupationes attulerit, quales par erat a Praefecti Vicario sustineri.

Ep. 244. p. 207. b. l. 1. col. 2. *legendum; Deinde eam, quae Nicaea in Thracia edita est. Paulo post silentio indistincto Consuetudinarii.* Significat enim illa vox Eustathium in Cyzicensi formula, quae omnium postrema fuit, decrevisse ut consuetudinaria silentio premeretur. Unde Basilus in hac ipsa ep. n. 5. p. 206. a. l. 3. col. 2. *declarat condemnatam ab illis esse fidem Nicenam.*

Ep. 252. Hanc ep. Ponti episcopis scriptam fuisse persuasit titulus, *Episcopis Ponticae diocesis.* Hoc tamen titulo non magis Ponti, quam aliarum provinciarum, quae Caesareae parebant, episcopi designantur. Plures enim provincias complectebatur Pontica diocesis, ut probavimus in Vita sancti Basilii cap. 14. Eundem sensum confirmat titulus codicis Harleiani, *Episcopis diocesis.* Quare verisimile est librariorum, cum episcopos, qui aliquandiu consuetudinem veniendi Caesarem ad diem festum S. Euphychii intermiserant, hac epistola ad festum illud diem invitari viderent, id de episcopis Caesareae subjectis intellexisse, & idcirco hunc titulum apposuisse. Sed tamen cum certo sciamus sanctum Basilium communionem & amicitiam episcoporum Ponti caruisse; hanc ad eos scriptam esse epistolam, si minus ex titulo, saltem ex diffensione, quam cum S. Basilio habuere, colligere possumus.



# I N D E X

## L O C O R U M S C R I P T U R Æ S A C R Æ .

### G E N E S I S .

- CAP. I. 5. **F**acta est enim vespere, & factum est mane dies unus. 29.  
 22. Crescite & multiplicamini. 138.  
 28. Crescite & multiplicamini & replete terram. 326.  
 II. 24. Propter hoc enim relinquet homo patrem suum & matrem, &c. 349.  
 III. 17. Maledicta terra propter te. 216.  
 IV. 1. Possedi hominera per Deum. 5.  
 8. Transeamus in campum. 215.  
 9. Ubi Abel frater tuus.... Nescio. 215. & 216.  
 10. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. 216.  
 12. Operaberis terram. ibid.  
 14. Si ejicis me hodie de terra, & a facie tua abscondar, &c. 215.  
 15. Omnis qui occiderit Cain, septem vindictas solvet. 215. & 216.  
 123. Occidi virum in vulnus mihi & adolescentulum in livorem mihi, &c. 216.  
 VI. 2. Videntes enim filii Dei filias hominum, quod essent pulchrae, descenderunt ad illas. 342.  
 XII. 1. Exi de terra tua & de cognatione tua, &c. 338.  
 XXII. 18. Et benedicentur in semine ipsius omnes tribus terra. 197.  
 XXIV. 16. Virgo eras, vir illam non cognoverat. 195.  
 XL. 8. Nonne per Deum horum manifestatio est? 5.  
 XLIX. 10. Ipse enim est expectatio gentium. 197.

### E X O D I .

- CAP. XIV. 32. **C**redidit enim populus Deo & Moysi famulo ejus. 13.  
 XX. 19. Loquere tu nobis, & non loquatur nobis Deus. 14.  
 XXV. 21. Pones ante testimonium, unde cognoscat a te inde. 195.  
 31. Facies candelabrum ex auro puro. 3.  
 XXXI. 3. Beseleel implevit Deus Spiritu divino sapientiae & intellectus & scientiae. 21.  
 XXXIII. 21. Ecce locus apud me, & sta super petram. 27.

### L E V I T I C I .

- CAP. XVIII. 3. **S**ecundum instituta terrae Aegypti, in qua habitatis in ea, non facietis &c. 138.  
 6. Non ingredieris ad omnem carnem tuae affinem ad revelandam eorum turpitudinem. 139.  
 18. Uxorum super sorore ejus non accipies amulam, &c. ibid.

### D E U T E R O N O M I I .

- CAP. IV. 26. **T**estor vobis hodie & caelum & terram. 13.  
 V. 21. Non concupisces uxorem proximi tui. 73.  
 32. Ne declines ad dexteram aut ad sinistram. 330.  
 VI. 13. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies. 44.  
 XII. 13. Attende enim ne offeras holocausta tua in quovis loco &c. 27.  
 XIX. 15. In ore siquidem duorum ac trium testimonium stabit omne verbum. 31.  
 XXXII. 1. Attende caelum, & loquar, & audiat terra verba ex ore meo. 13.  
 12. Dominus solus duxit eos, & non erat cum eis Deus alienus. 44.  
 39. Non est Deus praeter me. ibid.

### J O S U E .

- CAP. XXIV. 27. **E**rit enim lapis in vobis hodie in testimonium in extremis diebus, cum mentiti fueritis Domino Deo nostro. 13.

### I . R E G U M .

- CAP. VII. 4. **E**verterunt filii Israel Baalim, & nemora Astaroth, & serviebant Domino soli. 44.

### I I . R E G U M .

- CAP. VII. 13. **E**t potans in sacculum seculi semen ejus, & stratum ejus sicut dies caeli. 197.

### J U D I T H .

- CAP. IX. 4. **C**ogitasti & praesto fuerunt tibi omnia quae cogitasti. 9.

### J O B .

- CAP. I. 21. **D**ominus dedit, Dominus abstulit, &c. 238.  
 III. 25. Timor enim quem timebam, venit mihi; & quem metueram, occurrit mihi. 74.  
 IX. 8. Qui extendit caelum solus. 44.  
 XXXII. 4. Spiritus divinus qui me fecit. 25.  
 6. E luto compositus es tu aequae atque ego. 3.  
 XL. 11. Ecce robur ejus in lumbis, & potestas ejus in umbelico ventris. 328.

### P S A L M O R U M .

- PSAL. II. 15. **H**omo sicut fenum dies ejus. 44.  
 VIII. 6. Ministri enim eum paulo minus ab angelis. 45.  
 XVI. 4. Propter verba labiorum tuorum ego custodi vias duras. 70.  
 XXI. 3. Quis ascendet in montem Domini? 4.  
 XXIX. 13. Dum cantaverit tibi gloria tua. 24.  
 XXX. 3. Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, ut salvum me facias. 27.  
 XXXII. 6. Verbo Domini caeli firmati sunt, & Spiritus ejus omnis virtus eorum. 16.

XXXIII.

I N D E X

XXXIII. 12. *Quis est homo qui vult vitam?* 4.  
 16. *Oculi Domini super justos.* 132.  
 XXXV. 10. *In lumine tuo videbimus lumen.* 20.  
 XXXVII. 15. *Factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.* 183.  
 XLIII. 19. *Non egredieris in virtutibus nostris, pro cum virtutibus nostris.* 25.  
 XLIV. 8. *Propterea unxit te Deus, Deus tuus &c.* 12.  
 10. *Adstirrit regina a dextris tuis, &c.* 338.  
 XLIX. 3. *Veniet enim & non flebit.* 75.  
 4. *Advocabit enim cælum sursum, & terram ad judicandum populum suum.* 13.  
 L. 9. *Lavabis me & super nivem dealbabor.* 15.  
 LIV. 13. *Si inimicus probris me affecisset, sustinuissem utique,* 222.  
 23. *Facta super Dominum curam tuam, & ipse faciet,* 139.  
 LXX. 7. *In te cantatio mea semper.* 5.  
 LXXVII. 53. *Deduxit eos in spe, & non timuerunt,* 22.  
 LXXVIII. 6. *Effunde iram tuam in gentes quæ te non noverunt.* 195.  
 LXXXI. 6. *Ego dixi dii estis &c.* 351.  
 LXXXVIII. 17. *In nomine tuo exultabo.* 5.  
 XCI. 14. *Plantati enim in domo Domini videbuntur, in atrijs domus Dei nostri florebut.* 355.  
 XCIII. 9. *Qui plantavit aurem non audiet, &c.* 338.  
 16. *Quis insurget mihi adversus perverse agentes?* 4.  
 XCV. 6. *Venite, adoremus & procidamus ante, & ploremus coram ipso.* 75.  
 XCV. 5. *Omnes dii gentium demonia.* 154.  
 CIII. 4. *Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis.* 17.  
 16. *Omnia a te expectant.* 4.  
 30. *Emittes siquidem Spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ.* 21.  
 CIV. 37. *Et eduxit eos in argento & auro, hoc est, cum argento & auro.* 25.  
 CVII. 14. *In Deo faciamus virtutem.* 5.  
 CIX. 1. *Sede a dextris meis.* 6.  
 CXVI. 91. *Omnia enim serviunt tibi.* 23.  
 CXVII. 16. *Dextera Domini fecit virtutem.* 48.  
 CXVIII. 91. *Omnia enim sunt serva tua.* 47.  
 120. *Confi ge timore tuo carnes meas; a judicis enim tuis timui.* 55.  
 CXXIII. 5. *Torrentem pertransiit anima nostra.* 183.  
 CXXXVIII. 7. *Qua ibo a Spiritu tuo, & a facie tua fugiam?* 24. 47. 139.  
 8. *Si ascendero in cælum, tu illic es, si descendaro ad inferos, ades.* 6.  
 32. *Quia tenebræ non obscurabuntur a te, &c.* 339.  
 CXL. 3. *Pone Domine custodiam ori meo & ostium circumstantiæ labijs meis.* 335.

4. *Non declines cor meum in verba malitiæ &c.* *ibid.*  
 CXLIV. 13. *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis.* 75.  
 15. *Oculi omnium in te sperant.* 4.  
 16. *Aperis tu manum tuam, & implebis omnem animal benedictione.* *ibid.*  
 PROVERBIORUM.  
 CAP. IV. 25. *Oculi tui recta videant, &c.* 332.  
 27. *Ne declines ad dexteram aut ad sinistram.* 343.  
 VI. 27. *Abigabit quis ignem in sinu, vestes autem non comburet? &c.* 347.  
 IX. 9. *Da enim sapienti occasionem & sapientior erit.* 217.  
 XIV. 31. *Nam qui calumniatur pauperem, irritat ipseus conditorem.* 78.  
 XVII. 28. *Quod si stulto interroganti sapientia imputabitur.* 1.  
 XVIII. 5. *Cognoscere personam in judicio non est bonum.* 205.  
 22. *Qui habet adulteram, stultus est & impius.* 151. 161.  
 XXV. 25. *Ut animæ sitienti aqua frigida, ita nuntius bonus de terra longinqua.* 100.  
 ECCLESIASTÆ.  
 CAP. X. 4. *SI Spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris.* 349.  
 16. *Væ tibi civitas, cujus rex junior est &c.* 84.  
 SAPIENTIÆ.  
 CAP. I. 4. *NAM in malignam animam non introibit sapientia &c.* 48.  
 7. *Spiritus enim Domini replevit orbem terrarum.* 24. 47.  
 ECCLESIASTICI.  
 CAP. XXI. 18. *SERmonem accipiens sapiens laudabit illum, & adjiciet super illum.* 217.  
 XXIII. 26. *Tenebræ operuerunt me & parietes in circuitu meo, quis me videt?* 339.  
 XLIII. 33. *Exaltate enim quantumcumque potueritis, &c.* 31.  
 ISA IÆ.  
 CAP. I. 2. *AUDI cælum, & auribus percipe terra.* 13.  
 3. *Cognovit hos possessorem suum.* 195.  
 18. *Si fuerint peccata vestra quasi phœniceum, &c.* 75.  
 21. *Quomodo facta est meretrix civitas fidelis Sion.* 74.  
 VI. 3. *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* 17.  
 XXIX. 15. *Væ qui profunde facitis consilium, & non per Domitium.* 5.  
 XL. 6. *Omnis caro fenum, &c.* 181.  
 12. *Quis mensus est manu aquam? &c.* 4.  
 XLII. 5. *Qui stabilivit terram, & quæ in ea sunt &c.* 24.  
 J E-

LOCORUM SCRIPTURÆ SACRÆ.

JEREMIÆ.

- CAP. II. 10. **P**ertransite insulas Cheriim & videte, &c. 74.  
 12. Obstupuit cœlum super hoc, &c. 13.  
 13. Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, &c. 44.  
 III. 1. Quod si fuerit mulier cum alio viro, non revertetur ad virum suum, sed polluta polluetur. 151. 161.  
 4. Nonne ut domum me vocasti, & patrem & ducem virginittatis tuæ. 350.  
 7. Et dixi postquam scortata fuit hæc omnia, ad me revertere, & reversa non est. 75.  
 V. 4. Fortasse pauperes sunt, idcirco non audient, ibi ad opulentes. 183.  
 8. Equi insanientes in feminas &c. 328.  
 22. An me non timebitis, qui arenam mari terminum posui? 164.  
 VIII. 4. Numquid qui cadit, non resurgit, aut qui se avertit, non convertitur? 75.  
 22. Numquid resina non est in Galaad, &c. ibid.  
 IX. 1. Quis dabit capiti meo aquam &c. 73. 204.  
 21. Mors ascendit per fenestras vestras, 333.  
 X. 11. Dii enim, qui cœlum & terram non fecerunt, tollantur, & subter terram coniciantur. 154.  
 XVIII. 13. Vidisti quæ fecit mihi virgo Israel, 74.  
 XXII. 28. Inhonoratus est Jechonias tanquam vas, &c. 197.  
 XXIII. 24. Faciet enim quis in abditis, & non cognoscam? 339.

T H R E N O R U M.

CAP. IV. 20. **S**piritus vultus nostri, Christus Dominus. 21.

E Z E C H I E L I S.

CAP. XVIII. 26. **S**i enim justus declinans deliquerit, &c. 69.

D A N I E L I S.

CAP. III. 38. **N**on est in tempore hoc princeps, &c. 201.

VII. 9. Aspiciebam donec throni positi sunt, &c. 75.

O S E Æ.

CAP. II. 19. **E**go despondi ipsam mihi ipsi in fide, &c. 74.

XIV. 10. Quis Sapiens & intelliget hæc. 13.

A M O S.

CAP. II. 7. **F**ilius enim & pater ad eandem puellam ingrediebantur. 138.

V. 13. Intelligens in tempore illo tacebit: eo quod tempus malum est. 34.

N A H U M.

CAP. I. 9. **N**on vindicabis bis in idipsum. 150. 162.

A G G Æ I.

CAP. II. 5. **Q**uoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus: & Spiritus meus stat in medio vestri. 24.

Z A C C H A R I Æ.

CAP. X. 1. **D**ominus fecit phantasmam, &c. 173.

XII. 13. Tribus Levi seorsum, & uxores eorum seorsum. 346.

M A L A C H I Æ.

CAP. I. 6. **F**ilius enim gloria afficit patrem, &c. 22.

M A T T H Æ I.

CAP. I. 20. **Q**uod enim in ea generatum est, & Spiritu sancto est. 4.

III. 11. Ego quidem baptizo vos in aqua, &c. 15.

IV. 1. Deductus est Jesus a Spiritu in desertum ut tentaretur, 17.

10. Adorabis namque Dominum Deum tuum, & illi soli servies. 47.

V. 8. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. 48.

11. Beati enim estis, cum probris vos impetiverint propter me. 5.

28. Quisquis viderit mulierem ad concupiscendum eam, &c. 73.

32. Si quis relinquat uxorem, excepta fornicationis causa, facit eam mœcham. 163.

34. At ego dico vobis, ne juretis omnino. 170.

VI. 24. Nemo autem potest duobus dominis servire, &c. 334.

VII. 1. Nolite judicare, ut non judicemini. 167.

VIII. 8. Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum, &c. 69.

IX. 12. Non opus habent valentes medico, &c. 76.

X. 20. Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris, qui loquitur in vobis. 27.

37. Qui enim patrem, aut matrem, aut fratres supra me diligit, non est me dignus. 69.

XI. 27. Nemo novit Filium, nisi Pater. 196.

28. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. 75.

29. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. 229.

XII. 28. Si enim ego in Spiritu Dei ejicio demonia. 17. 48.

31. Omne peccatum & blasphemia remittetur vobis hominibus, sed in Spiritum blasphemiam non remittetur. 20. 210.

37. Ex tuis enim verbis justificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. 189.

XIV. 4. Non licet tibi habere eam. 75.

XV. 19. Ex corde enim exeunt cogitationes mala, homicidia, adulteria. 335.

XVI. 24. Si quis enim vult post me venire, &c. 38.

XVIII. 10. Angeli enim eorum semper vident faciem Patris vestri, qui in cœlis est. 339.

15. Si

I N D E X

15. Si frater tuus peccaverit &c. 232.  
 20. Ubi duo sint aut tres &c. 70.  
 21. Quoties peccabit in me frater, &c. 215.  
 XIX. 10. Non expedit nubere: Non omnes capiunt hoc verbum, &c. 353.  
 21. Si vis perfectus esse, vade, vende quae habes, & da pauperibus. 132.  
 27. Ecco nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, &c. 338.  
 XX. 23. Non est meum dare, sed quibus paratum est a Patre. 46.  
 XXIV. 12. Quoniam abundavit iniquitas, refrigescet caritas multorum, 165.  
 36. De die autem illa & hora nemo scit, ne caelorum quidem angeli, nisi Pater solus, 196.  
 XXV. 21. Ego serve bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super te constituam.  
 36. Nudus eram & operuistis me &c. 330.  
 XXVI. 31. Omnes scandalizabimini in me. 331.  
 52. Quisquis enim gladium accepit, gladio peribit. 178.  
 XXVIII. 19. Euntis baptizate in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, 47. 79. 172.  

M A R C I.

 CAP. VIII. 38. **C**um venerit Filius in gloria Patris. 6.  
 IX. 32. De die autem illo & hora nemo scit, neque angeli in caelo, neque Filius, nisi Pater. 196.  
 X. 7. Relinquet homo patrem suum & matrem, &c. 327.  
 18. Nemo bonus nisi unus Deus. 196.  

L U C A E.

 CAP. I. 34. **Q**uomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco. 196.  
 II. 34. Benedixit illis Symeon, & dixit &c. 217.  
 III. 11. Qui habet duas tunicas, det non habenti. 132.  
 16. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto. 12.  
 VI. 37. Nolite condemnare, ut non condemnemini, 167.  
 VIII. 46. Novi virtutem ex me exiisse. 4.  
 X. 27. Diliges proximum tuum sicut teipsum, 343.  
 XI. 10. Quisquis petit, accipit, & qui quaerit, invenit, 1.  
 XII. 8. Quisquis enim confessus fuerit me coram hominibus, &c. 13.  
 XIV. 28. Quis volens domum aedificare, &c. 68.  
 XV. 7. Amen dico vobis, quod gaudium est in caelo coram Deo, super uno peccatore poenitente. 132.  
 XVI. 29. Habent Mosem & prophetas. 14.  
 XVII. 21. Regnum enim caelorum intra vos est. 48.  
 XVIII. 19. Nemo bonus, nisi unus Deus. 44.  
 XXII. 27. Illic sum in medio vestri, non tam-

quam recumbens, sed tamquam ministrans. 77.

J O A N N I S.

- CAP. I. 1. **I**n principio erat verbum. 6.  
 14. Vidimus gloriam ejus, gloriam tamquam Unigeniti a Patre, ibid.  
 16. E plenitudine ejus accepimus nos omnes. 4.  
 18. Deum nemo vidit unquam, &c. 12. 194.  
 33. Super quem videris Spiritum descendentem &c. 17.  
 IV. 7. Da mihi bibere. 196.  
 18. Quem nunc habes, maritus non est, 150.  
 23. Veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate. 27.  
 24. Spiritus est Deus: & qui adorant eum, in Spiritu & veritate oportet adorare. 20.  
 35. Levate oculos vestros & videte regiones, quia jam albae sunt ad messem, 351.  
 V. 19. Non potest Filius a se facere quidquam. 9. 47.  
 20. Pater enim diligit Filium, & omnia ostendit illi. 4. 9.  
 23. Ut honorificent Filium, quemadmodum honorificant Patrem. 6.  
 43. Ego veni in nomine Patris mei, & non recepistis me: &c. 172.  
 46. Si crederetis Moysi, crederetis utique mihi. 14.  
 VI. 40. Et ego resuscitabo eum in novissimo die. 46.  
 58. Ego vivo propter Patrem. 9.  
 VII. 24. Justum iudicium iudicate. 166.  
 37. Si quis enim sitit, veniat ad me, & bibat. 13. ibid.  
 51. Numquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit & cognoverit quid faciat? 165. 214.  
 X. 9. Per me si quis introierit, & ingredietur, & egredietur, ac pascua inveniet, 8.  
 15. Sicut cognoscit me Pater, & ego cognosco Patrem, 197.  
 27. Oves enim meae vocem meam audiunt. 8. 25.  
 30. Ego & Pater unum sumus. 26.  
 XII. 28. Et glorificavi, & iterum glorificabo. 20.  
 49. Ego ex meipso loquutus non sum. 9.  
 50. Sicut dixit mihi Pater, ita loquor. ibid.  
 XIII. 35. In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si diligatis invicem. 164. 166.  
 XIV. 1. Creditis in Deum, & in me credite. 45.  
 6. Nemo enim venit ad Patrem nisi per me. 8.  
 9. Qui videt me, videt & Patrem. 6.  
 17. Spiritum veritatis quem mundus non potest accipere, quod non videat illum, neque cognoscat eum, &c. 24.  
 19. Adhuc modicum, & mundus me iam non videt, vos autem videtis me. ibid.  
 23. Ego

LOCORUM SCRIPTURÆ SACRÆ.

23. Ego & Pater veniemus. 26.  
 24. Sermo quem auditis non est meus, sed  
 ejus qui misit me. 9.  
 26. Cum venerit Paracletus, ille vobis  
 suggeret. 22.  
 27. Pacem relinquo vobis, pacem meam  
 do vobis. 164.  
 28. Pater major me est. 46.  
 31. Quemadmodum mandavit mihi Pa-  
 ter, sic facio. 9.  
 XV. 3. Jam vos mundi estis propter sermonem  
 quem loquutus sum vobis. 24.  
 XVI. 14. Deo meo accipiet, & annuntiabit  
 vobis, 4. 20.  
 15. Omnia quaecumque habet Pater, mea  
 sunt. 197.  
 33. Confidite, ego vici mundum, & ejus-  
 que principem. 73.  
 XVII. 3. Ut cognoscant te solum verum De-  
 um, &c. 45.  
 4. Ego te glorificavi super terram, &c. 20.  
 10. Omnia mea tua sunt. 9.  
 11. Da eis, ut & ipsi in nobis unum  
 sint, &c. 46.  
 25. Pater juste, & mundus te non co-  
 gnovit. 24.  
 XX. 22. Accipite Spiritum sanctum, &c.  
 17.

ACTORUM.

- CAP. I. 5. Vos autem baptizabimini in  
 Spiritu sancto. 12.  
 6. Quando restitues regnum Israel, &c. 45.  
 8. Accipietis enim virtutem Spiritus san-  
 cti supervenientis in vos. 25.  
 IV. 12. Neque esse aliud nomen sub caelo da-  
 tum hominibus, in quo oporteat nos sal-  
 vos fieri. 172.  
 V. 4. Non mentiti estis hominibus, sed Deo.  
 16.  
 9. Quid est quod convenit inter eos, tenta-  
 re Spiritum sanctum? ibid.  
 29. Deo oportet obedire magis quam ho-  
 minibus. 11.  
 VII. 51. Vos semper Spiritui sancto resi-  
 stitis. 22.  
 IX. 4. Saule, Saule, quid me perseque-  
 ris? 46.  
 X. 20. Descende, & perge cum illis, nihil ba-  
 strans, quoniam ego misi illos. 22.  
 38. Jesum Nazarenum, quem unxit Deus  
 Spiritu sancto, 12. 17.  
 XIII. 2. Separate mihi Barnabam & Sau-  
 lum in opus ad quod accersivi illos. 22.  
 XVII. 28. In ipso vivimus & movemur &  
 sumus, 3.

AD ROMANOS.

- CAP. I. 5. Per quem accepimus gratiam &  
 apostolatam. 7.  
 10. Si tandem aliquando prosperum iter ha-  
 beam in voluntate Dei, veniendi ad vos, 5.  
 20. Invisibilia enim ipsius a creatione mun-  
 di, &c. 153.  
 II. 15. Inter se invicem cogitationibus accusan-  
 tibus aut etiam defendentibus. 340.  
 17. Gloriaris in Deo. 5.  
 III. 19. Quaecumque enim dicit lex, iis qui  
 in lege sunt dicit. 161.  
 V. 8. Cum adhuc peccatores essemus, Christus  
 pro nobis mortuus est. 9.  
 VI. 3. Quicumque in Christo baptizati estis, in  
 mortem illius baptizati estis. 12.  
 4. Quemadmodum surrexit Christus a mor-  
 tuis per gloriam Patris. 5.  
 VIII. 2. Lex enim Spiritus vitæ liberavit  
 nos. 25. 47.  
 9. Si quis Christi Spiritum non habet, hic  
 non est ejus. 20.  
 11. Qui enim excitavit Christum a mor-  
 tuis, vivificabit & mortalia corpora vestra,  
 &c. 25.  
 18. Non sunt condignæ passionis hujus tem-  
 poris ad futuram gloriam, quæ revelabitur  
 in nobis. 203.  
 32. Qui proprio Filio non pepercit, sed pro  
 nobis omnibus tradidit illum, &c. 25.  
 34. At etiam interpellat pro nobis. 22.  
 35. Quis non separabit a caritate Dei? &c.  
 338.  
 37. In his omnibus superamus per eum qui  
 dilexit nos. 8.  
 X. 6. Ne dixeris in corde tuo: Quis ascendet  
 in caelum? id est, Christum deducere &c.  
 354.  
 XI. 36. Quoniam ex ipso, & per ipsum, &  
 in ipsum omnia. 4.  
 XIII. 4. Non enim sine causa gladium por-  
 tat. 233.  
 XIV. 17. Non est enim regnum Dei esca &  
 potus, &c. 330.  
 XV. 30. Obsecro autem vos per Dominum no-  
 strum Jesum Christum, & per caritatem  
 Spiritus. 26.  
 XVI. 19. Volo autem omnes vos prudentes qui-  
 dem esse in bono, simplices vero in malo. 345.  
 27. Soli sapienti Deo. 44.

I. AD CORINTHIOS.

- CAP. I. 9. Fidelis Deus per quem vocati estis  
 in consortium Filii ipsius. 5.  
 30. Ex ipso autem vos estis in Christo  
 Jesu. 3.  
 II. 10. Nobis autem Deus revelavit per Spi-  
 ritum, 5. 17.  
 11. Quis.

I N D E X

11. *Quis hominum novit ea quae sunt hominis, nisi Spiritus, qui est in ipso? sic & quae Dei sunt, nemo novit, nisi Spiritus qui ex Deo est.* 48.
- III. 13. *Uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit.* 16.
16. *Templum Dei estis & Spiritus Dei habitat in vobis.* 23.
17. *Si quis templum Dei profanet, hunc perdet Deus.* 74.
- IV. 3. *Mibi autem pro minimo est ut a vobis judicer, ab humano die.* 166.
- V. 4. *Congregatis vobis & meo Spiritu cum virtute Domini Jesu.* 30.
- VI. 11. *Abluti enim estis & sanctificati in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu sancto.* 21. 30.
16. *Quod qui adhaeret meretrici, fit unum corpus.* 151.
19. *Templum estis Spiritus sancti in vobis inhabitantis.* 47.
- VII. 25. *De virginibus autem praeceptum Domini non habeo, &c.* 352. 353.
29. *Ut qui habent uxores tamquam non habentes sint.* 138.
34. *Quae autem innupta est, cogitat quae sunt Domini, &c.* 334.
39. *Si mortuus sit maritus, libera est, ut nubat cui velit, tantum in Domino.* 162.
40. *Videor & mihi Spiritum Dei habere.* 28.
- VIII. 5. *Sicut sunt dii multi & domini multi: nobis tamen unus Deus, &c.* 2. 4. 44.
8. *Esca enim nos Deo non commendat, &c.* 330.
12. *Sic autem peccantes in fratres, &c.* 346.
- IX. 4. *Numquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? &c.* ibid.
27. *Castigo corpus meum & in servitutem redigo.* 330.
- XI. 2. *Laudo enim vos, quod omnia mea meministis, &c.* 31.
4. *Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum.* 171.
7. *Vir quidem non debet velare caput suum, cum sit imago & gloria Dei.* ibid.
10. *Propterea enim debet mulier potestatem habere supra caput propter angelos.* 342.
12. *Quemadmodum mulier ex viro, ita vir per mulierem.* 5.
- XII. 3. *Nec enim potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto.* 12.
4. *Nam divisiones donorum sunt, idem autem Spiritus, &c.* 16.
8. *Huic quidem per Spiritum datur sermo sapientiae, &c.* 5. 167.
11. *Hac autem omnia operatur unus & idem Spiritus, &c.* 16.
13. *Omnes enim in uno corpore in unum Spiritum baptizati sumus.* 12.
28. *Ipse enim dedit Ecclesiam primum Apostolos &c.* 17.
- XIII. 1. *Si linguis hominum loquar & angelorum &c.* 166.
9. *Nunc quidem ex parte cognoscimus.* 195.
10. *Cum venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est.* ibid.
- XIV. 24. *Si omnes prophetaverit, ingrediatur autem aliquis infidelis, &c.* 16.
- XV. 28. *Cum subjecta fuerint illi omnia, tunc & ipse Filius subjectus erit ei, qui subiecit sibi omnia.* 46.
41. *Sicut enim stella a stella differt in claritate, ita & resurrectio mortuorum.* 18.
46. *Non primum quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale.* 21.
47. *Primus homo de terra terrenus: secundus homo Dominus de caelo.* 3. 21.

II. AD CORINTHIOS.

- CAP. I. 1. **P**aulus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei. 5.
- III. 14. *Usque ad hodiernum enim diem idem velamen in lectione veteris testamenti manet non revelatum, quod in Christo abrogatur, &c.* 23.
17. *Ubi enim Spiritus Domini, ibi libertas.* 25.
- V. 10. *Oportet nos stare ante tribunal Christi, &c.* 159.
17. *Si qua in Christo nova natura.* 21. & 22.
- XI. 2. *Despondi enim vos uni viro, &c.* 74.
- XIII. 13. *Gratia enim Domini nostri Jesu Christi, & caritas Dei, & communio Spiritus sancti.* 26.

AD GALATAS.

- CAP. III. 27. **Q**uicumque in Christum baptizati estis, Christum induistis. 12. 234.
- IV. 4. *Factus ex muliere, factus sub lege, &c.* 5. 218.
6. *Misit enim Deus Spiritum Filii sui in corda nostra, clamantem: Abba pater.* 21. 25.
7. *Itaque non es jam servus, sed filius: quod si filius, & heres per Deum.* 5.
9. *Nunc autem cum cognoveritis Deum, &c.* 195.
- VI. 8. *Qui enim seminat in Spiritu, e Spiritu metet vitam aeternam.* 4.

AD EPHESIOS.

- CAP. I. 22. **E**T ipsum dedit caput super omnia Ecclesiae, ibid.
- IV. 15. *Veritatem autem loquentes in caritate, &c.* ibid.
- V. 3. *Fornicatio autem & omnis immunditia ne nominetur quidem in vobis sicut decet sanctos.* 138.
32. *My-*

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ

32. *Mysterium hoc magnum est: dico autem in Christum & in Ecclesiam.* 349.

AD PHILIPPENSES.

- CAP. II. 10. **Q**uoniam in nomine Jesu omne flectetur, &c. 8.  
 III. 2. *Cavete canes, cavete operarios malos.* 58.  
 10. *Conformatus morti ejus, si quo modo perveniam ad resurrectionem ex mortuis.* 15.  
 13. *Quæ retro sunt obliuiscens, &c.* 68.

AD COLLOSSENSES.

- CAP. II. 9. **I**n ipso habitat omnis plenitudo divinitatis. 153.  
 11. *Circumcisi estis circumcissione non facta &c.* 15.  
 13. *Et vos cum essetis mortui delictis ac præputio, vivificavit, simul cum Christo.* 30.  
 19. *Qui tenet caput, ex quo totum corpus &c.* 4.

I. AD THESSALONICENSES.

- CAP. I. 1. **P**aulus ac Silvanus & Timotheus ecclesiæ Thessalonicensium in Deo Patre, 5.  
 III. 12. *Dominus vos impleat, & abundare faciat caritate, in vos invicem & in omnes, &c.* 23.  
 IV. 4. *Ut discat vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderii.* 139.

II. AD THESSALONICENSES.

- CAP. I. 7. **I**n revelatione Domini Jesu de cælo cum angelis, 13.  
 II. 14. *Tenete traditiones quas accepistis, si-  
 ve per sermonem, si-ve per epistolam.* 31.  
 III. 5. *Dominus autem dirigat corda vestra, &c.* 23.

I. AD TIMOTHEUM.

- CAP. V. II. **J**uniores autem viduas devota. *Postquam enim lascivierunt, &c.* 160.  
 13. *Otiosæ enim discunt circuire domos, &c.* 335.  
 21. *Obtestor te in conspectu Dei, & Christi Jesu, & electorum ejus angelorum.* 12.  
 23. *Vino modico utere, &c.* 331.  
 VI. 8. *Habentes autem alimenta, & quibus regamur, his contenti erimus.* 55.  
 16. *Qui solus habet immortalitatem.* 44.

II. AD TIMOTHEUM.

- CAP. I. 14. **E**gregium depositum serua per Spiritum sanctum qui habitat in nobis, 5. 28.  
 II. 2. *Quæ accepisti a me coram multis testibus, ea depone apud fideles homines.* 13.  
 9. *Tamen verbum Dei non est alligatum.* 73.  
 19. *Dominus cognovit qui sunt ejus.* 195.  
 IV. 2. *Argue, increpa, obsecra.* 167.

AD HEBRÆOS.

- CAP. II. 9. **E**um autem qui modico quam angeli minoratus est, 45.  
 10. *Per quem omnia, & propter quem omnia,* 9.  
 III. 4. *Qui enim omnia condidit, Deus est.* 47.  
 12. *Videte ne quando sit in ullo vestrum cor prævium, &c.* 70.  
 IV. 13. *Cui omnia nuda sunt & aperta oculi ejus.* 339.

I. JOANNIS.

- CAP. III. 24. **E**x hoc cognoscimus, quod in nobis est, e Spiritu quem nobis donavit. 4.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is scattered across the page and is too light to transcribe accurately.



# I N D E X

## R E R U M E T V E R B O R U M .

**A BEL**, pag. 73. d.  
**ABRAAMPIUS**, 100. c. Abraamius alter  
*ibid.* Abraamius Batnorum episcopus,  
 123. c.  
**ABRAHAM** in vita incola, in sepulchro  
 propriam terram possidens, 294. c. Ab  
 Abrahamo magorum genealogia, 214. d.  
**ABURGIUS** Basilio & Gregorio amicus a  
 teneris, 61. b. in Cappadocia natus,  
 92. c. Per totum orbem clarus, *ibidem*.  
 Nunc in barbarorum regione apparet,  
 nunc annonam militibus ministrat, 158.  
 b. Nunc Imperatori adstat in splendido  
 apparatu, *ibid.* Multos saepe illi com-  
 mendavit Basilius 130. e. 146. 239.  
**ACACIUS** presbyter apud Basilium est,  
 177. a. Basilius inivit ecclesiae Beroen-  
 sis nomine 181. d. Acacii monasterium  
 incensum ab haereticis statim post Pas-  
 cha, 212. b. Sperabat Basilius eos ad se  
 venturos, ut ad paratum perfugium,  
*ibid.*  
**ACACIUS** Arianus, 210. d.  
**ACADEMIAE** insalubris locus, 316. d.  
**ACCUSATOR** nemo esse debet, sed frater  
 in caritate arguens, 165. c. Et qui au-  
 diunt, non convictorum auditores esse  
 debent, sed argumentorum iudices, *ibid.*  
 Accusato dididium auditus integrum ser-  
 vari debet, 103. b. Si quis accusatur,  
 alius coram illo, aut coram aliis non re-  
 darguat accusantem, sed privatim inter-  
 roget, 54. e.  
**ACHAEI** cum Basilio communicant, 168. a.  
 Achaei episcopi discernunt recipiendos qui  
 fidem Nicenam profitentur, 168. d.  
**ACOPA**, Ponti munusculum, 234. b.  
**ACROMATA** modorum ad voluptatem com-  
 positum animae vim frangunt, 39. a.  
**ACTIACUS** diaconus, 227. a.  
**ACTIONES** omnes ad Deum referendae,  
 308. a. Frustra mandata observantur, si  
 non, ut Deus vult, observantur, 282. c.  
**ACTIO** omnis nostra & cogitatio ex Christi  
 mandatis pendere debet, 137. a. In actione  
 omni habendum ante oculos Christi  
 iudicium, 130. d.  
**ADAM** figura futuri, 13. c. Ab Adam uf-  
 que ad Christum generationes 77. fecun-  
 dum Lucam, 217. b.  
**ADAMANTIUS**, 82. e.  
**ADHORTATIO** simulata, fortissima est ad  
 dicipiendum esca, 42. c.  
**ADOLESCENTIBUS** senes constituti paren-  
 tes a communi hominum lege, 228. d.  
**ADORATIONEM** veram nemo habere po-  
 test sine Spiritu sancto, 12. c.  
 Adorationem Samaritana consuetudine  
 regionis decepta in loco esse existimabat,  
 28. c. In adoratione inseparabilis a Pa-  
 tre & Filio Spiritus, *ibid.* e. Si sis ex-  
 tra illum, numquam es adoraturus, *ib.*  
**ADVERSARI** valde insanientes confutari  
 fortiter non possunt, ut nec mollia ve-  
 hementer percuti, 18. e.  
**IN** adversis rebus humanae in memoriam  
 revocandae, 41. d. 42. e. Job imitandus,  
*ibid.* a. In adversis Deus nostri in ipsum  
 amoris periculum facit, 42. e. 169. c.  
**ADULATOR** in hoc differt ab amico, quod  
 ad voluptatem loquitur, amicus ne mo-  
 lesta quidem tacet, 53. b.  
**CUM** adultero degens mulier, adultera  
 omni tempore, 162. a. Legitimam uxorem  
 dimittens & aliam ducens, adulter  
 est, 179. a. Sed tamen annis septem non  
 amplius punitur, *ibid.* Adulterio anni  
 quindecim, 178. b. Virgini lapsae anni  
 quindecim ut adultera, *ibid.*  
**AECUS**, 250. c.  
**Aegypti** pars sana cum Basilio communi-  
 cat, 168. a. Aegyptii confessores in Pa-  
 laestina exules, 221. d. Apollinarium con-  
 demnant, 222. c. Rogat eos Basilius, ut  
 illum conentur reducere, *ibid.* Marcelli  
 discipulos recipiunt, *ibid.* a. Unde ma-  
 gnus Basilio & pluribus aliis dolor, *ib.*  
 In Aegypto monasteria, 170. d. Aegypti-  
 us sophista, 261. e.  
**ALIANUS** contra quem scripsit Gregorius  
 Neocaesariensis, 173. c.  
**ALIANUS** Basilio commendatus, 180. c.  
**ALRARII** patronus, 61. a.  
 Ex ærumnis ipsis utilitatem capere debe-  
 mus, tum maxime Deo credentes, cum

eo indigenus maxime, 317. c.  
**ÆSCHYLUS**, 92. e.  
**ÆSOPI** fabula, 153. a.  
**ÆTERNA** malorum supplicia, 75. c. Æter-  
 na caducis assimilare mentis est carnalis,  
 79. a.  
**ÆTIUS** princeps hæresis Pneumatomacho-  
 rum, 2. c. In epistolis statuit, quae dis-  
 similia sunt, dissimiliter proferri & vi-  
 cissim, *ib.* Hoc principium arripuerunt  
 Pneumatomachi, *ibid.*  
 Aetius presbyter & monachus, 212. b.  
 Affectus alii sunt carnis, alii carnis anima-  
 tæ, alii animæ carne utentis, 218. b.  
**AFFLICTI** homines proclives ad sperandum  
 & ad conquerendum, 92. a. Afflictorum  
 consolationis merces a Deo reposita, 82.  
 b. Afflictiones pro virum nostrarum mo-  
 dulo infligit iustus iudex, 128. b. Affli-  
 ctionibus semper consolationes admiscet  
 Deus, 99. b.  
**AFRI** cum Basilio communicant, 180. c.  
**AFRICANUS** historicus, 32. c. Ejus testi-  
 monium de sancta Trinitate ex quinto  
 libro epitomes temporum, *ibid.*  
**AGNUS** inter innumeras oves matrem agnos-  
 cit, 322. c.  
**ALCINOUS**, 92. d.  
**ALCMEON** iavitis Echinadibus quievit,  
 51. b.  
**ALEXANDER** alteram aurem reservabat ei  
 qui calumniam patiebatur, 56. b. 103.  
 a. Simul & potionem sumit & epistolam  
 contra medicum scriptam legit, 227. c.  
 Captivas videre noluit, 315. b.  
**ALEXANDER** ex monacho episcopus Co-  
 rydalorum, 180. e.  
**ALEXANDER** episcopus Aegypti exul,  
 221. d.  
*Alexandria* persequutio, 127. Alexandrinos  
 consolatur Basilius, *ibid.* Fatetur sibi con-  
 venire ut de rebus suis referat ad Petrum  
 Alexandrinum, & Petro ut eas curæ ha-  
 beat, 223. b. Hortatur Petrum ut fra-  
 ternitatis ubique diffusæ curam gerat,  
 123. e. Alexandrinos nonnullos commenda-  
 dat, 240. b.  
**ALPÆUS** sacer, 251. c.  
**ALYPIUS**, 248. c.  
**AMANTIUM** morbi vehementiam compe-  
 scit imago formæ amatae conspecta, 117.  
 d. Amatoria quaedam affectio in animas  
 amicorum, *ibid.*  
*Amasia*, 129. e. 188. d. Amasienses, id est,  
 episcopus Amasiensis, 188. d.  
**AMBROSIA**, 148. c.  
**S. AMBROSIIUS** sæculi ornamenta projici-  
 ens, suscipit ecclesiae gubernacula, 153. c.  
 Ex terræ iudicibus ad cathedram Aposto-  
 lorum translatus a Deo, *ibid.* Non ab  
 hominibus accepit Evangelium, *ib.* Cor-  
 pus sancti Dionysii petit a S. Basilio,  
*ibid.*  
**AMICITIA** mundi oculis indiget ac con-  
 gressu; spiritualis amoris nequaquam ca-  
 ro conciliatrix, 134. d. Amicitiae corpo-  
 ralis oculi conciliatrix, at vera caritas  
 longe distantia conjungit, 123. e. Ad  
 amicitiam multum valet consuetudo,  
 227. e. In amicitia vinci idem valet ac  
 vincere, 86. a. Amicitiae pestis assenta-  
 tio, ut rubigo triticis, 227. b. Amicitiae  
 non absurdus debitor Basilius, 171. d.  
 Non putat Basilius bono animo quem-  
 quam esse posse, si a veris amicis dis-  
 jungatur, 117. e. Vita Basilio misera vi-  
 detur & fugienda ab amicorum consue-  
 tudine separata, *ib.* Amicum iudicat Ba-  
 silius virum sapientem, etiam si num-  
 quam viderit, 85. c. Amicus in hoc dif-  
 fert ab adulatore, quod hic ad delecta-  
 tionem loquitur, ille ne molesta quidem  
 tacet, 53. b. Amicum irascentem liben-  
 tius quis viderit, quam alium colentem,  
*ibid.* Amicus accusatus vel per litteras  
 interrogandus, vel accersendus, vel per  
 communem amicum conveniendus, 56.  
 d. e. Amicorum oblivio & contemptus ex  
 potestate ortus, magna crimina, 81. e.  
 Multæ noctes ducenda infomes, veritas  
 lacrymis a Deo querenda ei qui se  
 a fratris amicitia meditatit abscindere,  
 185. a. Major adhibenda diligentia, quam  
 a iudicibus morte aliquem damnanti-  
 bus, *ibid.*  
**AMOS** ex caprilli corroboratus a Spiritu in  
 prophetam evehctus, 158. c.

**S. ANPHILOCHIUS** rhetor & foro affue-  
 tus, 132. c. Statuit cum Heraclida in  
 desertum locum secedere, *ib.* Fovet se-  
 neclutem patris, 134. e. Basilio omnium  
 carissimus, 1. b. Fugiebat Basilius, vel  
 potius ordinationem, 139. b. Sed cum  
 Dominus inevitabilibus gratia retribus  
 illigavit, *ib.* Recens ordinatum Basilius  
 consolatur & hortatur, *ib.* Basilius illum  
 invitat ad diem festum sancti Euphychii,  
 145. e. Nullius præsentiam magis deside-  
 rat Caesariensis populus, quam Amphilo-  
 chii, *ib.* Hortatur Basilius, ut scribat  
 de Spiritu sancto. 2. a. Nullam ex vo-  
 cibus quæ de Deo usurpari solent, citra  
 examen relinqui debere existimabat, 1.  
 a. Multum fuit cum Basilio graviter mero-  
 tante, 140. b. Illius igneus caritatis fer-  
 vor, 35. b. Morum gravitas & taciturnitas,  
*ib.* Humilitas, ut qui dicere non  
 gravetur, cum docendi locum teneat,  
 160. b. Basilius consulit, 149. 160. 177.  
 193. & seq. Prudenter curat ecclesiam  
 Isaurorum, 155. d. Cum Amphilochio  
 multis de causis congregari cupit Basilius,  
 163. c. In primis ut eo consiliario uta-  
 tur, *ib.* More apostolico res Lycaoniz  
 componit, *ib.* Huic Basilius commendat  
 ecclesiam suam, brevi moriturum se pu-  
 tans, *ib.* Concilium cogit, 164. a. Basilius  
 affuturum se promittit, si in paucos  
 dies differatur, *ib.* Cura illius maxima  
 Basilius, 192. d. Mittit Basilio munera  
 ad Natale Domini, 193. a. in Pifidia  
 tranquillus est dum Cappadocia vastatur,  
 208. d. Illius videndi quam cupidus Ba-  
 silius, 192. d.  
*Amphipolis*, 50. e.  
**AMYGDALÆ** amariores, 262. a.  
**ANARCHIA** populos invasit, eo quod quis-  
 que principatum ambiat, 34. d.  
*Ancyra* lites & discordias experta in elec-  
 ctione Athanasii episcopi, 59. e.  
 Vide *Athanasius Ancyranus*. Vifa est ha-  
 bere successorem Athanasii & quiescit,  
 60. b. Ancyrae synodus cogit Gregorius  
 Nyssenus, 107. c. Vide *Galatia*. Ancyra  
 communicat Eustathius cum Ariano,  
 188. c. Ancyra fides, 207. a.  
**ANDRONICUS** dux, 112. e. Nullo deterius  
 philosopho res humanas consideraverat,  
*ibid.*  
**ANGELUS** numerosus, non natura, ne-  
 que simplex, 44. c. Siquidem angeli hy-  
 postasis est essentia cum sanctitate, *ibid.*  
 Angelorum substantia spiritus aërius,  
 aut ignis immaterialis, 17. a. Hiæc in  
 loco sunt, & iis qui digni sunt apparent  
 in specie propriorum corporum, *ibid.* Lo-  
 co circumscripti, 24. e. Angelus qui al-  
 loquutus est Zachariam, non eodem mo-  
 mento implebat in celo suam stationem,  
*ib.* Sancti sunt & nominantur ex gratia  
 Spiritus, 16. a. Angelorum perfectio est  
 sanctificatio & in hac perseverantia, *ib.*  
 d. Ab ipsa protinus creatione perfecti,  
 17. a. Non sunt natura sancti, *ib.* Sancti-  
 ficatio est extra substantiam angelo-  
 rum *ib.* Substantia eorum completur per  
 Spiritum sanctum, *ib.* Angelos esse libe-  
 ros, æque ad vitium & virtutem verti-  
 biles, patet ex lapsu malorum, *ib.* Inde  
 etiam eos egere auxilio S. Spiritus pa-  
 tet, *ib.* Non possent dicere, *Gloria in  
 excelsis Deo*, nisi a Spiritu sancto robo-  
 rati essent, *ib.* In angelis & archangelis  
 confusa essent omnia, si Spiritus sanctus  
 ab eis discederet, *ib.* Non possent futura  
 prædicere, ac docere aërea, nisi per  
 Spiritum sanctum, *ib.* Non sunt beati,  
 nisi quia Deum vident, *ib.* Non vident  
 autem absque Spiritu, *ib.* Angelorum dux  
 Spiritus sanctus & chori præfectus, *ibid.*  
 Officia sua exercent in virtute Spiritus,  
*ib.* Seraphim non possent dicere, *San-  
 ctus, Sanctus, Sanctus*, nisi eos doce-  
 ret Spiritus, quoties pium sit hæc ver-  
 ba canere, *ib.* Quod cum Deo conjuncti  
 sunt & ad malitiam verti non possunt,  
 & in beatitudine perpetuo perseverant,  
 id illis a Spiritu accedit, 21. c. Inter  
 angelos nulla liberorum & fervorum di-  
 stinctio, 22. e. & seq. Nullus inter eos  
 imperat. Omnes servi sunt Dei, *ib.* Ex-  
 ceptis desertoribus, *ib.* Eorum creatio  
 cur prætermissa a Mose, 16. b. Contem-  
 platio quæ in ipsis est angelis, non est  
 extrin-

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

- extremum bonum desiderabile, 46. c. Crassa enim eorum scientia, si comparatur cum ea, quæ est facie ad faciem, *ibid.* Angelus ecclesiæ inspector, 199. c. Angelus custos, 278. d. Pacificus adjutor & viæ comes, 50. a. Angeli præfecti sunt hominibus, seu quidam Pædagogii, 13. a. Precantium in ecclesiâ verba describunt, 289. e. Conservorum adjutores, & fideles veritatis testes, 13. a. Jejunantium capita recensent, 290. Añturi sunt Christo judicanti, 13. a.
- ANIMA** ex diviniõibus accepta, 228. e. Hinc Deo subijci debet, cui gravissimis obstricta debitis, *ibid.* Ad Christi imaginem effingi debet, 137. a. Animæ cura longe præferenda corporis curæ, 322. Nos anima sumus & mens, nostra vero corpus & sensus, *ibid.* Ut in statere momenti, dum unum deprimitur, alterum attollitur, ita in corpore & anima, 323. b. Animæ cupiditates posterius accesserunt ob amorem carnis, 10. c. Animæ expurgationis principium quies, 39. a. Animæ oculus expurgandus, 132. c. Anima carnalis spiritus illustrationem recipere non potest, 171. e. Animæ vim frangunt acroamata mollia & facetorum hominum verba, 39. a. Quamdiu anima in Deo ambulat, nec damna nec morbi virum probum attingunt, 235. a.
- ANIMORUM** imagines sunt sermones, 48. d. Animus vitio turpitudinis lippus, 138. e. In animo nostro, tamquam in templo, consecranda Dei cogitatio, 130. d. Animi elati dum coluntur, arrogantiores fiunt, 200. b.
- ANIMALIS** ne minutissimi quidem naturam explicare possumus, 51. e. Animalium eadem averfantur Magusæi, 214. c. *Antei*, pagus solo Iride a Basilii monasterio separatus, 40. d.
- ANNONAM** militibus suppeditant curiales, 97. a.
- ANOMÆORUM** impietas nunc circumcrepit, 48. e. Anomæis primum femina impietatis præbuisse Dionysium existimat Basilii, *ib.* Anomæi perpetuo obijciunt ignorantiam diei & horæ, 196. b.
- ANTHIMUS**, 82. e. 100. c. Post pactam cum Basilio pacem, episcopum Armeniæ contra canones ordinat, 117. a. Basilii ei cito placatus, 120. a. Anthimo insinuare conatur hæresim Sabellii episcopus Neocæsariensis, *ibid.*
- ANTICHRISTUS**, 127. c. Antichristi ingressus incerta esse videbantur Basilio, quæ tunc fiebant, 221. c. *Antiochona* ecclesiâ non modo ab hæreticis scissa, sed etiam ab iis, qui idem inter se sentire se dicunt, discepsatur, 87. b. 214. c. Hanc ecclesiâ Athanasius per se sine ulius hominis adminiculo curare poterat, 87. b. Rogat eum Basilii, ut hoc opus aggrederetur, *ib.* vide *Meletius*. Basilii nullius ex iis, qui post Meletium venerunt, communionem amplexus est, *ib.* Non quod indignos iudicat, sed quia nihil habet unde huic condemnet, *ibid.* Antiochenæ ecclesiæ pacem videre cupit Basilii, 214. b. Inimicus ei succenset, quia illic Christiani cepit appellatio, *ib.* Nihil in orbe terrarum præferendum Antiochiæ, 87. b. Quæ si ad concordiam redeat, velut caput corroboratum universo corpori sanitatem suppeditabit, *ib.* Antiochia nonnulla gesta, 76. e. Gravis persecutio sub Valente, 128. a. Antiocheni in persecutione, velut tristis chorus communem lamentationem edunt, *ib.* Antiocheni, id est, Euzojus, 210. a.
- ANTIOCHUS**, 136. c. In litteris Eusebii, salutem manu sua mittit Basilio, 130. d. Cum patruo Eusebio exulante versatur, 142. d. Missus Samosata redit ad patrum, 200. a. Litteras desert Basilii, *ibid.*
- ANTIPATER** Cappadociæ præfes, 125. e. Absente cogitur Basilii eo capessente gubernacula, *ib.* Commendat ei Palladium propinquam suam, *ibid.* Crambe acetæ condita revocat appetentiam ciborum, 148. c. Gratulatur ei festivo Basilii, cui in eandem sententiam respondet, *ib.*
- ANTIPATER** Acalonita, 197. a. Anysius, 200. b. Anysius aliter, 249. a. Apis docet naturalem contemplationem, 48. c.
- AROLINARIUS** omnium scriptorum copiosissimus, 205. a. Ad eum laicum laicus scripsit Basilii, 123. 186. Cum eo non communicat Basilii, 123. 186. Numquam ei misit canonicas litteras, *ibid.* Numquam clericos misit, aut ab ipso missos ad precum communionem admittit, *ib.* Librum de Spiritu S. numquam ab eo petiit aut missum accepit, *ibid.* Illum numquam inimicum duxit, 205. a. In nonnullis eum reveretur, nonnulla in eo reprehendit, *ib.* Pauca legit ex ejus scriptis, *ib.* Communionem renuntiat Basilio Eustathius, eo quod scripsisset Apolinario, *ibid.* Apolinarius proclivis ad omnia dicenda, 121. b. Renovare dicitur Sabellii hæresim, 222. e. Impia illius de Trinitate dicta referuntur, 121. c. Illum antea accusari non audiverat Basilii, sed tamen facta esse non putat, *ib.* Hinc eum vituperare cogitur, ut a seipso notam hæresis repellat, *ib.* Dubitat an vera sint quæ ei tribuuntur, 185. d. 222. e. Videbatur defensorum veritatis socius futurus, 222. e. Videbatur ab initio esse ex Catholicis, *ib.* Scriptis orbem implevit, *ib.* Illius de Theologia disputationes non scripturæ testimoniis, sed humanis argumentis nituntur, *ib.* De Resurrectione sentiebat Judaice, nosque aiebat ad legis observationem reversuros, *ib.* Ea tradit de Incarnatione, quæ fratres valde perturbavit, 220. 221. Et in agendo & in disserendo calidus & audax, *ib.* Immisit in ecclesiâ Catholicorum qui eas scinderent, & proprios conventus sibi vendicarent, *ib.* Episcopos habebat sine populo & clero obambulantem & nomen nudum circumferentes, 222. e.
- APOSTASIÆ** initia videbantur Basilio, quæ fiebant sub Arianis, 127. b. 141. b.
- APOSTOLI** sermone Christi expurgati, 45. e. Ad summum contemplationis, quantum hominibus fas est, pervenerant, cum quæsierunt diem & horam, *ibid.*
- APOCTAISTÆ**, 162.
- Aqua manans e petra figura vivificæ potentiz verbi, 13. c.
- Aquila in educanda prole iniquissima, 324. b.
- ARCADIUS** comes Rei Privatæ, 51. b. Arcadius episcopus Basilio spem ex illius episcopatu conceptam significat, 77. b. Domum ædificat ad gloriam nominis Christi, *ib.* Reliquias martyrum petit a Basilio, *ib.*
- Archilochi Yulpecula, 261. a.
- Per arenam Deus mare constrinxit, 164. d.
- Argumentatione potior est uniuscujusque prænotio in rebus valde conspicuis, 138. a.
- ARIANES** filium sequutus Theseus, 247. a.
- ARIANUM** schisma olim separatim adversus Ecclesiam pugnavit, 34. b. Postea bellum in varias partes dissectum partim ob communem simultatem, partim ob privatas suspiciones, *ib.* Ariana hæresis dudum abscissa a corpore Ecclesiæ, manet in suo errore, nec multum nocet, 220. b. Ariani dum ingenium & genitum inducunt, manifeste sunt Philistæi, 43. e. Apud Arianos multitudo deorum, 204. e. Deus magnus & parvus, *ib.* Filius non naturæ nomen sed dignitatis, *ib.* Spiritus non particeps divinæ naturæ, sed temere & fortuito adjunctus Patri & Filio, *ib.* Ariani fidem Nicænam rejiciunt, ob consubstantialia, 176. e. Dicunt Filium secundum hypostasim dici consubstantialia, *ib.* Tres deos nobis exprobrant, 44. b. Ex Christi Incarnatione & morte aniam arripiunt illius divinitatis negandæ, 45. b. Velut si quis medicum accuset, quod particeps febris fiat, ut sanet ægrotos, *ib.* Ariani ingrati creaturæ, inali progenies, *ib.* Mutabilem essentiam Spiritus sancti dicere non audent, 47. d. Græves lupi gregem Domini ubique terrarum divellentes, 58. e. Ab Ario facta hæresis femina, quæ deinceps firmata a pluribus, sub Valente exitiosos fructus protulerunt, 101. a. In tempestate ab Arianis excitata soli vel cum paucis Neocæsarienses tranquilli, 58. d. Non eos attigit ventorum hæreticorum æstus, *ib.* Insidiati sunt ecclesiæ Cæsariensi, 76. c. Iterum metuuntur illorum insidiæ mortuo Eusebio episcopo, *ib.* Minantur concursum hæreticorum ex Armenia Tetrapoli & Cilicia, *ib.* In multis ecclesiis pietatem eradigarunt, & unitatem sciderunt, 76. d. Ariana hæresis fere a finibus Illyrici usque ad Thebaidem depascitur, 101. a. Ariani sub Valente dominantibus, præmium erat impietatis episcopatus, *ib.* Qui gravius blasphemabat, dignior habebatur qui præferebat, *ib.* Ariani non desinunt Catholicis argumenta scribendi suppeditare, 125. a. Veritatem imitari studebant, 101. c. Omnia ecclesiastica munia sibi arrogant,
204. b. Ariani sibi arrogant baptismata, deductiones proficiscentium, *ibid.* Visitationes ægrorum, consolationes mœrentium, mysteriorum communionem, *ibid.* Ariatorum formulis subscribere idem est ac imaginem adorare, 203. c. Ariani nonnulli cum orthodoxis conjuncti, ita ut nullum sit amicorum & inimicorum discrimen, 89. a. Cum nocturna pugna comparatur status ecclesiæ, *ibid.* *Ariarathia*, 241. b. Hujus loci incolæ admodum gravati & pauperes, *ibid.* Ariam nense concilium. Ibi per vim gesta Romæ dissoluta sunt, 88. b. Hujus rei Acta postulat Basilii ex Occidente mitti, *ibid.*
- ARINTHÆUS** corporis robori parem habens animi virtutem, 225. f. Illius humanitas & generosa indoles, 146. d. Unum naturæ humanæ exemplar, *ibid.* Nec statuarii & pictores formæ dignitatem, nec historici res gestas assequi possunt, *ib.* Obiit non senio fractus, *ibid.* Omnem maculam baptismi expurgavit in ipso exitu, *ib.* Conciliatrix illi & adjutrix hujus rei uxor, *ibid.* Hanc consolatur Basilii, *ib.* Et rogat ut matri senio conteste parcat & teneræ filiz, *ib.*
- ARISTOTELES** sensit sibi deesse platonicos lepores, 124. e. Armenia episcopo Cæsariensi subjecta, 106. e. Satalenses a Basilio episcopum petunt, 107. a. Armeniæ episcopi ordinantur a Cæsariensi episcopo, 116. 117. Bastegei presbyteri curam ecclesiasticam a Basilio expolunt, 126. c. Armenia episcopis destituta pluribus in locis, 106. e. Multa in hac regione indifferenter precabantur, *ibid.* Opus erat viris lingue peritis, quique reliquos usus gentis proprios scirent, *ibid.* Armenia seditionibus referta, 126. c. Armeniæ montes hieme impervii, 135. d. Armeniæ pars vicina Neocæsariensibus cum Basilio communicat, 168. a. Armenia Tetrapolis, 88. b. Arti unicuique proprius labor adjunctus, 52. b. Artes aliæ ad vitam necessariæ, aliæ ad honestius vitæ institutum excogitæ, 102. f. Artes nec vitia per se sunt nec virtutes, sed pro utentium proposito, 193. c. Artium studia hujus ævi finibus continentur, 229. a.
- ASCETICÆ** vitæ præcepta, 69. a. Ad asceticæ vitæ apicem non statim assurgendum, sed satius est paulatim proficere, *ibid.* Ascetæ commendatur lectio Scripturæ, maxime novi Testamenti, *ib.* Consanguineis suis mortuus est, quare non debet cum illis versari, *ibid.* Nec propter eorum usum a loco suo recedere, *ib.* Ascetæ aurum maxime fugiendum, *ibid.* Si quis afferat pecuniam distribuendam pauperibus, suadere asceta debet ut ipse distribuatur, *ibid.* Ne illum coinquinet accepta pecunia, *ibid.* Nihil a quocumque accipere debet ultra quotidianam vitæ asceticæ usum, *ibid.* Ascetis incipientibus opus est magistro, 132. b. Indigent fræno & stimulis, *ib.* Satius est hominis prudentis consilio regi, quam in desertis locis vagari, 133. b. Speluncis & saxis præferendum hoc subsidium, *ib.* Ascetæ non per se ipsi bona sua distribuunt, sed per eum qui res pauperum dispensat, *ib.* Ascetica vita & mundi negotia conciliari non possunt, 234. a. Pleina est natura ejusmodi exemplis, *ibid.* Nec mens nec sensus duo simul percipere possunt, *ib.* Asceticæ vitæ & virginitalis cum civilibus dignitatibus conjunctio, 114. 115. Ascetica vita omnibus suspecta ob lapsum nonnullorum, 116. a. Risum movet ascetarum peccatum his qui piam vitam execrantur, *ibid.*
- S. ASCHOLIUS** Thessalonicensis prior scribit Basilio, 134. d. Magnam studium significat beatissimi Athanasii, *ibid.* Scribit Basilio epistolam amore refertam, 140. e. Mittit corpus martyris, cujus ipse hortator fuerat, *ibid.* 141. e. Cappadociam laudat ob beatum Eutychem, a quo fides in has regiones perlata, *ibid.* Martyrum certamen egregie describit, *ibid.*
- ASCLEPIUS** ex plagis mortuus, eo quod cum Doec communicare nollet, 208. e. In Asiatico tractu mirum si qui ab errore alieni, 180. c. Asiatici nonnulli probaverunt baptismata Novatianorum, 149. d. Assentatio pestis amicitiz, ut rubigo tritici, 227. b. Assentationes solent magnis potentatibus, adherere, *ibid.*
- ASTYDAMAS**, 67. a.
- ASTERIUS**, 82. d.
- ATARBIUS** Basilio iram per silentium declarat, 86. b. Idem tamen uterque sen-

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

- tit, *ibid.* Media in ecclesia Basilium dilacerat, 119. d. Sabellii hæresi affinia loquitur, *ibid.* & 120. Ecclesiarum gravis dolor ob illius dicta, *ibid.* Nicopoli aufugit ubi audit Basilium advenire, *ibid.* Scribit ei Basilium, ut modico itinere confecto, ad se veniat, *ibid.*
- S. ATHANASIUS.** Nemo magis dolebat ex confusione ecclesiarum, 86. c. Viderat enim præscam tranquillitatem, & præterita comparabat cum præsentibus, *ibid.* Nemo ad videndum quid deceat, acutior, & ad perficiendum accuratior, nemo toti Occidenti venerabilior, *ibid.* d. Tanta illi aliarum ecclesiarum cura, quanta Alexandriæ, 88. b. Nullum tempus intermittebat differendi, admonendi, ac subinde mittendi ad alias ecclesias, *ibid.* Athanasii tuta & secunda consilia, tum ob experientiam, tum quia præ ceteris a Spiritu consilium habet, *ibid.* Medicus morborum Ecclesie a Domino reservatus, 94. c. Videt ex mentis contemplatione quæ ubique gerantur. *ibid.* Fraternalitatis ubique diffusam curam gerebat, 123. e. A puero pro pietate certavit, 95. d. Ab eo innumeri labores pro ecclesiis exantlati, 86. e. Beatissimi Athanasii studiosum esse, argumentum est sanæ in maximis rebus sententiam, 124. d. Athanasium Basilium diligebat, 123. e. Athanasii litteræ ad Basilium de recipiendis ab Ariana hæresi redeuntibus, modo fidem Nicenam recipiant, 168. e. Illius litteras conservat Basilium & omnibus expolcentibus ostendit, *ibid.* Dolet ab eo prætermittam scribendi occasionem, 94. c. Patrem ærumnis consolationem accepisse sibi videretur, si ad historiam vitæ suæ congressum cum Athanasio adijceret, *ibid.* e. S. Athanasius excommunicat Libyæ ducem, ac litteras ea de re mittit Basilio, 84. b. Ad Athanasium confugit Basilium, ut Orientis ac in primis Antiochiæ mala sanentur, 86. & *seqq.* Athanasius acceptas ab Occidente litteras mittit ad Basilium, 99. b. Athanasium inter & Meletium, res gestæ sub Joviano, 176. b. Athanasius Meletii communionem appetiit, 214. d. Dimissus a S. Meletio sine communionem, 99. a. Quare a S. Basilio rogatus, ut prior scriberet Meletio, id facere noluit, *ibid.* S. Athanasii ad Paulinum litteræ, 176. b.
- ATHANASIUS** pater Athanasii episcopi, Ancyranus, 57. e. Vir doctus, quique gubernacula urbium & gentium tenuerat, 56. b. Questus est quod Timotheus chorepiscopus de fe apud Basilium detraxisset, *ibid.* Hortatur eum Basilium ut calumnias vitet, dilectionem erga liberos intendens, *ibid.* Sed negat sibi quidquam a Timotheo dictum, *ibid.*
- ATHANASIUS** Ancyranus episcopus, 55. e. *ibid.* Magna certamina pro fide sustinuerat, 57. a. Illum Basilium fidei inter paucos firmamentum esse ducebat, 56. e. & columnam ecclesie, 59. d. Ancyranam ecclesiam in unam confessionem & communionem compegerat, *ib.* Multa opera ecclesiis Dei exantlaverat, *ib.* Huic Basilium ecclesiarum curam deferebat, *ibid.* Illius os justa libertate & gratia verbis scatebat, *ibid.* Illum sæpe reprehendit Basilium quod totus dissolvi & cum Christo esse cuperet, nec in carne propter suos manere præferret, *ib.* Longa experientia Basilium noverat, 56. c. Is tamen iratus erat Basilio, succensebat, minabatur, *ibid.* Noxas ab eo scribi & componi dicebat, 56. e. Illius morte afflictam Ancyram consolatur Basilium, 59. c.
- Athens*, 252. e. Athenis olim notis inusti infamie, aut manibus non pari ad forum accedere non audebant, 99. a.
- ATHENOGENES** festinans ad consummationem per ignem, discipulis hymnum reliquit, in quo Deum glorificabat cum sancto Spiritu, 32. e.
- ATHLETIS** longe gravius est, non admitti in stadium, quam plagas accipere, 33. a.
- Athos* velificatus, 249. b.
- Attagna*, 229. d.
- ATTIGUS** rogator, 244. b.
- AVARITIA** idololatriæ nomine damnatur, 55. b. Copia ultra necessitatem perducta imaginem exhibet avaritæ, *ib.* Avaritia radix omnium malorum, & idololatria vocatur, 80. b. Avarus omnia in aurum verti cupit, 275. b. Satiari numquam potest, 274. 275. Pauperem merito se esse dicit, 274. Avari stultitia horrea majora cogitantis exstruere, 276. d. Avarus cum Seleucide ave & piscibus comparatur, 276. d. Frustra liberos causatur *ib.* Avari in alienis rapiendis quam noxia cupiditas, 276. 277. Sollicitudine distinguitur ac metu, 277. b. Varii illius prætextus ut rapiat aliena, *ibid.* Illius in Christi judicio calamitas, *ib.* Avari divites duritia in pauperes, 274. e. Avarus causa est malorum in quæ pauperem desperatio conjicit, 275. a.
- Auditio**, 150. b. 161. a. 178. & *seqq.*
- VES** quibus adunci ungues, pullos e nido ejiciunt, 324. b. Aves & pisces eandem habent originem, 152. a.
- AULICA** simulatio, 66. e.
- AURIS** utriusque tinnitus, ubi aliquid grave & molestum auditur, 71. c. 122. e. 127. b.
- AURUM** campano numero ponderatum, 67. b. Aurum animæ insidiator, & peccati pater, & diaboli minister, 69. c. Aurum comparativum, 98. b. Tempus ei solvendo præstitutum prorogari petit Basilium, vel reliqui solutionem aliquandiu differri, *ibid.*
- B**
- BALAAM** sugur per manum vaticinabatur, 154. e. Adduci non potuit, ut vocem emitteret præter Dei voluntatem, 174. a.
- BAPTISMUS** initium vitæ, & dierum omnium primus est dies regenerationis, 11. d. Prima est institutio, qua liberati a simulacris accedimus ad Deum, *ibid.* Baptismus, vivificans gratia, 12. a. Potestas renovationis, causam habens ineffabilem & in mysterio reconditam, *ibid.* Per traditionem, quam accipimus in baptismo, sumus Dei filii, qui prius hostes eramus, 11. d. Ex mortali vita ad immortalam naturam nostram per vivificam potentiam transfertur, 153. e. Christi incarnatio, vita, mors & sepultura eo spectant, ut per imitationem Christi adoptionem filiorum recipiamus, 15. a. In baptismo accipimus immortalem indumentum, 234. Removemur ab omni peccato & proximi Deo sumus, *ib.* Magna esse debet thesauri & regii depositi custodia, *ib.* Sigillum integrum custodiendum, *ib.* Baptizatus sanctimoniam in omnibus membris retineat, utpote Christum indutus, *ib.* Membra digna sint tam sancta veste, *ib.* Salvi sumus per gratiam quam confertur in baptismo, 11. b. Accendimus ab aquis ex mortuis vivi, 14. a. Baptisma & fides duo modi paradæ salutis inseparabiles, 12. b. Vide *Fides*. In baptismo aqua conjuncta Spiritui, quia duo scopi propositi sunt, ut aboleatur corpus peccati & vivatur Spiritu, 15. a. Aqua mortis exhibet imaginem, corpus velut in sepulchro recipiens: Spiritus vim vivificam immitit, *ib.* Necessè est Christum imitari non solum in exemplis virtutis, sed etiam ipsius mortis, *ibid.* In autem consequimur, consecuti cum illo per baptismum, *ib.* Modus sepulture in quo positus, *ib.* Baptisma unum est, quia una est mors pro mundo & resurrectio, quarum figura est baptisma, *ibid.* Discrimen inter gratiam Spiritus & baptismum, in aqua, *ibid.* In baptismo in Moysem & mare nulla peccatorum remissio, & renovatio, 14. c. Nullum spirituale donum per Moysem, *ib.* Non inducunt hominem novum, non exuebant veterem, *ib.* Baptismi figura Israelitarum exitus ex Ægypto, 13. d. Servata istorum primogenita, ut baptizatorum corpora, *ib.* Sanguis pecudis figura sanguinis Christi, *ib.* Primogenita typus veteris hominis in nobis remanentis, ut ostendatur nos in Adam non jam mori, *ib.* Mare per figuram baptismum separans a Pharaone ut lavacrum a diabolo, *ib.* Si qua gratia in aqua non ex ipsius natura, sed ex præsentia Spiritus, 15. a. Baptisma & fides in Moysem & in nubem, velut in umbram & figuram, 13. b. At baptismum & fides in Spiritum sanctum aque ac in Patrem & Filium, *ib.* Baptismi Mosis & nostri tanta differentia, quanta somni & veritate, 14. d. Joannes baptizavit in aqua, 15. e.
- Baptismus inutilis, in quo aliqua ex tribus personis ommitteretur, 12. b. Baptismi traditioni aliquid addere aut detrahere, plane est ab æterna vita excidere, *ibid.* Inviolabilis semper manere debet traditio, quæ in baptismo data est, *ib.* In baptismo Spiritum a Patre & Filio separare, periculosum est baptizanti, & baptizato inutile, *ib.* Æquale damnum est sine baptismo decedere e vita & baptismum accipere, cui unum aliquod desit eorum quæ tradita sunt, 11. b. In baptisii commemoratione Apostolus sæpe omittit nomen Patris & Spiritus sancti, 12. d. Non idcirco indifferens nominum invocatio, *ib.* Christi enim appellatio, totius est professio, *ib.* Baptismus traditioni Domini consentaneus, & baptismo fides, & fidei glorificatio, 29. c. 119. a. 145. c. 210. b. Luctuosa res acceptam salutem in baptismo per Patrem & Filium & Spiritum sanctum respicere, & quæ tunc credidimus negare, 11. b. Professio, quam in baptismo deposuimus, semper servanda, ut tutissimum præsidium, *ibid.* Quisquis hanc non servat omni tempore, alienus est a Dei promissis, *ib.* Repugnat proprio chirographo, *ib.* Vox illa omnium pretiosissima, quæ in adoptionis gratia prolata est, *ibid.* Baptismi pacta violare quantum scelus, *ib.* Baptismatis mysterium tribus demersionibus ac totidem invocationibus perficitur, 15. a. Trina immersio & emersio figuram trium dierum adimplet, 197. d. Benedictur aqua baptismatis & unctio olei, & is qui baptizatur, 28. d. Renuntiatur diabolo & angelis ejus, 11. e. & *seq.* 28. e. Nonnulli in proprio baptizati sanguine, non opus habere ad salutem symbolis quæ sunt in aqua, 16. a. Non tamen hæc detrahunt de necessitate baptismi, *ibid.* Baptismus ignis, probatio quæ fiet in judicio, *ibid.* Semel baptizatis adest quodammodo Spiritus sanctus expectans eorum conversionem, 18. b. Vituperantur qui baptismum differunt, 283. 286.
- Baptisma illud antiqui suscipiendum putare quod nihil a fide rececit, 149. c. Hinc distinguunt, hæreses, schismata, paralytologas, *ibid.* Hæreticorum quidem baptisma rejiciunt, schismaticorum vero admittunt, *ibid.* Pepereni cum sint hæretici, eorum baptisma rejiciendum, *ibid.* Cathari sunt schismatici, *ibid.* Variæ de eorum baptismo existunt sententia, *ibid.* 162. e. Firmilianus & Cyprianus rejecere, 149. b. Sed tamen quia nonnullis Asiaticis probatum fuit, probat illud Basilium, *ibid.* Amphilocho assentitur, qui consuetudinem locorum sequendam putat, *ibid.* Eneaticas rebaptizandos censet Basilium, *ibid.* Nisi hoc generali œconomie sit impedimento, *ib.* Izoinum & Saturninum ex hac secta suscepit in cathedram episcopalem, 150. b. Eos tamen rebaptizandos putat, quamvis baptizent in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, 162. e. 163. a. Sunt enim germen Marcionistarum, *ibid.* Si rebaptizatio vetita in Pifidia, ut apud Romanos, suam tamen consuetudinem retinere vult Basilium, *ibid.* Idem de Saccophoris & Apotaclitis, 162. e.
- BARACHUS** episcopus, 100. c.
- BARACHUS** a S. Eusebio missus, 140. a.
- BARATHRUM** orbis terrarum, 51. a. Barathrum naturale, 92. c.
- S. Barfes** episcopus Edessæ, 221. b. Illius videndi cupidus Basilium, *ib.* & 224. Mittit ei quædam munuscula, ac rogat ut sibi exemplo Isaac benedicat, 224. d.
- BARSUMAS**, 100. c.
- BASILIDES** Paphlago hæreticorum communicator, 188. d. 210. e.
- S. BASILIUS** ab infantia usque ad senectutem infirma valetudine, 61. e. 164. c. Basilium morbos renovat dolor ex malis Ecclesie, 129. a. & 265. Natura proclivis ad oblivionem, 81. d. Negotiorum multitudo innata infirmitatem adauget, *ibid.* Non tanti se facit, ut non per se ipse, sed per alium adeat insignes viros, 112. a. Peccatis attribuit suis quæ eveniunt, 282. e. Accepta opprobria vitæ suæ fatetur convenire, 106. b. Peccatis suis attribuit infelicem consiliorum exitum, 106. a. 117. e. Et Eustathii calumnias, 121. c. Fatetur se innumeris delictis obnoxium esse, 164. e. Postulat ut incuratus non relinquatur, sed suum sibi delictum indicetur, 165. c. Paratus judicandum se exhibere, 164. e. 165. c. Ob peccata lacrymas fundere non cessat, 167. b. Mores suos longa cum improbis consuetudine perverfos fuisse ait, 183. c. Videtur sibi gratia Dei non duci, sed in peccatis vivere, 213. d. Vilis sibi videtur ac nullius pretii, 104. d. 213. c. Oblivione dignus ob vilem & abjectam vitam, 243. a. Publico non gaudet, 171. e. Latere omnium maxime studuit, 174. e. Latitare in vita inter primaria bonæ existimat, 49. b. Videtur sibi multo inferior, quam quis suspicari possit, 43. d. Negat se sermone & opere a donis Spiritus idoneum esse, ut sibi invicem adversantes scelerat, 135. c. Vindictam eorum

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

tum quæ passus est Deo committit, 119. d. Parum movetur his quæ contra se fiunt, plurimum vero iis quæ contra Deum & Ecclesiam, *ib.* Perfuasum habet se aliis indigere, nihilque in solitudine conficere posse, 104. d. Miratur, cur a suis tantopere diligatur, cum adeo tenuis sit, 41. d. Basilium parvus & humilis, sed idem semper, nec umquam mutatus, 210. d. Admoneri paratus ab episcopis Cappadociæ, 83. c. Scripturam suorum robore non multum confidit, 53. b. Videtur sibi doctrinam imbecillitate sua magis laedere quam patrocinio promovere, 43. c. Amicos rogat, ut si quid in scriptis suis infirmius sit, redarguere ne pigrentur, 53. b. Consentit ut scripta sua emendentur, si quis dicat meliora, 46. c. Molestæ fert Urbicium monachum timide ad se scribere, 219. b. Novit semetipsum, *ib.* Ac probe scit nihil impedire quominus se major sit Urbicium, si magis timeat Deum, *ibid.* Basilii amica & contubernalis paupertas, 41. a. 148. c. Aurum non possidet, 68. a. Paupertatem laudare non desinit, 41. a. Pauperum numero se adjungit, 273. a. Prælia non possidet, sed pauper est Dei dono, 62. a. Hospites excipit, ut paupertas sinebat, 41. b. Asperum illius vivendi genus, 68. a. Basilium presbyter a tributis immunis, 62. e. Basilio optima adiutrix ad contemplationem requies, 49. e. Præ infirmitate plantarum in morem eodem in loco detinetur, *ib.* In fecibus primordiis dolet quod seipsum nondum reliquerit, 38. c. Officii sui esse ducit, monachorum curam gerere, 231. b. In profectu monachorum unice acquiescit, 138. a. Separat se habiturum fiduciam ob eorum salutem, *ib.* Basilii dolor, ubi audit Firminum, qui vitam asceticam prostebatur, arma ac militiam sequi, 114. 115. Vitam cœnobiticam præfert anachoreticæ, 235. e. 267. a. Perfici & crescere cupit virtutem, quam in teneris discipulorum animis iniecit, 235. c. Multa novit & aduentibus potest impertire, 133. b.

**Sanctus Basilium veram caritatem in Cappadocia desiderat, 100. a. 126. c. Pro pace vitam libenter profundat, *ib.* Pacem veram requirit, quam Dominus reliquit, 120. c. Caritatem & communionem libenter fovet cum remotis episcopis, 99. 100. 134. 140. 144. 157. 213. In tristitia degit quod Ponti episcoporum sibi caritas desit, 164. c. Servum se Christi esse non posse putat, nisi pacem cum omnibus, quantum in se est habeat, *ib.* Paulinum ejusque amicos, ut fratres & domesticos fidei agnoscit, 176. a. De Paulino nonnulla audit, 214. d. Sed fidem non adhibuit, quia non stabat accusatus coram accusatore, *ib.* Neminem accusat, caritatem cum omnibus habere cupit, 176. e. Sed Meletium numquam deserere possit, *ib.* Pacis conciliator esse semper optavit, 214. e. Re infecta morietur, sed nemini succenset, *ibid.* Scit enim pacis bonum jamdudum esse sublatum, *ibid.* Nemini concedit qui pacem magis diligat, 135. c. Totus in eo est, ut pacem conciliet, nec sua culpa noxii quidquam populo Dei eveniat, 119. d. Nulla a Basilio major minorve diffidit causa, 205. a. In Basilio nulla habitat invidia, 46. e. Privatas habet cum nemine contentiones, 136. a. Nec in quemquam accusationibus præoccupatus est, *ib.* Molestæ illi fratrum disjunctio, 207. e. Sed in his herendis exercitatus est ab Eustathio, *ibid.* Sollicitus de pace ecclesiarum, 224. e. Basilium multi in patria amici & cognati, 62. d. Multi importune litteras commendatitias efflagitant, *ib.* In parentis loco constitutus sibi videtur ob presbyteri dignitatem, *ib.* Optat ut sibi liceat apud suos gloriam ob impetratam reis veniam, 112. d. Paratum est perfugium eorum qui persequutionem patiuntur, 212. b. Interponit se ut negotia inter cives componantur, 229. d. Negotiorum inexpertus est, 61. a. Basilium pudet eos, qui ad se confugiunt, juvare non posse, 90. e. Civitatem agerem hortatus est ad reliquum auri comparatitii ex symbola solvendum, 98. b. Basilium detinent occupationes, quominus sæpe amicis scribat, 53. b. Libenter cedit, ac in amicitia vinci idem valere existimat ac vincere, 86. a. Amicum existimat sapientem virum, etiam si numquam viderit, 85. c. Basilio amatoriam evenerat quædam affectio in animas amicorum, 117. d. Cum multis insignibus viris cum coniungit ac-**

cepta ex auditu cognitio, 96. a. Nullo eorum, qui amicitia laude spectati sunt ignobilior, 227. c. Numquam in amicitia peccasse deprehensus, *ib.* Præterea mandatum habet caritatis a Deo, *ibid.* Sua vocat, quæ amicorum sunt, 91. b. 242. b. Amicitiam cum aliis virtutibus didicit, 96. b. Velut in trutina, jucundis molestæ opponens, melioribus inclinatur, 207. e. Multos dilexit a prima ætate usque ad senium, 227. c. Facilis ad credendum, iterum deceptus diffidit, 82. d. Obrectationes sine examine non admittit, 56. a. Imitatur Alexandrum, qui calumniam patienter alteram aurem reservabat, *ib.* Propria experientia cognovit quanta sit ad calumniam proclivitas, 185. e. Maxima crimina esse ducit oblivionem amicorum & contentum ex potestate ortum, 81. e. Ingenue iudicat de scriptis amicorum, 124. e. Vitam miseram & fugiendam putat ab amicorum consuetudine separatam, 117. e. Precibus remunerat eos a quibus beneficia accipit, 62. a. Basilium pudet non puræ amicitia, sed utilitatis causa scribere videri, 96. d. Culpam semel dimissam non vult commemorare, 107. b. 120. a. Acceptas ab amicis injurias in tempore rejicit, 56. c. Nihil eum rerum humanarum percellit, *ibid.* Nihil ei novum, 223. d. Nullius ei hominis immutatio inexpectata, 56. c. Contumelias silentio premit, 114. a. Precatur calumnias Eustathii discipulis a Domino non imputari, 115. e. Non quæ ab hæreticis, sed quæ ab unanimis accidunt, mororem asserunt, 223. d. Ne hæc ipsa quidem inexpectata eo quod sæpe accidant, *ibid.* Cura illum non enarrabilis ecclesiarum detinet, 224. d. In afflictionibus operæ celerem præstat Dominus, 175. b. Ejus dolor ob exilia episcoporum, 158. a.

**S. Basilium a teneris Gregorii doctrina imbutus ab avia Macrina, 168. a. Dum peregrinatur, ubique fidei defensores requirit, *ib.* Numquam ullus sermo fidei contrarius in ejus cor intravit, *ib.* Si quos Arii discipulos in communionem suscepit, pie loquentes suscepit, *ib.* Basilii fides numquam mutata, 184. a. Accepta a teneris principia creverunt, ut semen; numquam mutata, *ib.* Acceptam a decessoribus suis traditionem, ut paternam hæreditatem servabat, 31. e. Simile fecundum essentiam probat, si addatur *citra ullam differentiam*, 49. b. Secus vero non probat, *ibidem*. Confubstantiale profitetur ut minus fraudi obnoxium, *ibid.* Arianos pariter & Anomæos anathematizat, 189. c. Ingegnit quod contra duos pugnare cogatur, 172. e. Hinc Anomæus, illinc Sabellius, *ibid.* Basilii fidei nullum probum inuri potest, 170. b. Plures in unaquaque ecclesia veritatis testes, *ib.* Frustra in eum somnia finguntur, *ib.* Scire cupit quinam in quaque ecclesia sani sint, ut sciat quibus scribendum sit & in quibus acquiescendum, 219. c. Ab Euippii communionem discessit, 120. e. Suam Eustathio communionem non vult dare, nisi si aperte communionem cum hæreticis ejuret, 121. a. Fermenii heterodoxorum particeps esse non vult, 209. c. Numquam cum Eusebio & Meletio communicasset, si illos in fide claudicantes vidisset, 224. b. Precatur, ut inter septem mille viros numeretur, qui genua ante Baal non incurvaverunt, 136. b. Vitam & incolumitatem negat anteponendam veritati, 23. c. Basilio nihil antiquius veritate ac propria securitate, 208. a. Terram optat sibi debiscere, mendacii & fraudis probris aspersus, 82. d. Non facile quemquam mentiri suspicatur, 81. e. Millies mori mallet, quam iudicem corrumpere, 126. a. Non potest cum simulatione ad aram Dei accedere, 120. d. Tacere non potest in perniciæ animarum, 171. b. 172. b. Accusatur quod noxas conficit, 56. e. Quod Spiritum Patri præferat, 210. d. De Spiritu illius doctrina accusatur ab Eustathio, 189. e. Basilii scripta pro Filii & Spiritus sancti divinitate, 51. a. Metuit ne quis hæreticis scripta sua sub Basilii nomine ediderit, *ibid.* Optat ut hæretici mansuescant: sed si efferati prorsus sunt, non ei molestum est pro fide affligi, 33. e. Statuit extra ecclesiastica esse tela, ut imparatus adversus ea quæ struuntur ab adversariis, 125. e. Basilium veluti scopolus in mari prominens hæreticos fluctus excipit, 164. c. Anomæi bellum inferunt, 174. e. Insidiantur Pneumatomachi, *ibid.* Illius anima queritur, 136.**

Sed non idcirco de studio ecclesie debite remittit, *ibid.* Basilium adoriuntur Pneumatomachi quod gloriam dicat Patri & Filio cum spiritu sancto, 2. a. In eum conglomeratione insurgunt, 39. e. Cum eo inimici ut lupus cum agno contendunt, 153. b. Tres deos affingunt, *ib.* Mox Sabellianismi nomine accusant, *ib.* Basilium filere voluerat, 34. e. Sed eum retraxit caritas, ac excitavit Amphilochoi igneus caritatis fervor, 35. a. b. Sperat opus suum non proditurum in vulgus, *ib.* In Basilium furis incensum Pneumatomachi, 11. d. Sed latere non patitur Basilium, fidem ab illis impuguari, dum sibi bellum inferunt, *ib.* Statuit de veritate defensione nihil remittere, *ib.* Non deterret hostium nubes, 35. d. Fixa spe in præsidio Spiritus, veritatem cum omni fiducia annuntiavit, *ib.* Pneumatomachorum contumelias indignæ non fert, 5. d. Nisi doleat ob eorum exitium, gratias illis haberet ob conciliatam sibi beatitudinem, *ib.* A Pneumatomachi novator appellatur, ac omnibus convictis appetitur, *ib.* 33. b. Basilio hæc molesta sunt; sed etiam si ignis ardeat & enses acuantur; non idcirco deseret Traditionem, 33. e. Quamdiu respirabit, statuit nihil omittere ad ædificationem ecclesiarum, 165. d. Basilium Ariani ad synodum vocare statuerunt, eumque aut communicatorem habere, aut ejicere, 199. b. Viribus suis altius esse existimabat fidei Nicænz aliquid addere ad comprimendos Apollinaristas, 214. a. Basilium non pudet in minimis rebus theologice operam infumere, 2. d. e. Præclarum existimat, vel minimam earum dignitatis partem assequi, *ibid.* In minimis verbis certamen videt maximum & spe præmii non detrectat laborem, *ib.* Basilii summus dolor, ubi audit præter mala ab Arianis orta, aliam prodire de Incarnatione novitatem, 218. a. Docuit rerum infelix status nihil ægre ferre, 90. b.

**Sanctus Basilium non contentionis aut glorie studio scribit, sed ad fratrum utilitatem, 46. c. Videretur sibi periculum conditionis incurere, si non de Deo consulentibus responderet, 43. c. De rebus divinis interrogatus gaudet & gratulatur interroganti, 137. a. Oratione suavi ducitur, ut apes tinnitibus, 243. a. Basilium non est otium legendi scripta receptiora, 205. b. Ne in Scriptura quidem satis laboris impendere potest ob corporis infirmitatem, *ib.* Basilium contractæ sordes ex vulgari sermonis usu deterrent, quominus sophisticas alloquatur, 53. b. Negat se dicendi facultate prædium esse, 213. d. Nam vana quidem reliquit, sed nondum idoneum habet usum veritatis dogmatum, *ib.* Non tutum existimat res magni momenti litteris committere, 93. e. Multa in litteris scribere non audeat, quæ bajulo relinquit narranda, 82. c. Videtur sibi ad omnia segniter se habere, 124. c. Tantum abest ut scribere possit, quantum fere ut valeat, vel ferietur, 125. a. Basilii dolor quod quidam episcopi sibi subditi ordinare pretio dicantur, 80. a. Minatur illis depositionem nisi desinant, *ibid.* Basilii summa religio in electione chorepiscoporum, 233. Antiquam in recipiendis pagorum ministris disciplinam renovat, 80. e. De interrogatis Amphilochoi numquam sollicite cogitaverat, 149. a. Rem diligenter attendit, & si quid a senioribus didicisset, recordatus est, *ib.* Per septem jejuniis hebdomadas nocte & die sine intermissione Evangelium nuntiat, 262. c. Virginem famosis libellis læsam hortatur, ut se non ulciscatur, 232. c. Lites auctori injuriæ inferentem non vituperat, 233. a. Reum iudicibus eripere non vult, *ib.* Statutum habet nocentes magistratibus non tradere, nec traditos eripere, *ibid.* Servos qui ad se confugerant, e supplicio eripere conatur, 91. 92. Jura sacerdotum defendit adversus magistratus, 231. 232. Petit ut decenti modo advocetur ab episcopis, 83. b. Non agnoscat episcopum ab hæreticis ad eversionem fidei ordinatum, 201. b. Declarat se non recepturam pace restituta eos quos ille ordinaverit, *ib.* Glycerium diaconum, qui cum virginibus fugerat, spe veniri revocare conatur, 143. 144. Vide Indicem capitum Vitæ sancti Basilii, quem hic repetere supervacaneum,**

Basilium Eustathii discipulus, 115. e.  
 BASSUS, 100. c.  
 BATHME, 123. c.  
 Beatitudo in Dei visione posita. Visio non est

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

est absque Spiritu, 17. d. Cælum suscipit eos qui in Christo infantes moriuntur, 42. b. Qui moribus sunt doli expertibus, eandem ac qui in Christo infantes sunt, requiem consequuntur, *ibid.* Beatitudo extrema est etiam Christus secundum Verbi considerationem, 46. c. Tunc enim mens nostra erigitur ad beatam sublimitatem, cum Verbi unitatem & monadem contempletur, *ibid.* Sed secundum Incarnationem Christus non est extremum bonum desiderabile, *ib.* Quorum nunc umbras videmus tamquam in speculo eorum archetypa videbimus, 48. c. Beati non dicendi qui vivunt, 260. c. Beatos Basilium appellat mortuos, 87. d. 95. b. 176. b. 187. 214. 220.

In bello fortiter gesta a sanctis viris, per Spiritum sanctum gesta sunt, 17. c. Cædes in bello factæ olim pro cædibus non habebantur, 152. b. Suadendum putat Basilium ut per tres annosa sola communiōne abstineant, *ibid.*

Benedictio est sanctificationis communicatio, 167. d.

Berisi pagus quidam, 97. d.

Beræa, 148. b. Beræensis ecclesia scribit Basilio per Acacium presbyterum, 181. c. Ibi cleri accurata agendi ratio, populi concordia, magistratum magnanimi mores, *ibid.* Hujus ecclesie labor in persecutione toto orbe celebratus, *ib.* Multas ecclesias erexit suo exemplo, *ibid.* Beræense monasterium statim post Pascha incendunt hæretici, 212. b. Igni tradunt labores monachorum, *ibid.*

BIANOR presbyter Antiochenus, 160. c. Juraverat coram infideli viro territus se sacerdotio non amplius perfuncturum, *ibid.* Iconium venit, *ibid.* Censet Basilium eum in clerum suscipi posse, sic tamen ut penitentiam agat ob temerarium jurandum, *ibid.*

Blasphemia in Spiritum sanctum irremissibilis, 31. b. 149. a. Vide *Spiritus sanctus*.

BOETHIUS, 100. c. Bona primaria & maxima, dilectio Dei & proximi, 48. d. Bona non sunt natura divitiarum, gloria & sanitas, 198. a. 274. d. Quatenus bonos non reddunt possessores, 198. a. At contrariis magis eligenda sunt præposita, *ib.* Bonum æternum, una res expetenda, 229. b. Boni initium recessus a malo, 259. c. Boni quidquid facimus, nobis ipsi colligimus, 135. b. Duplici poena dignus qui malum facit boni prætextu, 261. d. Boni communio, 179. d.

Boves redeunte vere ad exitum spectant, 322. b. Bos illacrymatur amisso socio, *ibid.*

BOSPORIUS episcopus, 77. e. Monet Basilium de calumniis ipsi inflctis, *ibid.* De Basilio docet canonicas & Basilium de canonicis, 78. d. Eadem in illo ac in Basilio fides & sententia, *ib.* Basilii communicatoribus adjungitur, 129. b.

BRETANNIUS, 114. c.

BRISO vir bello clarus, 239. b. Subito ereptus e vita in ipso ætatis flore, 238. e. & 239. Illius jacturam totum fere imperium sensit, *ibid.* Hunc Imperator desideravit, milites planxere, viri in maximis dignitatibus ut proprium filium luxere, *ib.* Illius uxorem consolatur Basilium, 238. 239.

Bruta animantia inter se confociantur: homines bellum cum necessariis & domesticis gerunt, 35. b. Futuris provident, homines non item, 321. e. Bruta animantia naturalem amorem foetibus suis exhibent, 56. a. Bovem amisso socio illacrymantem vidit Basilium, 538. b. In animantibus elucet Dei providentia, 321. 322. Cur nonnulla venenata, *ibid.*

## C

CÆDIS voluntariæ & involuntariæ delicta crimina, 150. e. & 151. Cædes involuntaria undecim annorum spatio abunde punita, 152. a. Moyse præcepta observanda in dignoscenda cæde involuntaria, *ibid.*

Cæsarea de eruditis viris & omnibus bonis, quibus opulentiæ urbes abundant, gloriabatur, 93. c. Non deerant coetus eruditorum virorum & in foro colloquia, 92. e. At his omnibus eam spoliavit divisio Cappadociæ, *ib.* Introducta Scytharum & Massagetarum inscitia, *ibid.* Una vox eorum qui exigunt & a quibus exiguntur, *ibid.* Oculosa gymnasia, noctes non illustratæ, *ib.* Senatorum alii fu-

giunt, alii Podandum abducti, tertia pars relicta ingemiscit, *ibid.* & 93. Ipse civilis coetus animo concidens per agros divagatur, *ibid.* Cæsarienses magistratus plerique in agris, 98. b. Cæsarea Metropolis, 51. c. Cæsariensis ecclesia sana est, ejusque percelebris pietas, 76. c. In Cæsariensi ecclesia semper viguit fides Nicæna, 128. a. Cæsareæ Metropoli insidiant sunt Ariani, eamque zizanias hæreticis complere voluerunt, 76. c. Iterum metuuntur illorum insidias mortuo Eusebio episcopo, *ib.* Multi insidiantur lupi, 127. c. Cæsariensis ecclesia, scopulus in mari prominens, 164. c. Circa illam franguntur hæretici fluctus, nec ea quæ retro sunt, alluunt, *ib.* Cæsariensi episcopo Armenia subiecta, 106. e. Cæsariensis episcopus Armeniæ episcopos ordinare solet, 115. 117. Cæsariensi ecclesie traditæ sunt a sanctis regulæ, 137. e. Cæsariensis ecclesie more prohibentur nuptiæ cum sorore uxoris mortuæ, *ibid.* In Cæsariensi ecclesia afferbantur litteræ Dionysii Romani, 89. a. Cæsariensis clerus ingens numero, 159. d. Clerici sedentarias artes exercent, non vero mercaturam, *ib.* Hinc non libenter peregre eunt, *ib.* Cæsareæ omnes clerici una Vicarii voce curiæ traditi, 199. a. Cæsariensis episcopi auditæ morte statim episcopi in urbem conveniunt, 129. a. In Cæsariensi ecclesia non humanis verbis; sed oraculis Spiritus sancti placatur Deus, 170. d. Eiusdem ecclesie mos psallendi & vigilandi, *ib.* Cæsareæ dies festus in honorem sancti Euphychii, 146. a. Cæsareæ quot annis celebratur a tota vicinia festum sanctorum Euphychii & Damæ & eorum chori, 146. 211. Cæsariensis ecclesia Eusebii Samosatensis videndi & audiendi cupida, 77. a. Cæsariensi ecclesie omnium bonorum antiquissimum videre Eusebium & audire, 130. a. Eam Basilium magna spe suspendit, promissa narrans Eusebii, *ibid.* Cæsariensis populus, cum multis expertus sit, nullius vocem magis desiderat, quam Amphilo- chii, 146. a. Cæsariensis ecclesia & Neocæsariensis olim inter se unum erant, 168. d. Frequentissime populus miscebatur, & e clerico alii ad alios veniebant, *ib.* Pastores alter altero duce & magistro utebantur, *ibidem*. Prope Cæsaream insigne Ptochotrophium, 132. c. Cæsareæ moenia vetustate collapsa, 275. a.

CÆSARIA patritia, 102. b.

CÆSARIUS Gregorii Nazianzeni frater, 57. b. Basilii monita æquo animo solebat accipere, *ibid.* Mirabiliter a Deo ereptus e periculo, *ib.* Mariens dixit: *Mea omnia volo esse pauperum*, 60. d. Mortui bona a servis compilata, *ib.*

CAINI peccatum & poena, 215. 216. Cain immerito occisus putatur a Lamech, *ib.*

Calamitates curio eveniunt, 280. a. Calcearium pretio vili sit, sed tamen aptum ad usum explendum, 40. a.

Calidis mortui non juvantur, 126. d.

CALLISTHENES, 90. e. De ejus lenitate & animi moderatione consentiebant omnium testimonia, 91. d. Is lætus a servis Eusebii, militem immisit, *ib.* Cum ad Basilium servi confugissent, scripsit eorum causa Basilium, *ibid.* Callisthenes Basilium totius rei arbitrum ac dominum fecit, *ib.* Sed tamen cum iussisset servos se abduci, ubi tumultum excitaverant; Basilium rogat, ut sibi vindicta permittatur, & miles revocetur, *ibid.*

CALUMNIATOR sibi ex ipso opere diaboli nomen accersit, 165. b. Nemo diabolus sit, sed accusator; imo nec accusator, sed frater in caritate arguens, *ib.* Ex calumnia maxime diabolus dignoscitur, 166. b. Nomen illi factum est peccatum, *ib.* Calumniator tres simul personas lædit, 167. a. Non videtur metueret iudicium Dei, 78. b. Res terribilis calumniis abduci sine argumentis, 56. c. Calumniæ vulnerant eos, qui aurem integram absepti non servant, 205. a. A calumniis abres custodire per facile est, 188. d. Eorum qui calumnias in mentium capita rejiciunt, magna merces in cælis, 210. b. Noxiam opinionem ex hominum calumnia susceptam deponit Basilium, statim atque rem cognovit, 98. d. Calumniæ perferendæ & ultio Domino permittendæ, 78. a. Quæ a calumniatoribus proficiuntur, nugæ interdum existimandæ, 90. b. Calumniæ silentio non præmittendæ, 169. d. 315. a. Non ut nos ipsi ulciscamur, *ibidem*. Sed ne deceptos lædi patiamur, 169. d. Calumnias effugere difficillimum, 55. e.

Nullam ansam dare hominum est prudentum & piorum, *ibid.* Qui calumniis appetuntur, non idcirco indigni sacerdotio, 226. d. Domini hostes magis consurgunt eorum gradus quos impugnant, *ibid.* e. Calumniæ quamvis ob diffusionem locum habent, necesse est suspiciones semper augeri, 83. c. Calumniam abominabatur Gregorius magus, 171. a.

Calypsus insula, 50. d.

Camelis præpositus, 136. d.

Campus in quem secessit Eldras, 70. b.

Campano numero aurum ponderatum, 67. b.

Cancris astutia in capienda ostrea, 315. b.

CANDIDIANUS annonam militarem administrabat in Cappadocia, 40. d. Is Basilio non pro sua dignitate scribebat, inter negotia litterarum studiis deditus erat, *ibid.*

A cane rabido qui morsus est, videt canem in phiala, 194. b.

Cum canones patrum negliguntur, res ecclesiasticæ in summam confusionem delabuntur, 80. a. Canones patrum pene obliteratos renovat Basilium, *ibid.* Canonibus subjici, id est, inter flentes amandari, 179. b. Canonibus subjicere, idem ac penitus excommunicare, 232. b. Canones vulgari a Basilio, *ib.*

CANONICA, 646. d. Canonice, 78. d. Canonice non possunt matrimonium inire, 150. c. Stuprum est earum conjugatio, *ibid.*

Canonicæ litteræ, 186. b.

Cantilenæ spirituales, 74. c. Molles fugiendæ, 315. c.

Cappadocia Scythiæ semina tribuit religionis, 141. b. In Cappadocia frigus vitium gemmas succidit, 244. b. Cappadoces hiemem ita exhorrescunt, ut ex ædibus prospicere nolint, 76. e. Cappadocum animi timiditas & corporum torpor, 77. a. Pauci viarum periti, 160. b. Griten nivemque redolent, 251. d. Semper occidunt, *ib.* Cappadocum lingua vernacula, 33. b. Glorificant Deum cum sancto Spiritu, *ib.* Sic ex patrio more loquuntur, *ibidem*. Episcopi schisma constant adversus Basilium, 77. a. Omnia doloris plena ob episcoporum in Basilium injuriam, 82. b. Inde læduntur ecclesie, ac civitates & populi, 83. e. Cappadociæ civitas non minus noxia, quam si quis equum aut bovem in duas partes dividat, 92. b. Cappadociam, veluti Pentheum, Menades quidam discernunt, *ibid.* Cappadocia solo æquata ob divisionem, 96. b. 109. e. Modestus Præfectus humanum se præbet, 94. b. Perpauci qui civiles dignitates assequi possint, 114. e. Cappadocum paupertas, 98. b. 125. a. Cappadociæ Præfides, anno 371. Therastus, 93. e. Anno 372. Elias, 102. c. Eodem Maximus, 105. c. Antipater anno 373. 125. Cappadocia per somnium ditata, cito spoliata præstantissimo præside E-lia, 104. Cappadociæ secundæ episcopi Basilium profus negligunt, 105. c. Cum his Basilium congressurus, *ibid.* Cappadocia casui proxima, ad quam sustentandam Basilium invitat Eusebium, *ibidem* e. Cappadociæ episcopi Basilium non adjuvant, 129. b. Monere eos & per litteras & coram non desinit, *ibidem*. Præsentem reverent, ubi discessere ad ingenium redeunt, *ibidem*. In Cappadocia veram caritatem desiderat Basilium, 126. d. Cappadox quidam Libyæ dux a sancto Athanasio excommunicatur, 84. d. Cappadociæ episcoporum nomine scribit Basilium ad Pontii episcopos, 165. e. Prædicat Basilium persecutionem aliquando in Cappadociam perventuram, 86. b. In Cappadociam serpit persequutio iis quæ circa illam sunt jam everlis, 182. d. Antea fumus tantum e vicinis ecclesiis lacrymas movebat, *ib.* Cappadociam & vicinas regiones persequutionis vult incendium, 208. d.

Capralis incolas, ut omnino afflictos & pauperes commendat Basilium, 240. e.

CARITAS primus fructus Spiritus, 86. a. 144. a. Nota & character Christianorum, 82. a. 84. c. 134. e. 166. b. Pretiosissima omnium rerum, 165. a. Qui caritatem habet, Deum habet, 267. Donum est Spiritus sancti, 123. d. Dei dilectio quomodo comparanda & servanda, 267. e. Primaria ac maxima bona, dilectio Dei & proximi, 48. d. Deus ob beneficia dili-

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

diligendus, 266. b. Sine caritate manca est cuiusvis præcepti observatio, 169. a. Caritas legis complementum, 166. c. 190. 265. Sine Caritate perfici non possunt singula quæ enumerantur à Paulo, 264. d. Sed hyperbolæ figura utitur, *ibid.* Caritatem Paulus omnibus bonis præfert, 166. b. Antiqua dilectionis forma in ecclesiis, 156. e. Caritatis antiquæ leges, 89. b. Nihil iſtundius quam homines magno intervallo se junctos videre caritatis vinculo in unam membrorum harmoniam in corpore Christi colligari, *ibid.* Non locorum vicinitas, sed animorum conjunctio necessitudinem facit, 202. b. Caritas remotissima quæque conjungit, 165. d. Licet iis qui longe distant vicinis esse spiritu, 159. a. Non locorum intervalla disjungere debent, sed Spiritus communio in unius corporis concentum conjungere, 99. d. Uniuscujusque fratrum auxilio magis indigemus, quam manus altera alterius ope, 104. d. Ex ipsa corporis constitutione docet Dominus societatem esse necessariam, *ibid.* 265. 266. Dispensationem Dominus suscepit, ut per sanguinem sive terrestria, sive cœlestia pacificaret, *ibid.* Bonus thesaurus repositus iis, qui omnibus egenibus operam suam præbent, 117. d. Caritatem amicis mutuo dat Basilius, eamque cum seniore recipere vult, 115. c. Caritatis debitores sumus, 227. d. Qui caritate carent, supra humanam mensuram afferuntur, & inaudita facinora committunt, 122. d. Cavendum ne sol occidat in fratris iracundia, 55. b. Proditionis periculum est, si non libenter de Deo dentur responsa his qui Dominum diligunt, 43. c. In caritate gaudendum ob fratris recte facta, dolendum ob vitia, 54. d. Caritas numquam excidit, nam deici non potest, qui se per caritatem proximo submittit, 86. a. Oportet unumquemque ei, qui adversum se aliquid habet, mederi, 54. e. Caritatis indicium scribere & per fratres invisere, 213. c. Nemo ex minimis contemnendus, 83. e. Nec species adhibenda nec membri motus qui tristitiam afferat fratri, aut contemptum indicet, 54. b. Patiente uno membro patiuntur omnia, 202. b. Caritatis summa fames in Oriente, 100. a. Orientales proprium bonum existimant concordiam Occidentalium, 99. d. 202. e. Omnes ex æquo diligendi, 265. 266. Nefas in monasterio alium præ alio diligere, 267. Etiam si frater aut filius aut filia, *ibid.* Basilius non indignatur solum ob acceptam injuriam, sed etiam futuræ securitati consulit, 40. e.

*Carmelus*, 70. b.  
Carnis cura gerenda, sed ita ut non insolescat, 308. b.  
*Carvhi*, 211. e.  
CASTITATIS amator a Josepho actiones temperantiæ plenas edicit, 39. d. Castitatis gloriatio, 73. b.  
CATALOGUS ministrorum in pagis, 81. a.  
CATHARI vocantur Novatiani, 149. b.  
Causæ multiplex divisio apud philosophos, 3. c. d. Causa omnium rerum causæ Deus Pater, 64. b.  
CEADES Laconicus, 92. c.  
CENSITOR, 231. a. Nec potentiam formidare debet, nec paupertatem contemnere, 237. b. Ad Censitoris munus gerendum hortatur Basilius amicum *ibid.* Censitorem rogat ut tributis monachos eximat, 231. b. Censitor Galatiæ, invitatus ad hoc munus adductus, 241. 242. Censuum recordatio diu servatur, *ibid.* Censitoris munus aptum ad morum probitatem demonstrandam, *ibid.* Idoneum exhibendæ humanitati, 96. b. Ex censibus magna hominibus lucra & detrimenta, 241. d.  
*Cephalenii*, 131. a.  
Cere, Ponti munuscula, 234. b. In cere scribere, 38. d.  
CEREBELLORUM involucria temulenta, 173. d.  
*Chalcedone*, 185. b.  
*Chalcedensis* ecclesia persecutionem constanter sustinet, 182. c. Omnes unus sunt in Domino, *ibid.* Hinc adversarii facti superiores, *ibid.*  
*Chamanene*, 96. a.  
CHANAAN servit fratribus, quia indocilis erat ad virtutem, imprudentem habens patrem, 22. d.  
CHARONIA, 92. c.  
CHILO, 68. b.  
Chorea circa Deum angelica, 74. b.  
CHOREPISCOPI nomen episcopis Basilio

subditis datur, 80. a. Chorepiscopos omnes convocat Basilius ad festum Sancti Euplychii, 129. c. Chorepiscopus plures pagos regit, *ibid.* Prochorophium in horum pagorum aliquo gubernatur a chorepiscopo, *ib.* Chorepiscopos Basilius revocat ad antiquam ministrorum eligendorum formam, 80. e. Chorepiscopi quomodo eligendi, 233. Basilius caupo sibi esse videretur, non dispensator, si in illis eligendis gratiæ aut timori aut precibus cederet, *ibid.* Unusquisque dicto testimonio debet a contentione abstinere, *ibid.*  
CHOSROES episcopus, 100. c.  
CHRISTUS variis nominibus vocatur pro varia considerandi ratione, 7. e. 46. d. Christi appellatio, totius est professio, 12. e. Christus ipsa justitia & a materia secretus, 47. c. Christi divinam naturam exprimit nomen Filii quod est super omne nomen, 7. e. Item cum dicitur verus Filius, unigenitus Deus, virtus Dei & sapientia & Verbum, *ibid.* Christum, qui est vera sapientia, nihil latet, 45. d. Omnia enim fecit, nec ipsi homines ignorant quæ fecerunt, *ib.* Quod hic est per imitationem imago, hoc illic natura filius, 20. c. Omnia quæcumque voluit fecit in cœlo & in terra, 47. b. Si Christus creatura non est, Patri consubstantialis est, *ibid.* Christi nomen, quod est super omne nomen, hoc ipsum est quod Filii Dei dicitur, 172. e. Blasphemiam episcopi Neocæsariensis dicentis nomen Unigeniti traditum non esse, sed adversarii, *ibid.* Christus in generatione septuagesima septima ab Adam, 217. a. Fabri Filius, 45. b. Dispensationem suscepit, ut per sanguinem tuum, sive terrestria sive cœlestia pacificaret, 104. d. Caro Deifera ex Adami massa, 218. a. Quæ circa Christi in carne adventum dispensata sunt, per Spiritum sanctum facta sunt 17. b. Christi carni adfuit Spiritus sanctus, factus unctio & inseparabiliter conjunctus, *ibid.* Individue adfuit in omni actione, miracula edenti, tentato, resurgenti, *ib.* Christus ab Apostolo nunc quidem consideratur ut a Patre gratiam in nos transfundens, nunc autem ut nos per seipsum concilians Patri, 7. c. Quo sensu lumen & judex & resurrectio, 8. d. Quo sensu pastor, rex, ostium, via &c. 7. d. Quo sensu sponsus & medicus, 8. d. Christus rex & sacerdos, 197. d. Non sedit in throno corporeo, *ib.* Sed thronus Davidis, in quo sedit, regnum est eversioni nulli obnoxium, *ibid.* Omnia ad humani generis medellam spectantia percurrebat, 218. b. Deinde suum nobis adventum largitus est, *ib.* Si Christi caro cœlestis, nihil opus fuit sancta Virgine, 218. b. Si Christi adventus in carne non fuit, redempti non sumus, *ib. a.*  
Christo exprobrant hæretici, quod ipsorum causa factus est mortuus, ut eos a morte liberaret, 45. b. Per absurdum est de Christo exiliter sentire ob ejus in nos beneficia, 8. d. Magis ad miranda ejus potentia & humanitas, quod se ad nos demittere potuerit, *ibid.* Illius potentiam magis commendat Incarnatio & mors quam totius mundi creatio, *ibid.* Illius Incarnatio non est servile ministerium, sed voluntaria sollicitudo erga figmentum suum, *ibid.* Per christi præsepe, cum essemus ratione destituti, a Verbo nutriti sumus, 45. b. Christus Patre minor quia incarnatus, *ibid.* Christi regnum esse ferunt omnem materiale cognitionem: Dei vero & Patris immaterialem, 46. c. Christus est extrema beatitudo secundum Verbi considerationem, *ibid.* Sed secundum crassiorum doctrinam & Incarnationem non est extremum bonum desiderabile, *ib.* Hinc ignorare dicitur diem & horam, *ib.* Eodem sensu dicit: *Pater major me est, & non est meum dare &c. ib.* Hinc etiam dicitur regnum tradere Deo & Patri, *ibid.* Est enim primitiæ non finis secundum rudiorum doctrinam, *ibid.* Non ignoravit diem & horam, 196. b. Futurorum cognitionem ad Patrem refert, *ibid.* In omnibus primam causam hominibus demonstrat, *ibid.* Si quis tamen ignorantiæ illam referat ad eum qui omnia per dispensationem suscepit, non impius erit, *ibid.* Admirationem eorum quæ gerit, refert ad Patrem, & nos perducit ad Patrem, 8. c. Horæ & diei ignorantem præ se fert ob nostram infirmitatem, 45. b. In Actis Apostolorum excipit semetipsum ex numero eo-

rum qui diem & horam ignorant, 7. d. Multa differit ex humana parte, 196. c. Velut cum ait, *da mihi bibere, ib.* Is enim qui petebat, non erat caro inanimata, sed divinitas carne animata utens, *ibid.* Quod ait Christus nihil se posse facere a semetipso, id probat eum esse consubstantialem Patri, 47. b. Nulla enim creatura rationalis quæ non possit facere aliquid a semetipso *ibid.* Res adversas quæ nobis accidunt, suas proprias facit ob suam nobiscum societatem, *ibid.* Christus non secundum essentiam creatura, sed secundum dispensationem factus via, 46. d. Christus petra figurate, 13. c. Christi sanguinis figura sanguis peccatis, *ibid.* Christi figura Adam, *ib.* Christi patientis figura serpens super vexillo positus, *ibid.*  
Christi precationem oportet ad finem perducere ac impleri, 46. b. Christus verus ac magnus episcopus, qui totum orbem miraculis suis implevit 77. d. Reddidit gratiam, quam ex Dei afflatu acceptam miseramus, 17. d. Multiplicem beneficentiam ob divitias bonitatis egentibus præstat, 7. e. Varia auxilia unicuique creaturæ dimittit, pro varietate eorum qui juvantur, 8. d. Per Christum omne animarum auxilium est, 7. c. Christi potentia vivificæ figura aqua manans e petra, 13. c. Christus omnia facit, contactu virtutis ac voluntate bonitatis operans, 8. e. Ad Deum nos adduxit, nosque Deo asseruit, 7. e. Bona est via, exorbitationis errorisque nescia ad Patrem perducens, 8. c. Per Christum & in Christo gratia efficitur, 7. e. Christi gota dispensatio, revocatio est a lapsu, & reditus ad familiaritatem Dei, 15. a. Christus quæ non sunt, facit ut sint, condita conservat, 8. e. Magnus animarum medicus, & omnium peccatis ferventium promptus liberator, 75. e. Quavis arce firmius propugnaculum fidelibus, 8. c. In ruinam & resurrectionem, non quod causas cadendi alio præbeat, aliis resurgendi, 217. d. Pro Christo pati dulce & mori lucrum, 52. c.  
CHRISTIANUS non ex vestimenti forma, sed ex animi habitu dignoscitur, 110. a. Christianis propositum est ut Deo similes efficiantur, 1. b. Christiani nomen non prodest iis qui Christum ignominia afficiunt, 162. d. Non Christiani nomen nos salvos facit, sed propositum & vera dilectio, 213. a. Christiani sumus per fidem, 11. a. Christianorum nota & character caritas, 82. a. Christianæ victoriæ lex, ut qui minus habere non recusat, coronetur, 156. d. Christiani ad Orientem versi precantur, 28. c. Christiani proposito convenit simplex ac minime elaboratum scribendi genus, 124. c. Christiana libertas non emancipata est exilibus prophanorum observationibus, 3. b. Christiani illud *ex quo*, non, ut philosophi, materiæ proprium attribuerunt, sed sæpe ad principem causam referunt, *ib.* Christianus idem sonat ac monachus, 54. a.  
IN cibo & potu voluptas non quaerenda, *ib.* Ciborum qualitates considerandæ, 329. d. Ventris satietate decipi non oportet, 55. b. Ciconia docet parentes fovere, 323. d. Ciconiæ eodem tempore omnes ædificant, & sub uno signo omnes discedunt, 320. e. Cornices ipsas stipant, *ibid.*  
IN Cilicia multi Ariani, 88. b.  
Cilicio corpus lacinatum, 72. c.  
Cingulum tunicam ita astringat, ut nec illa exsuperet, nec nimis laxum sit, 39. e.  
Circumscriptum est non solum quidquid loco continetur, sed etiam quidquid scientia comprehendi potest, 44. c.  
Ut civis status integer retineatur, liberi homines nihil intentatum relinquunt, 131. c.  
In civitatibus magnis noctes illustrari solite, 92. a. Civitas in solitudinem mutata, 93. a.  
CLEANTHES aquam mercede hauriebat & puteo, unde & ipse vicinabat, & magistris æra solvebat, 41. b.  
CLEMENS Romanus, 31. e. Ejus testimonium de Trinitate, *ibid.*  
Clementia & magnanimitas quomodo conjungendæ, 39. e. Satis est supplicii viris potentibus, cum iis qui lætere metum incutiunt, 112. d. Sic & in ulciscendo & in servando magnanimitatem ostendunt, *ibid.* Quidquid ultra adjucent, iram expleat, *ibid.*  
CLERUS urbis & paræciæ, 201. c. Clerus tamquam caput in summitate positum subjectis membris providet, 182. d. In clerum multi militiæ metu semetipsos conjiciunt, 81. a. Clerum Neocæsariensem hortatur Basilius, ne populum

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

pulum Dei ab episcopo in errorem induci patitur, 169. c. & seq. Clerus mortuo episcopo scribit ad episcopos provinciarum, 76. c. Clericorum alii in gradu, 178. c. Alii permanent in ministerio, quod manuum impositione non datur, *ibid.* Clerici episcopo ministrantes, 60. c. In pagis Ministri omni diligentia probari solebant, & ad chorepiscopum referre, qui testibus auditis & admonito episcopo eos recipiebat, *ibid.* Cœperunt chorepiscopi totam rem sibi attribueri, postea presbyteris reliquerunt, *ib.* Basilius hunc abusum abrogat, laicum fore declarat, si quis sine suo iudicio recipiatur, 81. a. Inter laicos rejicit eos qui a presbyteris post primam indictionem recepti eorumque denuo examen fieri jubet, *ib.* Ministrorum catalogum in singulis pagis ad se mitti jubet Basilius *ibid.* a. Ac ipsos etiam chorepiscopos eundem catalogum habere, ne quis seipsum, cum voluerit inscribat, *ibid.* Antequam Ministri sive subdiaconi recipiantur in pagis, sedulo inquirebatur, an juventutem suam ita frangerent, ut sanctimoniam exercere possent, 80. d. Basilius canonem Nicœnum exsequitur: vetat ne cum viris habitent mulieres, 81. b. Presbytero septuagenario edicit, ut mulierem ejiciat ex ædibus, secus depositionem minatur, atque ipsam excommunicationem, si citra emendationem facerdotium, sibi vindicet, *ibid.* Etiam si nihil libidine fiat, offendiculum fratris ponendum non est, *ib.* Tanto magis huic legi parendum, quanto quis liberior est a libidine, *ib.* Clerici Cæsarienses exercent sedentarias artes, 159. d. Non facile reperit Basilius, qui suas litteras perferat, *ibid.* Presbyter in ecclesia Cæsariensi labore manuum vivens, 95. b. Glycerius ad manuum opera habilis, ordinatur a Basilio diaconus, ut presbytero ministraret & opus ecclesie curet, 143. a. Clericis concessa immunitas precatores multos Imperatoris familiarum conciliat, ac ipsi rebus publicis prodest, 109. a. Clericos vetus census immunes reliquerat, *ibid.* Censitores, ut nullo accepto mandato a Præfecto, eos recensere, *ibid.* Petit Basilius a Præfecto ut antiqua consuetudo servetur, *ib.* Sic tamen ut remissio in personas clericorum non conferatur, sed iudicio episcopi dispensanda committatur, *ib.* Clerici Cæsarienses, & qui Sebastie communicabant cum Basilio adducuntur curiæ, 199. a.

**CLINIAS,** 303. c.

**COELUM** divinitatis velum extendit Deus ne pereamus, 306. b. Coelorum regnum nihil aliud quam eorum quæ sunt contemplatio, 48. b. Cogitatione prima cohibendus ad malum impetus, 277. d. Cogitatio Dei semper animo observari debet, 288. b. Nemo malum cogitabit aut perficiet, si Deum ubique præsentem adesse credat, *ib.* Cognitio multis modis intelligitur, 194. b. Cognitio multiplicis generis, 195. b. cognoscere seipsum difficile, 318. a. Cognitio omnis materialis Christi regnum esse dicitur: Dei autem & Patris, cognitio immaterialis & contemplatio divinitatis, 46. c. Cognitio intervalla a sole intelligibili facta, *ib.*

**Colloquium** cum unanimis solatium est omnis mœroris, 148. b.

**Colonia** in Armenia a viis publicis distita, 158. a. 191. a. Colonienis ecclesia mœret discessu Euphronii episcopi sui, 190. d. Quidam minantur se abituros ad publica subfellia, *ibid.* Et res commissuros inimicis ecclesie, *ibid.* Magistratus Colonienis de rebus ecclesiasticis ut de proprio negotio solliciti, 191. b.

**Colonia** locus ubi constitutus cum Eustathio congressus, 120. c. Hujus loci dominus Basilius, 205. d. Ibi convestus episcoporum designatus, ut pax cum Eustathio fieret, *ibid.*

**Colores** carulei ac virides recreant oculos, 61. e.

**Columbæ** quam arte capiuntur? 49. d.

**Comanicæ** fines, 169. c.

**COMES** Ponticæ, 231. d. Consentit Basilius ut Commentariensis ad eum referat de quodam negotio, *ibid.* Comes rei private, 239. c. Comes Theaurorum, 60. e.

**Commendans** amicum Basilius postulat, ut, si nihil peccavit, veritatis beneficio salvus sit: si quid peccavit, id sua supplicantis causa remittatur, 111. d.

**COMMENTARIENSIS,** 231. d. Contendit & Basilius Oper. Tom. III.

furum in ecclesia comprehensorum receptionem ad se pertinere, *ib.* Negat Basilius. Communibus rebus cadentibus, private simul pereunt, 125. h.

**COMMUNIO** Vide *Eucharistia*. Communio perutilis in precibus, 132. c. Quidam sibi videntur aliorum communionem non indigere, 165. c. Abiiciunt se ab orbe terrarum, nec eos pudet solitudinis, *ib.* Prava opinio, aliorum communionem sibi videri non indigere, 86. b. Queritur Basilius quod persequutio ad caritatem non commoveat, 213. d. Lapsus insultatur, *ib.* Qui idem inter se sentiunt acceptas ab hæreticis injurias intendunt, *ib.* Omnes omnibus suspecti, *ib.* Plerique incœptores esse nolunt amici colloqui ad restituendam communionem, 156. d. Communio duplex, coram & per litteras, 122. a. Theodotus Basilius nec ad matutinas nec ad vespertinas preces affuit, 105. e. Litteræ, in quibus aliquis episcopus appellatur, signum communionis, 205. e. Nec scribere nec mittere qui affictos consolentur, signum substractæ communionis, 164. e. Communionis signa brevibus notis ad orbis terminos circumferebantur, 156. d. Communionis signum, si quis scribat canonicas litteras, 186. b. Si mittat Clericos, aut ab alio missos admittat ad preces, *ib.* Communionis litteræ breves tessere & veluti quoddam viaticum, 156. d. Olim ab orbis termino ad terminum mittebantur, & ubique fratres ac patres inveniebant, *ib.* Queritur Basilius quod id cum aliis prædatus sit hostis ecclesiarum, *ib.* Ac episcopi singulis civitatibus circumferebantur, *ib.* Communicantes cum Basilio ecclesie, & litteras mittentes & accipientes recensebantur, 168. a. Ex his litteris discere licet omnes esse unanimes idemque sentire, *ibid.* Communio fugienda & colloquium eorum, qui Spiritum creaturam dicunt, 109. 113. 119. 120. 137. Populi relictis ecclesiis malunt in desertis locis vagari, quam cum Arianis communicare, 202. a. Sub dio precari malunt, quam cum Arianis communicare, 141. a. Communicare cum Arianis est Arii fermenti participem fieri, 202. b. Fermenti heterodoxorum participes sunt qui communicant cum eorum communicatoribus, 209. d. Basilius etiam si quis ostendat epist. e coelis missam, non idcirco cum illo communicabit, nisi sanam fidem profiteatur, 176. j. Communicat cum nonnullis presbyteris, minime vero cum eorum episcopis, 112. 113. 114. 180. c. Comparat eos cum medico urente, vel navigante merces ejiciente, 133. c. Qui redeunt ab hæresi ad communionem admittit, eos per se cum aliis Catholicis conjungit, 222. e. Quare sic eos debet admittere, ut ab omni recipiantur fraternitas, *ib.* Ad communionem Dianii Basilius accessit, postquam is declaravit se subscribendo formulæ Constantinopoli allatæ, nihil contra Nicœnam fidem facere voluisse, 78. b. Communieandum negat Basilius cum iis qui medios se esse volunt, ac fidem nec confiteri a parte, nec aperte negare, 120. 121. Non vult cum hæreticis per Eustathium conjungi, 120. Non tamen deferendos putat qui fidem patrum non recipiunt, sed communiter iis scribendum esse, 121. Ac recipiendos quidem, si assentiantur, secus vero, si resistant, *ib.* Si pacis bonum in solo nomine positum est, pax omnibus concedenda, 209. Sed si quidam fugiendi; non communicandum cum heterodoxorum communicatoribus, *ib.* Eustathius a sua communionem removebat eos qui cum hæreticis communicabant, 210. e. Eustathius altaria Basiliidis evertit & suam mentem ponit, 188. d. Communionem suam Basilius Faustus cuidam non canonice ordinato episcopo denegat, 117. b. Sequæ apud holonicos suos perfecturum declarat, ut idem de illo sentiant, *ib.* Magni interest, ut sciant Romani episcopi quibuscum in Oriente communicare debeant, 89. e. Communionem suam Occidentales facile concedunt iis qui ex Oriente veniunt, 120. Non euilibet rectam fidei formulam offerenti concedenda communio, *ib.* Sic enim sæpe cum hominibus inter se pugnantibus & eadem verba proferentibus communicabitur, *ib.* Declarat Basilius Neocæs. eos a tota Ecclesia discessuros, si a sua discedant communionem, 168. b. Rogat ne se cogant apud omnes communicatores conqueri, *ib.* Rogat Basilius maritimos episcopos, ne se cogant apud remotissimos communicatores conqueri, 165. e. Comparationes proprie inter ea, quæ ejusdem sunt nature, instituantur, 45. e. In concilio Nicœno patres non sine assensu sancti Spiritus loqui sunt, 113. d. In concilio Mufonius primo loco non secundum ætatem sedebat, 58. e. Id Con-

clio Amphilocho postulat Basilius ut tamquam præiens numeretur, & socius eorum quæ gerentur, 164. b. Concilium Melitenense, 220. b. Ancyranum, *ibid.* Tyanense, *ibid.* c. Constantinopolitanum, *ibid.* 210. b. In hoc concilio non addiderunt, *citra ullam differentiam*, 49. a. Duces factionis Eudoxius, Eupipius, Georgius, & Acacius, 210. c. Concilium impiorum in Galatia, 198. e. Concilium Nyssenum, quo conveniunt ad nutum Demosthenis Galatæ & Pontici, 199. a. & seq.

**Confessio** peccatorum, 150. d. 162. d. 178. c. 301. c.

**CONFESSORES** exules columnæ veritatis & Ecclesie, 176. e. Eo magis venerabiles quo longius allegati, *ibid.* Nihil de rebus ecclesiasticis statuendum ante eorum reditum, *ibid.* Episcopi exules poenas pro pietate pendentes, 158. a. Mercedem sibi opinantes comparant, dum alios exemplo suo accendunt, 182. a. Per Confessores Deus manifesta omnibus ad salutem exempla largitur, 222. a. Qui Confessorum iudorem excipiunt, participes sunt eorum præmii, 212. c. Dionysio Mediolanensi, qui in exilio mortuus est, honor martyris delatus, 159. b. Confessores fiduciam habent loquendi apud Deum, 222. c. Lætitia populi ab exilio redeuntem episcopum circumstantis, 147. d.

**Conjugium** mortis solatium est, 238. c. Successione generis perpetuitatem vitæ creator conciliavit, *ibid.*

**Conilia** utilia repellunt contentiosæ indoles, 240. c. Consilium a sapienti petendum, 320. e. Non qui cito aliquid statuit laudandus, sed qui firmæ & stabili norma omnia constituit, 223. b. Conilia adversus justos instructa redundant in auctores, 320. e.

**Consolatio** molesta in ipso doloris articulo adhibita, 42. c. Consolationes Deus novit per ipsas implere molestias, 244. e. Consolationi afflictorum merces a Deo reposita, 82. b.

**Constantinopolitana** fides, 78. b.

**CONSUBSTANTIALE** usurparunt Nicœni patres, ut indicaret luminis in Patre rationem, eandem ac in Filio, 79. b. Et nature æqualem dignitatem demonstrarent, *ibid.* Consubstantialia ex eo consequitur, quod Filius sit *lumen de lumine & Deus verus de Deo vero*, 49. c. Consubstantialis hæc notio est, quod is, qui secundum essentiam Deus & Pater est, Deum secundum essentiam ac Filium genuit, 44. e. Consubstantialia non differunt a simili secundum essentiam, si addatur *citra ullam differentiam*, 49. b. Minus fraudi obnoxium, quam simile secundum essentiam, *ibidem*. Consubstantialia sunt inter se homines, 63. e. Consubstantialia Sabellij pravitatem corrigit, 79. e. Tollit enim hypostasis identitatem, & perfectam personarum notionem inducit, *ibidem*. Consubstantialiam esse Patri Filium ex eo sequitur, quod Pater major dicatur, 45. e. Ex consubstantiali mala notione Marcellus hypostasis Christi evertit, 118. c. Consubstantialia prave exponunt Ariani, 176. d. Finiunt a Catholicis Filium Dei consubstantialiam secundum hypostasim, *ibidem*. Falso existimant nonnulli ea dici consubstantialia quæ fratrum inter se rationem habent, 79. d. Cum causa & id quod ex causa est, ejusdem sunt nature, consubstantialia merito dicuntur, *ibidem*. Consubstantialia a patribus Antiochenis culpatum putabat Basilius ut vocem male sonantem, 79. a. Dixisse eos existimabat consubstantialis voce exhiberi notionem substantiæ & eorum quæ ex substantia, *ibidem*. Consubstantialia nonnulli nondum acceperunt, 78. e. Jure reprehendi possint, sed tamen venia digni sunt, *ibid.* Consubstantiali silentium indictum Cyzici, 207. b.

**Consuetudo** ad amicitiam multum valet, 227. c. Satis est ad boni custodiam, 133. a. Consuetudines ecclesiasticæ ex Traditione ortæ in mysteriis celebrandis & precibus, 28. e. & seq. Consuetudinem suam obijcentibus adversariis Basilius suam vicissim opponit, 153. e. Ex consuetudine plerique vivunt, 169. b. At vivendi regula, Domini præceptum, *ib.* Consuetudine mala res veteræ indifferentes sunt, 97. b. Ex contentiois studio nihil faciendum, 54. d. Continentia vera in quo posita, 316. b. Continentis dici non debet cui organa infirmata

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

- aut abscissa, *ib.* Continentiæ votum, 73. b.
- Controversiarum** iudices Scripturæ & Traditionis, 34. b.
- Convictus** spirituales, 69. e. Utilitas quæ ex illis percipitur, *ibid.*
- Convictus** cum hominibus Deum timentibus, bonum est viaticum ad futuram vitam, 209. a.
- Convitium** intra dentes prolatum ferri non debet, 167. d. Sic convitari facile est vel ancillæ pristino, *ib.* Fraternalis admonitio adhibenda, non convitium, *ib.*
- Convivia** publica, 172. b. Conviviorum ordo, apparatus & certamina, 309. e.
- Convivio** spiritali cum amici & fratres excipiuntur, puffedæ fores scientiæ & excitandus paterfamilias qui panes largitur, 45. e.
- Cordis** præparatio in quo posita, 38. c.
- Cordis** profundum a nemine comprehensum, 58. b.
- Cornices** stipant ciconias, 320. e. Cornicis amor in pullos, 324. c.
- Coronis** illustrior imponenda amplo fundamento, 147. d.
- Corporis** venustas aut morbo aut tempore flaccescit, 229. a.
- Corragena**, *ibid.*
- Corruptelæ** suspicio forte esse posset in aliqua vocula, non autem in prolixis testimoniiis, 32. d.
- Corydala**, 180. c.
- CRAMBE** eximia juventutis nutritrix, 148. c. Bis Crambe mors est, *ib.*
- De** crastina non constat, 55. b.
- Creationis** tria genera in Scripturis, productio ex nihilo, in melius ex pejore commutatio, resurrectio mortuorum, 47. b.
- CREATURA** omnis serva est creatoris, 47. c. Creatura nulla quodcumque vult facere potest, *ib.* Creaturarum rationalium unaquæque aliquid a seipsa facere potest, *ibid.* Creaturæ omnes aut constant ex contrariis, aut contrariorum sunt capaces, *ib.* Creatura sanctitatis particeps non natura sed per electionem, 25. c. Si creatura non est Christus, Patri consubstantialis est, 47. c. Si creatura non est Spiritus sanctus, consubstantialis est Deo, *ib.* Creaturæ discrimen a Spiritu sancto, 137. a.
- CRÆSUS** filii interfectori iram remittit, seipsum ad supplicium offerenti, 122. a. Cræso post victoriam amicus factus Cyrus, *ibid.*
- CRUX** in Scripturis vocatur signum, 217. a. Crucis signo signantur qui sperant in Christum, 28. c.
- Cum** præpositio invisæ Pneumatomachis, 25. c. Idem sonat ac &, ideoque aptior ad obtinendum os hæreticorum, *ibid.*
- Curia** exemerat senem quemdam diplomatum regium, & ætas, 96. d. Regis beneficium confirmat præses, sed senis nepotem, orbem parentibus, nondum annos quatuor natum curiæ addidit, *ib.* Demosthenes Basilius senem in nepote ad munera pertrahi, ac præsidem rogat, ut utriusque miseretur, *ib.* Curie addicuntur clerici Cæsarienses, & qui Sebastie communicabant cum Basilio, 199. a. Curiales tributa colligunt, militibus annonam suppeditant, 97. a.
- Currus** duos sutores habere solebant, 156. Tres habebant sutores Pharaonis currus, *ibid.*
- Cursus** equestris, 174. d. In cursu publico regendo nonnullæ partes Principalis, 240. b.
- CYPRIANI** sententia de baptismo, 149. b.
- Cyriacus** presbyter, 151. d.
- Cyriacus** presbyter calumniæ expers, 227. e. Nulla ei structa calumnia ab his qui manus in omnes injiciunt, *ib.* Hunc Eusebio commendat Basilius, *ib.*
- Cyriacus**, 245. a.
- CYRILLUS** in Armenia episcopus, 107. a. Calumnias ab eo propulsat Basilius, eique placat Satalenses, *ibid.* Ejus loco Faustus quidam in Armenia episcopus ordinatur, 116. 117.
- CYRUS** Cræso amicus factus post victoriam, 112. a.
- CYZICI** formula edita, in qua silentium indictum consubstantiali, 207. b.
- D**
- DÆDALI** ars, 253. c. Dæmon potentia adversa quæ e caelo cecidit, 47. e. Illius insidiam in divitiis & voluptatibus latent, 253. e. Dæmonis mali incursum deplorat Basilius in morte filii Nestarii, 42. d.
- Dæmon** vanæ gloriæ, 70. d.
- DAMAS** celeberrimus martyr, 211. b.
- DAMASUS** Reverendissimus episcopus, 89. b. 224. b.
- DANIELI** oblata visio iudicium nobis ob oculos ponit, 75. b.
- DAPHNUS** episcopus, 100. c.
- Dardania**, 188. d.
- DAVID** generosus in bellicis facinoribus, clemens in ulciscendo, 39. e. Ejus lenitas, 312. Davidem sic objurgavit propheta, ut succensere non posset arguenti, 39. d. 264. e. Davidis lapsus, 68. e. Magna de se senerat, 281. b. Ex ovium grege princeps populo sulcatus a Deo, 158. c. Davidis thronus, in quo Christus sedit, regnum nulli everfioni obnoxium, 197. b. Davidi vesticialis fuit Judæa omnis, Idumæa, Moabitum regio, Syriæ partes usque ad Mesopotamiam, & ex altera parte usque ad flumen Ægypti, *ibid.*
- Dazimonem** perturbavit Eustathius, & multos a Basilio communionem abstraxit, 177. c.
- DAZINA** ad quem Eustathius contra Basilium scripsit, 123. b. Daziza vocatur, 206. b.
- Deductiones** proficiscentium, 204. b. Deductores, 102. e.
- Defectio** fidei, quam migatus est Dominus, 30. e. Hujus præmia videtur sibi perspicere Basilius in blasphemis Pneumatomachorum, *ib.* & 221. c. Eo quod facta sint ambigua, quibus contradicere nefas erat, *ibid.* Hostis perficere conatur ut defectionis semina ab Oriente initio capto in totum orbem diffundantur, 203. c.
- Quorum** definitio diversa, eorum etiam natura diversa, 155. b.
- DEMOPHILUS** Constantinopolis episcopus, 77. a. Simulacro restæ fidei & pietatis partes civitates deficientes in unum conjungit, *ibid.* Nonnulli ex vicinis episcopis conjunctionem amplectuntur, *ib.*
- DEMOSTHENES** Chorasus vocari voluit, 40. e.
- DEMOSTHENES** Vicarius Ponticæ, 187. 198. e. Primum & maximum Cappadociæ malorum, *ib.* Synodum cogit in Galatia, & ejicit Hypsinum, ac Ecdicium ejus loco constituit, *ib.* Gregorium Nyssenum adduci iussit, *ib.* Cæsariæ omnes clericos curiæ tradit, 199. a. Idem facit Sebastie communicatoribus Basilio, *ibid.* Postea Nyssæ concilium Galatarum & Ponticorum, *ib.* Ibi immisus ad ecclesias homo indignissimus, *ib.* Eustathium cum Arianorum agmine Nicopolim mittit Demosthenes, ut ab Eustathio accipiant episcopum Nicopolitani, *ibid.* Ubi videt eos resistere, per vi conatur datum illis episcopum constituere, *ib.* Doctrina perturbat, 192. c. Demosthenes, cete obefum, *ib.* Angelus satanæ, 208. d. Ne sanguini quidem parcat, *ibid.*
- Desiderium** res violenta, 130. c.
- Si** quis desponsam alteri rapuerit, restituenda ei cui ablata, 161. d. si quis vacantem rapuerit, debet illa parentibus restitui, *ib.* Ita tamen ut matrimonium fieri possit, si illi consentiant, *ibid.*
- Detrahentem** de fratre averfari oportet, 54. b.
- DEUS** expers qualitatis, 44. a. Dei nomen ineffabile, 20. a. Dei appellatio potentiam operatricem sive inspectricem significat, 155. a. Dei nomen Hebræorum gens propriis ac peculiaribus notis exarabat, 19. e. Sic dicitur quod omnia posuerit vel spectet omnia, 47. e. Dei nomen nihil amplius significat, quam justus & rectus, 154. b. Nam istud rebus indignis tribuitur, ista vero nequaquam, *ibid.* Contendunt hæretici hoc nomine naturam designari, 155. a. At si ita esset quomodo Moyses institutus esset Deus Ægyptiorum? *ib.* Dei essentiam nullum hætenus nomen exprimere potuit, *ib.* Nomina ex operatione aliqua aut dignitate ducuntur, *ib.* Ex omnibus vocibus quæ de Deo usurpantur, nulla citra examen relinquenda, 1. a. Dicunt Eunomiani, *Quod nosti colis an quod ignoras*, 194. b. Item: *si essentiam ignoras, ipsum ignoras*, *ib.* Dei naturam sibi comprehensam esse gloriatur Eunomius, sed ne minutissimi quidem animalis naturam explicare potest, 51. d. Vid. 306. 307. Deum cognoscimus, si condiderim illum scimus, si mirabilia ejus novimus, si mandata servamus, 195. d. Eunomiani cognitionem esse volunt contemplationem essentia, *ibidem*. Si dicamus Deum a nobis cognosci, essentiam requirunt, *ibid.* Si
- timidi sumus in affirmando, impietatis acculant, *ib.* Deum cognoscere primum mentis bonum, 193. e. Non tamen cognoscit nisi ex parte, *ib.* Et si oculus ad videndum constitutus, non tamen visibilia omnia, *ib.* Deus et si non comprehenditur, non tamen ignotus, *ib.* Quemadmodum cælum non invisibile, et si non omnia in eo cernuntur, *ib.* Deus paria molestiis solatia innectit, 99. 116. Deus bonus & justus, 282. e. Nec judicat sine misericordia, nec sine judicio misericors, *ib.* e. Nostra moderatur melius, quam nos ipsi eligere possumus, 37. e. Bona largienti gratiæ agenda, procrastinanti non succedendum, 38. a. Par merces a justo iudice paribus præclare factis, 42. a. Vide *Providentia*. Deus locuples remunerator, 182. a. A Deo separari gravissimum supplicium, 216. b. Dei donorum nec magnitudinem metiri, nec multitudinem fas est numerare, 158. c. Dei inhabitatio quomodo in nobis sit, 39. a. Deo gravioribus debitis obstricti sumus, quam parentibus, 228. e. A Dei recordatione Christianus nulla re abduci debet, 54. a. Dei cogitatio in animo nostro, tamquam in templo, consecranda, 130. c. Ad Dei gloriam referenda omnia, utque ad ipsum etiam esum & potum, *ib.* c. Deus proprius noster naturalisque finis, 10. e.
- DI** plures per symbola corporea coluntur ab ethnicis, 228. d. Interdum homines ex dono dii vocantur, dæmones ex mendacio, 44. a.
- DIABOLUS** ex calumnia maxime dignoscitur, 166. b. Nomen ei factum est peccatum, *ib.* Diaboli nomen a calumnia ortum, 165. b. Sic dicitur ex moribus, postquam angelicam accepit dignitatem, ac priore habitu extincto, excitata est adversa potentia, 47. e. Diabolici bellifastutia, 127. a. Diaboli astutia comparatur cum avis cujusdam calliditate, 285. d. Infidiatur nobis ut prædones viatoribus, 278. b. Cupiditates nostras jacula contra nos efficit, *ib.* Sibi semper hodiernum tempus, Domino crastinum poscit, 285. c. Dei imaginem lædit, cum Deum ipsum lædere non possit, *ib.* Diaboli sinuosa retia, 73. a.
- DIACONUS** post diaconatum fornicatus, diaconatu ejicitur, 150. c. Sed tamen a communionem laicam non arcetur, *ib.* Modo specimen det suæ curationis, *ib.* Diacono qui labiis tenus peccavit, communicatio cum diaconis relinquatur, 179. b. Diaconis corpus, utpote consecratum, non amplius permittitur in usu esse carnali, 162. c. Diaconis cum Græco fornicata, ad oblationem anno septimo admittitur, *ib.*
- Dialecticis** quæstionibus omnis pie expendenda veritas, 193. e.
- In** dialogis intertextæ vituperationes adversariorum detinent & morantur, ac orationis vim relaxant, 124. c. Solus Plato scit impugnare dogmata & personas comico more describere, *ib.* e. At Theophrastus & Aristoteles statim res ipsas attingunt, *ibid.* Idem facit Plato in legibus, ubi indefinitæ sunt personæ, *ibid.* Si qua persona decantata inducitur, licet ex ejus indole aliquid attexere, *ib.* Secus si persona sit indefinita, *ibid.* d.
- DIANIUS** episcopus Cæsariensis, vir aspectu venerabilis, 78. c. Multis ornatus virtutibus, *ibid.* Basilius educatus in illius amore, ejusque usus consuetudine vir factus, *ibid.* Is summa lenitate non gravabatur omnibus satisfacere, *ibid.* Subscripsit fidei Constantinopoli allatæ, *ibid.* Doluit id Basilio; sed tamen illius ægrotantis communionem amplexus est, ubi declaravit se contra Nicænam fidem nihil facere voluisse, *ibid.* Negat Basilius eum a seumquam anathematizatum, *ibid.* Beatissimum illum vocat, *ibid.* Ab eo baptizatus est & lector factus, 31. a.
- DIATIMUS** Limyræ episcopus, 180. c.
- DIES** primus, non vocatur a Mose primus, sed unus, 29. d. Idem primus est & octavus, *ib.* Dies octavus, de quo in inscriptionibus quibusdam psalmorum, futurum post hanc vitam statum significat, *ibid.* Dies novissimus dicitur ea cognitio postquam non est alia, 46. d. Diem appellat Christus accuratam eorum, quæ de Deo cogitantur, comprehensionem, *ibid.*
- DIGAMI** uno anno poenitentiam agunt, 150. a. Digamos a ministerio excludit canon, 152. b.
- Dignitas** codicillaria, 156. b.
- DIODORUS** Antiochiæ presbyter, 124. b. Silva-



# INDEX RERUM ET VERBORUM.

**Silvani alumnus**, 205. c. Illius communionem Eustathius crimini vertit Basilio, 205. In scribendo facultate & diligentia valet, 124. e. Illius sermone meliores sunt, qui audiunt, 209. c. Iudicio Basilii duos libros contra hæresim scriptos committit, 124. c. Secundum valde probat Basilius, *ib.* Primum eandem vim fatetur habere, sed figurarum varietatem & exquisita ornamenta reprehendit, *ib.* Sub Diodori nomine litteræ quibus defenditur matrimonium cum sorore uxoris mortuum, 137. d.

**DIOGENES** poculum projecit, postquam a puero didicit cavis manibus bibere, 41. a. Diogenis dictum ad Alexandrum, 49. b.

**SANCTUS DIONYSIUS** Romanus recta fide & reliquis virtutibus enituit, 89. c. Is misit in Cappadociam qui captivos redimerent, *ibid.* Hujus beneficii memoria asseruata in ecclesia Cæsariensi, *ibid.*

**S. DIONYSIUS** Alexandrinus, 31. c. Citatur illius de Trinitate testimonium ex secunda ad cognominem epistola, *ibid.* Miratur Basilius quod accurate loquutus sit, *ib.* Anomœis primum semina impietatis præbuisse existimat Basilius, 48. e. Causa autem, non pravitas sententiæ, sed vehemens studium adversandi Sabellio, *ib.* Dionysii scripta valde multa, *ib.* Dionysius canonum peritus, 149. b. Montanistarum baptisma probavit, *ib.* Dionysius magnus, *ibid.*

**S. DIONYSIUS** Mediolanensis in Cappadocia mortuus, 159. Christiani qui illum hospitio exceperant, manibus suis deposuere, *ib.* Insigne erat sepulchrum, nemo prope illum jacuit, *ibid.* Fideles illius loci hoc corpus vitæ suæ præsidium esse ducebant, *ib.* Numquam principatus aut potestates hominum vim illis afferre potuissent, *ibid.* Flebant illos missi ab Ambrosio clerici, *ib.* His adjungit Basilius Thersauium presbyterum, qui impetum fidelium comprimit, *ib.* Tolluntur cum debita reverentia reliquie, quas custodes cum mœre prosequuntur, *ib.* Asseverat Basilius S. Ambrosio verum esse beati Dionysii corpus, *ibid.*

**DIONYSIUS** viduus filius, alias Diomedes Basilii discipulus, 49. d.

**Disciplinam** omnem ecclesiis subactam queritur Basilius, 80. b. Prisca ecclesiæ species, 58. b. Vetus Ecclesiæ status, veluti sacra imago, ad quam Musonius Neocæsariensis ecclesiam suam effingebat, *ib.* Nihil de suo addebat, *ibid.* In disciplinis fides præit cognitioni, 195. a. Delectus habendus est, 263. d. Parvum parvo addendum, *ibid.*

**Dicere** oportet sine verecundia, docere liberaliter, 39. c.

**Dispensatio** Filii, idest, incarnaatio, 8. a. 218. b.

**Diffensiones domesticæ** eos, qui inter se digladiantur, magis quam belluas, ratione destituti arguunt, 35. b. Mutui belli telum a nonnullis excogitatur sanæ doctrinæ defensio, 101. c. Dum privata odia occultant, pro veritate odisse se simulant, *ib.* Discordias fovunt nonnulli, ut propria dedecora occultent, & populis furorem inspirant, *ibid.* In diffensionibus ecclesiasticis alii supplantant, alii insultant lapsi, alii applaudunt, 34. e. Nemo infirmum in fide suscipit: nullæ admonitiones: sedent errorum amarum examinatores, iniqui recte factorum iudices, 35. a. Velut in pestilentis morbo contagium mali omnes pervadit, *ib.* Diffensiones ecclesiasticæ comparantur cum equestri cursu, 171. d. Diffidia initio sanabilia, 181. b. Temporis progressu aucta in malum vergunt insanabile, *ibid.* In diffensionibus Ecclesiæ ridet increduli, fluctuant infirmi, 101. c. Fides est ambigua, eo quod veritatem imitentur hæretici, *ibid.* Diffensiones episcoporum lædunt populos, 83. d. Vulnerant animas hominum piorum, 102. d. In diffensionibus quam utilis sit congressus ad pacificationem, 83. 84. 165.

**Diffimile & simile** rejicit Basilius in Trinitate, 44. e. Qualitatem enim designant, quæ in Deo admitti non debet, *ibid.*

**Divinatio** per manum, 154. e.

**Divitiæ** inter bona non sunt numerandæ, 260. c. 273. d. Divitiæ infidæ, 229. a. Non sunt nostra possessio, 271. a. 273. c. Divitiis justus non fruitur, sed earum administrator est, 198. b. Hinc absentes illas non deiderat, *ibid.* Non enim vir prudens negotium ambiat in alienis rebus distribuendis, *ibid.* Divitiæ dantur justis ad distribuendum, 198. 267. 271.

**Malis** provocatio sunt, ut se emendant, 198. b. In divites avaros, 271.

**Doara**, oppidum in quod Ariani mittunt hominem pestilentem, 199. d. Doara perturbantur a ceto obeso, 192. c. Multonem antiquum receperunt, *ibid.*

**Docere** liberaliter oportet, discere sine verecundia, 39. c. Qui alios docent, exemplo & opere debent confirmare quæ docent, 208. b. Aliquo opus est qui deducat ad supernam philosophiam, 43. d. Cum Sanctis versari longe utilissimum, *ibid.*

**Doctrina** christiana non servit profanis disciplinis, 3. b. Non tam indiget sermone quam exemplo, 133. a. Ut mel, gustu magis quam ratione percipitur, 263. e. Doctrina ex practica & naturali & theologica notione constans, 45. d. Doctrina absentibus & sero nascituris transmittitur, 235. d. Id ut fieri possit Deus sapientia sua perficit, *ibid.* Doctrinæ pravae pharmaca letalia, 173. d.

**Dogma** aliud est ac predicatio, 29. c. Dogmata silentur, prædicationes publicantur, *ibid.* Philosophia quæ circa dogmata versatur, 43. e. De dogmatibus divinis dum dicitur auditurque frequentius, plurimum proficit animus, *ibid.* Docet nos ratio ipsa per creaturas, ut non turbemur, si quando in quæstionibus difficultibus quasi vertigine laboremus, 65. b. Quemadmodum in iis quæ apparent, ratione potior experientia; ita in dogmatibus ratiocinatione potior fides, *ibid.*

**Dolores** magnos parvis remediis sanare non decet, 68. a. In doloribus magnis medici stuporem conciliant, 61. d. Dolentibus solatio est ipsa narratio, 174. c. Dolorem intimum dissolvunt gemitus erumpentes, 201. d. In doloris articulo molesta oratio consolandi causa adhibita, 42. c. Dolorem abigens blanda animorum tractatio, 61. e. Dolori non succumbendum, sed adversus plagæ magnitudinem obtinendum, 41. e.

**Dolosi** homines, voce tenus simplices & inepti, 245. b. Jamdudum obtinuit illa species, *ibid.*

**DOMETIANUS** Basilii necessarius, 112. b. Ob læsum Andronicum ducem multa passus est, *ibid.* In ignominia & metu degebat, ejusque salus in Andronici voluntate sita, *ibid.* Cappadoces omnes rei eventum expectabant, *ibid.*

**DOMINUS** magna per eos, qui se digni sunt efficit, 87. b. Dominus res viduarum & orphanorum suas facit, 111. b. Dominica dies imago venturi sæculi, 29. d. Vocatur a Mose unus dies, non vero primus, idem unus & octavus, *ibid.* Dominica dies vocatur una sabbati, *ibid.* Erecti precamur hac die, *ibid.*

**DOMINUS**, 221. c. Domus cura in Dominum projicienda, 156. b.

**Dona** sanationis, 60. c.

**DOROTHEUS** presbyter Romam cogitat, 177. a. Demonstrat ei Basilius hoc iter nisi mari confici non posse, *ib.* Sanctissimo in Occidentem cogitanti socius fore putatur, 200. a. Mittitur unus vice multorum in Occidentem, 204. b. Narravit Basilio, quos Petrus coram Damaso sermones habuisset, 224. b. Dicebat numeratos fuisse in hæreticis Meletium & Eusebium, *ib.* Ob hoc ipse non leniter & mansuete alloquitur Petrum, coram Damaso, *ib.*

**DOROTHEUS** presbyter Basilii collactaneus, 62. b. Hunc Basilius ut alterum seipsum commendat, *ib.* Is domus, in qua Basilius nutritus fuerat, pacta mercede colonus erat, *ib.* Servitorum maximam partem utendam per vitam acceperat, ut Basilio alimenta ministraret, *ib.* e. Frumento spoliatus, quod unicum habebat vitæ præsidium, 98. a. Idem ac Basilius sentiebat, eandemque inibat pietatis viam, *ib.*

**DOROTHEUS** diaconus Antiochenus 88. d. Bis mittitur a S. Basilio ad S. Athanasium, 87. c. 88. d. Inde Romam mittitur, *ibid.* Rediens transit Alexandria, 98. d. Dorothei diaconi conventus, 136. b.

## E

**EBRIUS** Caini maledictionem sibi ipse adsciscit, 310. e. Ebrii hominis quam tristis status, 310. 311. Ab ebrietate oritur naturæ inversio, 309. b.

**ECCLESIA** omnium mater & nutrix, 67. e. Tamquam vitis, bonis operibus affluens, 139. d. Ecclesiæ fraternitas ubi-

que diffusa, 124. a. Progrediens sit fortior, 160. e. Ecclesiæ ordo & gubernatio per Spiritum sanctum, 17. e. Omnes christiani unus sunt populus, 139. c. Ecclesia una omnes qui Christi sunt, quamvis ex multis locis nominetur, *ib.* Unaquæque ecclesia gaudere debet, cum propria sua ornamenta aliis ecclesiis cedit, *ibid.* Ecclesia unum corpus ex variis membris constans, 27. d. Spiritus sanctus in his membris, ut totum in partibus, *ibid.* Ut partes in toto, singuli sumus in Spiritu, *ibid.* Ecclesiam universam Christus dignatus est suum ipsius corpus vocare, 202. d. Hinc invicem aliorum membra sumus, *ibid.* Hinc christiani omnes inter se vicini, etiam locis disjuncti, *ib.* Nihil jucundius quam homines magno intervallo se junctos in unam membrorum harmoniam colligari, 89. b. Ecclesiæ ex caritatis lege debeat ecclesiis afflicta visitare & juvare, 202. c. 203. e. Non potest caput pedibus dicere, opus vobis non habeo, 202. d. Sive quis caput se esse existimet, non potest dicere pedibus: Non est mihi opus vobis, 165. d. Manus altera indiget alterius, & pes alter alterum firmat, *ib.* Genes ipsæ socius inter se ineunt & commercium persequuntur, *ibid.* Non locorum intervalla disjungere debent, sed spiritus communio in unius corporis concentum conjungere, 99. d. Basilius declarat se alias ecclesiis admoniturum, si Neocæsariensis episcopus in errore perseveret, 173. c. Rogant Orientales ut omnibus ecclesiis denuntietur Eustathius, 220. c. Ecclesiæ Dei olim florebat, membris variis quasi in uno corpore conspirantibus, 140. d. Hujus pacis ne vestigium quidem superesse queritur Basilius, *ib.* Ecclesiarum prisca beatitudo, cum pauci disputandi morbo laborarent, omnes per nudam confessionem Domino servirent, 144. a. Ecclesiæ ad antiquam dilectionis formam gubernandæ, 156. d. Fratres ex utraque parte venientes, tamquam propria membra, suscipiendo, *ibid.* Ut Ecclesia Dei pura sit, nullum zizanium admittum habens, non communicandum cum hæreticis, 113. e. Sedatis diffensionibus perfectum sit Christi corpus in omnibus membris integritate restitutum, 101. e. Queritur Basilius quod res ecclesiasticæ dilapsæ sint, dum quisque res proximi negligit, suis intentus, 125. d. Quæ ad omnes ecclesias spectant, de iis pauci episcopi statuere non debent, 223. b. Non debebant confessores Egyptii Marcelianos etiam tuis conditionibus recipere, sine aliorum consensu, *ib.* Ecclesiam vincere non possunt persequutiones, 200. e. Totæ nationes & civitates, consuetudo omni memoria vetustior, viri ecclesiæ columnæ hæreticis objiuntur, 33. b. Orientis, & Ponti & Cappadocum, & Occidentis consensu, 32. e. & seq. In Ecclesiæ malis, curandis iniuriam a præcipuis partibus faciendum, 87. b. Ad ecclesiarum defensionem orthodoxi tantum studii impendere debent, quantum ad earum everisionem impendunt hæretici, *ib.* Ecclesiarum status in persequutione Valentis, comparatur eorum prælio navali, 33. c. Ecclesiæ columnæ sancti Patres, *ib.* b. Ecclesiæ ritus Apostoli & patres præscriperunt, 29. b. Ecclesiasticarum rerum examina non pertinent ad iudices sæculares, 137. c. Quæ in ecclesia peccantur, ab episcopis emendari debent, 231. d. Non interpellandi iudices, *ibid.* Ecclesiarum possessiones premuntur tributis, *ib.* Vix reperiuntur qui eas suscipiant, *ibid.* Suum potius absumit ecclesia, *ibid.* Pauperum pecunias ambitioni episcoporum in proprios usus & munerum largitiones infundunt, 101. b. in ecclesia asseruata pauperum vestimenta, 231. d. Ecclesiam construere ad gloriam nominis Christi, cura digna christiano, 77. c. Ad ecclesiam recens constructam reliquie martyrum quæruntur, *ibid.* Ecclesias in persequutione Valentis fugiunt populi, ut impietatis scholas, 101. e. Cum uxoribus & liberis & ipsi senibus pro mœnibus effusi preces fundunt, *ibid.* Ecclesiæ vocantur synodi, 231. d. Ecclesiæ inspector angelus, 199. c. Ecclesiæ conceptum, 244. b.

**Ecclesiasticus**, 71. d.

**ECDICIUS**, 188. c. Pulso Hypsino substituitur in episcopatu Parasæno, 198. e. 200. b.

**Echinades**, 51. b.

**ELDAD**, 27. b.

**Electio** ministrorum Ecclesiæ quidvis potius

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

- V**ius quam electio, si gratia aut precum aut timoris ratio habeatur, 233. b. Satus est dicta testimonio abstinere a contentione, *ibid.* Ej qui contendit, ut sua vincat sententia, magnum periculum, *ib.* In electionibus proprium sibi quisque ducere debet id quod agitur, 59. a. In electionibus episcoporum nascentes discordia omnem defuncti episcopi laborem subvertunt, *ib.*
- E**leemofynæ præceptum immerito nonnullis molestum, 267. 268. 276. Ob neglectam eleemofynam fames a Deo immittitur, 268. Etiam si unus tantum super sit panis, cum egeno partiendus, *ibid.* Divitiarum copia argumento est eleemofynam exhibitam non fuisse, *ib.* Fur est qui de divitiis suis non emittit proximo, *ibid.* Eleemofyna quantum utilis ei qui alios juvat, *ib.* Personarum ratio non est habenda, 269. Calamitosis præcipue succurrendum, *ibid.* Cavendum a fraudibus nec omni dandum errabundo, *ib.* Eleemofyna donum simul & fenus, *ibid.* Dona ex rapinis orta displicent Deo, *ibid.* & 270. Quanta imminet supplicia his qui pauperes fastidiunt, aut durius repellunt, *ibid.* Ridicule nonnulli pauperes non juvant dum vivunt, sed promittunt fore ut sua eis testamento legent, 295. a. Eleemofynas etiam si quis arena copiosius profundat, si iustitiam conculcat, animam suam lædit, 214. a.
- E**LEUSNIUS Eustachii Sebastiani discipulus, 94. b.
- E**LIAS Cappadociæ præfes, 96. 97. 102. Inventus hoc onus susceperat, 103. a. Optat Basilium, ut omni hominum generi custodiat, præfecturas ex præfecturis gerens, 96. d. Magna illius virtus in provincia administranda, *ibid.* Magni faciebat calamitosos & leges & amicos, etiam si periculum ei ab hominibus immineret, 97. b. Cappadocum miserus est non reformidans periculum, 98. b. Res christianorum ad antiquum decus revocabat, 104. a. Eliæ pura in Deum pietas, 102. d. Basilii amicus ejusque existimationem curæ habens, 103. a. Accusatus apud eum Basilium ab episcopis, respondet illorum querelis, 102. 103. Etiam par erat favere presbyteris, qui idem ac Basilium sentiebant, 98. a. Postulat Basilium ut nonnulla mutet quæ minus æque decreverat, 96. d. 98. a. Cito dejectus administratione, in crimen vocatus ob liberum & assentationis nequium animum, 104. a. Numquam talem rectorem vidisse se meminerat Cappadoces, *ib.* Illum Basilium commendat Sophronio quem rogat univærsæ patriæ nomine, *ibid.*
- E**loquentia auribus tenus gratiam obtinet, 229. a.
- E**LPIDIUS episcopus, 169. b. 210. e. Segregatur ab Eustathio, *ibid.* b. Videtur egisse eum episcopis Ponti de reconcilianda gratia cum Basilio, 169. a. Mittit ad eum Basilium Meletium presbyterum, *ibid.* Rogat ut tempus & locum congressus indicet sibi, & episcopos Ponti moneat, *ib.* Congressus constituitur in finibus Comanicis, *ibid.* a. Elpidii nepos moritur, *ibid.*
- E**LPIDIUS diaconus a Basilio mittitur ad confessores Ægyptios, 222. b.
- E**LPIDIUS Therasii præsidis affessor, 93. e. Basilio amicissimus, 85. e.
- E**LPIDIUS ad herum festinans, 192. e.
- E**MMELIA mater Basilii, 60. a. Recta fide imbutus ab ea Basilium, 184. a. Cum Eustathio plures dies apud eam traduxit, *ibid.* d. Ejus morte morbi Basilii redeunt, *ibid.* Separationem hujus animæ ferre non potest, cui nihil in aliis rebus videt comparandum, *ibid.*
- E**NCRATITÆ Marcionistarum germen, 159. e. Vinum & nuptias averfantur, 160. a. Dei creaturam dicunt esse inquinatam, *ibid.* Aggressi sunt proprio baptismo præoccupare, 149. d. Unde & suam consuetudinem violarunt, *ibid.* Baptizant tamen in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, 163. a. Duos ex hac secta episcopos Basilium suscepit in cathedram episcopalem, 149. b. Querunt cur non omnia veltamur, 197. d.
- E**PHEMERIS, 198. d.
- E**PIPHANIUS Basilium hortatur, ut diffensionem inter fratres montis Elæonis componat, 213. d. ac de questionibus recens exortis curam suscipiat, *ib.* Rogabat etiam ut scriberet ad ecclesiam Antiochenam, 214. a. Fatebatur necesse esse res hyposteses confiteri, *ibid.* Communicabat tamen cum Paulino, *ib.* d. In alii litteris quærebatur quid sint Magusæ, *ib.*
- E**PISCOPI ecclesiarum Dei constituti a Deo, 69. e. 88. b. 139. b. 158. d. Sedent in cathedra Apostolorum, 158. e. Episcopi thronus, 147. d. Episcopus dux chori, 58. e. Confessus Coryphæus, *ib.* Debet noctu & diu publice & privatim obtestari eos qui nolunt emendari, 180. a. Sed minime cum illis abripi, *ibid.* Episcopi condemnationis participes erunt, si non omni studie & alacritate ad veritatis defensionem incumbant, 86. a. Cavendum ne administrationem aut negligent, aut per mala opera gerant, 175. b. Ab eis non idem Dominus petit, quod a quibuslibet hominibus, 169. b. Episcopus debet navigium immerfabile custodire, 139. b. Non debet alios sequi sed præire, *ib.* d. Demensum confervis tempestive distribuere, *ibid.* Episcopus cavendum ne probum sint nomini Christi, 175. b. Episcopus eligitur ut homines Domino capiat, 139. b. In episcopo tamquam in propriis fulcris ecclesia quiescit, 94. e. & seq. Episcopo vigilanti velut fundamento subtracto, multi corruunt, 58. d. In episcopo eligendo debet quisque id quod agitur proprium sibi existimare, nec rerum communium curam in proximum rejicere, 59. a. Episcopum vigilantem petere sine contentione cleri est ac populi, Domini autem ostendere, 58. e. Mortuo episcopo litteræ cleri ad episcopos provinciarum, 76. d. Ad episcopatum eligendus qui servus Dei sit, operarius non prave pudens, 157. d. Non suis sed multorum attentus commodis, *ibid.* Episcopatus onus intolerabile, si quis illud portet, 139. c. Secus, si Dominus cum illo portet, *ibid.* Difficile est invenire qui digni sint episcopatu, 155. d. Eorum, qui eliguntur, indignitas doctrinam in contemptum adducit, *ib.* Episcopatus nomen ad vernas vernarum devenit, 200. a. Ignominie nomen, proditionis merces, *ibid.* Utilius est sollicitudinem in plures episcopos dividi, 155. d. Episcopi in parvis civitatibus & in parvis oppidis, *ibid.* Episcoporum vigilantium series veluti pretioforum lapidum commiffura, ornamentum est ecclesiarum, 58. e. Episcopis abesse non licet cum lupi insidiantur, 127. c. 130. b. 204. b. Episcopis Dominus hoc opus præscripsit, ut preces pro aliis faciant, 135. b. Legibus submissi in humanis rebus, 187. b. Eis licet questum aucupari, cum adeant potestates, 96. e. Questus iste est levamen afflictorum, *ib.* Episcopis poena competens, atque a communione ecclesiastica, 232. c. Episcopos laudari qui pro sua lenitate non gravatur omnibus satisfacere, 78. b. Episcopi ambitiosi pauperum pecunias in proprios usus & numerum largitiones absumunt, 101. b. Episcopi sollicitudinem suam in alias ecclesias extendunt, 88. b. 124. a. 163. c. Semper parati esse debent ad ecclesiarum administrationem, 169. c. Athanasius fraternitatis ubique diffusæ curam gerebat, 124. a. Fatetur Basilium sibi convenire ut de rebus suis referat ad Petrum Alexandrinum, & Petro ut eas curæ habeat, 223. c. Ne episcopus sine collegis res magni momenti aggrediat, canones prohibent, 129. a. Episcopi pauci non debent statuere de rebus ad omnes ecclesias spectantibus, 223. b. Episcoporum diffensiones vulnerant animas hominum piorum, 187. c. lædunt ecclesias & civitates & populos, 83. d. & seq. Episcopus accusari non potest si quid in re indifferenti minus considerate laicus scriperit, 186. c. Episcopos in crimen vocatus apud aliam ecclesiam, moneri debet, si sanabilia delicta, 167. d. Sin autem insanabilia, palam arguendus, episcopi advocandi, & spectatissimi e clero cujusque ecclesie congregandi, *ib.* Episcopi sibi subditis Basilium depositionem minatur, ni pretio ordinare desinant, 80. b. Basilium postulat ut decenti more advocetur, 83. a. 105. b. Episcopi si quem ex collegis invitarent, mittebant qui eum deduceret, *ibid.* Basilium litteras mittit quoquo verum episcopis, seque adesse significat, 205. d. Episcopi hospites in ecclesia solebant concionari, 84. a. Episcopi sine populo & clero obambulantes ac nomen nudum circumferentes, 222. e. Episcopis Basilio subditis datur nomen chorepiscopi, 80. a. Episcopo ministrantes clerici, 60. a. Magnus & verus episcopus Christus, 77. d.
- E**PISTOLÆ non tantum promovent, quantum oratio, quæ viva fit voce, 87. a. 212. a. Ne umbræ quidem obtineant rationem, si cum veritate comparentur, 139. e. & seq. Epistola brevis quomodo persuadeat eis quibus longum tempus non persuasit? 90. b. Epistolæ vivæ instar sunt, quæ supplere possunt, quæ defunctæ litteris, 169. e. Libenter scribit Basilium per ejusmodi homines, *ibid.* Epistolæ virtus non est brevitatis, 244. e. Non sane magis quam hominis, *ibid.* Epistolæ laconicæ nullus labor, 52. c. Postulat Basilium, ut epistola sua, velut aliquod supplicantis insignis, suscipiatur, 111. d. Epistolas virorum prudentium libenter legit Basilium, 132. e. Epistolas assidue scriberet, nisi negotiis detineretur, *ibid.* Vide litteras.
- E**quarem præstatio, 239. Equis certantibus jucundissima aqua ori infusa, 182. c. Erroris operatio immittitur in filios diffidentie, 174. a. Erroris similitudo confirmat seditionis societatem, 34. c. Erroris summorum virorum imitatio non servanda, 149. b. Ad eruditionis testimonium plurimum valet, multorum hominum vidisse urbes, & mores nosse, 91. d. Ut ab Esau liberemur opus est aliquo Laban, 43. e.
- E**SDRAS cum in campum secessisset, omnes libros divinitus inspiratos, Deo jubente, eructavit, 70. b.
- E**ssentia nomen commune, 18. b. Peculiaris animal, magis speciale homo, homine specialius est vir, & vir hic aut ille, *ib.* Essentia ratio non alia in Paulo & Silvano, 63. e. Hinc inter se confubstantiales, *ib.*
- E**vagari animo non oportet, 54. a.
- E**VAGRIUS presbyter, Pompejani Antiochenis filius, in Occidente ierat cum beato Eusebio, 126. b. Rediens nuntiavit Basilio illius scripta Romæ non placuisse, *ib.* Postulat ut scribatur epistola a Romanis ipsis dictata, & legati auctoritate præditi mittantur, *ib.* Promiserat Basilio se participem fore conventus, qui Meletio addictus erat, 136. b. Promissum non exsequutus est, *ib.* Basilio per litteras hortatur, ut pacificationem ecclesiarum suscipiat, 135. c. In primis Antiochenæ, *ib.* Et mittat in Occidentem, 136. a.
- E**vangeliæ regni, 203. d. Evangelium in omnem pervenit terrarum orbem, 141. d. 203. d. Ab Oriente initium cepit, *ibid.* Hinc hostis perficere conatur, ut ab eodem loco defectio incepta in totum orbem diffundatur, *ib.* Evangelii præcepta eum temporibus non mutantur, 207. b. Evangelia non indigent somniis ad fidem faciendam, 174. a. Evangelio Christi dignam ducere vitam debemus, 54. a. Evangelium vitæ post resurrectionem ducentis imagine, 15. c.
- E**UCHARISTIA nutrit animam, 47. d. Dum edimus carnem Christi & bibimus ejus sanguinem, participes sumus Verbi & Sapientie, *ib.* Carnem enim & sanguinem vocavit totum suum in carne adventum, *ib.* Vivi panis manna figura, 13. c. Boni communio, 161. a. Invocationis verba, cum conficitur panis Eucharistie, ex Traditione accepta, 28. e. His contenti non sumus, quæ tradit Evangelium & Apostolus, *ib.* Alia addimus, ut multum momenti habentia ad mysterium, *ibid.* Singulis diebus participem esse sancti corporis & sanguinis Christi, bonum est & utile, 102. a. Quater singulis hebdomadibus communicat ecclesia Cæsariensis, *ibid.* Eucharistiam propria manu sumere in persecutionibus grave videri non debet, *ib.* In solitudinibus monachi Eucharistiam domi servant, imo unumquique de plebe, Alexandriae & in Ægypto, *ib.* Qui domi propria manu communicat, de manu sacerdotis censetur communicare, *ibid.*
- E**UCLIDES, 303. d.
- E**UEMUS Patrensis episcopus, 180. e.
- E**UODOXIUS, 210. c.
- E**usebius, 229. d. Evæfena ecclesia Basilio carissima, 210. a. Nihil eam læserunt mala tempora, *ib.* Calumnias Basilio structas in mentientium capita rejecerunt, *ib.*
- E**UGENIUS monachus, 127. d.
- E**UIPPIUS, inter duces Arianorum, 87. a. 210. c. Vir eruditus, ætate provectus, multa cum Basilio amicitie jura habens, 120. e. Disedit Basilium ab ejus communione ob amorem veritatis, *ibid.* Adversus Euippium horrendæ Eustachii predicationes, 210. a. Euippii alumnus Anyfius, 200. b.
- E**ULANCIUS sophista, 171. b. Basilii causa invisus Neocæsariensibus, *ib.* Videtur metu

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

metu illorum scribere Basilio desisse, *ibid.*  
**EULOGIÆ** virginæ, 74. d. Eulogiæ ab Amphilocho missæ ad Domini Natale, 193. a.  
**EULOGIUS** episcopus Ægypti exul, 221. d.  
**EUMATHIUS** Christianus & nobilis & doctus, 147. a.  
**EUNOMIUS** Dei naturam sibi comprehensam esse gloriatur, sed ne formicæ quidem naturam explicare potest, 51. d. e. Eunomiani refelluntur qui se Dei substantiam adinventisse dicebant, 306. c. *seqq.* Comparantur cum iis, qui calculos in theatris subducunt, 195. c. Adversus Eunomium Basilius scripta, 57. a.  
**EUNUCHI** vitiorum descriptio elegantissima, 114. a. Eunuchi voluntarii aliis præferuntur, 353. e. Verba Christi de eunuchis comparantur cum Isaïæ verbis, *ibid.* Veris eunuchis promissa præmia, 355. b. Vituperantur qui semetipsos evirant, *ibid.* Eunuchorum nonnullorum horrenda flagitia, 356. a.  
**EUPATERIUS** ejusque filia Basilius, consulant de Spiritu sancto, 136. e.  
**Euphemias**, 178. a.  
**EUPHEMIUS**, 134. e.  
**EUPHRONIUS** episcopus Colonienis, 158. a. 190. 191. 192.  
**EUPRAXIUS**, 141. e.  
**EUPSYCHIUS** celeberrimus martyr, 211. b. Sancti Euppsychii memoria, 163. d. S. Euppsychii dies festus, 129. c. Omnes chorepiscopi ad eum convocantur, *ibid.*  
**EURIPIDES**, 85. c.  
**EUSEBIUS S. Basilius decessor**, 76. c.  
**S. EUSEBIUS** episcopus Samosatorem, 100. e. Illius invivendi cupidus Basilius, ut magnis illius sapientiæ thesauris exsatiari possit, 57. d. Ad Eusebium in ecclesiarum malis respicere una Basilius consolatio est, 61. d. Nihil illius culpa periit, sed magnam sibi apud Deum mercedem comparavit, *ibid.* Eusebii precibus servatam fuisse putat Basilius ecclesiam Cæsariensem, 60. a. Ab eo non longe distabant fratres nonnulli, qui sanationis habebant domum, *ibid.* c. Eusebius semper juvenandæ Ecclesiæ studiosus, 76. d. Illius videndi & audiendi cupida Cæsariensis ecclesia, 77. a. Cum Eusebio ad magnas tentationes accingi non pigretur Basilius, 105. b. Absque eo vel leves intueri non audeat, *ib.* Cum Eusebio nemo comparandus in dando de magnis rebus consilio, 126. e. Auctor est, ut rursus scribatur in Occidentem, 116. b. Exortam inter Basilius & Eustathium diffensionem comprimere conatur, 120. Queritur quod res Ecclesiæ negligantur & adversariis tradantur, 128. e. Cuncta longe ante prævidet, 125. b. Prior surgit & alios excitat, scribens, coram accedens, *ib.* Laboribus defessus, negotiis impeditus; nec ob Valentem e propinquo imminentem e texto audeat excurrere, 130. b. Sed tamen eum invitat Basilius, ut amicissimam omnium ecclesiarum videat, *ib.* Eum accusat pigritiæ quod non scribat, 136. c. Pigritiæ attribuit, quod ad se non venerit, *ibid.* Eusebius persequentibus superior, 142. b. Forti animo migrat e patria, *ibid.* Eius thronum fortasse alius occupat, *ib.* Cum eo vel unum diem versari satis est ad salutem viatici, *ibid.* Felices existimat Basilius eos qui in multo otio perfruuntur Eusebio, *ib.* Antiochus Eusebium extem comitatur, Eusebius scribit ad ecclesiam suam ut pacem componat, 181. Cum S. Meletio inter hæreticos Romæ numeratus, 224. a. Pro Eusebio multi diu ac noctu precantur, 225. a. Illius reditum expectant ut suam salutem, *ib.* Eusebii vitam Deus magna manu protexit, *ibid.* Multa contra Eusebium facta, *ibid.* Sed Deus eum bello circumstante incolumen servavit, *ibid.* Eusebii alumni virtutis illius effigiem præsentant, 120.  
 Sancti Eusebii Vercellensis episcopus, 126. b. Rediens in Occidentem secum ducit Evagrius, *ib.*  
 Eusebius Basilius condiscipulus, 226. c. Olim utrique domus una, Pædagogus idem & omnia communia, *ibid.*  
 Eusebius Palæstinus, 32. a. Eius multiplex experientia laudatur, *ib.*  
 Eusebius Arianorum dux, 207. a. 220. a. Eusebius, quem Basilius filium appellat, 146. c. In iudicium majestatis vocatur, *ibid.*  
 Eusebii lector ad Eusebium Samosatensem vadens diu retinetur a Basilio, 159. e. *Eusebio*, 185. a.  
**EUSTATHIUS** Sébasthenus, 100. c. Disci-

pulus Aril & magister Aetii, 123. c. 185. d. 205. c. 220. e. Hermogeni offert confessionem fidei, 207. d. 220. e. Ad Eusebium se confert, 207. a. 220. a. Inde pulsus in patria iterum se purgat, 220. a. Episcopatum forte adeptus statim Ancyra anathematizat consubstantiale, *ib.* Inde Seleuciam, *ib.* Constantinopoli assentitur hæreticis, *ib.* Deponitur, quia prius Melitinæ depositus fuerat, *ib.* Depositus a quingentis episcopis, 206. a. 210. c. Non acquiescit, quia eos Spiritus sancti participes esse negabat, 206. a. Eos contendit episcopos non esse, sed hæreticos, 210. d. Litteras adversus Eudoxium ad omnes fraternitates mittit, 188. b. Horrendæ illius in Euppiam prædicationes, 210. b. Presbyteros & diaconos in ecclesiis Amasæ & zelorum ordinavit, 188. d. Ex Dardania rediens, altaria Basiliidis evertit in Gangrenorum regione, *ib.* c. 210. a. Suas ipse mensas posuit, *ib.* Elpidium segregavit ob ejus communionem cum Amasiensi episcopo, 210. d. Cum tomo ab Eudoxii factione composito subscripsisset, concionem habuit fraudem deplorans, 206. e. Hoc remedium inventum, ut Romam se conferret, *ibid.* a. 220. c. Quænam ei proposita a Liberio, nescitur, *ib.* Nisi quod epistolam attulit quæ eum restituebat, 189. 206. e. Qua oblata susceptus a synodo Tyanensi, *ibidem.* Videbatur mendacium averfari, & debilius infirmitates portare, 123. c. Mendacium, ut horribile quiddam, in minimis rebus averfari videbatur, 106. a. Veritatis amicus esse, 184. d. Pro qualibet anima laborans, maxime vero pro Basilio, 94. b. Mittit Eleusinum, qui Basilius pro fide certantem adjuvet, *ibid.* Videbatur majus quidpiam esse quam ferat humana natura, 174. d. Maxima quæque ei crederet Basilius, *ibid.* Videbatur invigilasse sibi usque ad senectutem, 205. e. Cum de fide cum Basilio consensisset, ferebatur statim affirmasse discipulis, se cum Basilio nulla in re consentire, 106. a. Negat Basilius hanc suspicionem in eum cadere, *ibid.* Eustathii dissimulationis profundum, qui se omni tempore Basilio insinuaverat, 122. b. Eustathii duo discipuli Basilius & Sophronius e domo Basilius illiberaliter fugiunt, 115. e. *seqq.* Contumeliis Basilius vexant, crimina in eum contexunt, 115. 116. Magnum inde scandalum in civitate, *ib.*  
**EUSTATHIUS** formulam Nicænâ Basilius subscribendam proponit, his additis quæ ad Spiritum sanctum pertinent: subscribit Eustathius, 119. c. Indicitur aliud tempus & locus congregandi cum episcopis, 205. c. Non adest Eustathius quamvis promississet, *ib.* Epistola ejus nomine affertur scripta perfuoriorie, *ib.* Mittit Theophilus Cilix aliquem ex suis qui convitietur sancto Basilio, *ib.* 207. e. Pacem Basilius inter & Eustathium Eusebius componere conatur, 120. 121. paulo post Eustathius in Ciliciam vadit, 205. a. Ibi Gelasio cuidam fidem Arianam exponit, 122. & 187. Postea litteras ad Dazinam quemdam vel potius ad omnes homines mittit adversus Basilius, 206. b. Accusabat Basilius blasphemiam in Deum, 123. b. 184. b. Epistolam Basilius adulteratam proferebat, 186. c. Huic epistolæ verba Apollinarii hæretica subjecerat, ut Basilius auctor esse videretur, 121. 122. 175. b. 186. e. Querebatur quod a se Basilius per dolum eliciisset fidei formulam, 206. d. 210. b. Superbiæ accusabat quod non recepisset suos chorepiscopos, 189. a. Vera dissidii causa, studium placendi Euzoio, 185. c. 189. b. 210. b. Per Arianos restitui in episcopatum volebat Eustathius, *ibid.* Hinc medius videri volebat, 120. Populi metu aperte fidem negare non audebat, *ibid.* Reordinare ferebatur, 122. Eustathii erroris ulcus detegunt presbyteri Sebasteni & ab ejus communionem discedunt, 126. c. 199. a.  
**EUSTATHIUS** facile in contraria vertitur, 187. a. Illius norma, fidei verbis pro tempore alias aliis uti, 189. d. Ut medici ad varios morbos se accommodant, *ib.* Compendii causa omnia facit, 210. c. Semper ad potentiores transfugit, 188. b. Compendii causa accusat aut laudat, *ib.* 210. e. Omnium inconstantiissimus circa fidem, 207. c. Non in verbis inconstantior quam in factis, 206. b. Varie illius fidei formulæ, 207. a. 210. d. Calumnias non retractat, 183. a. Nova opera & facta agmine conatur Basilius vi-

tam affigere, *ib.* Eum probabile est Basilius defensionibus irritari, 189. d. Et graviora in eum machinari, *ib.* Dazimodem perturbat, ac multos a Basilius communionem abstrahit, 177. c. Ludi Eustathii contra ecclesias, 210. e. Cyzici fidem Nicænâ condemnat, 189. c. 206. a. 220. c. Homoouliastas vocat eos qui illam sequuntur, *ibid.* Cum iis est qui consubstantiale anathematizant, *ib.* Conjungitur cum hæreticis, 188. a. Ancyra cum illis communicavit in domibus, *ib.* Nondum enim publice ab illis receptus, *ibid.* Pneumatomachorum hæresis dux est, 220. c. Novitatis accusat doctrinam de Spiritu sancto, 189. e. Quos episcopos esse negaverat, ab his ordinatos suscipit, 209. & 210. Eos accersit Sebastiam, *ibid.* Non tamen in eorum communionem restitui potuit, 206. e. Cum agmine Arianorum venit Nicopolim, ut det illis episcopum, 199. 210. a.  
**EUSTATHIUS** chorepiscopus, 189.  
**EUSTATHIUS** Himmeriæ episcopus, 148. a. Is de exilio Eusebii valde dolet, *ib.* Idcirco pluribus negotiis occupatur & circumcurrat Christi ovilia, *ibid.*  
**EUSTATHIUS** diaconus, 76. c. Eustathius diaconus in Basilius domo degens, 125.  
**EUSTATHIUS** archiater, 133. c. 152. d. Is artem corporibus non definit, sed animorum morbos curat, *ibid.* Basilius cordis inflammationem infusus consolationis verbis excussit, *ibid.* Tacere volenti persuadet, ut sycophantas redarguat & veritatem defendat, 153. a.  
**EUSTATHIUS** Philosophus ethnicus, quem Basilius in Cappadocia, in Syria & Ægypto frustra querit, 37. a.  
**EUSTOCHIUS**, 90. d. Eius servi injuriam fecere Callistheni, *ibid.*  
**S. EUTYCHES**, 141. a.  
**EUZOIUS**, 189. b.  
**EXCOMMUNICATIO**, 264. e. Membra ecclesiæ abscondi moleste fert Basilius, etiam merito abscondantur, 141. a. Excommunicatus anathema est omni populo, 81. c. Excommunicatio per omnem ecclesiam presbytero citra emendationem sibi sacerdotium arroganti, tum etiam iis qui illum sequuti fuerint *ib.* Excommunicandi quos separatio a precum eommunionem non emendat, 232. b. Hominem nefandum a precibus & reliqua cum sacratis communionem remouet Basilius cum tota familia, *ibid.* Ne aliquis peccatorum communicatio contamineat, *ibid.* Basilius toti pago nuntiari jubet, ut cum homine excommunicato nullam habeat societatem, *ib.* Etiam in iis quæ ad vitam spectant, *ibid.* Is semel accusatus fuerat, coram uno aut altero convictus, tertio coram ecclesia, *ibid.* Quare non acquiescens excommunicatur, *ib.* Ut sit diaboli pabulum, ex eo quod alii cum eo non commisceantur, *ibid.* Excommunicatum omnes, ut abhominandum existimant, ita ut non ignem, non aquam, non testum cum eo commune habeant, 84. e. Litteræ, quibus excommunicatur, ubique leguntur, *ib.* In ecclesia Cæsariensi omnino arcebat ab ecclesiæ cœtu qui duas sorores duxerat, nisi a se invicem dirimerentur, 138. e. Indicanus præposito qui semel & iterum admonitus non emendatur, 55. a. Si ne sic quidem emendetur, excidendus & defensus ut membrum abscissum, *ibid.*  
**EXEMPLA** Sanctorum sunt veluti quedam animata & actiosa simulacra, 39. a. Homines doctrina & dignitate clari operam dare debent, ut ipsorum vita in exemplum proponatur, 56. b. Exemplis corporalibus Scriptura ad invisibilia ducit intelligentiam, 66. b. Exempla ex rebus sensibilibus adhibita profunt ad divinas intelligendas, si quis sine contentione studio audiat, 65. a. Docet nos ratio ipsa per creaturas, ut non turbemur in quæstionibus difficilibus, *ibid.* b. Exemplo magis dicitur quam sermone quomodo Christianum vivere oporteat, 133. a.  
 Exilium legibus inflictum ob famosum libellum, 232. c.  
 Expetendum unum est æternum bonum, 229. c.  

F

**FACETIS** sermonibus non aucupanda voluptas, 39. d. Factorum hominum verba vim animæ frangunt, *ibid.* a. Recte factorum iniqui iudices, 35. b. Factum esse idem est ac creatum esse, 46. d. Fames in Cappadocia multum negotii exhibet

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

- bibet Basilio, 57. d. Eum cogit manere Cæsarem, 60. c. A fame Deus Eliam & Danielelem & Iracilitas mirabiliter servavit, 302. b.
- Fastu inani qui inflantur inciderunt in iudicium diaboli,** 82. a.
- Fato aut fortuna res humanas regi plures dicitant,** 37. a.
- FAUSTINUS episcopus Iconiensis,** 126. d.
- FAUSTUS contra canones ordinatus episcopus,** 117. a.
- Fax in medio mari splendens grata navigantibus,** 107. b.
- Feneratorum pecunia comparatur cum leporibus,** 273. c. Pauperibus quidvis potius perferendum quam fenus, 269. Fenore qui accipit, in quos se mala conicit, 272. 273. Feneratorum artificia & crudelitas, 272.
- Fermentum Arij,** 202. a. Fermenti heterodoxorum particeps esse non vult Basilium, 209. c. Ariani altaribus Sebastie potiti, facti sunt fermentum illius ecclesie, 206. d.
- Festi symbola, Eulogiae,** 193. a.
- FEUSTUS Basilii discipulus,** 235. b.
- Ficus sylvestres & hortenses,** 262. a.
- Fides & baptisma duo modi paradæ salutis inseparabiles,** 12. b. Fides perficitur per baptismum, baptismus fundatur per fidem, *ibid.* d. Fides in disciplinis præit cognitioni, 195. b. At in religione christiana præit hæc cognitio, Deum esse, *ibid.* Hanc autem ex creaturis colligimus, *ibid.* Hanc cognitionem sequitur fides & fidem adoratio, *ibid.* Non communicandum cum iis qui medios se esse volunt, 120. 121. Alternans ille animus ab Ecclesia removendus, *ibid.* a. Sine recta fide & recta vita nemo Deum videbit, 48. c. Fides est id quod nos salvos facit, 19. e. Fides & recta vita pedes mentis præparant, 48. b. His qui fidem negarunt inter tormenta, anni octo poenitentiae, 179. c. Anni decem si sine magna vi cesserint, *ibid.* Qui Christum negavit per totam vitam flere debet, *ibid.* Fidei defectio, quam minatus est Dominus, 30. e. Hujus proemia in blasphemis Pneumatomachorum, *ibid.* Fides in Oriente primum illuxit, 101. b. Fidem alias aliam scribere quam contrarium huic sententiae, *Unus Dominus, una fides*, 189. e. Fidei formulæ Basilium de Incarnatione aliquid addere non audent, 214. a. Id viribus suis fatetur esse altius, *ibid.* Fidem recentiore nec ab aliis scriptam recepit, nec ipse audeat scribere, 127. d. Fidei simplicitate sublata nullus finis sermonum, 214. a. Nihil curiose præter antiquam fidem inquirendum, 145. Credere oportet ut baptizemur, 12. c. 15. d. 29. c. 119. a. Basilium hortatur filias Terentii, ut caveant ne fidei depositum prodant, 109. d. Fides catholica communis hæreditas, 203. d. Bona patrum hæreditas, 141. c.
- Figura est rerum quæ expectantur per imitationem declaratio,** 13. c. Figuræ variae, quæ in veteri Testamento novum adumbrarunt, *ibid.* Divina humanis & humilibus rebus præfigurantur, *ibid.* Non ideo tamen divinarum humilis natura, *ibid.* Non debent mysteria exigua videri, quia exilibus figuris præsignata, 14. b. Voluit Deus rebus facilibus, ceu quibusdam elementis nos informare, *ibid.* Oculos paulatim ad veritatis lumen assuefecit, *ibid.* Figura vitæ post resurrectionem ducendæ, evangelica in hoc mundo vita, 15. c. Figuræ & prophetiæ per Spiritum sanctum, 17. b.
- FILII nomen est super omne nomen,** 7. e. Filius in Patre & Pater in Filio, quia hic talis est, qualis ille, & in hoc unum sunt, 20. b.
- FIRMIANI fidem de sancto Spiritu testantur illius libri,** 32. e. Illius sententia de baptismo, 149. c.
- FIRMINUS, adolescens Basilio carus,** 114. c. Asceticam vitam profitebatur, & regendæ civitati suæ, itidem ut majores ipsius, destinatus erat, *ibid.* Ubi audit Basilium eum arma sequi, suum ei dolorem significavit, *ibid.* Firmianus peccatum fatetur, seque operam dare asseverat, ut cito dimittatur, 115. a. Cæterum voluntatem virginitatis etiam inter arma custodiendæ firmam & immobilem significat, *ibid.*
- FIRMINUS,** 247-248.
- FIRMUS,** 247.
- Fientes. Vide Poenitentia gradus**
- Formica nos docet actuosam vitam,** 48. c. Formicæ industria monet ut nobis in futurum sæculum propiciamus, 269. a. Formicæ naturam explicare non possumus, 51. c.
- Fornicatio non est matrimonium, nec matrimonii initium,** 161. c. Fornicatores si separentur, id melius, *ibid.* Sin eis placet conjugium, non separentur, sed fornicationis poenam agnoscant, *ibid.* Fornicationi quatuor anni, *ibid.* Alia fornicatio, cui imponuntur septem anni, 178. c.
- In forum olim prodire Athenis non audebant infamie notis inusti aut manibus non puri,** 92. a. In foro hominum eruditorum colloquia, *ibid.* Foro assuefacti homines nec parci verborum esse solent, nec cauti adversus malas cogitationes; 132. c. Facile honore vincuntur, *ibid.*
- Fortuna aut fato res humanas regi plures dicitant,** 37. a.
- Fraternitates vocantur ecclesie,** 188. b.
- FRONTIQ,** 119. c. Simulaverat defensionem fidei, 200. c. Accepit ab Ariano episcopatu factus est execratio Armeniæ, *ibid.* Cum speraret episcopatum, adjunxit se inimicus Christi, 201. b. Ubi populos effertatos videt, rectam fidem simulat, *ibid.*
- Fundamento amplo illustrior coronis imponenda,** 147. d.
- Furi contenti sua sponte annus unus poenitentiae,** 178. d. Convicto anni duo, *ibid.* De furto in ecclesia commissis, 231. d.

## G

- GALATIA,** 242. a. In Galatia & Pontio multi hæretici, 199. a. & seq.
- Galli cum Basilio communicant,** 168. a.
- Gangrenorum regio,** 188. c.
- GELASIUS quidam, cui Eustathius in Cilicia fidem Arianam exponit,** 122.
- Gemitus dum erumpunt, intimum dolorem dissolvunt,** 203. d. 203. a.
- GENETHLIUS presbyter,** 186. a.
- Gentilium ac Judæorum filii ad Dei cultum compelluntur,** 73. b.
- Genus quoties flectimus & erigimur, ostendimus nos peccato in terram lapsos esse, & per misericordiam creatoris in cælum revocari,** 29. b.
- GEORGIUS Amphilochii amicus,** 156. a.
- Georgius unus ex ducibus Anomæorum,** 210. c. Fidem Constantinopolitanam attulit in Cappadociam, 78. b. Georgio mulier impia ad arbitrium utebatur, 200. c.
- Getafa ager S. Meletii,** 106. a.
- GIEZI nihil profuit convictus cum Elifæo,** 68. d.
- Gloria facile mutabilis,** 229. a. Gloriæ vanæ dæmon, 70. d. Gloria pluribus Scripturæ locis attribuitur ipsi creaturis, 24. d. Gloria duplex, alia naturalis, alia externa, 20. b. Externa rursus duplex, alia servilis, alia quæ præstatur, ut ab æquali, *ibid.* Gloria nihil aliud quam enumeratio mirabilium & beneficiorum Dei, 24. b. Glorificatio interdum Deo absolvitur cum Filio & cum Spiritu sancto, interdum per Filium in Spiritu sancto, 2. e. Glorificandi Dei argumentum præclarum enarratio beneficiorum, 7. d. Glorificatio fidei consentanea esse debet, 119. a. 137. c. Glorificatio consentanea baptismati, 100. c.
- GLYCERIUS ex acetarum numero,** 143. d. Habilis ad opera manuum, & ideo ordinatur diaconus, ut ministrat presbytero & opus curet, *ibid.* Virgines cogit & gregis imperium sibi arrogat, *ibid.* Patriarchæ nomen & habitum sumit, *ibid.* Objurgatus fugit cum virginibus, *ibid.* Trijudiant in magna celebritate, *ibid.* Colligit hanc captivitatem Gregorius, *ibid.* Si cum illius litteris redeat Glycerius, veniam poterit consequi, *ibid.* Rogat Gregorium Basilium, ut saltem virgines redeant, *ibid.* Scribit Glycerio, veniam pollicetur cito redeunti, *ibid.* e. Secus depositionem minatur, *ibid.*
- GRATIA per Christum & in Christo efficitur,** 7. e. Deus singulis generationibus manifestos facit eos qui ipsius vocatione digni sunt, 210. a. Ex nobis ipsas ad glorificandum Deum insufficientes sumus, sed sufficientia nostra est in Spiritu sancto, 28. a. A Spiritu alius alio plus aut minus adjuti gratias persequimur, *ibid.* Dominus dat patienter decurrere certamen, 147. c. Infirmiorem nostram deplorare debemus, quod pro beneficiis acceptis gratias verbis referre non possumus, 31. a. Christus alligavit fortem, ac nos, vasa illius diripuit, fecitque vasa utilia, 8. a. Hominem renovavit,

- reddendo gratiam, quam ex afflatu Dei acceptam amiseramus, 17. d. His oblitetur recte ratio, defensionem advocans & adiutorem Christum, 52. d. Dei est pugna & per Deum corona, 182. b. Nul- lum est vitium quod non animæ cultura superare possit in Christo Jesu, 244. a. Per Filium bona ex Deo ad nos perveniunt, majore celeritate operantem, quam ullus sermo exprimere valeat, 8. e. Divinæ operationis celeritas, *ibid.* Temporis spatio non eget, sed natura eorum quæ fiunt, voluntate non coacta obsequentem habet, *ibid.* Cum dicit Aposto- lus, *superamus per eum,* non humile ministerium indicat, sed auxilium; quod Christus per imperium potentie suæ operatur in nobis, *ibid.* Omnia in omnibus efficiens gratiæ opus esse dicimus, quid- quid ad nos boni pervenit, 64. b. Deus non enarrabili sua potentia cor tangens, cogitationibus bonis animum illustrat, 49. a. Multiplicem beneficentiam Chris- tus ob divitias bonitatis egentibus præstat, 7. e. Per Christum accessum habui- mus ad Patrem, 8. a. Per Filium ascen- dimus ad Patrem, *ibid.* d. Deus in ho- minum imbecillitate potentiam suam declarat, 164. c. Per arenam mare con- stringit, *ibid.* Renovatio & a vitiis ter- renis ad cælestem vitam transmutatio vocatur in Scripturis resurrectio & creatio, 21. e. Creatio vocatur in Scripturis com- mutatio in melius ex pejore, 47. b. Creatur homo per baptismum, *ibid.* Dis- sidentes conciliare & ad unius corporis harmoniam redigere, illius est solus, qui & siccis ossibus, ut ad nervos & car- nem denuo redeant, largitur, 87. a. Liberi arbitrii præparatio a Christo, 8. a. Deus adest nobis vocatus & invocatus, cum mentes ad id quod decet, dirigimus, 235. b. In hoc Christi admiranda potentia, quod potuit compati infirmi- tates nostras, 8. d. Totius mundi creatio illius potentiam non perinde commen- dat, atque quod Deus incomprehensibilis potuit per carnem cum morte confictari, *ibid.* Basilium cum dicit se veluti scopulum esse prominentem, id ad se non refert, sed ad Dei gratiam, 164. c. Oran- dus Deus ut det perseverantiam, 144. d. Ut det patienter ferre persecutionem, 33. a. Gratiam acceptam facile expellant animæ mobiles, 27. b. Domino datum est adulterinum a probo ac puro discernere, 101. e. Christus dat ut ad contem- plationem Spiritus idonei sint discipuli, 24. c. Carnalis homo non potest attolle- re oculos ad lumen veritatis, nec mun- dus recipit gratiam Spiritus, *ibid.* Gra- tiæ retia inevitabilia, 139. b. Quavis ar- ce Christus firmus propugnaculum fide- libus, 8. b. A Spiritu sancto liberi & ser- vis efficitur & Filii Dei a morte revo- camur ad vitam, 12. e. Nemo potest Filium adorare nisi in Spiritu sancto, *ibid.* c. Nemo potest Patrem invocare nisi in Spiritu adoptionis, *ibid.* Si quis sit extra Spiritum, nullo modo est adoraturus, 28. d. Si in illo fueris, nullo modo eum separabis a Patre & Filio, *ibid.* e. Nul- lum ad homines donum pervenit absque sancto Spiritu, 25. a. Bonorum largitio a Spiritu ad dignos pervenit, 64. b. Ne simplex quidem verbum possit quis pro Christo dicere nisi adjuvetur a Spiritu, 25. a. Confirmatio, quam dat Spiritus, in quo posita, 16. e. Sanctificatio non est absque Spiritu, *ibid.* Quomodo a Spiritu vitam operante regeneramus, 15. a. & seqq. Impossibile estcernere imaginem Dei, nisi in lumine Spiritus, 28. d. Non potest quisquam de Filio cogitare, qui non sit prius a Spiritu illustratus, 64. d. Misericordia Dei nobis suppeditat opem Spi- ritus ac per ipsum imbecillitatem nostram corroborat, 94. b. Spiritus libidinum flammam mortificando membra refrige- rat, 14. a. Hujus gratiæ nubes figura fuit, *ibid.* Angelos auxilio S. Spiritus opus habuisse patet ex lapsu malorum, 17. c.
- Gratiæ Dpo in omnibus agendæ,** 117. e. Mali servi beneficianti gratias agunt, castiganti morem non gerunt, *ibid.* Gra- tiæ etiam in adversis agendæ, 300. & 302. Hominis est ingrati in prosperis tantum Deum benedicere, 302. Gratiæ Deo agendæ non verbis tantum, sed & opere, 57. b. Gratiæ non solvimus pro præsen- tibus bonis, idcirco eis privamur, 298. d.
- S. GREGORIUS Neocæsariensis vir sum- mus,** 164. d. Gregorius magnus, 32. a. 172. a. Universum populum urbanum & rusi-

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

- ruficum convertit , 32. a. Ab eo basis ecclesie Neocæsariensis fundata , 58. d. E-  
jus miracula & donum prophetie , *ib.* Ab  
ipsis veritatis hostibus alter Moses voca-  
ri solebat , *ib.* Ejus traditioni nullum  
dictum aut ritum mysticum successores  
adjecerunt , 32. d. Ab ejus institutis dege-  
nerant Neocæsarienses , 170. d. Extincta  
ab eo hæresis Sabellii , 172. a. Dixisse fe-  
rebatur Patrem & Filium duo esse cogi-  
tatione , hypostasi unum , 173. e. Grego-  
rii dialogus cum Æliano , *ibid.* Ibi mul-  
ta librorum errata , *ib.* Nonnulla non  
docendi causa dicuntur , sed decertandi ,  
*ibid.* Nonnullæ voces hæreticis faventes ,  
ut creatura & factura , *ibid.*
- GREGORIUS** Theologi pater , mortuo  
Cæsariensi episcopo , metuit ne Ariani ir-  
ruant , 76. c. Acceptis cleri litteris ac po-  
puli quoquoque circumspicit & Euse-  
bium Samosatensem advocat , 76. c. Spa-  
rat se magnam apud Deum fiduciam ha-  
biturum , si Basilium impetret , *ibid.*
- GREGORIUS** episcopus Basilii patrum , 83.  
b. Patris loco ei fuit ab initio , *ib.* Majo-  
rem , quam consanguinitas exigebat , cu-  
ram ostendit , *ibid.* Proprius animi illius  
character pax & mansuetudo , *ibid.* Post  
Basilii electionem , discessit ab ejus com-  
munionem cum pluribus aliis , *ibid.* & 84.  
Hujus diffidii participes fuere ecclesie ,  
ac totæ civitates & populi , 83. e. Grego-  
rius Nyssenus in hoc diffidio componen-  
do parum caute versatur , 82. & 83. Tan-  
dem Basilium prior scribit ad patrum ,  
eumque rogat ut congressum indicet , *ib.*  
& 84. Non posse enim suspiciones sedari  
citra congressum , 140. c. Acceptis patrum  
litteris rescribit Basilium , ac patrum ro-  
gat , ut congressum ac tempus & locum  
constituat , 84. & 109.
- GREGORIUS** Nazianzenus Christi os &  
electionis vas & puteus profundus , 43.  
d. A Basilio invitatus vivendi rationem  
scire avet , 38. b. Suam illi solitudinem  
describit Basilium , 50. & 51. Cum Basilio  
est , ac idem institutum sequitur , 184.  
e. Gregorius pauper , 61. c. Vitam quietam  
ducere statuit , *ibid.* A negotiis na-  
tura & voluntate alienus , *ibid.* Fratris  
mortui bona , ex ipsius mandato , distri-  
buit pauperibus , 60. d. Sycophantæ mul-  
ti exoriuntur , qui pecuniam a se Cæsari-  
stium dicunt accepisse , *ib.* Gregorii epi-  
stolas agnoscit Basilium , velut amicorum  
liberos ex similitudine cum parentibus ,  
38. b. Laconicæ solent esse , 52. e. Scribit  
Basilio de calumnias ipsi a quodam mo-  
nacho affictis , 89. e. & 90. Invitabat  
Basilium ad congressum aliquem his de  
rebus , *ib.* Basilium sperat se has calum-  
nias operum testimonio refutaturum , *ib.*  
Ad eas resellendas nec scribere , nec ac-  
currere libet , *ibid.* Gregorium instante  
persequutione invitavit , ut secum laboret ,  
& occurrat bellum inferenti , *ibid.* Grego-  
rius Arianos dissipavit , ubi ipsi notum  
fecerit , se Basilii costus duces esse , *ibid.*  
Gregorium Salsimis ordinatum esse mira-  
batur S. Eusebius Naz. Respondet Basilio  
oportere ut episcopus sit , ex loco  
ornamentum non accipiens , sed adjiciens ,  
*ibid.* Gregorius Naz. Eusebio gratulatur  
exilium , 141. e. & 109. Dolet quod ne-  
gotiis & molestiis detentus sum invisere  
non possit , 139. a. Glycerium diaconum ,  
& virgines quibusdam fugerat colligit ,  
143. a. Nazianzeno repente discedit ,  
178. a. Qua de causa nescit Basilium , *ib.*
- GREGORIUS** Nyssenus , 50. d. Illius sim-  
plicitas , 82. d. 107. c. In componenda  
fratrem inter & patrum gratia minus  
prudenter versatur , 82. & 83. Illius ver-  
ba operum testimonio confirmari negat  
Basilium , 84. a. Hinc illum ejusmodi re-  
rum non satis fide dignum esse ministrum  
declarat , 83. Illius simplicitatem repre-  
hendit Basilium , ut christianis non con-  
gruentem , *ibid.* Queritur quod non secum  
sit novam vitam ingresso , *ibid.* Gregorii  
adventus levat corporis Basilii infirmita-  
tes , & alios animi dolores , 84. b. Invi-  
tus ordinatus est , 187. c. Cum omnium  
Cappadociæ episcoporum consensu , *ibid.*  
Renum infirmitati obnoxius , *ibid.* Illius  
simplicitas nocet Basilio , 107. c. Synodos  
cogit Ancyræ , nec ullum Basilium insidians  
modum omittit , *ibid.* Gregorium non-  
nulli Romam proficisci volunt , 177. b.  
Id Basilium non probat , *ibid.* Inexpertus  
enim Gregorius negotiorum ecclesiastico-  
rum , *ibid.* Præterea alienus ab adulatione ,  
nihil promovebit apud virum altius  
sedentem , *ibid.* Gregorio lites intendun-  
tur ab Arianis ob pecuniam sacram , 187.  
b. Ob illius etiam ordinationem , *ibid.*  
S. Basilii Oper. Tom. III.
156. e. Jussu Demosthenis abripitur ob  
Philocharis calumnias , 187. c. 199. a. Ob-  
temperat , sed morbo cogente fugit e ma-  
nibus militum , *ibid.* 193. a. Tranquillo  
est animo , 192. d. Ejus loco introducitur  
mancipium paucis obolis venale ,  
200. b.
- GREGORII** duo , 100. c.  
Gula pluribus mortem intulit , 309. b. Ab  
hoc vitio belluina libidines oriuntur ,  
*ibid.*
- De gustus sensu , 328. d.
- HÆRESSES** distinguuntur a schismate &  
a parasynagoga , 149. b. Hæresis dicitur  
ubi de fide in Deum dissensio est , *ib.*  
Hæretici vitæ vigiliantissimi alicujus pasto-  
ris præsidio , 58. e. Hæretici Philistinorum  
pastores , 43. e. Cavendum ne puteos  
nostros clanculum obstruant , *ibid.* Hæ-  
retici , canes & lupi , 58. e. Hæretico-  
rum ventorum ætus submersiones & nau-  
fragia importans , 58. d. Saxeæ corde præ-  
diti & incircumcisi , 46. c. Vasa testacea  
thesaurum Dei habentia circumvepire co-  
pantur , *ibid.* Hæresis abscissa non tan-  
tum nocet , quantum qui pelle ovis in-  
duti sunt , 220. c. Hi ut exorti ex ca-  
tholicis facile illudunt simplicioribus ,  
*ibid.* Hæreticorum supplicia in inferis au-  
gent , quicunque nunc eorum erroribus  
læduntur , 341. c. Cavendum ne hære-  
ticis detur aqua vituperandæ Ecclesie , 150.  
c. Non ex Scripturis docent animas sim-  
plices , sed sapientia extranea veritatem  
circumveniunt , 43. e. Ex stulta sapien-  
tia armati , 46. c. Novitatis accusant vo-  
ces familiares sanctis , & semper in Ec-  
clesia usitatas , 33. d. Traditionem reji-  
ciunt , 7. a. Horrendum est fidem dese-  
rere non tormentis ac cruciatibus victum ,  
sed sophismatibus deceptum , 12. b. Hæ-  
reticorum communio vitanda , 219. d.  
Indifferentia in his rebus nostram in Chris-  
to libertatem tollit , *ibid.* Hæreticorum  
nullus reordinare ausus est , 122. d. Hæ-  
reticos Eustathius negabat esse episcopos ,  
187. c. Evertibat altaria eorum qui cum  
ipsis communicabant , & ipsas ipse men-  
sas ponebat , *ibid.* Diaconos & presbyte-  
ros in eorum ecclesiis ordinabat , *ib.* Hæ-  
reticorum diffusa potentia , ob peccata ,  
141. a. Hæresis Arianae malum depascitur ,  
203. c. Metuendum ne vorato Oriente  
serpat in Occidentem , *ibid.* Redeuntes  
ab Ariana hæresi suscipiendos censuit  
Athanasius , si fidem Nicænam recipiant ,  
168. c. Sic etiam censuere Macedoniæ &  
Achaiæ episcopi omnes , *ibid.* Horum ju-  
diciu sequi maluit Basilium , quam per  
se de talibus judicare , *ibid.* Eustathius ,  
Apolinarius & Marcellus recipiendi , si  
corriganter : secus vero , abscindendi ,  
221. c. Hæretici in exitu recipiendi , 150.  
b. Non tamen sine examine , *ibid.* Quæ  
cum uno aut altero redeunte acta sunt ,  
ea lex sunt & regula erga alios , 150. a.  
Hæreticis non debet Ecclesia par pari re-  
ferre , sed accuratæ canonum observatio-  
ni servire , *ibid.* Sic hæretici recipiendi ,  
ut non ad eos Ecclesia , sed illi ad Ec-  
clesiam accessisse videantur , 224. a. Ab  
hæreticorum baptismo redeuntes ungen-  
di sunt coram fidelibus , 150. a. Vide *Bap-  
tisma*.
- Halcyon avis marina , 289. c.  
**HARMATIUS** magnus , 228. d. Ethnicus ,  
sed tamen civitati Cæsariensi carus , *ibid.*  
Hujus filius obsequio paterno præfert re-  
ligionem christianam , *ibid.* Unde Basilium  
deprecatorem se pro illo præbet apud Pa-  
trem , *ib.* & 229.
- HARPOCRATION** episcopus Ægypti exul ,  
221. d.
- HEBRÆORUM** gens Dei nomen propriis ac  
peculiaribus notis exarabat , 19. e.
- HELLI** punitus ob filios non satis acriter ca-  
stigatos , 279. e.
- HELLADIUS** principalis , 230. c.
- HELLADIUS** comes , 110. e. Præferti do-  
mesticus , 111. b.
- HELLENUS** , 89. e. Hellenius Nazianzi  
peræquator , 105. a.
- Hellasponi* civitas , 37. b.
- HERA** amicus Basilii a puero usque ad se-  
nium , 228. a. Hunc non ex consuetudi-  
ne sed ex summa amicitie affectione fra-  
trem appellat , 227. e. Gravis calum-  
nias vocatum in judicium commendat Hi-  
merio & aliis , 228.
- Heraclea* , 185. b.
- HERACLIDAS** Amphilochoi sodalis forum  
relinquit , 122. a. Prope Cæsaream venit ,  
in Ptochotrophio moratur , ibique cum  
Basilio ex more veniente colloquitur ,  
*ibid.* Sed tamen cum Amphilocho con-  
stituerat sedere in deserta loca , *ib.* &  
133. b. Quare accusat eum Amphilocho ,  
132. a. At ipse Amphilocho ad Basilio  
allicere conatur , 133. b.
- HERMOGENES** ex diametro inimicus Arii  
errori , 207. d. Nicænam fidem ab initio  
promulgavit , *ib.* Fidem scripsit in ma-  
gna synodo , 95. b. beatissimus episcopus ,  
220. e.
- HERODES** filius Antipatri Afcalonitæ , 197. a.
- HESYCHIUS** ab initio conjunctus cum Basilio ,  
tum ob communem litterarum amo-  
rem , tum ob communem amicorum Teren-  
tium , 85. e. Amorem auxit Elpidius sum-  
mas Hesychi virtutes laudans , *ib.* Optat  
eum Basilium aliquando adesse antiquis la-  
ribus , *ibid.* Rogat eum ut sibi operam  
navet in placando Callisthene , 90. d.
- Hiems acerba & longissima , 116. d. 159. d.
- Hiemis fructus sunt sermones , 50. c.
- Microsolya* sub Vespasiano premebatur ex-  
terno bello & domestica seditione , 101. d.
- HILARIUS** , 174. c. Statim ab ipsis scholis  
amicus Basilii , *ibid.* Veritatem amat &  
rebus Ecclesie tangitur , *ib.* d. Infirmus  
est corpore , 175. b.
- HILARIUS** Telmesi episcopus , 180. c.
- HIMERIUS** magister , 228. a. Basilii amicus  
a puero , *ib.* Is multa in Basilium benefi-  
cia contulit , *ibid.* b.
- Himmeris* , 148. a.
- Hispani* cum Basilio communicant , 168. a.
- Modicus dies totum vitæ tempus signifi-  
cat , 70. e. & 71. a.
- HOMERUS** , 50. d. Homericus furor , 250.  
e. Homeri carmina , 130. f. Homeri lo-  
tus , 148. c.
- Homicida est qui ob iracundiam securi usus  
est , 150. e. Qui mortis ictum dedit , homi-  
cida est sive incipit , sive ultus est ,  
162. c. Quæ factum corrumpit , duplex homi-  
cidium committit , 150. b. De ea quæ  
factum neglexit , inquirendum utrum  
sponte an coacta neglexerit , 178. d. Homi-  
cidium incurrit crimen quæ in via peperit ,  
& factus curam non suscepit , 162. d.
- Laici qui in latrones ex adverso ferun-  
tur , arcentur a communionem , 178. e. Cle-  
rici deponuntur , *ibid.* Homicidio voluntario  
viginti anni pœnitentiæ , *ibid.* De-  
cem anni ei quæ factum de industria cor-  
rupit , 150. b. Homicidio involuntario de-  
cem anni , 178. b.
- Homines nubibus similes , 207. e. Hominis  
dignitas patet ex pretio quo emtus est ,  
282. c. Humanæ res umbris tenuiores &  
somnia fallaciora , 229. a. Humanarum  
rerum brevissimus status , 181. c.
- HOMOOSIASTÆ** vocantur ab Eustathio  
defensores fidei Nicæne , 189. c.
- Horam appellat Christus unitatis ac mona-  
dis contemplationem , 46. a.
- Hospitalitatis propositum non excidendum est  
per eduliorum lætitiarum , 69. c. In hospi-  
tibus excipiendis , etiam clavis & poten-  
tibus viris , non debent monachi volu-  
ptati & ostentationi indulgere 308. c. Hos-  
pitibus non permittendum , ut cum fra-  
tribus quibuslibet colloquantur , 54. c.  
Hospitibus debita & Christianis subsidia ,  
243. b.
- Humilitas Christiana de seipso , ut patet ,  
sentire , 229. b. Unde scilicet prodierit ,  
& quo abiturus sit , *ibidem*.
- Nam naturæ consideratio reprimit animi tu-  
morem , *ibid.*
- Humilitatis merces magna , 156. d.
- Non occultandum est si quid ab alio didi-  
ceris , 39. c.
- Qui id faciunt , similes sunt mulieribus spu-  
rios partus subjiacentibus , *ibid.* Qui se-  
cundas tenet , prior invenitur , 156. d.
- Qui minus habere non recusat , corona-  
tur , *ib.* Ille magnus apud Deum qui se  
proximo humiliter summittit , 181. b. De-  
bet unusquisque cæteros sibi anteferre ,  
54. b. Per humilitatem si quis se ipse  
prius abiciat , is in aliis increpandis as-  
per non erit , 39. d. Perfectorum est sese  
non esse , 167. c.
- Humili ac demissa menti quænam species  
externa conveniat , 39. e.
- Quæ lugentes data opera faciunt , ea in  
humilibus sua sponte elucent , *ibid.*
- HYDROPARASTATÆ** , 149. c.
- HYMETIUS** , 227. a.
- Hymni. Vide *Proces.*
- HYPATIUS** Basilii consanguineus , 60. e.  
Nihil in eo concessum operari iis qui sa-  
nationis dona habebant , *ibid.* c.
- HYPERBOLÆ** figura utitur Paulus , 166.  
c.

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

- HYPERECHIUS**, 246. a.
- HYPOSTASIS** nomine significatur id quod proprie dicitur, 63. b. Proprietatum uniuscujusque concursus est, 65. c. Existentiæ uniuscujusque signum est, *ibid.* d. Hypostasis in proprietate perspicitur, essentia communis, 176. d. Consubstantialis ratio in unitate divinitatis, pietatis cognitio in perfecta cujusque personæ hypostasi, *ibid.* e. Essentia una in divinitate, hypostasis vero propria & singularis, 197. f. Hypostasis Patris figura dicitur Filius quia a Patre disjungi non potest, & qui videt Filium videt & Patrem, 65. 66. Hypostasis Filii est quasi forma ac facies, qua Pater cognoscitur, & Patris hypostasis in forma Filii agnoscitur, 66. d. Essentia notio eadem in Patre & Filio & Spiritu sancto, 64. a. Sed si proprietates cujusque personæ considerentur, requirendum est per quæ cujusque notio ab alia sejungatur, *ibid.* Hypostasis Spiritus in eo declaratur, quod post Filium & cum Filio cognoscitur, & ex Patre subsistit, *ib.* Filii, in eo quod Spiritum per se ac seculum notum facit, ac unigenite ex unigenita luce effulsit, *ibid.* Patris proprietates in eo posita quod Pater est, & solus habet ut nullâ subsistat ex causa, *ibid.* Hypostasis ab essentia fecerere magni est momenti, 63. a. Nonnulli dum hypostasis & essentiam non distinguunt, aut unam essentiam & unam hypostasis aut tres hypostases & tres essentias dicunt, *ibid.* Hypostases tres, 118. De hypostasis quæstio non parvi est momenti, 176. d. *Et seq.* Necessè est tres hypostases constiteri, 214. b. Ariani fingunt a Catholicis Filium dici consubstantialem secundum hypostasis, *ibid.* His dabitur ansa, si una hypostasis dicatur, *ib.* Frustra personarum differentia aperte doceatur, *ibid.* Hoc enim ipse fecit Sabellius, *ibid.* Hypostasis carens personarum commentum, ne Sabellius quidem rejecit, 173. c. Qui idem esse volunt hypostasis & essentiam, Sabellii labem non effugiunt, 198. c. Is enim personas interdum distinguere conabatur, *ibid.* Hypostasis idem non esse ac essentiam ipsi Occidentales subindicarunt, 176. c. Hypostases tres vituperare non possunt, qui tres essentias dicunt, 153. b. Hypostasis Basilii negat idem esse ac essentiam in fide Nicæna, 118. Gregorius Neocæsariensis dixisse ferebatur Patrem & Filium duo esse cogitatione, hypostasi unum, 173. d.
- HYPISINUS** episcopus Parnassenus pellitur a vicario Demosthene, 198. d.
- I
- JACOB** dominus Esau, ut stultus a sapiente regetur, 22. c.
- JACRIUS**, 100. c.
- Jboritarum** regio, 237. a.
- JCARIE** alæ, 253.
- JCELIUM** filia Magniniani, 245.
- Jconium** civitas Pisiæ, olim post primam maxima, 126. d. Nunc prælidet compositæ ex diversis segmentis provinciæ, *ib.* Faustino mortuo Basilium invitat, ut se inviset, sibi que episcopum det, *ibid.*
- Ex Jechoniæ posteris nullus sedit in throno Davidis, 198. e.
- Jejunium per septenos circulos, 72. c. Jejuniorum septem hebdomadæ, 262. Jejunii utilitas, 291. 292. Jejunio venter contractatus, 72. d. Quadragesimalis jejunium observabant Ariani, 212. b. Sed ad judicium & pugnas jejunabant, *ibidem.* Jejunium diviti & pauperi, mulieribus, pueris, senibus, viatoribus convenit, 290. 291. Non dotendum de commutatis cibis, 290. Vani prætextus non jejunantium, *ibid.* Perpauci non jejunant, multi ante jejunium quinque dierum vino indulgent, *ibid.*
- JESUS CHRISTUS** magister pietatis, 51. d. Per Jesu Christi adjunctionem Paulus Incarnationem & Passionem & Resurrectionem ob oculos ponit, 44. e. illud, Jesus Christus, tales indicat notiones, *ibid.* Jesus Christus vetuit discipulis ante passionem, ne se Jesum Christum esse cuiquam dicerent, 45. a. Volebat enim id ab eis tum demum prædicari, cum in caelos ascendisset, *ibid.*
- Ignis æternus non fabuia est aut terriculum, 304. e. Refelluntur qui finem habiturum putant, *ibid.* Variæ damnatorum poenæ pro variis peccatorum meritis, *ib.* Igne æterno materiam præparant oblectamenta præsentis vitæ, 55. c. Ignis parati diabolo dum sunt facultates, 304. d. Altera illustrat & claros efficit san-
- ctos, altera malos comburit, *ibid.* Igne æterno horribilior ignominia, *ib.* Ignis baptismus, 15. e.
- Ignorantiæ peccata non liberantur a poena, 279. c. Ignorantia tenebræ, veluti lip-pitudo aliqua prohibent, quominus Deus videatur, 132. c.
- Ilias malorum, 131. c.
- Illyris** cum Basilio communicant, 768. a.
- IMAGO** si honoretur, honor ad exemplar transit, 20. c. Quod est ad imaginem creatoris, in mente est, 193. c. Imagini regie forma vetus per puritatem reddi-tur, 10. c. In imaginibus etiam obscuris & ab exemplari disidentibus simile concipitur, 49. a. Imago, cum dicitur de Filio Dei non differt ab exemplari, si bonitatis ratio habeatur, 65. a.
- Immunitatem necessario tribuit paupertas, 241. a.
- IMPERATOREM** alloqui grave est priva-tis, 68. a. Gravius Imperatori causam apud Deum dicere, *ibid.*
- Impudice cum sorore ex patre aut matre pollutus, annis duodecim agit poenitentiam, 179. d. Sic & qui nurus accipiunt, *ibid.* Cum sorore coitus per annos viginti punitur, *ibid.* Qui in novercas insaniunt, puniuntur ut ii qui cum fororibus peccant, *ib.* Masculorum concubitoribus quindecim anni poenitentia, 178. d. Cum belluis suam impietatem contenti anni quindecim, *ibidem.*
- In quid differat a præpositione cum, 29. d. Non tamen inter se contrariæ, *ib.* Ultra-que eodem sensu utitur Apostolus, 30. c. In præposito grata Pneumatomachis, qui præpositionem cum rejiciebant, utraque tamen idem sonat, 25. c. In quot modis accipitur, 26. d.
- INCARNATIO** vocatur dispensatio, 17. b. Filii dispensatio non est servile ministerium, sed voluntaria sollicitudo secundum voluntatem Patris erga figmentum suum, 8. b. Illius potentiam magis commendat, quam totius mundi creatio, *ib.* Deus incomprehensibilis per carnem citra noxam cum morte confictatus est, *ibid.* Caro Deifera ex humana massa fuit concreta, 5. a. Dixit paulus ex muliere, non per mulierem, ut transitoria generationis suspicio vitaretur, *ibid.* Præmunit nos Spiritus sanctus ne alterutram naturam in Christo omittamus, 45. a. Ne theologiæ intenti negligamus dispensationem, *ib.* Incarnationis nullus fructus, si non corpus nostrum divinitati conjunctum mortis dominatum superavit, 219. b. Vita quam vivit Christus, Verbum Dei habens in semetipso, 45. c. Quo sensu Christus dicitur vivere propter Patrem, *ibid.* Deus non subjectus & peccatum factus, 46. e. Christus ideo non subjectus dicitur, quia reluctamur adversus virtutem, *ib.* Sic nudus & inclusus & persequutioni obnoxius, *ibid.* Una ex infirmitatibus nostris, quod subjecti non simus. Ideo hanc portat Christus & non subjectus dicitur, 47. a. Novæ de Incarnatione opiniones prodeunt, 218. 219. Refelluntur qui carnem celestem Christo affingunt, & affectus humanos divinitati, *ib.* Nonnullorum error corpus Domini spirituale existimantium, 5. a. Refutatus ab Apostolo, *ib.* Quidam Deum in carnem conversum fuisse fingunt, 219. c. De Incarnatione non cessant digladiari, 217. b. Variæ hæreticorum opiniones, *ibid.*
- Incessus nec segnis esse debet, nec vehementis, 44. c.
- Indi** Persis vicini, 67. b.
- Cum induratis quomodo agendum, 264. c.
- Infantibus satis est ætas, ut inculpati sint, 169. c.
- In inferis quanta malorum supplicia, 75. c. In inferno nulla confessio, quia nullum jam Spiritus sancti auxilium, 18. d. Infirmi quomodo curandi, 264. c.
- Ingenitum & genitum Ariani introducunt, 43. a.
- Inimicos ulcisci nefas, 54. b. A manifesto inimico aliquid pati, non tam molestum est, quam ab amico, 222. c. Injuriam patienti non leve solatium est, eorum, qui ei insidiati sunt, improbitatis declaratio, 131. a. Inimici mortuis reconciliantur: novercæ post mortem odisse ceperunt, 138. e.
- INNOCENTIUS** episcopus ampli & celebris loci, 77. d. 94. e. 95. a. Illius opus apud multos clarum, *ibid.* Is a Basilio petit ut ecclesiæ suæ curam aliquando post mortem suam gerat, *ibid.* Atque etiam ut sibi e Cæsariensi aliquem mittat, quem sibi successorem ordinet, *ib.*
- Nisi id faciat, minatur se ei litem eoram Domino ob ecclesiarum injuriam illaturum, *ibid.*
- INNOCENTIUS** Italus degens in monte Eleone, 214. e.
- Insulas Deus a continente per mare divisit, 165. c. Insularum incolæ cum incolis continentis per caritatem conjunxit, *ib.*
- Interroganti bona fide libenter respondendum, 1. b. c.
- Invidia, ut vipera, parientem se dilacerat, 314. Morbus est alienis bonis superveniens, primum malum ægrotantis, 172. e. Tunc manifesta est, cum acerbitate extrema est, causa inanis profertur, *ibid.* Invidus cum vulture comparatur, 313. Ejus miseria, 314. 315. Invidi intus cruciantur, 172. e. Malum prodere pudet, *ibid.* Invidi beneficiis non mansuescunt, 314. Invidorum amicitia fugienda, *ib.* Invidendum non est alterius laudi, nec vitis cujusquam lætandum, 54. d.
- JOANNES BAPTISTA**, 70. d. Solitudine relicta ad arguendam iniquitatem accurrit, 73. c. Licet mortuus adhuc loquitur, *ibid.* Joannes baptizavit in aqua, Dominus in Spiritu, 15. e.
- JOANNES** episcopus, 100. c.
- JOANNES** Basilii discipulus, 52. b.
- JOBI** patientia, 300. 301. 302. Job animi fortitudinem, & patientiam edocet, 39. d. Jobi tentationes, 281. Jobi vox admirabilis usurpanda in rebus adversis, 42. a.
- JOSEPH** castitatis exemplum, 316. A Josepho castitatem edocemur, 39. c. Josephi virtutem non vicit furor impudicæ, 75. b.
- JOSEPH** episcopus, 100. c.
- JOVINUS** episcopus, 100. c. 115. c. 120. a.
- JOVINUS** comes, 140. b.
- Ira** similis est apro, 313. Juxta interdum ira adversus peccatores, *ibid.* Ulcisci se cujusvis irati est, iram vincere paucorum, 84. a.
- IRENÆUS** vicinus Apostolorum temporibus, 31. e. Ejus testimonium de Spiritu sancto, *ibid.*
- Iris** fluvius, 184. e.
- IRIDIS** descriptio, 65. b. Hoc exemplo illustratur Trinitatis mysterium, *ibid.*
- ISAACES** episcopus, 100. c.
- Isaacus nomine Eusebii Basilium invisit, quem graviter ægrotantem reperit, 125. b.
- Isaurorum** ecclesiam prudenter curat Amphilo-chius, 155. d. Isaurorum episcopus vicinos aliquos ordinat, 156. a. Isauri peccierant, ut suorum aliqui eligeretur episcopus, 178. b. Postea rem arbitrio Basilii & Amphilo-chii permittit, *ib.* Sed necessitatis erant verba, animus idem, *ib.* Satisfaciendum illis censet Basilius, *ib.* Isauri cum Basilio communicant, 168. a.
- ISRAELITARUM** exitus ex Ægypto figura baptismi, 13. d. Per Israelitarum adventum Deus extinxit in Syria cultum simulacrorum, 221. e.
- Italia tota cum Basilio communicat, 168. a.
- JUDAS**. suspensio interire maluit, quam dedecore vivere, 201. a. In hoc melior iis qui in turpibus impudentes sunt, *ib.* Judæ lapsus magnum documentum, 68. e.
- JUDÆI** In captivitate dissolutum est regnum, 197. d. Salathiel & Zorobabel post captivitatem præerant modo magis populari, *ib.* Translato ad sacerdotium imperio, quia tribus regia & sacerdotalis permiscebantur, *ib.* Quare nemo post Zechoniam sedit in throno Davidis ex regia tribu, *ib.* Ne ipse quidem Christus sedit in throno corporeo Davidis, *ibid.* Sed thronus in quo sedit, regnum est everfionis nulli obnoxius, *ibid.* Judæorum filii ad Dei cultum compelluntur, 73. b.
- JUDEX** non debet parem paribus peccatis poenam imponere, 215. 261. Inceptor mali gravius puniri debet, *ibidem.* Judex justitutus non est qui ea quæ vult judicat utilia, 240. Judices, cum morte damnant, remonent vela, peritissimos quosque advocant, 185. a. Multum deliberant, necessitatem deplorant, *ibid.* Judices non interpellandi de iis quæ in ecclesiis, peccantur, 231. d. Ad judices sæculares non pertinent rerum ecclesiasticarum examina, 187. c.
- Judicibus reos ab episcopis tradendos non esse putat Basilius, 233. a. Neque etiam eripiendos, *ibid.* Qui judicium fert de aliqua re, peritus esse debet illius rei, 167. a.
- Judicandus absens nemo, 166. c.
- Nemini crimina deerunt si solus contendat, *ibidem.*
- Ipsa sæculi consuetudo docet expectandam defensionem absentis, *ib.* & 103. b. Basilius petit,

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

petit, ut moneatur, si sanabilia sunt delicta, 167. d. Sin autem insanabilia, palam arguatur, episcopi advocentur, spectantissimi e clerico cujusque ecclesie congregentur, *ib.* Episcopi omnes adesse debent, si quis ex eadem provincia ob canones judicetur, 187. b. Rogat Basilius ut judicetur in patria, nec in exteram regionem pertrahatur, *ibid.* Iniquum judicari ab episcopis, quibus nondum de quaestionibus ecclesiasticis convenit, *ibidem.* In judiciis victoria non sine detrimento, 240. Judicium unde vi, 41. a. Judicium a Juliano datum mulieri, cuius filius veneno sublatus, 68. b. Judicia naturalia non egent documento, 48. d. Non judicandum ante tempus, 167. d. Judicia humana fugiens Paulus, vitam suam Dei judicio reservabat, *ibid.* Judicii diei & horae ignorationem prae se fert Christus ob nostram infirmitatem, 45. c. Diem appellat accuratam eorum, quae de Deo cogitantur, comprehensivam: horam vero unitatis & monadis contemplationem, *ibid.* Diem & horam nescire se dicit, quia non est secundum incarnationem extrema beatitudo & contemplatio per diem & horam designata, 46. b. Judicium Christi quam inexorabile, 277. Libri aperientur omnia acervatim, ut ab omnibus angelis & hominibus exaudiri possint, clare & aperte revelantes, *ib.* Non summatim res cernentur, sed singula velut in tabella, 340. Animae ad Christi tribunal raptae status, 303. Judicii extremi descriptio, 75. 304. In judicio extremo mali discabuntur, id est, penitus separabuntur a Spiritu sancto, 75. d. In judicio extremo malorum ignominia, *ibid.* Nullus erit mediator Dei & hominis, 68. b. Testes erunt oculi iustorum, 114. Judicii qui meminerit, nihil turpe faciet aut cogitabit, 339. Judicii terribilis nunquam intermittenda cogitatio, 144. e. Judicium Christi ante oculos in omni actione & sermone habendum, 130. d. Dei athletae prope finem vitae a saeculi principe examinantur, 303. Quibus insident maculae peccati, hi detinentur, *ib.* Integri & involnerati in requiem transferuntur, *ibidem.* Jugum divinae conjunctionis, 73. e. JULIANUS Basilius invitatur, ut ad se properet ac publico cursu utatur, 67. a. Insitam sibi a puero lenitatem attribuit, *ibid.* Omnes qui sub sole degunt, sub suam potestatem redactos ait, *ibid.* Sperat se Perfarum & Indorum ac Saracenorum regiones vastaturum, *ib.* Basilius accusat, quod se Romanorum imperio indignum dicitur, *ibid.* Auri mille libras imperat, quae nisi Caesarea transeunti afferantur, vastaturum se urbem minatur, *ibid.* Sancit veneficos nusquam esse, 68. a. Supra Deum verticem tollit, 67. d. Sacras litteras cum Basilio didicit, *ibid.* A Juliano veritas prodita, 52. a. Basilius praedicat brevi futurum, ut is penitus exarescat, *ib.* JULIANUS Basilii amicus, 53. c. Julianus vir pius ac sibi constans, qui manus usum amiserat, 234. e. JULITTA vidua, 110. b. Basilii consanguinea, 110. Tutor illius haeredum promiserat se amplius ad solvendum tempus concessurum, 110. b. Postea promissi immemor viduam urget, *ibid.* Promiserat etiam se forte peroluta usuras remissurum, 111. a. Ne hoc quidem promissum servat, *ibid.* Jurare nefas, 54. d. Quidquid his vocibus est & non amplius est, diabolo attribuitur, 73. b. Precatur Basilius ut sibi vita non pacificetur, nisi pacis studio Colonia venerit, 120. Coram Domino promittit se nihil praetermissurum, quod in se situm sit, ut satisfaciatur Satalensibus, 108. b. Juramenta fugiebat Gregorius magnus, 171. a. Juramentis horrendis quidam monachus adstringebat ad Deum confugientes, 73. b. Vituperatur ut perjuri sponzor, *ib.* Sperat Basilius Deum non passurum Ecclesiam ab homine jusjurandum contra Evangelia exigente labefactari, 151. e. His qui juraverunt sacramenta gentilia, anni octo poenitentiae, si inter tormenta cefferint, 179. d. Anni undecim si sine magna vi cefferint, *ibid.* Jusjurandum rusticis imperatur ob vestigia, 97. b. Qui ita faciunt, mortem animabus inferunt & Deum ad iracundiam provocant sine causa, *ibid.* Qui jurant se male alicui facturos, vituperandi ob jusjurandum, nec illud exsequi debent, 162. a. Jurisjurandi species consideranda, 6. Basilii Oper. Tom. III.

& verba, & animus quo juraverunt, & sigillatim quae verbis addita fuerunt, 151. c. Qui jurant ordinationem se non accepturos, non cogantur pejerare, *ibidem.* Antiocheni presbyteri juraverant coram infideli viro terri se amplius sacerdotio non perfuncturos, 160. c. Censet Basilius ut a publicis conventibus abstineant, privatim munia obeant, *ibid.* Bianorem autem, qui Iconium translatus erat, in clerum suscipi posse existimat, *ibid.* Jurisjurandi interpretatio aeternitatis causa, 151. 152. Etiam si jurasset Callisthenes se servos ad supplicium secundum leges traditurum, illius jusjurandum violari negat Basilius, si eos summittat legibus ecclesiasticis, 91. b. Justorum corporis vel umbra apud pios quovis honore digna, 58. a. Juventus vernis floribus citius defluit, 229. a. Juventutem malorum turba comitatur, 324. Gravissima poena ab insipiente juventute gubernari civitatem, *ibid.* Seni tamquam vitioso praetendens juvenis mente canus, *ibid.* Izoinus Encratarum sectae episcopus, quem Basilius redeuntem suscepit in cathedram, 150. b.

## L

LABAN aliquo opus est, qui nos liberet ab Esau, 43. c. Labor manuum hymnis condiendus, 38. e. Ex officina in aliam officinam transire non oportet, 54. d. Non oportet ad uno labore ad alium transire, nisi necessario alicui subveniendum sit, *ib.* Laborandum silentio, quantum fieri potest, *ib.* Non oportet distrahi opere immoderato, 55. a. Non enim frugalitatis termini transeundi, *ib.* Qui in aliqua re occupatur ad Christi gloriam, vim sibi ipsi facere debet ad opus recte faciendum, 54. b. Labor unicuique arti adjunctus, 52. b. Non ille quidem propter se expectendus, sed propter bona quae expectantur, *ib.* Labore parva, diligentius conservantur, 263. Facile parabola spernantur, *ib.* LACONICA scyathae, 40. d. Laconicae litterae, 50. b. Laconicae epistolae nullus labor, 52. e. Laconicus Ceades, 92. b. Lacryma erumpens dolorem lenit, 100. d. Lacrymae quomodo oriuntur, 297. Lacrymae in precibus, 72. e. Lacrymae immo-dicae & ejulatus vituperantur, 299. Ob lacrymas compressas multi in morbos gravissimos incidere, nonnulli mortui, *ibid.* Lacrymatus est Christus Lazari causa, ut luctus nostros immodicos sanaret, *ibid.* Lastrigones, 131. a. LAMECH immerito occidisse putatur Cainum, 216. d. Duas caedes perpetravit Lamech, *ibid.* Lampenz, 193. a. Lampfacum proficiscens episcopi Basilius Eufinoe accersit, 185. a. Lampfaci formula fidei edita, 207. b. Laodicea Syriae, 211. d. Lapsus alios erigere non potest, 264. Laqueum in eundem ne bellua quidem tercio incidat, 82. d. Latine linguae angustiae, 176. c. LAUSUS spectabilis tribunus, 68. b. Lectio precibus succedat, 39. a. LEONTIUS Nicæae persequator, 159. d. LEONTIUS sophista disertissimus, 53. a. Huic Basilius sua mittit adversus Eunomiam scripta, *ibid.* c. Leontii litterae, etiam si criminationes sint, gratæ Basilio, 53. d. Nemo conjunctior Basilio quam Leontius, 62. a. LETOUIUS episcopus Melitenensis, 325. Lex nullum dabat spirituale donum, 14. c. Baptismi in Mosen & mare tanta a nostro differentia, quanta somnii a veritate, *ib.* Non exuebant veterem hominem, non induebant novum, *ib.* Nulla in mari peccatorum remissio & renovatio, *ib.* Auxilium per legem datum, a Spiritu sancto datum, 17. c. Legis observatio in adventu Christi abolita, ut lucerna inutilis adventu solis, 23. b. Legis justificationes transcendere debemus, ac neque jurare, neque mentiri, 54. a. In legibus Ecclesiae spem salutis positam habemus, 91. a. Legis vim habet mos, 137. e. LIBANIUS episcopus, 100. c. LIBANIUS diaconus, 225. b. LIBANIUS olim adolescentem Basilius mirabatur, ob virtutem & eruditionem, 247. Ubi audiit eum in patriam reversum & praestantissimum vitae genus ingressum esse, & ipsum & Cappadoces beatos praedicavit, *ibid.* Libanius & Basilius olim sibi invicem cuncta erant, 253. Libanius

a Basilio impetrare non potuit, ut se introduceret in profundum homerici furoris, 250. a. Ad Libanium mittit Basilius quoscumque potest Cappadoces, 247. 248. Libanius accipit Basili epistolam, cum multi adessent honorati, in his Alypius, *ibid.* Legit tacitus seque victum ait pulchritudine epistolarum, *ibid.* Legit coram omnibus Alypius, *ibid.* Pronuntiant mentium non esse Libanium, *ibid.* Respondet Basilius se cum Mose & Elia nunc versari, 249. Si quid olim didicisset, id die oblitteratum, *ib.* Anyfilii filium ei commendat, *ibid.* Libanius plurimi facit litteras Basili, & quos ad se mittit juvenes, 247. Queritur quod a solis Cappadocibus injuria afficiatur, *ibid.* Libanii laudibus respondet Basilius se esse piscatorum discipulum, 253. a. Libanius rogat Basilius ut sibi orationem suam mittat contra ebrietatem, 252. e. Libanius hominem morosum oratione describit, *ib.* Tota civitas ad audiendum confluxit, *ib.* Rogat Basilius ut hanc sibi orationem mittat, *ibid.* Libanius episcopos velleicat, 251. A Basilio tigna petit, ne sub dio hiemet, *ibid.* Basilius Libanium remordet, ac episcopos quosdam ex verbis non facere demonstrat, *ib.* Mittit tot ligna quot milites in Thermopylis pugnare, *ibid.* Libellus repudii, 186. b. Libellus famosus ecclesiae valvis affixus, 232. c. Ob libellum famosum infligitur a legibus exilium, *ibid.* Libero animi proposito si non ageret homo, evanesceret spes Christianorum, 262. Nec fur nec homicida peccaret, si ne volens quidem manum continere possit, *ib.* Ubi necessitas & fatum, ibi nullus merito locus, *ib.* Licet nobis ipsis tranquillam vitam facere cum volumus, 235. a. Liberi homines nihil intentatum relinquunt, ut civis statum integrum retineant, 131. c. Liberi sunt qui effugerunt paupertatem aut bellum, aut aliorum cura non indigent, 22. d. Liberos bonae educationis merces a Domino, 245. a. Liberos inanis praetextus ut praecipuum elemosynae eludatur, 271. LIBERIUS beatissimus episcopus, 220. b. Librario praecpta recte scribendi tradit Basilius, 246. c. Libya dux, e Cappadocia ortus, ab Athanasio excommunicatur ob crudelem & flagitiosam vitam, 81. d. Libya, 180. c. Lingua virginis pudica & virgo esse debet, 335. a. Lingua fluviorum in morem aures alluens, 58. b. In linguarum divisione utilitatem dictionum providit Spiritus sanctus, 33. b. Litaniae, preces ad poenitentiam instituae, 170. d. Litigantes malunt multis amissis pauca lucrari, 240. Litigantes duos commendat Basilius cuidam amico, 241. Ut vel prohibeat quominus ad judicem introeant, vel injuriam patienti faveat, *ibid.* Basilius virginem famosis libellis laeam hortatur, ut se non ulciscatur, 232. c. Lites inferentem non vituperat, 233. a. LITTERAE veluti quoddam supplicantis insigne, 230. b. Frustra de iisdem rebus bis scribitur, 246. Litterarum paucitatem gaudet Basilius sibi instar maximae injuriae objici, 171. d. Per litteras colloquium his qui congregari non possunt, magnum solatium, 181. d. Dei donum est ut homines longe distici per litteras colloquantur, 158. c. Litterae, modus colloquendi inter absentes, 148. b. Deus dedit duplicem cognoscendi modum per congressum & per litteras, 158. d. Ex litteris animi effigies perspicitur, 181. d. Litterarum bajulus qui epistolae loco esse possit, 242. Aequum est calamo & atramento ac villi charta amantes redanare, 246. Litteris inanitis res magnas committere periculofum, 49. a. Litterarum sermo iners & inanimus, 136. a. Litterae ut ad virginem scriptae, 74. d. Litterae canonicae, 186. b. Sanctere patres ut brevibus notis communionis signa a terminis usque ad terminos mundi circumferrentur, 165. a. Eusebium rogat Gregorius, ut sibi per litteras benedicat, 142. c. Litterae episcoporum ad episcopos a clericis deferuntur, 77. a. In litteris communibus adjugebantur absentes, 88. a. Mos antiquus ut episcopi ad ecclesias scriberent, quarum pastor obierat, 85. a. Sine litteris explorandi quorum de fide non constat, 180. c. Tum re perposita scribendum, *ibid.* LITTERAE, quibus aliquis excommuni-

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

- catur, ubique leguntur, 84. e. Etiam si episcopus ad Judæos aut Gentiles scribat, accufari non potest, 186. c.  
 Liturgia in domibus privatis, 188. c.  
 Locus sanctorum Spiritus sanctus, 27. e. Est etiam sanctus Spiritui sancto locus proprius, ejusque templum, *ibid.*  
**LOLLIANUS** Pheli episcopus, 180. e.  
**LONGINUS** presbyter depositus, 151. d.  
 Lotus Homeri, 148. c.  
 Lucernales preces, 32. e.  
**LUCIUS** diaconus & monachus, 212. b.  
 Lugendum cum lugentibus, sed moderate, 300. Luctus insignia, *ibid.*  
 Lupi cum agno contemptio, 153. b.  
 Lusciniæ verno tempore tacere non possunt, 53. b.  
*Lycaones* cum Basilio communicant, 168. a.  
*Lycia*. Ibi nonnulli recte sentiunt & communionem Basilii appetunt, 180. c.
- M**
- MACARIUS** S. Basilii discipulus, 52. b.  
**MACARIUS** presbyter Myrensis, 180. a.  
*Macedonia* episcopi decernunt recipiendos qui fidem Nicænam recipiunt, 168. d. Cum Basilio communicant, 168. a.  
**MACEDONIUS** episcopus, 178. b.  
 Machabæorum mater laudatur, 42. c.  
**MACRINA** celeberrima mulier, 168. a. Custodiebat & infanti Basilio tradebat Gregorii verba, quæcumque ad ipsam pervenerant, *ibid.* Basilium a teneris instituit, 184. a.  
**MÆNADES**, 91. e.  
 Magistri alacriores, cum dociles discipuli, 235. c. De suis discipulis debent esse solliciti, *ibid.*  
 Magnanimitas & clementia quomodo conjungendæ, 39. e. Magnanimitas in ulciscendo & servando, 112. c.  
**MAGNENIANUS** comes, 145. c. Magninianus, 245.  
**MAGNUS** Basilii discipulus, 235. c.  
 Magorum ab Abrahamo genealogia, 214. d.  
**MAGUSÆI** per agros Cappadocia sparsi, *ibid.* Coloniae Babylone adductæ, *ibid.* Cum his nemo potest colloquium habere, *ibid.* Alienis manibus mactant animalia, *ib.* Ignem Deum existimant, *ib.* Hujus generis auctor quidam Zarquas, *ibid.*  
 Malum non est a Deo, 262. Non est substantia vivens, non primigenia natura, *ib.* Qui malo mederi potest ac sponte differt, homicida est, 205. Mali incæptor plus puniendus, *ibid.* Malum qui perficit sub boni specie, duplici pœna dignus est, 80. b. Non magis lædit qui ex se malus, quam qui aliorum ministrat improbitati, 97. e. In mala divinitus immissa qui incidere, maxima miseratione digni sunt, 131. b. Malitia in nobis habitans, 43. e. Mala tempore corroborata indigent primum tempore ut fanentur, 135. e. Deinde forti ac firma agendi ratione, ut reddictus evellantur, *ibid.*  
 Malus punica, 262.  
 Mandata omnia exequenda, 258. Uno violato cætera solvantur, *ib.* Frustra observantur, si non ut Deus vult observantur, 282. In illis observandis tres animi affectiones, fervorum, merccenariorum, fervorum, 281. e.  
**MANICHÆI**, 149. d.  
 Manifesta faciunt ut credantur abscondita, 73. a.  
 Manna typus vivi panis, 13. e. Mannæ qualitas ex Philone, 156. a.  
**MARCELLUS** Galata, 170. a. Ex mala confubstantialis notione, evertit hypostasim Christi, 118. Illius doctrina Judæismus corruptus, 221. b. Nec Filium in propria hypostasi esse nec Spiritum concedit, *ib.* Filium ait prolatum esse ac reversum ad eum, ex quo processerat, *ibid.* 88. d. Id probant illius scripta, *ib.* Vituperati episcopi Romani, quod eum in communionem receperint, *ibid.* Idcirco requiritur a Basilio & aliis ut eum damnent, *ibid.* In Marcelli causa queritur Basilius, quod Occidentales cum hominibus veritatem nuntiantibus litigaverint, 200. b. Ac hæresim confirmaverint, *ibid.* In Marcelli dogmata propendebat Paulinus, ejusque discipulos recipiebat, 221. a. Marcellus ob impia dogmata exiit ex Ecclesia, 222. e. Marcelli discipuli a confessoribus Ægyptiis admitti ad communionem, *ibid.* Vituperantur a pluribus, *ibid.* Ab ipso etiam Petro Alexandrino, 223. c. A Marcellianis Basilii importune rogatur, *ibid.* Nondum respondit, quia expectat aliorum episcoporum sententiam, *ibid.* Sperat hunc populum a se ad ecclesiam adductum iri, *ib.* Sic tamen ut non ecclesia ad eos, sed illi ad ecclesiam accessisse videantur, *ibid.*  
**MARCIANUS** episcopus, 100. c.  
**MARCIONISTÆ**, 149. d.  
 Mare ingens & grave per arenam constrinxit Deus, 164. e. Mare Rubrum typus baptismi, 13. e.  
**MARIAM** ipsam tempore passionis fluctuasse minus belle opinatur Basilius, 217. c.  
**MARIS** episcopus, 100. c.  
 Maritima loca tutiora a persecutione, 165. c.  
**MARTINIANUS**, 91. d.  
**MARTYR** veritatis, 141. d. Martyres honore affiendi, 146. a. Martyrum cultu amor in communem Dominum ostenditur, 211. b. Amor in conservos referatur ad Dominum, 159. a. Martyrum honores omnibus studio esse debent, 211. a. Præcipue virtutis cultoribus, *ib.* Cum Martyribus affinitatem habent qui accurate vivunt, *ibid.* Martyrum reliquiarum, 77. c. Corpus beati Dionysii prædidium civitatis, 159. b. Martyris honor delatus Dionysio Mediolanensi, *ibid.* Martyr missus Basilio apud Barbaros ultra Istrum passus, 140. e. Martyrum dies festi magna frequentia celebrantur, 103. c. 146. a. Eorum cultui premitia reposita, 211. b. Ad martyrum dies festos vocat Basilius episcopus, *ibid.* b. 230. Ut martyrum memoriis communicent, *ib.* Martyres esse immerito non videntur, qui persecutionem patiuntur Christianis, 141. b. 203. a. 213. a. Sed tamen gravior hæc persecutio quam ab ethnicis, 213. a. Majorem etiam mercedem conciliat, *ib.* In martyrio si quis vel capite annuat, totam implevit pietatem, 2. b. Martyrum sanguis ecclesias irrigans, veritatis athletas multo plures alebat, 140. d.  
 Masculum inter & feminam naturalis amoris origo, 326.  
*Massagetae*, 92. a.  
 Matrimonia sine consensu heri aut patris sunt fornicationes, 162. c. Christi verba æque viris ac mulieribus conveniunt, sed aliter consuetudo se habet, 151. e. Virum dimittere adulterum uxori non licet, *ibid.* Dimissus non est adulter, nec quæ cum eo vivit est adultera, *ib.* Uxor quæ dimisit est adultera, si ad alium accedat, 151. b. & 163. b. Vir dimittere est adulter, si ad aliam accedat, *ibid.* Dimissa ob reditum legitime uxoris, insciens fornicata est, 162. d. Non arcebitur a matrimonio, sed melius si sic permaneat, *ibid.* Stupratam licet uxorem ducere: sed stupri pœna subeunda, 161. b. Qui in matrimonio fornicationem committit, non est adulter, si cum soluta peccet, *ibid.* Recipi debet ab uxore, ipsam vero pollutam ejicere, *ibid.* Horum ratio non facilis, sed consuetudo invaluit, *ibid.* Matrimonii per mortem dissolutio, pluribus est oneris depositio, 238. c. Matrimonium cum duabus fororibus non erat usitatum apud gentes, 138. e. Hinc illud tacet Moyses, *ibid.* Matrimonium cum uxoris mortuæ forore prohibuit ab initio Basilius, 137. d. Idem prohibebatur more ecclesie Cæsariensis, *ibid.* Viro nihil magis affine, quam sua ipsius uxor, imo quam sua ipsius caro, 138. c. Itaque uxoris foror affinis est viri, *ib.* Matrimonii cum duabus fororibus defensores obijciunt silentium Scripturæ, 137. e. Basilius respondet etiam id tacitum fuerit, non idcirco licitum esse, 138. Negat id Scripturam tacuisse, *ibid.* Cognationem naturalem his nuptiis confundi docet, *ib.* Matrimonio cum duabus fororibus diverso tempore anni septem penitentia, 179. Qui fratris uxorem acceperit, non prius admittetur quam ab ea recesserit, 161. a. Mœchatur quæ nubit, antequam de mariti morte certa sit, 162. d. De militum uxoribus, *ib.* Matrimonii virgo pronuba esse non debet, 335. Matrimonii incommoda cum virginitatis commodis comparantur, 336. Vide *Nuptia secunde*, *Polygamia* & *Trigamia*.  
**MAXIMUS** seipsum orbis terrarum civem fecerat, 49. b. Erat ex numero actuosorum acetarum, *ib.*  
**MAXIMUS** Cappadocia præfes, 105. c. Vir longe optimus, 131. b. Talia passus, qualia nondum quisquam hominum, *ib.* Omnibus suis rebus spoliatus est, *ib.* & 132. 133.  
**MAXIMUS**, quem Basilius mortis uxore afflictum consolatur, 238. 239.
- MAXIMUS** scholiastus, 229. a. Is ex ampla familia & illustri ad evangelicam translatus vitam, *ib.* Ex radice aliena pretiosissimis pietatis fructibus abundabat, *ibidem*.  
**MEDICUS** non eodem modo adeundus ac plebeius, 96. e. Medici imperiti vulnera reddunt graviora, 91. e. Medicis omnibus humanitas disciplina est, 152. d. In magnis doloribus stuporem conciliant, 67. d. Curandi initium a præcipuis partibus faciunt, 87. e. Medicina omnibus rebus studio dignis præferenda, 152. d. Media & indifferentia dicuntur, quæ non per se, sed pro utentium proposito bona sunt aut mala, 193. c. 198. a.  
 Mel amarum nonnullis, 167. b.  
**MELETIUS** admirandus in Ponto episcopus, 32. e.  
**S. MELETIUS** Antiochenus, 100. c. Illius accurata agendi ratio, 136. a. Homo Dei, 173. d. Vir inculpatus fide ac nemini sanctitate comparandus, 87. c. Possidet in Armenia agrum qui dicitur Getafa, 106. a. Præclarum pro fide certamen sustinuit, 214. c. Idcirco causa ecclesie Cæsariensis & Basilii communicator, *ib.* Sanctus Athanasius optabat ut sibi cum illo communio conciliaretur, *ibid.* Consiliarium malorum culpa res dilata, *ibidem* 99. a. Illius litteras eo magis amat Basilius, quo longiores, 82. b. Eum videre si quando contingat, id in maximis bonis ducet, *ib.* Cum Meletio Basilius omnimodo conjunctus, 87. c. Univerfo Ecclesie Antiochenæ corpori præerat: reliqua erant velut partium segmenta, *ib.* Athanasium rogat Basilius, ut Meletio adjungantur alii, velut fluminibus magnis minora, *ibid.* Id enim toti Orienti in votis esse, *ibidem*. Imo Occidentalibus idem placuisse, *ibid.* Prior sancto Meletio scribere noluit S. Athanasius, 98. d. Cum ipso conjungi optabat, *ibid.* Sed dolebat quod olim dimissus a S. Meletio esset sine communionem & nunc promissa manerent irrita, 99. a. Sanctus Meletius cum Basilio conjunctus in pacificandis ecclesiis & legatis Romam mittendis, 82. c. 87. e. 98. c. 116. Probat constitutiones, quas Basilius obtulit Theodoro, 106. c. Ad Basilius venire non potest, 135. d. Episcopo Neocæsariensi Sabellianismum insinuanti, ut par est, respondet, 173. d. Auctor est Basilio, ut in Mesopotamiam eat, & cum episcopis unanimibus adeat Imperatorem, 175. c. Cum S. Eusebio inter hæreticos Romæ numeratus, 224. a.  
**MELETIUS** presbyter, 188. b. Basilii evangelici laboris confors, *ibid.* Infirmi-tatem sibi ipse adscivit, redigens carnem in servitutem, 168. e.  
**MELETIUS** quem Basilius filium appellat, 163. d. Veri amator & omnium rerum Basilii conficius, *ib.* Milites recens collectos deducit, *ibid.*  
**MELETIUS** & Melitius, quos Basilius Amphiloquio commendat, 163. c.  
**MELETIUS** archiater, 157. b.  
*Melitena*, 147. b. Melitenense concilium, 220. b.  
**MEMNONIUS**, 227. d.  
 Memoria, id est, ecclesia, 146. a. Memoria S. Eupychii, 163. d.  
 Mendacium ex diabolo ortum, 171. a. Diaboli factus, 184. d. Magnam peccatum, 227. b. Malum jaculum, quod sæpe per ipsam veritatem adiecit culpalem, 153. a. Mentiri nefas, 54. a. Mendacium extremus pravitatis terminus, 1. b. Mendacium abominabatur Gregorius magnus, 171. a. Mendacii probis aspersus Basilius optat terram sibi debiscere, 82. d. Mendacium in minimis rebus, ut horribile quiddam averfabatur Eusebii Schæsthenus, 106. b. Mendacium officiosum Christianis non congruens, 82. d.  
 Mens intelligibilia attingit, ut sensus sensibilia, 48. b. Sensus nemo docet ut operentur, ita nec mentem ut intelligibilia assequatur, *ibidem*. Quemadmodum sensus, si ægrotent, egent tantum curatione; ita & mens eget tantum fide & recta vita, *ibid.* Mens nostra crassior effecta terræ illigata est & luto admiscetur, 46. d. Interim Deum ex rebus creatis cognoscit, donec paulatim aucta ad nudam divinitatem aliquando accedat. Mentis nostræ quam angustæ cognitiones, 51. e. Mens præclarum quiddam est, 193. c. In ea id quod est ad imaginem Creatoris, *ib.* Mentis operatio præclarum quiddam est, *ib.* Mentis tres operationes, *ib.* Aliæ per se pravæ, aliæ per se bonæ, aliæ non per se, sed pro utentium.



# INDEX RERUM ET VERBORUM.

- tium proposito bonæ aut malæ, *ib.* Mentis pedes præparant fides & recta vita, 48. b. Mentis primarium bonum est Deum cognoscere, 193. e. Mentis evagatio prorsus amovenda ut virtus acquiri possit, 260. Mens quieta & pacata esse debet, 38. d. Curis distracta veritatem conspiciere non potest, quemadmodum nec oculus circumfactus clare intueri, *ibid.* Mentis consilia quæ vere in Deo commoventur, 59. c. Mens intra se manens parva intuetur, 193. d. Deceptoribus se tradens in visis versatur absurdus, *ibid.* & 194. Si Spiritui se tradat, diviniora intelligit, 193. & 194. Menti duæ adfunt virtutes, 193. Prava una quæ demonum est, *ib.* Divinior altera quæ ad Dei similitudinem deducit, *ibid.*
- Ad mensam preces ante & post cibum faciendæ, 40. a. Edendum summa cum modestia, *ibidem.* Ex ciborum natura & corporis structura, divinarum laudum materia ducenda, *ib.* Hora una capiendi cibo destinata, eademque per circuitum revertens, *ibid.* In cibo necessarium præcipue sectandum, *ib.* Panis & aqua & legumina explebunt necessitatem, *ibid.***
- Mesopotamia monasteria habet, 170. d. Mesopotamiorum lingua vernacula, 33. a. Mesopotamius quidam & linguæ hujus peritus, & sententia incorruptus, cum Basilio colloquutus, *ib.***
- Mestia, 151. d. Metropoli dum providetur, simul aliis ecclesiis providetur, 190. b.**
- MILES magnæ pietatis, 109. e. In militari etiam vita perfectus Dei amor & caritas servari potest, *ibid.* In militia inexpugnabilis virginitatis custodia, si voluntas immota sit, 115. a.**
- MILO, 248. e.**
- Mindana, 151. e.**
- Minæ non suspicionem sed hominis jam persuasi iracundiam declarant, 58. c.**
- Minister, id est, subdiaconus, 80. d. 179. a. A ministerio digamos exclusit canon, 152. b.**
- MINOS, 250.**
- Miracula per Spiritum sanctum, 17. b. 21. d. In sanando Hypatio his qui dona habebant, nihil eorum quæ solebant operari concessum, 60. c. Quare mittit eum Basilius ad Eusebium Samosatensem, *ib.* Non longe Samosatensis fratres nonnulli hæc dona habebant, *ib.* Sancti Gregorii Neocæsariensis miracula, 32. c. Si quis acetam invitet in domum suam ut fanet ægrotos, is debet potius imitari debet fidem Centurionis, 69. d. Precante asce- ta quocumque in loco, & ægroto credente se ejus precibus sanatum iri, evenient omnia ex sententia, *ib.***
- Miser cordia in quo posita, 263. Misericordias Domini in nos convertere debemus, clementia aliis exhibenda, 110. Meminisse debemus homines nos esse, & tempora expectare quibus ope divina indigebimus, *ib.***
- MODAD, 27. b.**
- Modus omnis optimus, 48. c.**
- Modestia in omnibus tenenda, 54. a.**
- MODESTUS Præfectus humanitatem exhibet afflictæ Cappadociæ, 94. a. Scribit ei Basilius de immunitate clericorum, 108. e. Præfectus fiduciam dat scribendi, 111. d. 229. e. Hinc multos ei commendat Basilius, 111. 229. 230.**
- Molestiæ præteritæ grata recordatio, 181. d. Per molestias ipsas novit Deus implere consolationes, 244.**
- MONACHI officia, 54. a. & seq. Monachi nec pecunias, nec corporeo labore prodesse possunt publicæ rei, 231. b. Neque pecunias neque corpora habent, *ib.* Rogat ergo Basilius ut tributis eximantur, *ib.* Pauperem amplexi vitam, 215. a. Manibus sibi necessaria comparantes diu abesse a suis ædibus non possunt, *ibid.* Labore manuum vivunt, 95. a. 170. a. Et impertiunt egentibus, *ibid.* Sole illucescente labor manuum non sine hymnis & canticis, 38. e. Monasterium propriis manibus extruebant monachi, 212. b. 213. 274. Omni materia sæculi exui debent, qui asceticam vitam amplectuntur, 261. a. Serpentem imitari debent, senium exuentem, *ibid.* Non oportet distrahi multo opere; non enim transeundi frugalitatis termini, 55. a. Copia ultra necessitatem perducta, avaritia est, *ibid.* Nihil ultra id quod necessarium est, aut ad magnificentiam exquirendum, 54. b. In monasterio omnia, tamquam ad Dominum pertinentia, diligenter tractari debent, *ibid.* d. Nihil ex iis quæ utenda traduntur, ut proprium quicquam habere aut reservare debet, *ibid.* Viliora quæque adhibenda ad usum corporis, *ib.* Non oportet ex una officina ad aliam transire, *ibid.* Monachorum humilis, vestis, crassum vestimentum, zona, & ex rudi corio calceamenta, 184. c. Præscribit Basilius oculum iristem & deorsum vergentem, comam squalidam, 39. e. Vestem sordidam, tunicam unam & cingulo mediocriter adstrictam, incessum nec vehementem nec segnem, *ibid.* Panem & aquam & legumina apponi jubet, 40. a. Horam unam ad edendum, eamque per circuitum revertentem, *ibid.***
- Monastica vita institutum vere beatum, 55. c. Via ad Domini mansiones deducens, *ib.* Institutum angelis æquale, 260. Evangelicum vivendi genus, 144. d. 170. d. Monachorum semota ab urbibus vita, 70. b. Domi maneat, opus Dei in quieti perfecties, 189. e. Caveant sibi ab hæreticis, *ibid.* & 43. d. Præ- consuetudines primum dediscendæ, 38. d. Asperitates & incommoda arctæ vitæ ante oculos illi ponendæ, 55. d. Præficiendus is magister quem ipse petierit, *ibid.* Imbuendus elementis, ac deinde admit- tendus, *ibid.* Quomodo probandi qui vitam asceticam amplecti volunt, 263. De servis & conjugatis ad hoc institutum accedentibus, *ibid.* Statim ac dies incipit hymnis & canticis Deus laudatur, 38. e. Preces lectionibus succedant, 39. a. Quod aliis est diluculum, id monachis media nox, 40. b. In monasterio nec clamor fieri debet, nec quivis motus aut species aberrationem a Dei præsentia significans, 54. e. Fratri cuilibet non concedendum ut cum hospitibus colloquatur, *ibid.* Observanda quæ a sanctis patribus statuta & scriptis mandata sunt, 55. c. Nihil negligendum, sed minima quæque quæ in Evangelio scripta sunt observanda, 144. d. Non oportet quemquam sui ipsius esse dominum, sed ut in servitute traditum fratribus, ita omnia facere & sentire, 54. e. Perutile est ut unum omnes sibi ad imitandum proponant, 307. Præpositis approbantibus faciendæ omnia, *ibid.* Ne laudabilia quidem sine præpositi licentia fieri debent, 305. Monasterii præpositus interdum a fratribus moneri debet, 265. Non arguenti peccata grave imminet iudicium, *ibid.* Communis vita ad exemplum apostolici instituti, 235. e. Basilio non placet vita testibus carens, *ibid.* Satis est ut quisque & pro se & pro fratri progressu mercedem accipiat, *ibid.* Hanc sibi invicem conciliare debent continuis colloquiis & adhortationibus, *ib.* Virorum professiones antea tacite, 161. a. Sed cenet Basilius ut interrogentur, & clara sit confessio, *ib.* Monasticam vitam multi audent incipere, pauci ut par est, absolvunt, 68. c. Sacrilegus qui se dicavit Deo & ad aliud transit vitæ genus, Monachi lapsi status deploratur, 71. 72. 73. Aceta vitis inquinatus pantheræ pelli similis, 260. Monachis carne lapsis anni quindecim ut adulteris, 178. c. Monachus in Scripturis peritus, & aliis docendo & prædicando utilis, 71. c. Monachus quidam sanctorum ora excipit osculo, manus ejus multi fovent, ejus genua servi Dei venerando amplectuntur, 72. e. Monachorum curam gerere officii sui esse dicit Basilius, 231. b. Laudi dicit, quod ejusmodi homines habeat, quorum conversatio in cælis, *ib.* Monasteria in Ægypto, in Palæstina & Mesopotamia, 170. d. Ibi perfecta monachorum vivendi ratio, 184. a. Monasteria vocantur fraternalitates, 185. a.**
- Monarchiæ dogma, 20. b. & seqq.**
- Monas & unitas simplicis essentia & incomprehensibilis propria, 44. d. Monadis & unitatis contemplatio, 46. a.**
- Morborem animi; ut & corporum, tria genera, 266.**
- Morbos tamquam certamen justis suscipiunt, 198. c. In morbis digne Deo nos gerere debemus, 175. a. Si morbos cum gratiarum actione suscipimus; Deus vel sedabit dolores, vel in futura vita remunerabit, *ib.***
- Mors veræ vitæ initium his qui secundum Deum vivunt, 108. a.**
- Mors justorum pretiosa, ortus hominum minime pretiosus, 295.**
- Mors semper ante oculos habenda, 236. b.**
- Mortis responsum qui in se habent, his non molestum est pro fide affigi, 33. a. Athanasium Ancyranum sæpe reprehendit Basilius quod in carne propter suos manere non præferret, 59. c. E periculo mortis erepti debent eandem semper mentem habere, quam periculi tempore habuerant, 57. a. Exhibeant se Deo tamquam ex mortuis viventes, *ibid.***
- Mortalis naturæ cogitatio ardet omnem de rebus terrenis gloriandi materiam, 294. Nec divitiæ nec gloria nos sequuntur, *ibid.* Imo sæpe hæc ante sepulturam mutantur, *ibid.* Flos res humanæ, *ib.* Una nox, una febris scenam nudat, 295.**
- Mortis veræ aculeus peccatum, 73. e. Est causa aliqua hominibus indeprehensa, cur alii citius abripiantur, alii diutius permaneant, 41. e. Lex Dei, ut quisque suo tempore e vita discedat, 58. 238. 239. Omnes creaturæ peribunt, quarum pars sumus, 42. d. 238. c. Non lugendi quos brevi sequemur, *ibid.* Resurrectionis dogma in primis consolari debet, *ibid.* Omnes in hac vita, tamquam in via, ad idem diverforium tendimus, 42. b. Præceptum Dei est, ut Christiani non lugeant mortuorum causa ob spem resurrectionis, 41. d. 239. b. Amis s propinquus non dolendum, quia tempus conjunctionis longum non erit, 42. b. Ob mortem propinquorum non lugendum, 169. c. 239. b. 295. & seq. Mortalem mori quid mirum? 42. d. Nil mirum si ex mortali genitus, mortalis pater factus est, 237. d.**
- Mors immatura, non doloris accessio esse debet, sed eventus solatium, 42. d. 237. d. In morte filii Nectarii incursum mali Dæmonis deplorat Basilius, 42. d. Qui filium amisit ei qui mutuo dederat restituit, 42. b.**
- Mors boni mariti non moleste ferenda, sed gratiæ agendæ ob talem convictum, 238. 239.**
- Mors pastoris non ferenda sine dolore, 58. e. 85. a. Sed damnum quidem sentiendum, at dolori non succumbendum, *ib.* Mortuus pastor concinne velut a lugubri choro defensus, 58. c.**
- Mori lucrum pro Christo, 52. c.**
- Mortui calidis non juvantur, 125.**
- Mortuorum cada vera erant abominanda cum judaice homines interirent, 295. secus apud Christianos, *ibid.***
- Mortuis officia naturæ jure debita, 240.**
- Mos vim legis habet, 237. e.**
- MOYSES legationem deprecatur, 318. Consilium accipit a socero, 320. Moysis lenitas, 312. Ingenti animo in eo insurgens, qui in Deum peccaverant, lenis in calumniis sibi inflicis, 39. e. Non remisit manus ab aurora ad vesperam, 201. d. Ob unum verbum non ingressus in terram promissionis, 68. d. 279. b. In Spiritu Deum potuit evidenter videre, 27. b. Profanos extra cancellos sacros statuit, purioribus prima atriâ, Levitis ministerium, sacrificia sacerdotibus assignat, 29. a. Uni certo die quot annis, ac certa hora concedit ingressum in Sancta Sanctorum, *ibid.* Sciebat enim trita & obvia contemni, seposita ac rara admirationem habere, *ib.***
- Moyis nomine lex significari solet, 14. a. Typus fuit Christi, non sancti Spiritus, *ibid.***
- Mulieres extraneæ sive subinductæ prohibentur, 81. b. & seq.**
- Mulieris pudicæ & impudicæ discrimen, 316. e.**
- Magnum periculum in spectandis mulieribus indecore se gerentibus, 315. Quædam pingunt nigro colore supercilia, album in corpore colorem, rubrum in genis adsciscunt, 316. Vituperantur, quæ genas & crines alieno flore inticiunt, 39. e. Quædam in basilicis martyrum, velamentis a capite rejectis inhoneste saltaverant & cantaverant, 316. Muliercula impia episcopum facit artibus suis hominem pestilentem, quo utebatur ad arbitrium, 200. b.**
- Non multitudo est quæ salvatur, sed electi Dei, 213. b. Etiam si unus salvetur, ut Loth, manere debet in recto iudicio, *ibid.* Infidias Christo struxere principes sacerdotum & scribæ & seniores, *ibid.* Pauci ex populo ejus doctrinam susceperunt, *ibid.***
- Mundus interdum in Scriptura non globus e celo & terra constans dicitur, sed cadauca hæc vita, 24. a. Interdum homines carnale mundus dicuntur, *ib.* Secesus a mundo in quo positus? 38. c. 264.**
- Mundi curis distractum, si non nubat, rabidæ cupiditates, si nubat, alii tumultus perturbant, 38. b. Mundi bonis admixta mala, quæ longe exsuperant, 70. b.**
- Mundi malorum & vitiorum descriptio, *ibid.* Non nos propter mundum, sed mun-**

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

mundus propter nos, *ibid.* In mundi creatione aves & pisces eandem sortiti sunt generationem, 152. a.  
 Mundi figura tranmutabitur & creaturâ omnis dissolvetur, 127. d. Cœlum dissolvetur, sol, stellæ, terra ipsa amplius non erunt, 42. e.  
 Mundi constitutioni numquid temporis superstit, dubitat Basilius, 141. b. Naturali contemplationi etiam de sancta Trinitate doctrina admiscetur, 48. c. Ex rebus creatis convenienter creator consideratur, 49. b.  
 Non murmurandum, nec in rerum necessariorum inopia, nec in operum labore, *ibid.*  
**MUSONIUS** episcopus Neocæsariensis laudatur, 58. & 109. Is veterum Ecclesiæ institutorum defensor erat, *ib.* Ecclesiæ suam ad veteris Ecclesiæ normam regebat, *ib.* In concilio primo loco omnium concessu non secundum ætatem sedebat, *ibid.* Ecclesiæ suam ab hæresis tempestate intactam servavit, *ibid.* Cum Basilio ob anticipatas quasdam opiniones concurrere noluit ad pacificandas ecclesias, *ibid.* Semper tamen cum eo idem sensit, *ibid.*  
*Myra*, 180. c.  
 Mysterium non est quod ad vulgares aures effertur, 29. b. Hinc quædam dogmata arcano tradita, *ibid.* Aliud est dogma, aliud prædicatio, *ibid.* Quæ iuveni nefas non initiatis, ea scripto vulgari non decebat, *ib.* Mysteriorum patefactio donum Spiritus sancti, 17. d.

## N

**NARSES** episcopus, 100. c.  
**NATHAN** sic oburgavit Davidem, ut succedere non posset argenti, 39. d.  
 Naturæ consideratio reprimit animi tumorem, 229. b.  
 Natura eorum diversa, quorum definitio diversa, 155. b.  
 Naturæ identitas colligitur ex identitate operationis, *ib.*  
 Natura eorum diversa quorum diversæ operationes, 154. 155.  
 Navalis prælii descriptio, 34. d.  
 Naufragia circa fidem crebra, 141. a.  
 Navigantes non libenter merces eiciunt, sed ut naufragium effugiant, 133. c.  
 Navigantium grata fax in mari splendens, præsertim si mare intumuerit, 107. b.  
**NECTARIUS** Basilio cognitus a puero ex optimis dotibus, 233. b. Vir pius ac dives unicum filium in ipso ætatis flore amittit, 41. c. Illius mors plaga existit Cappadociæ & Ciliciæ, 42. d. Nectarii uxor Christiana & in omnes benigna ac mansueta, *ibid.*  
**NEEMAN** non apud Dominum magnus, sed apud dominum suum, 152. c.  
 Negatoribus Christi anni octo penitentia, si inter tormenta cesserint, 179. c. Anni decem, si sine magna vi cesserint, *ib.* Si extra persequutionem; communio in exitu tantum, *ibid.*  
*Neocæsarea* vicina Cæsareæ, 58. c. Duæ ecclesiæ olim fraternis animis conjunctæ, 168. d. A Gregorio basis hujus ecclesiæ fundata, 58. d. Post Gregorium summi viri semper præfuerunt, *ib.* b. 166. d. Neocæsarienses Gregorii magni memoriam semper recentem retinent, 32. d. Nullum institutum, aut dictum aut ritum mysticum ejus traditioni addiderunt successores, *ibid.* Hinc multa apud eos imperfecta, *ibid.* Apud eos non erant monachorum & virginum cœtus, 170. e. Nec vigiliæ & communes psalmodiæ, *ibid.* Accusantur tamen quod nihil ex Gregorii institutis conservent, *ibid.* Is enim non operiebatur in precibus, *ib.* Juramenta fugiebat, *ib.* Mendacium & calumniam abominabatur, *ib.* Neocæsareæ Principalem plurimè facit Basilius, 85. 86.  
 Neocæsariensis civitas multis malis præoccupata, 58. c. Gregorio longissimam tranquillitatem Deus concessit, *ib.* Soli vel cum paucis tranquillè in tempestate ab Arianis excitata, *ib.* Basilio per legatos & coram supplicat ut juventutem erudiat, 172. c.  
 Neocæsarea visa est habere successorem Musonii & conquisivit, 60. a. Cum Neocæsariensibus Basilio multæ necessitudines, 166. a. Caritatis præceptum, iidem magistri Gregorius ejusque successores, corporeæ conjunctiones, *ibid.* Neocæsarienses tamen videntur ei esse irati, *ib.* Aures utraq; calumniis aperiant, *ibid.* Vita Basili & fides calumniis pe-

runtur, *ibid.* De Basilio non honorifice loquuntur, 171. c. Pro Basilio amici nonnulli prælia sustinent, *ibid.* Episcopus Basili confanguineus, 172. c. Unus præcipue Basilio calumnias fruit, 167. b. Ait scripta Basili hujus mundi sapientia niti, *ib.* d. Neocæsariensis ecclesiæ navigium gubernatore destitutum, 172. d. Tempestatem excitant qui ad clavum sedent, *ibid.* Valde indoctus is qui Basilio calumnias struebat, 167. a. 170. a. Neocæsariense presbyterium non respondet litteris Basili, 169. e. Contentiunt omnes in ejus odio, *ibid.* Urbis episcopus fanda & nefanda in Basili concionatur, *ibid.* Illius congressum fugit, & doctrinam ut perniciosam calumniatur, *ibid.* Somnia etiam commisit, *ibid.* Odii causa præteritur, Psalmorum consuetudo apud Cæsaream, *ibid.* Monachorum & virginum cœtus, *ib.* Dicunt hæc tempore Gregorii non fuisse, 170. d. Neque etiam Litanie illius erant tempore, *ibid.* Postulat Basilius ut scripta sua examinentur, 167. a. Consentit ut ea examinent per se ipsi Neocæsarienses, *ib.* e. Neocæsarea perturbata, cum prope accessisset Basilius, 172. a. Rumor illuc venire Basilius, *ib.* Plurimi fugiunt, *ib.* Arioli terrorem spargunt mercede conducti, *ibid.* Basilius fabulam faciunt in conviviis publicis, *ibid.* Basili doctrinam cum phariseis exitiosis comparant, 173. d. venenum contra illum circumferunt, 174. b. Ferina & rationis experti populi fœcordia, 175. b. Episcopi inveterata mali consuetudo, *ibid.* Is auctor omnium injuriarum, quæ Basilio factæ sunt, 171. 172. Odii causa invidia, *ib.* Fugiebat congressum Basili, ne ab eo argueretur hæresis, *ibid.* Renovabat enim hæresim Sabellianam, 170. a. Dixerat nomen Unigeniti traditum non esse, sed nomen adversarii, 172. d. Scriptum quoddam miserat Meletio & Anthimo, 173. d. Aiebat Gregorium dixisse Patrem & Filium cogitatione duo esse, hypostasi unum, *ibid.*  
**NEOPHYTOS** ordinari ob penuriam probat Basilius, 178. c.  
*Nicea*, 159. d. Ibi magnum pietatis promulgatum præconium, 78. e. Nicæna fides refertur, 118. 119. 128. a. Nicæna fides insuperabilis, 95. b. Ab initio viget in ecclesiæ Cæsariensi, 128. a. In ore est Antiochenis, *ibid.* Trecenti decem & octo patres, 78. c. Nicænam fidem quidam male interpretantur, 118. Marcus confubstantiale male exponit, *ibid.* Sabellii sectatores inde ansam arripiunt, ut hypostasim & essentiam confundant, *ibid.* Nicænos patres negat Basilius hypostasim pro essentia fuisse, *ib.* Non sine afflatu sancti Spiritus loquuti sunt, 113. d. Confubstantiale nonnulli rejiciunt, 78. e. Partim excusandi, partim culpandi, *ibid.* Postulat Basilius ut Nicæna fides recipiatur, nec ulla vox in ea rejiciatur, 113. d. In Nicæna fide Spiritus pari honore numeratur & adoratur cum Patre & Filio, 99. e. Strictim de Spiritu loquuti, nondum hac mota questione, 118. e. 128. b. 137. a. 214. a. Nicæna fides proponenda redeuntibus ad orthodoxos aut suspectis, 118. a. Sed aliquid addendum de Spiritu sancto, quia nondum hæc movebatur questio, 118. e. 128. b. 137. a. Nicænam fidem Basilius omnibus aliis præter, 137. a. Illam non soli confessores tenebant, sed multi alii in Oriente & totus Occidens, 222. e. De Nicæna fide detrahit Eustathius, 189. c. Homocoustasias vocat eos qui illam sequuntur, *ibid.* Nicænorum patrum hæredem se esse Basilius gloriatur, 78. e. Nicæna synodus fancivit mulieres extraneas non esse, 81. b.  
*Nice in Thracia*. Ibi formulæ fidei edita, 207. b.  
*Nicias*, 108. c.  
*Nicopolis*, 217. b. Metropolis sanctæ doctrinæ, 192. b. Pietatis alitrix, *ibid.* Nicopolitani filii confessorum & martyrum, 201. b. Nicopolitanus episcopus, mortuo Theodoro, eligitur Euphronius Coloniensis, 190. & 199. Hunc Nicopolis dederat Coloniam, 191. a. Hujus consilii auctor Pœmenius, qui rem statim ad exitum perduxit, *ibid.* Non dedit tempus adversarii sibi providendi, *ib.* Nicopolim Eustathius venit cum agmine Arianorum, ut det illis episcopum, 199. a. 210. c. Fronto Episcopatum accipit ab Arianis, 199. c. 200. c. Demonstrat se hæcenus hypocritam fuisse, *ibid.* Unus aut alter cum eo abeunt, at corpus in-

tegrum manet, 199. b. Catholici extramuros præcantur, *ibid.* c. Cæteri in vacuis ædibus recubant, *ibid.* Vicarius vim adhibet, 199. a. Nondum tamen exilia & plaga & carceres & honorum publicatio, 201. c. Fronto conatur eos decipere rectam fidem præ se ferendo, *ibid.* Nonnulli fluctuant, *ibid.* Sed denuntiat Basilius numquam se facturum, ut aut Frontonem aut quos ille ordinaverit recipiat, *ibid.* Presbyteri animum despondent ob continuas calamitates, 208. c. Basilius magnam Dei manum considerat, ac spe pacis allevatur, *ibid.* Persequutio ingravescit, 208. c. Ne sanguini quidem parcitur, *ibid.* Asclepius quidam ex plagis mortuus, eo quod cum Doe communicare nollet, *ibid.*  
**NINIVITARUM** penitentia, 285.  
 Nobilitas ex sola virtute, 261. Nec equi nec canis laus est ex velocibus esse prognatum, *ibid.* Alieno ornatu decorandus non est, qui propria virtute illustris est, 262. a.  
 Nomina alia generalia, ut homo, 63. b. Alia magis peculiariora, ut Paulus & Timotheus, *ibid.* Nomina alia communia, alia magis propria, 18. b. Nomina corporalia sæpe ad intelligentias spirituales tranfert Scriptura, 27. a.  
 Nomina, quotquot de Deo dicuntur, essentiam non significant, sed operationem aut dignitatem, 155. a.  
 Nominum, quæ circa divinam naturam intelliguntur, nulla secundum melius ac deterius differentia, 154. a. Ipsum Dei nomen nihil amplius significat quam recti & boni appellatio, *ibid.* b. c.  
 Notario Basilius præcepta tradit, 246.  
 Noverca infantium non faciendæ est amita, 138. e.  
 Novercæ æmulatio implacabilis. *ib.* Inimici mortuis reconciliantur, novercæ post mortem odisse incipiunt, *ibidem.*  
 Novitates verborum nonnulli effutunt, 202. c. Unde ecclesiæ quæstæt, velut vasa luxata, influentem hæreticam corruptelam recipiunt, *ibid.*  
 Noctes illuminatæ, 74. c. Nocturni cantus hymnorum in ecclesiis Orientalibus, 203. e. Nocturna quies maxime apta ad orandum, 40. b.  
 Noxas conscribere, 56. e.  
 Nubibus similes plerique homines, 261. a.  
 Numerus est signum, quo declaratur multitudo suppositorum, 19. a. Quidquid unum numero dicitur, simplex non est, 44. b.  
 Numerus pertinet ad quantitatem, *ibid.* c. Perit accedente unitate, 46. b. Nihil addit aut detrahit rebus numeratis, 19. a. Numerus septenarius, 215. b.  
**NUMERARIUS**, 129. d. Numerarii duo, *ib.* Numerarius quidam Ptochotrophium Amasæ ex suis opibus sustentat, *ib.*  
 Nuntiis malorum utile est affigi eos qui Dominum placare possunt, 211. d.  
 Nuptiæ secundæ remedium fornicationis, non occasio lasciviæ, 138. d. Apud nonnulla animalia in probro sunt, 317. b. In secundis nuptiis oblitio priorum filiorum, 323. e.  
*Nyssa Indica*, 37. d.

## O

**OBJURGATIO** cum omni commiseratione faciendæ, 54. d. 264. d. Asperitas fugienda, 40. c. Si quis se prior per humilitatem abiciat, in increpando molestus non erit, *ib.* Utilis increpandi ratio in Davidem adhibita, *ibidem.* Objurgatio quomodo recipienda ab iis qui curantur, 54. e. 265. c.  
 Oblectamenta præsentis vitæ materiam æternæ igni præparant, 55. c.  
 Obsoniorum suavitas repudianda, 329.  
 Obtruncatio est de absente detrahere, illius traducendi studio, etiam si verum dicatur, 54. a.  
**OCCIDENS** totus, prope modum ab Illyrico usque ad fines orbis nostri, 31. b. In Occidente summa concordia, 99. b. Occidentales fide illæli permanent, ac depositum servant inviolabile, 202. c. In occidente, uno aut altero perverse deprehensis sentite, magnum existit studium episcoporum, 86. c. Occidentis diu auxilium expectarunt Orientales, 100. d. 202. b. Arcano Dei judicio adscribunt, quod non impetraverint, *ibid.* Necesse est, ut Orientis fidem renovet Occidens, & bonorum, quæ ab Oriente accipit, remunerationem persolvat, 100. a. Vid. *Romanus episcopus*. Occidentalium fidei totum servat Basilius, eorumque fidem

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

sequitur, 223. a. Occidentales in suis litteris, essentiae nomen graeca lingua tradiderunt, 176. c. In Occidente toto glorificatur Deus cum sancto Spiritu, 33. b. Oculis indefinenter circumactis clare intueri non potest, 38. d. Oculis non inueniendum cum dolo, 54. a. Oculis tristis ac deorsum vergens menti humili conuenit, 39. e. Oculis recreant caerulei & virides colores, 61. d. Oculo inflammato dolorem affert vel tenerrimum lenimentum, 42. c. **E**conomiae causa si quid faciant episcopi afflatu Spiritus sancti, id suscipere debet clericus & populus, 190. c. ignoscere debent episcopis, 191. a. Operam dare debent, ut perficiatur, quod ab episcopis constitutum est, 190. d. **E**conomiae ab episcopis fiunt, a plebe confirmantur, 192. a. Quod ab uno aut altero homine pio factum est, id nobis persuadet rem consilio Spiritus sancti, 191. c. Ubi nihil humani propositum, liquet a Domino corda dirigi, *ibid.* Ubi autem spirituales viri auctores consiliorum, eosque plebs sequitur, non dubitandum, quin communicatione Domini consilium captum sit, *ibid.* Dei ordinationi resistunt, qui res constitutas in ecclesiis a Dei electis non admittunt, *ibid.* **E**conomiam erga orphanorum factam valde probat Basilius, *ibid.* **E**rgo Is Nicopolim translatus tempore difficillimo, *ibid.* Vide **Pax**. **E**CONOMUS ecclesiae, 231. c. **E**conomus ecclesiae Caesariensis, 198. b. In domo Basilii manebant, *ib.* **O**ffendiculum fratri non ponendum ad scandalum, 81. b. **O**FFICIALES, 159. d. **O**lei unctioem quis Sanctorum scripto tradidit? 28. d. **O**LYMPIUS, 50. b. **E**rgo. A Basilio exceptus hospitio non magnis sumtibus, 41. a. Basilio mittit munera, *ibid.* Remedia aggreditur, *ib.* Basilium Eustathii & Neocaesariensem calumniis afflictum solatur, 122. e. 174. a. **O**pera bona fiduciam praestant in die iudicii, 236. b. Operum merces a Domino, 237. 243. **O**perum expers confessio commendare Deo non potest, 236. a. Frustra viduarum & orphanorum curam suscipit, qui Deum afficit injuria, 68. a. **E**x operationis identitate colligitur naturae identitas, 154. 155. **O**PTIMUS episcopus, 215. a. De ecclesiis sollicitus, & Scripturae studiosus, *ib.* **O**rdo civitatis, id est, curia, 93. b. **O**RDINATIONES Simoniacae, horribile peccatum, 80. a. **E**rgo. Quidam hoc scelus pietatis nomine inumbrabant, *ibid.* Putabant se non peccare, quia non ante sed post ordinationem accipiebant, *ibid.* Accipere est, quandocumque accipere, *ib.* Depositionem illis minatur Basilius, *ibid.* Antequam ministri sive subdiaconi reciperentur, in omnem eorum vitam sedulo inquirebatur, *ibid.* Chorepiscoporum electio, 223. c. Item presbyterorum & diaconorum in pagis, 80. e. Praefereendus senex magnis ornatus virtutibus juniore ad exteriora negotia idoneo, 95. e. Reprehendi non debet qui ordinatus est inuitus, sed qui ordinavit, 187. c. Episcopus e gremio cleri sumendus, 178. b. Ordinandum esse Neophytum censet Basilius ob penuriam, *ibid.* Ad sacerdotium admitti potest, qui usuras accipit, 152. c. Modo lucrum iniustum in pauperes infumatur, & ab avaritiae morbo emendatur, *ib.* Laudat Innocentium Basilium, quod, ut Moses, videre velit successorem suum, 95. a. Basilius querit an vita hominis contra canones ordinati laudabilis sit, ita ut res sanari possit, 117. a. **O**rdinationes peregrinae an detrectandae non sint, querit ex Eusebio, 126. d. Eustathius diaconus & presbyteros ordinat in alienis ecclesiis, 188. e. Negabat haereticos episcopos esse, 206. b. 210. c. **O**rdinatum ab haereticis ad fidei eversionem episcopum non agnoscit Basilius, 201. c. Declarat se non recepturum pacem reddita eos quos ille ordinaverit, *ibid.* Qui hominum studiis ordinati, omnia ad voluptatem indulgent, 101. c. Servi sunt eorum, a quibus episcopatum acceperunt, *ib.* Episcopatus praemium impietatis sub Valente, 101. b. Qui jurant ordinationem se non accepturos non cogantur pejerare, 151. c. Quidam canon permittit ut ordinentur, *ibid.* **O**RIENS quidquid ab Illyrico ad Aegyptum usque protenditur, 89. c. Orientis pa-

raecia, 86. c. In Oriente hac voce, cum sancto Spiritu, velut tessera suos ab alienis discernunt, 33. e. Nonnulli vocum novitates effutunt, 202. c. **O**rientales fortasse praemi ab haerese vexantur, quia apud eos abundavit peccatum, 203. c. Verisimilius est hostem machinari, ut ibi incipiat defectio, ubi incipit Evangelium, *ibid.* Praeter haereticorum bellum domesticae seditiones, 101. d. Velut Judaei sub Vespasiano, *ibid.* **O**rientales in aerumnis consolatur pax & concordia Occidentis, 99. b. 100. b. **A**d Orientem Christiani versi precantur, 28. c. Unde istud, 29. e. **U**RIGENES gloriam desert Deo cum sancto Spiritu, 32. a. Illius non omnino sanae in omnibus de Spiritu opiniones, *ibid.* Pias voces saepe de Spiritu emisit, consuetudinis robur reveritus, *ibid.* **O**RIGENES Basilii amicus, 52. a. Is veritatem scriptis defendit sub Juliano, *ib.* Huius filios libenter vidit Basilius, *ib.* **O**rnatum in vestibus aut calceis querere vana ostentatio est, 54. a. **O**rnatus virginis fugiendus, 333. **O**rphanens, 229. c. **O**rphanorum res Dominus suas facit, 111. b. **O**s iusta libertate & gratiae verbis scatens, 58. e. **O**sifraga, 324. b. **O**tium Dei timore desitutum magister pravitatis, 292. **O**tiosus presbyter, id est, depositus, 81. c. **O**TREIUS Melitensis episcopus, 147. b. Tam dolet quam Basilius de exilio S. Eusebii, *ibid.* **O**ves Christi quinam appellantur in Scripturis? 8. a. **P** **P**AGI praepositus, 41. a. **I**n Palestina monasteria, 170. d. **P**ALLADIUS monachus, 214. e. **C**um Innocentio in monte Elaeone degebat, 214. a. Rogaverunt Basilius, ut de Domini incarnatione aliquid adderet fidei Nicanae, *ibid.* **P**ALLADIUS, 234. e. Is recens baptizatus cum fuisset, hortatur eum Basilius, ut fidelis sit huius thesauri custos, *ibid.* **P**ALLADIA, 125. e. Haec Basilius matrem appellat non solum ob propinquitatem, sed etiam ob morum probitatem, *ib.* **P**ALMATIUS ministrans Maximo ad persequutiones, 105. c. **P**ANCRATII certamen, 248. e. **P**anthera hominis imaginem dilacerat, 315. a. **P**antherae pelli similis asceta vitii inquinatus, 260. c. **P**APA, 116. b. **P**aphlagonia, 210. e. **P**ARASYNAGOGA conventus ab immorigeris habitus, 149. c. **P**AREGORIUS presbyter, 81. b. Annos natus septuaginta habitabat cum muliere extranea, *ib.* Minatur ei depositionem Basilius, ac ipsam etiam excommunicationem, si depositus sacerdotium sibi arroget, 81. c. **P**arentes debent liberos diligere non solum naturali amore, sed etiam dilectionem voluntate intendere, 56. a. **P**arentes qui filios exponunt, aut patrimonium iniuste distribuunt, comparantur cum aquila, 324. b. **P**arentes fovere docet Ciconia, *ib.* **P**arentibus obnoxii filii quantum ad corpus ex lege naturae & civili, 228. e. **A**nima, ut ex diviniore accepta, Deo magis obstricta est, *ib.* **P**arnassi ecclesiam episcopo mortuo consolatur Basilius, 85. a. Hypsino pulso Ecdicius haereticus Parnassi ordinatur, 198. e. 200. b. **P**AROECIA Occidentis, 203. c. **P**aroecia Orientis, 86. d. **P**aroecia Theodoti Nicopolitani, 106. e. In unaquaque paroecia signiferi ecclesiae electi, 89. c. **P**aroeciae Neocaesariensis & Caesariensis, 168. c. **P**aroeciae Cappadociae, 205. c. **P**aroeciae suae pagos visitat Basilius, 169. c. **P**aroeciae & urbis clerus, 201. c. **U**t pars sua cum veris adoratoribus invenitur orat Basilius, 77. d. **D**ianius moriens orabat, ut ne separaretur a forte sanctorum trecentorum decem & octo partium, 78. c. **P**arvum parvo adjungere est perutile, 263. b. **P**ASINICUS medicus, *ib.* **E**rga pastorem amor, si ratione contineatur, laudandus; secus, si limites transiliat, 190. b.

**P**atara, 180. c. **P**ATRES Ecclesiae sunt columnae, 33. b. **P**atrum doctrina vastatur, 141. a. **P**atientia sine humilitate haberi non potest, 317. **P**atientiae magna merces, 41. d. 42. a. 239. a. **P**er patientiam in adversis partem martyrum consequimur, *ibid.* c. **N**emo non percussus, nec pulvere aspersus coronatur, 201. a. **P**atientiae coronas nemo sanctorum in deliciis aut adulationibus consequutus est, 127. a. **M**olestae ferentes quae accidunt, neque id quod factum est, reparamus, ac nosmetipsos perdimus, 42. c. **P**atientiae exempla in ipsis ethnicis, 303. a. **P**ATRIARCHAE nomen & habitus, 143. b. **P**atriarcharum benedictiones per Spiritum sanctum, 17. b. **P**ATRITIUS vir subdolos, 245. b. **P**ATRONUS Aetarii, 61. a. **P**ATROPHILUS Aegensis episcopus, 204. b. **E**ustathio amicus, 206. c. **I**tem Basilio, 204. e. **S**tuporem significat, quod cum Eustathio disideret, *ibid.* **P**atrophilus Eustathius inviserat, 207. c. **U**nde metuit Basilius ne ex hoc congressu immutatus sit, *ibidem*. **R**ogat ut ad se scribat per Strategium an in sua maneat communione, *ibid.* **S**ero respondet, 209. b. **R**ursum hortatur ad pacem cum Eustathio, *ibid.* **N**on communicabat cum iis quos Eustathius in suam ecclesiam accesserant, *ibid.* **S**ed tamen cum Eustathio videtur communicasse, *ibid.* **P**AULINUS accipit litteras Roma, quae eum episcopum agnoscunt, 176. a. **H**as circumferunt illius amici, *ibid.* **J**actant etiam Athanasii litteras, 176. b. **T**erentium in partes suas trahere conantur, *ibid.* **E**rgo. 177. c. **P**aulini ordinatio perstringitur, 221. a. **I**n Marcelli dogmata propendet, ejusque discipulos recipit sine discrimine, *ib.* **P**aulinum ejusque amicos Basilius ut fratres agnoscit, 176. a. **N**onnulla audiverat de Paulino, sed credere noluit quia non aderat accusatus, 214. a. **P**AULUS vas electionis, 44. e. **P**AULUS episcopus, 100. c. **P**AULUS vetus ille & novus hic, 71. e. **P**AULUS presbyter, 225. a. **P**AULUS presbyter & monachus, 212. b. **P**auper verus ab eo, qui ex avaritia mendicat, discernendus, 133. b. **N**on omni errabundo dandum, *ib.* **N**on omnis paupertas laudabilis, 273. d. **P**auperem esse non probrosum est, sed paupertatem generose non ferre, 312. d. **P**atris paupertas nemini datur criminis, 273. **P**aupertas cum veritate pretiosior omni possessione, 272. a. **P**auperes vocantur intelligentiae inopes, 183. d. **P**auperes opprimuntur, ut eorum ostendatur patientia, 70. e. **P**auperis calamitas unum ex filiis vendere meditantis, 275. e. **P**aupertas immunitatem necessario tribuit, 241. a. **P**aupertatis amor in nonnullis philosophis, 41. b. **P**aupertas philosophiae nutrix, *ibid.* **A**mica & contubernalis Basilii, *ib.* **I**n omnibus amplectenda ei quae ad Deum accedit, 55. b. **A**scetae aurum maxime fugiendum, 69. c. **S**i quis afferat pecuniam distribuendam pauperibus, suadere asceta debet ut ipse distribuatur, *ib.* **N**e illum inquinat accepta pecunia, *ibid.* **N**ihil a quoquam accipere debet ultra quotidianum vitae asceticae usum, *ib.* **N**ihil ex iis quae utenda traduntur, ut proprium quicquam habere aut reservare debet, 54. d. **O**mnia ut ad Dominum pertinentia, diligenter tractanda, *ibid.* **P**aupertatis hunc modum praescribit Basilius ut quisque tunica contentus sit, 132. e. **P**AX caeleste donum, 89. b. **P**ax idem ac communio, 209. c. **P**ax extremum munus a Christo relictum, 164. e. **C**onjunctio membrorum corporis Christi maximum bonorum, 135. d. **M**axime expetendum, 33. a. 113. c. **O**b pacem compositam filii Dei dignitas comparatur, 181. a. **C**rimina etiam falsa in nobis recipere debemus, ut pacem Dei Ecclesiae conciliemus, *ibid.* **P**acis nomine nihil jucundius auditu, 135. c. **S**ub pacis specie damnatum infert hostile, cum perniciosis hominibus consensio, 209. c. **P**aci omnia posthabenda, 89. b. **Q**ui idem sentiunt, omni ratione ad conjunctionem compellendi, 89. a. **C**avendum enim ne popu-

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

- populus orthodoxus multas in partes  
 dividatur, una cum praepositis abscen-  
 dens, *ibidem*. Decreta de recipiendis iis  
 qui redeunt ab heresi, 168. c. Perutile  
 est Ecclesiae membra prius divulsa con-  
 jungi, 113. b. Fiet autem conjunctio, si  
 velimus, quibus in rebus animas non  
 laedimus, ad infirmiores nos accommo-  
 dare, *ibid.* A fratribus conjungi volentibus  
 nihil amplius requirendum, nisi  
 ut fidem Nicenam recipiant, ac fateantur  
 Spiritum creaturam dici non debere,  
 & eorum qui dicunt fugiendam commu-  
 nionem, *ib.* In pacificandis dissensionibus  
 alii compescendi, in alios temperamento  
 utendum, 87. a. *Et seq.* A praecipuis  
 partibus curandi initium fieri debet,  
*ib.* Basilium satis habet si qui ac-  
 susantur haeresis, negent se haec dicere  
 aut docere, 173. c. Non spectat praeterita,  
 optat tantum ut sanentur praesentia,  
*ibid.* Si pacem somnia perturbent,  
 etiam si consentiant cum Evangeliiis,  
 contenti sinus Evangeliiis, *ibid.*
- PECCATUM** verae mortis aculeus, 73. c.  
 Peccata sanabilia & insanabilia, 280. 281.  
 Involuntaria & voluntaria, 278.  
 Peccata ignorantiae non liberantur a poena,  
 279. De peccatis quae iudicium praecedunt  
 aut sequuntur, 285. *Et seq.* Discrimen  
 inter corporeas actiones & peccata  
 quae cogitatione peraguntur, 281. 282.  
 Peccatum abigit angelum custodem, 278.  
 Impudenciores facit eos qui committere,  
*ibidem*. Nemo potest cum Deo conjungi,  
 verita patrandi, 167. b. Peccata nobis  
 ob absentiam Dei timoris contingit,  
 245. a. Aut nihil aut levissima peccabit,  
 qui semper de iudicio Dei cogitat, *ibid.*  
 Peccata praeterita multi tradunt oblivioni,  
 280. Interdum cogitatione renovantur,  
*ibid.*
- Peccata animas sequuntur, ut corpus umbra,  
 281. In peccatis quidam usque ad senium  
 perseverant, 278.  
 Peccatores nequaquam silentio tolerandi,  
 54. d.  
 Peccantem qui redarguit, cum omni commiseratione  
 redarguere debet, *ibid.*
- Peccatorum implacabiles & amari examinatores,  
 35. b.  
 Peccata aliena multi explorant & sua non vident,  
 286. Ob peccata proximi iugendum,  
 300. e.  
 Peccatoris mores inculpati sunt superveniente  
 immutatione, 68. c.  
 Peccatoribus poenitentiam agentibus lenitas  
 impendenda, recedendum a pervicacibus,  
 288. b. Ob peccata persequutiones, 181. a.  
 208. c.  
 Peccatis paribus poenae imponi non debent,  
 215. d. Iis non remissurum se Deus minatur,  
 qui relabuntur, 286. Ut desperatus  
 habetur, qui jugiter promittit emendationem  
 & jugiter peccat, *ib.* c.  
 Peccatum non condonabile blasphemiae in Spiritum  
 sanctum, 31. b. 137. a. 149. a.  
 Peccata remittuntur in gratia Spiritus, 21. d.  
 Ob peccatum unius saepe multi alii puniuntur,  
 278. 279.  
 Peccatum vel unicum satis est ad condemnationem,  
 278. 279. Unius mandati transgressio  
 satis est ad poenam luendam, 279. 280. 282.  
 Achar ob unum peccatum punitus,  
 279. Gravissus condemnatur qui post factum  
 in virtute progressum relabuntur, 258.  
 Spectaculum miserabile lapsus post contingit  
 viginti aut triginta annorum, 319.  
 Peccatum ad mortem, 162. d. Vetus homo  
 in nobis est necessario, ideo in Adam omnes  
 morimur, & regnavit mors usque ad Christi  
 adventum, 14. a. Omnes in Adam mortui  
 sumus, 218. Omnes serpentis fraude alienati,  
*ib.* Translati sumus de potestate tenebrarum  
 per Christum, 8. a. Quanto quisque purior fuerit,  
 tanto minus dicit se purum habere oculum,  
 167. c.  
 Peccatis se innumeris obnoxium fatetur Basilium,  
 cum homo sit & in carne vivat, 164. c. 167. b.  
 Pecunia sacra, 187. b. Earum custodes,  
*ibid.*
- PELAGIUS** episcopus, 100. c. Illius videnti valde  
 cupidus Basilium, 211. d.  
**PENTECOSTES** tempus admonitionis est resurrectionis,  
 29. a.  
 Preces stando sunt per hoc tempus, *ib.*  
**PENTHEUS**, 91. e.  
**PEPUZENI**, 149. c. Manifeste haeretici, *ibid.*  
 Montano & Priscilla appellationem Paracleti  
 attribuunt, *ibid.*
- Persequator, 159. d. Hoc munere fungebatur  
 Helladius principalis, 230. c.  
 Peregrina vox plus solet afferre solatium,  
 quam consueta oratio, 208. b.  
 Ad perfectionem plurimum valet omnia  
 vendere & pauperibus dare, 183. e.  
 Perfectorum est se non esse, 167. c.  
 Perfecta malitia cum quis peccat voluntate  
 & facto, 281.  
**PERGAMIUS**, 81. e.  
**PERICLES**, 303. a.  
 Ex periculis erepti quid agere debemus,  
 57. b.  
 Perjuri sponsor, qui animas ad jurandum  
 impellit, 73. b.  
 Perjuria anni decem poenitentiae, 178. e.  
 Perjuria, si vis illata, anni sex poenitentiae,  
 179. d. Secus, anni undecim, *ib.*  
*Perre*, 115. b.  
**PERSEQUUTIONES** arcano Dei iudicio diu  
 saeviunt, 100. d. Deus ob peccata afflictionem  
 plene admittit, *ibid.* 151. a. Sed opem  
 ostendet ob suum in ecclesias amorem,  
 208. c.  
 Persequitio producit, quia nondum impleta  
 vindicta, 202. e.  
 Persequutiones non possunt Ecclesiam vincere,  
 200. e. Transcunt ut grandines & torrentes,  
*ib.* Ecclesiae iniuriam contemnendi,  
 quia Deus illorum nequitiae debilitatem  
 adiunxit, 201. b.  
 Parum abest quin Basilium gratias habeat  
 persequitioni, 147. d. Quemadmodum  
 Israelitis Deus septuaginta annos praefi-  
 tuit, ita Christianos per statum aliquod  
 tempus tradit, 221. b.  
 Prope coronam, prope Domini auxilium,  
*ibid.* Orandum indesinenter, 201. d. Tran-  
 quillitas fiet, cum vox inventa fuerit  
 digna, quae Dominum exciet, 100. d. 134. d.  
 139. b. Si tentatio temporaria est,  
 ferenda ut a bonis athletis: si finis mundi  
 appropinquat, expectandus est collo Christus,  
 127. d. Si persequitio gravis, ferenda est,  
 201. a. Si levis; magis ejulatus vitandi,  
*ibid.*
- Persequitio ferenda spe consolationis, 128. a.  
 Sive peccatorum lumen poenas; persequitio  
 avertit Dei iram, *ibid.* Sive certandum  
 pro pietate, Deus non sinit, nos tentari  
 ultra vires, *ibid.* Beatus qui pro Christo  
 patitur, beatorum qui majora patitur, 127. b.  
 Qui persequutionem patiuntur, eos  
 expectant martyrum coronam, confessorum  
 chori manus porrigunt, *ib.* Cavendum ne  
 in certaminibus defatigemur, 128. b. Non  
 brevis labor constantiam declarat, *ibid.* Si  
 infractus seruerit animus, cito aderit  
 adiutor, *ibid.* Optandum ut Deus det  
 pacem: sed molestum esse non debet pro  
 fide affigi, 33. a. Imo intolerabile pro ea  
 non certasse, *ibid.*
- Persequutiones molestae sunt; sed etiamsi  
 acuatur ensis & splendet ignis, non  
 idcirco deferenda Traditio, 33. c.  
 Persequutiones multae & virum & oppidum  
 200. e. Aliae historiis, aliae non scripta  
 recordatione perhibentur, *ib.* Molestum  
 esse non debet ad ecclesiam ejici & sub  
 dio adorare, 199. c. 201. c. Discipuli in  
 convulso: qui Dominum crucifixerant, in  
 celeberrimo templo, *ib.*
- Populi ecclesias relinquunt, & in solitudi-  
 nibus precantur, 99. b. Terrere non debent  
 exilia episcoporum, 213. a. Nec quod nonnulli  
 ex ipsis clericis proditores, *ib.* Terrere  
 non debet lapsus multorum, *ibid.* Etiam  
 unus salvetur, ut Loth, manere debet in  
 recto iudicio, *ibid.* Non multitudo est  
 quae salvatur, sed electi Dei, *ib.* Insidias  
 Christo struere principes sacerdotum &  
 scribae & seniores, *ibid.*
- Pauci ex populo ejus doctrinam susceperunt,  
*ibid.* In persequutionibus Eucharistiam  
 laici, absente sacerdote aut diacono, propriis  
 manu sumunt, 102. b. Episcopi abesse non  
 possunt, quin populos tradant insidiantibus,  
 204. a. Res majoris momenti usque ad  
 reditum confessionum differenda, 176. e.  
 In persequutionibus nemo adeo parvus est,  
 ut non possit esse occasio magnorum malorum,  
 191. e.
- Persequutiones ab iis, qui Christiani dicuntur,  
 graviores sunt quam ab ethnicis, 212. e.  
 Major merces in his persequutionibus  
 comparatur, Vide 127. a. 213. b. *Et* 140. d.  
 Persequutionis sub Valente descriptio, 101. a.  
*Et seq.* Haec mala in plerisque civitatibus  
 grassantur, *ibid.* Ecclesiae Orientalis  
 status comparatur cum praelio navali,  
 quod vetusta ac longa odia concitant,  
 33. c. Naufragia ecclesiarum sub scopulis,  
 34. e. Turba a principibus mundi  
 excitata, *ibid.* Caligo ob ejectionem mundi  
 luminaria, *ibid.* Clamor contendentium,  
*ibid.* Anarchia populos occupavit,  
*ibid.*
- Periculum ne ecclesiae brevi in aliam quamdam  
 formam penitus transmutentur, 86. d. Statuit  
 Basilium extra ecclesiastica esse tela,  
 215. Unicum malorum remedium habet,  
 tempore cedere, seque persequutoribus  
 subtrahere, 117.  
 Persequitio in Scythia Martyres facit, 135. b.
- PERSEVERANTIA** donum Dei, 144. b. Donum  
 Spiritus sancti, 10. e. Non in proposito  
 consistit exitus, sed in exitu laborum  
 fructus, 68. d. Vanus justus labor  
 superveniente immutatione, *ibid.* Non  
 qui bene incipit perfectus, sed qui bene  
 desinit, Deo probatus, *ibid.*
- Pesilentiae morbo eos, qui caute vivunt,  
 malum attingit ob consuetudinem eorum  
 qui corrupti sunt, 35. a. Sic in dissensionibus  
 ecclesiasticis, *ibid.*
- Petra Christus figurate, 13. c.  
**PETRUS** omnibus discipulis praelatus, 280. a.  
 Post scandalum firmiter credidit, 217. e.
- PETRUS** Alexandrinus, 213. Numquam eum  
 viderat Basilium, *ib.* Alumnus erat  
 S. Athanasii, *ibid.*
- Petrus canonum defensor, 223. d. Molestus  
 fert receptos a confessoribus Marcellianos,  
 contempto Basilio, *ibid.* Basilium reprehendit,  
 quod ad se non scripsisset de iis quae  
 fecerant confessores, *ib.* Questus est  
 quod secum Dorotheus leniter loquutus  
 non esset, 224. b. Dorotheus narravit  
 Basilio, quos Petrus coram Damaso  
 sermones habuisset, *ibid.* Dicebat  
 numeratos fuisse in haereticis S. Meletium  
 & S. Eusebium, *ibid.*
- PETRUS** presbyter Basilii frater, 165. e.  
 Litteras desert ad maritimos episcopos,  
*ibid.* Illius pedes prope Neocesaream,  
 177. c.
- PHALERIUS**, 245. Is Basilio pisces misit,  
*ibid.*
- PHARONIS** currus, 156. b.  
*Phargamus*, locus in Armenia, ubi quotannis  
 festus Martyrum medio mense Junio,  
 103. c.  
*Phelus*, 180. c.  
**PHILACRIUS** Arcenus, 244. Vir eloquens,  
*ibid.* Curae illi erant ecclesiasticae, *ib.*  
 Hortatur eum Basilium ut ad pacem &  
 dissidentium conjunctionem allaboret, *ib.*  
*Philippopolis* thesaurorum praepositus, 198. d.  
*Philistinum* pastores haeretici, 43. d.  
**PHILOCHARES** Calumniator Gregorii Nyseni,  
 187. c.  
**PHILONIS** sententia de mannae qualitate,  
 156. a.
- PHILOSOPHIA** alumnis suis ne curari quidem  
 magnis sumptibus sinit, 148. c. Eadem  
 res apud illam & obsonium est, & ad  
 sanitatem sufficit, *ibid.*
- Philosophia quae circa dogmata versatur,  
 43. e. Superna philosophia, *ibid.* Philosophiae  
 nutrix paupertas, 41. a.  
**PHILOSOPHI** illud ex quo attribunt materiam,  
*Per quem* autem instrumentum, 3. c.  
 Haec ab eis mutuati sunt haeretici, *ib.*  
 Causae naturam variis modis definiunt,  
*ibid.*
- Philosophorum observationibus non servit  
 Christiana libertas, *ibid.* In philosophis  
 nonnullis amor paupertatis, 41. a.
- PHINEES**, 73. c. Justa arsit iracundia,  
 313.  
*Phryges* utrique cum Basilio communicant,  
 168. a.
- PICTORES** crebra ad exemplar respiciunt,  
 39. e.
- PIETAS** idem sonat ac veritas, 2. a.  
 Pietatis mysterium, 29. c. His qui piam  
 vitam elegerunt, mundi afflictio impropria  
 esse non debet, 52. b. Eos turbare nihil  
 debet, *ibid.*
- Pietas multo labore in animis fata, pravus  
 doctrinis eradicatur, 78. d.  
 Pietatis nomine malum inumbrare, gravius  
 est peccatum, 80. b.  
 Pietatis acquisitio minutis accessionibus  
 augetur, 2. a.  
 Pietas omni arte, & omnibus animantibus  
 ac fructibus melior, 235. c.
- PISCES** velut in civitatibus & vicis habitant,  
 321. In externas regiones sub uno  
 veluti signo omnes discedunt, *ibidem*.  
 Estate migrant in aquilonare pelagus,  
 hieme redeunt ad aprica loca, *ibid.* Vidit  
 id Basilium, *ibid.* Solus scarus ruminat,  
*ibid.* Cur pisces acutissima condensationum  
 acie communiti, *ibid.*
- Pisces* cum Basilio communicant, 164. a.  
**PLANTA** detorta violenter in contrarium  
 partem abducitur, 48. e. Plantarum in  
 morem,

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

- morem, eodem in loco detinetur Basilii, *ibid.*  
**PLATO**, 40. e. Ea est dicendi facultate, ut simul & sententias impugnet & personas comice describat, 124.  
Platonici lepores, 124. Cur infalubrem Academicum locum elegit, 316.  
**A PLEBE** confirmatur aconomia, ab episcopis sunt, 192. b. Ubi episcopi confiliorum auctores sunt, eosque plebs sequitur, non dubium quin communicatione Domini consilium captum sit, 191. c. Basilii rogat magistratus, ut populi & rure degentium bona proposita reborent, 192. b. Inimici in desperationem cadunt, si viderint artificia neque a clero neque a plebe admitti, *ibid.*  
Pudorem illis inquit confors in episcopum amor, *ibid.* Magistratus Colonienfes res ecclesiasticas parvi non pendunt, 191. a. De iis unusquisque, ut de proprio negotio, sollicitus, *ibid.*  
**PNEUMATOMACHI** nondum apparebant tempore Nicæni concilii, 128. c. ethnico morbo laborant, 19. c. Cum Stoicis & Epicureis nominandi sunt, *ibid.* Ab Aetio acceperunt hoc principium, quæ dissimilia sunt, dissimiliter proferri, & vicissim, 2. c. Videntur sibi mediam viam incedere, 174. e. Eadem habent principia ac Anomæi, *ibid.* Sed consequentia non subscribunt, quia abhorret a multorum auribus, *ibid.* Filium habent instar instrumenti, Spiritum instar loci aut temporis, 2. e. 13. e. Temporalibus intervallis Filium a Patre & Spiritum a Filio disjungunt, 36. a. Locum hostibus destinatum attribuunt Filio, 6. c. Negant Filium esse cum Patre, sed post Patrem, 5. e. Unde etiam Patrem volunt glorificari per eum, non autem cum eo, *ibid.* Attribuunt Patri illud ex quo, Filio per quem, Spiritui in quo, 2. d. Hanc sententiam a profanis scriptoribus acceperunt, *ibid.* Discedunt a philosophorum principis, cum illud, ex quo, Patri proprium attribuunt, 3. d. Ab Ario iactæ impietatis semina, in blasphemiam de Spiritu Sancto eruperunt, 118.  
Pneumatomachi nolunt Spiritum Sanctum Patri & Filio adiungi, 11. a. Eos secum pugnare & a semetipsis subverti ostenditur, 4. a. Apud illos plus valet ipsorum blasphemiam, quam Domini præceptum, 11. a. Contendunt Scripturam vitare nsum huius vocis, cum sancto Spiritu, 25. c. Illis ipsa respiratio usitatio est hæc loquendi ratio, per Filium in sancto Spiritu, *ibid.* Contendunt has voces, cum ipso peregrinas esse: illud, per ipsum, & Scripturæ & fratrum usu tritum esse, 7. c. Non desinunt iactare præpositionem, cum, carere testimonio, carere Scriptura, 30. b. Citius linguas projiciant, quam conjunctionem & in Spiritu glorificando recipiant, 26. e. Inde ortum bellum implacabile, quod Basilii indixerunt, *ibid.* Nolunt Spiritum Sanctum cum Patre & Filio esse, sed sub Patre & Filio ita ut non connumeretur, sed subnumeretur, 5. e. Subnumerationem inveniunt in personas divinas, 18. a. Contendunt iis, quæ æqualia sunt, convenire connumerationem inferioribus autem subnumerationem, 19. a. Obijciunt Spiritum sanctum nec servum esse nec dominum, sed liberum, 22. a. Israelitas baptizatos in Moyse, & credidisse Moyse, 13. a. Nonnulla alia cum Patre & Filio coniungi, velut cum Paulus angelos commemorat, nec tamen simul glorificari, 12. d. Spiritum donum esse, 25. e. Nos in aquam baptizari, nec tamen aquæ honorem Patris & Filii deferre, 14. e. Catholicos accusant quod Spiritum dicant ingenitum, 119. Dei præcepto palam adversantur, dum Spiritum sanctum, quem Filius sibi & Patri adiungit, ab utroque dissociant, 11. b.  
Prævaricatores & desertores dicendi, ut qui professionem baptismi irritam fecerint, 12. a. Ea negant Spiritui sancto, quæ hominibus deferuntur, 30. d. Ex beneficiis sancti Spiritus aniam arripiunt jejune de eo sentiendi, 22. c. Committunt blasphemiam irremissibilem in Spiritum sanctum, 31. c. 119. a. 137. a.  
Pneumatomachi nullam habent excusationem, 33. e. Ad ignorantiam excusationem confugere non possunt, 5. c.  
Per eorum curiositatem ne aliis quidem imperitis esse licet, *ibid.* Velut malæ fidei debitores, probationes e Scriptura exiunt, patrum testimonium rejicient. *S. Basilii Oper. Tom. III.*
- tes, 33. e. Expellunt eos qui Spiritum sanctum cum Patre & Filio numerant, 30. c. Videtur id eis esse impietas intolerabilis, *ibidem*. Cum Spiritus Dominus & Deus vocatur, vociferantur, lapides tollunt, 23. c. Nihil omittunt ad ulciscendum, 15. a. Bellum inferunt Basilii; sed revera fidem oppugnant, 11. e. In Basilium atrociter conglomerati insurgunt, 33. a. Bellum adversus Basilium parant, 11. d. Linguis eum vehementius feriunt, quam Stephanum Judæi lapidibus, *ibid.* Machinas & insidias struunt, sese invicem exhortantur ad suppetias ferendas, *ibid.* Basilium adorantur, quod gloriam dicat Patri & Filio cum Spiritu sancto, 2. a. Cum Basilio, ut lupus eum agno contendunt, 153. b. Ab una orinatione depulsi, aliam excogitant, *ibid.* Nec, si omnia dissoluta fuerint, odisse desinunt, *ibid.* Tres deos ei assignunt, *ibid.* Mox in promptu Sabellius, *ibidem*. Basilium appellant novatorem, verborum inventorem & aliis nominibus probrois, 5. d. 33. b. Exigua pars morbo laborat, reliqua ecclesia a terminis usque ad terminos sana est, 211. a.  
Pneumatomachis objicit Basilii Orientis, & Ponti & Cappadocum, & Occidentis consensum, 32. e. & seq. Totas nationes & consuetudinem omni memoria vestitiorem, *ibidem*.  
Pneumatomachorum hæresis dux Eustathius, 220. c.  
Podandus, locus in Cappadocia, quo senatus Cæsariensis magna pars translata, 92. b. & seq.  
**PŒMENIUS** presbyter adversarius Basilii doctrinam defendit pro Eustathio, 106. c.  
**PŒMENIUS** Satalensis episcopus, 108. b. & seq. 116. e. Consanguineus erat Basilii, 108. b. Mater illius auxilio sublevabatur, ac populo Cæsariensi gratissimus erat, *ibid.* Hunc tamen Basilii, quasi pupillam oculi tangens, concessit Satalensibus episcopum, *ibid.*  
Pastor erat dignus nomine, non cauponans verbum, sed spiritualibus donis repletus, *ibidem*.  
Pœnas imponantur, non ob ea quæ jam facta sunt, sed ut ii qui deliquere, aut corrigantur, aut aliis sint exemplo, 112. a. Deus pœnas non infert antequam munitus fuerit, 287.  
Pœna competens episcopis, arcere a communione, 232. c.  
**PŒNITENTIA** Ninivitarum, 287.  
Pœnitentiam differre quam stultum, 286.  
Mors miserabilis eorum qui pœnitentiam distulerunt, *ibid.*  
Pœnitentia dum adhuc tempus est agenda, 55. b. 287. b. Nulla excusatio procrastinanti, 76. a. Non desuperandum de nobis, 75. d. Est via salutis, si modo velimus, *ibid.* Multa in Scripturis peccatorum remedia & conversionis exempla, 75. d.  
Per pœnitentiam facilis peccatis sanari, 72. a. Non obsoruerunt conversionis remedia, non occlusa est civitas refugii, 73. a.  
Pœnitentia non est sine morum emendatione, 288.  
Par peccatum impunitos dimittere delinquentes, & plectendo modum transgredi, 232. b.  
Pœnitenti de peccato non succensendum, 54. e. Ecclesiastica animadversio non minor est ad vindictam quam secularis, nec divina lex ignobilior seculari, 91. b. Sperat Basilii se fures in ecclesia comprehensos meliores redditurum, 231. d. Quæ enim tribunalium placæ non efficiunt, ea pluramque Dei judicia perficiunt, *ibid.*  
Pœnitentiæ gradus, 178. & seqq. Flentes stant extra domum orationis, & ingredientium precibus se commendant iniquitatem suam confitentes, 178. a. Audientes Scripturis & doctrina auditis ejiciuntur, nec digni habeantur oratione, *ibidem*. Ad eam admittuntur subfrati, *ibid.* Consistentes stant cum fidelibus, sed oblationis non sunt participes, 178. & 179. Gravius puniuntur convicti quam sponte confessi, *ibid.* Deterior lapsus post jam impetratam veniam, 55. a. Indicanus præpositus qui semel & iterum admonitus non emendatur, *ibid.* Si ne sic quidem emendetur, excoisidendus & dehendus ut membrum abscissum, *ibid.*  
Pœnitentia non solum in dolore ex peccato, sed etiam in dignis fructibus posita, 54. e. & seqq. Scire oportet quæ sunt summi juris & quæ consuetudinis, 150. a. In iis quæ summum jus non admittunt, se-
- qui oportet formam traditam, *ibid.*  
Pœnitentia non tempore sed affectu dijudicanda, 150. c. 180. a.  
Pœnitentiæ tempus minvere licet, ei cui ligandi & solvendi potestas, 179. c. Episcopus debet noctu & diu publice & privatim obtestari eos qui nolunt emendari, 180. a. Sed minime eum illis abripi, *ibid.* Ex his quæ audiuntur, judicandum, 152. a. Quia cordium episcopii iudices non sunt, *ibid.* Hinc Basilii episcopo oblivionem simulacri ignoscit, *ibidem*. Quos non tangunt statim inflicte pœnæ, iis aliquando gravem in posterum remunerationem ferent, 84. e.  
Pœnitentia proprie vocatur tertius pœnitentium locus, 161. a. Adulterarum mulierum pœnitentia inter consistentes, 161. d. Masculorum & animalium corruptores & homicidæ & venefici & adulteri & idololatæ eodem modo puniuntur, 150. c. De iis qui triginta annos pœnitentiam egerunt ob immunditiam in ignorantia commissam, *ibidem*. Clerici ob peccatum ad mortem gradu excoisidant, non laicorum excoisidatione, 162. b. Antiquus est canon, ut qui excoisidant gradu, non arceantur a communione laicæ, 150. c. In omnibus autem verior medicina est recessus a peccato, *ibidem*. Quare qui per voluptatem carnis gratiam abiecit, sarcem domando dabit curationis specimen, *ibid.* Diaconus qui se labiis pollutum confitetur, amovetur a ministerio, 179. b. Sed communicat eum diaconis, *ibid.* Sic etiam presbyter, *ibid.* Si quid amplius peccaverint, deponantur, *ibid.*  
Presbyterum, qui territus periculo temere juraverat, suscipi posse in clerum existimat Basilii, 160. Sed præscribit ut pœnitentiam agat ob temerarium jusjurandum, *ibid.*  
Presbyter insciens nuptiis illicitis implicatus, cathedræ particeps erit, sed ab omnibus munia removetur, 161. c. Clericis indefinite canones pœnam deponunt, depositionem, 178. c. Depositio episcopis præiudicantibus, 80. a. & seqq.  
Presbytero habenti mulierem extraneam, Si. b. & seq. Lector eum sponte pœnitentiæ, post annum suscipitur ad legendum, 179. a. Nec ulterius promovetur, *ibid.* Si sine desponsatione peccaverit, & removeatur a ministerio, *ibid.* Sic etiam minister, *ibid.* Clerici, qui cum rebellibus abierant, sæpe in eundem gradum post pœnitentiam restituntur, 149. a. Diacono qui cum plurimis puellis aufugerat, veniam pollicetur Basilii, si redeat, 143. b.  
**POLEMON** presbyter Myrensis, 180. c.  
**POLYDAMAS**, 249. a.  
Polygamia, moderata fornicatio, 150. a.  
Punitur ut digami, servata proportione, *ibid.*  
Polygamia belluina, 179. b. Major peccatum fornicatione, *ibid.*  
Postquam anno fleverint, & tribus subfrati fuerint, suscipiuntur, *ibid.*  
Polypi astutia, 315.  
**POMPEIANUS** Antiochenis, 126. b.  
Pondera æqualia non sunt, si lances non æquilibres, 167. a.  
**PONTI** episcopi, 164. b. Eorum caritas deest Basilii, *ibid.* Nec scribunt, nec mittunt qui Cæsariensem ecclesiam consoletur, *ibid.* Calumniis præoccupati a Basilii comminatione se subtrahunt, *ibid.* Videntur existimasse aliorum auxilio & communione sibi opus non esse, 165. d. Eo quod maritima loca incolerent, *ibid.* Basilii prior scribit, *ibid.* e.  
Paratus iudicandum se exhibere, five ad se venire velint, five accersere, *ibid.* e. Litterarum lator Petrus presbyter Basilii frater, *ibidem*. Scripta epistola omnium episcoporum nomine, *ibid.* Congregatus constituitur in finibus Comanensis, 169. c. Intermiserant consuetudinem veniendi ad festum sancti Euplychii, 211. b. Rogat eos Basilii ut illam resument, *ibid.*  
In Ponto & Galatia hæretici multi, 199. b.  
Ponti munuscula, cereæ & æcopa, 234. b.  
Potentia adversa, quæ e celo cecidit, 47. c.  
Potestates sublimes, 98. c.  
Prædicationes ecclesiasticæ iis notæ qui fideles sunt, 135. b. Prædicationes in Ecclesia, aliæ scriptæ, aliæ ex arcana Traditione, 25. b. Aliud dogma, aliud

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

Prædicatio, 29. c. Dogmata fletur prædicaciones publicantur, *ibid.*  
 Prædicaciones horrendæ Eufathii, 210. c.  
 Prælii navalis descriptio, 33. c.  
 Franotio uniuscujusque potiore est argumentatione in rebus conspicuis, 138. a.  
 Præparatio cordis in quo posita, 38. c.  
 Præpositio per sæpe idem valet atque *ex* 4. 5.  
 Præpositio *ex* sæpe idem sonat ac *per*, 5. 6.  
**PRÆROSITUS** pagi, 41. a. Præpositus thesaurorum Philippopolis, 198. d. Præpositi quales sunt, tales solent esse qui parent, 135. c. 305. c. Imbecilliores præstantioribus regi convenit, *ibid.*  
 Præposita vocantur divitiæ & gloria & sanitas, 198. a.  
 Per Præseppe, cum effemus ratione destituti, a Verbo nutriti sumus, 45. b.  
 Præsidium Tractator, 130. a.  
 Præstigiis anni decem penitentia ut homicidio, 178. e.  
 Prævaricatores dicendi qui professionem baptismi irritam fecerunt, 11. c. Væ prævaricatoribus, *ibid.*  
**PRÆCES** ante & post cibum faciendæ, 40. a. Lectioni subjungendæ, 39. a. Hymnis labor manuum tamquam sale condiendus, 38. e. Præcibus somnus interrumpi debet, 488. Præces nocturnæ, 72. e. Quod aliis hominibus est diluculum, id media nocte pietatis cultoribus, 40. b. Nocturna quies maxime ad orandum apta, *ibid.*  
 Præces statim ac dies incipit, 38. e. Nihil beatius quam in terra concentum angelorum imitari, *ibid.* Præcibus opus est in rebus adversis, 43. a. Tentationis tempore maxime precandum, 290. a. Præcatio & viventibus bona adiutrix, & morientibus idoneum viaticum, 145. b. Non res terrenæ postulandæ sed cælestes, 289. Præcatio non in verbis posita sed in affectu, *ibid.* Oratio præclara, quæ perspicuam Dei notionem animæ imprimit, 39. a. Idque Dei inhabitatio est, *ib.* Hymni æquabilitatem animæ conferunt, 39. a. Præces prævaricantis pro impuris ducuntur apud Deum, 114. b.  
 Præces Judæorum Deum exasperant, 288. Nemo aptior, qui Dominum excitet, ut mare & ventos increpet, quam qui a puero pro pietate certavit, 95. d. In præcibus communitio perutilis, 132. c. Ad præcium communionem omnes adjungendi, 145. a.  
 Præces, si desinat qui conspirent, longe se ipsi debiliores sunt, 104. d. Magnum est eorum, qui Deum placare possunt, auxilium, 145. a. Moyse attollente manus vincebat Israel, demittente prævalebat Amalec, 289.  
 Præcationem Christi oportet ad finem perducere & impleri, 46. b. In templo Dei quanta modestia servanda, 289. Quidam arridentes & jungentes dextram domum Dei in locum loquacitatis vertunt, *ibid.* In præcibus operiebantur Neocæsarienses, 170. e. Præces sunt opus ad quod Dominus episcopos destinavit, 135. b. Glorificandi Dei eum Spiritu consuetudo in toto Occidente & Oriente, 33. a. b. Glorificatio fidei consimilis esse debet, & fides baptismi, 29. c. Glorificandi Patris & Filii cum Sancto Spiritu consuetudo a majoribus tradita in ecclesiis non corruptis permanet, 29. d. Hanc Basilium veluti paternam hereditatem conservabat, 31. a. A viro acceperat, diu in servitio Dei versato, *ibid.*  
 Præces stando fiunt per totum Pentecostes tempus, 29. b.  
 Præcantur versus ad Orientem Christiani, qui antiquam patriam requirunt, nempe paradisi, *ibid.* c. Erecti præcantur Christiani die Dominico non solum ob resurrectionem sed etiam, quia is dies imago est futuri sæculi, 29. d. Visum est patribus vespertini luminis gratiam silentio non accipere, 32. e. Quis auctor verborum in gratiarum actione ad lucernas dici non potest, *ibid.*  
 Populus antiquam hanc vocem proferebat: *Laudamus Patrem & Filium & Spiritum sanctum Dei, ibidem.* Præces in ecclesia pro peregrinantibus & militibus, pro iis qui ob Domini nomen libere loquuntur, & pro iis qui spirituales fructus edunt, 135. b. Rogat Eusebium Basilium, ut in conventu jubeat sui mentionem fieri, ac ipse pro se precetur & populum sibi adjungat, 126. e. Cæsarienses Deum placent Spiritus sancti oraculis, non humanis verbis, 170. c. Cæsarem populus de nocte surgit, & in lacrymis confitetur Deo, *ibid.* A præcatione surgentes psal-

lunt, nunc alternis, nunc uno incipientes, & cæteris succinentibus, *ibid.* Die illucescente psalmus confessionis cantatur, *ibidem.* Hæc instituta vituperantur a Neocæsariensibus, *ibid.* Sed tamen vigent in Ægypto, utraque Libya, apud Thebæos, Palæstinos, Arabes, Phœnices, Syros, & qui ad Euphratem habitant, *ibid.* Uno verbo apud omnes, apud quos vigilæ, & communes psalmodiæ in pretio, *ibid.*  
**PRESBYTERI** laboris evangelici episcoporum confortes, 188. b.  
 Propter presbyteri dignitatem Basilium in parentis loco constitutus, 62. d. In presbyteri dignitate collocatus a Domino, *ibid.*  
 Presbyterii confessus, 95. b.  
 Presbyteri ministros in clerum arbitrio suo recipiebant, 81. a. & seq. Hunc abufum Basilium abrogat, *ibid.*  
 Presbyteri Tarisenses plebem regunt, ab Ariano episcopo separati, 113. 114.  
 Presbyter Basilium a tributis immunis, 62. c.  
 Presbyter domus, in qua nutritus Basilium, mercede pacta colonus, *ibid.* b. & seqq.  
 Presbyter, qui inciens lapsus est, caret sanctificatione, 161. d. Nec publice nec privatim benedicat, *ibid.*  
 Princeps verus non ab insignibus dignoscitur, sed ab imperatoria virtute, 306.  
 Servus peccati non idoneus ad imperandum, *ibid.*  
 Principalis, 241.  
 Principalis Neocæsarem, 85. c. Sebastianæ, 240.  
 Promissa violare hominum est versipellium & impudentium, 110. b.  
 In prophetis falsis spiritus mendax, 173. e.  
 Propheticum donum non illucescit nisi mentibus intaminatis, *ibid.* d.  
 Non in proposito solo consistit exitus, 68. e. Nulla utilitas non currentibus ad finem propositi, *ibid.*  
 In prosperis rebus ratio modum animabus nostris præstituat, 41. c.  
**PROTAGORÆ** fastus & arrogantia, 124.  
**PROTEUS** Ægyptius sophista, 261.  
**PROVIDENTIA** Dei in ipsi animalibus brutis elucet, 321. 322. Non idcirco vituperandus quod nonnulla venenata produxerit, 322. Quæcumque patimur, divina ordinatione patimur, *ibidem.* Quod Providentiæ particulares rationes respiciens Paulus contremiscit, 307. Deus omnia in pondere & mensura nobis definit, 180. e. Omnia in sapientia moderatur, 241. Quæ molesta esse videntur, ea ad multorum utilitatem dispensat, 221. e. Citra providentiam nostra non sunt, 42. e. Quidquid accidit Dei voluntate accidit, cujus judicium explorare non possumus, *ibid.* Vitæ nostræ moderator Dominus ad utilitatem nostram omnes eventus disponit, 107. d. calamitates non frustra accident servus Dei, sed ad probationem veræ dilectionis, *ibidem.* e. & seq. Etiã rationes eorum quæ eveniunt ignoramus; persuasum nobis esse debet, omnino utile esse quod evenit, *ibid.* b.  
 Providentiam divinam non possumus eminus intueri, 42. 241. Moleste ferimus, dum ad bonum finem deducimur, *ibid.* Incitias nostras tolerat Dominus, *ibid.* Arcano Dei judicio adscribuntur Orientales, quod auxilium ab Occidentalibus non acceperint, 100. d. Deus nostra melius moderatur, quam nos ipsi eligere possumus, 38. a. Nescimus eligere quam nobis utilia sunt, 42. d. In omnibus Dei in nos amorem adorare debemus, nec ægre ferre quam accidunt, *ibidem.* a. Novit Deus quomodo unicuique dividat quod utile est, *ibid.* Mediis rebus & indifferentibus alium quam Deum præficere absurdum est & impium, 198. c. Est causa aliqua hominibus indeprehensa, cur alii citius hinc abripiantur, alii diutius maneat, 42. a. Dominus operatur miracula, 139. e. Asina pereunt, ut rex Israel fiat, *ibid.*  
 Prudentia duplex, 320.  
 In psalmis cur dogmatibus admixta harmonie dulcedo, 262.  
 Psallendi mos, 170. a.  
 Psalmodiæ communes, *ibid.* In psallendo desidia quomodo curanda, 264.  
 Ptochotrophii a Basilio edificati descriptio, 102. d. Ejudem memoria, 146. a.  
 Ptochotrophia plura Amasæ exstructa, 129. e.  
 Ptochotrophium unum in aliquo ex pagis shorepiscopo commissis, *ibidem.* Regitur a chorepiscopo, *ibid.*

Ptochotrophia ut vestigialibus immunia sint, postulat Basilium, *ibid.* & 130.  
 Publica negotia molesta iis qui perfuntorie id agunt, 66. e. Secus si qui diligentiam habent, *ibid.*  
**PUGILES** generosi non egent puerorum acclamatione, 87. a.  
 A pulchris omnia aiunt cum pulchritudinis accessione fieri, 53. d. Nec dolere nec irasci eos dedecet, *ibid.*  
 Putei hauri meliores sunt, 133. d.  
**PYTHAGORÆ** dictum quoddam, 316. Pythagæorum Tetractys, 53. d.  
**PYTHONISSA** animas evocat Sauli, eaque deos appellat, 154. e.

## Q

**QUADRUPULUM**, 53. d.  
 Quæstiones nonnullæ videntur minutæ, sed tamen negligendæ non sunt, 2. a. Verbis exigua sunt, sed rebus magna, *ibid.* Basilium non pudet in ejusmodi rebus operam ponere, *ibid.* Bona fide interrogantibus libenter respondendum, *ibid.* Quæstiones multi proponunt dolose & fraudulenter, ut ansam arripiant belli inferendi, *ibid.*  
 Qualitatis expertus Deus, 44. e.  
 Quantitas. Ex corporibus alia numeramus, alia libramus, alia metimur, 19. c. Signis ad quantitatis notitiam excogitatis non immutatur natura eorum quæ signata sunt, *ibid.*  
 Quercus mambre, 70. a.  
 Quies & tranquillitas juvenitissimus omnium fructuum, 51. b.  
 Vox illa, *quis*, rem difficilem & ratam indicat, 4. c.

## R

**RAPTUS** tyrannis est in genus humanum, 226. b.  
 Raptor tres annos arcetur a precibus & excommunicatus denuntiatur, *ibid.* Qui adjuverunt tres annos cum familiis arcetur a precibus, *ibid.* Pauci qui raptam recepit, aut custodivit, aut ad retinendam pugnavit, arcetur a precibus, *ibid.* Raptorem omnes ut serpentem & communem hostem insectari debent, *ibid.*  
 Raptoribus & eorum adiutoribus tres anni decernuntur extra preces, 162. c. Quod violenter non fit, non reprehenditur, si nec stuprum nec furtum præcesserit, *ib.* Simulationum & prætextuum ratio non habetur, *ibid.*  
 Raptus simulatio in vidua ancilla non puniuntur, 178. d. Imponitur digamie poena, *ib.* Triennium puellis, quæ præter patris sententiam sequuntur, 162. a.  
 Ratio supremum locum sortita tamquam judex, 320. Donum Dei cordibus nostris inditum, 41. c.  
 Ratio & in prosperis rebus modum latitudinis præstituit debet, & in adversis dolori, *ibid.* d.  
 Rationalis creaturæ proprius & naturalis finis, Deus, 10. d.  
 Regeneratio comparari non potest nisi inter priorem & posteriorem vitam mors intercedat, 15. b. & seq.  
 Regna a Deo dantur, 158. c.  
 Regula vivendi, non consuetudo, sed præceptum Domini, 169. b.  
 Reliquiæ martyrum, 77. c. Debita illis reverentia, 159. a. Reliquiæ Sanctorum pretiosæ, 295. Insidet gratia osibus martyrum quæ qui tangit, particeps fit sanctitatis, *ib.* De reliquiis ut certo constaret, quanta adhibita diligentia, 159. a. Justorum corporis vel umbra quovis honore apud pios digna, 58. a.  
 Reordinare nullus ausus est hæreticus, 122.  
 Kepudii libellus, 186. b.  
**RESURRECTIO** mortuorum duplici modo intelligitur, 21. d. Quod resurrectio dicitur apud Paulum, renovatio vocatur a Davide, 47. d. Resurrectio vocatur transitus a materiali cognitione ad immaterialem contemplationem, 46. d. Resurrectio ex mortuis vocatur creatio, 47. b. Resurrectio mortuorum per Spiritum sanctum, 21. d.  
 Resurrectionis dogma consolari debet in carorum morte, 238. d.  
 Resurrectionis argumentum in bombycis mutatione, 321.  
 De resurrectione Judaice sentiebat Apollinarius, 220. e.  
 Reverentia erga omnes ostendenda, 54. a.  
 Ritus Ecclesiæ Apostoli & patres ab initio præscriperunt, 29. b. Cur certi quidam ritus instituti, non erunt pauci, *ibid.* Roma-

INDEX RERUM ET VERBORUM.

- Romanus episcopus Occidentalium Coryphæus, 200. c. Apud Romanos vetita rebaptizatio, 162. e.
- Romanis præsertim episcopis usitatum fuit alias ecclesias per litteras & legatos consolari & juvare, 89. c. Dionysius Romanus misit in Cappadociam qui captivos redimerent, *ibid.* Basilius hanc unam novit auxilii viam, ut Romam mittatur, 86. e. Unicam malorum solutionem expectant Orientales, visitationem Romanorum pontificum, 89. d.
- Romæ episcopo scribere statuit Basilius, eique consilium dare, ut, ipse negotium suo Marte aggrediatur, 88. b. Occidentales mittunt in Orientem Sabinum diaconum cum synodico scripto continente quæ in Romana synodo decreta fuerant, 99. b. 101. 102. Censet Basilius tamquam a communi synodi mittendum, qui secundas litteras in Occidentem ferant, 98. e. Magni interest ut sciant Romani episcopi, quibuscumque in Oriente communicare debeant, 89. c. Communionem suam facile concedunt Occidentales, 121. Eorum litteras sibi mutuo objiciunt, qui inter se dissentiant, *ibid.*
- Romani episcopi Arium in omnibus litteris anathematizare non cessant, 88. c. Ad Marcellum nusquam reprobare visi sunt, *ib.* Litteris rursus mittendis Romam cum subscriptionibus episcoporum deliberatur, 116. Non reperit Basilius quid scribendum sit, *ibid.* Non valde probat legatos mitti in Occidentem, 136. a.
- Romanis Basilii scripta non placent, 126. c.
- Rejcta reportantur per Evagrium, *ibid.* Evagrius postulat ut epistola scribatur ab ipsis Romanis dictata, & legati auctoritate præditi mittantur, *ibid.* Legationem mitti non probat Basilius, 200. a. Queritur quod nec veritatem norint nec discere velint, *ibid.*
- Scribere volebat privatim ad eorum Coryphæum, *ibid.* Insinuasit illos de rebus Orientis nihil nosse, nec vias noscendi amplecti, *ibid.* Queritur quod Romani episcopi alius sedeant, cum legati eos adeunt, 177. a. Litteræ Occidentalium quibus Paulino episcopatus attribuitur, Meletius vero non agnoscitur, 176. a.
- Res Orientis ignorat, *ibidem*. Quas qui sciunt, studio partium enarrant, *ibid.* Orientales abesse non possunt, ob persecutionem, 204. a. Sed unum mittunt Dorotheum vice multorum, *ibid.* Probe sciebant decere ut episcopi mittantur, 221. b. Sed tempus non sinebat, *ibid.* Itaque mittunt duos presbyteros, qui supplere poterant quæ deerant litteris, *ibid.*
- Rediens ex Occidente Sanctissimus res lætissimas nuntiavit, 211. c. Occidentales scripserunt Orientalibus per Dorotheum & Sanctissimum, 219. e. Orientis malis magnam commiserationem impenderunt, *ibid.*
- Rursus scribunt Orientales per eosdem presbyteros, 220. a.
- Rogant Occidentales ut in Orientem mittant, vel saltem scribant, *ibid.* Nominatim queruntur de Eufathio, Apolinario & Paulino, 220. 221.
- Rogant Occidentales, ut omnibus Orientis ecclesiis ejusmodi homines denuntient, 220. c. Nam Orientalium sermo suspectus, *ibid.* At Occidentalium major erit auctoritas, & quod concordi animo decernerent, ab omnibus suscipietur, *ibid.*
- ROSA initio sine spinis, 281.
- Rosæ adjunxit spinas natura, ut amatorii stimuli amatoribus, 250.
- S
- SANCTUS SABAS cujus corpus e Scythia missum Basilio, 140. e. 141. c. Is per lignum & aquam consummatus, *ibid.*
- Sabbata sabbatorum, 193. a.
- SABELLIUS Afer, 169. e. Ejus hæresis judaismus est sub Christianismi specie, 153. d. 172. c. Unum hypostasi Deum in tribus personis representari docuit, 176. a. Non rejecit personarum commentum hypostasi carens, 173. c. Interdum personas distinguere conabatur, 198. b.
- Sabellii pravitas corrigitur per consubstantialitatem, 79. e.
- Sabellianos repellentis fati est non idem esse subjecto Patrem & Filium demonstrare, 49. a. Ex fide Nicæna animam arripunt, ut hypostasim & essentiam confundant, 118.
- Sabellii hæresim renovare dicitur Atarbius, 119. 170. 172. b.
- S. Basilii Oper. Tom. III.
- SABINUS diaconus in Orientem missus ab Occidentalibus, 98. d. 100. c.
- SACCOPHORI, 162. e.
- SACERDOTES non debent se principes arbitri sed consiliarios, 214. Aliis hominibus, parentes constituti lege Christiana, 62. 228. 248.
- SACRAMENTA per hæreticos administrata populos assuefaciunt impietati, 204. b. Vinculum fuit concordie cum hæreticis, *ibid.*
- Sacramenta gentilia, 169. d.
- Sacrati, 80. c.
- SACRIFICIUM laudis non alio offertur in loco nisi in Spiritu sancto, 27. b.
- Sacrificium Deo pretiosum, mens pia & iusta, 114. a.
- In sæculo quæ præclare fieri videntur, majorum multitudine obruuntur, 70. e.
- SAGADARES qui ad Danubium habitant, 67. b.
- Sale non utendum virgini, 329.
- Salamina navis, 247.
- SALATHIEL & Zorobabel modo magis populari præerant, 197. d.
- SALOMONEM nihil juvit sapientia & præteritus Dei amor, 68. d.
- Samosatae populus Basilius expectat, ac valde dolet quod non venerit, 128. e.
- Samosatensis cleri constantia in certamine, 147. c. Nullibi clarior tenatus ob bona opera, *ibid.* Illius in prælio constantia, exultante Eusebio, *ibid.* Hujus ecclesie gloria per totum orbem prædicatur, 181. b. Tamquam anima una gubernati in uno corpore versantur, *ibid.* At hostis ubi videt eos persecutionem fortiter sustinere, seminat inter eos jurgia, *ibid.* Scripsit ea de re ad illos Eusebius, *ibid.* Hortatur etiam Basilius ut offensiones invicem dimittant, *ibid.*
- UT SAMUEL ecclesiis fiat, Athanasium rogat Basilius, 86. e.
- Sanationis dona, 60. c.
- SANCTI omnes participes effecti bonorum æternorum, 69. e.
- Sanctorum vitæ sunt simulacra quædam viva, 260.
- Sanctorum unumquemque Dominus postquam ætati suæ sivit inservire, congruis temporibus ad se revocat, 58. d. Cum sanctis versari longe utilissimum, 43. d.
- SANCTITAS essentia Spiritus sancti insita, 137. a.
- Sanctitas creaturæ extrinsecus inducitur, 21. e. In solo Deo completiva est natura, *ibid.* & 25. c. Quidquid habet sanctitatem adventitiam, capax est malitiæ, 44. e. 47. c. Hinc potentia adversa e celo lapsa, *ibid.*
- Sanctitatis fons Filius & Spiritus sanctus, 44. e.
- Sanctitas omnis a Spiritu sancto, 137. a.
- Sine sanctimonia nemo Deum videbit, 80. d.
- SANCTISSIMUS presbyter ex Oriente venit in Cappadociam & Armeniam, 116. d. Diu apud Meletium moratur, 121. Chartam circumfert ad scriptiones, *ibid.* Redit in Orientem 123. Desert epistolam Basilii, *ibid.* Peragrat Orientem & subscriptiones colligit, 200. a. In Occidente rerum statum diligentissime perspexit, 211. c. Ceteri res ex dimidio narraverant, ipse vero accuratius, *ibidem*. Nuntiavit magnum esse totius Occidentis in Orientales amorem, *ibid.* 212. a. Iterum mittitur, 220. 221. d.
- Sanguinis baptismus, 16.
- Sapientia extranea, 43. e. Ornamentum quoddam animæ præstat, 323.
- Sapientia, quæ a Deo infusa est, disciplina, 183. e.
- SAPOR rex Persarum, Darii nepos, 67. b.
- Saraceni Persis vicini, *ibid.*
- Saracenorum ecclesia in genua provoluta erat ob diuturnam præpositi privationem, 108. c. Huic Basilius episcopum dedit Pæmenium, *ibid.* & seq.
- SATURNINUS sectæ Encratarum episcopus, 150. b. Hunc Basilius in cathedram episcopalem suscepit, *ibid.*
- SATURNINUS comes, 123.
- IN SAULE non permanit Spiritus sanctus, 27.
- Saulis invidia, 314.
- Sauromatae, 245. b.
- Scandalum Monachi lapsus ad Apostolos usque ipsumque Dominum dedecus transmittit, 73. b. Christiana religio a Judæis & Gentilibus in scenis luditur, *ibidem*. Metus fortioribus monachis injectus: negligentes ad incontinentiæ exemplum traducti, *ibidem*. Alcetica vita omnibus suspecta ob lapsum nonnullorum, 116. b. Risum movet acetarum peccatum his
- qui piam vitam execrantur, *ibid.* 2. Dolet Basilius, quod episcoporum secum diffidia civitates & populos lædant, 83. d. e. & seq. Quæ a nonnullis recte geruntur, aliis sunt occasio peccandi, 81. b.
- Scarus solus inter pisces ruminat, 321.
- SCHISMA est de poenitentia ab Ecclesia dissentire, 149. d.
- Schismata comprimere res difficillima, 135. d.
- Suspiciones & jurgia tolli non possunt, nisi sit aliquis pacis sequester auctoritate pollens, *ibid.* Schismatibus si quis delectetur, omnium est mortalium absurdissimus, *ibid.*
- Scientiæ fores pulsandæ, 45. e.
- Scire dicitur de seipso Deus id quod est, & nescire quod non est, 46. b.
- EX SCRIPTURIS solatium habens nemine indiget, ad ea quæ decent perspicienda, 231. a. In scripturis meditando puellæ debent vitam degere, 236. b. Ut mens crescat & adolescat magis quam corpus, *ibidem*. Scripturarum doctrina semper utilis, sed maxime molestis temporibus, 225. e. Scripturarum lectio utilis ascetis, maxime Novi Testamenti, 69. b. Nam sæpe ex veteri oritur detrimentum mentibus infirmis, *ibid.* In Scripturis multa peccatorum remedia & conversionis exempla, 75. d. Sanctorum exempla, tamquam animata quædam simulacra, proponuntur, 39. a. Tamquam in communi medicinæ officina, sum quisque infirmitati remedia invenit, *ibid.* Scripturarum meditatio, maxima ad officii investigationem via, *ibid.* In his & præcepta & exempla, *ibid.*
- Scripturæ omnes libros Esdras, Deo jubente, eructavit, 70. b.
- Scripturæ testimonia, ceu jacula quædam hæretici in cælum vibrant, 45. b. Ex Scripturis sanctis hæretici non docent animas simpliciores, sed sapientia extranea circumveniunt veritatem, 43. e.
- Scripturæ divinitus inspiratæ, 39. c. 153.
- Scriptura & Apostolicæ traditiones controversiarum judices, 34. b. Postulat Basilius ut Scriptura inter se & adversarios arbitra sit, 13. a.
- Scripturæ obscuritas difficilem reddens dogmatum sententiam, idque ad legendam utilitatem, 29. c. Hæc obscuritas est quædam silentii species, *ibid.* Velamini imposito super faciem Moïsi respondet legalium documentorum obscuritas, 23. c. Qui autem auferit litteram & convertit se ad Spiritum, glorificatam habet faciem, *ibid.*
- Scripturæ silentium non dat licentiam, 138. b. Quod Scriptura tacet, id per consequentiam colligere, legislatoris est, non legem recitantis, *ibid.* Moyses non vetat eadem pellice uti patrem & filium, *ibid.* Ea potissimum vetat peccata, quæ apud gentes solebant perpetrari, *ibid.* Hinc non vetat nuptias cum sorore uxoris mortuæ, *ibid.* Vetat cum duabus sororibus viventibus, quia exemplum Patriarchæ noxium esse poterat, *ibid.*
- Scriptura generatim impuritates vituperat, *ib.* Nec honestatem suam rerum turpium appellationibus fœdat, *ibid.* Sæpe transfert nomina corporalia ad intelligentias spirituales, 27. a. Moïsi nomine lex significari solet, 14. a.
- Scriptura illud ex quo sæpe ad causam supremam refert, 3. b. Sæpe etiam attribuit materiæ, *ibid.* In Scripturis testes angeli interdum citantur, 12. d. Sæpe enim conservus testis adducitur apud mansuetum judicem, *ibid.* Mos est sanctis Dei præcepta adhibitis testibus tradere, 13. a. Imo cælum & terram inclamant, *ibid.* Jesus Nave etiam lapidem testem statuit, *ibid.*
- Scribere noxas, 56. e. Scribere in cera non potest, qui jam insitas litteras non deleverit, 38. d. Scripti alicujus judex, scriptoris facultate inferior esse non debet, 167. b. Scribendi simplex ac non elaboratum genus convenit Christiano, 124. Christiani non gloriæ studio ad scribendum duci debent, sed utilia documenta relinquunt fraternitati, *ib.* Non omnino decorum est homines vituperare omnis rebus, 124. Scribendi recte regulæ, 245. 247.
- Scurrilia non proferenda, 54. b.
- Scylla in muliebri forma caninam habens feritatem, 131. a.
- SCYTALE Laconica, 40. d.
- Scythæ, 245. b. Scythæ, 92. a. In Scythia persecutio martyres facit, 135. b.
- i 2

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

- Sebasie** Principalis, 240. a.  
**Sebasteni** presbyteri ab Eufathii commu-  
 nione discedunt, & a Basilio ecclesiasti-  
 cam curam expolcunt, 126. c.  
**Sebastiæ** communicatores suos habet Basi-  
 lius, 199. a. Omnes curiæ addicuntur,  
*ibid.*  
**Seleucia**, ibi edita fidei formula, 207. a.  
**Seleucidis** avis insatiabilis cupiditas, 276.  
**Semen** veræ dilectionis in solatium eccle-  
 siis servatum, 56. e.  
**Senem** plus commendat senectus mentis  
 quam canities, 276.  
**Seni** vitioso præferendus juvenis mente  
 canus, 324.  
**Senes** adolescentibus parentes constituti a  
 communi hominum lege, 228. d.  
**Sensus** nemo docet ut operentur, 48. b. In  
 sensibus omnibus tactus dominatur, 328.  
 In aspectu quidam est tactus, 332.  
**Sensibus** omnibus invigilandum, tactui &  
 gustui præfertim, 327. 328. Item aliis  
 sensibus, 331.  
**Sepulchrorum** effosioribus anni decem pœ-  
 nitentiæ, 178.  
**SERMO** animi imago, 48. 140. 264. 323.  
 Pectus designat, ut fontem rivulus, 124.  
 Sermo vitæ indicium, 246. e.  
**Sermonis** naturale munus, 262.  
**Sermo** medicus calamitatis, 59. d.  
**Sermones** naturam habent aliam, 246. e.  
 Fructus sunt hiemis, 50. c.  
**Sermones** longi inutilis, ubi factis purga-  
 re se aliquis debet, 81. b.  
**Sermone** quomodo utendum, 264.  
**Sermone** non inscite utendum est, 39. b.  
 Quomodo interrogandum & responden-  
 dum, *ibid.* Modus loquendi & audiendi  
 tenendus, *ibid.*  
**Sonus** vocis mediocri præferendus, *ibid.*  
 Expendendum prius quid dicitur sis,  
 ac ita edendum, *ib.* In sermone multus  
 esse non debet aceta, non præceptis ver-  
 bis, 69. b. Paratus semper non ad do-  
 cendum, sed ad discendum, *ibid.* Non  
 de operibus peccatorum loquatur, sed  
 potius de iustorum vita curiose inquirat,  
*ibid.* In sermone semper asperitas fugien-  
 da, 39. d.  
**Sermo** noster de Christo esse debet, 136. e.  
 & *seq.* In sermone omni habendum ante  
 oculos Christi iudicium, 130. d.  
**Sermo** verus & simplex quantum differt a  
 vario & artificioso, 261.  
**Sermo** otiosus est, qui nec ad utilitatem  
 audientium, nec ad necessarium & con-  
 cessum a Deo usum pertinet, 54. c.  
**Sermonibus** facies non aucupanda volu-  
 ptas, sed benigna adhortatione lenitas  
 obtinenda, 39. d.  
**Sermonibus** pravus assuescere via est ad fa-  
 cta, 261.  
**Sermonis** gratia ad obediendum fidei inter-  
 gens, 32. b.  
**Serpens** quomodo senectam exiit, 261.  
**Serpens** super vexillo positus figura Christi  
 patientis, 13. c.  
**SERVITUS** inde orta quod nonnulli vel  
 potentia oppressi, vel ob paupertatem  
 in servitutem redacti, vel deteriores me-  
 lioribus additi, 22. c. beneficium dicen-  
 da hæc postrema servitus, *ibid.* Hanc ob  
 causam Jacob Dominus Esau: Chanaan  
 servit fratribus suis, *ibid.* Ubi servitus  
 ibi ignominia, 294. Dei servum esse ma-  
 xima hominis gloria, 305.  
**Servus** inter homines natura nullus est,  
 22. a. Omnes natura conservi sumus Dei,  
*ibid.*  
**SEVERUS** episcopus, 151. d. Cyriacum  
 presbyterum ordinavit, *ibidem.* Jureju-  
 rando obstrinxit se Mandanis perman-  
 surum, *ibid.* Postea illum transiit in  
 agrum Mestice chorepiscopo subiectum,  
*ibid.* Censet Basilius ad iurisjurandi ob-  
 servationem, ut ager ille eidem ac Min-  
 dana chorepiscopo subjiçatur, 151. e.  
**SEVERUS** chorepiscopus, 119.  
**Seculi** cum Basilio communicant, 168. a.  
**Sigillum** Patri æquale Filio, 28. e.  
**Signum** in Scripturis crucem designat, 217.  
 a. Signa non apparentium sunt ea quæ  
 apparent, 56. a.  
**Silentium** Scripturæ non dat licentiam,  
 138. b.  
**SILVANUS** Tarfensis, 87. d. Litteras attu-  
 lit Roma, quibus episcopatus sancti Me-  
 letii confirmabatur, *ibid.*  
**Silvanum** Eufathius & Basilius simul visi-  
 tarunt, 185. a. Illius alumnus Diodorus  
 presbyter, 205.  
**Silvano** mortuo ecclesiam occupant Ariani,  
 61. d.  
**SILVANUS** presbyter & monachus, 212. b.  
**SILVINUS** diaconus & monachus, *ibid.*  
 Simile & dissimile rejicit Basilius in Trini-  
 tate, 44. e. Simile secundum essentiam,  
 si addatur circa ullam differentiam, non  
 discrepat a consubstantiali, 49. c.  
**Secus** vero suspecta vox Basilio, *ibid.*  
 Simile concipitur etiam in obscuris imagi-  
 nibus & ab exemplari dissidentibus, *ib.*  
**Simoniam** quam grave peccatum, 80. 81.  
 Levius delinquit qui præ inscitia emere  
 vult, quam qui vendit Dei donum, 80.  
 c. Vide *Ordinationes.*  
**Simonides**, 92. d.  
**Simplex** non est quidquid numero unum  
 est, 44. b. & *seq.* Quidquid & scientia  
 comprehendi potest, 44. d.  
**Simplex** non est angeli natura, *ibid.*  
**Simplicis** essentiæ insignis monas & unitas,  
*ibid.*  
**Simplicitas** quædam Christianis non con-  
 gruens, 82. e. & *seq.*  
**SIMPLICIA** dives mulier ac elemosinas  
 profundens, 114.  
 Sed paucis bonis decuplam malitiam ad-  
 miscens, *ibid.* Basilius docere ausa fue-  
 rat, & de extrema die admonere, *ibid.*  
**Eunuchorum** iracundiam in eum excita-  
 vit, *ibid.*  
**Simulacra** quædam animata & actiosa sunt  
 Sanctorum exempla, 99. a.  
**Simulatio** aulica, 66. e.  
**Simultas** privata præfertur publico bello,  
 35. a. Ex similtate nihil faciendum, 56.  
 b.  
**SOCRATES**, 303.  
**SOL** intelligibilis Christus, 46. b. Cum sole  
 comparatur Spiritus sanctus, 10. d.  
**Solemnia** perfecta Domino celebrare, 49. e.  
**SOLITARIÆ** vitæ præcepta, 71. e. & *seq.*  
 Solitudo necessaria ut mens pacata &  
 quietas sit, 38. e. In solitudine tentatio  
 obtentu majoris in mundo utilitatis,  
 69. e. Quomodo hæc tentatio vincenda,  
 69. 70. & *seq.* In solitudine penuria do-  
 ctrinæ, se junctio a fratribus, 70. a. In  
 solitudine Dominus verus est, *ibid.*  
 Christus solitudinis amator, *ibid.* Solitudo  
 plurimum adjuvat ad pravaram con-  
 suetudinem oblivionem, 38. d. Plurimo-  
 rum incommodorum una vitatio est, se-  
 cessus a toto mundo, *ib.* Qui relinquunt  
 urbes nec semetipsos relinquunt, similes  
 sunt hominibus emagna navi in lembum  
 transeuntibus & ubique naufragantibus,  
*ibid.* In solitudinibus errantes prophetae,  
 70. b. Latitare in vita unum ex prima-  
 riis bonis, 49. b. Urbium commoratione  
 multos malignos decipit, 43. d. Aceta  
 non fit sui ostendendi cupidus, non do-  
 mos aut pagos circumcurset, 69. d.  
 Si quis ad se vocet ut ægrotos sanet, sciat  
 is, precante aceta, quocumque in lo-  
 co fuerit, sanatum iri ægrotum creden-  
 tem, *ibid.* Locus aliquis esse debet ab  
 omni hominum commercio remotus, 38.  
 e. Aceta non sit amator turbæ, nec  
 ruris, nec civitatum, sed solitudinis,  
 69. a. Recedens a loco suo fortasse a  
 moribus suis recedet, *ibid.* Quies ani-  
 mæ expurgationis principium, 39. a.  
**Mens**, quæ per sensus in mundum non  
 diffunditur, ad se redit & ad Dei cogita-  
 tionem ascendit, *ibid.*  
**Secessus** a mundo non est extra ipsum esse,  
 sed animam a corporeis affectionibus  
 avellere, 38. c.  
**Solium** vocatur regia dignitas, 197. e.  
**Solus** interdum de uno aliquo homine, in-  
 terdum de universa natura dicitur, 44.  
 c. Cum dicitur de Deo, essentia intelli-  
 genda, *ibid.*  
**Somnus** altior aditum præbet imaginibus a  
 ratione alienis, 40. b. Quotidianæ mor-  
 ti addicit ita dormientes, *ibid.*  
**Somni** leves esse debent & de industria ma-  
 gnarum rerum cogitatione interrumpi,  
*ibid.*  
**Somnium** omne non est prophetia, 173. e.  
 Per somnium vitæ res desideratæ aliquid  
 afferunt solatii, 136. c. Somnium inter-  
 pretatur Basilius, 230. e. & *seq.*  
**Somnia** mensium, quibus folia cadunt,  
 170. a. Per somnia diabolus animas in-  
 vadit, 174. a. Somnia vestigia diurna-  
 rum cogitationum, 288. Somnia homines  
 mercede conducti fingunt Neocæsareæ ad-  
 versus Basilius, 172. a. & 173. Capita  
 vino gravata vapor exæstans in somnia  
 & visa impellit, 172. b. Noctes diurnas  
 curas excipientes, iisdem speciebus ani-  
 mam decipiunt, 38. c. Nocturnæ ima-  
 gines ex ventis fatietate nascuntur, 55.  
 b.  
**SOPHISTÆ** lingua, si nemo adfit, secum  
 ipsa loquetur, 53. b. Non magis tace-  
 bit, quam lucina verno tempore, *ibi-  
 dem.*  
**Sophistarum** ars est ex sermonibus quæstum  
 facere, 251. Sophista proprium parva ex  
 magnis & magna ex parvis facere, 248.  
**SOPHRONIUS** episcopus, 144. a. Idem  
 sentit ac Basilius, & patrum fidem de-  
 fendit, *ibid.*  
**SOPHRONIUS** magister officiorum, 93. b.  
 103. e. 146. b. 159. e. Innumeros Basili  
 causa beneficiis affecit, *ibidem.* 147. a.  
 De Basilio & patria bene meritus, 227.  
 a. Basilio a tenoris amicus, 60. e. Ei  
 neminem Basilius in amicitia prætulit,  
*ib.* Vir gravitate morum conspicuus, *ib.*  
 Quidam ei persuadent Basilius ipsi  
 cum non esse, *ibid.* Celerrime conficit  
 quod Basilius petierat, 157. a. Duplex  
 beneficium videtur sibi accipere, cum  
 Basilius scribit & aliquid petit, *ibid.*  
**SOPHRONIUS** Eufathii discipulus, 116.  
 a. Hunc filium appellat Basilius, 109.  
 c.  
**SORANUS** Scythiæ dux Basili confanguineus,  
 135. b. Ob Domini nomen libere  
 loquutus est, *ibidem.* Juvabat eos qui  
 persecutionem ob Domini nomen patie-  
 bantur, *ibid.* Pro fide certamina sus-  
 tinuit, 141. c.  
**Spiritus** dona in Sorano, *ibid.* Respondet  
 ejus querelis Basilius, 134. e. Petir ab  
 eo reliquias martyrum, 135. b. Mittit  
 Soranus corpus S. Sabæ, 141. c.  
**Soropotitani**, 218. a. Nonnulli in hac urbe  
 carnem Christi negant, *ibid.* Et affe-  
 ctus humanos in divinitatem conferunt,  
*ibid.*  
**Sparsatis** reis magnus terror, Scytale La-  
 conica, 40. d.  
**Spectabilis** tribunus, 68. b.  
**Speculum** sordidum non potest excipere  
 imaginum species, 173. e.  
**SPES** omnem hominum vitam continent &  
 confociant, 52. e.  
**Spes** vigilantium somnia, 50. e.  
**Spes** in Domino omnium rerum fortissima,  
 130. c.  
**Spes** in rebus terrenis aut mentiuntur, aut  
 cito spe altera opus est, 52. c.  
**Secus** ubi pro pietate laboratur, *ibid.*  
**Spes** in Deo collocanda, 145. b. Certo  
 sciendum fore ut Deus statim nos audiat  
 si sincere ad eum convertamur, *ib.* Soli-  
 citude bona est, sed desperare & de fa-  
 lute diffidere, res noxiæ, 75. d. 145. b.  
 288. c. Paratus animarum medicus mor-  
 bum sanare, 75. e. Ut alium quam Deum  
 colere, ita in alio nefas sperare, 306.  
 Jonas salutem consequutus, quia non  
 desperavit, sed clamavit ad Dominum,  
 202. a.  
**Spes** post afflictiones, nec longe absunt quæ  
 sperantur, 128. c. Deus potest nos ex  
 iis, quæ inextricabilia sunt, solvere,  
*ib.* Deus exitum dat ex omni afflictione  
 his qui in ipso sperant, 201. e.  
**SPIRITUS SANCTUS** vocatur Spiritus, ut  
 Spiritus Deus, 21. e. Sanctus, non aliunde  
 accepta sanctimonia, sed sanctitas ejus  
 naturæ completiva est, *ibid.* Bonus sicut  
 Pater bonus est, rectus, Paracletus, &c.  
*ibid.* Spiritus sanctus propria illius appel-  
 latio, *ibid.* Hac appellatione necesse est  
 substantiam intelligentem, infinitam, in-  
 circumscriptam cogitare, *ibid.* Spiritus  
 varæ appellationes, 10. d. Spiritus non  
 est halitus partibus respiratoris efflatus,  
 sed Spiritus veritatis, qui a Patre pro-  
 cedit, 16. e. 19. e.  
**Spiritus** sanctus est Deus est, 44. a. 47. d.  
 Vox illa displicere non debet hæreticis,  
*ibid.* Templum Spiritus sumus, ergo  
 Deus est, sive ut inhabitans, sive ut  
 templi conditur, 23. e. 40. d. Deus in  
 prophetis per prophetiam quæ est donum  
 Spiritus, 16. c.  
**Scriptura** divinitus inspirata quia a Spiritu,  
 23. e. Si cætera nomina Spiritui  
 sancto communia cum Patre & Filio,  
 absurdum est eum a solo divinitatis no-  
 mine arcere, 153. e. 154. b. Spiritum  
 in Scriptura Dominum vocari multis  
 probatur exemplis, 23. a. Spiritus divi-  
 nitatis probatur ex ejus nominibus, ex  
 operationum magnitudine, & ex benefi-  
 ciis quæ in nos confert, 21. e. Loqui-  
 tur, mittit, deducit ut ipse Deus, 22.  
 a. *ibidem.* Grande nefas eum irritare,  
 eique resistere, *ibidem.* Unus est, ac  
 singulariter profertur, 20. d. Non unus  
 e multis sed unus ut Pater & Filius,  
*ibidem.* Tantum distans a creaturis,  
 quantum singulare a collectivis. Uni-  
 tus cum Patre & Filio, ut unitas cum  
 unitate, *ibidem.* Eadem in Spiritum  
 sanctum & in Deum peccata ex verbis  
 Petri ad Sapphiram, 16. d. Per se  
 complet Trinitatem, 20. d. Patri con-  
 junctus in omnibus, 109. c. Quem  
 admo-



# INDEX RERUM ET VERBORUM.

- admodum se habet Filius ad Patrem, ita Spiritus ad Filium, 19. e.
- Spiritus sanctus ex Deo, non tamquam ex Deo omnia, sed tamquam ex Deo procedens, 20. d. Cum Patre & Filio numeratur, quia supra rem creatam est, 79. e. Filio cohaeret & cum eo sine intervallo concipitur, 64. d. Christi Spiritus est, *ibid.* Tamquam illi natura conjunctus, 20. b. Regalis dignitas a Patre per Filium ad Spiritum permanat, 21. a.
- Si non est ex Deo, est autem per Christum; non est, 79. d.
- Spiritus gladius vocatur Verbum Dei; ergo ejusdem naturae Spiritus ac Verbum, 47. e.
- Spiritus novit profunda Dei, ergo non est res creata, 25. d. In omnibus inseparabilis a Patre & Filio, 16. b. Velut folium nactus oculum, ostendit in seipso imaginem invisibilis, 10. b. & *seqq.*
- In hac imagine archetypum cernimus, *ibid.*
20. b. Ut Paracletus Paracliti imaginem in se exprimit, *ibid.*
- Spiritus potentia incomprehensibilis, 21. e. Quis adeo demens ut compositum ac non simplicem dicat? 47. a. Illius mutabilem essentiam haeretici dicere non audent, *ibid.*
- Secundum essentiam sanctus est, & fons sanctitatis, 20. a. 47. e. 137. Dominum solus digne glorificat, 20. b. Ipse per testimonium Filii glorificatur, *ibid.* Illius existentiae modus ineffabilis est, *ibid.*
- Si Spiritus creatura; finita illius erit natura, 47. a. Imo neque simplex erit, sed compositus ac unus numero, *ibidem.*
- Nec consubstantialis Deo, 47. d.
- Spiritus sancti discrimen a rebus creatis, 137. Non circumscriptur loco, 24. e. Natura bonus, 25. c. Natura inaccessible, sed capi potest ob benignitatem, 10. a. Instar radii solaris, sic unicuique adest quasi soli, *ibid.* Non dicitur ingenuus, 119. Ex Deo est citra creationem, quia ex Deo procedit, *ibid.* De Spiritu sancto communes notiones supremam maturam exhibent, 10. c. Eodem modo se habet erga Deum, quo spiritus, qui est in homine, erga hominem, 17. d. 22. e. Dei digitus dicitur, 48. a. In omni operatione inseparabilis a Patre & Filio, 16. d. Cum Patre & Filio conjunctus in creatione, *ibid.* Conjunctus divinitati in professione fidei, in baptismo, in operatione virtutum, in inhabitatione sanctorum, in beneficiis, 25. a. A Spiritu sancto omnia ex aequo peraguntur ac a Patre & Filio, 154. 155. Spiritus sanctus recte dicitur ineffe creaturis; at melius esse cum Patre & Filio, 27. d. Cum Patre & Filio conjungitur, propter naturae communionem, 12. 13.
- Spiritus cum Patre conjunctionem Dominus tradidit, ut necessarium ac salutare dogma, 11. a.
- Si Spiritus non est inter creaturas, collocandus cum Patre & Filio, 25. b. Christi carni adfuit, factus unctio & inseparabiliter conjunctus, 17. c. Individuè adfuit in omni actione, miracula edenti, tentato, resurgenti, *ibid.* Christi adventum praecurrit: in carne ei adfuit inseparabiliter, 21. d. Beneficia a Spiritu sancto data tum in praesenti vita tum in futura, 15. d.
- Spiritus sanctus operatur in tribus creationis generibus, productione ex nihilo, mutatione in melius ex pejore, resurrectione, 47. b. Absque Spiritu non est sanctificatio, 10. a. 137. a. 154. d. & 178.
- Spiritus sancti operationes ineffabiles sunt & innumerabiles, 21. b. comprehendere non possunt illius operationes ante creaturam intelligibilem, *ibid.* Per Spiritum gratiam factae sunt circa hominem dispensationes Dei & salvatoris nostri, 17. b. Ad Spiritum sanctum convertuntur omnia quae egent sanctificatione, ut perveniant ad propriam naturalemque finem, 10. e. Vivificat cum Patre & Filio, 25. d. Nemo Filium adorare aut Patrem invocare potest, nisi in Spiritu sancto, 12. c.
- Si qua est gratia in aqua, non est ex ipsius natura; sed ex operatione Spiritus, 15. b. A Spiritu sancto corda in altum tolluntur, infirmi manu ducuntur, proficientes perficiuntur, 10. d. Christus renovans hominem & reddens gratiam, quam ex afflatu Dei acceptam amiseramus, insufflat & ait, *Accipite Spiritum sanctum*, 17. d. Per Spiritum sanctum fit nova creatio, 21. e. Confirmat, id est, *S. Basilii Oper. Tom. III.*
- donat immutabilitatem & soliditatem in bono, 16. e.
- Spiritu praesente spoliatus imperio diaboli, 21. d.
- Si quis regis imagini formam veterem reddat, tunc solum potest ad Paracletum accedere, 10. e.
- Spiritus cum anima conjunctio non fit loci propinquitate, sed recessu a cupiditatibus, *ibid.*
- Spiritus vitae liberavit nos a lege peccati, 30. a. Facit eos spirituales, quibus communicatur, 10. d. In Spiritu gratia remittuntur peccata, 21. d.
- Spiritus sanctus gratiam suam confert, ut perficiatur & compleatur angelorum substantia, 17. b. In creatione confirmata a Spiritu caelorum virtutes, 21. c.
- Si Spiritus sanctus ab angelis discederet, omnia in eis confusa essent & perturbata, 17. b.
- Spiritus sanctus angelorum dux & chori praefectus, *ibid.* A Spiritu sancto oeconomia, quae supra nos est, spiritualis & sensibilis creaturae, 154. e. Vide *Angeli Spiritum sanctum mittit Deus qui creavit nos & renovabit faciem terrae*, 47. c.
- Spiritus sanctus gratia perfectos efficiens, 109. d. Gratia sancti Spiritus, cum unicuique addit quasi soli, omnibus sufficiens & integra infunditur, 10. c.
- Spiritus sancti dona, *ibid.* Nempe perleverantia & similitudo cum Deo, & ut dii famus, *ibid.* Perficit caetera, ipse vero in nullo deficit, *ibid.* In Spiritu Moses Deum potuit evidenter conspiciere, 27. a.
- Spiritus sancti donum patefactio mysteriorum, 17. a. Partitionem donorum pro eujusque dignitate proprio arbitrio dispensat, 16. e. Per Spiritum cum Deo conjungimur, 21. d. Id fieri non potest nisi ab eo qui naturalalem habet cum Deo societatem, 12. e. 47. d. Per Spiritum sanctum Ecclesiae ordo & gubernatio, 17. e.
- Spiritus doni figura erat nubes, 14. a. Adest omnibus, at istantem qui puri sunt propriam exhibet virtutem, 260. d. Gratias verbis referre ei non possumus, 31. b. Superat enim omnem intellectum & sermonem, *ibid.* Per Spiritum fructificat Evangelium, 30. e. Per Spiritum benedictiones Patriarcharum, lex, figurae, prophetiae, miracula, res fortiter in bello gesta, 17. b. 21. d. Ad Spiritum qui se convertit, similis est Moisi ex apparitione Dei glorificatam faciem habenti, 23. e.
- Spiritus sanctus locus est quodammodo eorum qui sanctificantur, 27. a. Ipse etiam sanctus, locus est Spiritui proprius, eujusque templum, *ibid.* Eldad & Modad soli fuere ex septuaginta senioribus, in quibus permaneret Spiritus sanctus, 27. b.
- Spiritus gratiam non recipit mundus, 24. c.
- Spiritus sanctum si quis neget, ne fidem quidem in Patrem & Filium habere potest, 12. e. Pneumatomachis terribilis impietatorum reddenda ratio, ob irreversibilem blasphemiam in Spiritum sanctum, 31. b.
- Spiritus servum dicere gravissima blasphemia, 22. e. Qui Spiritum rebus creatis connumerat, vitae aeternae exors est, 25. a. Per Spiritum resurrectio mortuorum, 47. d. Aderit Christo iudicanti, 18. a. Est enim justorum corona, Spiritus gratia, quae tunc perfectus dabitur, *ibid.* Spiritus justorum praemium, & prima malorum condemnatio, *ibid.* In Spiritum sanctum aequè ac in Patrem & Filium baptizamur, 13. b. At in Moysen & nubem, ut in umbram & figuram, *ibid.*
- Spiritus sanctus non solum in appellationibus & operationibus confors Patri & Filio, sed etiam pariter intellectu incomprehensibilis, 23. e. Mundus eum capere non potest, & a solis sanctis per cordis puritatem videri potest, 24. b. Spiritus gloriam commendant honor ei habitus a Domino, uniuscujusque institutio per hanc initiationem, minè in blasphemantes, 33. e. Spiritus sancti non eadem sit ac angelorum mentio, 13. a. Spiritus commemoratur, tamquam auctor ac Dominus vitae, angeli ut conservorum adjuvatores, *ib.* Spiritus sanctus formae vim obtinet, quatenus vim habet perficiendi creaturam rationalem, 26. e. Sicut cernendi vis est in oculo, ita Spiritus gratia in anima purgata, 27. a. Quemadmodum ars, ita Spiritus semper adest dignis, non tamen semper operatur, *ib.*
- Quemadmodum calor & affectiones facile mobiles, ita Spiritus in animabus non constantibus, *ibid.* Quemadmodum verbum in anima, & cogitatum & pronuntiatum; ita Spiritus testimonium reddens spiritui nostro, & clamans in cordibus, *ibid.* Quemadmodum totum in partibus, ita Spiritus dona distribuens membris, *ibid.* Quemadmodum partes in toto, ita singuli sumus in Spiritu, *ibid.*
- Syllabae cum in glorificando Spiritu originem Traditione Apostolorum & Patrum, 28. e. Illud, *in Spiritu*, sic intelligi potest. Quemadmodum in Filio cernitur Pater, sic in Spiritu Filius, 28. c. Quemadmodum adorationem dicimus in Filio, tamquam in imagine, ita in Spiritu tamquam in seipso Filium representante, *ibid.* Cum dicitur in Spiritu, gratia quae est in nobis exprimitur, 29. e. At praepositio *cum*, dignitatem Spiritus & conjunctionem cum Patre & Filio melius exprimit, *ibid.* Spiritum sanctum Catholici conjungentes cum Patre & Filio nihil aliud dicunt & sentiunt, quae quod Christus ipse fecit, 11. d. Spiritus sanctus non est antiquior Deo, siquidem ex Deo est, 79. b. Neque etiam prior Filio, cum inter Patrem & Filium nihil medium sit, *ibid.* Vide 119. 210. d. Spiritum glorificari sinunt Pneumatomachii modo non cum Patre & Filio, 24. e. Obijciunt Spiritum interpellare pro nobis, 22. c. At ipse Unigenitus interpellat pro nobis, *ibid.* Cum profertur loca Scripturae, in quibus Spiritus Dominus & Deus dicitur; vociferantur & lapides tollunt, 23. c. Nolunt gloriam dari Deo & Spiritui, sed in Spiritu, 209. c. Praepositio *in* nihil eis prodest, *ibid.* Quot enim modis pronuntiarum solet, totidem convenit Spiritui, *ibid.* In Spiritu glorificando praepositio *cum* idcirco adscita a Patribus, quia non solum hypostasem distinguit, ut conjunctio & , sed etiam conjunctionem personarum declarat, 26. d. Id etiam videre est in rebus humanis, *ibid.* In eo autem differt a praepositione *in*, quod ista relationem habet ad id in quo sunt operantes, *ibid.* Hac conditione pacisci paratus Basiliius cum Pneumatomachis, ut dicant & Spiritui, pro *cum* Spiritu, *ibidem.* Citius linguas projiciant, quam vocem & recipiant, *ibid.* Inde bellum inexpiabile, *ibidem.* De Spiritu sancto praetermissa quaestio a Nicenis patribus, eo quod nemo contradiceret, 119. a. 137. b. 214. a. Qui conjungi volunt cum fratribus, fateantur Spiritum sanctum dici creaturam non oportere, nec cum iis qui dicunt, communicandum, 109. d. 113. 114. 119. Glorificatio addita, 119. a. 137. b. 214. a.
- Spiritus, etsi non admiscetur indignis, adest tamen aliquo modo semel baptizatis, 18. e. In extremo iudicio, penitus separabitur a malis, *ibidem.* Hinc in inferno nulla confessio, cum jam non adsit Spiritus sancti auxilium, *ibid.*
- Spiritus mendax in falsis prophetis, 173. e.
- Spiritus aerii aura exigua suscepta in peccatum virgo impulsit, 74. d.
- Spiritus nequitiae procellas in Ecclesiam excitant, 202. a.
- Sponsus quo sensu dicitur Christus, 8. c.
- STOICI sententia, 133. c.
- STRATEGIUS presbyter, 207. & 209.
- Strymon jucundissimus aspicientibus, 50. c.
- Quae stuprum per vim passa est, non reprehenditur, 163. a.
- SUADAE pharmaca, 245. b.
- SUBDIACONI vocantur ministri, 83. e. & *seqq.* Sacrorum numero adscribuntur, *ibidem.* Multi in singulis pagis, *ibid.*
- Subnumeratio commentum a Pneumatomachis e mundi sapientia desumptum, 18. a.
- SULPICIUS in Galatia magistratum gerens, 242. Ab eo Basiliius multa accepit beneficia, *ibid.* c.
- Superbia dignitas videri non debet, 200. c.
- Superbia peccatum vel unicuique id valet, ut inimicos Deo efficiat, *ibid.*
- Supplicantes praetendere aliquid manibus solebant, 111. d.
- SUSARIO nihil ignoravit, 252. e.
- Suspensionis exemplum in lectore, 179. a.
- Qui suspensiones falsas in seipsis habent, non ducuntur a Spiritu sancto, 185. e.
- Suspensionem ex corde ductum consolatur afflictos, 100. d.
- Symbola militaria, 33. d.
- SYMPIUS, 156. b.
- Synaxes intermissione in Valentis persecutione, 203. c.

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

In Syria quidquid est reliqui cum Basilio communicat, 168. a. Syriae urbes maximae sub Valente persecutionem passae, 147. d.

## T

**TACTUS** in omnibus sensibus dominatur, 328. b. In aspectu quidam est tactus, 322. b.

**Tarsus** civitas tam opportune sita, ut Isaacos, Cilices, Cappadoces ac Syros per seipsum conjungat, 61. d. Hanc Ariani invadunt, *ibid.*

Tarsenses presbyteri orthodoxos regebant, ab episcopo Ariano separati, 112. 113. 114. Inter eos aliqua oritur dissensio, *ibid.* Hanc Basilius componere conatur, *ibid.*

**TATIANUS** presbyter Myrensis, 180. c.

**Taurus** ferri ferax, 111. c.

**Telmisus**, 180. c.

Templum omne Dei templum est, 47. d.

Templum esse non possemus sancti Spiritus, si esset servus, 23. d.

Templum Dei quomodo efficiatur, 39. b.

Tempus progredi letamur, nec advertimus vitam nostram absumi, 293. b. Velut qui dormiunt in navigio, ita ad finem deducimur, 293. d. Non ea colligimus quae nobiscum transferri possint, sed ea potius quae gravia & hic manentia, *ibid.*

Tempus hodiernum sibi diabolus poscit, Domino crastinum, 285. d. Cognitionis intervalla a sole intelligibili facta, 46. b.

Tentationes quo plures fuerint, eo major merces, 199. d. Deus probat pietatis athletas, sed tentari non sinit ultra quam ferre queant, 180. e.

Tentationibus anima assuefacienda, 70. d.

Tentationes quibus fidelis probatur, *ibid.*

Tentationes quomodo vincenda, 69. a. Per medios laqueos transimus, *ibid.* Non statim ad vitae asceticae apicem assurgendum, satius est paulatim proficere, *ibid.* Postquam una voluptas victa est, tunc alia debellanda, *ibid.*

Tentatio obtenta majoris in saeculo utilitatis, *ibid.* Quomodo haec tentatio vincenda, *ibid.* & 70.

Tentationi diabolicae opponenda pia cogitatio, 69. d.

**TERENTIUS** vir admirabilis, antiquus Basilii amicus, 85. e.

Terentii omnis sermo & omnis actio voluntate recta ac bono consilio plena, 105. e. Mandatum obtinet ab Imperatore, ut Basilius episcopos in Armenia constituat, *ibid.* Iterum cogitur rerum communitium curam suscipere, 175. e. Receperat a publicis curis, & otium ad animae curam impendebat, *ibid.* Antiochia negotia cum summis potestatibus administrat, *ibid.* Paulini amici conantur eum in partes suas trahere, *ibid.* 177. c. Terentii comitis filiae diaconissae, 109. b.

Bonae radices bona germina, *ibid.* Errori non cedunt, quamvis eas circumset impietas, 109. d.

Testes angeli interdum citantur in Scripturis, 13. a. Saepè enim conservus testis adducitur apud mansuetum judicem, 12. e. Mos est sanctis Dei praecepta adhibitis testibus tradere, 13. a. Imo caelum & terram inquam, *ibid.* Jesus Nave etiam lapidem testem statuit, *ibid.*

Testuudo viperæ carnis fatiata per originum sibi medetur, 322. b.

**Tetractys** Pythagoraeorum, 53. d.

**THALASSIUS**, 100. c.

**THECLA**, 244.

**THEODORA** canonica, 144. c.

**THEODORETUS** episcopus, 100. g.

**THEODORUS**, 117. d.

**THEODORUS** subdiaconus Samosatensis, 181. a.

**THEODOSIUS** presbyter Nicopolitanus, 200. d.

**THEODOTUS** Nicopolitanus, 100. c. 103. d. 116. d. 199. Molestia ei conjunctio Basilii cum Eustathio, 106. d. Illius singulare ingenium, *ibid.* Clamat fidem ab Eustathio adulterari, 105. a. Basilium invitat ad diem festum in Armenia, ut eum eo agat de Eustathio, 103. d. Non amplius invitat, ubi cognovit eum cum Eustathio fuisse Sebastiae, 106. e. Socius adjungitur Basilio in constituendis episcopis in Armenia, *ibid.* e. Promittit Basilio se illum usque ad Satala deducturum, *ibid.* Et mutuum in omnibus operam daturum, *ibid.* a. At ubi Basilium videt Nicopoli, nec ad matutinas nec ad vespertinas preces eum assumit, *ibid.* Queritur quod Basilius ad se non scripserit de injuriis ab Eustathio acceptis, 122.

Quasi res ejusmodi in indifferentibus ponat, *ibid.* d.

**THEODOTUS** episcopus Beroe, 148. b.

Theodotus uterque, 100. c.

Theologia, id est, divinitatis agnitio, 20. b.

Theologia confessio divinitatis, 45. b. Cum de rebus divinis differitur, nihil aliud expectandum, nisi verborum inopiam obiectum iri, 43. b.

Theologica vox omnis imper est cogitationi dicentis & interrogantis desiderio, *ibid.*

Theologicae disputationes vituperantur, quae humanis argumentis nituntur, 220. d.

Theologicae voces non perfunctorie audiendae, 1. e. Quid in quaque voce & syllaba lateat perscrutari, hominum est non segnium ad pietatem, *ibid.*

Theologicarum vocum nulla adeo pusilla, ut non multum habeat in utramque partem momentum, 2. b. Basilius praeclearum secum agi existimat, si vel minimam earum dignitatis partem assequatur, *ibid.* Parvi pœdet rideri se quod circa syllabas occupetur, *ibid.* In minimis verbis certamen videt maximum, spe praemii non detrectat laborem, *ibid.*

**THEOPHILUS** Castabalanus scribere non vult Basilio, ne eum episcopum salutare cogatur, 205. e. Mittit qui Basilio convicietur, *ibid.* Basilius in frequentissimis conventibus dilacerat, 122. Multas molestias exhibuit Basilio, 207. e. Ne horum quidem ab eo amando discessit Basilius, *ibid.* Petit ut sibi ignoscatur, si cum Eustathio communicare non possit, *ibid.*

**THEOPHRASTUS** diaconus, 82. c. 103. b.

**THEOPHRASTUS** sensit sibi decesse platonicos lepores, 124. d.

**THEOTECNUS**, 229. a.

**THERASIVS** presbyter Caesariensis, 159. a.

**THERASIVS** Cappadociae praefes, vir magnus & in primis admirandus, 93. e. Magnae illi curae inciderant, 251.

**Thermopylae**, 251.

Thefaurorum comes, 60. e. Thefaurorum Philippopolis praepositus, 198. c.

**THESEUS** Ariadnes filium sequutus, 247. a.

**Thracia** vicarius, 198. d.

**Tiberina** luporum & urforum ferax, 51. b.

**Barathrum** orbis terrarum, *ibid.*

Ob timoris Dei absentiam peccare nobis contingit, 145. a. Instus timor non dat locum involuntariis actionibus aut cogitationibus, *ibid.*

**TIMOTHEUS** chorepiscopus, 56. b. 233. a.

Is a puero vitam asceticam amplexus est, *ibid.* Immoderationis accusabatur, *ibid.* Primarium vitae genus negligentem amice objurgat Basilius, *ibid.* Manuscula illius grato animo suscipit, 234. b. Ponti manuscula, ceras & acopa mittet Basilius, sed tunc his carebat, *ibid.*

Tinnitum efficit auribus utrisque rerum inopinatum auditus, 122.

Tractator Praesidium, 130. a.

**TRADITIONES** Apostolorum cum Scripturae judices controversiarum, 34. b. Traditiones patrum, 203. a. 218. e. Doctrina ex majorum traditione perpetua memoriae serie ad nos usque servata, 35. b.

Traditio tacita & secreta, 28. d. Traditio Patrum non scripta, 30. b. Multa in ecclesiis sine scriptura sunt recepta, 31. d. Veneranda sunt vetusta dogmata ob quamdam veluti canitiem, *ibid.* Catholici temporis diuturnitatem pro se facientem habent, *ibid.*

Tempus aestimatur in eo quod tacetur, *ibid.* Si quis velut in tribunali, probationibus e scripto destitutus testes producat, absolvi debet, *ibid.* In his rebus novitas, totius destructio est, 30. a. Apostolicum est non scriptis inherere traditionibus, 31. d. Id enim commendat Apostolus, *ibid.* Ex dogmatibus alia e scripto tradita doctrina: alia in mysterio ex traditione Apostolorum, 28. b. Utraque vim eandem habent ad pietatem, *ibid.* Non deferendae voces familiares sanctis, & ex quo nuntiatum est Evangelium, semper in ecclesiis usitatae, 33. d. Traditio non deferenda, etiam si acuantur enses & splendetat ignis, *ibid.* c. Si consuetudines scripto non proditae rejiciantur; Evangelium in praecipuis rebus laedetur, 28. c. Imo praedicatio ad nudum verbum redigetur, *ibid.* Consuetudines ex Traditione ortae, in Sacramentis & precibus Ecclesiae, *ibid.* & 39. g. Fidei professio in Patrem & Filium & Spiritum sanctum ex Traditione non scripta, 29. c. Glorificandi Dei cum Spiritu consuetudo a patribus tradita, 31. d. Hanc Basilius veluti paternam hereditatem conservabat,

*ibid.* Traditionem apostolicam evertere conantur Pneumatomachi, 11. e. Hinc probationes e Scriptura clamore exigunt, patrum testimonium rejicientes, *ibid.* Comparantur cum malae fidei debitoribus, *ibid.* Haeretici in vetera, tamquam in obsoleta, insurgunt, & velut in vestimento novum praefurunt communi, 7. a. Novae haeretici videntur voces, quibus rationes & civitates & viri Ecclesiae columnae testimonium perhibent, 33. b. Consuetudo Patris & Filii cum Spiritu glorificandi a majoribus orta, in ecclesiis non corruptis permanet, 29. e. Laudantur qui majorum traditionem contra mutationem conservarunt, tum rurtum in civitatibus, 7. c. Quod a majoribus nostris dictum est & nos dicimus, *ibid.* Patres Scripturae sententiam sequuti sunt, *ibid.* Instituta ab antiquis lucernales preces: quis earum auctor dici non potest, 32. e.

Traditionis antiquitas etiam in rusticanae plebis usu perspicitur, 7. a.

Traditionis vis saepe compulit homines suis ipsorum dogmatibus contradicere, 32. e.

Tragediae, 70. b.

**TRAJANUS**, 131. b.

**THRASYMACHI** temeritas & impudentia, 124.

Tribulationes necessariae, ut justis probentur, 301. 302. Ex tribulatione liberat Deus sanctos, non eitra probationem relinquendo, sed patientiam largiendo, 300.

Tribunus spectabilis, 68. b.

Tributa colligunt curiales, 97. b.

Tributum ferri his qui Taurum incolebant, impositum, 111. c. Ut tributis eximantur monachi, precatur Basilius, 231. b.

Trigamia ex lege non contrahitur, 163. a.

Haec habentur ut Ecclesiae inquinamenta, *ibid.* Non tamen publicis condemnationibus subjiciuntur, *ibid.*

Trigamis idem canon ac digamis, servata proportione, 150. a. Saepè tribus aut quatuor annis segregantur, *ibidem.* Id enim non amplius matrimonium, sed polygamia vocatur, *ibid.* Quinque annis in ecclesia Caesariensi, *ibid.* Non arcentur ab ecclesia, *ibid.* Sed audiunt & postea consistunt, *ibid.* Vide 179. b.

**IN TRINITATE** nulla sectio aut divisio, sed ineffabilis quaedam tum societas, tum distinctio, 64. e. Sancta nomina, Pater & Filius & Spiritus sanctus, 19. e. Nullum spatium inter Patrem & Filium & Spiritum sanctum, 64. b. Ut in catena qui unum extremum apprehendit, alterum simul attraxit, sic qui unam personam attraxit, duas alias simul attraxit, *ibid.* Quae de majestate unius personae cogitantur, eadem cogitantur de aliis duabus personis, *ibid.* In essentiae communitate nec coherere nec communicari possunt, quae considerantur in Trinitate indicia, unde proprietates personarum & differentia, *ibid.* Unaqueque hypostasis singulariter effertur: sed non fit ab uno Deo ad multitudinem incrementum, dicendo unum, duo, tria; neque primum, secundum, ac tertium dicimus, 20. a. Secundum Deum numquam audivimus, *ibid.* In Trinitate, velut in enigmate, admirabilis quaedam discreto conjuncta, & conjunctio discreta, 65. a. Id illustratur exemplo iridis, *ibid.* Spiritus sanctus per unum Filium uni Patri copulatus, 20. c. Unus Deus, quamvis tres personae, quia Deum ex Deo adoramus, *ibid.*

Tria intelligimus, mandantem Dominum, creans Verbum, Spiritum confirmantem, 16. e. Non tamen tres originales hypostases sunt, sed unum principium, per Filium condens, & perficiens in Spiritu, *ibid.* c. Personarum confusio, Judaismus, 34. b. Naturarum contrarietas, paganismus, *ibid.* Non alia gloriae species in Patre, alia in Filio cogitanda, 66. a. Splendor cum gloria intelligitur, imago cum archetypo, Filius cum Patre, 7. b. Filius imago Patris, idem est quod exemplar, etiam si aliud sit, 66. b. Filii formam qui mente concepit, hypostasis paterna expressit effigiem, non ingenitum rationem, quae Patris est, in effigie cernens, sed pulchritudinem ingenitam in genita intuens, *ibid.* c. Si ingeniti ratio in effigie cerneretur, non jam effigies aliud esset ac exemplar, sed idem prorsus, *ibid.* Filius tempore non posterior Patre, 6. a. Neque etiam hominum cogitatione posterior Patre, *ibid.* Filii enim generationem nulla cogitatio transcendit, *ibid.* Illud, in principio, nulla notio superare

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

perare potest, neque ex hac voce, *erat*, cogitatio exitum reperit, *ib.* Filius non est dignitate inferior Patre, *ibid.* Hunc enim Pater signavit, seque totum in eo expressit, *ibid.* Sinus paternus, sedes est digna Filio, scabelli vero locus iis, quibus opus est subiectione, *ib.* Sessio a dextris naturæ firmitatem ac stabilitatem, dexter locus indicat dignitatis æqualitatem, *ibid.* Neque etiam ordine posterior Filius, tamquam inferiore loco sedens, *ibid.* Hæc sententia Dei impenitentem evertet, & contraria esset Scripturæ Filium a dextris collocanti, *ibid.* Unigeniti essentia a Patris essentia nullum prorsus discrimen, 49. c. Filius essentia non differt a Patre, ac proinde nec potentia, 9. e. Si æqualis potentia æqualis & operatio, *ibid.* A Patre procedentem Spiritum per se ac secum notum facit, ac solus unigenite ex ingenta luce effulset, 64. e. Pater solus habet, ut nulla subsistat ex causa, 64. a. Qui videt Filium, videt & Patrem: non tamen figuram aut formam, sed bonitatem voluntatis, quæ cum essentia concurrens, similis est & æqualis vel potius eadem in utroque, 9. e. Quemadmodum in speculo qui Filium cognoverit, effigiem paternæ hypostasos per Filii notionem suscepit, 66. c. Ex lucis exemplo perficitur, ut Filius cum Patre indivise intelligatur, *ibid.* Quemadmodum ex flamma splendor, nec tamen flamma posterior, *ibid.* In angelorum creatione primaria causa est Pater, conditrix Filius, perfectrix Spiritus sanctus, 16. c. Spiritus sanctus in omnibus inseparabilis a Patre & Filio, *ibid.* Spiritus sanctus in omni operatione inseparabilis a Patre & Filio, *ibid.*

Trinitatem per se complet Spiritus sanctus, 20. c. Si Spiritus Filio junctus, Filius autem Patri; liquet ipsum Spiritum Patri adjungi, 19. e. Cum Deus efficit distributiones operationum, & Dominus divisiones ministracionum, simul adest Spiritus sanctus dona dispensans, 16. c. Per Spiritus illuminationem conspicimus splendorem gloriæ Dei; per characterem ad Patrem subvehimur, 28. d. Via ad Dei cognitionem est ab uno Spiritu per unum Filium ad unum Patrem, 21. a. Rursus Regalis dignitas ex Patre per Filium ad Spiritum permanet; *ibid.* Sic servatur monarchia, *ib.* Apostolus meminit primo Spiritus, deinde Filii ac Patris, non ut ordinem inverteret, sed quia primus nobis occurrit is qui dona distribuit, tum is qui misit; demum fons honorum, 16. d. A Spiritu mens illustrata ad Filium respicit, & in illo Patrem videt, 189. e. Bonorum, quæ in nobis operatur Spiritus, causa & auctor Unigenitus, 64. c. Non tamen sine principio: sed est quædam virtus ingente & sine principio subsistens, quæ causa est omnium causarum, *ibid.* Ex eo quod Pater per Filium crearet, neque Patris creandi vis imperfecta, neque Filii operatio infirma, sed voluntatis unitas ostenditur, 10. a. In omnibus a Filio peractis, perfecta illi tribuenda potentia, nec usquam a voluntate Patris separandus, 8. b. Non ex operum differentia Pater conspicitur, 9. c. Sed præter operum magnitudinem, de ipso operum auctore Filio gloriatur, *ib.* Quamvis Spiritus inseparabilis sit a Patre & Filio in omni operatione; non tamen Patris imperfecta operatio, aut Filii inconsummata creatio, nisi perficiatur a Spiritu, 16. d. Pater sola voluntate creare potest, sed vult creare per Filium Filius non eget auxilio, sed vult perscrere per Spiritum, *ib.* Secundum proprietatem personarum, unus sunt & unus: secundum naturam, unum sunt, 20. b. Quomodo ergo non duo dii? Quia rex dicitur & regis imago, non duo reges, *ibid.* Unus principatus retinetur, nec Theologia in multitudinem dissipatur, *ibid.* Una enim in Patre & Filio forma agnoscitur, in una & omnino simili Deitate expressa, *ibid.* Quemadmodum aliud corpus, aliud figura, nec tamen separari possunt, ita Paulus, cum Patris hypostasos figuram appellat Filium, eum Patre separari non posse declarat, 66. b. Paulus qua de causa, postquam dixit unus Deus, adjunxit vocem Patris, & Domini Jesu Christi mentionem facit? 44. e. Angeli edocentur a Spiritu quoties pium sit dicere Sanctus, Sanctus, Sanctus, 17. e. Nihil creatum in beata ac divina Trini-

tate, 128. d. Christus traditus pro nobis a Patre, id est, hoc habuit a Patre, ut pro sua bonitate operaretur pro nobis, 9. e. Christus postquam de Patre nos erudit, utitur vocibus authenticis & herilibus, ut ex his Dominum & conditorem, per illa Patrem Domini & conditoris cognoscamus, *ibid.* Non mirum si Patre minore seipsum constitatur, qui Verbum est & caro factus est, 45. e. Propterea pater minor Filius, quod nostra causa factus est mortuus, *ibid.* Quod Pater Filio major dicitur, id argumento est Filium esse Patri consubstantialem, *ibid.* Comparationes enim inter ea, quæ ejusdem sunt naturæ, proprie instituuntur, *ibid.* Christus cum dicit, Omnia mea sua sunt, originem rerum creaturam refert ad Patrem, 9. d. Ex sua mea, inde principia creandi accipiens, *ibid.* Qui rem unam personis multiplicem dicit, & unam hypostasim, tollit Unigeniti existentiam, 173. c.

Tollit totam Incarnationem, *ibid.* Contendunt Sabæliani unum esse nomen eo quod dicatur in nomine non in nominibus, *ibid.* Refelluntur, *ibid.* Confiteri oportet Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum, 44. a. Confiteri oportet, ut Scripturæ docent, & qui eas sublimius intellexerit, *ibid.* Equè baptizatur in Spiritum sanctum ac in Patrem & Filium, 13. b. Si baptismus inutilis omisso Spiritu sancto; quomodo tutum a Patre & Filio Spiritum distrahere? 12. b.

Trinitati adimplenda glorificatio consentiens cum baptismo, 190. b. Magnum nefas a professione in baptismo facta discedere, 11. c. Luctuosa res quæ tunc credidimus negare, *ibid.* Perjurator & desertor dicitur, qui Deum negat aut Christum, 12. a. Idem nomen convenit ei qui negat Spiritum sanctum, ut qui pactum cum Deo initum in baptismo violet, *ibid.* Ordo in personis a Domino præscriptus, inviolabilis custodiendus, 145. c. 217. d. Ne fidem quidem in Patrem & Filium habere potest, nisi adsit Spiritus sanctus, 12. c. Christum profertenti & Deum neganti Christus nihil proderit, *ibid.* Deum invocantis & Christum sperantis inanis fides, *ibid.* Sic etiam Spiritum rejicientis fides in Patrem & Filium inanis, *ib.* Veram adorationem nemo habere potest, nisi adsit Spiritus sanctus, *ibid.* Nec Filium adorare potest, nec Patrem invocare, nisi in Spiritu sancto, *ibid.* In ecclesiis gloria dicitur Patri & Filio cum Spiritu sancto, 2. a. Interdum per Filium in Spiritu sancto, *ib.* Voces illæ ex quo, non sunt propriæ Patri, neque illæ per quem propriæ Filio, *ib.* Non sunt inter se contrariæ, *ibid.* Collegit eas in una & eadem persona Apostolus, *ibid.* Voces illæ, ex quo & per quem, saepe ad mutuos invicem significatus transferuntur, 5. e. Illud per quem de Patre dicitur, *ib.* Ecclesia utraque illas voces, per ipsum & cum ipso, admittit ac neutram rejicit, 7. c. Cum Unigeniti majestas consideratur, gloria ei cum Patre tribuitur; cum autem bona ab eo accepta, consistunt hanc gratiam cum ipso & in ipso effici, *ibid.* Illud, cum quo glorificantibus convenit, per quem, gratias agentibus, *ibid.* Mentuntur Pneumatomachi, cum dicunt, illud, cum quo, ab usu piorum alienum esse, *ib.* Hujus vocis antiquitas non solum in ecclesiis civitatum, sed etiam in rusticæ plebis usu perspicitur, *ibid.* Utrum his vocibus, per ipsum, cum Christus consideratur ut ostium & via: cum ipso autem, quando ut Deus & Dei Filius, 8. b. Vox illa per quem, confessionem habet causæ principalis, non reprehensionem causæ efficientis, 10. a. Simile & dissimile rejicit Basilius in Trinitate, 44. e. Identitatem naturæ & consubstantialitatem constituit, *ibid.* Unam divinitatem & bonitatem & potentiam dici non patiuntur Pneumatomachi, 153. a. Patri & Filio concedunt, ut Dei nomine honorentur, *ibid.* At id Spiritui nequaquam concedunt, *ibid.* Tres Deos affingunt Catholicis hæretici, 153. c. Ariani tres Deos exprobrantibus respondendum est Deum non numero, sed natura unum esse, 44. b. Numerus immerito Catholicis affingitur, qui numerum a divina natura remouent, *ibid.* Quidquid unum numero dicitur, ut mundus, homo, angelus, non vere unum est &

simplex, 44. a. Quisquis numerum aut creaturam dicit Filium Dei aut Spiritum sanctum, materialem aut circumscriptam naturam inducit, *ibid.* Aut silentio honorentur ineffabilis, aut pie numerentur sancta, 20. a. Non per compositionem numerantur tres personæ, 19. a. Dominus Patrem & Filium & Spiritum sanctum non cum numero credit, *ibid.* Non dixit in primum, secundum & tertium, neque in unum, duo & tria, *ibid.* Numerus materialis & circumscripta designat, monas & unitas simplicis essentia propria, 44. d. Subnumerationem inducunt Pneumatomachi in personam divinas, 18. a. Non putat Basilius eos Deum in subjecta dividere, veluti communitatem quandam sine hypostasi, *ibid.* Si Filium etiam subnumerant Pneumatomachi, rursus instaurant dissimilitudinem essentia ac omnes blasphemias, *ibid.* Si solum Spiritum subnumerant; refelluntur ex eo quod Spiritus pronuntietur cum Filio & Filium cum Patre, *ibid.* Quod si cæteris rebus subnumeratio non convenit; multo minus Spiritui sancto, 18. b. Pneumatomachorum subnumeratio eo spectat, ut primum, secundum & tertium dicant, 21. b. Inducunt multitudinem deorum, *ibid.* In divina natura numerum metuunt, ne Spiritum sanctum plus æquo honorent, 19. e. Sint maxime supra numerum, quæ assequi non possumus; sed si numerus adhibetur, non per eum veritas depravetur, 20. a. Etiam concedatur subnumeratio nihil inde lucratur, *ib.* Nam si vilis est quod subnumeratur, vilius erit quod est spirituale eo quod est animale, & secundus homo primo homine, *ibid.* Ridiculum est numero tantum tribuere, ut rerum pretium exnumerandi ratione augetur aut minuatur, 19. a. Quemadmodum non submetitur, quæ metimur, nec sublibramus, quæ libramis; ita nec subnumeramus, quæ numeramus, *ibid.*

Tristitia nimia causa fit peccati, 300. Tristitia in corde, ut vernis in ligno, 299. In trivio constitutus, 72. d. Tumor maxime evertit animas Christianorum, 202. c. Turtur vidua permanet, 317. Tyaneuse concilium, 189. d.

## V

**VALENS** Imperator. Sub eo summa insopia & temporum difficultas, 60. d. Ob tributorum multitudinem, domus quædam fugiendæ, 96. b. Omnia iis a quibus exigebatur, quique accusabantur, redundabant, 53. d. Multi in atrocissimis sceleribus deprehensi, 146. Hostibus referta inter Cappadociam & Constantinopolim omnia, 177. b. Tempus perturbationis plenum, his qui republicam gerunt, nihil otii relinquit ad ecclesias juvandas, 208. c. Sub Valentis finem bello ardet Thracia, 224. e. Vix prædonibus & desertoribus plene, *ib.* Spes tamen tranquillitatis aliqua audito exercitus adventu, 225. b. Valentem Cæsaream venientem præcedunt hæretici, 88. a. Basili sollicitudinem in edificando ptochotrophio probavit, 102. c. Basilio dat mandatum ut in Armeniam proficiscatur, ibique episcopos constituat, 105. e. Basilio infidias inimici fruunt, sed manus Domini cum illo, 192. d. Consilia in Basiliu inveniunt Antiochiæ, 116. b. Exilii minæ ei intentantur, *ibid.* Valens decernit ut Basilius dedatur injunctis, 121. Postea sententiam mutat & rem differt, *ibid.* Animam Basili querunt hæretici, 136. b. Expectat Basilius dum in aulam acceratur per improbitatem hæreticorum obtentu pacis, 175. b. Valentis persequutio omnium sævissima, 203. a. Horrenda tempestas Valentis persequutio, 94. a. Plures evenerunt afflictiones, quam ex quo Evangelium nuntiatur, 202. Nulla pars orbis quæ ignoret Orientis mala, 100. c. 207. & 203. Difficilia tempora Ecclesiæ, magnis gubernatoribus indigentia, 95. a. Ecclesiarum status comparatur eum naufragio, *ibid.* Rerum status admittit dicendi libertatem, *ibid.* Deest libertas Filium consubstantialitatem Patri prædicandi, 99. d. Unum crimen est, traditionum custodia, 203. b. Valentem potentiores aulici nec volebant nec

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

- nec poterant de exilibus admonere, 82. a. Difficile erat legatos communi & symodico decreto in Occidentem mittere, *ibid.* Periculum erat, ne legati ex Occidente missi in itinere interpellarentur, 87. e. Quare Basilius censet eis mari utendum esse, *ibid.* Abactis pastoribus introducuntur lupi, 99. c. Ecclesiam desituta, solitudines refertur, *ibid.* Populi sub dio hieme & aestate adorant, 141. a. 202. a. Magna rerum perturbatio in orbe terrarum, 144. c. Nihil tam rarum, quam fratris congressus & verbum pacificum & spiritualis communio, *ibid.* Difficile inventu ac rarum, ecclesia integram servans apostolicam doctrinam, 210. a. Nonnulli ex ipsis clericis proditores, 213. a. In persecutione dubitat Basilius an non defectionis initia adsint, 227. c. In hac tristi rerum conditione pauci episcopi caritatem servantes, ac rari inventu, 234. c. Pacis antiquae ne vestigium quidem superest, 240. e. Nulla fere pars orbis incendium haereticum effugit, 241. a.
- V**ehementi tumultu agitantur ecclesiam, 223. d. Ecclesia Orientalis ad continuos afflatus haereticorum deficit, 99. d. Velut navigium perpetuis fluctibus agitatum, *ibid.* Persecutio cum fluctibus comparatur, quorum alius definit, alius insurgit, alius horrore nigrescit, 117. c. Summa semper submersio expectatur, 100. a. Quotidie rumores everfarum ecclesiarum, 191. a. In Oriente nonnulla initio anni 375. novata 160. Tentatio per totum orbem diffusa, 147. d. Maximae urbes Syriae vexatae, *ibid.* Nullibi clarior senatus quam Samosatis, *ibid.* Persecutio plerasque Orientis partes vastavit, 182. c. Totus Oriens perturbatus, 89. e. Haereticum Arianae dominatur, quia veritatis defensoribus in unaquaque parocchia ejectis, ecclesiae haereticis traditis, *ibid.* Episcopi sine argumentis condemnantur, 203. b. Nonnulli nec accusatores nec iudices viderunt, sed intempesta nocte rapti, *ib.* Columnae veritatis in dispersione, *ib.* d. Fugae presbyterorum & diaconorum, 203. c. Ropulorum gemitus, *ib.* Desere conventus, solemnitates & synaxes, 203. e. Ecclesiae omnes commoventur, omnes animae cribrantur, 188. c. Accusati condemnantur sine iudicio, accusatoribus creditur sine examine, *ib.* Si quis episcopus absit ab ecclesia vel brevissimo tempore; populos tradet insidiantibus, 204. a. Gravis persecutio Antiochiae, 128. a. A Valentis persecutione tutior fuit Pontus quam Cappadocia, 163. 165. Horrenda persecutio Alexandriae ac in reliqua Aegypto, 127. a. exilia, cruciatus, bonorum direptio, *ibid.*
- V**alens e propinquo imminet Samosatis, 130. b. Sub eo episcopi, velut aves sub aquila, non audent longe e tecto excurrere, *ibidem.* Jam decimus tertius erat persecutionis annus, cum ad Occidentales scriberent Orientales, 202. c. Orientales in medio malorum pelago deprehensi, nec studium nec spem abijciunt, *ibidem.* Auxilium Dei undique circumspiciunt, *ibid.* Hinc ad Occidentales confugiunt, *ibid.* Septem mille viri non incurvare genua ante Baal, 136. b. Confessores habebant in Oriente suos communicatores, & totum Occidentem, 222. e. *Et seqq.* Persecutionem brevi desitutam sperat Basilius, si vox reperitur idonea quae Deum flectat, 212. c. Persecutio sanae doctrinae contentui non erit Deo: sed Ecclesiam suam laetificabit, 142. a. Pacis ecclesiarum spes affulget, 224. b. Orientis Ecclesiae ad Basilium, Petrum & alios respiciunt, *ibid.* In barbarorum incursione multi sacramenta gentilia jurarunt & nefanda gustarunt, 179. c.
- V**ALENTINUS auctor apparentium opinionum, 218. a. Formam servi, non ipsum servum dicebat assumptum fuisse, *ib.* Valentini, 149. d.
- V**ALERIANUS episcopus Aquileisae prior scribit Basilio, 100. e. Valerianus, 229. c. Valerius, 156. c. Valetudo summe bona medicis videtur periculosa, 316. *Vasoda,* 151. d. Vates consulentibus, aut in domum suam introducentibus anni sex poenitentiae, 179. c. Qui vaticibus se tradunt, annis viginti puniuntur, 179. b. Vectigal. Quadruplum sub Valente, 53. d. Velis in iudiciis, 185. a.
- Veneficos ausquam esse sancit Julianus 68. Veneficio anni viginti poenitentiae, ut homicidio, 178. e. Ob venenata animalia non incusandus Deus, 322. *Venefiss* ecclesia, 143. a. Venter pessima fide in conventis, penum incusoditum, 308. Ventorum haereticorum aestus naufragia importans, 58. d.
- V**ERBUM non est aeris percussio, sed quod in principio erat, 16. e. Filius totum Patrem ostendit in semetipso, 109. c. Verbi unitas & monas, 46. d. Inenarrabilis divinae generationis modus, 79. a. A Filii generatione removendae corporales perfectionum cogitationes, *ibid.* Non enim a Patre divisa est substantia in Filium, neque fluendo generavit, neque proferens, *ibid.* Concludendum potius quia mortalia sic, immortalem non sic, *ibidem.* Filius aequale Patris sigillum, 28. e.
- Verbi potentia vivifica, 13. c. Ad Verbum sese universa convertunt, invincibili desiderio ad auctorem vitae respicientia, 4. e. Omnia condidit & in ordinem digessit, 4. d. Omnia creavit secundum voluntatem Patris, *ibid.* Deus Verbum, omnium conditor, *ibid.* Pugno complectitur terram, *ibid.* Per Verbum perseverant & consistunt omnia, *ibid.* Non utitur auxiliis ad creandum, nec eget particularibus mandatis, 9. d. Sed paternis bonis plenum, a Patre respiciens, omnia facit ad similitudinem Patris, *ibidem.* Dicit Christus: *Sicut dixit mihi Pater, ita loquor,* non quod careat libero arbitrio, sed declarat propriam voluntatem inseparabiliter Patri adherere, *ibidem.* Per Verbum facta omnia, non servili ministerio, sed quia tamquam conditor paternam implet voluntatem, *ibidem.* Mandatum, quod accipit Verbum non est sermo imperiosus, sed voluntatis communicatio, veluti formae in speculo imago, a Patre in Filium sine tempore dimanans, *ibid.* Filii sunt quaecumque habet Pater, non tamen paulatim illi accrescentia, *ibid.* Verbum hominibus ipsis inferius faciunt, qui illud dicunt egere speciali mandato, *ibid.* Sequitur ex eorum ratiocinatione Filium semper discere, nec unquam ad perfectionem pervenire, *ibid.* Filius nihil ignorat, 196. d. Non esset imago Patris, si totam illius scientiam non repraesentaret, *ib.* Filius patri mensura cognoscit Patrem, qua a Patre cognoscitur, 197. a. Filius habet a Patre, ut cognoscat, *ibid.* b.
- V**ERITAS res omnium pretiosissima, 167. b. Optimum bonorum, 2. a. Primarius animae fructus, 323. Sapientia externa, veluti quoddam ornamentum, *ibid.*
- Veritas consueta arma Basilii, 153. e. Veritas pie expendenda omnis quaestio-nibus dialecticis, 193. e. Veritas & mendacium saepe minutis syllabis, *na & non,* comprehenduntur, 2. Si quis vel capite annuat in martyrio, totam pietatem implevit, *ibid.* Nihil est parvum in iis quae ad veritatis cognitionem pertinent, 2. a. Veritas cum omni fiducia annuntianda, 35. c. Non timenda hostium nubes, *ib.* Miserrimum foret, non audere traditionem defendere, cum eam haeretici tam licenter oppugnant, *ibid.* Docuerunt tres pueri, etiam si nemo suffragetur pietati, privatim officium peragendum, *ibid.* Parvi debebant multitudinem aspernantium veritatem, sed sibi ipsis sufficiebant, cum tres essent, *ibid.* Pro veritate certandum usque ad mortem, 70. e.
- Veritati non debet anteponi vita & incolumitas, 23. c. Veritas non prodenda, sed sycophantae redarguenda, 153. a. Ne plures laedantur mendacii contra veritatem successibus, *ibid.* Veritas difficilis inventu, & idcirco undique vestiganda, 2. x. Veritas prodita ab his qui summam potestatem habent, 52. a. Sed Deus, fuscitatis defensoribus, perfecit ut nihil detrimenti acciperet, *ibid.* Qui veritatem oppugnant cito exarescent, ut cicuta aut aconium, *ibid.* Veritatis defensoribus merces a Domino efflorescens ac semper nova, *ibid.* Veritatis doctrina quandiu nobis patrocinabitur, nihil ab hominibus metuendum, *ib.* Per ipsam veritatem saepe mendacium cuspidem adigit, 153. a. Nemini majus malum accidere potest, quam si veritatem amittat, 167. b. Veritatis cupidum animum difficile est reperire, 1. d. Plerique non veritatis inquisitores sunt, sed differentiae personarum aestimatores, 205. a. Nihil rarius, quam animus veritatem amans, 174. c. Ut in equestri cursu alii his, alii illis factionis ducibus acclamant, *ibid.* Christi mercatores, non Christiani, qui veritati anteponunt quod ipsis in vita utile est, 201. a. Proditionis periculum est, si non libenter de Deo consulentibus responsa dentur, 43. c. Precatur Basilius sibi os & sapientiam dari, ut veritatis defensoribus succinere possit, 77. d.
- V**ESPASIANUS, 101. d. Vespertini luminis gratia precibus excipere solebat, 32. e. Non ex vestis forma, sed ex animi habitu Christianus dignoscitur, 110. a. In veste necessarium praecipue sectandum, 40. a. Nec color floridus exquiri debet, nec operis mollities, *ibid.* Tunica ita crassa sit, ut socia opus non habeat, *ibid.* Vestimenti unus est scopus, ut ad hiemem & ad aestatem idoneum sit operimentum, *ibidem.* In veste lautitias sectari, nihil differt a muliebri venustatis studio, *ibid.*
- V**IA ad Dominum ducens una est, 132. a. Quicumque ad ipsum pergunt, idem iter sequuntur, licet corpore disjuncti, *ibid.* *Vim* comes Angelus, 50. a. Viaticum bonum ad futuram vitam, convictus cum hominibus Deum timentibus, 208. e. Viatica ad praesens, & futurum saeculum, 82. b.
- V**ICARIUS Ponti, 131. e. Vicarius Thraciae, 198. d. Vicarius Ponticae Demosthenes, *ibid.* VICTOR dux, cujus nomen apud omnes praedicatur, 133. e. Basilii epistolae requirit, *ibid.* e. Illius preces pro Ecclesia avertit, *ibid.* Cum veritate in visis Dei ambulat, ac cor suum in fidei integritate semper servavit, *ib.* Victoris in Basilium amorem nullae immuunt calumniae, *ibid.* Victoria in iudiciis non sine detrimento, 240. d.
- Victoriae Christianae lex, ut qui minus habere non recusat, coronetur, 156. d. Vinci in amicitia idem valet ac vincere, 86. a. Vidua in numerum viduarum relata, hoc est, quae ab ecclesia alitur, 161. b. Vidua, quae sui juris est, nubere potest, 162. b. Vidua, si cum viro habitet, boni communionem non dignabitur, 161. b. Si tamen ante sexaginta annos adscripta, episcopi culpa est non mulieris, *ib.* Viduarum res Dominus suas facit, 111. a. Vigilae, 170. b. Vigilae in ecclesiis Orientalibus, 203. c. Vinum veluti tyrannus arcem ascendit, 310. A vino cavendum his qui rempublicam gerunt, *ibid.* Vino inservire non oportet, 54. d. Virginis partum non esse impossibilem probant vultures, 321. VIRGO vocatur quae sua sponte se obtulit Domino, 160. d. Ab annis sexdecim aut septemdecim admittenda professio, *ibid.* Professionis violatio inexorabiliter punienda, *ibid.* Non facile admittendae, quae a propinquis offeruntur, non sua sponte incitantur, *ibid.* Virgo sponsa promissis obstricta Christo, 75. b. Virginum ordo multiplicatur, 160. b. Virginum chorus sacer, coetus Domini, ecclesia Sanctorum, 74. a. Virgo negans se vovisse virginitatem, arguitur ex professione coram Deo & angelis & hominibus, *ibid.* Frustra virginis illae dicunt se non promississe virginitatem, 344. Virgo nubens post vota, duo mala commisit: dereliquit verum sponsum & ad impium corruptorem confugit, 75. a. Virginis nuptiae gravissimum adulterium, 344. Virgo nubens post vota adultera est, 74. e. Virginis adulterio contumelia sancto Domini thalamo illata, 73. e. Virginis famae iactura, totius cleri damnum, 233. a. Virginis corpus Dei donarium, 75. a. Virgines, quae pacta sua violant, antea post annum admittuntur ad communionem, instar

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

- instar digamorum, 160. d. Adulteræ judicio subicit eas Basilius, *ibid.* Et qui virginem duxit, non ante admittendus, quam ab ea divellatur, *ibid.*
- Virginis corruptor etsi volentis, servus est contumax in herilem thorum irruens, 75. a. Dei donaria violavit, velut si quis imagini regis formas porcorum inscribat, *ibid.* Filium Dei conculcavit, ejusque sponfam adulterio contaminavit, *ibid.* Vide 344.
- Virgineæ eulogiæ, 74. d.
- Virginitatis pignora, *ibid.*
- Virginibus honores soliti deferri, *ibid.*
- Virgo Deo consecrata qualiter vivere debeat, 144.
- Virginem decet vilis vestis, & pulcher ex pudore rubor, & decorus ex abstinentia ac vigiliis pallor, *ibid.*
- Virgines, quæ vocantur mulieres subintroductæ prohibentur, 81. b. Jubet Basilius ut ejusmodi virgo cum presbytero degens in monasterio collocetur, *ibid.* Quæ virginitatem in hæresi professæ, nuperunt, redeunt baptizantur, nec ob matrimonium condemnantur, 161. b.
- Virgo adultera potest ad sponsum reverti, 345. In quo posita virginis conjunctio cum Christo, 349.
- Virginitas resurrectionis semen, 350.
- Virginitas non præscripta, 352.
- Virginitas divinæ conjunctionis jugum, 73. c.
- Virginitatem nuptiis præferentes mulieres, beatæ ob propositum suum sunt, 170. d.
- VIRGINITAS** præcipua in anima posita est, 325.
- Virginitas corporis, ancilla virginitatis animæ, *ibid.*
- Virgini propositum est animam a corporis affectionibus abducere, 327.
- Voluptati cuilibet debet resistere, *ibidem.*
- Omnibus sensibus debet invigilare, tactui & gustui præsertim, 328. Alii etiam sensus custodiendi, 331. Corpus nimis debilitare non debet, 329. Ciborum qualitates debet considerare, *ibid.* Sales vitandi, *ibid.*
- Virgo etiam cum uterinis fratribus caute se gerere debet, 346. Cautionis necessitatem exempla demonstrant, 346.
- Virgo cum sponsi amicis caute colloqui debet, 342. Quomodo eos diligere debet, 343. Cavendum ne sub caritatis nomine carnalis obrepat affectio, 345. Quæ corpore mortua est, potest sponsi famulos tangere, iisque officia exhibere, 350. Cautiones tamen adhibendæ, 351.
- Virgini ornatus fugiendus, 333. Pulchritudinem naturalem data opera debet obumbrare, 334. Quomodo & quando in publicum prodire conveniat, 334. Pudica & virgo esse debet virginis lingua, 335. Nuptiarum pronuba esse non debet, *ibid.*
- Verecundiam iis, qui eam vident, inspirare debet, 336.
- Virginitatis commoda præ nuptiarum incommodis, 337.
- Virgo debet in sponsum refundere sollicitudinem rerum ad vitam necessariorum, *ibid.* Superflua a sponso postulare non debet, sed potius pro eo omnia perferre, *ibid.* Omnia contemnere debet ut sponso perfruatur, 338.
- Virgo vituperanda quæ hominum magis quam sponsi oculos reveretur, 339. Etiam sola sit, debet revereri & semetipsam & angelum & maxime sponsum, *ibid.* Judicii indefinenter meminisse debet, 339. *Et seqq.* Vita cælebs in eo honestatem habet ut a convictu mulieris separetur, 81. c. Si quis verbo professus, ea facit quæ conjugatorum sunt, virginitatem nomine tenus colit, *ibid.* Virginitatis custodia in ipsa militia inextinguibilis, si voluntas immota maneat, 115. b.
- VIRTUS** sola possessio quæ non possit auferri, 259. Sola est nostra possessio, *ibid.*
- Virtutis exercitatio pretiosa est habenti possessio, jucundissimum occurrentibus spectaculum, 229. a. In virtute progrediendum quotidie docet Paulus, 68. d. Ut hesternæ satiæ non solatur hodiernam famem ita nec prodest hesternum præclare factum, si hodie cesses, *ibid.* Qui virtutem colunt, similes sunt sideribus in nebulosa nocte, 261. Non actio una probum virum facit, sed virtus per totam vitam colenda, *ibid.*
- Virtute præditus non est qui eam colit inanis gloriæ causa, 317.
- Virtutem palam laudare, privatim voluptatem sequi, nihil differt ab actoribus scenicis, 261. Ad virtutem & vitium bifidum iter, 260. Multitudinis judicio recta ratio præferenda, 261. Etiam si omnibus contradicendum sit, a recto non discedendum, *ibid.*
- Virtutes quatuor sub quas aliæ, tamquam sub genera distributæ, 39. b.
- Visiones interdum efficit ex crapula ævectus vapor, 172. b.
- Visionibus non plus tribuendum, quam salutaribus documentis, 174. a.
- Vitis multis interdum referta ob morbum temulenta cerebellorum involucra, 173. d.
- VITA** tota brevissimum spatium, si conferatur cum infinito sæculo, 128. d.
- Vitæ hujus brevis fluctus, 184. a.
- Vita præfens veluti quoddam iter mansionibus distinctum, 293. 298. Certis de causis voluit Deus alios alius diutius in vita permanere, *ibid.* 293. In vita velut incolæ esse debemus, hinc migrantes in propriis locis requiescere, 294. Sic se gessit Abraham, *ibid.* In hac vita omnes tamquam in via ad idem diversorium tendimus, 42. b.
- Vitæ conditiones tres, 193.
- Vitæ curis admodum detenti, sunt veluti carnosæ aves, frustra alis instructæ, 235. a.
- Vitæ ordo minime constat iis quorum sententia facile mutatur, 244. c.
- Vita esse non potest quicquid per aliud vivit, 45. c.
- Vitæ nostræ prudentes dispensatores esse debemus, 57. c.
- Vitæ humana infortuniis referta, 41. d. Nec vita accurata prodest sine fide, nec fides sine operibus, 236. a.
- Qui vitio virtutis nomen tribuunt, hi ore benedicunt & corde maledicunt, 261.
- Via ad vitium ducens comparatur cum ea quæ ad virtutem ducit, 260.
- VITUS** Carthorum episcopus, 100. c. 211. c.
- Ultio Domino permittenda, 78. a.
- Ultio Christianis vetita, 311. Nihil præclarior quam lenitas in convitiis & plagis, *ibid.*
- ULYSSES**, 91. d. Cephalleniorum dux, 131. a. Cum plurimum pecuniæ exportasset, nudus reverfus est, *ibid.*
- Ungendi coram fidelibus qui ab hæreticorum baptismo veniunt, 150. a.
- Ab unguibus ordiri ridiculum, 209. b.
- Unitas & monas Verbi, 46. d.
- Unitate accedente numerus perit, *ibid.*
- Unus & solus sæpe idem sonant, 44. c.
- Unus & solus de Deo dicuntur, non ut a Filio distinguatur, sed a falsis diis fecerantur, *ibid.*
- Unum numero simplex non est, 47. e.
- Oportet hanc Christi præcationem impleri, *Ut & ipsi in nobis unum sint*, 46. b.
- Unitate excidit demon, 47. e. Deus cum unus sit, si in singulis fuerit, unum efficit, 46. b.
- Vocationis Christianorum scopus est, ut similes Deo efficiantur, 1. b.
- Voluptas una est, sed in quinque sensus divisa, 291.
- Voluptatis nomen unum, sed res diversæ, 69. b.
- Voluptas guttur ad tempus titillat sed postea felle amarior comperietur, 74. c.
- Voluptatis temporariæ dæmon, 70. d.
- VOTUM** continentis, 73. b. Pacta cum sponso inita, 74. a. Inita cum Deo pacta coram multis testibus, 72. b. Professio coram Deo, angelis & hominibus, 74. a. Non leve certamen est promittenti, ea quæ ex promissis consequuntur adjicere, 144. d.
- Votis ineptis abstinentium, 161. c.
- Votum abstinentiæ a carnibus suillis ridiculum, abstinentia non necessaria, *ibid.*
- Vox usu metiendæ, 54. a.
- Vocis sonus mediocris præferendus, 39. c.
- URBICIUS** monachus Basiliæ amicus, 117. c. 219. b. Quidam in ejus monasterio feruntur de Incarnatione præve sentire, 219. b.
- Urbium commoratione multos malignus decipit, 43. c.
- Ursa herbasco sibi ipsa medetur, 322.
- Vulnera magna parvis remediis sanare non decet, 68. a.
- Vulpes pini lacrymis sibi medetur, 322.
- Vultures absque coitu pariunt, 321.

Z

**ZARNUAS**, 214. d.

*Zeli*, 188. d.

**ZENON** episcopus, 100. c.

**ZENONIS** præclare dictum amissis naufragio omnibus rebus, 41. b.

**ZOILUS**, 157. vir disertus & Basiliæ amans, *ibid.*

Zona dura lumbi adstricti, 72. c.

**ZOROBABEL** & Salathiel modo magis populari præerant, 197. d.

FINIS.

35 866268

